




28-1-1




3
26-32





ILLVSTRISSIMIS BORBONII,
ET LOTHARINGIAE PRINCIPIBUS,
ET CARDINALIBVS EXCELLENTISSIMIS,

PETRVS REBVEFVS
S. P. D.



MOMERVS ille poetarum princeps, principes illos optimos esse iudicabat, quibus ab Ioue Imperium ditioque mandata esset, quique deos colerent, iura tuerentur, curam denique hominum sustinentes populorum pastores merito dicerentur: idcirco eos dulpeos appellare solebat, quasi a Ioue educatos. Quod quidem ipsum vobis, principes illustrissimi, ac commodatissimum cuique videbitur, si ortum vestrum perspiciat non solum ab optimis ductum maximisque Francorum regibus, qui clementia, religione, rerum gestarum gloria, virtutum denique omni laude fuerunt cumulatifsimi: sed etiam si vestram velit institutionem educationemque accuratissimam & singularem animo repetere. Nam a teneris annis bonis literis cum Graecis tum Latinis instructifsimi, ad iuris & alias disciplinas post vos contulistis, quae ad gubernandam tuendamque rempublicam maxime sunt idoneae: in quibus ita estis versati, ut iam Gallorum respublica vestro consilio & auctoritate administrari regique cernatur: ut nec antea quidem a vobis ita a summis ac optimis & non institutis alia quam summa ac optima expectanda viderentur. Alexander ibi magnus Magni nomen non solum nactus est, quod patre magno & sapiente Philomacedonum rege ortus esset, sed quod etiam ita edoctus, ut merito Magnus suae ipse potius quam aliena virtute dici deberet. Itaque ut ceteras disciplinas, quibus diligenter dedistis operam, taceam, vestrum iuris eximium studium ipse, quo praecepte priuatim uti voluistis, iam palam testari & confirmare possum: & quoniam in re docendo, quae a me sunt tradita, ea apud me diutius post asseruaueram, etiam tanquam rogatus amicorum in vulgus iectare impellebar, non alij certe quam vestrae amplitudini & memoria consecrare volui: ut quae a vobis initium cepissent, & quae apud vos sata plantataque essent, ita suum vestris auspiciis publicum apud studiosos exitum & fructum, quem non vulgarem spero fore, haberent: idque totum quicquid erit ompendi, vobis omnes accepto ferant: verissimum vero sit testimonium meae erga amplitudinem vestram obseruantia, obsequij, & cultus. ut enim in vobis mea iner mortale spes semper fuit, & est maxima: ita illius spei hoc volui pignus esse perpetuum. Valere.

Datum Lutetiae kalendis Octobris, anno 1557.

Summa Privilegij Imperatorij.

MAXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris semper Augusti publico edicto carum est Guilielmo Rouillio ciui & typographo Lugdunensi, & sancitum, ne quis cuiuscunque status, gradus, ordinis & conditionis, siue sit chalcographeus, v. bibliopola, siue alius quilibet, quacunq; sacri Romani Imperij & ditionis eius fines, hanc D. Petri Rebuffi Montispeffulani Commentaria in titulum de verborum & rerum significatione, nisi ipsius Guilielmi Rouillij aut heredum eius permisso, intra decennium eadem, aut alia minori forma excudat, aut excudenda curet, vendat ipse, aut cuiquam diu, de da mandet, aut denique excusa ab aliis intra eiusdem Maximilianij & Imperij fines vendenda importet, seu quouis modo distrahatur manifestè vel occultè, vel quouis alio pretextu: qui sibi multam decem marcharum auri puri irrogatam sciat, quarum dimidia si suo Imperiali fraudis vindici, residua verò pars ipsi Guilielmo Rouillio, aut eius heredibus, aut ab illis mandatum habentibus, cedet, praeter librorum amissionem, quos per se idem Rouillius et per suos, vbicumque locorum nactus fuerit, adiumento magistratus loci, vel citra, propria auctoritate sibi vindicare, inque suam potestatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipsi dicto Montispeffulo, & sigillum apponi iussit, & a sacra Maiestate, & latius inter in ipso summate dato die decima quarta die mensis Iunii, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, Subsign.

MAXIMILIANVS.

Ad mandatum sacrae Caes. M. proprium.

A. Estenbergcr.

Extraict du privilege du Roy de France
& de Pologne.

Par grace & privilege du Roy est permis à Guillaume Rouille libraire de Lyon, d'imprimer ou faire imprimer une fois ou plusieurs, ce present liure intitulé D. Petri Rebuffi Montispeffulani Commentaria in tit. de verb. & rerum significatione: lequel liure il a recouuré avec grans frais, mises & despeses: & pour ce est fait desense de par ledict Seigneur, à tous autres libraires, imprimeurs & personnes quelconques, de non imprimer, vendre, ni distribuer en ses pays, terres & seigneuries, ledict liure, si ce n'est par le cõsentement dudit Rouille: & ce iusques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & date que sera paracheuee la premiere impression: sur peine d'amende arbitraire, & de confiscation des liures qu'ils auroyent imprimez. Et à fin qu'aucun ne puisse pretendre ignorance du present privilege, ledict Seigneur veut & entend, que l'extraict d'iceluy estant mis au commencement dudit liure serue pour toute notification. Car tel est son plaisir, non obstant oppositions & appellations quelconques, come plus à plain est contenu & declaré par lesdictes lettres de privilege, sur ce données à Lyon le vingt unieme Janvier, mil cinq cens septante cinq, & de son Regne le premier,

Par le Roy, à vostre relation,

Signé, MORE.

Et scelé du grand seau en cire iaune à simple queue.



AD LECTOREM.

Mimini, Lector beneuole, cum primum in hanc ciuitatem, egregiam appuliffem, me à fupremo Senatu munere professorio (quod dicunt Regentiæ) donatum fuiſſe: & cum id muneris ſuſcepiffem, ab ſcholasticis ſæpius rogatum, vt illis titulum de verb. ſignificatione in vacationibus interpretarer: quibus morem gerens, duabus ſubſequentibus feriis & vacationibus, aliquot leges ſum profefſus. At cum diu illa pars incompleta in meo ſtudio cerneretur, tato contigit vt ab illuſtribus principibus & præfulibus, vt eis ius interpretarer, euocatus fuerim, illiſque Inſtitutiones Iuſtiniani, ac demum iſtum titulum elucidauerim, datumque negotium, vt quæ ore eis proferebam, ſcriptis mandarem. quo factum fuit, vt iſtum titulum, ſic ſine tamen Hermione complerem: verum multis poſtea annis, eo quod nullus eſſet qui in hac re auxilium Meccenatiſque officium præberet, dereliſtus fuit, & ad alia, quæ lucrum maius afferre videbantur, me contuli. Verum enim uero ne hic labor, deſiciente adhuc Meccenate, reipub. periret, ex animi mei ingenuitate, & vtilitatem ſemper publicam anhelans, ad ipſum opus perficiendum, me totum, omni lucro omnibuſque aliis negotiis omiſſis, applicui. In quo opere tria maxime ſecutus ſum, primò ſignificationes verborum, deinde Iuriſc. phraſes: vltimò effectus & vtilitates adiunxi, vt ex hoc opere, & interpretari quis iura, ac conſulere, & iudicare in omni terrarum orbe, vbi legibus aut moribus vtantur, iure poſſit, ac commode. Et vt teſte Cic. in philoſophia res ſpectatur, non verba penduntur: ſic & leges rebus, non verbis factæ creduntur. Et ſi in eo fucos verborum non perquiſierim, nec vllum dicendi rigorem: vtilitatem tamen & lucrū maximum ex hoc noſtro opere cõſequi poteris. Quamobrem potius vtilitatem, quam verborum ſonitum intueri, & illam amplecti in hoc noſtro opere cures, & ab ea alienus non eris. Boni etiam conſules, ſi quædam, quæ tibi facilia videntur, expoſuimus: quia hic titulus maxime ad ſtudioſam iuuentutem pertinet: ideo ſingulas ſignificationes pro virili explicare volui: & quandoque plures in vnam conueniunt, quæ forte vna comprehenſæ fuiſſent: tamen vt dilucidius ac melius iuuenes intelligerēt, eas ſeparavi, & interdum text. vni ſignificationi conuenientes per ſcribam meum in alia conſcripti ſunt, quos multis negotiis obrutus & prælectationibus, non potui ad amuſſim ad ſua loca transmittere: ſed fideliter omnia iura videri & intueri volui, in quibus ſi per typographum non immutentur, decipi non poteris. Vale.

VMBRAE, SEV MANIBVS PETRI REBVFFI IVRIVM DOCTORIS ET COMITIS Antonius Vzillis conſiliarius curiæ præſidialis Montiſpeſſulani.

Nemo qui diutina tui conſuetudine uſus eſt, vnquam te exiſtimauerit animo tam acerbò fuiſſe, vt moriens huius operis admirandi fructus poſteritatem percepturam vberriſimos minime patereris. Et licet fruamur tuis libris ante in lucem editis, incredibilem continentibus eruditionem: officia tamen tu in nos collata, & tui in ſcribendo immenſi labores non ſufficere videbantur, ſi hoc tuum opus de verborum & rerum ſignificatione, latens ſub vineis, ſempiterna ſepelluiſſet obliuio: & illius lectio vtiliſſimam nobis denegauiffes: hi enim libri tales ſunt, vt omnes iuris ſtudioſi eos in manibus debeant circumferre: nam vne ius in æqui verborumque diſcrimine poſitum eſt: congeſtiſti in illo certos canones legum, quorum inſcitia tui iuris lectio eſt tenebriſa. Huius rei nos teſtes ſumus, qui in litiſum decidendis queſtionibus quotidie verſamur. Nam cauſidici in foris tribunalium obſtrepentes iuris nervos nodoſos ex verborum differentiis ingenioſe exquirunt. Merito igitur, Rebuſſe, manes tui apud inferos ex cruciarentur, ſi hæc veneranda commentariorum volumina nobis tradita non fuiſſent. Et certè parum quidem eſt, proliſ pulchra quemquam genitorem eſſe, niſi iſam natam prens conſeruaerit: alioqui parus crimine ſuffocari eſſet damnandus. Parentes liberiſque gignens dant operam non ſui tantum gratia, ſed ad publicos uſus, & ad frequentiam hominum in ciuitatibus inducendam. Quid ergo tu vigilie, & labores inexhausti profuiffent, ſi illos ſapientie inimica obliuio hauiffet? Quo fit, & maxime ſent gratia habèda ſagaci illo tuo nepoti Audomaro Rebuſſo I.V.D. cuiſque plurimi facienda ſolertia, cuius opera ſunt hæc tui veneranda volumina, alioqui peritura, ab interitu redempta, effectumque eſt, vt fruge tam ſabſtri poſteritas ſit fruitura. Debemus igitur tibi quidem plurimum, ob tanti muneris largitatem: ſed illi non poti tuo ſere non minus, ſi quis hoc eius beneficium erga nos ex acie æſtimer. Te igitur rogamus, diuine Rebuſſo, quo celiſum incolis ciuitatem, vt nobis opera tua attente legentibus, ſine opes: & vt diuinus ille ſpiritus, qui cæcas mentes ſclogore veritatis illuſtrat, tenebras diſcutiat ignorantie, vt grandis huius voluminis aſſiqui intelligentiam poſſimus. Vale.

VITA



VITA D. PETRI

REBVFFI.



Quam vtile iucundumque ſit, vitas clariffimorum virorum conſcribentium propoſitum, palam eſt documento vtilitas quæ ex earum lectione colligitur, & quam præ oculis eos omnes habuiſſe certiffimum eſt. Nec enim Plutarchus, Tranquillus, ceterique qui in hoc ſcribendi genere defudarunt, aliud ſibi propoſuiſſe exiſtimo, quam certam normam omnibus poſteris relinquere bene recteque viuendi ex variis diuerſiſque præceptis collectam, in qua quid ſequendum, quid vitandum foret, daretur, quod ita dici volo, vt iis ſit ſatiſfactum, qui minus vtilitatis quam incommodi ex illorum ſcriptis reportari cenſent, quod pauciſſimorum vitas deſcribant qui bene beateque vixerint, quinimo eorum plurimas, quorum ob vitam malè actam exitus infelices fuerant. Exploratum habemus ex veterum monumentis, doctiffimos habitos ſemper fuiſſe maximo in pretio & honore: legitur pleroſque eruditos olim fuiſſe ſtatuis & picturis expreſſos in porricibus ac locis aliis, ne qua temporum iniuria oblitarentur. Mitridates Platonem ſtatuum dicauit: Athenienſes Demoſtenu ſtatuum decreuerunt: Ariſtoteles aram floribus reſtituit ſuae uolentibus Platonem cõſtruxit ſtatuumque conſecrauit: Marcus Anthonius Frõnem philoſopho ſtatuum erexit, & idẽ lunium Ruſticum ad publicam, & priuata cõſilia aſſicui & mortuum ſtatua decorauit. Scimus pleroſque eruditos benignitatem Imperatorum, Regum, & ſummorum Pontificum prolixè expertos fuiſſe, & eruditorum curas & vigilias nobis integras, & incolumes extare cura Principum, pleraque doctorum hominum pulchrè & grauiter dicta marmorum ærique paſſim inſculpta ingeſcit antiquitas oculis mortalium: libros doctorum plurimi uenueſſe argumẽto ſunt regeſta quædam extemporanea Plinii iunioris, quæ Largius Licinius multis milibus nummum licitari auſus eſt. Sed quid plura, cum nihil magis inuidetiæ aciores ſtimulos excitet, quam ſi longiore oratione quem attollas: idque non eſſe ferendum in ſummis uiris quidam uolunt, quorum tamen virtus inuidia maior eſſe debet. Quoruſquique enim iſtorum eſt, cuius non aliquod vitæ inſtitutum optimum fuerit, & cuius obſeruatione plurimum profutura? Sed hæc alterius loci ſunt. Facturus igitur operæ pretium, mea quidem ſententia, videbor, ſi Dom. Petri Rebuſſi vitam poſteris tradidero, quod & iſ ſuo ſeculo celeberrimus fuerit Iuriſconſultus, & piè ſanctèque vixerit, memoriamque ſuam ita nobis com-

mendarit, vt nemo non eius nomen ſumma cum laude celebret. Natus igitur eſt hic Petrus Rebuſſus circiter annum Dom. milleſimum quingentefimum, in loco vulgo nuncupato de Ballanicis, non ita procul à Montepeſſulo: patre Ioanne Rebuſſo, matre uero Magdalena Clara: illo quidem oriundo ex celebri & antiquiſſima Rebuſſorum familia, & in qua plures multiſque clari uiri fuere, Audomarus uidelicet Rebuſſus, huius noſtri tritauius, Petrus Rebuſſus abauus, Bonafides Rebuſſus proauus, ex quo Bartholomæus Rebuſſus eius auus, & D. Iacobus Rebuſſus patruus eius magnus, iurium doctor & Comes, qui cum Placentino & Azone, aliſque iurium professoribus apud Mõtemppeſſulum legalis ſcientiæ fundamenta iecit, commentaria in tres poſteriores Codicis libros edidit, & Regi Francorum Carolo ſexto in plerique officiis tam aduocacionis totius Senefchallie Bellicardi & Nemaufi, quam indicaturæ totius palatii Montiſpeſſulani, adfuit: ab eoſque circiter annum Domini trecentefimum nonageſimum quintum ſupra milleſimum impetrauit toti familie Rebuſſorum ius & inſigne nobilitatis, qui & obiit vigefimo primo die menſis Martij, anno Domini milleſimo quadringentefimo tertio decimo, & ſepultus eſt pro foribus Eccleſiæ Magualones, quo in loco & ſepulchrum eius hodie viſitur: necnon & D. Ioannes Rebuſſus iurium licentiatus prædicti Bonæfidei Rebuſſi frater, & dicti D. Iacobi cognatus, qui & nonnullos magiſtratus Regios exercuit: ex quibus multa etiã & per celebres familie tam in ciuitatibus Luqueniſ & Genuenſi, quam hic Mõtiſpeſſuli proſiliere. Illa uero Magdalena ex celebri etiã & antiqua familia oriunda. Fratrem autem & hic noſter habuit Iacobum Rebuſſum, patrẽ Audomari Rebuſſi, iuriũ doctoris, cuius opera hæc de verborum ſignificatione commentaria in lucem ſunt edita, à quo & alij quamplurimi orti ſunt. Cum igitur Petrus hic Rebuſſus primis literarum elementis aliquandiu in dicto loco de Ballanicis operam dediſſet, ab eius patre Montepeſſulum miſſus, Grammaticæ, Rhetoricæ, aliſque liberalibus artibus cum ſe totum addiſſet, profectusque magnos feciſſet, & animo reuoluens non eſſe aliam viam magis compediariam & idoneam, ad famam, auctoritatem & nominis gloriam parandam, quam iuris diſciplinã, & ad id adderet ſuorum memoriam: nec etiã deſcent exempla multorum, quæ iuxta prouerbium Horatii poete oleum camino adderent, honeſtiſſima ſtudioſiorum ratione ductus, inſtitutum ingenio ſuo accommodũ ſibi ſumens, non præcipatione, non caſu ſed iudicio, & adhibita longiore cunctatione iuri ciuili operam dedit: in quo cum multum profeciſſet, Iuriſconſul-

Vita domini Petri Rebuffi.

torum libros diligenter euoluens etiamnum adolefcens, vt in ea ætate non solum æquales, verum etiam maiores natu longo intervallo anteciret, iurâque inibi aliquandiu esset publicè maxima cū laude interpretatus, baccalaureatus gradum est adeptus: postmodum anno millesimo quingentesimo decimo octauo Tholosam profectus cum inibi iura publicè in scholis professus per aliquod tempus esset, Cadurcū venit, vbi docēdi munere in vtroque iure per quinquennium suscepto, licentiaturæ doctoratusque in vtroque iure gradibus insignitus est: die decima mensis Ianuarij, 1527. à Cadureo ciuitatatem Pictauesem profectus, iura ciuilia docere inibi incepit: indequæ à ciuibus Bituricensibus, vel potius à Regina Nauarræ, illius audita fama, accersitus & rogatus, magnis propositis præmijs, Bituricum accedere coactus fuit, cuius etiam consilio iidem ciues impulsī, Dominū Andream Alciatum iurium doctorem, vt simul cum eo in eorum ciuitate iura doceret, vocarunt: atque per sex annos nō sine magna, & fere innumerabili studioforum frequentia cū Germanorum, Itolorum, Hispanorum, tum Gallorum & aliarum nationum nota omnibus iura fecerunt. Sed poterit quis mirari forsā quod noster Rebuffus in alienas regiones migrauerit, & non solum immigrauerit, imo inibi per multos annos docuerit, necnon mirabitur quod in ea vrbe non se continuerit, quæ eum in lucem eduxerat, quæ primū exceperat, quæ blande gremio fouerat, quæ educauerat, quæ ei hereditatē paternam seruabat: sed admirari desinet, si animo sibi reputare placeat, quam plurimi eiusdem notæ nō dissimili ratione vsi fuerint. Hic Rebuffus negligenter patria carere potuit, sed patria Rebuffo non item: quemadmodū antiquitus de Numidio Merello dictum fuit. Attamen non video cur Rebuffus patriam contempsisse, vel deseruisse censetur, cui tam multis vigilijs quæsiuit laudem, ac famam non vulgarem, quæ sita auxit, auctam felicissimè conseruauit. nulli enim mea sententia verius, in patria agunt, quam qui patriam rebus præclare gestis illustrent, etiam si fuerint remotiissimi, & e contrario non alij magis à naturali solo abesse dici possunt, quam qui luxu & voluptatibus otiosam vitam ducunt nulla re insigni commendabiles. Sed hic noster Rebuffus tum demum circiter annum 1533. Lutetiā inuisens ob singularem eius eruditionem, magna fuit in gratia, illique munus iura canonica proficēdi, coacto fere à senatu supremo, datum est. Nam cum omnes iuris canonici doctores in Academia Parisiensī profectores dicerentur: & ex illis duo tantum legerent, qui nuncupabantur primus legēs, & secundus legens, placitū curiæ ordinatum est, vt sex numero profectores essent, ex quibus tres horis marutinis & tres horis pomeridianis legerēt: ad hoc autē munus allegi nō possent, nisi qui biduo continuo super diuersis iuris articulis respōdissent: imo etiam, vt qui aliorum iudicio doctorum, cum scholasticorum applausu doctiorum haberetur, is professor ex illis sex vocaretur: quod cum Dom. Rebuffus obtinisset, senatus primas illi detulit. Et ab hinc in supremo illo senatu causas forenses quandiu vixit, cum docendo, tum scribendo & consulendo exercuit. In quibus semper habuit temporis rationem, loci, personarum, causæ, ac decori: habens ingenium longe abhorrens à multis qui effundunt verius quam dicunt, vel scribant quidquid venit in buccā, qui nihil habēt pensū, quā aptè, quā prudēter, quā cōsultō omnia dicēda sunt, examinanda & faciēda ei, qui vult suā fidem liberare & se iuramento soluere. Ab annis enim puerilibus ad vltimum vsque vitæ suæ diem Reipublicæ inservire

semper studuit, parentibus etiam amicis, dulci patria & bonis paternis relictis, opibusque & diuitiis honoribusque, & his similibus prætermisissis, ductus studiorum dulcedine, existimans solas literas proprias esse hominis opes, quæ nec à fortuna darentur, nec eriperentur, auferentur, vsu non senescerēt cum forma, & viribus corporis quæ hominem ad virtutem instruerent, quæ hominis animum, vel maximis solitudinibus iactatum tranquillarent, quæ in omnem vitam paratissimum essent homini præsidium, & sic voluit sua contentus esse fortuna. Nam tameris ad officium dominorum de Rota Romæ à summo Pōrifice Paulo tertio, honoremque Prothonotariatus sedis Apostolicæ, ab Hieronymo Verallo, prædictæ sedis in partibus Galliarum legato à latere, necnon senatorum & præsidum sacri magni consilij, & ceterarum curiarum supremarum, videlicet Rotomagensis, anno 1536. Tholosanæ, anno 1541. Burdegalenis, anno 1555. Parisiensis, eodem anno 1555. nominatus fuerit: tamen hæc omnia suscipere deique habuit, adeo incredibili literarum studio flagrabat, & Reipublicæ utilitati semper inhærebat. Patriam autem propriam, quamuis absens, ita coluit & amaui, vt eum anno 1548. in senatu Parisiensī lis deuoluta ratione officij scribæ perpetui dominorum consulum curiæ ordinariæ Montispessulani esset: sciens hanc litem contra statuta & priuilegia ciuū Montispessulanorum motam, ita iudices huius negotij instruxit, & singulos de facti veritate commouit (nulla præmijspe morus, sed vt indemnitati patriæ, & doctorum ciuū utilitati consulere) vt tandem aresto senatus Paris. scribæ officium ciuitati adjudicatum fuerit. Cumque Magalonenfis ecclesia, quæ erat regularis, translata fuisset anno 1536. Montespessulum, & monasterium beati Germani ordinis sancti Benedicti in ecclesiam cathedralem secularē sub inuocatione diui Petri reductum & erectum esset: ac ex duabus ecclesijs vna effecta esset, & vnita omnia essent beneficia ab illarum collationibus dependentia, omnesque etiam ambarū ecclesiarum religiosi & monachi, numero ceterū & sex canonici seculares facti essent, quibusdā ex eis reclamantibus, & vnionē beneficiorum irritam facere volentibus, (ad instar eorum qui diui Aegidij Nemausensis secularisationem & beneficiorum vnionem persequuti fuerant, & irritam magni consilij aresto iudicari fecerant) mota lis est, & in dicto consilio agitata. Cumque reclamantes litem prosequerentur, & simile iudiciū se facilius cōsequuturos sperarēt, si Dominus Rebuffus (promissione ei facta beneficij sanctorum Iuliani & basilicæ loci de Ballanicis, in quo natus erat, & cuius reditus erat quingentarum librarum, per obitum Emerici de Costa vltimi illius possessoris vacantis) cum eis se liti iungeret. Re communicata, & narrata, reclamantibus respondit, his verbis, Nolo id mihi vitio dari, & mea causa hoc factum dici, & si dicta vnio sit facta contra sacros canones, & in detrimentum peritorum: semper enim utilitatis patriæ rationem habui potius, quā meā. Quare ob eam rem laudem meretur perpetuā, quod magis virtutis & famæ, quā fortunæ accessione quæsierit. Imo in Rebufforum familia ab Eglina Iacobi Rebuffi, loci sancti Genesij monialium, iam dictæ Magalonen. dicec. vxore, die octaua mensis Iulij anno Domini, millesimo trecentesimo quadragesimo octauo, reperitur quoddam facellum ordinatum, in honorem sacre Eucharistiæ, in ecclesia dicti diui Genesij multis redditibus dotatum, & auctum per Dominum Iacobum Rebuffum iurium Doctorem anno millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, duode-

Vita domini Petri Rebuffi.

cima mensis Ianuarij, & hoc vt singulis diebus, in aurora, qui in eo præfectus fuerit, sacri celebret vel per alium fieri curet, statutoque eius fundationis cauetur, vt per familiam Rebufforum ad illud prouideatur, & gerens cognomen si quis reperiat assumatur, & sic huiusmodi facellum, sibi quasi iure hereditario competebar, hoc tamen in adolescentia habere renuit extraneum ad hoc præfici permittere. Fuit præterea mitis vir, totius prudentiæ, in sermone verax, in iudicio iustus, in cōsilio prouidus, in cōmisso fidelis, in bonitate cōspicius, in vniuersa morū honestate præclarus, in amicitijs optime temperatus, vt eas & facile admitteret, & constantissime retineret: religionem Christianam Catholicam, quā ab infantia amauerat, cum summa pietate coluit: ecclesiā manē, vt pere, itemque nocturni, & sacrificij tēpore ei dū per vltitudinē licebat quotidie frequētabat, in cibo erat temperatus, & in potu tēperatior, imo cūm lacre matris vteretur quadam die in hebdomada, semel tantum eius māmās bibebat, sacerdotes honorabat, sacra ac venerabilia loca colebat, si hominis pietatem, religionem perexero dicere, & repræsentare nō sufficeret libellus, tantū id dixerō, vehementissimè illū odisse pessimū illud nouū, nescio quod hominū genus, qui cum in animo meras hæreses circumferat, meras blasphemias euomant, sacrilegia committant, iura Regi vsurpēt, viros Ecclesiasticos, & Catholicos prius bonis abreptis, crudeliter occidant, sibi titulum cuiusdā reformatæ religionis, vt dicunt, vendicent, fuit & castus, sobrius, affabilis, pauperū amator, vt quibus maiorem bonorū partem elargitus sit, fidei Catholicæ religiosissimus obtemperator, hæresimque cum dictis, tum scriptis oppugnator: summo & incredibili studio literis semper additus, adeo vt sexagenarius literas Hebraicas & Græcas ediscere voluerit: dignissimus certè, qui nunquā consensisset, qui nunquam reliquisset terras, qui scripsit suis rempublicam semper illustraret. Ereptus si quidem est nobis vir in quo omnia quæ singularim, in ceteris habētur, in vno liceat summa admiratione videre collecta, & merito gemitibus, & lacrimis prosequendus esset, cū ad aliud homines nasci non dicatur, (vt dici solet) nisi, quādo vitum fuerit Deo oprimo maximo vt è tenebris humanæ infelicitatis euolent in lucem. Post hæc anno 1547. diuino cultu se dicauit, adeo vt singulis, ad minister, diebus in hebdomada sacrificaret, tandem verò se deo deseruens, febre quadam correptus, condito prius testamento, quo dictum Audomarum iurium doctorem, filium fratris, suum heredem instituit: sacramentisque ecclesiæ rite honorificeque & deuotè ab eo susceptis, animam Deo reddidit, secunda die Nouēbris 1557. eiusque corpus cum decore sepultura Parisiis in in sacello Beatæ Mariæ collegij magistri Petri Bertradi, aliàs Aduensis traditum est, non sine magna omnium peritorum deploratione, & Reipublicæ incommodo. Anno autem 1545. in mēse Augusto, cum nonnulli, ex familia prædicti Rebuffi, pestis morbo acerbissimè premerentur (vt tota fere Parisiorū ciuitas) periculi effugiedi causa Viridunum, vrbe Lotharingiæ adire, atque secedere coactus fuit, cum tota sua familia quo in loco, per aliquod tempus stetit, donec cardor morbi Lutetiæ sedatus fuit, & illuc eū muneris necessitate redire oportuit. Dū autem Viriduni esset, proposuerat, & fere itineri accinctus fuerat Coloniam Agrippinā, vrbe Germaniæ, adire, vt illic iura Ciuilia profiteretur: fuit autē retrocatus ab instituto, ob hæresicos, quos vulgus Profectates nominabat, qui in prædicta Colonia, & alijs circumuicinis locis arma sumperant in

Carolū Quintum Germanorū Imperatorem, & fidei Catholicæ sequaces. Paulo post, idē est rogatus à Ioanne tertio Lusitanorum Rege Lisbonam, illius regni vrbe, petere, gratia proficēdi iura Ciuilia, vt autem hanc prouinciā susciperet mille, & quingenti coronati, ab eodem Rege, annis singulis, ei fuere promissi, sed consulens suæ ætati, ob æstus violentissimos, & itinerum longuitatem, quæ sibi contraria videbatur, accedere noluit. Nec præterendum est, cum ei mens fuisset anno 1556. relicta Lutetia, patriam dulcissimā adire, vt Montspessulani iuris collegium, iam corruens, in melius reduceret, vt autem voris suis facilius posset satisfacere, præmisit nepotem suum D. Audomarum Rebuffum, partim vt suis negotijs prouideret, partim vt sibi egregiam domū lapideo ædificio, propè amoenissimum fontem dicti loci, de Ballanicis cōstrui curaret, quā cum esset Montspessulani, aliquando animi exhilaradi gratia inuisere posset, quæ ab eodem nepote prudentissimè executā fuere. At verò nostro Rebuffo defuncto, cum in hac Gallia Narbonensis prouincia, & fere, in toto Gallorū regno, in Regem hæretici insurrexissent, incolæque prædicti loci, Catholici quique regis partes tuerentur, ab eisdem supradictus locus die 25. mensis Ianuarij 1574. cum prius, per aliquot dies obsessus fuisset, viarum captus est, prædique deditus, & pars vna dictæ domus bombardarum ictibus diruta, alia igne cremata, necnon infinita damna Rebufforum familia, & dicti loci incolæ sunt passi, ob iam dictam obsidionem. Quamquam autē vita eius breuis fuit, gloriæ cursus longus erit: nam multa egregia opera in ius Ciuile & Canonicū edita, reliquit: quædam iam in lucem prodita, quædam typographis tradita, quædam etiam quæ ab herede excudenda parantur: & quia memorabilia sunt, hic recitari oportere putauit: sunt autem hæc Commentaria in Concord. Regni Franc. Præxi Beneficiorū, Additiones ad cancellariæ Romanæ regulas, Commentaria in decisionibus Rotæ, Tractatus de Nominationibus, de Pacificis possessionibus, de Decimis, de Cōgrua Portione, de Alienatione rer. ecclesiasticarum, de Cautā possessionis & proprietatis, de Exceptionibus, Cōmentaria in Bullam Cœnæ Domini, Repetio in capostulatis, de cler. ex com. ministr. Priuilegia scholasticorū, cū Interpretatione auth. habit. C. ne filius pro patre. Arbor exceptionū in ff. no. Arbor feudorum in v. l. Arbor inter esse, Interpretatio. l. vnicæ. de sentent. que pro eo quod interest proferunt. C. Interpretatio. l. quod iussit. de re iudi. ff. Lectura super legem si debitor. ff. de fideiuss. & mādā. Commentaria in stylum curiarum parlamentorum, Commentaria in constitutiones Regiæ Gallicæ in tres tomos reducta, Constitutiones Regiæ in duos tomos & rubricas redactæ, Commentaria in stylum Biturigum, tria volumina resolutionum ad ius Ciuile, tria etiam volumina ad ius Canonicum, vnum volumen Consiliorum, & vnum volumen in hūc titulum de Verborum, & Rerum significatione, ff. quem tam publicè scholasticis Parisiis, quā priuatim illustribus viris & Principibus Carolo à Borbonio, & Carolo à Lotharingia Cardinalibus sanctæ sedis Apostolicæ (quibus hoc opus dedicauit) interpretatus est. Sunt autem & alia multa quæ scripsit, quæ à suo herede Domino Audomaro, in potestate cuius sunt, Deo duce, in lucem breui edentur, & ita multa quæ ex vsu fori pendebant euulgauit, quo fit vt hic noster Rebuffus per omnium ora voliter, hunc personant Inuisculatorum scholæ, hunc habent causarum patroni in ore frequentissimum, hunc decantant aliorum in-


Vita domini Petri Rebuffi.

terpretum scripta, in quibus videre licet, Rebuffum frequentissimè citatum, qua autem prudentia, qua autoritate, quo consilio, qua diligentia, qua fide, qua pietate, qua rerum omnium animaduersione, qua clementia, qua alacritate omnia onera susceperit, eius scripta perfectè demonstrant. Hactenus de familia, vita, moribus & libris Do. Petri Rebuffi. Superest, vt cum huius viri optimi & doctissimi exemplaria proposuerim, enitentur studiosi quotquot sunt aliqua ex parte eum referre: fruatur eius vigiliis: fruatur etiam manes illius tranquillitate perpetua: fruatur hospitio terræ corpufculum piæ


mentis: fruatur cœlo anima, & vireat post mortem Rebuffi fama: gratuletur locus de Ballanicis, in quo natus est: gratuletur Montispeffulanensis patria, quæ fuit illi dulcissima: gratuletur Tholosæ ciuitas, & Cadurcum: gratuletur Pictorum regio, & Biturigum: gratuletur etiam Parisiorum schola, & senatus: & vt tandem finiam, vniuersa Respublica Gallorum gratuletur. Eique dent in cœlis vitam numina iusta perennem.

* *

FINIS VITAE D. PETRI REBUFFI.



AD LAUDEM D. P. REBUFFI DE
MONTEPESSVLANO IVRIVM
DOCTORIS ET COMITIS, AC
in senatu Parisiensi causa-
rum patroni.



Reum Montepessulum: leges & iura Rebuffo Cadurcum, Bituris, Picto, Tholosa dedit.

Hunc schola Parisiùm coluit, summisque senatus, Insignem doctrina, & pietate virum.

Pontificum canones, Francorum scitaque regum Efficit scriptis lucidiora suis.

Quatuor atque decem lustris feliciter actis, Cælo animam reddit, corpus inane solo.

Ad eiusdem Laudem.

Quod tam dulce canas, moribundū imitaris olorem Quod sic sanus agas, hoc tibi cedit odor.

Doctissimo viro & singulari P. Rebuffo, iurium Doctore & Comiti in alma iuris Pontificij facultate, supremique senatus Parisiensis aduocato, P. Boyer Forensis S.

Salue Pontificum decus immortale sacrorum, Quæ tulit auspicio Gallica terra pio. Petre iterum salue nullos moriture per annos, Gloria nunc cuius parca labore viget. Incluta doctorum coluit te turba virorum, Qui sacer es diuæ Palladis arte comes. Candida Phœbiadum decorat te turba sororum: Te Charites placida, Pævidæque colunt. A teneris tibi sunt diuinæ semina mentis: Florebit tanti fama decisque viri. Quous iam peragres, primi referentur honores, Gloria, fama, decus, laus, amor atque salus. Sicut apes ruri mox vere nouo atque tepenti Floriferos saltus peruolitare solent: Sic tua tam celebris, quam totus non capit orbis, Doctorum volit at fama per ora virum: Dogmatibusque tuis totus nunc vititur orbis, Que redolent violas, atque Rebuffe, rosas. Purpureis vt apes in floribus omnia libant, Dogmata sic etiam nos tua percipimus.

Canonici iuris celebres tibi dantur honores:

Clarior est studiis Gallica terra tuis.

Ante viros omnes mira virtute coruscas, Sol veluti stellis clarior ipse micat.

Ingenij monumenta tui, laudisque manebunt, Gloria cum scriptis non peritura tuis.

Bartholus in medio quamuis clarissimus orbe, Huic eadem virtus peneque robur inest.

Dogmata que fuerant tenebris demersa profundis, Nunc rutilant studiis, doctæ Rebuffe, tuis.

Eiusdem P. Boyer Forensis ad candidum & generosum Lectorem, operis commendatio & authoris.

Forſitan hoc opus interdum mirabere, Lector, Quis peperit clarum cui referatur honos. Ipse Rebuffus adest, quo non præstantior alter Exiit, unde sibi fama perennis erit.

Cuius Hyperboreas nomen penetravit ad oras, Cuius & in toto cognita fama solo:

Gloria iam penetrat spatiosi climata mundi, Noscitur authoris summus in orbe labor:

Cuius difficiles facundia soluere nodos Ausa fuit iuri qui latuere sacro:

Ordine facundos, faciles, sensusque decoros Reddidit arguto perfacili modo.

Bartholus obtinuit lampas clarissima legum: Maior enim gemini gloria iuris adest.

Atque recens toto rutilat lux fulgida mundo, Credimus & prisicum delituisse decus.

Fama grauis non est vnquam moritura Rebuffi, Vmet in extinctum nomen in orbe suum.

Canonico iuri Ciuilia dogmata cedunt. Huic celebri supplet Bartholus inde Petro.

Nondum tanta sibi studiorum premia quisquam Arte sua meruit, quanta Rebuffus ouans.

Parturiunt paucos nunc secula nostra Rebuffos, Scipiadas geminos, Annibalesque duces.

Eiusdem

Eiusdem P. Boyer ad insignem & studiosum Lectorem hexastichon.

Si iuuat exculti decerpere gramen agelli,
Ex medio cuius fons scatet irriguus:
Huc ades & sacros hauri de fonte liquores,
Nectare mellifluis uti, ambrosiisque potes.
Cara peruigili lege nunc præcepta Rebuffi,
Cum mage nil possis utile habere domi.

Eiusdem P. Boyer exhortatio, qua præclarum hoc volumen impellit, ut quascunque vniuersi orbis regiones intrepide adeat, & quod ipsum fors tulerit, omni floreat æuo.

Liber, omnigenas velox spatium per oras,
Intactam penetra quidquid obumbrat humum.
Exi, ne trepidas externas ire per vrbes:
Et decus omne tibi surgit & omnis honos.
Europa atque Asia fines penetrabis amænos,
Et salubres portus, persacilesque vias.
Celtarumque decus Lugdunum in colle repostum
Cerne, est magnanimis altera Roma uirum:
Eximiamque aram perlustra, & nobile templum
Omnibus à Gallis illic in vrbe situm.
Quid ferat Allobrogum præclara Vienna colunam
Metropolis cernes, quam statuere patres.
Attica Regna petes, ac celsæ mænia Roma,
Pontificum scepro iam decorata pio.
Fac videas veterum fulgentia tecta Quiritum,
Romuleas turres, Casaræque lares.
Fontes Castalidum repetes, sylvasque viuentes:
Tum iuga Parnassi scandere celsa potes.
Denique Iustriæ regiones vertice montis
Undisque finitimas, plura subinde loca.
Urbes Dardania repetes & Pergama Troia
Sena, quibus Damai bella tulere duces.
Sidonia spatium Libyaque videbis utrumque,

Quem tenuit quondam Scipio magnanimus.
Vade per Ausonia populos gentemque Latinam,
Immanes Siculos, Aethiopesque feros.
Oppida cerne parum Creta celeberrima centum,
In quibus antiqui iam vixere patres.
Orbis & immensi postremos ærne Britannos,
Turbida veliferi quos rigat unde freti.
Celsas pyramides Phrygiæque cuius columnas,
Egregium domini nomen in astra refer.
Quare niues Scythicas, scopulosos transige montes,
Vade per Armeniam, Caspia regna simul.
Frigida Riphæi transcende cacumina montis,
Quæ semper gelido frigore torquet hyems.
Cerne Charibæo postas in gurgite gentes,
Syrtybus in Libycis vorticibusque maris.
Ne labyrinthi latites in faucibus antri,
Nectumidus margas dulce volumen aquis.

Ad D. Petrum Rebuffum Comitem iuris vtriusque peritissimum, Iacobi Lectræi Lingonensis Iurisc. epigramma.

Quid iuuat antiquos legum proferre magistris,
Quos iuris mystas vrbs Latialis habet?
Quis iuuat Hispanos, & quos Germania Rheno
Flaua lauat rapido, Flandria quosque tenet?
Quid Cuneum Gallum, Fabrumque referre necesse,
Quosque suis olim Francia docta tulit?
Gallia fert ventrem: non est effeta magistris
Quales viderunt secula rara, parit.
Hos inter, spectate Comes, coryphaeus haberi:
Hos inter primas, docte Rebuffe, tenes.
Vini apud Gallos, alieno vini in orbe:
Atque magis quis sis, fama loquetur anus.
Maeste graui virtute Comes: sic itur astra;
Hæc docet in superas scandere cura domos.
Ede in verbatos, memorande Rebuffe, labores,
Egregium nunquam precipitatur opus.
Est dotata tibi verbis, & filia rebus:
O quantum est tanta virginis ingenium!

INDEX



INDEX LEGVM AC PARAGRAPHORVM

omnium tituli de Verborum & Rerum significatione. ff. secundum ordinem Alphabeti compilatus: in qua paragraphusne sit, an verò lex consuetis notis, foliorum numerum precedentibus, indicatur.


* *



| | | | |
|---|--|---------------------------------------|---------------------------------------|
| A | Besse non videtur. §. 634 | Continentes prouincias. §. 417 | Hæc verba, cui rei. l. 339 |
| | Abest & ea res quæ nõ est. §. 92 | Coram Titio aliquid. l. 664 | Hæc verba, ille aut ille. l. 475 |
| | Abfentē accipere debemus. l. 631 | Creditor autem is est. l. 283 | Hæc verba in stipulatione. l. 351 |
| | Actionis verbo. l. 196 | Creditor accipiendos esse. l. 68 | Hæc verba, is ad quem. §. 326 |
| | Actionis verbo non continetur. §. 62 | Creditorum appellatione. l. 74 | Hæc verba, quati eam rem. l. 614 |
| | Actionis verbū & generale. §. 588 | Cum bisextū calendas est. l. 414 | Heredis appellatio nõ solū. l. 321 |
| | Aduena est quem. §. 759 | Cum prætor dicat. l. 376 | Heredis appellatio oēs. l. 575 |
| | Aedificia Romæ. l. 512 | Cum in testamento. l. 641 | Hereditas nomen iuris est. §. 587 |
| | Aes alienū est quod nos. §. 670 | Cum quærebatur. l. 765 | Hereditatis appellatio. l. 464 |
| | Ager est locus. l. 155 | Cum stipulamur. l. 413 | Hereditatis appellatio. l. 512 |
| | Ager est locus. §. 621 | D | Herennius ait, si ita. l. 471 |
| | Alia autem parte. §. 621 | Debitoris intelligitur. l. 439 | Hoc verbū debuit omnem. §. 589 |
| | Alienationis verbum. l. 160 | Decuriones quidam. §. 760 | Hominis appellatio. l. 540 |
| | Alienatum non proprie. l. 327 | Dedisse intelligendus est. l. 355 | Hostes ij sunt qui nobis. l. 461 |
| | Aliud est capere. l. 341 | Delata hereditas. l. 539 | I |
| | Aliud est fraus. l. 494 | Derogatur legi aut. l. 430 | Id apud se quis habere. l. 522 |
| | Aliud est promittere. l. 581 | Detestatio est denunciatio. l. 219 | Idem dicitur in operarum. §. 324 |
| | Amicos appellare. §. 709 | Detestatum est cum testatione. §. 747 | Idem etiam de nucleis. §. 574 |
| | Annulus amittitur, qui. l. 502 | Dimissorie literæ dicuntur. l. 437 | Illa verba, arbitrati Lucij. l. 337 |
| | Annulus non statim. l. 506 | Definere autem abesse. §. 89 | Illa verba optimus maximusque. l. 555 |
| | Ante diem decimum. §. 503 | Dispungere est conferre. §. 287 | Impensæ necessariae sunt. l. 365 |
| | Appellatione parentis. l. 265 | Diortium inter virum. §. 426 | Incertus possessor est. §. 217 |
| | Appellatione rei etiam. l. 350 | Donationis verbum. §. 330 | Incola is est, qui. §. 752 |
| | Apud labeonem. l. 779 | Duobus negatiuis. l. 744 | In conuentionibus. l. 689 |
| | Armorum appellatio. l. 224 | E | Inde tabernacula. l. 598 |
| | Assignare libertum. l. 438 | Eius qui apud hostes. §. 31 | Indicasse reum est. l. 625 |
| | Attestari est abfenti. §. 216 | Etiã aurcos nummos. l. 551 | In generali petitione. l. 373 |
| | B | Eum qui vestigal. l. 106 | In itinere faciendū. l. 24 |
| | Bona ciuitatis. l. 104 | Ex illa parte edicti. l. 717 | In legem foria. l. 644 |
| | Bona fidei emptor. l. 443 | F | In rutiis cæsis. l. 767 |
| | Bona intelliguntur. §. 213 | Fabros lignarios. §. 742 | In strato omne. l. 239 |
| | Bonorum appellatio aut naturalis. l. 260 | Facere non oportere. l. 610 | Instructam autem. l. 598 |
| | Bonorum appellatio sicut hereditatis. l. 663 | Faciendi verbo. l. 582 | Instrumetorum appellatio. §. 418 |
| | Boues magis armentorum. l. 387 | Falsum est eam peperisse. §. 504 | Integra autem est. §. 185 |
| | C | Familie appellatio qualiter. §. 615 | Intelligendus est. l. 541 |
| | Carbonum appellatione. l. 572 | Familie appellatio refertur. §. 616 | Inter diortium. l. 612 |
| | Cautum intelligitur sine. §. 608 | Familia appellatione. l. 624 | Inter donum. l. 615 |
| | Cedere diem significat. l. 666 | Familia appellatione. §. 222 | Interdum proprietatem. l. 360 |
| | Censere est constituere. l. 447 | Ferri proprie dicimus. l. 736 | Inter edere & reddi. §. 387 |
| | Cepisse quis intelligatur. l. 515 | Filij appellatione omnes. l. 380 | Inter hæc verba. l. 590 |
| | Cetera quoque quibus. l. 238 | Foeminarum liberos. §. 624 | Inter illam conditionem. l. 677 |
| | Ceterorum & reliquorum. l. 753 | Frugem pro reditu. l. 357 | Inter multam & poenam. §. 496 |
| | Cognoscere instrumenta. l. 285 | Fugitiuus dicitur non is. l. 714 | Inter proiectū & immisū. §. 770 |
| | Collegarum appellatione. l. 580 | Fundi appellatione. l. 665 | Inter publicam. l. 110 |
| | Commendare nihil aliud. l. 599 | G | Inter stuprum. l. 423 |
| | Communi iure familiam. §. 619 | Generi appellatione. l. 511 | Intestatus est. l. 319 |
| | Conditionales creditores. l. 281 | Glans caduca est. §. 187 | In vsu iuris. l. 550 |
| | Coniunctionem enim non unquam. l. 168 | Glandis appellatione. §. 744 | In vulgari. l. 557 |
| | | H | Is qui natus est. l. 655 |
| | | Habere duobus modis. l. 602 | Ira dubitarum est. §. 279 |
| | | Habere sicut peruenire. §. 566 | Item appellatur familia. §. 622 |
| | | Hæc adiectio plurisve. l. 613 | Item ita data conditione. §. 679 |
| | | Hæc enunciatio. l. 723 | Item in lege Aelia Sentia. §. 324 |
| | | Hæc stipulatio, noxiis. l. 635 | Item Labco ait. §. 779 |
| | | Hæc verba his de rebus. §. 349 | Item si dominus rem. §. 97 |
| | | | Item |

Index legum & paragraphorum.

| | | | | | |
|---|-----|--|-------|--------------------------------|-----|
| Item via est. §. | 548 | Paterfamilias liber. l. | 595 | Sequester dicitur apud. l. | 440 |
| Iure proprio familiam. §. | 617 | Patroni appellatione. l. | 268 | Serui appellatio. §. | 220 |
| Iusta interpretatio. l. | 636 | Patronos libertos. §. | 300 | Seruis legatis etiam. §. | 429 |
| L | | Paulus respondit, falsum. l. | 697 | Seruitutum quoque. §. | 620 |
| Labeo & Sabinius. l. | 93 | Pecuniae appellatione. l. | 35 | Seruorum appellatio. §. | 752 |
| Labeo libro primo. l. | 120 | Pecuniae nomine non solū. l. | 701 | Si ita stipulatus. l. | 533 |
| Lata culpa est in. §. | 671 | Pecuniae verbū non tantū. l. | 585 | Si calumniatur & l. | 726 |
| Latae culpae finis. l. | 701 | Penes te, amplius. l. | 317 | Si cui ex empto. l. | 76 |
| Legē obuenire hereditatē. l. | 489 | Perfecisse aedificium. §. | 513 | Si cum fundum tibi. l. | 453 |
| Liberationis verbum. l. | 247 | Pernoctare extra urbem. §. | 572 | Signatorius annulus. l. | 353 |
| Liberti appellatione etiam. l. | 579 | Persecutionis autē verbo. §. | 588 | Silua caedua est. l. | 172 |
| Librorum appellatione continerentur. §. | 289 | Persequi videtur & qui. §. | 298 | Si qua poena. l. | 775 |
| Librorum appellatione nepotes. l. | 691 | Peruenisse ad terecē. l. | 577 | Si quis ita in testamento. §. | 538 |
| Licet capitalis. l. | 432 | Pignus appellatum est. §. | 747 | Si quis sic dixerit. l. | 505 |
| Licet inter gesta. l. | 299 | Plebs est ceteri cines. l. | ibid. | Soceri & socrus appell. l. | 528 |
| Litis nomen omnem. l. | 202 | Plumbum autem quod pro. | 771 | Soluendo esse nemo. l. | 452 |
| Littus est, quousque maximus. l. | 411 | Plus est in restitutione. l. | 136 | Solutionis verbo. l. | 582 |
| L | | Portionis nomen non. §. | 561 | Solutum non intelligimus. l. | 255 |
| Littus publicum. l. | 448 | Portus appellatus est. l. | 302 | Spadonum generalis app. l. | 486 |
| Locuples est qui. §. | 733 | Post calendas Ianuarias. §. | 729 | Speciosas personas. l. | 421 |
| Locus est non fundus. l. | 306 | Potest reliquosum. l. | 409 | Sponsio appellatur. l. | 57 |
| M | | Potestatis verbo multa significantur. l. | 673 | Statuæ affixæ. l. | 777 |
| Magna negligentia. l. | 717 | Prædia dicimus. §. | 412 | Stipendium à stipe. §. | 156 |
| Maiore parte anni. l. | 543 | Præuaricatores eos appell. l. | 666 | Stipula illecta est. §. | 177 |
| Malum nauis esse partem. l. | 768 | Pratum est in quo. l. | 192 | Structuram loci alicuius. §. | 774 |
| Marcellus apud Iulianum. l. | 64 | Princeps bona concedēdo. l. | 134 | Subsignatum dicitur. l. | 210 |
| Masurius scribit. l. | 525 | Probrum & opprobrium. l. | 227 | Sulphurata quoque de. §. | 573 |
| Matrem familias accipere. §. | 243 | Proinde hortos. §. | 629 | T | |
| Meorum & tuorum. l. | 399 | Pronunciatio sermonis. l. | 615 | Tabernæ appellatio. l. | 596 |
| Mercis appellatio ad res. l. | 327 | Pronunciarum est statutū. l. | 241 | Telum vulgo id appellatur. §. | 730 |
| Mercis appellatione. l. | 661 | Propomodum tantum. l. | 384 | Ter enixa videtur. l. | 511 |
| Mille passus non. l. | 541 | Proprie bona dici non. l. | 379 | Territoriū est vniuersitas. §. | 762 |
| Minus soluit qui rardius. §. | 79 | Provinciales eos accipere. l. | 611 | Tigni appellatione. l. | 315 |
| Minus solum intelligitur. l. | 195 | Proximi appellatione. l. | 542 | Toricens enim leges. §. | 692 |
| Modestinus respondit. l. | 436 | Proximus est quem nemo. l. | 400 | Transacta finitave. l. | 719 |
| Morbis fonticus est. l. | 449 | Pueri appellatione etiam. §. | 556 | Triplici modo coniunctos. l. | 516 |
| Mouentium item. l. | 402 | Pueri appellatio tres. l. | 651 | Tugurij appellatione. l. | 592 |
| Mulier autem familiae. §. | 623 | Pupillus est qui. l. | 750 | V | |
| Mulieris appellatione. l. | 80 | Q | | Venisse ad heredem. l. | 566 |
| Municipes intelligēdi sunt. l. | 718 | Quæstio est fundus. l. | 508 | Verba contraxerunt & l. | 131 |
| Munus proprie est. l. | 671 | Quæstio est fundus. l. | 455 | Verba hæc, si is ad. §. | 326 |
| Munus publicum. §. | 753 | Quantum ad iuris. l. | 546 | Verbis legis 12. tab. l. | 465 |
| Munus tribus modis dicitur. l. | 115 | Quibus præcipua. l. | 291 | Verbo victus continentur. l. | 234 |
| N | | Quid aliud sunt iura. l. | 381 | Verbum amplius. l. | 377 |
| Nam quem sine liberis. l. | 529 | Quid autem esset. §. | 647 | Verbum erit, interdam. l. | 474 |
| Natorum appellatio & ad. l. | 435 | Qui extra continentia. §. | 581 | Verbum exactæ pecuniæ. l. | 600 |
| Natura cauillationis. l. | 583 | Qui fundum vendidit. l. | 652 | Verbum ex legibus. §. | 54 |
| Nepos Proculo. l. | 430 | Qui in continentibus. l. | 337 | Verbum facere omnem. l. | 679 |
| Neratii Priscus. l. | 380 | Qui mortui nascuntur. l. | 488 | Verbum hoc, si quis. l. | 4 |
| Nihil aliud est. l. | 145 | Qui neque sequatur neque. l. | 250 | Verbum illud, pertinere. l. | 593 |
| Nomen filiarum & l. | 560 | Qui neque sequatur neque. l. | 250 | Verbum oportebit. l. | 59 |
| Nominis & rei appellatio. l. | 51 | Quintus Mutius ait. §. | 152 | Verbum oportere. l. | 204 |
| Non est quod pupillus. l. | 556 | Qui venenum dicit. l. | 742 | Verbum reddendi. l. | 405 |
| Non est sine liberis. l. | 529 | Qui vti optima. l. | 398 | Verbum suum ambiguum. §. | 763 |
| Non potest videri minus. l. | 459 | Qui quis mihi alius. l. | 458 | Verbum viuere. §. | 736 |
| Non tantū in traditionibus. l. | 575 | Quod dicimus eum. l. | 722 | Verum est, eum qui. l. | 676 |
| Notionem accipere. l. | 416 | Quod si ex populari causa. §. | 78 | Verum est morbum. §. | 428 |
| Noualis est terra. §. | 180 | Quos nos hostes appell. l. | 732 | Vestis appellatione. l. | 485 |
| Noxiæ appellatione. §. | 749 | R | | Viduam non solum cam. §. | 772 |
| Nurus appellatio etiam. l. | 264 | Recte dicimus eum. l. | 148 | Vinaria vasa proprie. l. | 656 |
| O | | Rei appellatio latior. l. | 39 | Vinculorum appellat. l. | 712 |
| Opere locato, vel cōducto. §. | 47 | Rei appellatione & l. | 140 | Virilis appellatione. l. | 528 |
| Opidum ab ope. §. | 761 | Rem amisisse videtur. §. | 101 | Vnicus seruus. §. | 223 |
| Oratio quæ neque. §. | 167 | Res abesse videntur. §. | 82 | Voluptariæ sunt. §. | 371 |
| Ostentum Labeo definit. l. | 206 | Restituere autem is. l. | 200 | Vrbana familia. l. | 567 |
| P | | Restituere videtur is. l. | 354 | Vrbana prædia. l. | 627 |
| Palam est coram pluribus. l. | 196 | Restituit non tantum. §. | 780 | Vrbis appellatio. l. | 16 |
| Pali & peticæ. l. | 574 | S | | Vrbs ab vrbo appellata. §. | 761 |
| Paries est siue murus. l. | 546 | Sæpe ita compertum est. l. | 269 | Vsura pecunia quam. l. | 470 |
| Partum non esse. l. | 154 | Sanctificationis appellatione. l. | 311 | Vt Alphenus ait. l. | 383 |
| Pascua sylua. l. | 190 | Scævola respondit, semper. l. | 774 | Vtiles impensas esse. §. | 567 |
| | | Sciendum est heredem. l. | 323 | Vt sunt iudicio terminata. | 719 |
| | | Sed & Papirius. §. | 692 | F I N I S. | |



PROOEMIUM AD TITVLVM DE VERBORVM, ET RERVM SIGNIFICATIONE, Digest. lib. L.



LLVD primū certum exploratumque est, omnem sciētiam, vt recta eius traditio sit, à cognitione verborum & vocabulorum incipere, eorum enim significationibus ignoratis, facile quisque, vt apud philosophos dici solet, decipitur. Quod tum ex interpretum nostrorum, tot voluminibus, tum ex quotidianis disputationibus planè intelligi potest. Etenim illorum plerique, dum suam sententiam tueri conantur, sæpe laudis studio, vt acutè aliquid excogitasse videantur, verba legum aut caprant, aut torquent in alienum sensum. Ex quo accidit, crebrius vt sit de nomine, quàm de re contentio. Quam potissimam puto causam, vt adistica illa tēpora Iustiani Imperatoris redierimus: qui ait in l. 1. §. nostram. & l. 2. §. contrarium. & §. penul. C. de veteri iure enucle. ante se totum ius per contrarias sententias conturbatum, & opus edicti perpetui moderatè confectum, eius commentatores in infinitum producentes, huc atque illuc in diuersas sententias distaxisse: vt omnem, inquit, Romanam sanctionem confusam cerne- runt: us tantam fuisse voluminum multitudinē, vt illorum nomina antiquiores homines non dicimus (inquit) nesciebant, sed nunquam audiebant. Ita illa altercationes, & disputationes cōmentatorū huius iuris nostri, quæ in nominibus magis, quam rebus posita sunt, ad eō occupatos omnes tenuerunt (quod indicat innumera librorum multitudo) vt de re iudicare, rem à re distinguere, etiā nunc post tot secula & tantos labores hominum, difficilimum videatur. Quod non aliunde maxima ex parte accidisse putandum est, quàm ex vocabulorum varia & diuersa ignorata significatione, quæ in legibus pro varietate materiae, dicendive ratione, ac phrasī variè usurpantur. Quare opere præritum factum semper existimaui eum, qui eorum verborum, quibus Iuriconsulti vtuntur, ita significationem traderet, vt distinctè pro legis ratione & materia, tanquam in tabula quadam inspicere possent: ne capiantur deinceps tam qui iuris subeunt rudimenta, quàm prouectiores his veluti inuolueris ac cauillationibus, & eo elencho, quæ Greci *προσῆγορᾶ* appellant, qui in dictione versari solent: sed aliter atq; aliter, alia atque alia lege verbum idem accipi dum intelligent, illos quasi seopulos facile fugiant: tandēque ad rei ipsius & veri-

tatis, non nominum tractatum, studia sua & disputationes conferant. Et non dubito, si quis ita instituat eos qui sacris huius disciplinae initiantur, quos Iustineanos Iustinianus dici vult, ad intima iuris penetralia facile peruenturos: neque quæ si in vestibulo adium deambulantes, in illis vocū iurgiis consenserint, sed breui his perceptis ad cæteras partes liber fiet aditus. Quid enim maius quis præstare possit, cum sit librorum confluentium, vt verè dicam, pelagus, vt sinceram iuris disciplinam tradat, quàm illa tollere, quæ impediunt ne ingressus pateat? Quæ res, etsi magno opere profutura, infiniti tamen laboris nobis semper videbatur, & opus sanè arduum atque perquam difficile: vt necesse sit ei, qui hoc tentarit, totum ius satis per se amplum ob oculos ponere, ac utius singulas leges perspicere, & ex genere cuiusque materiae verba distinguere, quæ magis significatio, interpretatio & mens Iuriconsulti apta rei videatur. Arbitramur denique eum vnum, qui id præstat, & oportere omnem pro omnibus laboris provinciam sustinere, quod nemo aggredi sine magna præmij spe vel nolle, vel qui vellet, tanta cum difficultate non possit.

Nostra autem docendi ratio erit distributa in tres partes: in verborum significationes, in phrasēs, & utilitates. Hæc tria non alienis instrumentis & tabulis (vt ita dicam) sed proprio legum contextu probabamus: quia non interpretari iustus erāt, tum cum docerem ista, Ciceronem, aut philosophos, sed leges ipsas. Si quis tamen locus obuius esset, qui alieno auxilio egeret, vt plurimos propter arrium affinitatem esse necesse est, non aspernabar ex principiis artis, cuius id esset, interpretari, vt in his quæ ad rem rusticam pertinerent, vel ad architecturā à Columella & Virruuio, atq; ita in cæteris: & si quæ male explicata videbantur ab aliis, dicebamus nos quoque sententiam. Nam sæpe euenit, vt qui magis in alia, quam iuris disciplina versati sunt, interpretentur leges ex Ciceronis loco: quod etsi aliquando quidem recte, non tamen illud semper: est enim plerumque procul à lege sensus. Nam proprium est dicēdi genus, suntque propria vocabula Iuriconsultorum, quod ipsum ipse Cicero testatur, singularum quoque artium esse. Rhetorum artes, inquit quæ sunt tota forentes atque populares, verbis tamen in dicendo quasi priuatis vtuntur, ac suis. Quare non satisfaciet iuris studioso, qui in interpretationibus legis locū Ciceronis solū citans putabit sæpe apud Iuriconsultos aliter vel angustius vel latius posse accipi. Erit ergo ista quasi ifagoge ad omnes iuris partes, tum etiam prouectioribus plurimum vsui

*Methodus
in hoc opere
seruata.*

spero fore, cum multa tradantur ad praxim decisiones accommodatissima, multa leges noua interpretatione declaratae, pugnantia, quae videtur, conciliata, constitutiones regiae explicatae, multa denique aere facta, consuetudines ac statuta, stilus & vsus forensis, quibus in rebus omnibus imitabimur Aristippum qui arrogantius iactanti cuidam suam multiplicem variamque lectionem, hoc dixisse fertur, Quemadmodum eos qui multum ingerunt cibi, appetentiusque multa & varia insunt, non valitudine semper praestare iudicaueris: ita, quod tor & tanta oculis pertransisse, & auribus percepisse nobis praedicas, non idcirco existimes a nobis te pluris fieri, teque disciplina vel doctrina caeteros excellere nisi intelligamus tibi alius infidisse in animo, a teque plane intellecta, memoriaeque mandata nec quidem omnia, sed vitiosa & fructuosa magis. Qua oratione illi caetero seque omnem admodum ad doctrinam non omnia, vel plurima, sed vtilissima quaeque & lectissima, nec turbide quidem, sed moderate legenda, de his haec tenent. Imprimis autem praefabor vobis aliqua, quae ad iuris nostri ingressum conducunt: & quia hic tit. Digestorum seu Pandedarum interpretatus, dicam cur Imperator istos libros appellauit Digesta seu Pandedas, text. in l. 2. §. sed cum omnia, C. de veter. iure enucleand. sic dicit nomen impostumus libris Digestorum seu Pandedarum, quod omnes disputationes & decisiones in se habeant legitimas. Nam quod vndique fuit collectum, hoc in sinus suos receperunt vnde dicuntur Pandedas a πᾶσι quod est totum, & δὲ γωνίᾳ, quod est capio: quia omnem iurisconsultorum doctrinam Digesta capiant. Gellius l. 12. cap. 9. & Budaeus in annotationibus in Pandedas in l. 1. ff. de iust. & iur. reiecta, elucidatione glos. in prooemio Instit. in §. igitur. *πᾶσι* quoque dicitur omnes accipiens iure omnibus patens. Idcirco digestorum liber eo etiam vocatur, quia omnes legitimae sanctiones in his libris digestae sunt, id est dispositae & in ordinem redactae, & dicit l. 2. Notandum est, quod si quis huius tituli vtilitatem sine magno negotio consequi affectet, sequentes regulas intelligat necesse est. quarum prima est, videlicet, Sermones vulgariter prolatos debemus interpretari secundum artem literarum, quae non cadit in idiotam, glos. in l. quod si. ff. de testam. tutel. quam sequitur tanquam singul. Barba. in repetitio. c. Raynaldus. col. 84. de testa. & col. 43. clementissim. col. 4. vol. 4. Alex. consil. 44. videtur. nu. 5. in 5. vol. & consil. 9. visis. vol. 1. Facit text. in l. si dictum. ibi, non tamen vt vulgus opinatur. de cuius. ff. quod facit ad intellectum ordinationum regiarum, & instrumentorum, quae in hoc regno vulgaribus concepta sunt verbis, vt ibidem dico in Commentariis illarum in prooemio, vbi multas alias conscripti regulas ad interpretationem illarum, ac aliorum iurium, & consuetudinum, ac statutorum, quae huic materiae non parum accommodata sunt.

Vulgaris mo quomodo interpretandus

loquendi in verba interpretanda

Secunda est regula, In vtroque tamen sermone interpretari debemus verba secundum vsum & consuetudinem loquendi illius temporis, quo actus conceptus est, vt docet Vlpian. in l. librorum. §. quod tamen. ibi, *nam & in vsu iuris frequenter vti nos singulari appellatione Cassellius ait.* l. in vsu. infr. cod. vbi alia dicuntur, & in l. vt Alphenus. inferius. & denique Martian. scribit ex vsu cuiusque loci firmendam significationem, l. legatis seruis. in fi. de leg. 3. Bal. in c. vno. col. 4. nu. 13. de capita. qui curiam

vendidit glos. in c. cupientes. in verb. commodi. de electio. in 6. Et hic loquendi vsus propriae significationi derogat, vt Paul. scribit ff. de fundo instr. l. cum de lanionis. §. a sinam. ibi, Padius ait non propriam verbi significationem scrutari, sed imprimis quid testator demonstrare velit, deinde in qua praesumptione sint, qui in quaque regione versantur & Augusti. ait c. quamquam secundum vocabula quae vsus obrinuit, episcopus sit presbytero maior, Augustinus tamen Hieronimo minor est, 2. q. 7. Vnde quamuis proprie appellatione nepotis veniat filius filij, vel filia, l. iuris. conf. ff. de grad. §. 1. illo titu. in Inst. tamen ex communi vsu loquendi veniunt etiam filij fratrum, vel sororum. §. similiter. quibus mod. feud. amitta. Feli. plene in prooemio Decretal. & in c. per tuas. de probat. lat. in l. fi. C. de successio. edicto. & sic dicta testium interpretari ex communi vsu loquendi debere, doct. scribunt in l. stipulatio ista. §. haec quoque ff. de verb. obl. & in prooemio Decreta.

Propria significatio accipienda.

Tertia regula est, quando verba plura significant, debent accipere significationem magis propriam, & ab ea non recedere, c. intelligentia, & c. Prater ea illo tit. vbi dicunt interpretes non procedere si constaret de contraria mente: vt si rusticus leget possessiones suas, venit quoque res possessa, licet proprie in vsu consistat possessio. Bart. in l. 1. §. si vir. ff. de acquiren. possessio. dicitur in l. interdum. infr. eo. & Julia. ait in l. item praetor. ibi, non proprie, sed per abusionem. ff. de suis. & legit. hered. Et si non constet de propria, tunc pro subiecta materia exponi debet, glos. & doctor. in l. eas causas. ff. de conditio. & demonstrat. Sic consulti Ludo. Roma. consil. 376. nu. 7. col. 2. vt inferius dicitur.

Ratio in lege scripta omnes comprehendit.

Quarta regula est, quando in lege, ordinatione Regia, vel statuto est scripta ratio, tunc illud statum complectitur omnes casus, qui sub ratione expressa comprehendi possunt: etiam si sequeretur correctio iuris communis, glos. & doctor. in clem. 1. in verb. eligatur de electio. vbi addidi, & gl. in c. si postquam. de elect. in 6. c. 1. de tempor. ordinat. eo. lib. Bal. in l. fin. ff. de heredib. instituta. idem Bal. in authen. quas actiones. de sacrosanct. eccles. C. Curtius consil. 6. Ticinens. nu. 50. & sequenti. Et interdum pro fauore pupillorum latius interpretatio facta est, l. 1. circa fi. ff. de vsur. allegatur glos. in l. quamuis. C. de fideicom. & Lanfrancus in tracta. de interpreta. statut. col. 2. & 6. lat. in l. 1. §. nunc videamus. ff. de noui oper. nunci. & consil. 126. vol. 1. & 205. vol. 2.

Verba pro materia subiecta interpretanda sunt.

Quinta regula, verba legis & statuti, quantumcumque sint praecisa, & limitata, recipiunt tamen interpretationem secundum subiectam materiam, vbi subest iusta causa restringendi, vel ampliandi. casus est notandus in l. filiusfamil. §. fi. vbi Bart. ff. de procu. glo. & ibi Arer. & alij in l. 3. in §. in amittenda. ff. de acquiren. possessio. idem Arer. in l. stipulatus sum Damam. in glo. 1. de verb. obligat.

Diversitas personarum & rerum varietatem inducit.

Sexta est, Quia non semper inter personas & res ius consonans est, ideo nonnunquam ex diuersitate rerum, vel personarum, quibusdam emergentibus, quae varietatem inducant, induci diuersitatem necesse est: vt docet Vlpian. in l. iusturandū & ad pecunias §. non semper. ff. de iureiur. & inferius saepius sic distinguam. alias multas scripsi in prooemio comment. ad Constit. Reg. in r. romo. Cepol. & Alciar. hic, quae videtur sufficere: ob id ad alia pertranseo.

COMMEN



COMMENTARII D. PETRI
REB VFFI IN RVBRICAM DE
VERBORVM; ET RERV
SIGNIFICATIONE,
Digest. lib. L.



Rubrica quid sit & quare sic dicatur.

In fine cur hic tit sitis, cum ab initio dicens sit.

Quatuor modis capiunt Verbu.

RUBRICA capitur hic pro titulo, vt docet Iuris. conf. Pau. l. in l. 2. §. recuperadae possessionis causa interdicta proponitur, sub rubr. vnde vi. ff. de interd. & ipsam rubricam doctor. quidam rubrum plerumque vocitant, forte eo quod rubrica minio, vel rubro aramento, etiamnum depingi, & scribi soleant, & nigrum appellant tituli materiam, atque leges sub titulo contentas: alijque modis accipitur rubrica, vt per Philip. Beroald. in annota. ad Columellam de re Rustica, sed nihil ad Iuris peritum.

Vrumenimvero vt plenior rubrica habeatur elucidatio, ex hac prima glos. parte colligi potest ratio, quam obrem iste tit. in fine Digestorum, & non in principio locutus fuerit, quia non potest elici verborum significatio, nisi prius verbis positus. Et sic necesse fuit leges preferibere, & ex illis postea vocabula colligere, vt Iuris. conf. fecerunt, qui post quinquaginta libros Digestorum haec vocabula ex illis extraxerunt. Nempe ex nihilo nihil colligi potest, arg. l. dec. ff. de verb. oblig. sic dicit Iuris. conf. de rit. de regul. iuris. l. 1. in tit. proximo ibi, *sed ex iure, quod est, regula fiat.* Ergo oportuit prius ius scribere, & postea ex iure verborum significationes, & regulas elicere, vt factum extitit. & sic non est absurdum, sed necessarium eum, qui iura ciuilia profiteri cupit, ab initio hunc titulum audire, & memoriae mandare, quamuis Iuris. conf. in fine locauerint.

In secunda parte glossa dicit verbum in rubrica, positum de verborum, & c. accipi duobus modis, large scilicet, pro qualibet parte orationis, tam pronomine, verbo, quam pro alia orationis parte: & sic pro qualibet dictione, & vocabulo. Pompo. in l. statuliberi a caeteris. in fin. ibi, quoniam lex duo dedit tabularum emptionis verbo omnem alienationem complexa videtur. ff. de statuliber. & sic accipitur saepe in hoc titu. vt in l. verbum oportebit. §. actionis verbo. & l. plus est in restitutione. l. alienationis verbum, id est dicitio alienationis. infra cod. & l. potestatis verbo. ibid. & Iuris. conf. sicuti sapissime vtmur verbo pro dictione & vocabulo: & pro eo aliquando vtmur verbo appellatio. l. vrbis appellatio. l. pecuniae appellatio. cum l. sequenti. & l. subignatum. ac l. verbo victus. l. alienatum. in fin. & l. inter scriptum. cum aliis multis legibus, infra cod. l. 1. §. conuentionis verbum. ff. de pactis. vbi in prin. vocat verbum, & postea nomen. l. doli verbum,

ff. de seruo corrupt. Et hoc nomen est rerum substantias docendi discernendi instrumentum, sicut pecten & radius tele. text. dum est instrumentum. Textor itaque radio & pectine recte vterur, recte inquam secundum texendi rationem. ille vero, qui docet, nomine vterur, & recte: recte videlicet secundum propriam docendi rationem: teste Platone in Cratylo. sic & Iuris. conf. sicut, vt inferius apparebit. & Quintilia. sic scribit lib. 1. c. 5. verba significare omnia per quae sermo necitur, siue sint nomina, siue verba. siue conuentiones, atque adeo orationes. ita hic accipi posse.

Verbum quid.

Secundo capitur stricte pro parte orationis, quae vocatur verbum: & sic accipitur in l. verbum oportebit. & in l. verbum facere. & l. verba contraxerunt & gesserunt. infra cod. l. 1. in fin. ibi, *nam statuerit verbum vna perfectam significat.* quod quisque iuris. ff. & alibi frequentissime.

Verbu pro parte orationis.

Tertio capitur verbum pro loquela & sermone, etiam si pluribus constet clausulis, & pro voce lingua figurata: gallice *parole*, l. si quis vxori. §. si filius. versiculo, neque verbo, neque scriptura, quis furtum facit. de furis. ff. non figura. de actionibus & obligationibus.

Verbu pro sermone, & ca pitur.

Quarto pro clausula seu oratione, vt verbum amplius non peti, l. amplius rem rotam haberi. ff. l. 1. & l. ob haec verba. de his qui notant. infra l. §. elegant. ter. de dolo. l. inter haec verba quanti. infra cod. vbi prius dicit verba, postea clausulam. l. illa verba arbitrato Lucij Titij. l. nepos. l. cum quarebatur. infra cod. ac l. Neratius. de seruo cor. l. si duo. in fin. & l. promissor. §. 1. de constit. pec. l. 2. C. de bon. vac. libr. 10. vnde si statum punit dicentem verbum iniuriosum alicui, intelligitur de oratione, vel clausula, teste Bart. in l. item apud. §. ait praetor. ff. de iniur. facit quod dicit Bald. in l. antiquitas. col. 1. C. de vsufruct. Ego dicerem intelligi etiam posse verbum pro vna dictione, vt si quis vocet vno verbo aliquem naturalem, vel furem, latronem, aut aliam proferat vno verbo iniuriam, hoc statuto tenebitur, ac si clausulam totam protulisset: vt not. Boer. in consil. incipiente, si quis animo iniuriandi. descripto in consuet. Biturig. per l. 1. ff. de iniur.

Verbu pro clausula.

Et dicitur verbum a veritate, quia verum nos loqui oportet, teste Varrone. Et licet theologi aliquando accipiant verbum pro mentis conceptu, qui de voce formata & emittenda concipitur, antequam vterius ad labia producat: & sic dicitur cogitatio, quae adhuc in conscientiae secreto continetur: vox vero, per quam verbum profertur in medium: tamen hic communis sumitur pro verbo iam prolatu, vel scripto: alioqui si pro cogitatione, nullus posset eam declarare praeter Deum opti. max.

qui solus est cordium scrutator, c. nunquid Cain. de pœnit. dist. 1. ca. erubescant. 31. dist. c. tua nos. de simo. Igitur ne miscam sacra profanis, cum quælibet scientia suos habeat terminos, theologis, & medicis sua relinquam, & mea forte contentus, Iuriconsultorum verba interpretabor, eorumque elucidationem, & effectum in sequentibus describam. Vos quæso prompro atque benigno animo accipite, quia nonnulla hic omitam, quæ ubi per otium licebit, in tit. eod. C. enarrabo. Verba summorum pontificum permulta reiciio ad illam Decretalium rubricam, & sic conuenientia verba in huc quolibet elucidabo loco. Nunc Iuriconsultorum verba ut plurimum interpretabor, & illorum utilitates, ac phrasas. hunc autem titulum extraordinariè hic interpretatus sum anno 1534. & seq. non tamen potui perficere id tēporis, sed postea finem, Deo propitio, addidi, ut sequitur. Glos. dicit verbū Rei in hac descriptio rubricæ, generale esse, & illud tanquam generale Iuriconsultorum elegit: ut in l. 1. ff. si cert. peta. de hoc Rei verbo dicitur in l. Rei. 1. infra eod. Ego tamen putarem non accipi ita generaliter hic, quemadmodum in d. l. 1. Nam in hac rubrica accipitur speciatim pro sententia, materia, vel quæstione, ut inferius explicabimus.

Tertia pars glossæ dicit, quod verba significant actiue, res passiue: vult dicere glossa, quod verba significant, res verò significantur. sit enim ex verbis ut res intelligantur. text. in c. quomodo. in fi. 31. q. 1. Significare est demonstrare, ut dicit hac gloss. & pro ea est text. in l. ararè in censendo significare necesse est. ff. de censib. facit lex pecuniæ. 1. in fr. eo. & significare nihil aliud est quam verè & propriè exprimere, notificare, designare, ut hic scribam in l. 1. in fin. in fr. eod. in propria enim locutio non dicitur significare, ut docet Bald. in l. liberti. num. 5. de ope. liber. C. facit lex 2. ff. quæ ad. testa. aperi. ibi, testamentum autem proprie illud dicitur, quod iure perfectum est, sed abusive testamenta quoque ea appellamus, quæ falsa sunt, &c. Sunt enim instituta verba, ut per ipsa res declarentur, & per ea quis in alterius notitiam suas cogitationes mirat, non ut homines se fallat, cap. is autem. 22. q. 2. Specul. in titul. de aduo. §. 6. & quorsum nomina sunt, nisi vt demonstrant voluntatem dicentis? text. in l. 1. Labeo. ff. de supel. lega. & ibi addidi: adhuc dicit Bald. in l. sed & reprobari. ff. de excusa. turo. quem refert Decius in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. quod ex loquela animus hominis indicatur, cum linguæ imperator sit cor, Bald. in cap. mandatum. de rescrip. vnde significatio est demonstratio, quæ nomine suo, aut ea demonstratione, quæ nominis vice fungitur, ostenditur, l. cerum. ff. si cert. peta. & Iuriconsulti omnem proprietatem vocabuli, significationem appellant, quæ proprietates nascitur ex authoritate prudentium, vel legislatoris, vel ex communi & rationabili intellectu. vtor verbis Bal. in d. l. liberti. col. 3. de oper. liberti. & C. p. hic multa scribit: de his illum videro.

Notandum est in verbis quatuor esse consideranda, quæ scribit Bald. in rubr. de reb. cred. col. 1. ff. Primo natura, ut quando certa & præcisè est vocabuli significatio, illa attendatur, l. quicquid. ff. de verb. obliga.

Secundo aptitudo, quando verbum est æquiuocum plura significans, tunc aptior significatio sumenda, l. quociens. 2. ff. de verb. oblig. C. cepo. in hac rubr. q. 4.

Terrio consuetudo loquendi, l. Labeo. ff. de supel. lega. consuetudo enim & vsus loquendi potest vocabuli significationem immutare, & nouam dare, & propria illa significatio dicitur propter illorum authoritatem. l. quos nos hostes appellamus, vete-

res peruelles appellabant. infra eod. vnde sapius ex hoc arguam inferius, & communes significationes vltra alios scribam.

Quarto vsus actus ve coaptari debet naturæ, seu figuræ dictionis, adeo quod quædam verba, videlicet appellatiua, inmutabilia sunt. Vlp. in l. si quis. in fundi. de leg. 1. ff. & ratio sermonis est natura verborum, id est virtus attributa dictioni ab intellectu, ad propositum mentis significandum, quia verba debent aprari menti & significationi, vel generali vsui, l. librorum. §. quod tamen. ff. de leg. 3. dicitur de hac mente in l. nominis. §. 1. infra eod.

Omitto quod vulgo dici solet, res significare in insignibus artificum, & ignobilium: verbi gratia, cerdo habet instrumentum cerdonicum pro suis insignibus, & armis: sutor instrumentum sutoris, forcipes, digitale: tonfor nonaculæ, vel aliud tale. Instrumentum autè huiusmodi denotat illum esse talis artificij. Dicimus etiam vulgo in signa ignobilium loqui, id est demonstrare cuiusnam sint artis, vt si quis vocetur Petrus liber, habebit librum pro insignibus: si vocetur faber, habebit instrumenta fabrilia, siue ferrea: sed de his aut hieroglyphicis non intellexit hic Iuriconsul. Ideo explorandam dictionem Rerum in hac rubrica adscriptâ, tanquam superfluum, quidam arbitrantur, maximè quia in Pandec. Florent. non est conscripta. at si intelligamus (vt glos. docet) significationem accipi & actiue & passiue, non erit superflua. Nam res significatur, & quoad res passiue accipitur. Nec erit omnino absurdum: nam testamenti factio actionem & passionem significat, in 6. testamenti autem actionem. de hered. qual. & diff. in Instituit. vt statim dicitur.

Adde quod Iuriconsul. non nihil vltra grammaticos, & rhetores tractare voluerunt: voluerunt, inquam, & verborum significationes describere, & rerum, id est sententiarum, quæstionum, & materiarum effectus: quod sic probari potest: in itinere faciendo viginti milia passuum esse constituenda singulis diebus dicit Iuriconsul. in l. 3. in fr. eod. quis ibi dicit verborum significationem tractari & sequentibus in legibus, mille passus quo modo computentur, in l. mille passus. deciditur, & quod tripliciter coniunctio fieri potest, l. triplici. Et an mulier, que non habuit filium tempore mortis, possit postea filium habere, l. etiam infra. Et qui in continentibus nati sunt, Romæ nati esse intelliguntur, l. qui in continentibus. & an mulier, quæ monstrosum peperit, enixa dicatur, l. quæreret. & maiore parte anni quando quis possedisse censetur, l. maiore. facit l. si calumniatur. §. 1. vbi glos. & in vsu. infra eod. vbi explicat naturam rerum, & in aliis multis huius tituli legibus, si bene circumspectantur. Ideo leges non esse impositas verbis, sed rebus docet Imperator in l. 2. in fin. C. commu. de leg. Et de effectu & utilitate Paul. tractat in l. si seruus. §. effectus huius constitutionis ille est. ff. de verb. oblig. & l. peritor. ff. de lib. lega. & alibi. Nec puto iurium professores auditoribus satisfacere, si verbi tantum significationem doceant, grammaticorum instar, nisi effectum & utilitatem præsentent, cum hic Iuriconsul. vtunque exequatur, & sic in iure frequentissime doceat. Ad rem veniamus.

VLP IANVS LIB. PRIMO

Ad Edictum. Lex prima.

Verbum hoc si quis, tam masculos, quam fœminas complectitur.

Hæc dicitio quis, & masculos & fœminas continet. vnde cum Vlpian. ait, si quis alium Prætoris corrupit, tenetur etiam mulier corrupens, l. si quis. ff. de iurisdic. om. iud. Et veteres promiscuè hoc

hoc verbū & ad mares, & ad fœminas applicant. Nam Plaut. scribit in Aulula. *Dic mihi quæso, quis ea est, quam vis ducere uxorem.* Plura huiusmodi exempla accumulare facile esset, sed ea ad grāmaticos reiciio, nunc textus verba prosequar.

Istud pronomen, hoc, demonstrat tam ad oculum corporis, quam mentis, de quibus oculis loquitur glossa in capit. quorundam. de elect. in 6. Ad oculum autem corporis demonstrationem tunc facere censetur, quando ad res corporales refertur: vt hoc testamentum inter liberos factum, in auth. hoc inter liberos. C. de restam. Barba. docet consi. 2. col. 2. volu. 1. Item si dicam, mihi heres esto, l. nemo. ff. hered. instit. vel hanc summam centum aureorum dare spondes? l. si ita stipulatus fuero hanc summam. ff. de verbo. oblig. Si verò res incorporales ostendat, tunc ad oculum intellectus refertur: vt si dicatur, hæc actio, l. hæc actio. ff. de edendo. l. hæc actio. de calumniator. Bald. in l. vna. C. de nou. codic. compon. Bart. in l. 1. col. 4. ff. de pecul. Vel hæc iura, quæ oculo corporali demonstrari non possunt, cum sint incorporalia, l. seruos. §. incorporales. de acquir. rerum domin. ff. & de rebus corpor. & incorporalib. in Iustin. Interdum verò refertur ad oculum corporis & intellectus simul: vt pote quando respicit ad res corporales, quæ non sunt in præsentia, vt Papin. scribit in l. Menius. §. duorum. ff. de lega. 2. ibi, hanc eandem partem: iuncto versicu. Si neque plures in fundo vno dominium iuris intellectu, non diuisione corporis obtinent. Modest. in l. fideiusor. §. 1. ibi. & l. si an do mum. de pigno. Sed ideo dicimus ad corporis & mentis oculos referri, quia possumus de re corporali absente in mente considerare, & tunc dicitur oculo mentis demonstrari: & quia res est corporalis, etiã corporali oculo demonstrari potest: & sic vtroque modo, quicquid dicat gl. ibi, & doct. in l. 1. ff. de no. ope. nuncia. facit l. si quis. §. si venditor. ff. de acquir. vel amit. pos. dicã in not. interpret. Bart. in litè apud. §. si quis sic fecit. ff. de iniur.

Hoc, pronome demonstratiuum & eius natura.

Insignia artificum significat & quid.

Dicitio rerum in verb. necessaria.

Noua elucido ad §. duorum & ad alia in ra.

De teste examinato in palatio deponente de hoc palatio.

ria, & iura super his loquentia: maxime Barba. & aliorum in l. j. ff. de iustit. & iure. & in d. §. duorum. ac in prima constituit. Cod.

Et quamuis Aemilius Ferretus in l. j. ff. de pact. dicat compositores Digestorū hallucinatos, dum dicunt hoc edictum, hoc edicto, huius edicti, & c. quæ verba denotant præsens esse edictum, cum tamen nullum extet, ideo ridicule illud dici: confiderandum tamen est, quòd Vlpian. interpret edictorum, vel alij Iuriconsul. in præsentia habebant edicta, quæ ipsi interpretati sunt, & compositores ea quæ necessaria fuerunt, adiecerunt, nolentes superflua edicti verba conscribere: sed ipsum aliquando edictum ad verbum, cum opus fuit, transcripserunt, aliquando Iuriconsul. tantum declarationem super illo edicto factam. Quare non ridicule puto id esse factum: nec obstat eius ratio, quæ dicit hoc pronomen ad oculum esse demonstratiuum: quoniam (vt diximus) refertur etiam ad demonstrationem mentis, videlicet hoc edictum de quo agimus, hoc edictum. ff. de his qui deiecer. l. 1. de nego. gest. Interdum pars edicti ponitur tantum, vt in l. iuris gentium. ff. de pactis. est videre in §. pacta. Nec potest hic abesse edictum, cuius adest declaratio. nec est in hoc erratum, prout inter sentit Ferretus: quia Iuriconsul. non sunt interpretati edicta, nisi ea haberent, quæ nunc ostendunt, ea referendo in declaratione illorum.

Notandum est, quòd Iuricon. pronomine hoc variè vtuntur: hoc modo id est hoc moderatiorne, hoc temperamento, l. hoc modo. ff. de hered. instit. l. non distinguemus. §. quæsitum. de arbit. l. Si prætor. §. Marcellus. de iud. vel hac lege, l. in sulã. de præser. verb. ff. de modo dicã, in l. maiore. infra.

Hac lege, id est hac conuentione, l. si hac l. emi. ff. de in ius vocand. vel alibi Iuriconsul. dicit, hoc pacto l. 4. de pact. dotal. ff. in l. Nerarius. de religio. versic. quod tamen ibi, si quis dotem hac lege dederit, vel hac lege, id est hac constitutione, l. 1. ad leg. Falcid. in princ. ff. vel hoc iure, l. ob quæ vitia. de adil. edict. ff. hoc iure vtimur. ff. de aqua quorid. & asil. l. hoc iure vtimur, id est hoc exerceamus, & aduocari vulgo dicunt, hoc practicum, l. hoc iure vtimur. de verborum obligat. l. an inutilis in fine, de acceptil. Et in fr. cons. in l. 2. ff. ex quibus maio. pro eo dicit, hoc frequenter, & aliquando dicitur, hoc iure hodie vtimur, in l. sed & si lege. §. si ante litem ff. de petit. hered.

Hoc ita si mare proximum sit. ff. de parric. l. 2. si quis cautio. in prin. ibi, sed hoc ita si prius id negotium tranfactu sit. l. qui vsum suum. l. hoc ita. ff. de v. suff.

Hoc ipso suspectus, id est eo ipso. l. quæ omnia, §. 1. ibi, Nam hoc ipso suspectus est, quòd operas suas ingerit inuito. ff. de procur. l. scriptus. ibi, nec quis putet hoc ipso pro herede eū gerere. de relig. l. at si quis. §. plerique ibid. l. frater. de cond. indeb.

Hoc animo fecit, Vlp. in l. at si qs. §. sed interdū. ff. de reli. ibi, nõ hoc animo quasi receptorus sumptu, quem fecit l. 3. §. penult. de condic. caus. data. quod Iuriconsul. alibi dicit, hac mente, in l. quod qui sciens indebitum hac mente dedit, vt postea repeteret, reperere non potest. ff. de condic. inde. & in l. si is qui. in fin. ff. commod.

Hoc ideo l. diuus. in fin. ff. de petit. hered. ibi, hoc ideo, quia sustinetur hereditatis petitionis iudicium, & c. id est propter hoc ea ratione, & ea causa, l. nec adiecit. pro socio.

Hoc casu Pompo. in l. illud. ibi. sane hoc casu nocere mihi debere. ff. de peric. & comod. rei vëdic. l. fin. quod iussu. Et si restator dicat se in hoc casu substituere, substitutio ad alium non trahetur casum, quia testator in hoc tantum casu substituissè

Ros quomodo hic accipiamur.

Verba significant, res significantur.

In verbis quatuor consideranda.

Vsus propria verbo significatio non datur potest.

Aemili Ferreti sententia reuocatur.

Phasces diuionis hoc, ut hoc modo.

Hac lege, hoc pacto.

Hoc iure vtimur.

Hoc ita.

Hoc ipso.

Hoc animo pro hac mente.

Hoc ideo.

Hoc casu, pro hac specie.

Quilibet, quis.

Oftaud in dictione quilibet chacum, l. sacrilegij. 2. ibi, quilibet alius. in fin. ff. ad legem Jul. pecul. idem in verbo quibus, l. interdictionem. ff. quod vi aut clam, vbi hoc interdictionem per quemuis domino acquiritur: & sic mulier etiam intelligitur.

Qualiscunq.

Non idem in verbo qualiscunq. Vlpia. in l. 2. §. pater ait. ibi, qualiscunq. fideiussor iudicio sistendi causa accipitur, & ex foemineo sexu descendentes accipiemus. ff. qui fariid. cogan. l. 1. §. 1. ff. de vi & vi arma. l. 2. vti posside. l. 1. §. penult. de aqua quod. l. si mater. §. eadem. de excep. rei ind. l. 1. §. accusationem. ad Turpilian.

Homo vtrumq. sexum contrinet.

Decimo idem in dictione homo. gl. in clemen. 1. de elect. l. hominis. infra eod. vnde Iurifcons. Paul. ait in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. si quis abortionis aut amatorium poculum dederit, & ex eo mulier, aut homo perierit, summo supplicio afficiatur is, qui prœbuit poculum. Intelligite si mulier, quæ recepit poculum petierit, aut homo in ventre existens, siue vir, siue foemina esset, dū modo anima infusa fuerit, quia ante nō dicitur homo, vt dicā in interpretatione ad illū text.

Nullus, nemo.

Vnde idem idē in dictione nullus, in Ordinari. regi. rubr. de appell. artic. 1. vbi nullus recipitur ad appellandum, nisi illico appeller: *Nul ne soit receu à appeller, s'il n'appelle*. intelligite siue sit mulier, siue vir, regul. nullus. de regulis iuris, in sexto. & Deuterio. 17. nullus deinceps inrumescat superbia. l. nullus. inf. de regul. iuris. idē in dictione nemo, vt in omnibus legibus incipientibus nemo, infra tit. seq. patet, & l. nemo, de leg. 1. ff.

Persona cōtinēt et masculinum & foeminam.

Decimo idem in dictione persona. Decius in reg. foemina. in fin. ff. de reg. iur. lafo. consil. 118. num. 2. volum. 1. Alex. consil. 4. in causa, vol. 7. Facit lex metum, §. animaduertendum. ff. quod metus causa. l. 1. §. personis. de iure immunita. Scripsi in gloss. personis. §. statumus. 2. de collat. in concordant. & in his proprie masculinum complectitur foemininum, vt inferius dicitur.

Consanguineus cōsanguineus cōprehendit.

Decimotertio idem in verbo Consanguineus, cuius nomine & consanguinea continetur, nisi sit diuersa ratio. l. 1. in fin. ff. de suis & legit. hered. vbi sic scribit Vlpianus. Consanguineos Casius dicit eos, qui sanguine inter se coniuncti sunt: sed mulieres sanguine nexæ sunt, ergo consanguinej nomine veniunt. Probat in tit. de success. agna. §. 1. in Instit. & communis loquendi vsus consanguineos, *Consins* appellat quocunq. modo sanguine iunctos, siue sint masculini, siue mulieres. Bart. in l. quidam. §. quod dicitur. ff. de lib. & posth. Cornel. consil. 222. quanquā. in 3. vol. tamen gallicus sermo habet masculinum & foemininum, vt dicitur infra.

Coniuncti verbum se pūnas cōprehendit.

Idem in coniunctis, vt si causa coniunctorum sunt compromittenda, causa etiā mulierum comprehenditur: vt consiluit Alex. an. consil. 115. circa col. vlti. in 2. volu. & cōsil. 79. Franciscus. in fin. in 6. volu. vbi proprie etiam dicit mulieres contineri.

Idē in propinquis.

De propinquis idem voluit Anchar. consil. 95. in quaestione, & Bald. cōsil. 334. in quaestione. col. 2. in 3. volum. & idem concludit dominus, Tiraquelus in tract. de vtroque Retract. *du Retracté lignager*. §. 1. gloss. 9. dicens, *si le plus prochain vient au Retracté lignager*, venire etiam foeminam, si proximior sit. Idem secundū eum, si dicatur, *le parent*, quāuis le sit articulus masculinus, tamen continebitur, etiam mulier: de quo dicam in l. liberorum. infr. eod.

Cognatus.

De cognatis, quod etiā foemina contineantur, probat rub. de success. cogn. in Instit. & de gradibus cognat. & l. pater. in princ. de minorib. ff.

Proximus.

Idem si dicatur proximus, vel, *le plus prochain*, etiā mulier continebitur, si sit proxima. §. proximus. Instit. de legit. agnat. success. & §. 1. ibi, nato nateque. de success. cognat. in Instit. & Corne. d. cōsil. 222.

Idem constituit Cornel. consil. 233. in hac, col. 2. & seq. in 4. vol. in generatione, vt si domus venire debeat de generatione in generationem, vt appellatione generationis tam masculi quam foemina, ac etiam nati ex foeminis comprehendantur, quod probatur in cap. vno. §. contra natos. de schismaticis. in sexto.

Generatiois nomine quid.

Idem in cōsobrinis, *consins*, dicemus. §. 1. de legit. agna. success. nisi separatim ponerentur, vel esset diuersa ratio. §. quarto gradu. Instit. de gradi. cogna. Et hodie quamuis vsus loquēdi vocet omnes fere artinētes & consanguineos consobrinos, *consins*, vel *consines*, text. in ca. vnico. de feudo marchie. vbi Bal. hoc expresse asserit: id tamē non proprie, vt consiluit Alex. cōsil. 153. vifo themate. col. 2. in 7. volu. Ego etiam proprie in natis ex sororibus, quia nati ex sororibus consobrini dicuntur, quasi consororini, d. §. quarto gradu. Ideo si mulieres nascantur ex duabus sororibus, hoc eis cōuenit. Ex communi vsu loquendi Francia hæc vocabula sunt separata. Nam habemus *consins* & *consines*: ideō que si nomen masculinum appositum fuerit in ordinatione, non habebit locū in foemina, nisi sit eadem ratio in ea. Etiam serui nomen ad ancillam refertur, l. de restatio. in fr. scripsi abunde in consil. reg. gal. 2. tomo, tracta. de famul. salar. gloss. 9.

Consobrini an contineat consobrinam.

Nomine serui & ancilla continetur.

Decimoquarto in statutis etiam masculinum continet foemininum, vbi est eadem ratio. probat Bartol. in l. iura. in fin. de legib. ff. & Curt. consil. 9. Ticinensi. nu. 65. versi. restat. las. & Dec. in l. si quis id quod. col. 1. ff. de iurisdic. omni. iud. nec video à iuribus statutam in hoc differentiam, nec ego statutam, cum Iurifcons. dicat masculinū sexum femper foemininū cōtinere, quia est commune nomen, l. qui duos. ff. de legat. 3. maxime quando statutum loqueretur in termino cōmuni, quis, aliquis, & similibus verbis, vt superius dixi. Et Decius cōsil. 339. consilui. col. 2. Ludouic. Gozad. consil. 43. videtur. col. 1. dominus Geminia. in cap. generali. de elect. in 6. hoc firmant. quia hoc est ex proprietate recti sermonis secundum eodē: & statuta sunt generalia, & omnes personas, quæ in eis non excipiuntur, continent, l. omnes populi: vbi Bart. ff. de iustitia & iure. nec statuta valent facta contra certas personas, vt pote pro viris, sine causa, & ratione excludendo foeminas, cap. cum omnes. de constitut. Ob id foemine etiam in statutis comprehenduntur. Et iudex in his debet considerare, an materia æquē mulieribus & viris conueniat, & sit eadem ratio in vtriusque, & tunc iudicet idem in ambobus: alioqui contra, vt inferius dicitur in masculis. Et quia statuta vltimis æquiparantur volūtatis, l. 1. vbi doct. C. de his quib. vt indig. & quāuis ea non sint à doctōribus extendenda: tamen ad illos casus, in quibus Iurifcons. declarauit foeminas comprehendendi, poterunt recte adaptari statuta tam ad masculos, quam ad foeminas: quia postquam interpretatio facta est à Iurif. siue ab Imperatore, cam reicere non possumus, quia illa interpretatio generalis est, sicut lex, ideō est pro lege seruanda. imo si in statuto prohibita esset extētio, non censeretur legis extensio prohibita, sed hominis, vt not. Soc. in tract. falent. regu. 255. & Alex. consil. 45. habita. col. 2. in 7. volu. doct. in l. 1. ff. ad legem Falcidiam.

In statutis masculinū complectitur foemininum.

An statuta facta contra certas personas valcant.

Ideo statutum de primogenito habet locum in primogenita. Bal. l. in l. in multis. ff. de stat. homin. Rom. consil. 98. quod ad is. circa si. Fulgo. cōsil. 203. visis. nisi consuetudo vel statutu de masculis mentionem fecerit, & sic intelligetur opinio Guidonis Papæ decif. Delphi. quæst. 506. in contractu, vbi si donetur primo nato, filia primo nata id non habebit quod verum etiam crediderim, quādo non esset eadē ratio: vt pote & inter nobiles ageretur, qui

Statutum de primogenito an in primogenita locū habeat.

Ius primogenitura nō est inter mulieres.

Mulier capiens proditorem habebit præmium statuti.

Materia indifferens qua dicatur.

Qualitas apposta in alio excludiv foeminā à viro.

Statuta nō extendenda, quomodo intelligatur.

Pœna in mulieribus minuenda.

In vltimis volūtatis masculinū complectitur foemininum.

Equi continent equas, & muli mulas.

Filij nomine filia, & fratris, soror venit.

qui præferunt masculos foeminis: vel pro qualitate materia, quia inter mulieres regulariter non cadit ius primogenitura, vt sapius est in consuetudinibus scriptum. Et sic statutum loquēs in termino communio comprehendit etiam mulieres, maxime in fauorabilibus, vt concludit Alexand. consil. 125. vifo processu. col. 4. volum. septima, & Anchar. consil. 112. super stite. col. 1. vbi dicit, quod in fauorabilibus ex interpretatione comprehensua etiam in statutis appellatione filij venit filia: ideo si capienti proditorem detur præmium, dabitur etiam mulieri capienti. Sequitur Bald. consil. 376. dicit statutum. in 2. volum. Et vbi materia est indifferens, masculinum concipit foemininum, etiam in statutis, recte Curt. d. consil. 9. Ticinensi. col. 3. num. 33. vt si statuto caueatur, quod si quis deliquerit, tali pœna puniatur, foemina etiā quæ deliquit, punietur, quia non differt tunc mulier à viro, & masculinum prolatum à lege, vel à statuto, lex est l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & hoc probat Bonifa. in tracta. de malefic. in rub. quid si accusatio. versi. sed quid statutu dicit, &c. Dummodo illud, quod dicitur in masculino, cōueniat foemina: aliās non, vt si loqueretur lex per aliquam qualitate, vt pote doctōr, medicus, religiosus, presbyter, fur famosus, &c. tunc non comprehenditur foemina, teste Alex. consil. 135. circa primum. col. penul. in primo volu. quia illa qualitas mulieribus non conuenit, & sic in materia differenti doctō. dicunt in statutis foeminam non comprehendendi: vt inferius in limitationibus abundantius scribam.

Nec refragatur id quod iuris scribunt interpretes, in statutis masculinum non continere foemininum, quia statuta stricti iuris sunt, ob id non extendenda, vt dicit Cornel. consil. 11. & 83. & 355. col. 2. in 1. volum. & Alex. consil. 45. habita. col. 1. in 2. vol. & alij plurimij iurium interpretes. Sed dico non extendenda ab eo qui non habet potestatem, si lex non extendat: sed ad legis extensionem est etiam statutum accomodandum, vt superius dixi per text. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrimo. etiam in pœnalibus, vt superius scripsi per l. si quis. ff. de iurisdic. omnium iudic. sed in pœnis, quando mulier comprehenditur, minuenda erit aliquatenus in illis pœna, ratione fragilitatis sexus, l. aut damnatum. §. in ministerium. ff. de pœn. quicquid dicant iurium interpretes super iis.

Decimoquinto in vltimis voluntatibus masculinum comprehendit etiam foemininum: vnde qui dedit tutorem filijs, & filiabus dedisse videtur. Vlp. in l. si quis ita. ff. de restam. tute. facit lex Lucius. §. quaesitum. ff. de legat. 3. l. Lucius. §. Menia. ad Trebell. & si quis substituatur filio suo Titium, si sine liberis, vel filiis decedat, si filias habeat, excludetur substitutus, eadem ratione quia masculinum, &c. Doct. Alexand. consil. 17. circumspectis. col. penul. in 7. volum. Decius quoque cōsil. 368. si perō. Paul. Paris. consil. 41. Ioānes. col. 3. in 3. volum. etiam equis legatis equæ continentur, l. legatis. in fin. ff. de legat. 3. facit l. ex equis. de vsur. doctōr. in l. cum auus. de conditio. & demonst. l. generaliter. §. 1. C. de insti. & substit. & mulæ sub nomine muli comprehenduntur, l. qui duos. ff. de leg. 3. Nisi ex verisimilibus coniecturis, aliud sensisse testatorem apparet. Cum consil. 117. in testamento in primo dubio, vt lafo. refert consil. 1. col. 10. in 2. volu. facit l. Lucius. ff. de leg. 1.

Decimosexto appellatione filij venit filia, l. iura. infra eod. cum in adoptiuis. §. quæ in filio diximus, & in filia extendimus. scribam in dictam leg. iusta. & l. liberorum. in fra. eo. Et fratris appellatione soror comprehenditur, Modesti. in l. tres fratres. ff. de pact. nisi illa materia sororibus non conueni-

ret, vel aliud sensisse testatōrē proberetur, vel diuersa assignari possit ratio, seu frater & soror expressi essent, l. 1. ff. de parricid. l. Lucius. §. quaesitum. de leg. 3. ff. Bald. cōsil. 47. factū tale. in 5. vol. Larifime Curt. in dicto consil. 9. Ticinensi. col. 1. & seq. & Alex. consil. 85. animaduertis. col. 2. in 4. volum.

Decimoseptimō in priuilegiis masculinū complectitur etiam foemininum, vt docet Papa in cap. cum & plantare. §. ecclesiās. de priuilegiis. vbi text. loquens de religiosis comprehendit etiā foeminas, si illis conuenire materia possit, nisi diceretur viris religiosis, cap. pastoralis. de priuileg. Bald. in cap. ad audientiam. 1. in fi. de rescript. & ideo priuilegium immunitatis cōcessum Titio & filiis, si filiabus etiam competit: sed non descendentiis ex illis, l. 1. in fin. ff. de iure immuni. l. fin. C. de priuileg. schol. lib. 12.

Quod est intelligendū, quatenus respiceret com modum concedētis, secus si tertij. Barba. consil. 57. præclare. col. 4. volum. 2. vnde priuilegium datum alicui, vt posset legitimare filios, ad filias etiam extenditur, si non vergat in præiudicium tertij. Curt. dicto consilio 9. circa fin. versi. ad hæc etiam, vbi dicit priuilegia esse restringēda, quando sunt odiosa. Videte Decium consil. 453. consilium. & Ludouic. Gozand. consil. 71. in causa. col. 3. num. 6. & las. in l. beneficium. ff. de constit. principum.

Decimo octauō etiam procedit in cōtractibus, quibus non inuenitur à iure facta differentia in hoc, vnde si pater emat domum sibi & filiis, etiam filia partem habebunt, quia votum parentum est acquiritur tam filiis quam filiabus. P. apin. in lege, cum auus. ff. de conditioni. & demōstrat. l. nam & si parentibus. de inofficio. testam. l. in suis. de liberis & posthu. aliās esset accusare naturam, contra legem, maximum vitium. C. de liber. præter. vel ex hered. Huius est sententia Alexand. consil. 61. super cod. col. 1. vlti. in primo volu. & Decius in l. 2. nu. 105. ff. de regul. iur. & Alcid. hic, ac Ludouic. Gozand. consil. 20. prima facie. vbi in contractibus etiam in materia indifferenti nostram procedere regulam asserit. Nec refragatur quod partes apertius legem exprimere debeant: nam sufficit exprimere prout de iure: sed de iure masculinum continet foemininum: ergo partibus nihil imputandum est, quāuis turba doctōrum in contrarium sit: voluntates etenim legitime contrahentium omnimodo conseruandæ sunt, l. penult. C. pro socio. & quia est legis extensio, vt supra scripsi.

Decimononō idem in rescriptis, si impetrentur contra Titium, & quosdam alios, etiam foeminae continentur. cap. significauit. de rescript. cap. 2. vbi doctō. illo titu. in 6. Sed hodie non vidi vti in nostris rescriptis illa clausula, & quidam alij, sed in monitionibus ad reuelandum comprehenduntur etiam foeminae, d. cap. 2. diuersum est, quando rescriptum exprimeret nomen proprium alicuius, tunc non venit foemina: quia rescriptum non trahitur ad aliam personam non expressam, cap. Rodolphus. de rescript. Barba. in clement. 1. col. 32. de elect. Imol. in l. si ita sit scriptum. col. 2. ff. de legat. 2. lafon consil. 1. col. 2. in 2. volum. Ludouic. Gozand. consilio 29. videtur. col. 3. num. 15. & in beneficia libus etiā habet locum, vt scripsi in praxi benefic. in bulla nouæ prouisi. in verbo, super ea quoque, in prima parte.

Vigesimo in consuetudinibus probat Ioā. Sanzon olim Delphinalis præf. in consuetudinibus Turonens. rub. 1. artic. 23. & Chassa. in consuetudinibus Burgundia, rubric. *des usages*. §. 5. in gloss. *si auant*. dicentes sub masculino foemininum contineri, si ratio patiatur, & subiecta materia: & cum in hac patria consuetudines feruntur pro iure, ob id secundum ius intelligēdæ erunt, & interpretandæ.

In priuilegiis etiam foemina cōtinētur sub masculis.

Qui potest filios legitimare, & filias poterit.

Foemina in cōtractibus comprehenduntur sub masculis.

In rescriptis masculinum continet foemininum.

In consuetudinibus.

cap.2. cap. cum dilectus. in fin. & cap. fin. vbi docto. de consuetud. & sic masculinum continebit foemininum.

In constitutionibus regis.

Idem in constitutionibus regis diximus, vt in tit. des responces par credit. artic. i. in tertio tomo constituti. regia. vbi dicitur, le demandeur apres qu'il aura afferme le contenu en sa demande estre veru able, le defendeur sera tenu respondre par credit, vel non, quod in mulieribus etiam locū habebit, cum petere in iudicio, & defendere se possint, & materia est indifferens. & ideo in illis obtinebit, vt teneantur respondere, sicut viri, vt inferius dicetur. & sic dixi donationem factam tutrici mulieri a suo pupillo, nullam per legem regiam in titu. de donatio. & aliis dispositi in 2. tomo constituti. regi. quia eadem ratio in illis locum habet, quae in viris: & mulier tenetur eligere domicilium, sicut vir, quando litigat, vt dixi in tracta. de domicilij electio. in artic. i. in 3. tomo constituti. regia. & in aliis multis constitut. decisio huius text. locum habebit.

Trium ordinum elucidiatio.

In odiosis an sub mascululo femina contineatur.

Viginti primò procedit etiam in odiosis: vnde si quis venerit contra transactionem iuratum, siue vir, siue mulier, infamis erit, & punietur poena l. si quis. C. de transact. Probatur etiam in l. si quis. C. vnde vi. & ibi gloss. hoc asserit. & in l. 3. §. i. ff. de negot. gestis. vnde si mulier frangat foedus, contra eam ageat, sicut contra virum, vt concludit Hippolyt. consilio 85. Post reditum. contra Accur. hic, quia leges sunt generales, l. leges. C. de legib. alioqui sequeretur, quod mulieres astutae & sagaces non punirentur, & maleficia remanerent impunita, quod reprobandi iura vulgaria.

Exheredatio filij contineat filium.

Siue odium proferatur ab homine, siue a lege: vnde si pater dicat, filium mihi nasciturum exheredo, quia ex me scio conceptum non esse, etiam si foemina nascatur, erit exheredata, id est, ab hereditate exclusa, si forte probetur anno maritū non coisse cum vxore, & sic ab eo non esse coceptum. l. si posthumus. in fi. vbi doct. ff. de lib. & posthum. l. filium. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Sed quando odium esset irrationabile, vtpote si posthumus exheredaretur pro voluntate, & sine causa, vt fiebat iure Digestorum, non comprehenderetur tunc foemina, l. i. §. sed & si incertum. vers. quare. ff. de ven. in post. mittent. & in hoc casu potest hac glo. intelligi, quam Bald. not. singu. in margarita. in verbo, masculinum. Est tamen similis in l. si quis ita. ff. de testam. tut. glo. in verbo, sponfam. vbi Hippo. in l. vnic. C. de rapt. virgi. & in l. si quis viduam. nu. 5. ff. de quæst. De hoc irrationabili odio loquitur Imperator in l. fin. §. sed quemadmodum. C. de secund. nupt. facit clemens. i. de elect. vbi gloss. & docto.

Si pro delicto patris filij puniantur, non punientur filiae, quando non esset in eis eadem ratio.

Si pro delicto patris filij puniantur, non punientur filiae, quando non esset in eis eadem ratio. l. quifquis. §. ad filias. ff. ad legem Iul. maieft. Bartol. hic. & si filij exulum siue bannitorū non possunt in ciuitate remanere, quia timeatur, vt velint vindicare patris exilium, non ob hoc, excludentur foeminae, tanquam minus auctore, per d. §. ad filias. teste Alberic. in quarta parte statutorum. qu. 66. item quaerit, & c. & Bald. in d. l. quicumque. C. de seruis fugit. nisi filiae essent viris magnis nuptae, vt alibi dixi. Et si quis ob rebellionem fuit exul factus, & sui, non tamen veniant foeminae, teste Aret. consil. 39. in factu. & Barba. consil. 50. clemētissimi. colum. 6. in 4. volu. Francisc. Curt. consil. 176. presuppōnit. col. 4. num. 7. Deci. consil. 64. & diligenter. colum. 1. quod limitarem quando illae filiae nuptae essent magnis viris & potentioribus, qui possent facilius se vindicare quam filij, tunc etiam comprehenderentur, per illum §. porro. quae fuit prima causa beneficij amittendi.

Violentia

Item si diceretur, violentum tali poenapuniendum, mulier quaedam virago inferens violentiam, puniretur eadem constitutione, docto. in l. si constante. §. fin. ff. solut. matrimo. Quippe rationi est congruum, vt delicta non remaneant impunita, ad quocunque sagace commissa fuerint. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. d. l. si quis. C. vnde vi.

Ultimò fere in omni materia masculinum complectitur foemininū, quod bellissime probat Iulianus in l. qui duos. in fin. ibi, quia semper sexus masculinus foemininum sexum continet. de legat. 3. Et haec lex nullam causam, nec personam excipit, vt dicit Papin. in l. 4. ff. si liber ingen. esse dica. Sic nuncupatum firmat Ias. cōsi. 142. venerabilis. colum. 4. in 2. volum. Nec obest dicta lex, pronuntiatio. ibi, plerunque, quia regulam constituit: vt dicam in l. interdum. infra eod. Nam Iurifcon. non semper porrigit masculinum ad foemininum, vt in casibus frequentibus, & quando sermo adaptari non potest ad vt runque genus, teste Bartol. in l. i. in fin. princ. num. 24. ff. de pecu. hactenus de ampliationibus.

nocenti mulier continetur.

In nomina materia masculinū capit feminum.

Fallentia quare vocantur & quomodo a Iurifcons. expriman- tur.

Pergamus ad limitationes: nec tot describam, quot iuris interpretes, sed necessarias tantum: ipsi enim fallentias dicunt, eo forte quod fallant, seu decipiant multos, l. i. ff. de dolo, sed in eest nostra, ne fallamur, dicit Vlpianus in l. i. in princ. ff. si menor fal. mod. dixit. & graue est fidem fallere. l. i. in princ. ff. de constit. pecu. & nec me fallit alieno facto ius immutatum in l. nam satis. §. ceterum. ff. quemadmodum. seruit. amit. Ideo nos sequemur Iurifcon. verba, vbi quod nostri interpretes dicunt fallit, Iurifcon. dicunt, derogatur. l. derogatur. infr. eod. vel perdit officium suum regula, seu vitiat, infr. in l. i. titu. prox. vel seditur, vt dicitur de reg. Lesbia. vel non procedit, vt dicitur in l. qua actione. §. si quis in col. luctatione. ad leg. Aquil. ff. tēperatur, moderatur, restringitur, & aliis verbis vtuntur Iurifperiti, quae frequentius mutuo ab eis accipimus: excipitur, vt in l. & eleganter. ff. de dolo.

Primò perdit officij suum haec regula, quando qualitas masculini sexus non conueniret mulieribus, & (vt dicitur iurium interpretes) in materia differenti, scilicet a viris, vt si patronus postulans puniatur, non punietur foemina, quia illa qualitas mulieribus non congruit, cum non possint postulare, propter Calphurniā, vel Calfarniam, quae causam edicto dedit. l. i. §. sexum. ff. de postu. facit lex, semper. §. licet in corpore. ibi, nec omnia ei congruāt, quae principalibus constitutionibus cauta sunt. ff. de iure immunita. Eadem ratione, is qui ad successionem venit, tutelam accipere debet, non procedit in foemina regulariter, l. Quintus Mutius. aliās, quo tutela de regul. iur. ff. l. i. §. interdum. de legit. tut. ff. & de legit. patro. tute. in fin. in Instit. l. 2. C. quando mulier tut. officio funga. Et sic in officiis masculinum non comprehendit foemininum, vt si dicatur quod iudices teneantur, vel consules; seu commissarij morari in ciuitate, seu in loco, vbi notionem habent, mulieres non continēbuntur, quia haec officia habere non possunt, l. foeminae. ff. de regul. iuris. Idem si testator dicat, de executores fratres meos, non intelliguntur sorores datae, per rationem supra assignatam. Bald. in cap. ad audientiam. i. de rescript. Et quae sunt illa, quae non conueniant foemininis, tradit text. in dicta lege, foeminae. vbi plenè Ioā. Mayner. & Decius post Baldum in d. l. seruis. C. cōmun. de successio. Vnde si quis acquirat feudum pro fe & liberis, non comprehenduntur foeminae, quia regulariter in feudo non succedunt. §. filia. de successio. feud. Dixi rationes in arbore feudorum, sed in hoc regno Francie contrarium seruat, quia feuda instat patrimonio-rum sunt, & ideo etiam in illis foeminae comprehenduntur: vt dicit Ioan. Fabia. in Auth. ingressi. in fin.

Foemina in feudo non succedunt.

in fi. C. de sacrofanct. ecclie. & Guido Papa in decif. Delphi. q. 59. secundum. & Boer. in §. 2. de consuet. feud. in consuet. Bitur.

Fideiubere non possunt mulieres.

Item non conuenit mulieri fideiubere, per totū tit. ff. & C. ad Velle. vnde leges de fideiussoribus loquentes, de mulieribus non intelliguntur regulariter, vt possint fideiubere, quia hoc prohibet senatuscon. Velleia. mulieribus fauens, vt scripsi in l. i. ff. ad Macedo. in no. interpretat.

Ius in ordinibus loquens non continet mulieres.

Item quis libere ad diaconatus in decimo-octauo anno, ad diaconatus autem in vicesimo, & ad presbyteratus ordines in vicesimo quinto promoueri potest, clement. fin. de eta. & qualita. scripsi in praxi beneficior. in dispensa. de non promouendo. Sed haec decisio mulieres non comprehendit, quia illis non congruit, capitulo, noua. de poenitent. & remisi. & c. licet canon. de elect. in 6. Hippolyt. singul. 20. masculinum. Socinus cōsi. 36. recte. colum. 3. volu. 1. cap. si quis presbyterorum. de rebus ecclie. non subit. & ibi Calder. Et quamuis presbyteri dicantur mulieres viduae, seniores, vniuitae, & matriuitae, in cap. fin. 32. distinct. tamen ideo ordinari nō possunt. vnde si qualitas illis conuenire possit, sub masculino comprehenduntur: ideo in ordinat. regia. in tit. de mercat. minutatim vendent. artic. 1. mulieres continentur, vbi statuitur mercatores minutatim vendētes intra sex menses mercedem seu salariū petere debere, alioquin post illud tempus non audientur: etiam locum habebit in mulieribus, ea officia exercentibus: quia eadem est ratio in eis: quod est vtile in hac patria, vbi mulieres publicè mercantur & negotiantur, vt abundantius scripsi ibidem, in secundo tomo constituti. regia. vbi dixi eas magis astutas in emendo & vendendo esse, quam sint viri.

Presbyterae mulieres quae.

Ordinatio regia. de mercatoribus minutatim vendentibus habet etiam in mulieribus locum.

Foemininū quando est a masculino separatum sub ipso masculino non includitur.

Secundò vitiatur haec regula, quando lex separatum loqueretur de masculino, & separatim de foemina, vel quando contrariū in vno statuto esset, quam in alio, per text. in l. i. §. in potestate. ibi, filios, vel filias. ff. de exercit. actio. l. si quis, vel si qua. C. ad Tertull. l. i. ibi, quos quāse. ff. fuiti aduers. nautas. quod interdum fit ad maiorem expressionem & declarationem. l. mariti. §. quinquennium. ibi, postulat, postulatū est. ad legē Iul. de adul. lege penult. ibi, aggressus aggressū fuerit. de fca. l. publica. ibi, reo vel rea. de public. iudic. lege 1. in fin. de postul. lege, si ita. ff. de liberis & posthum. l. secunda. §. ait praetor. ibi, qui quaeve deminuti deminute ve. de capit. diminut. l. clemēs. de hered. instituent. Bald. in lege, in multis. de stat. homin. capit. dilecti. de donationibus. Socin. consilio 63. vis testamenti. num. 13. in 3. volu. Curt. consil. 52. super testamentis. num. 24. Iason. consil. 1. versic. 7. facit. in 2. volum. Deci. consil. 339. consilui. col. 2. Iacob. in l. si quis id quod. in prima lectura. col. 1. ff. de iurisdic. omnium iudic. & in l. quicumque. col. 1. de seruis fugit. C. quia expressum facit cessare tacitum, l. cum filio. §. filio. ff. de vulgar. Et quandoque propter huius significationis ignoras hoc adiici solet. text. pulcher in c. vno. de no. for. fidei. Vel si masculinum sub proprio nomine proferatur, vt do tutorem Titio filio meo, alijs filijs, vel filiabus dedisse non videret, lege, si quis ita. §. 1. iuncta gloss. ff. de testam. tute. Et si institutus erit Ioannes filius talis, non erit instituta filia, nisi in casu descripto in l. 3. vbi doct. C. de inoffi. testam. facit quod not. Albert. Brunus in tract. de statu. excludend. feminas. artic. 5. quaest. 13. quia nomen proprium aliud non continet. l. i. & sequen. ff. de libe. & posthum. vbi doct.

Nominis prolatio non continet foemininum sexum.

Constitutio propter vnum facta etiam ligat alios.

Quod non habet locum secundum Bart. quando proferatur a lege ius ciuile condēdo, vt in prima constituti. C. §. fin. vult dicere Bart. quod masculinū

concipit foemininum, quando a lege proferatur: vt in lege prima, C. de edend. Imperator ibi referribit Aemilio: & in lege secunda, ibidem Faustio, si foemina similem casum habeat, licet vir in lege sit nominatus, tamen foemina comprehendetur, vt etiam Dinus scribit in cap. quod alicui. in fi. de regul. iur. in sexto. Sed hoc non venit eo, quod masculinum concipiat foemininum, sed quia lex est generalis, l. leges. C. de legib. & ius est omnibus commune, ideo quando Imperator legem facit generalem, licet nominet vnum, non erit ob hoc lex specialis, vel si scribat ad petitionem vnus: nisi personalis esset constitutio, l. i. ff. de consti. princ.

Lex ad postulationem vnus facta ligat etiam alios.

Sic est dicendum, quando ad postulationem mulieris lex fit, vel edictum, tunc licet non nominetur mulier, tamen lex omnes ligat in casu simili. Probatur in lege, pacta quae contra leges. & l. pacta no uissima. & l. pacto successorum, in supra scripto. C. de pact. facit lex, Modestinus respondit his verbis, libertis libertabusq; meis, libertum libertae testatoris non cōtineri. infra eod. quae lex licet in libertis libertae loquatur, idem tamen erit in libertis liberti: & hoc docet Petrus a bella Perri. in lege, quicumque. colum. 2. C. de seruis fugi. alioqui omnes feruē leges. C. quae ad postulationem virorum & mulierum factae sunt, & essent speciales, & non ligarent omnes: idem etiam in decretal. epistolis effect, quod non est dicendum: vt plene docet Felinus in cap. i. num. 17. de constituti.

Tertio non procedit, quando esset diuersa ratio in foemina, vtpote si contractus a minoribus factus sine consilio, cōsensu, vel auctoritate consanguineorum irritus fiat, non esset nullus sine consensu foeminarum consanguinearum, quia consilium earum est fragile, lege prima, ff. de legit. tur. l. filia. C. de in offic. testamen. cap. forus. de verb. signific. & auctoritas est proprie virorum, lege, quidam decedens. §. Papinianus. ff. de admissi. tut. Et quia non debet fieri extētio prohibitiua statuti de masculino ad foeminam. Alex. consil. 234. puo. colum. 2. in 6. volum. Nec est eadem conditio in muliere, quae in viro. Bald. in l. vltim. C. de verbor. signific. Curt. dicto consil. 9. Ticinensi. num. 36. Socinus consil. 90. abunde. in fin. volum. 1. Et hoc casu multum valet iudicis arbitrium, inspecta & considerata facti qualitate, vt pragmaticis satis est liquidum, per l. i. vbi Claud. Scyfell. de legi. ff. alioqui distante eadem ratione procedit etiam in statutis haec conclusio, vt superius probatum extitit.

Diuersa ratio facit ut masculini non contineant foemininum.

Quarto seditur huius text. decisio, quando aliam mens legis, vel loquentis tacita vel expressa esset, & de illa voluntate constaret, per l. Lucius. §. quæsitum est: An quod heredes fratribus rogati essent restituere, etiam ad sorores pertineret: respondi pertinere, nisi aliud sensisse testatorem probetur, ff. de leg. 3. Exemplum secundum, num. 98. inferius tit. proximo. & pro facti qualitate iudex istam mentem arbitrari debet, vt volūtas dispositio exacte seruetur, l. in conditionibus. ff. de conditionibus & demonstrationibus. vnde cum sentētia ad acta referri debeat, l. ait praetor. §. i. ff. de re iudicata, tunc non habebit locum haec regula, quia iudex videtur velle condemnare illos, qui in actis sunt descripti: vnde si contravniuerstatem actum fuerit, vbi sunt mulieres, etiam comprehenduntur, non ex vi huius regulae, sed ex vi verbi vniuersitas: vt cōcludit Barba. consil. 57. col. 5. volu. 2. & Decius in d. l. 2. nu. 15. versic. septimo. infra titu. proximo. vnde si patronus ex statuto excludat marrem, tamen amita non excludet eam, teste Bald. in l. illam. C. de collar. Et statutum excludens matrem a successione filij, non excludit a successione filij, vt asserit hic Albe. fed.

Masculinū non continetur foemininū quando de contraria mente constat.

In sententiis an masculinum contineat foemininum.

sed hoc non est, quin masculinū contineat fœmininum: sed dispositum in vno, non habet locum in alio, propter diuersam rationem, & quia illa statuta contra ius non debent trahi ad ea, ad qua non videtur mens statuentium accedere: nec est eadem ratio in alijs non expressis, & propter odium irrationabile, de quo superius scripsi.

Vltimò ciuitas non comprehenditur sub hoc verbo, si quis. & sic cap. felicit. de pœnit. in 6. non comprehendit ciuitatem, prout consiluit Anton. de Butt. consil. vltim. colum. 6. per l. metum. §. animaduertendum. ff. quod metus caus. quia verbum si quis, & verbum, persona, sicut repræsentantur in vniuersitate. l. mortuo. ff. de fidei iur. & ea quæ sicut intelliguntur, non veniunt expressio casu vero, l. Labeo. infra eodem. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. quod intelligite in odiosis, secus in fauorabilibus, lege, item ait. iuncta lege, ergo. ff. ex quibus causis maio. lege prima. C. de iuridict. omnium iudic. & ibi gloss. scripsi in gloss. quicunque. in §. præfatiq; ordinarij, de colla. in Cōcor. alias limitationes tradit Iason & alij in l. si quis id quod. de iurisdic. omnium iudi. ac Decius in l. 2. de regu. iur. quæ omnes limitationes sub istis continentur.

Tam, & quam. Ista duo aduerbia interdum iunguntur, & sic vult dicere text. quod dictio si quis masculus pariter & fœminas cōplectitur: & vulgo dicimus, autant les masles, que les femelles. Et de his verbis tam & quam est text. in l. nominis. in fin. & l. verbum oportebit. & l. vestis. & l. hominis. l. generi. l. pecunia. 3. & l. qui venenum. infra eod. & in l. ait diuus. de iure fidei. ff. ibi, tam masculum, quam fœminam. & in rubr. communia prædi. tam vrb. quam rusti. ff. & regulariter dictio tam est copulatiua diuersorum, vt asserit Iacob. Bonand. in tractatu contra rebelles Regum, artic. 1. in 2. tract. conclus. 14. per text. in l. mercatores. C. de commerc. & mercat. Sediura quæ allegauit, hoc melius probant, & inferius alia adducuntur.

Interdum ista separantur, & tunc dictio quàm comparatiuè seu electiue ponitur: idem si coniecta sint, vt docet Lucas de Penna in l. 2. in fin. C. de metal. lib. 12. nihil allegat: ego adduco text. in l. creditor. §. 1. in fin. ff. mada. ibi, palam est enim facere Titium non tam Titia nomine, quam quod consilium si ibi vellet madaffe, & c. l. 1. de cōtrah. empt. ibi, non tam ex substantia præbet, quam ex quantitate: & in l. pro herede. vbi Arerin. ff. de acquiren. here. facit l. 3. ibi, minus quam. & l. mulieris. §. 1. ibi, plus est in manus pretio, quam in re. & l. plus est in restitutione, quàm in exhibitione. & l. nihil aliud est hereditas, quam successio. l. rei appellatio latior est quam pecunia. infra eodem.

Aliquando quam est aduerbium similitudinis, vt, Amplius vsurpando, quam iusimus: vt in d. l. 2. in fin. adduco text. de vtroque in l. si vnus. in fin. princ. ff. pro soc. ibi, societas cum contrahitur, tam lucri quam damni communio initur. Iudicate tamen si illicite sumatur, quia non videtur multum conuenire, vt ibi sic sumatur: sed pro pariter, vt dictum fuit. Forte Lucas voluit intelligere de dictio- nem quam separata, vt sequitur.

Nonnunquam pro valde accipitur, & est aduerbium quantitatis, vt in cap. quam magnum. 23. quæst. 4. & iungitur superlatiuo frequentius, vt la- uolen. probat in l. fin. ibi, quam plenissime debemus interpretari beneficium principis. ff. de con- sili. princip.

Multoties quam pro quantum accipitur, cap. quam sit. de elect. in 6. & Vlp. in l. qui cum tutoribus. §. 1. ibi, non tam paciscitur, quam decipitur. ff. de transact. & tunc postiuus, seu verbis iungitur, vel infinitè legitur.

Ciuitas an contineatur sub verbo si quis.

Dictiones tam & quàm quid signifi- cant.

Quam ad- uerbum similitudi- nis.

Quam pro- valde.

Quam pro- quantum.

Et quandoque electiue ponitur, vt, bonum est sperare in domino, quam princi. & est phrasis Hebraea apud Tertul. reite Arch. in cap. quomodo. in princ. de consec. distin. 4. Et facit lex, nihil aliud est hereditas quam successio, & lex, boues magis armentorum quam iumentorum nomine appellan- tur. l. si cum fundum. in fin. & l. in conuentionibus contrahentium voluntatem potius quam verba spectari placuit. infra eod. & fere in idè quoad sen- sum conueniunt comparatiue & electiue: sed dictio tam iungitur casu magis dubitabili: vt doct. scribunt in l. 2. C. de edend. & hoc, quando ista verba connexa sunt.

Et sic infertur quod ista verba tam & quam affir- matiue posita faciunt eualem comparationem. Probat textus in lege, cum scimus. §. in autem. C. de agricol. & cens. lib. 11. & lege, non solum. §. si mandato. ff. de iniur. & Iason consilio 143. agit. colum. 2. in quarto volum. docet. Vnde si dedero tam filiis quam nepotibus hereditatem, tantum habebunt nepotes quantum filij. Ex hoc videte phrasas Iuricon. sequentes.

Item hæc acceptiones non tam latè accipiende sunt, quam verba earum patent, lege, in vltim. capio- ne. §. penultimo, ff. de diuersi. & tempo. præscript. lege, sed licet. de offic. præsid. Tam negligenter, id est valde, vel adeo. lege, quod si. §. primo, ff. de mi- noribus, ibi, itaque nisi aut manifesta circumscriptio sit, aut tam negligenter in ea causa versari sint, prætor interponere se non debet. Interdum accipi- tur pro &, vt Paulus in lege, Acemilius. ff. de mi- noribus, ibi, victa tam apud prætores, quam apud præfectum vrbis prouocauerit. Et omnibus tam parentibus quam liberis de inofficioso testa- mento. Tam ex contractibus quam ex delictis in filium familias competit actio, lege, tam ex con- tractibus. ff. de iudi. lege, quero. in principio, locat. ff. Tam difficilis, adeo vel tantum, lege antepenul- tima, ff. famil. erciscundæ. ibi, & diuisio tam diffi- cilis sit, vt penè impossibilis esse videatur, & lege tertia, §. ibi idè. ff. ad exhib. ibi, tam euident. & lege, item quaritur, ibi, tam vehementer. loca. & tunc separata est dictio tam à dictioe quam. Tam ido- neus. Vlpianus in lege, Labeo. in fin. ff. de arbit. ibi, sed Pomponius dubitat vtrum iisdem, an & alijs tam idoneis. lege, qui non tam hominè idoneum elegit, vt rectè id perferri possit. cōmoda. ff. Tam modica, idem vulgo. si petis. Vlpianus in lege, sed & si suscepit. §. sed & si proponas. ff. de iudi. ibi, nec enim verisimile est testatorem, qui honorem habi- tum voluit iis, quibus reliquit, tam modica fidei- commissæ præstari in prouincia voluisse, d. l. La- beo. in fin. de arbit. & lege, qui non tam. ibidem. Et si alias, quæ multæ sunt, inueneritis, huc asserre lubebit. Ego alia vobis, ne fastidium pariat tanta iurium congeries, asserre non audeo.

Masculos. Ex hoc patet, quod verbum masculos non comprehendit fœminas, etiam in materia fa- uorabili: alioqui non expressisset hic vtrumque, etiam Gallicè masles excludit femelles. lege, item apud. §. si quis virgines. versic. comitem. ibi, siue masculum, siue fœminam. de iniur. ff. l. tories. §. non tantum masculos, sed etiam fœminas, si quid ob honorem pollicitæ sunt, debere implere sciend- um est. ff. de pollicita. §. ceterorum. de legit. agnat. success. in Institur. lege, clemens. in princ. ff. de hæ- red. institur. l. hominis. infra eodem. l. tertia. §. 1. de pecul. ff. lege, ait diuus. de iure fidei. lege, postli- minium. §. sed & si. ibi, siue fœmina, siue masculus sit. de capt. Vnde si quis substituit hoc modo, Si filius decedat sine masculis, tunc fœminæ exclu- dentur extantibus masculis, teste Bart. in lege, cum auus.

Masculus non comprehendit fœminam.

Phrasæ di- uinum tam & quam.

Masculus non comprehendit fœminam.

auus. ff. de conditio. & demonstra. lege, nam & his, qui non ex masculis descendunt. ff. de inofficioso testam. l. Herennius. infra eod. tamen & eosdem, quos masculi ad vsu domus recipere, & mulie- res possunt, lege, non solum. ff. de vsu & habita.

Est etiam in hoc regno lex S' aliqua, à præcis temporibus obseruata, quæ lex regni dici solet, quia omnino excludit fœminas à successione regni. vnde autem hæc lex S' aliqua ita sit nominata, varij varia dixerunt, quæ omitto. tantum id dicam, nuper in eo libro vetusto manu scripto, quæ mihi egregij principes ostendistis, memini me legisse multa & diuersa legum antiquissimarum capita, quæ omnia incipiebant si aliquis, &c. præter vnum legæ caput, si aliqua, quod cautè erat, si aliqua filia Regi nascatur, non succedat in regno, sed habeat apanaganum. Ex quo hanc legem nominatam puto per apostrophu. S' aliqua, quasi si aliqua, cum alia- rum legu capita sint si aliquis, &c. vt in iure solemus citare legum capita, ita dictam esse hæc S' aliquam, non male fortasse quis coniciet. hæc volare vobis dicere, quoniam illum habetis librum. Quare frustra discrucari videntur, qui disputant an lex S' ali- qua dicta sit à Salijs Franciæ, de quibus apud Mar- cel. an à Salagast auctore, vt est testis Tritene: vel à Saliga, id est, franca & libera, veterum Francorum lingua, qui terram saligam liberam, vt ait Paul. Volz. appellauerunt, quod Spiegel. quoque notat. & nisi legissem illum librum, semper à Salijs S' ali- quam dictam existimarem. Cerrè est enim Fran- cos Salijs dictos apud eundè Marcell. Quod verò nonnulli ex mutatione g in s propter literarum af- finitatem salicam, quasi gallicam dixerunt, non me mouet, nam ante Francos illa lex fuisse non tradi- tur: erant tamen Galli: sed ex quo Franci venerunt in Galliam, tunc in Gallia regnum esse coepit, de quo illa lex, antea verò non.

Secundò si testator sine masculis decedèri sub- stituit, tunc masculi ex testamento vocati censentur: licet alias ab intestato succedant vocati in con- ditione, per gloss. in lege, Lucius. ff. de hereditibus instituend. hoc expressim decidit Guido Papæ de- cisione 184. in illa, quem sequitur Franciscus Cur- tius consilio centesimo decimo tertio, pro resolu- tione, columna tertia, versicul. secundam facio. numero quarto, & Petrus Paulus Parisien. consil. 8. attingendo. columna secunda, volumine tertio, & consilio 42. ad resolutionem. columna tertia, ibidem. etiam si testator diceret, omnem masculum, tamen non continebitur fœmina. Vlpian. in lege, placet omnem masculum posse posthumum heredem scribere. de libe. & posthum. Carol. Rui- nus consil. 158. viso testamento. colum. 4. volum. 2.

Idem si dicat lex mares, tunc excludetur etiam fœminæ: & ideo solent semper adiungi, vbi vult intelligi de fœmina: vt in lege prima, §. ius natu- rale. ibi, hinc descendit maris & fœminæ coniun- ctio. ff. de iustitia & iur. & in Instit. de iure natur. in principio, & in l. 1. §. accusatorem. versic. atquin. idem alias scribit non posse aliquem duos eodem tempore adulterij accusare, e, mar, vel fœminam. ff. ad Turpil. l. mariti. in fi. ibi, cum autè, qui per vim stuprū intulerit, vel mari, vel fœminæ. ff. de adult. l. si adulterium. §. 1. & l. vim passam. §. duos. ibidem. lege vltima, in fin. C. de his qui spon. public. mun. sube. libro decimo. Bald. in lege, quicunque. col. 3. C. de seruis fugitiuis. Vnde Vlpian. scribit, si de tur- bulis testamenti agatur deponendis, & dubitetur cui eas deponi oportet, semper senioreni minori, & amplioris honoris inferiori, & marem fœminæ præferendum, lege fin. ff. de fide instrumen. quia maior est dignitas in sexu virili. l. 1. ff. de senator. masculus prius editus præsumitur, quam fœmina.

De lege S' aliqua.

Apana- gium.

Substitu- ti masculi quando ex testamento vocati cen- sentur.

Omnis ma- sculus non continet fœ- minam. Mares non comprehendit fœmi- nas.

Idem si dicatur vir, excluditur etiam fœmina. Papin. in l. 1. lex est cōmune præceptum, virorum prudentum consultum. ff. de legibus. l. scripturas. in fin. ibi, nisi forte probata: atque integra opihio- nis trium vel amplius virorū. C. qui portio. in pign. habe. l. nemo vir. C. de vestib. holob. lib. 11. cap. fin. ibi, in præsentia bonorum virorum. de appellatio. gloss. in verbo virum. §. quod si prædicta. de elect. in pragmat.

Limitatur quādo materia congruet et tam mul- tieribus quam viris, vt non minus quam duorum vel trium virorum, qui sint probata vita, & fidelis conuersationis testimoniū admittatur. capitulo, licet vniuersis. de testibus. vbi mulier ad testimo- nium fere admittetur, l. qui testamentō. §. mulier. ff. de testam. text. in capitulo primo, de præsumpt. scripti in §. præfatiq; ordinarij. in verbo, viris gra dualis. de collat. in concord. Nota tamen, quod si audiantur testes super articulis reiectis, non valent eorum testimonia, etiam si fuerint sine præiudicio auditi: & ita fuit pronuntiatū in senatu anno 1510. die secunda Martij.

Secundò, si de contraria mente appareret, non- mine masculi vel viri veniret etiam fœmina, lege, non aliter. de legatis tertio. ff. lege, Lucius. §. qua- situm. ibidem. Idèo aliquando respondi euidam petenti de dispositione testaris, vt omnes eius filij masculi tam parui quam magni vestimenta lugubria per annum deferre haberent, intelligendum etiam esse de fœminis, cum testator vnus tantum paruam filiam haberet, & masculi erant magni, ob idque voluisse ex mēte illam sub nomine masculi comprehendere: cum scilicet dixerit, magnos & paruos, & nullus masculorum esset paruis: & quia hoc etiam maxime cōuenit mulieribus, l. vxores, & l. liberorum. de his qui not. infra. ff.

Tertiò, quando vir & fœmina exprimerentur, seu masculus & fœmina, cap. maiores. versic. cum ergo, ibi, cum tam viri, quàm fœminæ verificentur. de baptif. lege, hominis. infra eodem. lege, diuus. de iure fidei. ff. & superius scripsi alia iura. sed hoc est ratione expressionis, non quod vnum compre- hendat aliud vocabulum in hoc casu.

Quartò, interdum vir pro marito accipitur, vt vir vsu habens cum sua vxore habitare potest. l. imo. & l. neque. cum l. seq. de vsu & habi. ff. & l. fin. §. itè si mulier. ad Velicia. inferius abunde dicitur.

Fœmina. Animaduertendum est, quod appella- tione fœminæ, vel filia, vel alterius fœminæ, sexus nominis, masculinus nō continebitur sexus. Exem- plo enim turpissimum est, fœminino vocabulo etiam masculos contineri, vt bellissime scribit Pompon. in lege, si ita scriptum. in princip. ff. de legatis secundo. Nec appellatione Abbatis ve- nit Abbas, nec monialium nomine monachi, cle- mentina, attendentes. de statū monachor. & ibi gloss. in verbo, cecidisse. doctores in capitulo. Ray- nuntius. in verbo, de clera. de testam. veteres enim cum aliquem tanquam mollem & effœminatam carperent, fœminino eum vocabulo irrisionis cau- sa appellare solebant. Aiciat. lib. 2. Parerg. cap. 48. maior enim dignitas in sexu virili est. lege prima. ff. de senato.

Ex quo infertur, vix valere consuetudinem, cum sit turpis, & consuetudo iuxta turpitudinem inducitur non valet, cap. fin. de consuetudinib. & ibi plene Curtius. quod facit contra illos, qui nomi- nant domum Helene, vel alterius mulieris, licet sit coniugata. nam debent vocare domum mariti, non mulieris: nempe turpissimum est virum ve- nire sub fœminæ appellatione, & gallinam can- tare vbi adest gallus gallinaceus, etiam si domus

Vir exclu- dit fœmi- nam.

Testes su- per articulis reiectis audiri non debent.

Arestum. Ex mente filia quan- doque con- tinetur no- mine viri.

Nomen fœ- minini se- xus nō com- prehendit masculinum.

Irrisionis causa fœmi- nino nomi- ne viri vo- cantur.

vere esset mulieris: tamen post matrimonium nomine viri dici debet, quia res dotalis est in dominio mariti, lege, doce ancillam. C. de rei vindica. & postquam vxor in viri familiam transit, ob id & ipsius nomen, & bona nomine mariti vocari debent. Nisi in magnis nobilibus, & principibus, vbi mulier retinet suum nomen, & princeps etiam, & maritus vocat tunc vxorem suam dominam, & vxor virum dominum, vt placet Corset. in tract. de potesta. regia, q. 3. alioqui non, teste Barto. in l. donationes. C. de donat. inter virum & vxorem.

Limitate non procedere, quando esset eadem ratio, vel maior in sexu masculino, quam in foemino, tunc ratio etiam comprehendit masculinum: vnde constitutum inducta a foeminis, vt non rescindatur contractus, habebit etiam locum in masculinis, vt docet Anton. de Butr. in cap. fin. num. 44. de consuet. licet Decius in cap. cum in cunctis. col. vltim. principij de electio. hoc velit reprobare per text. in cap. quoniam. de simon. vbi fit extensio per papam ad monachos. Et quamuis ibi non fuisset facta, tamen idem dixissimus, vbi est eadem vel maior ratio: non quod foemininum comprehendat masculinum, sed eadē ratio amplectitur etiam masculinum, licet in foeminino sit expressum. quod probat text. ad hoc valde accommodus in l. 2. §. remittit. ibi, conuenit autem hoc & in omni alio. de excusa. rut. ff. Vnde si quis prohibetur tenere capras in ciuitate, vel intra vineas, seu arbuta ponere, habebit prohibitio locum etiam in hircis, teste Alber. in tract. statu. in 1. parte. q. 104. incipien. sed quod statutum, quod eadem seu maior ratio sit in hircis quam in capris, quia illi ita nocent, sicut caprae. Ergo mens statutum attendi debet, argu. l. vxori. §. fin. ff. de leg. 3. & l. illis. de conditio. & demonstra. quippe si statuentes fuissent de hircis interrogati, idem respondissent, ergo & nos, l. Titius. §. 1. ff. de liber. & posthu. & vbi est eadem ratio, extendi solet dispositio. cap. vno, §. porro, quae fuit prima caus. benefic. amitt. Barba. in d. Clemens. 1. col. 34. de elect. Sed locuti eo fuerunt statuentes de capris, quia plures alitur, propter lac, quam hirci: tamen noluerunt excludere hircos. Authen. casta. iuncta glos. C. de sacrosanctis eccles. & quae plene scripti in tracta. nomina. q. 5. nu. 25. & qui gallinas inuertas in suo viridario occidere potest, & gallum liberum erit ei occidere, vt Boer. scribit in §. 5. de consuet. praedio. in consue. Bitur.

Item si prohiberetur futuri ne faceret calceos ex corio vaccarum, non poterit facere ex corio bouum, licet apud eos coria bouum multa inueniantur, & in foro boario vacca inueniri vix potest. bouis enim appellatio taurum vaccamque comprehendit. l. si aliena. §. Scauola. ff. de vsuca. praeter suum propriū nomen Valla lib. 4. cap. 42. in princ. & patronus non debet adigere libertam ad iuramentum, ne nubat, sic & in liberto. l. adigere. vbi etiam Bart. & l. qui contra. ff. de iure patron.

Item restringitur quando apparet de contraria mente disponentis: vt pote, Aduocatus duos habebat in ciuitate mulos, legauit mulas, quas habebat in ciuitate, nullas tamen ibi habebat, sed mulos, tunc quia de voluntate sua constat, quod voluerit legare mulos, ideo muli debentur, licet mulas expresserit, quia disponentis voluntas attendi debet, l. in conditio. ff. de conditio. & demonstrationib. & quia falsa demonstratio non vitiat legatum, l. demonstratio. ff. de conditio. & demonstratio. §. huic proximam. de lega. in l. instituit. facit tex. in l. si quis in fundi vocabulo. de lega. 1. ff. Tertio, quando digito quis demonstraret mulum, & diceret, dono hanc mulam, valeret legatum de mulo. per glo. in l. quae extrinsecus. de verb. oblig. ff. & doct. in d. l. si quis in fundi vocabulo. de leg. 1.

Tr quantum vxorem dominam vocare debeat. Comprehen ditur masculinum sub foeminino, vbi est eadem ratio.

Prohibiti tenere capras, & hircos.

Bouia nomina vacca & probandi tur.

Legas mulas an muli debeantur, cum mulas non habeat.

Neutrum autem genus comprehendit & masculinum & foemininum, vt si quis legaret velimenta omnia, quae haberet, si & muliebra, & virilia haberet, omnia legata conferentur, teste Barto. in l. Plautius. de auro & argen. legat. & Bald. in l. humanitatis. col. 11. nu. 53. C. de impube. per l. ea tamen. ff. de lega. 3. allegatur lex, si ita scriptum. ff. de lega. 1. & l. vnic. iuncta glos. in verbo, contrarias. C. si seruus extero. Cepola hic adducit text. in cap. translatio. de consuet. sed parum probat. Vide in bullis quomodo fiat, in praxi benefic. in forma. no. protulio. in verbo. super ea. vbi plene docui.

Quid in hermaphrodito, seu androgyno: an veniat appellatione si quis? dicere venire, quia postquam haec dictio si quis complectitur ram masculinos, quam foeminas: ergo hermaphroditus, qui de viroque sexu participat, l. quaritur. ff. de sta. homi. gl. in l. si quis in rata. in magna gl. C. vnde vi videtur Albertum Remijm in tract. de stat. excluden. foeminas. q. 10. artic. 12. vbi tradit aua veniant prodigiosi. De quibus dicitur in l. ostentū. & in l. querecet. infr. c. De foemina scribit Iuriscōs in l. pronunciatum. in fi. & l. hominis. & l. familia. & l. illa verba, optimus. infr. cod. foemini sexus, in l. cognoscere. in fi. infr. eod. alia dicuntur de his in l. mulieris. infr. eo.

Complectitur. Hoc verbum Complectitur proprietatem notat. Cōplecti enim est simul amplecti, comprehendere, concipere, continere, includere: quod non potest fieri ex improprietate foeminis: vt probat l. si quis id quod. ibi, & vtrumque sexum prator complexus est. ff. de iurisdic. omn. iudi. l. 1. de edend. l. triplici. infr. eo. l. pecunia. 2. vbi dicitur primò complecti, postea cōtinere. facit lex, verbum facere. infr. eo. & l. aut qui aliter. §. 1. ibi, & diem & horam denuntiationis cōplecti: & l. is qui. §. hoc interdictum complectitur. ff. quod vi aut clam. l. apud. §. metus. ibi, exceptio doli personam eius complectitur, qui dolo fecit. ff. de dol. except. & l. eum qui. §. qui sibi aut filio dari stipulatur, manifeste in hoc personam filij complectitur. ff. de verb. oblig. l. interdum. ibi, tacite tempus complecti videtur: ibidem. l. si sic stipulatus sum. ibidem. l. 2. vers. namque Aquilia cum affirmatione complectitur. de priuat. delict. facit l. semper. §. legem. de iure immunit. Bartol. hic, & Decius consil. 570. Casus. & in l. 2. num. 95. infr. titul. proximo. facit l. item ait prator. §. 1. ex quib. caus. maior. ff. l. denuntiasse. §. quid tamen. de adult. l. merum. 9. §. sed licet. quod met. caus. & l. si seruus. §. cum eod. ad l. Aquil. cū aliis sexcētis, quae ad hoc adduci possent.

Dicit quis, vnde possit sumi propria significatio: Respondeo, ex rei essentia, diffinitione, descriptione, vel etymologia, vt docet Aurel. David in suo tract. de verbo. signific. cap. 6. post Cepo. q. 6. in hoc titu. ego alibi fusius dicam.

Idem in verbo cōtineri, vt proprietatem notet, dicimus per l. pecunia. 2. infr. eod. vbi quod in initio posuit verbum complecti, postea vititur verbo contineri, ad denotandum quod idem significat verbum contineri, quod complecti. facit l. in lege Cenforia. in fi. infr. eod. l. rei. r. l. alienationis. l. appellacione parentis. cum l. sequent. l. ceterorum. & l. Marcellus. l. mulieris. l. verbo victus. l. in stratum. l. cognoscere. §. liberorum. l. satisfacionis. l. iusta. & l. proximi. l. appellacione rei. l. liberti appellacione. cum 60. legibus, quas inferius etiam hoc titulo notauit, de hoc verbo loquentibus, quas adducerem, ni timerem vos multitudinem allegationum fatigare. facit l. in toto & pars continetur. infra tit. proximo. l. 2. in fin. qui satisd. cogan. l. prator. §. 1. de eden. l. Paulus. ff. de legatio. l. si legatum. de oper. pub. l. quaedam. §. is autem. ibid. l. item si fundi. §. 1. ibi, continentur legato. ff. de vsufu. hoc aliter Bart. nominatim in l. cui eorum. §. affinita-

Neutrum masculinum, & foemininum comprehendit.

Hermaphroditus an veniat appellatione si quis.

Complectitur & sequitur verba proprie quid significent.

Propria significatio quando & ex quib' sit assumenda.

Contineri proprietate notat.

res. ff. de postul. sequitur Decius in d. l. 2. §. si. si certum petat. Barbari. in repetit. rubr. de reb. eccles. non alien. nu. 42. & in cap. nulli. nu. 4. ibidem. facit l. prator. §. si dicatur. vers. quid ergo. ff. de iniur. l. verbum oportebit. §. actionis verbo non continetur exceptio. l. sciendum. infr. eo. l. si seruus. §. cum eo. ad leg. Aquilianam.

Respondet contrariis legibus non minus.

Non refragatur l. in legibus. ff. de testib. iuncta l. si qua. §. 1. de ritu nupt. vbi licet sponfa patris non proprie nouerca dicatur, vt in d. l. si qua: attamen continetur in legibus, in quibus excipitur gener, aut focer, ne inuiti testimonium dicant, quia hoc est expressum a Iuriscōsult. vt continetur in testimonij, quae omni carere debent suspicione. Sed non propterea sponfa patris dicitur nouerca proprie, licet in legibus testimoniorum comprehendatur. & ille text. non probat quod verbum, continetur, denotet improprietatem, quicquid doctores canant.

Etiam nihil facit l. actionis verbo. ff. de actionibus & obligationibus. vbi actionis verbo continetur & in rem, & in personam actio. glo. ibi dicit largissime. Sed respondeo, quod glos. se refert ad verbum, actionis, vt generaliter sumendo comprehendat tam in rem, quam in personam actiones, & hoc proprie: quia genus proprie suas continet species. sed actio prout est species actionis, videlicet in rem vel in personam, non continet alias actionum species, & idem respondeo ad l. liberorum. & l. hereditatis. infr. eo. quicquid dicat las. in l. emancipata. col. 7. num. 19. C. qui admitt. ab bon. poss. vbi scripsit, improprie verbum contineri accipi, cui per praedicta respondendum est.

De verbo comprehendere.

Item verbum Comprehendit etiam proprietatem significat, in l. iusta interpretatione. & l. liberorum. infr. eod. vbi verbum comprehendere & contineri idem significant. nempe comprehendere simul apprehendere est, quod fit proprie: probat l. plura. §. fin. ibi, cum generaliter adicimus, eius ad quem ea res pertinet, & arrogatorum, & eorum, qui iure nobis succedunt, personas comprehendimus. ff. de actio. & obligatio. l. 2. de parricid. vbi Iuriscōs. verbo complecti, comprehendere, & contineri pro eod. vititur. facit l. 1. §. 1. ibi, item si libellus, aliudve quid relictū esse diceret, decreto comprehendam. de tab. exhib. l. inter quos. §. si. de damn. infect. huius est sententia Decius consil. 570. Casus. facit l. fin. §. haec autem omnia munera, quae trifariam diuisimus, vna significatione comprehenduntur. ff. de mun. & hono. l. alienatum. in fin. & l. haec verba cui. l. notione. §. 1. & l. carbonum. vers. ad faces. l. pecunia. 2. in fin. & l. pronuntiatio. §. item redhibitoria. infr. eod. l. huic stipulationi. vsufu. quemad. caue. cum aliis multis.

De verbo capit.

Item in verbo capit, Scauola scribit sic: nam sicut & ipsius vim, & heredis capit, ita & ipsius vim, vel sapius factam complectitur. l. si sic stipulatus sum. Neque. ff. de verb. obligatio. vbi verbum complectitur & capit pro eod. text. ponit. abunde scripti in l. aliud est capere. infr. eo. & quicquid illic ad hoc scripsimus, huc erit transferendum.

Accipere proprie significat.

Idem in verbo accipimus, l. creditores accipien dos esse constat. & l. nominis. §. verbum ex legibus, sic accipiendum est. infr. eo. l. sed si hac. §. liberos. & l. 4. §. 1. & l. ad optium. §. patronum. ff. de in ius vocand. l. 2. de transactionib. & probo latius in d. l. aliud est capere.

Significat proprietatem denotat.

Idem in verbo significat, quia hoc indicat verbi proprii significationem, & essentiam, non improprietatem, l. pecuniae appellatione rem significari Proculus ait. & l. seq. ac l. verbum oportebit. infr. eo. l. verbū erit. l. anniculus. 1. §. 1. illa verba. §. pueri. vbi dicam plenius. l. in vulgari. in fi. & l. no-

men. §. 1. ac l. vinculorū. l. boues. §. 1. l. potest. & l. in vsu iuris. & l. recte. in fi. l. cetera. l. tigni. & l. interdum. infra eod. ac l. 3. §. haec verba. ff. de nego. gest. l. 1. §. interdum. de iniur. l. adiles. 2. §. iumetorum. de adili. edict. probat l. senatusconsulto. de ritu nupt. ff. & l. idē Pomponius. §. 1. de rei vindic. quicquid dicat Cepol. in l. armorum. in prin. infr. eod.

Demonstrat.

Idem in verbo Demonstrat, l. verbum erit. infr. eodem. vbi vititur verbo significat, postea verbo demonstrat.

Declarat.

Idem in verbo Declarat, l. anniculus. 1. vbi dixi, & l. tabernacul. infr. eo. l. heredes. §. si quid de testa. ff. Idem in verbo Pertinere, l. mercis. 1. & l. verbū illud pertinere. infr. eo. vbi Fusius probo.

Pertinet.

Definit.

Idem in verbo Definit, quia hoc videtur ex definitione procedere, quae propria est, l. omnis definitione. ff. de regu. iur. l. 1. vbi doct. de testa. Bart. in l. liberorum. nu. 11. infr. eo. quāuis Purpuratus dicat contrarium in l. 2. §. si. ff. si cert. petat. allegando l. 1. §. quid sit. ff. quod vi aut clam. quae mecum facit: licet gl. ibi exponat definitionem pro affignatione, sed sapius Iuriscōs. pro decisione sumunt, & definire pro decidere, vt in l. Labeo. & l. ostentum. & l. fruges. infr. eo. l. 2. §. doli mali. ibi, recte definitur. ff. de vi bono. rapt. & definire, non diffinire esse dicendum docet Anton. August. in lib. 4. de emenda. iuris. cap. 9.

Aptari verbi proprie dicitur.

Verbum Aptari etiam proprietatem continere videtur, nempe aptari dicitur, quando conuenienter adiungitur, & applicatur: quod non fieret, si improprie, l. 1. §. illud sciendum est, ad fideicommissa etiam aptari eam debere. ff. vsufu. quemad. caue. l. item veniunt. §. apranda est igitur nobis singulis verbis senatusconsulti congrua interpretatio. ff. de petitio. hered. l. si vnus. §. penul. ff. de pact. ibi, pacti conuenti exceptio apranda erit. l. si. infr. eod.

Porrigitur proprie significat.

Idem in verbo porrigitur, l. pronuntiatio. & l. nurus appellatio etiam ad pronurum, & vltra porrigenda est. infr. eod. iuncta l. cui. §. affinitates. ibi, cōtineri dicit. ff. de postul. & l. ad optium. §. nurus. de ritu nupt. l. metum. §. sed licet. ff. quod met. cau. vbi in princ. dicit, complectatur, postea porrigendam: quia postquam Iuriscōs. extendit, & porrigit, hoc etiam proprie dici potest: secus in extensione alterius non habentis potestatem legis condenda, vt dixi in l. iusta. infr. eo. & superius.

Intelligimus.

Idem in verbo intelligimus, l. 2. §. vim fluminis intelligimus. ff. si quis cauti. l. filij appellatione omnes liberos intelligimus, iunctis his quae scripti in l. dedisse. infr. eod.

Refertur.

Idem in verbo refertur, l. detestatio. §. 1. & l. heredis. 1. infr. eod. vbi primo vititur verbo refertur, postea verbo continetur, denotans vtrumque patrem in hoc habere significationē. l. verbum oportere. infr. eo. quae praedicta verba saltem non significant per abusionem hoc fieri, vbi fictionem.

Verba proprie significata quando improprietatem denotent.

Primò vititur, quādo materia repugnaret: nam tunc praedicta verba etiam improprietatem denotant, per l. pecunia. 2. infr. eo. nominatim D. Tiraquel. in tractat. de vtroque retract. in §. 1. glo. 9. nu. 227. post Cepol. in l. armorum. in 1. col. infr. eo.

Secundò perdit officium, quando haec verba iungerentur verbis fictis, vel fictionem denotantibus, vt, Comprehendere videtur, intelligere videtur, l. si cui. ibi, mihi videtur posse loco creditoris accipi. & l. seq. §. res abesse videtur. ac l. Labeo. 1. cum aliis multis legibus, infr. eo. & §. 1. de excusat. ruro. in Instit. ibi, per gloria viuere intelliguntur. quod est valde vile ad multa, quae inferius dicentur. & quot modis sumatur proprium, in l. interdu. infr. eod. dicam.

Tertio non procedit, quādo diuersa esset ratio, quae hoc non pateretur, vt not. laso. & doct. in l.

emancipata. col. 7. nu. 19. C. qui admittit. quia iurifconf. plus rationem & metem, quam verba respiciunt: vt in l. nominis. §. 1. infr. eo. dixi. Alia verba his similia hic addere poteritis: verum quia vrbis delicia & vmbra sapientius nos tenent, ob id audite, quid vrbis nomine contineatur.

PAVLVS LIBRO PRIMO Ad Edictum. Lex secunda.

Vrbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latius patet.

Hæc lex diuiditur in duas partes: prima declarat, quæ appellatio vrbis, vel Romæ contineatur: secunda tradit, quæ dicatur maior diei pars, ibi, cuiusque.

Sensus huius legis est, quod appellatio vrbis continet id, quod est intra muros: Romæ autem, quod est in continentibus ædificiis, & continentia ædificia sunt continua, & coniuncta, vt abunde scripti in l. notionem. §. 1. infr. eo. vrbem Græci & vocant, vel πόλις, & ciuem πολίτην. Appellatio hæc pro ditione vel nominatione sumetur, vt abude scribam in l. liberti. infr. eod. Cum hæc lex sua sit satis onerata materia, alia non adiciat. de muris etiam dicam in l. quantum ad iuris. infr. eod.

Finitur capitur hæc pro terminatur, vt in l. iusturandum & ad pecunias. §. penul. ff. de iureiuran. de quo plenè scribam in l. pupillus. §. territorij. infr. eod. vbi etiam pro definitur capi potest. ibidem.

Vnde iurifconf. in l. vt Alphenus. infr. eod. inquit, vrbis est Roma, quæ muro cingitur: Roma est etiam, quantum continetia ædificia essent, & vrbis ab vrbis appellata est. Vrbis est aratro definitur, & Varro ait vrbem appellari curuaturâ aratri, quod in vrbis condèda adhiberi solet, l. pupillus. §. vrbis. infr. eod. alij ab orbe dictam arbitrantur, quod antiquæ ciuitates in orbe fiebat, vt nuper Narbonensis ciuitas, & ab vrbis vrbana. l. vrbana prædia. infr. eod. vbi elucidabo seruitutes vrbanas, & alia illi accommodata materia.

Hodie vero ex cõmuni vsu loquendi Franciæ, vrbis appellatio vel villæ venit præcipua villa, siue vrbis illius prouincia, in qua est habitatio illius: vt si in prouincia Tholosana nominetur vrbis, ciuitas vel villa: *Le vous promets donner à la ville*: ibi intelligitur de Tholosâ, tanquam de præcipua. §. sed ius quidem, de iure natura. in Instir. Sed frequentius in iure vrbis nomine venit Roma, l. i. ibi, quod non tantum in vrbis, sed in Italia, de colleg. illici. ff. In regijs autè ordinationib. venit frequenter Lutetia Parisiorum, vt si Rex Franciæ loquatur simpliciter de vrbis, vel villa, seu ciuitate, & idem in alijs actibus à Rege editis, vbi proferretur, à no- stre ville: nisi in præcedentibus aliqua villa esset nominata vel patria, vel subiecta materia aliud suaderet, & hoc per antonomasiam, in §. sed ius quidem ciuile, de iure natura. in Instir. l. quæritur. ff. de stat. hominum.

Et interdum in iure, quando materia congruit omnibus vrbibus, appellatio vrbis venit qualibet vrbis: & regulariter quod statuitur in vrbis, habet locum in omnibus ciuitatibus, vt hic, & text. in l. cætera. §. hoc senatusconsultum non tantum ad vrbem, sed & ad alias ciuitates pertinet. de leg. 1. ff. l. nam quod siquide: §. si ita. de penu legat. l. 2. §. in Sardinia. C. de offi. præfect. prætor. Afric. l. 2. §. si quis nemine prohibente in publico ædificauerit, non esse eum cogèdam tollere, ne ruinis vrbis de- formeretur. ff. ne quid in loco publ. maxime quâdo in plurali proferatur, prætor. §. hoc interdicit. ibi,

etenim pertinet ad decus vrbium ædificia non derelinqui, de no. oper. nũcia. ff. Marthaus de Afflic. in tract. de iure protomisicos. §. 1. nota. 2. nisi statutu- locale esset. l. fin. C. de anno. & tribu. libr. 10. nec intelligo hic loqui de vrbis, prout accipiunt theologi, videlicet de vrbis paradisi: de qua Thren. 2. c. hæc est vrbis perfecti decoris, & gaudium vniuersæ terre: sed loquar de vrbis, prout iurifconf. capiunt, ne meos excedam terminos.

Animaduertendum est ad huius legis emolumenta, & vtilitates, quarum prima est in legatis, quam Accursus ponit, vt si legè omnia, quæ in vrbis habeo, vel donem, aut vendam, videor quæ intra vrbem sunt legare, aut donare, aut vendere: si verò legauero, aut donauero ea quæ Romæ habeo, ne- dum ea videntur legata, aut donata, quæ intra vrbem sunt, sed etiam ea quæ in suburbis, & in contin- entibus ædificiis, l. cuiq. ff. de leg. 3. Nam vrbes fere omnes muro tenus finiri, Romam continen- tibus ædificiis, aut iurifcon. in l. nam quod. §. si ita. ff. de penu legat. l. 3. de senat. Ratio est, quia signum limitat signatur. l. stemmata. C. de fabricat. lib. 11. & signa vrbis sunt muri: inde villam muratam di- cimus, vt inferius scribam.

Secunda, sicut quis potest eligere domicilium intra ciuitatem, in qua litigat, l. nil. ad municipa. ff. ita in suburbis: vt scripsi in tract. de domicil. elect. q. 8. in 3. tomo commentariorum ad constit. regias.

Tertia, senatorem remoti à senatu capere non minui, sed Romæ morari diuus Seuerus & Anto- ninus permiserunt, scilicet tam intra quam extra vrbem, l. 3. ff. de senato. Nisi in sententiâ exul factus sit, quod fieri solet, vt ibi scribitur.

Quarta, à tutela excusatur, qui tres superstites Romæ filios habet, §. 1. de excusa. tutor. in Instir. vbi glof. & docto. declarant secundum istum text.

Quinta, cubicularij principis, gallice Cham- bellan, hospites in vrbis recipere non tenentur, l. 2. C. de præpo. sac. cubi. lib. 12. vbi etiam text. extendit ad alias ciuitates: secus si extra ciuitatem villam habeat, ibi non censetur habere priuilegiũ. Idem in silentariis & secretariis statuitur in l. decurio- nibus. C. de silentia. ibidem, lib. 12.

Sexta, clerici habent amplius priuilegium, vt etiam in prouinciis & villis hospites suscipere non tenentur, l. 1. ibi, præterea neq. hospites suscipie- ris. C. de epis. & cleri. vbi rextus generaliter loquitur: quamuis hodie quidam maligni laici priuile- gia eorum profusè abolere contendunt. Idem in professoribus legum, medicina, & oratoribus, phi- losophis & grammaticis, l. vlti. in fi. ff. de muner. & hon. licet hoc priuilegiũ eius ignari non seruet.

Item in die promittere, est certo die promittere, vt in festo Paschatis, aut alio die l. in illa. in 1. & in l. quoniam in diem. ff. de verborum obligatio. Et sic promissor in certum diem, dicitur in diem debitor, qui adeo est debitor, vt si ante diē soluat, reperere non possit, lege, in diem ff. de condic. indebit. infra.

Vnde dicit Iuriscōf. Vlpian. in l. tertia. ff. de procurat. quod procurator ad litem futuram & in die, & sub conditione, & vsque ad diem dari potest: vbi glo. dubitat, & exponit in diem, id est ex die. Dicitur posse constitui in diem sic, Constituo talē procuratorem ad causam incipiendam in festo Paschatis. Et vsque ad diem constituitur, vt, Constituo te ad causam vsque ad diem prolationis sententiae, vel vsque ad calendis Nōembres. Sic debet intelligi ille text. licet gloss. eum obtenebret, quia est differentia inter in diem, & ex die, vt superius docui: vel intelligi potest, in die vnū, vt ibi scripsi. In diem aliquando, id est vsque ad certum diem, l. ceteris mensis calendis dari vtiliter stipulamur, quoniam praesens obligatio est, in diem autē dilata solutio. de verb. obligat. ff.

Item in diem etiam dicitur, quod vulgo de die in diem, vel in annum, de anno in annum. Vlpian. in l. sed adde. §. si quis cum in annum habitationē conduxisset. ff. locat. Adria. Cardina. in lib. de sermone Latino. sed salua eius auctoritate ibi non sic accipitur, sed in annum habitationem conduxerat, id est vsq; ad annum, pro vno anno, & non de anno in annum: quod probat ibi text. in fi. dicens, pensionē integrā prerogauit: quod non potuisset facere, si de anno in annum conduxisset. Saltem text. dixisset, vnus anni pensionē integrā prerogauit. non in facior tamen quin possit sic capi, sed nō ibi.

In diem viuere, est praesentibus rebus contentum viuere, nec ex futuris sollicitum, neque apparatus, nisi praesentes: vt religiosi faciunt, & ego habetis de quibus in Euangelio: Nolite solliciti esse quid edatis, aut bibatis, & c. Et haec vita Graeci dicitur nabulicis, & blic, teste Erasmo in prima centuria Chilliadum. & Persius ait, Atque ex tempore viuus, id est citra sollicitudinem futuram.

Diem proferre, id est prorogare, l. diem proferre. & l. Labeo. & alii in multis legibus illius tit. ff. de recep. arbi. Alia videte de hoc verbo proferre, in l. non est sine liberis. infra eod.

Diem diffusum, id est diffusum, conuincit in crastinum, vel remissum. Vlpian. l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. ibi, iubet diem iudicij esse diffusum.

Diem actionis exiit, id est finitum est tempus actioni praescriptum, l. ait prator. §. hi plane. ff. ex quib. cau. maio. l. sed & si restituitur. §. sed & si dies actionis exiura erit. de iudic.

Diem suum obire, notum est pro mori, l. si filia

nupta. in princ. ff. fam. l. cisc. ibi, ipsa diem suum obierit. Diem cedere, in l. cedere diem. explicatur infra eod.

Die venoso non licet ignē in stipulam mittere cōburendi gratia, l. qui occidit. §. si ff. ad leg. A. qui. Dies solutionis, sicuti summa, pars est stipularum, l. ff. de ededo. Dies incertus, est dies mortis, l. ff. de condit. & demonst. Annua, bima, trima die, alibi scripsi, pro primo, secundo, & tertio anno accipi. Alias phrasas, quod non mereantur, elucidationem, missas facio.

Dieses populi sunt Macedoniae dicti à die, quod dies secundum quosdam, id est lux maxime apud eos luceat, quod parū arridet. de his est text. in l. fin. ff. de censib. Sunt etiam alij populi in Delphinatu, qui vocantur Dieses, à Dieis comitatu, & episcopatu, de quibus in §. 1. de nomina. Regi. in concord. sed ista fere extra oleas sunt. Diata explicabitur in lege sequenti.

Maior, Colligite ex text. quid maius dici posse vtilitate, quod nobis maiorem afferat vtilitatem, per istum text.

Secundo maior dicitur quis ratione aetatis: inde vltiores à tritauo maiores dicuntur, l. Iuriscōf. in l. 1. §. parentes. ff. de gradi. l. 4. §. 1. de in ius vocat. scribam in l. appellatione parentis. infra eod. Minor quoque dicitur duobus modis, vel quatuordecim annos, vel viginthiquinque, cap. in praesentia, de proba. quod valde Iurisperito prodesse potest, propter privilegia minorum, quae conscripti in secundo tomo constit. Regi. titi. de restitut. artic. 2. glof. 4. vbi triginta inuenies. De maiore natu in lege, qui cum maiore natu esset, de bon. liber.

Tertio maior dicitur ratione numeri personarum, quando plures sunt in vna parte quam in alia, l. quod maior pars. ff. ad municip. & in rubr. de his quae sunt à maiori parte capituli, in Decretal.

Quarto maiorem partem dicimus pro modo debiti, non pro numero personarum: quod si aequales sunt in cumulo debiti, tunc plurium creditorum numerus praerendus est, l. maiorem. ff. de pact. & maiorem partem non ex numero vtq; personarum, sed ex magnitudine portionum hereditarium, ait Iuriscōf. in l. si plures. in princ. ff. de post. Quod prodest ad literas quinquennales, in quibus comprobandis maior pars consentire debet, lege final. C. qui bon. cede. post. Dixi in tract. de literis dilatoris, annalibus, & quinquennialibus, in ordi. nat. Regi. in secundo tomo commentar.

Quinto maior causa dicitur multis modis, quos scribit gloss. in l. per minorem. ff. de iudic. vbi maior quaestio minorem causam ad se trahit.

Sexto maior parte anni posse disse quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit, l. maiore. infra eod.

Septimo maior dicitur quis ratione scientiae. Doctor enim maior scholastico est, & alii modis quis dicitur maior, quos cumulat Felin. post alios in rub. de maio. & obedi. ibi videre poteritis, & aliquando quis doctior altero est in scripturis, quia melius eo scribit: sed alter doctior & maior est in eo dicendo, nempe quia melius hic loquitur eo qui scribit, sunt enim dona sancti spiritus diuisa, teste diuo Paulo, Quid partis vel portionis nomine veniat, dicā in l. nomen portionis, infr. eod.

Horarum. Hora est, quae cōtinet spaciū vigesima quartae partis diei, & quia Iuriscōf. ait in laut qui alter. §. si quis. ff. quod vi aut clam: quod si quis, denūciauerit opus facturū nō semper viderit clā fecisse, si post denūciationē fecerit, debet enim (& ita Labeo ait) & diē, & horā denūciatione cōplecti, quae tex. not. Lāfran. in repet. e. quoniam cōtra. in ver. citatiōes. col. 2. & 3. de prob. quod in citatiōe debet

Die venoso.

Dieses populi.

Maior dicitur multis modis.

Maior ratione aetatis & minor.

Maior natu.

Maior ratione numerum.

Maior pars dicitur ratione numeri.

Maior pars dicitur ratione debiti in quinquennialibus literis.

Maiore parte anni possidere.

Ratione scientia maior.

Hora quid est an sit in actibus apponenda.

debet locus, dies & hora inferi. & Boer. elucidat in reperi. l. consentaneum. colum. 14. C. quomod. & quand. iudex. facit rex. singul. in cap. consuluit. de officio delegat. vbi citatus non expressa hora debet comparate illa hora, qua iudex sedere pro tribunali solet, & commode actum expedire potest. facit lex, Titius. §. Lucius. ibi, hora diei sexta. ff. de libr. & posth. & lex 2. de annu. legat. & pars operæ per horas solui non potest. l. 3. de oper. libert. post horam sextam dicit Iuriscō. in l. 1. ff. de manumiss. facit l. si communem. in fi. ff. quemadmo. seruit. amit. Vnde dicit Fel. in ca. ego. N. columua. prima de iureiur. quod in publicis instrumentis debet apponi hora, si expedit scire horam, per gloss. in l. si pluribus. §. fina. ff. de solui. alias sufficit apponere diem secundum eum. Vnde ego concludendo dicerem horam non esse necessario conscribendam in instrumentis, quia actus facti & contractus valent, siue facti fuerint inter diu, siue noctu. glo. & Bart. & doct. in dictam legem, non minorem. C. de trāfact. Et sic non interest qua hora fiat testamentum, cum valeat etiam post horam sextam noctis. text. in l. qua ætate. ff. de testam. Actus vero iudiciales noctu expediri non possunt. Doct. in dictam legem, non minorem. & d. c. consuluit. Licet Arcopagitar noctu & obscura luce, nunquam die indicabant, vt procul ab omni affectu, qui animos in diuersum trahit, tantummodo facta cognoscerent, per sonas autem non viderent, vt Alexand. in lib. Genial. docet. Et quando actus certa hora est prohibitus, & alia permittitur, tunc hora esset exprimentanda, l. 4. in fin. cum sequen. de seruitu. per ea que Bar. scribit in l. non solum. §. sed vt probari ff. de no. oper. nunciat. Panor. & Felin. in cap. auditis. de præscript. & in casibus à iure expressis horæ expressio requiritur, non alias regulariter: vnde honorati, qui litem habere noscuntur, his saltem horis atque temporibus, quibus causarum merita, vel facta panduntur, rem decidi cum iudice non habeant facultatem. l. 1. C. de offic. ciuiliu iudic.

Et in quibus casibus instrumentum quod noctu factu est, presumitur suspectu, nisi causa necessaria fuerit, de qua notarius attestari debet. sic suspecta dicitur collaria clandestina, in ca. vnic. vt eccles. benef. & electio noctu facta, est nulla. in c. quia propter. in fin. de elect. ita Bald. in c. 1. col. penult. de fide instr. Rub. Tremol. in additi. ad Vbert. de Bonacurso rub. de impedi. executio. §. ratione temporis. scripsi in præfat. ad rub. de colla. in concord.

De horologio vide text. in l. quæsitum. §. Papi-nianus. ff. de fund. instruat. vbi horologium, quod non est affixum, in instrumento domus continetur, alias domus nomine, vt ibi.

Septem, Colligunt ex hoc text. quidam ibi, septē, quod à quinta hora matutina vsque ad duodecimā quis laborare debet: nam illæ sunt primæ dici horæ: & à duodecima ad septimam, quod seruant Typographi, nisi operam antea perfecerint. Et horæ à quinta mane vsque ad duodecimam sunt apertiores, ac magis frugiferæ, & vtiliores, & omnibus artificijs commodiores, quam alia post meridiē. Sed in his relinquenda sunt tempora ad curā corporis necessaria, l. penult. ff. de oper. liber. & quod tempore meridiano operarij in æstate possint dormire, l. medicus. ibidem. quod est verum, si hoc habeat consuetudo, alias non, nempe hoc regi cōsuetudine locorum debet, vt superius scripsi, hoc tamen non elicitur ex hoc text. sed, septem horæ primæ diei sunt apertiores ad actus faciendos, quam superem. sed à quo tempore incipiunt istæ horæ? & dixi ab opere incepto, superius.

Primarium. De hoc verbo scribam in l. inter illā. infr. eo. & de verbo Supremus, in l. proximus, infr.

Arcopagitar noctu indicabant.

Suspectum instrumentum noctu factum.

Horologium.

Quibus horis sit laborandum.

hoc tit. Iter ad alias leges faciamus, & quot milia passuum pro singulis diebus requirantur, in l. seq. explicabo, vt sequitur.

VLP IANVS LIB. SECVNDO. Ad Edictum. Lex tertia.

In itinere faciendo viginti milia passuum in dies singulos peragenda, sic sunt accipienda, vt si post hanc dinumerationem minus quam viginti milia supersint, integrum diem occupent: veluti si viginti vnum milia passuum sunt, biduum eis attribuetur: quæ dinumeratio ita demum faciendā erit, si de die non conueniat.

Potest diuidi hæc lex in duas partes, prout tradit duo dicta. 2. ibi, eius qui. In principio huius legis tria scribuntur, primo dictum, secundo exemplum, ibi, veluti, tertio temperat, ibi, quæ dinumeratio. Et hæc lex interdum incipit in itinere faciendo, communius in antiquis libris: in libris autem nouis incipit itinere faciendo, sed nihil immutatur de sensu legis: vt in Pande. Florent. est, viginti vnum milia passuum sunt:

Sensus huius principij est, vt vigintimilia passuum, quæ assignantur alicui in itinere faciendo pro quolibet die, vt l. 1. si quis cautio. ff. ac intelligenda sint, vt si facta ista computatione supersint aliqua miliaria, etiam si non sint viginti, dabitur tamen pro eis vna dies, nisi de die inter partes conuentum fuerit. Declarat enim Iureconsult. istam quæstionem, si concedatur pro viginti miliaribus vnus dies, & sint viginti vnum, vel duo miliaria, an vnus tantum dies detur? Videbatur vnus tantum præstandus, quia pro viginti vnus tantum tribuitur; & de modico non videbatur curandum, l. scio. ff. de in integr. restitut. vel quod dies diuideretur, & pro illis miliaribus horæ aliquæ assignentur, hic tamen statuitur, vt propter miliaria, quæ supersunt, licet non sint viginti integra, detur dies vnus. alioqui viginti miliarium constitutio certa non esset: nam quando aliquid superesset, interdum daretur plus, interdum minus, si secundum horas diuiderentur miliaria, & contra, & multæ controuersie nascerentur propter horas. Ideo vt sciat iudex quid statuedum sit, constitutum est, vt si vltra viginti miliaria aliquid supersit, etiam si vnum tantum miliaria, detur nihilominus alius dies, ac si essent adhuc alia viginti miliaria integra, nulla habita ratione quod non sint viginti: & hoc propter certitudinem, vt dictum fuit.

Vtilitates huius legis sunt hæc, quæ sequuntur. Primam scribit gloss. hic in excusationibus tutorum, de quibus in §. qui autem. de excusat. tuto. in Inst. & Modest. in l. idem Vlpian. ff. illo titulo.

Secunda vltra gl. est in citatione, si iudex iusserit vocandum aliquem Lugdunensem, vel Aurelianensem, & vt is in ius vocatus debeat habere ad veniendum in singulos dies viginti miliaria, l. 1. si quis cautio. ff. Et ista viginti miliaria faciunt communitè decem leucas, vt ibi nota. inspicienda tamen est consuetudo, & qualitas patriæ: quia patria Vasconia, Ruthenensis, Lemouicensis, & Petragerensis longas habet leucas: Franci verò breues, Occitani mediocres. Si citatus distet per viginti leucas à foro, habebit saltem duos dies: si autem distet per viginti vnam, tres dies, vt hic patet, & docetur in cap. cum sit Romana. de appell. vbi dilaciones secundum locorum distantiam concedi debent, sed in hoc seruamus consuetudinem curiarum,

Declaratio text.

Vtilitates huius legis.

Citatio quærum tempus dandum ad veniendum.

rum, nec tam exacta in forensi iudicio sit computatio in hoc regno: vt scripsi in tract. de citatio. in 3. tomo comment. ad consit. reg. Gallic.

Tertia, si quis mittat hominē apparitorum, vel alium ad viginti duo miliaria, salarium ei taxandum est pro duobus diebus, si inuis text. dinumerationem sequamur: tamen hoc vix fieri potest, sed dabitur huic apparitori aliquid forsitan arbitrio iudicis vltra salarium vnus diei, non ramen integram salariam duorum dierum. & idem in cōmissariis dicimus: & in hoc styli curiarum, & cōsuetudo attendi debet patria.

Quarto prodest hæc computatio in bonorum possessionibus, l. 1. si præses. ff. quis ordo in bon. possess. seruet. ibi, si præses prouincia in proxima fuerit ciuitate, accedere debet ad vtilitatem temporis spatium itineris, scilicet numeratione viginti milium passuum facta, &c.

Quinto prodest legatis, vt peracto legationis officio, debeat eis assignari tempus ad reuertendum, vt hic. & idem in inquisitoribus causa audiēdi testes datis. facit text. in l. licet. §. rādiu. ex quib. caus. maio. ff. scripsi in tertio tomo commentario ruri ad constitut. Regi. tit. de inquisi. Bar. & alij in l. de diuisione. in fin. ff. solu. matrimo.

Sexto hæc hodie exactè non seruantur, sed pro arbitrio iudicis & styli constituitur dilatio. Debet tamen ipse iudex aliquam rationem ad hæc statuta habere, teste Alexan. in dicta lege prima, si quis cautio. ff. & ex vsu curiarum declarantur dies præstituræ, & illi styli ex hac lege sumpserunt initium. Alias vtilitates quilibet addere hic poterit, postquam viderit. Quod si in prosecutione appellationis quis fuerit impeditus in fine primi anni, debet habere secundum annum integrum, per text. in §. 1. in authen. de his qui ingredi. ad appel. collat. §. & authen. ei qui. C. de tempor. appella. Doct. in l. si ita stipulatus essem abs te. ff. de verbor. obligat. Glo. & doct. in cap. si electio. de elect. in sexto. cap. ex ratione. de appellat.

In itinere faciendo. Iter facere est ire, ambulare, l. verbum facere, vbi phrasæ plurimas huius verbi facere tradam infra.

In dies singulos. Id est singulis diebus, vel per singulos dies, par chascum iour, vt l. ea lege. §. fina. ff. loca. ibi, locauit opus faciendum, ita vt pro opere redemptori certam mercedem in dies singulos daretur. Et hoc not. d. Adria. Card. in suo tract. de sermon. Latino, est que hæc phrasæ Iuriscōsultis per familiaris, vt sapius ea vntur vt in proxima lege declarauimus supra.

In singulas operaciones. In singulis operacionibus, id est pro singuli operis, vt dicit §. fina. d. l. ea lege, vbi tenetur de vitio operis, cui merces est constituta.

In singulos menses. In singulos menses, idem quod singulis mensibus, par chascun mays. l. cū hi. §. plane. ff. de trāfact. vers. siue igitur in menses singulos, siue in dies, siue in annos fuerint relicta: vt in §. quid ergo dicitur, per singulos dies, menses, & annos facit l. pen. de cap. demin. ff. ibi, legatum in annos singulos vel menses singulos relictum.

In singulos annos legatum an sit multiplex vel vnum. In annos singulos idem d. l. cum hi. §. si in annos singulos certa quantitas alicui fuerit relicta, l. cum in annos singulos legetur, nō vnum legatum esse, sed plura constat. ff. quando dies legat. cedit. l. Iulianus. in fin. ff. ex quib. caus. maio. & toto tit. de annuis leg. ff. In omnibus fere legibus alia dixi supra in l. 2. In dies pro quotidie sapius vsurpat Cic. pro Milo. hic magis in dies conualefcit, & de senect. Solon dicebat senescere se, multa in dies addiscere.

Peragenda. Id est perficienda, explenda. Inde perage iter, l. tempus. ibi, ex eo tempore vacationis dies incipiet ei cedere, quo iter ex con-

Salarium quantum debeat habere apparitor commissarius & legatus.

Dilaciones iuris non seruantur.

Iter facere.

In singulos dies.

In singulas operaciones.

In singulos menses.

In singulos annos legatum an sit multiplex vel vnum.

Peragere quot modis

modo peragere potuisset. ff. de vacat. & excus. mu. Peragere militaria opera, est militare, exercere opera militaria, l. milites. 1. & 2. ff. de re militari, vbi in vna dicitur militare, in altera peragere. & in l. pen. ff. de feriis, vbi sic habetur, ea quæ ad militarem disciplinam pertinerent, etiam feriatis diebus peragenda.

Peregisse reum non aliis quis videtur, nisi & cōdemnauerit, l. 2. §. peregisse. de adulte. ff. l. quinquennium, ibidem. Peregisse reum dicitur accusator, qui vsque ad condemnationem eum persecutus fuerit. Et ideo desitisse videtur, qui intra præfinitum accusationis à præfide tempus, reum suum non peregit, l. ab accusatione. §. desitisse. ad Turpillia. & in l. Senatusconsulto. ibidem.

Vnde accusatore defuncto reus ab alio iudicando præfide prouincia peragi potest, l. accusatore. ff. de public. iudic. quæ sic debet legi, vt ex sensu constat, nam si accusator sit mortuus, alius potest peragere iudicante præfide: id est iudice, quia nō omnis recipietur in locum accusatoris demortui, sed proximus, & is cuius interest, prosequetur. l. libellorum. §. vltim. ff. de accusatio. sed hoc ex iudicis decreto pendet, vt ibi plenius dicam in interpret. ad illam l. accusatore.

Inde appellationem peragere, id est prosequi causam appellationis vsque ad sententiam, l. 1. §. 1. ibi, appellationem peragendo. ff. de vacat. muner.

Peragere id est facere: vnde legatus, antequam officio legationis functus sit, in rem suam nihil agere potest, exceptis his quæ ad iniuriam eius, vel damnum peracta sunt, l. legatus. 2. de legatio.

Peragere petere, tentare, persequendo petere, l. si is cui numerus debitor soluit alienos, numerus integris peragat petere, quod sibi debetur, nec offerat, quod accepit, exceptione dolimali submo-uebitur. ff. de solution.

Peragere litem, est ad finem vsque prosequi, & ad sententiam, l. qui procuratore dat, vt confestim agat, intelligendus est permittere procuratori & postea litem peragere. ff. de procurat. l. si quis rem. de arbit. Peragere iudicium, in l. non distinguemus. §. item si quis Roma. ff. de arbit. Peragere causam. l. filius. de inoffic. testa. m.

In interdum hoc verbum peragere refertur ad res, interdum ad personas, vt peregisse reum, vt supra diximus aliquando etiam ad tempus, & tunc pro complere accipitur. c. si annu peregissi decimum quartum. de iudic. lib. 6. Et sic tempus debet esse completum, vbi est verbum peregerit, cap. cum in cunctis. in princ. de elect. l. 3. ibi, peractum diem. de oper. liber. ff. Et peracto ordine edictorum dicitur in l. si prætor. ff. de iudic. cap. fin. de his qui filios occider.

Est tamen memoriæ mandandum verbū Agere litem contestationem respicere. l. amplius. ff. rem ratam haberi. Verbum autem peragere requirit litem decisionem. l. quinquaginta. C. de excusatio. tutor. quod est notandum ad illum, qui debebat agere intra annum, vt sufficiat litem contestatio, vt in actione iniuriarum, & actionibus annalibus patet, in rubr. de percept. & tempor. actio. in Inst. l. si non conuitij. C. de iniuriis. Sed si debeat peragere, oportet causam finitam esse, alioqui postea non audietur agere volens: quod notandum est ad concordias, seu pacta & trāfactiones, vt inferere cures hoc verbum peragere, docet Barthol. Cepola cautela 18. verbum agere, & c. de verbo Agere dicitur in l. Labeo. 2. infra eodem.

Accipienda, id est intelligenda, vt expono in l. aliud est capere. infra eod. facit l. nominis. & l. mulieris. §. desinere. & l. propemodum. & l. si quis fide dixerit. infra eod. & hac lege etiam, ibi, quæ dinu-

Peragere militaria opera.

Peragere reum.

Interpretatio l. accusatore. ff. de pub. iud.

Peragere appellationem.

Peragere facere.

Peragere, petere.

Peragere litem, iudicium & causam.

Peragere ad personas res, & tempus refertur.

Differentia inter agere & peragere.

Cautela in trāfactionibus.

Accipere.

meratio ita demum intelligenda erit. nam quod hic accipienda, infra intelligenda ponit.

Dictio post multis modis & phrasibus eius. Dictio post tempus respicit.

Post calendarum.

Post duo edicta.

Post secundum vel tertium tractum. Post respectu personarum & materiae & rem.

Post hanc dimmerationem, id est postquam viginti milia passuum fuerint numerata, seu facta hac numeratione, vt si viginti milia sunt, pro viginti milibus dies vnus assignatur: si adhuc supersint duo miliaria, etiam dies integer dabitur pro eo, quod superest: vt pulchre vult iste text. Interdum hac dictio post iungitur tempori vt in l. anniculus. §. ante diem decimum Calendarum, & post diem decimum. infra eod. vbi declaratur, & l. post diem. de lege commissio. Post annum, l. si creditor. §. feruum. ff. de pecul. & l. si negotia. mandati. Post Calendarum Ianuarias, l. si calumniatur. infra eod. Post duo edicta, l. non nunquam. ff. de iudic. & l. post edictum. ibidem. Post secundum vel tertium tractum, id est terminum, vt exponit Alber. in l. lecta. ff. si cert. pet.

Aliquando respicit personam, vt post eos esse, in l. liberorum. infra eod. & tunc ordinem denotat, vt ibi, & l. iuriscon. ff. de grad. l. post sanguineos. de sup. & legi. herc. Aliquando materiam, & rem, vt post libertatem, l. penult. §. r. ff. de instito. Item post mortem. l. si quis. §. r. ibi, post mortem tutoris. ibidem. l. adeo. pro socio. l. final. de seruis exportand. l. r. de testam. & passim in omni materia, & maxime testamentaria reperire est. l. post do. tem. ff. solut. matrimo. l. post litem contestatam. de procurator. l. post senatusconsultum. de petitione hered. post actionem. l. r. si pars hered. petat. l. post nuptias. de iure dotium. l. post rem iudicatam. de transact.

Si accusatum casum iunctum habeat, praepositio erit: si sine casu, aduerbium, vt in d. l. lecta, si certum petat. in princip. ibi, tunc eo amplius quo post solam poenae nomine, &c. quod grammaticis relinquo.

Hae dictio post & similes ambiguae sunt, quantum interualli demotenti. vt scribit Bart. in d. l. fructus. in fin. ff. soluto matrimo. & abunde docto. post Bartol. in l. 2. in fin. ff. si cert. petat. ideo arbitrio iudicis relinquitur, vt dicam etiam.

De verbo postea in l. Labeo. infra eod. vbi alia adducuntur.

Vtilitas autem est huius dictionis, quia si actus, qui ante fieri debet, fiat post, non valet, nec eorum ratio, l. obligari. §. tutor. de auth. tut. ff. vbi auctoritas tutoris post negotium interposita non valet, nisi statim post, vt glo. ait in §. tutor. Instit. illo tit. & Felin. in c. cum dilectus. col. 2. de fide instrum. l. in l. edita. col. 6. de edendo. C. facit artic. 6. & seq. in rub. de procur. in ordinatio. Regius.

Post modum, longum interuallum significat pro materiae ratione, cap. r. de his quae vi metulve causa sunt. Barbat. consi. 54. iustissime. col. 15. in primo volum. ca. in presentia. vers. verum. de probatio. quod etiam arbitrium est.

Dimmeratione, de hoc in l. in lege censoria. infra eod. scribam.

Superfunt, dicitur de hoc verbo in l. subsignatum. §. bona. infra eod.

Integram diem occupent. In quodam veteri exemplari scriptum inueni, integrum diem accipiunt, sed ita vt prius communiter solet legi. Integram diem occupare, est tenere, habere vnum diem, pro eo quod superest, & integrum, non diuisum, id est vnam vel duas horas pro militari. de hoc nomine integer plura a nobis scripta sunt in l. sylua. §. integra sylua. infra eod.

Occupare significabit hic habere, & tenere, vt vt superius dictum fuit.

Secundo occupare, est comprehendere, numerare, seu nominare, l. stipulationes commodissimum.

ibi, doli autem clausula ad ea pertinet, quae in praesenti occupari non possunt, ff. de verborum oblig. vbi Iuriconsultus primo vitur verbo comprehendit, deinde occupari.

Tertio occupare pro inchoare, praenire, seu antecapere, & sic potest intelligi l. pluribus. ff. de procurator. vbi pluribus procuratoribus simul datus, occupantis melior est conditio, facit c. si duo. illo tit. in 6. l. si Titius. ibi, & ideo occupantis fore actionem. ff. de verb. oblig. & l. si quis a multis. de noxal. actio. Et occupare quis dicitur per litem contestationem, d. l. Titius. Sed in actione de peculio occupantis est melior conditio. Occupare autem videtur, non qui prior litem contestatus est, sed qui prior ad sententiam iudicis peruenit, l. si vero adhuc. ff. de pecul. Et inter eos quibus ex eadem causa debetur, occupantis melior est conditio, l. inter. ff. de re iudica. Ei itaque debetur, non qui prior egit, sed qui prior ad sententiam peruenit, l. si quis a multis. circa medium. ff. de noxal. & in extra iudicialibus quis dicitur occupare, quando prius cepit. vt plene docet Bart. & las. in l. quominus. q. 5. ff. de fluminib.

Occupare testem, est prius ei testimonium denuntiare. Buda. in Forens. vel vt dicit Vall. lib. 5. ca. 57. quod in medio siue medium positum est, atq; commune, ante ceteros capere: hoc occupare dicimus.

Quarto occupare, est rem propria auctoritate capere, vt usurpare, siue vi, siue abique vi, lege vltim. C. vnde vi. sequitur. §. ite si occupaueris vacuum possessionem, deinde venientem dominum prohibueris, non videberis vi possedisse. ff. de vltim. cap. l. ex facto. r. de hered. instit. Vnde legatarius dicitur occupare legatum, siue heredis voluntate capiendo, l. i. ff. quorum legator. ibi, vt quod quique legatorum nomine non ex voluntate heredis occupauerit, id restituat heredi. etenim aequissimum praetori visum est, vnamqueque non sibi ius dicere occupatis legatis, sed hoc ab herede petere. Et occupando legatum legatarius ipsum occupat iure Codicis, l. non dubium. C. de leg. quae poena non seruatur in regno Franciae, sed pro modo delicti occupans punitur. vt in proem. legum Regi. scripsi. Nec recipio illam gl. in c. generali. de elect. in 6. differentiā, vt occupare proprie pertineat ad res mobiles, inuadere vero ad res immobiles, per §. r. Inst. de vi bonor. rapt. & alia iura ibi allegata, quae non probant gl. intentionem. imò vero contra glo. est text. in l. r. §. r. ibi. loca ve occupentur, vel templa. ff. ad leg. lul. maieft. & l. adeo. §. insula quae in marina scitur, quod raro accidit, occupantis fit. ff. de acquir. rerum dom. Et domum occupatam iniuria dicit Imper. in l. domum. C. de rei vindic. Et occupare bona dicit Iuriscōsultus in l. 2. ff. de requir. reis. l. 3. §. proinde. de minor. Et statutum loquens de occupante rem alterius, intelligitur quando propria auctoritate quis rem alterius apprehenderit, etiam si non visus si iudicis auctoritas interuenierit, l. iuste. ff. de acq. possess. & ibi doct. & an intelligatur etiam de occupante possessionem, docet Bart. las. & alij in rub. de no. oper. nunti. videt quae scripta sunt a me in l. litus. r. §. fin. infra eod. Breuiter vt dicam, is dicitur occupare, qui timere sine iudice, vel domino possidet, l. extat. in fin. ff. quod met. caus. & l. pen. & vltim. ff. ad leg. lul. de vi priuata. & d. l. vltim. C. vnde vi, & d. l. iuste. & l. i. ex stipulatione. de acquir. possess. ff.

Legatarius occupans legatum non priuatur in regno Franciae.

Differentia gl. inter inuadere & occupare improbat.

Statutum loquens de occupante re alterius quomodo intelligatur.

Inde occupatoris, in rub. des occupants du domaine du Roy, in ordin. Regius. Et occupatoris beneficiorum siue titulo, ius pontificium vocat intrusos, cap. cum iam dudum. de preben. & c. eum qui. illo tit. in 6. Et occupator iure castus, vulgo intrusus sacerdos dicitur. Buda. ait in Forens. nullo tamen authore probat.

Pro praenire, in procuratori-bus.

Occupare per litem contestatione dicitur.

Occupare testem.

Occupare pro auctoritate propria capere.

Legatarius occupans legatum non priuatur in regno Franciae.

Differentia gl. inter inuadere & occupare improbat.

Statutum loquens de occupante re alterius quomodo intelligatur.

Occupatoris beneficiorum intrusos dicunt.

Occupatio grassatoria.

Occupare pro vi deiciendo capere, inuadere. Inuasor rei dominio non priuatur in regno Franciae.

Fundus occupatus flumine.

Occupare verbum in differens.

Occupare an in malis sonet, si quis dicat se occupasse ecclesiam.

Occupatio pro impeditio.

Occupatus negotiis.

Occupare apud rhetores & occupatio pro schemate rhetorico.

Praoccupare. Intellectus ad l. q. vlt.

probat. de hoc abunde scripsi in praxi benefic. in reg. de subrog. colligit gl. 4. Et occupatio grassatoria, non possessio, quae possidendi iure vacat: vulgo intrusio. idem Bud. in Forens. sed quid opus est tot verbis, cum vnum sufficiat.

Quinto occupare est vi deiciendo capere, inuadere, l. r. §. ergo. ibi, occupauerunt possessionem. & l. 3. §. proinde. & per totum. ff. de vi & vi arma. l. si quis in tantam. C. vnde vi. & l. fin. eod. titu. vbi inuasor priuatur dominio rei, quam inuasit, si dominus sit: alioqui punitur, vt rei non suae estimationem dare teneatur. Quae poena non seruatur in regno Franciae, sed inuasores poena arbitraria puniuntur, vt dixi in proemio comment. ad ordin. Regias, in r. tomo. quia hoc est conscientiae proximum, c. fraternitas. 12. quaest. 2.

Sexto occupare, impedire, detinere. Nec vos pluribus occupabo, vt infra. & oratores satis hoc probat.

Septimo fundus occupatus flumine dicitur inundatus, l. id quod post emptionem fundo accessit per alluionem, vel perit, ad emptoris commodum in eodem quod; pertinet: nam est totus ager post emptionem flumine occupatus esset, periculum esset emptoris. ff. de periculo & commodo rei venditae. hoc probat l. adeo. §. quod si toto. vers. si cuius. ff. de acq. rer. domi. vbi in vna parte dicit occupauit, in altera inundatus est.

Occupare verbum est indifferens, ad bonum aliquando, vt c. factus. 7. q. 1. ibi, occupato. vbi glo. & cap. non iniuste. de procurat. ibi, qui licet cum aliis datus fuerit, prius tamen procuratoris officium occupauit, cap. quia saepe. de elect. in 6. Et si bona patris a fisco occupata propter debita fuerint. l. 3. §. proinde. ff. de minor. Interdum ad malum refertur, vt in l. r. & per totum tit. ff. de vi & vi armata. & proprie capitur in malam partem. glo. in verbo, occupare. in c. generali. de electio. in sexto. Vnde si quis Papa narret se ecclesiam occupasse, intelligitur sine titulo, vel propria auctoritate. Barbat. consil. 1. clementissimum. col. 9. in 4. vol. Felin. in cap. postulasti. de rescript. nu. 14. Insuper dicit tamen materia, & pro ea iudicandum, vt in c. cum iam dudum. de praeben.

Nono occupatio vocatur, cum alicui rei, & maxime cui ante omnia operam dare debemus, & necessariae nobis, cum diligentia & studio atque cura vacamus, vnde Iuriconsultus ait, qui variis occupationibus praesidium vi agere non potuit, non desistit. l. in Senatusconsulto. §. penult. ff. ad Turpil. Inde occupatus dicitur aliquo negotio detentus, & impeditus, implicatus, non valens alteri negotio operam dare. Proinde Iuriconsultus ait, occupatos circa rem rusticam, in forum venire compellendos non esse, l. r. ff. de feriis. Et susceptam tutelam non aliter deponere solent, quam qui trans mare reipublicae causa absunt, vel hi qui circa principem sunt occupati, vt in consiliarij Menadri persona est indultum. Vlpianus in l. verum. §. ex facto. ff. de minor.

Decimo occupare vocant rhetores, quoticas ea, quae ab aliis dici poterant, ea ipsi praenunciando dicimus, ne nobis postea officiat: & occurrere vltro exceptionibus & praescriptionibus actor dicitur, qui reo anteaerit per anthypophoram, & praeripit reo defensiones. quod genus apud rhetores occupatio dicitur, teste Buda. in Forens. post Cicero. in rhetor. qui & ad Heren. sic ait: Occupatio est, cum dicimus nos praertere, aut non scire, aut nolle dicere id, quod tum maxime dicimus. & idem de Orat. & Qujntilia.

Praoccupat hic casus mortem, & nonnunquam longum tempus occupat, l. qui vltim. o. ff. de poenis. id est praenuntiat mortem, praecedit: & nonnunquam

occupat longum tempus, id est detinet. quod declarat text. ibi, in eis qui ad bestias damnantur, hic casus praecoccupat mortem, quia facta condensatione illis pugnandum cum bestiis est, & sic non statim moriuntur, sed interdum solent feruari, vt ex his in alios quaestio locum habeat. vt ibi, & hoc nonnunquam longum tempus occupat, id est detinet & tenet, & tunc longo tempore antequam moriatur feruabitur, vel si ita pugnauerit, vt victor existat.

Notandum est, quod rei occupatae, quae in nullius erant bonis, dominus per apprehensionem efficitur. Caius in l. quod enim nullius est, id naturalis ratione occupati conceditur. ff. de acq. rer. do. §. ferat. & seq. de rer. diuis. in Instit. nec vos aliis nunc occupabo.

Veluti si 2. r. milia passuum sunt, biduum eis tribuatur. Exemplum trahit hic text. quo facilius res intelligatur, quod doctibus maxime & conuenit, vt postquam doctrina tradiderunt, exempla quoque subiciant, vt docet Iuriconsultus in l. r. ff. de praescrip. verb. ibi, sed ne res exemplis egeat, paucis agam: & aliis in multis locis. Per hanc dictionem veluti, explicatur res, de qua scribam in l. Labeo. 3. infra eod. quia ista lex satis sua dote est ampla.

Ex hoc text. colligitur miliarium, vel miliare dici terrae spatium, mille passus habens, vel continens, quo vtuntur Itali, & continet (vt dicunt) dimidiam leucam, & duo leucam constituunt, vt sup. scripsi. Galli vero hanc miliarium computationem ignorat, per leucas & diapas diuisionem facientes. De miliaribus habetur in l. suis quoq; §. puto. ff. de hered. inst. l. r. §. cum vrb. ff. de off. praefect. vrb. & l. scire. §. aliud. & l. plane. 2. de excusat. tuto. & alibi saepius. Harmenop. ait, quod miliarium est stadiorum octo, vinarum 936. pro hodierna vero consuetudine stadiorum est semiocto, vinarum 750. gressuum 1500. cubitorum 3000. & gressus complectitur cubitos duos, vel pedes tres, vel palmos duodecim: stadii est iugerum sex, vel vinarum centenarium.

Miliarium etiam dicitur vas, in quo panicium de milio coquitur, sicut pultarium vas ad coquendam pultem, glo. in l. & si non sint. §. i. cui forte. ff. de aur. & arg. leg. not. Baysius in l. vestis. ibid.

Miliarium vocatur adiectiuum res valoris mille, vel ponderis. Plin. enim dicit miliarias oleas, quae afferunt mille oleilibras, vel tati sunt emolumenti, li. 17. c. 12. vbi miliarias multas oleas in Africa vocari narrat a pondere olei, quod ferant annuo prouentu.

Item milium species est frugis, Galli vocant millet: forte a mille dictum, quod vnum granum mille afferat, de quo Iuriconsultus in l. si seruus seruum. §. si quis vestimenta. ff. ad leg. Aquil. ibi, sed si quis milium, vel frumentum meum effuderit in flumen, sufficit Aquiliae actio. hoc maxime vtuntur Viriduti, licet panis ex milio exigui sit alimeti & refrigerantis, qui tamen aliu silit, vt docet Gale. Et miliarium quod ad milium pertinet: & miliaria auis, quae vescitur milio. Erat & Miliarium columna in capite fori Romani, in qua omnes viae conscriptae erant, a qua omnes Italiae viae incipiebant, & in quam omnes desinebant, vt dicam in l. mille. infra eod.

Notandum est ex glo. palmu ex quatuor digitis constare, & is multiplicatus quater efficit pedem. ex quatuor palmis, hoc est sexdecim digitis pes constat: alij licham quatuor digitorum, palmum vero, qui spithama dicitur duodecim efficit. Est autem spithama a magno digito ad minimum, quantum protenditur palma, sed si pollicem tantum explices & indicem, vocatur licham. Maior vero spithama in duodecim partes diuisa duos efficit pedes, & quadrantem. Passus vero est quatuor; pedum secundum gl. vel sex secundum alios, siue quatuor cubitorum, l. mille passus. inf. eod. & est maior & minor, vt dicunt Astrologi. Semipes est dimidia pars pedis, de

Per occupationem domini efficiuntur.

Exempla a doctibus tradenda.

Miliarium quot modis sumantur, & leuca.

Gressus, stadium ac iugerum.

Miliarium pro vase.

Miliarium pro re valoris mille.

Milium.

Miliarium quoad milium portinet.

Palmus, digitus, passus, pes, spithama, vlna, licham.

Semipes.

Quod interuallum denotet post.

Vtilitas dictionis post.

Post modum.

Integram diem occupare, quid.

Occupare multis modis dici, & phrasibus eius. Pro numerare.

quo loquitur Iurifconsultus in l. si quādo. in princ. ff. si serui. vñd. ibi. dum dicit semipedē & amplius. Pes autem cum dimidio cubiti facit, & ex sex palmis cōficitur: Regius autem cubitus tribus digitis maior est, sed cum ambæ explicantur manus, & in longū protrahuntur a pectore, linea deducta vna dicitur, quæ habet gressus duos, vel quatuor cubitos, vel sex pedes, vel nouem spithamas: Gallicè, *aulne*, de qua in ordinat. Regiis, *des aulnes, & aulnages*, vbi vna & æqualis in toto regno Fræciæ esse debet. licet videre per Alexā. ab Alexandro in lib. Genialium. cap. 20. fol. 45. quæ non explicant hic doct. sed ab Hermenopulo lib. 2. titu. 4. sui prochili palmus *παλαστρις* dicitur, cubitus vero *πυξυς*, & tot digitis quot supra diximus constare ait.

Cubitus regius.
Vina.

Biduum pro duobus accipit diebus. sic in l. inter illam. infr. eo. Olim biduum dabatur ad appellandum a sententia in causa propria, quod a die lata sententiæ computandū erat, l. i. §. biduum, & §. in propria. ff. quando appellandū sit. Hodie autē dantur decem dies tam in propria causa, quam aliena. authen. hodie. C. de appel. qui computantur à die scientiæ, c. concertationi. de app. in 6. dico in tit. de appel. in 3. tomo comment. in consi. Reg.

Attribuere quid.

Attribuetur, id est assignabitur. sic capitur in l. cū bis sextus. infra eod. Attribuere etiam, est ordines officiaq; distribuere, vt cenfer Lucas de Pēna in l. j. col. pen. C. de petit. bon. sub. lib. 10. hoc tamē non probat. De verbo tribuere, scribā in l. ager. inf. eod.

Computatio dierū quomodo debet fieri in itinere faciēdo.

Que dinumeratio ita demum faciēda erit, si de die non conueniat. Et sic patet ex hoc text. computationem prius debere fieri secundum conuentionem: vt si promiserō Lugduni dare decem intra quindecim dies, illud tempus seruabitur. In primis enim conuentione seruanda est, l. semper in stipulationibus, & cæteris contractibus id sequimur, quod actum est. de reg. iur. ff. l. sub conditione. de usufruct. l. pen. de de contrah. empr. Contra huc quippe ex conuentione legem accipiunt, l. i. §. si cōueniat. ff. de pos. & l. contractus. de reg. iur.

Sic est prima limitatio ad hunc text. vt non sit faciēda ista computatio, quando inter partes aliter conuentum erit.

Secundò quando non essent miliaria cōstituta in patria, vt in Francia, tunc arbitrio iudicis constituitur dilatio, vt in l. continuus. §. cū ita. ff. de verb. oblig. & ad vitandū hoc arbitrium stylus curiarum factus est, & approbatus, qui ista limitat & declarat.

Hac computatio in itinere faciēdo per mare non præcedit.

Tertiò quando iter fieret per mare, quia quinquaginta miliaria & vltra venio flante secūdo vna hora per mare traici poterunt, ideo hæc computatio non fit, vt not. Bart. in tract. de insula, in versic. nullus. in prin. quem refert Dec. in c. cum sit Rom. in §. no. col. 3. de app. Et quia per mare non dicitur proprie iter, de quo loquitur iste text. Hoc tamen arbitrio Aeoli & Neptuni (vt poeta fingunt) relinquo, prout indulgere nautis voluerint, quia hæc lex nihil certū statuit de eo, quod incertum est, videlicet de navigatione.

Quartò non procederet quando dies statuere-tur à iudice, tunc non seruaretur, quod hic dicitur, vt doct. notant in l. continuus. §. cum ita. de verb. oblig. & d. l. i. & sic in hoc regno, cum quelibet curia suum stylum habeat, parum prodest nobis hæc computatio, quia inspicitur, quod in stylo statutū est: nam hi qui hoc statuerunt, rationem ad huius legis dispositionem (vt est verisimile) habuerunt. Et ideo minime miranda sunt, quæ certam semper interpretationem habuerūt, l. minime. ff. de legib. ob id amplius hic non immorabor.

Dinumeratio

Dinumeratio pro computatione sumitur, quasi distincta & plana numeratio: de qua scripsi in l. in lege. infra eod.

Adnotandū est, quoniam in iure diætæ frequens fit mentio, multipliciter ipsam sumi, licet Græca sit dictio, vt postea dicimus. Primum capitur diætæ pro vnius diei itinere, quæ significatione frequentius vtitur ius pontificium, vt in c. nonnulli. in prin. & c. seq. de referi. c. itaturū cū vero. & seq. ibi. lib. 6. ac aliis in locis sapius. Gallicè dicitur, *iournee*.

Diætæ modis sumitur.

Diætæ secūdo dicitur ratio tenuioris victus apud medicos, *la diète*, quæ causa valerudinis ægrotis præscribitur. Et hanc cōstituendam medicis relinquo, & ægris seruandam. dicta est *Alia* Græcè, victus ratio, seu modus ac consuetudo viuendi, vulgo regula victus vocatur: & institutum vitæ, Latine dicimus diarium, id est victum quotidianum, seu vnius diei cibum, l. diarii. ff. de alim. & cib. leg. Nam *Alia* seu *Alia* seu *Alia*, significat iugum, seu quotidie veicor, vel victus ratione vtor, inde diætæ est appellata species medicine, quæ victu medetur, apud medicos.

Diætæ pro vitæ ratio vt præscribitur, & vnde dicitur.

Alia, seu diætæ.

Diætæ pro concilio.

Tertiò diætæ capitur pro iudicio, seu concilio, quod in Germania frequenter celebratur, sicut tres status in Gallia, vt in patria Occitana quotannis: quæ congregatio, cum veritas interdum procul exul sit, parum prodest populo: ex hoc forte dicta, quod *Alia* iudices erāt per singulas tribus lecti, numero quatuor & quadraginta, vt explicat Bud. in suis cōm. linguæ Græcè, *ἀνο δίαίτα*, quod est iudico, sicut arbiter, & *Alia*, seu *Alia*, id quod arbitri statuerunt, id est sententia arbitrorū, & *Alia* ab his differrebat, qui dicebantur *Alia*, id est iudices, nam arbitros quidam putant recte *Alia* appellari, vt docet Cælius lib. antiqu. lectio. 7. c. 13. quæ habuit à Demosthen. ex oratio. *ἡ δίαίτα*.

Alia, qui dicebatur.

Alia seu Alia.

Diætæ pro cœnaculo, & quomodo differat.

Quartò diætæ locus est, sine cœnaculum, in quo frequentius per diem versari solemus domi, aut in orto hyeme ad solem, æstate ad vmbra, & ibi spatari, atque æstate cœnare solemus, Galli vocāt *cabinet*, à verbo *Alia*, quod est viuo, seu dego deductum est, sine à die & edēdo, quod in eo de die cœnaretur, & dicunt quidam à cœnatione differre, quod diætæ fit in ima parte aediū, cœnatio verò in superiori, teste Crapaldo in lib. de partib. ædium 2. cap. 3. Sed & superiores erant etiam diætæ, vt scribit Scæuo. in l. Lucius. ibi. vt aris superioribus diætis. ff. de donatio. Et de diætæ loquitur Iurifconsult. in l. senatus. §. i. ff. de leg. 1. & l. equissimum. §. sed neque. de usufructu. & in §. fin. ibi. vocat Iurifconsult. diætæ amœnas, l. si cui. quibus modis vsufr. amit. & d. l. Lucius. de dona. l. per insurandum. §. illud. de acceptilat. ff. Catelia. Corta in 3. parte memora. in verbo. diætæ quedam, non tamen hæc allegat. Videte l. pen. in fi. ff. de donat. inter virum & vxor.

Reprohēditur Crapaldus.

Diætarius seruus.

Diætum ornare.

Diætarij furibus.

Inde diætarius seruus, qui in diætæ ministrare & seruire solet, & diætæ ornare, de quo Iurifconsult. in l. quæsitum. §. ostiarij autem, topiarij, diætarij, aquarij domi tantum deseruientes continebuntur. ff. de fundo instructo. Diætarij etiam dicuntur, qui aliquid ex hac diætæ furantur, l. i. §. idcirco. versic. simili modo. ibi. simili modo & facularij, & diætarij erunt puniendi. ff. de effractor. Diætarij etiam appellantur, qui in aliena se dirigunt cœnacula furandi animo, & plusquam fures puniendi sunt. d. l. facularij. ff. de extraord. crimi. Et eos plusquam fures puniēdos statuerūt iura, quia adeo tenui olim crebrum illud genus furum, vt homines tenuioris fortunæ cogentur apud plerosque diuites indumentis pro foribus relinquere, si vellent admitti: quod in Atheniensibus taxat Aristoph. In Pluto, *ἡ δίαίτα τῶν εὐνοῦ ἀπολεχοῦς* id est, nonne furaturus huc venio? Perr. tamen Crinit. de honesta discip. lib. 17. c. 8. sic legi debere in illo text. cenfer: Cum de criminibus extraordinariis agitur, facularij, qui vetitas artes exercentes, in sacculis partem subdu

subducunt, partem subtrahunt: item qui directarij appellatur, hoc est, hi homines, qui in aliena se cœnacula direxerint furandi animo, plusquam fures puniendi sunt. & hos directarios fures dici à dirigendo, quòd in alienam domum se dirigere perinde sit, atque ingredi. Docet & Cælius libr. antiq. lect. 13. c. 50. videte & iudicate. in Pandect. Florent. sic fere legitur, vt per eos. his verbis: Item qui directarij appellantur, hoc est, hi qui in aliena cœnacula se dirigitur furandi animo, plus quam fures puniendi sunt, & sic ego existimarem eos directarios vocari.

Directarij qui, & vnde dicitur.

Admonendi sumus, vt quando in iure fit mentio de diætæ, pro vnius diei itinere sumptu intelligi debeat secundum regionis cōsuetudinem, vt vulgaris diætæ secundum morem regionis, non de legitima, id est 20. milium passuum, vt hic, & ait gloss. Innocent. & alij in c. nonnulli de rescrip. probatur per locum à speciali in c. præfenti. §. loca vero. de præbend. in 6. Et ita in ordinatio. Regiis in rub. des privileg. des escoliers. art. 7. quæ prohibet scholasticos suos trahere debitores corā conseruatoribus apostolicis vltra quatuor diætæ, de his vulgaribus intelligi debet, vt expressim docui in priuileg. scholastico. 161. vbi de his vberius scripsi, & in iure pontificio frequentius fit mentio diætæ, in iure ciuili non in hac significatione.

Item scholasticus non potest etiā vltra quatuor diætæ suos conuenire debitores, si extra iurisdictionem senatus degant, quam practici vocant restortum, quia est prohibitum in eisdem ordinatio. rub. des privileg. des escoliers, ne debitores scholasticorum vltra restortum trahantur in vim priuilegiorum Regiorum coram conseruatoribus apostolicis. ergo debitores possunt vltra diætæ quatuor trahi coram conseruatoribus Regiis, si intra restortum sint: vt scripsi in scholastico. d. priuilegio 161. vbi fufius videri potest. & ita censuit Senatus anno 1525. relatores do. Maffuerio consiliario.

Aduertendum est hic diætæ dici, vbi viginti miliaria constituuntur pro vno die, vel decem leucæ, & hæc legalis à iurium interpretibus vocatur, & à Papa in c. præfenti. de præbend. in textò. Alia est diætæ vulgaris. quæ à vulgaribus & ab vsu est introducta, vt ab hac ciuitate Luteriana duæ sunt vulgares diætæ ad Aureliam, & ab Aurelia ad Bituricensem ciuitatem alia duæ. Si verò non appareat de vulgaribus, recurrendum est ad legales. gloss. in cap. cupientes. in verbo. commode. de electio. in 6.

Sic curia legatus, vel disceptator, (vulgo dicitur) commissarius, vel index debet tantum ire, quantum diætæ vulgares continent, si appareat de vulgaribus, alias secundum legales: & ipsi debet ita solui secundum illas diætæ. Licet aliqui sint valde delicati, qui vno die pro suis negotiis proficiscerent vltra decem leucas, pro alienis verò quatuor tantū, vt maius recipiant emolumentum, quod tamen in foro conscientie tenentur restituere ab illo die, quo commode ire potuerunt: & in stricto iudicio de illo salario reddituri sunt rationem exacte Deo optimo max. Idem in medico, & aliis, vt eis solui debeat pro diætis vulgaribus, si appareat de eis, alias pro legalibus: vt scribit Alexan. & alij in additio. ad Bart. in l. de diuisione. fin. solut. matrim. Tamen debent isti commissarij habere salarium in eundo, stando, & redeundo, vt ait cap. statutum. pro ferendo. de rescrip. in 6. Bartol. in l. l. suo victu. de oper. liberto.

Alia est diætæ singularis, vt pote quādo quis vtitur diplomate, id est cursu nocturno & diurno per equos celeres, l. cōtinuus. §. cum ita. de verborum obligationibus. ff. & in his attenditur id quod est verisimile, cap. quia verisimile. de presumptio.

Commissarius quibus vti diætæ debet, & medicus.

Diætæ singularis.

Vnde si beneficiatus hodie hic moriatur, & intra tres dies quis Romæ impetraverit beneficium illius, non valebit impetratio, nisi tantum tempus effluerit post obitum, intra quod vacatio de locis, in quibus persona decesserit, verisimiliter in papæ notitiam peruenire potuerit, per regul. cancell. 18. vbi scripti in praxi bonum & abund. Et ratio est, vt captandæ mortis vorum euitetur, cap. ne captandæ. de concessio. præbend. in sexto. Et ista regula habet etiam locum in legato, & ordinario, secundum glossam in dicta regul. & Ioan. de Selua in tracta. de beneficio, in tertia parte, quæst. 46. Decius consilio 398. in fi. de Ripalib. 1. respon. cap. 16. & cap. 2. in fin. de rescript. Si tamen habuerit resignationem, poterit currere ante mortem, & computabitur à die resignationis, seu instrumenti procuratoris ad resignandum. glo. in §. neque. in verbo faciēdas. de collat. in prag. dixi in glo. præuentionis in rub. de manda. apostol. in concord. & in d. praxi benefic. abundantius.

Declaratur regula de verisimili notitia.

Sed illa regula verisimilium non habet locum in officiis regiis, vt nuper fuit decisis, & prolatus arestum in pronuntiatione natiuitatis domini, anno domini 1542. super officio cuiusdam apparitoris seu seruientis regij.

Regula de verisimili non habet locum in officiis regiis. Arrestum. Dies dominicus dies quietis, non itineris curia Alciatum.

Intellige in his dandum vnum diem pro quiete, videlicet diem solis in qualibet hebdomada, in lōgo itinere faciēdo. gloss. singulari. in ca. cupientes. §. 1. in verbo, commode. de electio. in 6. quam notat Felin. in ca. cum olim. de exceptionibus. Alex. in d. l. 1. & l. de diuisione. ff. solut. matr. Angel. in §. his itaque. Infr. de iustit. & iur. & in §. rursus. col. 3. Infr. de actio. gloss. in c. quamuis. in verbo. continuatis. de offic. ordin. in 6. Quamuis Alciat. dicat nusquam lectum, aut probari, vt quidque prohibea tur eo die dominico iter facere. sed salua pace iure diuino probari possit, exemplo Dei, qui quieuit illo die ab omni opere, quod patrat. Gene. cap. 1. & seq. Sic & nos, vt eius actio fit nostra instructio, & sic prohibetur quis illo die iter facere, si velit imitator Dei esse, & glo. in verbo, commode. d. ca. cupientes. de electio. in 6. hoc asserit. Tamen ex necessitate post sacrum peractum accinctus itineri poterit illud continuare, quamuis illo die non debeat ob Dei reuerentiam iter inchoare, maxime pro rebus non necessariis, & quæ continentur in l. vlt. C. de fer. Etenim ille dies decernitur honorabilis & reuerēdus, vt ibi dicitur, & scribitur Leu. 23. & Exo. 12. Nihil ergo operi facietis in eo. de quo in scholast. priuileg. 1. abunde tractaui.

Quæro si quis vno die quadraginta miliaria fecerit, an duplex salarium habere possit? gl. in Leos. in fin. ff. de falsi. dicit posse, quam sequitur Alex. in d. l. de diuisione. ff. sol. matrim. Intelligite tamen eam glossam, quādo pro singulari diætis dabatur certum salarium: diuersum erit, si pro eundo & redeundo illi data esset pecunia pro necessitatibus itineris, quia tunc etiam si diplomate vsus fuerit, non habebit duplex salarium, per l. creditor. §. si inter. ff. manda. l. mol. & alij in l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat.

De salario pro diætæ taxando.

Secundò intelligite, si quis per longiorem viam iuerit, non debet habere maius salarium (ne via præbeatur delinquendi. l. conuenire. ff. de pactis dotilib.) quam si recta profectus fuisset, l. non solum. §. annus. secundum. ff. de excus. tutorum. & ibi Bart. & alij. Bald. in l. hi qui in provincia. ff. ex quib. causis maior. Ang. & Imol. per gloss. ibi, in l. ratum. de solution. Imò qui per rectam viam non vadit, punitur. l. penult. C. de nauicula. lib. vñdecimo. Nisi recta via impedita fuerit. Alber. in prima parte statuto. quæst. 55. per l. si locus. §. fin. ff. quemadmodum seruit. amittan. Bartach. in tract. de gabel.

Logiustiter faciens non habet maius salarium.

in vltima parte, quaestione decimaquarta. vel nisi recta non esset secuta, per latrones, vel alios, vt docet Cepol. hic, quaest. 2. Angel. in §. his igitur. de iustit. & iure, in Institutur.

Quando re et est impedita & minus securi, alia via irretinet.

Et sic ire debet quis per viam, qua vulgo iter fieri solet, etiam si alia breuior esset. lege prima, §. primo, de his qui deiecer. ff. vbi Barrol. & Florian. & si duplex via consueta sit, illa quae magis frequens, & plana, eligenda est: vt scribit Socinus in tractatu fallentia. regul. 325. vbi limita, quando vna esset magis secuta, quia illa est alius praefertenda. allegat. l. eos. in fin. ff. de fal. legem fin. §. in autem. verficul. cum enim, C. de iure deliberandi, & idem, si illa esset lubrica, & luto impedita, vt via Inferni iuxta Niuernenses, & terra de Molieres secus Cathurcum. lege, qua actioe. §. sed & si quis. ff. ad legem Aquil. l. si locus. §. final. quemadmodum seruit. amittant. vel alias recta via esset iuste impedita, l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio.

Ita demum

Ita demum. Haec dictio tantum significat, quantum praecipue, hoc ita, quasi ea lege, eo modo. en esse forte, l. si quis iniquum ius aduersus aliquem imperauit, ipse eo iure vtatur, ita demum si per postulationem. ff. quod quisque iuris. l. in tradendis. §. i. cōmunia praedior. & l. si in venditione. ibidem. l. haec autem. in fin. de seruitu. vrb. praedio. l. si quis libertatem. ff. de petitiō. heredita. De dictione ita tamen scripti in §. i. de manda. apostol. in concord. Francia.

Conuenire multis modis accipitur.

Si de die non conuenierit. Id est si actum inter partes de die non sit: sicut conuenire dicitur, qui ex diuersis locis in vnum colliguntur, & veniunt: sic qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt, id est in vnam sententiam decurrunt, l. i. §. conuentionis. ff. de pactis, vbi dicitur conuentionis nomen esse generale, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi, transigendiue causa consentiunt, qui inter se agunt, l. 2. ibidem. & l. tale pactum. §. post diuisionem. ibidem.

Conuenire pro congruere.

Secundō conuenire pro congruere, decens & aptū esse accipitur in l. tugurij appellatione omne aedificium, quod rustica rei magis custodiendae conuenit, quam quod vrbis, & dibus significatur, infra eod.

Conuenire in ius vocare.

Tertiō conuenire est in ius vocare, l. sicut. in fi. quod cuiusque vniuers. no. ff. l. his cōsequenter. §. pen. ibi, cū à peculiaribus creditoribus conueniretur. famil. ercisc. l. & post rem. §. i. ibi, si fideiusfor cōuentus & cōdemnatus. de rei iudi. vulgo dicimus citer, & conuenir, vt in ordinatio. Reg. artic. i. rubric. que les laiz, ne seront conuenus par deuant les iuges d' Eglise. vbi scripti in 3. tom. o. contlit. Reg. Inde si quis promiserit me non conuenire super hac re, intelligitur etiam vt extra iudicium me non interpellet, teste Panor. in c. 2. in princ. de accus. Tamen de communi vsu loquendi conueniri dicitur quis, quando in ius vocatur, & ita in statutis, & aliis actibus accipi debet secundum eum, quem sequitur Georgius Matam. in repetitio. clement. sepe. colum. 8. in verbo, causas, eod. tit. & ego huic sententiae subscribo, maxime in vrdm. Regius, in quibus verba Gallica secundum vsum communem intelliguntur, vt in hac significatione accipi debent.

Conuenire in iudicio, & non extra contra Patrum.

Quartō pro alloqui, vt conueni Titium, l. final. vbi Lucas de Penna, C. de muner. patri. lib. 10. vide tamen an ibi sic accipi possit. Inter omnes conuenit, id est constat, l. inter omnes. ff. qui satisfat. cog. Conuentio autem dicitur id quod actum, & placitum est inter partes, l. facere non oportere. & l. in conuentionibus. inf. eo. vnde nullus est contractus, nulla obligatio, quae in se non habeat conuentionem, siue re, siue verbis fiat, l. 2. ff. de pact.

Conuenire, pro alloqui.

Conuentio quid.

Conuentus quatuor modis teste Festo capitur.

Conuentus quatuor modis.

Primo cum quemlibet hominem ab aliquo cōuentum dicimus, cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum in vnum locum contracta, & cum à magistratibus iudicij causa populis cōgregatur, atque cum aliquem in locū frequentia hominum supplicationis causa, aut gratulationis colligitur. haec ille.

Conuentus iudicij.

Ad haec conuentus iudicij peregre acti in vrbe designata, magni dies vocantur, teste Budae. in Forens. vel conuentus Parisiensis, vulgo, les asises. Erant enim in prouinciis statuti conuentus per rectores earum ad iudicia faciendā, vt apud Plinium lib. 3. scribitur.

Conuentus iudiciale. Agere conuentum iudiciale.

Item conuentum iudiciale dicitur, vt appointement pais entre les parties, ou leurs procureurs. Budae. vbi supra in Forens. quasi inter partes transacta & placita. Praeterea conuentum agere iudiciale dicitur iudex, quando aduocatorum actionibus, alterationibusque vacat, vulgo nos dicere solemus, tenir la plaiderie, siue les grans iours, vt per Budaem est videre in dictis Forens. & annota. in Pandect.

Conuentus pro monasterio.

Insuper iure pontificio conuentus dicitur congregatio religiosorum, etiam ex cōmuni vsu collegium monachorum, conuent. Gallice: quia in vno locum conueniunt plures ex multis locis. Panor. in cap. edoceri. nota. vlt. de rescript. & cap. cum ecclesia. 3. nota. de causa possessio. & proprietate. & in cap. nobis. de iure patron. Barba. in clem. 2. colu. 10. de rescript. & templum ipsorum vocatur ecclesia conuentualis: vt scripti in §. volumus. in verbo, collegiaris. de collat. in concordat. Francia.

Conuentio-nale iusiurandum.

Item iusiurandum ex conuentione est, quod pais extra iudicium parti desert, quod doctores conuentionale, vel voluntarium vocant, l. iusiurandum quod ex conuentione. iuncta. l. i. vbi etiam ex pactione dicitur. ff. de iureiurand.

Conuenticulum.

Conuenticulum dicitur illicita congregatio, vt haereticorum, vel seditionum hominum, l. conuenticulum. C. de episcop. & cler. licet in quibusdam libris sit conuenticulum: sed male.

Conuentum inter partes de nuda conuentione intelligitur.

Sidicatur conuentum inter partes, intelligitur nuda conuentione, non per stipulationem, vt probatur in l. lecta. vbi Ias. & alij interpretes. ff. si cert. peta. & l. iurisgentium. §. sed cum cum nulla. ff. de pact. alibi tamen dicam materiam esse considerandam, & pro materia hoc decidendum.

Conuentum pactumque.

Conuentum pactum secundum quosdam est, quod à praecedenti incipit conuentione: vt si facta venditione pro centum aureis postea conueniam, vt aliquid detrahatur, l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. l. contrahitur hypotheca per pactum conuentum. & l. seq. ff. de pign. Si vero à promissione pacta incipiant, simpliciter pacta dicuntur. Alij dicunt conuenta eo dici, quod nullis Romanorum legibus confirmantur, sed ex conuentione tantum ipsa valeant, atque in nudo nomine cōuentionis permanserunt. Subtilis Loriot. in tract. de pact. cap. 30. ait dici, quod conuentionis alicuius gratia semper concipiatur: alij dicit pactum conuentum stipulationes, vt Cicer. de orato.

Sententia auctoris de pacto conuentiono.

Ego vero existimarem Iurisconsult. promiscue vsos fuisse pacto conuentiono, & pacto simpliciter, & vnum ab altero non differre, vel parum: quae mea sententia probatur in l. iurisgentium. §. quinimo. cum §. seq. de pact. ff. vbi Iurisconsult. ait in §. quinimo pacta conuenta inesse in bonae fidei iudiciis, si in cōtinenti subsecuta sint. & in §. seq. dicit, pacta insunt, quae legem contractui dant, & sic quod pactum conueniunt dixerat, postea vocat pactum simpliciter. idem habetur in §. pacta conuenta non facta contra leges seruabo. & in §. dolo. vocat simpliciter pacta, & in §. sed si fraudandi. qui §. tendunt ad declarationem §. pact. conuenta. & in l. rescriptum.

l. rescriptum. & l. & heredi. §. nos. ac in l. si vnus. §. pactus. & l. contra iuris. §. i. in fin. ibid. promiscue Iurisconsult. dicit pactum, & pactum conuentum. & in l. pacta conuenta. ff. de contrah. empt. nam quod in prin. dicit pacta conuenta, postea ea simpliciter pacta vocat, & sic promiscue Iurisconsult. his dictionibus vtuntur, quasi idem significet, sicut pactum & promissum: nam pactum à pariscor. conuentum à conuenio: & hoc probatur in toto titul. ff. de pactis dotal. Et forte conuentum eo pactum Iurisconsult. vocat, quasi sit conclusum & concordatum: nam sicut Lilius lib. 4. belli Punici ait, pacto conuenire: ita Iurisconsult. pactum conuentum, quasi pactum conuentione finitum, & (vt vulgo dicimus) *Pacte accordé, fait entre les parties*, &c. quod videtur probari in l. si tibi. §. pactum. ff. de pact. vbi dicit pactum conuentum factum. Alia multa de hoc scripti in intellectu legis prima, ff. de pactis.

Reconuentio.

Reconuentio interdum vocatur mutua petitio, vt si actor petat decem à reo, & reus quindecim, vel aliud ab actore, ista rei mutua petitio dicitur reconuentio. l. si idem. §. primo, ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. cum Papinianus. & authen. & consequenter. C. de sentent. & in rubric. de mutuis petitio. in decretalibus. cap. dispendia. in fine, de rescript. in sexto. Et reconuentionis materiam hic pertractare non est nostri instituti: quare ad reliqua pergam.

§. Eius qui apud hostes decessit, dici hereditas non potest, quia seruus decessit.

An eius qui apud hostes decessit, dici hereditas possit.

Non potest vocari hereditas illius, qui apud hostes obiit, quia seruus decessit, hoc dicit iste text. ratio est, quia seruus nihil habet: nam omnia acquirit domino, l. placet. ff. de acquir. hered. Ergo hereditatem non habet, cum nihil aliud sit hereditas, quam successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis: sed tempore mortis seruus nihil habebat, quia hostium seruus erat, ergo non dicitur eius hereditas, ne etiam de equitate, vt glo. & doctores existimant. Nempe quamuis lex Cornelia testamenta eorum, qui in hostium potestate decesserint, confirmet, vt heredes instituti & substituti perinde hereditatem capere possint, ac si in ciuitate mortuus testator fuisset, l. lex Cornelia. de testam. & de vulg. ff. l. si necem. §. i. de bon. libert. Tamen non vere hereditas est vilius vilo iure, cum ipse non habeat, sed fidei, sic: & ob fictionem iuris seu legis Corneliae, quae fingit cum mortuum prima hora captiuitatis. Idem existimandum est, si in testatus apud hostes decessit. nā ab intestato etiam successio ei deferretur, cui deferretur, si in ciuitate decessisset, & per legem Corneliae fidei, non vere eius hereditas fuisse creditur, l. i. ff. de suis & legit. heredib. Si autem redeat, iure postliminij omnia sua recuperat, l. postliminij. & per totum titul. ff. de capti. & postlimi. reuerf. §. si ab hostibus. Intitit. quibus modis ius patriae potesta. soluit. Hodie verō inter Christianos captus bello seruus non efficitur, etiam si decedat apud hostes, & hereditas eius vere dici potest. Sed si à Turcis caperetur, haberet locum fictio legis Corneliae.

Legis Corneliae fictio, & postliminij.

Serui capti bello inter Christianos non sunt.

Vtilitas legis in monachis.

Vtilitas huius text. etiam est in monachis, cum non habeamus seruos in hoc regno, vt hereditas monachi dici non possit, quia ingrediendum monasterium, & profitendo, se & sua dedit deo. auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. Et sic successores non potest habere, sicut nec seruus, l. seruus. C. communia de successio. vbi Baldus ait, iura locutionia in seruis locum habere in monachis, quatenus tamen eis adaptari possunt, non alias, lege, filius. C. de pactis, vbi docto. Et casus in quibus conueniant, & quibus non conueniant filius &

seruus, tradit Marcus Antonius Baurer. in repetitio. l. cum filiofamilias. ff. de legatis primo.

Monacho consanguinei succedunt in regno Franctia.

Sed hodie in hoc regno, si monachus decedat, siue ante professionem expressam, siue post, consanguinei habent bona illius, quae ante ingressum possidebat, nec succeditei in his bonis patrimonialibus monasterium, nec habet locum tacita deditario, nisi bona expressè dederint, vel donentur, nisi post professionem acquisita fuerint monacho, teste Masuer. in rubr. de successio. verfic. Item per consuetudinem, quem sequitur Bened. in cap. Raynutius. in verbo, & vxorem. num. 295. de testam. Scripti in proem. com. men. ad ordinario. Regias in primo tomo, & dicitur infra in l. nihil aliud. Si tamen monachus habebat beneficium, & indigens pecuniis mutuo quinquaginta aureos receperit, quorum gratia calicem, quem emerat, pignoris causa tradidit, si postea Abbas velit illum post mortem monachi recuperare, hoc ei licebit, per soluto tamen debito, & non alias, vt censuit Senatus cōtra Abbatem de Bella Selua anno 1584. in vigilia natiuitat. domini.

Dedicatio tacita in regno locum non habet.

Apud, de hac dictione tractabitur in l. penes. infra eod.

Dici quot modis.

Dici, vocari, appellari, nominari, l. i. ff. de iniuriis. iniuria, inquit, ex eo dicta est, quod non iure fiat. & l. 2. ibi, non exilia sed relegationes proprie dicuntur. ff. de public. iudic. l. i. ad legem lul. maiesta. & hoc verbo saepius Iurisconsulti vtuntur, maxime in hoc titulo, vt in l. munus. & l. i. proprie bona dici non possunt. l. etiam aureos nummos as dicimus. l. locus. §. alienatum non proprie dicitur. & aliis, vt potestis legere, iuris, infra eod.

Dici pro deriuari.

Secundō dici, id est deriuari, deduci, l. i. ff. de fur. ibi, furtum à furto dictum Labeo ait. & in §. furti. de obligatio. quae ex delicto nascuntur, in Instit. l. pratum. l. bonorum. l. i. inde. l. pupillus. §. decurio. nes. infra eod.

Pro allegare.

Tertiō si hoc verbum referatur ad partem, accipitur pro allegare, narrare: vt si quis libertatem ex testamento sibi competiisse dicat. ff. de petitiō. heredita. & tunc non sufficit dicere, sed probare, oportet. l. i. & l. actor. C. de probatio. l. i. ff. de exceptio. facit. l. i. §. quinimo. si duo possideant hereditem, & duo sint, qui ad se partes pertinere dicent. ff. si pars heredita. petat. & §. si ego. & §. item. ibi dem.

Dicere ad Iurisconsultum tunc velatum pro vero habetur.

Quartō si hoc verbum ad Iurisconsultum referatur, tunc ac si verum esset, concedit, vt rubr. si quadrupes pauperiem fecisse dicitur: idem est ac si diceret, si quadrupes pauperiem fecerit, & satisfaccere dicimur, id est satisfacimus. Et notate phrasim Iurisconsulti ipsi enim dum dictum, aut factum pro vero habet, soliti sunt vti hoc verbo: & sic non necesse est addere dicitur, vt addit glo. in l. i. ff. si quadrupes pauper. feciss. dica. alioqui frustra statueretur ius super factio non vero. facit l. i. §. i. vbi scripti. ff. de dolo, ibi, verba autem edicti talia sunt, quae dolo malo facta esse dicuntur, & c. l. i. §. verba. ex quib. caus. maior. ibi, siue cuius actionis eorum, cui dies exiisse dicitur: l. sed & si. §. ait praetor, siue per magistratum, siue dolo ipsius ex pra actio esse dicitur: ibidem. facit l. si liber homo detineri ab aliquo dicitur. ff. ad exhibendum. & l. i. de seruo corrupto. & l. i. de alieq. lusi. l. i. com. moda. l. i. §. i. depositi. l. si testamentum. de petiti. hered. & maxime Iurisconsulti solent tunc exprimere impersonaliter, dicitur. l. i. §. diuus Antoninus. ff. de quaestio. & in rubr. ff. si cui plus quam per legem Falc. licuerit, legatum esse dicitur. & in rub. si libertus ingenuus esse dicitur. & in rubr. si familia furtum fecisse dicitur.

Pro iactare pronuncia-re.

Quintō dicere est iactare, asserere, ponere, vul-

go dire, l. ea qua commendandi causa in venditionibus dicuntur. ff. de contrahen. emptio. l. vt Alfenus. l. habere. l. ferri. cum seq. inf. cod. Vel dicere est pronuntiare, l. fictulas emptori accessuras in lege dictum erat. ff. de contrahen. emptio. Non omittam tamē, quod a docto. & maxime Bar. in l. Theopompus. col. 2. de dote prælega. solet tractari, si testator voluerit, quod stetur dicto alicuius, is non tenetur iurare, si voluntatem referat suam, secus si testatoris, nos tamen in vtroque casu exigimus iuramentum in Francia.

Si testator velit ut stetur dicto alicuius iurare tenetur.

Dicere pro statuere.

Sexto pro statuendo asserere, sumitur. l. i. ibi, conseq. erit dicere sententiam nullius esse momenti. ff. de ferriis, l. alienationis. ibi, eū quoq; alienare dicimus. l. hæpe. & l. cū prætor dicat. & l. meorū. inf. e.

Dicere doti pecuniam. Dicitur puella, promissa.

Septimo dicere doti pecuniam pro promittere, in dotem assignare, & dicere pecuniam, promittere quam pecuniam velit dare: in de dicta puella, promissa, teste Bud. in l. ne quis. ff. de custod. reor. Dicitur autem a promisso sic discernitur, dictū accipimus, quod verbo tenus pronuntiatum est, nudoq; sermone finitur: promissum potest referri & ad nudā promissionem, & c. l. sciendū. §. 1. de ædilitio edict. ff. & summo opere vellem, vt Budæus iure probaret suas significationes, alijq; qui in iure scribunt, cum Iuriscōsultis, & iuris studiosis, non grammaticis se scribere proficiantur. quid enim apud oratores & grammaticos receptum sit, ex eorum libris & præceptis satis constat: sed legum interpretatio, vti que verborum, que a Iuriscōsultis vsurpantur, solet desiderari ab his, qui iuri operā dant, ne obiciant, quod vulgo dici solet, erubescimus sine lege loqui, l. dissentientis. C. de repud. & l. illam. de coll. §. cōsideremus, de triete & semiss. in authen. colla. 3. Quibus vt satisfacerem, in hoc titulo elaborauī, quam maxime potui.

Differenzia inter dictum & promissum.

Octauo dicere sententiam, pro ferre, pronuntiare sententiam, l. minor autem. §. 1. ff. de minor. ibi, si autem princeps sententiam dixit. l. 1. §. 1. de ferriis. vbi prius sententiam dixit, postea protulit, scribit. l. dicere sententiam, de recept. arbit. l. ex ea. de postul. l. moris. §. sed omni. ff. de poenis. Et dicta sententia, prolata, l. penul. ff. de iurisd. omn. iudic. l. intra. de minor. & l. a sententia. de appellatio. Item dicere sententiam est animi sui conceptū exprimere, siue suam opinionem dare, vt dicitur. l. 1. §. conuentiones. ff. de pact. l. sed si vltro. in fin. de nego. gest. Nonō dicere ius, est cognoscere de causa, iustitiam administrare, & reddere vnicuique quod suum est, atque ius exercere, & iudicare, l. 3. de ferriis. ibi, item in eum, qui quid nundinarū nomine aduersus communem vtilitatem acceperit, omni tempore ius dicitur. & l. pridie. ibidem. & l. qui iurisdictioni præest, neq; sibi ius dicere debet, nec liberis. & l. est receptum, & l. si cōuenit. toto tit. de iurisd. omn. iudicium. l. pronuntiatum. infra eo. Inde index vocatur ius dicens, l. 1. & l. si n. ff. de iurisd. omn. iudicium. & rubr. si quis ius dicenti non obtemperauerit & maxime competit hoc nomen ius dicentis his, qui continuo ius partibus reddere debent, vt §. sedebunt autem iudices continue & nunc in regia basilica, in quibus & nunc in domniculis iudicant matutino, mox & meridie, & vespere audientes causas, non solum, & c. in auth. de iudicib. colla. 6. quod arguit iudicum negligentiam. neque enim plerique hodie solent, vt Moyses, facere: qui vt habetur Exod. 18. sedebat a mane vsque ad vespere, vt populū iudicaret: sed ludos iuri præferit reddedo. Item dicere sibi ius, est autoritate propria aliquid moliri, & facere. Etenim æquissimū visū est prætori vnum quēq; non sibi ius dicere occupatis legatis, sed hæc ab herede petere, l. 1. in princip. ff.

Dicere sententiam.

Ius dicere

Sibi ius dicere.

quor. legato. l. extat. in fine, ibi, quisquis mihi probatus fuerit rem vllā debitoris, vel pecuniam debitam non ab ipso spōte sibi datam, sine vllō iudice tenere, possidere, vel accepisse, isque sibi ius in eandem rem dixisse, ius crediti non habebit. ff. quod met. caus. & l. penult. ff. ad legem Iul. de vi priuata. scripsi in d. l. qui iurisdictioni.

Decimo dicere multam est imponere, irrogare, l. aliud est fraus. §. 1. inf. eo. vbi primo dicit irrogare, postea dicere. facit l. penul. inf. eo. & l. nequis. de custod. reo. ff. ibi, & his qui soluerint, scilicet vinctos, multā dices, probat l. illicitas. in fine, de offi. præsid. vbi ponit irrogare, & indicare multam, l. non distinguemus. §. si arbiter. de arbit. l. 2. §. fin. de iudic. vbi Bud. exponit dicere multam, pro eo, quod est certare multā. Nam prius olim dicebatur multā a magistratu, seu tribuno plebis, dein de certabatur apud populum, an iure esse imposita, & tunc populus approbabat, vel improbabat dictam multam. Sed nō eo modo in iure sumitur, necita intelligēdus est d. §. l. 2. de iudicib. sed pro irrogare, & imponere, & infligere, vt tot. tit. C. de modo multā. que a iudicib. infliguntur. vt sit sensus illius §. dum ait, his datur multā dicēdē ius, quibus publice iudicium est, & non aliis, nisi hoc specialiter eis permissum sit: id est, hi tantum qui sunt magistratus, possunt irrogare multam, & publice ius dicunt. quare viatores (vt Budæus existimat) cum cum magistratus non sint, non habebunt ius multā dicendā, per illum text. Nec quis multam dicere intelligitur verbo tenus, id est pro simplici dictione multā, vel conminatione viatoris, sed pro sententia magistratus, vel præsidis, quibus solis permissum est multam dicere: vt ait text. in l. aliud est fraus. §. vlt. inf. eo. & sic pro irrogare ponitur, indicere, imponere, nisi appelleretur, l. & in multis. C. de appell. & l. si qua poena. inf. cod. Nec viator dicit multam, sed comminatur potius, & exequitur præcepta iudicis, l. si vt proponis. C. de executio. rei iud. & l. vlt. ff. de iudic. Quare non aliud erit irrogare multam, aliud dicere, vt Budæus ait, dum a viatore vult dici multam, & a iudice dicere irrogari: sed idem vtrunque erit, dum modo fiat ab eo, qui autoritatem habet id agendi, vt supra dictum, est, & l. illicitas. §. vlt. ff. de offi. præsid. promissive vtitur verbis dicere, indicere, irrogare, imponere, iuncta d. l. aliud. inf. eod. & imperatores dicunt infligere multam, & multare, vt in rubr. de modo multā. que a iudicib. infliguntur. C.

Dicere multam.

Reprehenditur Budæus & elucidatur l. 2. de iud.

Et quamuis possit verum esse de tribuno, quod olim dicit Budæus seruari solitum, tamen non ita dicere multam accepimus apud Iuriscōsultos: licet non perperam quis dixerit, eos etiam tribunos irrogandi & dicendi multam ius habuisse, quamuis esset apud populum certatio eius, & propter eam certationem putat Budæus eis id non licere, sed tantum rogare, & quasi exponere, multam, quam existimarent infligendam, non autem quod eorū indictio autoritatem sententiæ haberet: nam ob id nō sequitur, quia etiam a magistratibus aliis indicebatur, & irrogabatur multā, & nihilominus erat certatio eius per populum, vt ex verbis legis duodecim tabularum apparet, quæ sunt hæc: *In ista imperia sumto, isque ciues modeste ac sine recusatione parento. Magistratus nec obediētem & noxium ciuem multā, vinculis, verberibusve coercent, ni par maiorve potestas populūque prohibebit, ad quos prouocatio esto. Cum magistratus iudicasset, irrogassetve per populum multā, pena certatio esto. Militia ab eo qui imperabit, prouocatio ne esto.* Ex his constat prouocationem esse, & certationē multā etiam irrogatē per magistratū: nec eo

Verba legis x 11. tabul. de multā.

Praxis curiarum in multā.

nec eo minus dici irrogatam multam, licet certatio esset, & prouocatio: sicut hodie, si grauior a magistratibus imposita est, appellatur ad parlamentum, licet de iure non valeat multā impositio. l. certa. C. quando prouocare non est necessitate. ita præfatis illis temporibus ante constitutos imperatores, qui summum ius haberent, populus summam habebat potestatem, & imperium, & prouocatio ad ipsum erat, tam de multā, quam si de capite civis Romani ageretur, vt ait Iuriscōsult. in l. 2. §. in initio ciuitatis. de orig. iur. ac Liuius, Errum certabatur: neque enim sine certatione, & suffragiis talia in tanta multitudine fieri poterant: quare non erit absurdum, si etiam illis temporibus tribuni haberent ius irrogandi multam: veruntamen siue haberent, siue non, nihil hodie interest, cum notum sit in iure sumi pro eodem hæc verba irrogare multam, & dicere, non autem differre, vt Budæus putauit. Sed de multā vberius pertractabimus in l. aliud. §. 1. infra eo. & in l. si qua.

Dicere testimonium.

Dicere falsum testimonium.

Dicere pro testimonio.

Dicere legem.

Dicere magistratum.

Dicere sacramentum.

Causam dicere in vinculis.

Dicere diem.

Dicere causam.

Vndecimo dicere testimonium, est testificari, deponere, l. 1. ff. de testib. quod ferre testimonium, vel dare dicit Iuriscōsult. in l. 3. §. 1. ibidem. & in §. lege Iulian. & l. 4. & seq. ibidem. & l. eadem. ad leg. Iul. repetunda. Dicere falsum testimonium, est falsum deponere, testificari falso. l. 1. §. 1. ff. de fidei. ibi, præterea tenetur, qui hominis necandi causa venenum confecerit, dederit, quive falsum testimonium dolo malo dixerit.

Dicere pro testimonio, est etiam deponere, Budæ. in Annot. in Pandectas, in l. 2. de orig. iur. quod et si apud oratores legatur, tamen apud Iuriscōsultos nusquam memini me legisse, sed tantum vt supra.

Duodecimo dicere legem, est præscribere quid faciendum sit, l. fin. ff. de rescind. vendit. ibi, lege dicta scilicet, & c.

Decimotertio dicere magistratum, est creare. Budæ. in l. nequis. de custod. reo. ff. hoc tamen parum probat.

Decimoquarto dicere sacramento pro destinare, dicere, accipit Nonius Marcel. quem sequitur Budæ. in d. l. nequis. de custod. reo. Vel dicere militem sacramento, est militem fieri iurciurando adactum, vt Budæ. in lib. de asse scribit.

Decimoquinto dicit aliquis, id est dicere poterit aliquis, l. 2. §. dicit aliquis. ff. vi bono. rapt. l. sed & si quis. in princ. ff. si quis cautio. l. carbonū. infra eod. ibi, & fortassis quis dicit & est pulchra locutio etiam rhetoribus vsitata.

Decimosexto, dicit causam in vinculis, l. 2. ff. de custod. reo. significat, vt dum quæstio criminis agitur, in carcere reus vinculis sit, seu detentus se defendat. quo in loco Budæ. aliter exponit. videte ibi, & iudicare.

Decimoseptimo dicere diem est constituere, Bud. in d. l. nequis. ff. de custodia reo. vel dicere capitis diem, est vadimonio capitali obstringere. hoc Budæ. sine aliquo iuris teste, vel interprete, vt ait Imper. in l. si. C. de his qui in eccl. manū. & fere accipitur pro assignare diem reo, illumque conuenire.

Decimo octauo dicere causam, est subire iudicium, & culpas fraudesque suorum actorum præstare, hoc nunc Iurisperiti syndicari vocant: quod Cicero rationem vitæ, & magistratus gesti repositi vocat, & edere, & exponere quod in magistratu quisque gesserit: quod olim in prouincia fieri solebat, quando ibi magistratus annales erant, vt aliquando ibi vidi, & explicat Bud. in l. fin. ff. de senat. & ideo tenebantur ipsi in prouincia residere, in qua magistratum gesserant, quinquaginta dies, vt petitoribus respondere possit finitū magistratum, vt patet in rub. C. vt omnes iudices tã ciuiles, & c. Vel dicere causam actoris, vel rei, seu ab actore

vel reo, est postulare pro actore vel reo, Budæ. in Forensib. sed Iuriscōsulti frequentius dicunt agere causam, vt in l. pen. & vlt. & aliis permultis, ff. de postuland. & l. 1. §. aduocatos. ff. de variis & ext. cog. vbi agere causam Titij, est illius causam exercere, & defendere.

Dicere pro denuntiare.

Dicere inofficiosum testamentum.

Edicere, interdicare.

Dictare.

Dictare testamentum.

Dictare actionem.

Edere iudicium.

An vna pars possit dictare contractum, et notario irrogare.

Dictator quis.

Decimonono dicere, pro denuntiare, teste Nonio Marcel. quod forte probari potest in l. de pupillo §. qui nuntiat. in fine. de no. oper. nuntiatio. ff. ibi, nō est necesse demōstrare, sed hoc ipsum dicere. vel capi potest pro dare, seu iudicare, vel denuntiare, vt apud eundē Noniū Marcel. videre potestis.

Vigesimo dicere in officiosum testamentum, hoc est allegare, quare exheredari filius, vel nepos, vel præteriti non debuerint, l. 3. de inoff. test. ff. Dicere verò de inofficioso, est agere, & experiri contra testamentum. l. si quis. §. 1. de dolo. ibi, item si tabule testamenti, ne de inofficioso diceretur, diu suppressa sint, & c. Dicitur & dicere inofficiosum, id est agere de inofficioso, vel querela, vt l. Papinianus. §. sed neque impuberis. ff. de inoff. testam.

Alia quam plurima sunt huius dictionis phrasæ apud rhetores, quas nunc missas facio.

Edicere, interdicare, interdictionem & edictum quomodo accipiantur, docebo in l. illa verba optimus. infra eod.

Vicesimo primo dictare est sic, dicere, si alter scribens id excipiat manu, styloque nocet. Valla lib. 5. c. 10. vulgo dicimus *donner par écrit, ou d'écrit*. l. quisquis, ff. de legat. 3. ibi, quisquis mihi heres erit, damnas esto dare, fideique eius committo, vt det quantas summas distauero, l. diuus. §. 2. & seq. & penul. ad leg. Cor. de fals. Et sic dictari dicitur, quæ alio præunte verba scribi consueuerit: ita & quæ natura nobis excipietibus suggerit, dictare dicitur, l. 2. §. eod. tempore magistratus. ff. de orig. iur. vbi Zaf. sic interpretatur. Dictare testamentum est rite & ordine construere, disponere. Et dictanti testamentum legari potest, l. dictantibus. C. de testa. licet gloss. ibi aliter exponat.

Dictare actionem, est edere, & copiam describendi aduersario facere, seu actionē instituire. l. 1. vbi scripsi, in §. edere. ff. de edendo, ibi, est etiam describendi copiam facere, vel in libello cōplecti, & dare, vel dictare, l. nō distinguemus. §. illud. de arb. ff. l. si seruus depositus, in fin. de noxal. actio. l. 1. §. quia, quor. legat. l. cum quarebatur. iudica. solui. l. eo tempore. §. etiam, de pecul. Edere iudicium pro eodem capitur, vt declarauimus in l. boues. §. inter. inf. eod. Dicitur æquitas, id est persuaderi, l. si ex duobus. §. 1. ff. de pecul. ibi, sed licet hoc iure contingat, tamen æquitas dicitur iudicium in eos dari.

Et an vna pars possit dictare contractum, & notario tradere sine nota criminis falsi, concludit Cepol. cautela. 231. multi tabelliones, posse, dicens se alias defendisse quendam doctorem medicum Venetiis accusatum, per tex. in c. cum redemptor. 12. quaest. 2. melius est tamen, inquit, & turis notarium dictare. Ego verò putarem posse hoc partem facere ante contractum perfectum, quia imputetur alteri parti, si consentiat, quando notarius recitat, & ante conclusionem non dicebatur contractus, l. si voluntate. C. de rescind. venditio. ideo falsum super hoc committi nō potest. Et hoc probat text. in l. contractus. ibi, vel a scheda conscriptra, licet literas vnus partis habeat. C. de fide instr. Alia super hoc vobis nō dictabimus, his nunc contenti. De dictatore dicitur in l. 2. ff. de orig. iur. vbi Zaf. dicit dictatorem a dictando nomē traxisse, quod eius summa in populum potestate finita futuros solus ipse dictaret magistratus, i. eligeret. & sic qui dictat, & qui dictatur gerit, dictator recte dicitur: vt est apud Liuiū, Fenest. & alios historiographos.

Non

Nō potest.

Non potest, necessitatem importat, vt dicit gloss. in c.1. de regu. iur. in 6. quam in singul. dicit Corsetus, in verbo, potest. facit c.1. ibi, nec nos contra inauditam partem possumus aliquid definire. de causa possessio. facit l. nam quem sine liberis dicere non possumus. infra eod. l. hæc verba ille. ibi, non potest vt unque esse. l. aliud est fraus. ibi, pœna sine fraude esse non potest. ibidem. Alia de hoc alibi explicabo.

Non, negatiuam dictionem esse notum est, & tam eius est frequens vsus, quam verbi esse, cum nulla sit oratio, quæ his non concludatur, & vel esse aliquid, vel non esse significetur. superfluum igitur est hic coaceruare leges, quibus negatiua continetur, & exempli causa si desideretis, in hoc titulo plures legere licet.

Deceffit. Variis modis hoc verbū decedere sumitur. Primo, vt hic, pro defunctus est, obiit, sic etiam capitur in l. si arrogator decefferit impubere relicto. ff. de adoptio. & l. post mortem. ibidem. & l. si decefferit. qui satisfacere cogantur. l. cum hic status. §. si ambo. ff. de donat. inter vir. & vxor. Decius consi. 227. in casu, inde decedens moriens. l. si quis sepulchrum. §. sumus autē eū facere oportet, quem decedens elegerit. de religiof. l. sufficit. de conditio. indeb. l. Scia. ad Velleia. & l. quidam decedens. de administratio. tuto. Inde legata decedere, id est extingui. l. final. §. idem Iulianus. ff. si mulier ventr. no. ibi, sed an decedant legata, &c.

Secundò decedere pro discedere, seu recedere capitur, l. si finita. §. si quis autem in possessionem missus nondum possidere iustus sit, an dominus decedere de possessione debeat, videamus. & Labeo ait, non decedere. ff. de damno infecto.

Tamen decedere proprie est à mandato custodiae sua loco recedere: vnde consules, proconsules, præsides, prætores dicuntur ex prouincia decedere: item præfida de vrbibus atque castellis decedere dicuntur. si Vallæ credamus lib. 5. cap. 95. vt etiam id probatur in l. quæ de prouincia, cum ei successum esset, nō decefferit. ff. ad legem Iul. maiestatis. vbi Budæ. etiā scribit: est autem decedere ei, qui successor missus est, cedere.

Inde decessor, qui sic deceffit, l. obseruare. in fi. ff. de offi. procons. ibi, recte & ordine fecerit, si editum decessori suo miserit significetque, quo die sit fines ingressurus. cum autem successum alicui esse dicebatur, abrogatum ei imperiū significabant.

Tertio quādo hoc verbū decedere est sine adiucto & appositione, intelligitur pro mori, quasi à custodia & gubernatione corporis recedere, vt confirmat Valla ca. 95. lib. 5. sed quando pro discedere sumitur, rectius cum appposito, vt decedere de possessione, in d. §. si quis autē. Iurisconsult. tamen dicit decedere vita, in l. dominus. ff. de vsufru. l. cum falsi reus ante crimē illatum, aut sententiā dictam vita deceffit. ff. de fals.

Migrare autē ab hoc verbo decedere differt, quia migrare est domicilium mutare, & aliò ad habitandum se conferre, relicta priore habitatione, vt in titulo de migrando & quando non permittitur libere recedere conductori cū rebus suis soluta pensione: quia forte dominus domus sistere, seu, vt dicitur vulgo, arrestare fecit res conductores, nec permittit ei illas exportare, conductori tunc cōpetit actio ex interdico de migrando: vt est titulus de migrando. in quo quinq. requiruntur. Primū, vt locatio sit: secūdo, vt domus locata, non prædium: tertio, vt res, quam vult conductor efferre, sit illata in domum conductam: quarto, pecunia debita pro pensione soluta sit: quinto & postremo, locator prohibeat inquilinum efferre: hæc probatur in l. 2. de migrado. ff. Ex quo apparet sine iure nō posse

plene intelligi, quid significet migrare. Et pro intellectu illius tituli videre Rosse. in tract. libello. in 2. parte, rubr. de interd. de migrando. & Specul. in titulus de loca. §. postquā. vers. ceterū inquilinus.

Quarto decedere pro cedere, admitti, in his. §. imperator. & §. si. ff. de solutio. vbi in vno dicit, in sortem cedere. in §. si. pro rata parte sortis & vsurarium decedat: postea admittatur & ceder.

Cedere tamen & decedere iure Pontificio differunt, quod cedere resignare significet: decedere, mori, c. si. eo. titu. in 6.

Quinto decedere pro diminui, expensum hereditati ferri, exponit Iurisconsult. in l. sed & si lege. §. adeo. ibi, terra vtrique, quod consumptum est, decedere. ff. de petitiō. her. iūcto §. seq. Quod autem quis pro hereditate erogauit, vtrū totū decedat, an verò pro rata patrimoniū eius, &c. ibid. l. quotiens. ibi, sed tamen vt non ex forte decedat. de solut. l. Titius. in fin. de præscrip. Inde dici solet, decedere de iure suo, quādo non summo iure quis agit, sed aliquid cōdonat, vt Budæ. in annot. ait. Inde habemus decessiōnē pro diminutione, in l. si quis putans. §. si quid. ff. comm. diuidun. vbi gloss. exponit accessiōnem pro lucro, decessiōnem pro damno. proprie tamē accessiō est quod accedit, augmentum: decessiō verò diminutio: vt dico inferius in l. pecuniæ. 2. §. 1. e. tit. idē habetur in l. si. ff. quādo actio de pec. est annalis. & l. si ex duobus. §. 1. de pec.

Sed & decedere, pro cadere accipitur in l. qui foueas vrsorū, ceruorūque capiendōrū causa faciunt, si in itineribus fecerunt, in casq; aliquid deciderit, factūque deterius est, lege Aquilia obligati sunt. ff. ad legem Aquil. facit l. Celsus. §. vnde. ibi, sed & si de ruina aliquid in ades tuas, vel arē deciderit, teneberis ad exhibēdum, licet non possideas, & l. Iulianus. §. glans ex arbore tua in fundū meū decidit. ff. ad exhiben. iūcta l. qui seruādarū. in fine, de præscrip. verb. ibi, & si glans ex arbore tua in meū fundum cadat: atque ita in vna lege dicitur cadere, in altera decedere, & idem significat. facit l. qui vsum fructum aree. ff. de vsufru. l. si vsufructarius messem. §. 1. ff. quib. mod. vsufru. amittat. l. sciendum. §. cum stramenta. ad leg. Aquil. l. si finita. §. si iam ruerint ades. & l. inter quos. ibi, decedente pariete. ff. de dam. infecto. l. si vero. §. idem seruādum. de his qui deiecerunt. Hæc tamen verba à verbis diuersis deriuantur, nempe vnum à cado, alterum à cedo, vt licet colligere ex grammaticis. Sumitur & decedere pro transigere, pacisci, componere, quasi rem controuersam scindere, vt quilibet partem accipiat, vt sic à lite discedatur, l. eius rei. ibi, transigisse enim & decidisse videtur eo pretio, quod ipse cōstituit. ff. de rei vindica. & l. cum in eo esset pupillus, vt ab hereditate patris abstineretur, tutor cum pleriq; creditoribus decedit, vt certā portionem acciperent. ff. de pact. l. apud. §. quod si. ibi, cum debitor decedit. de doli exceptio. l. mandato generali. vbi dicitur, mandato generali non contineri transactionem decidendi causa interpositam. de procurat. id est, causa componendi. l. si ex causa. §. nunc videndum. in fine. ibi, ergo si potuit pro fure damnum decedere, magis quam actionem dupli, vel quadrupli pati, ei subuenietur. ff. de minor. vbi per illum text. singu. dicit Roma. singu. 398. volo tibi dare, &c. quod minor restitui potest aduersus sententiā, si potuerit processu pendente transigere. idem tenet Franciscus. Cremen. singulari 29. obtinui. & Benedic. in repetit. c. Raynuius. in verbo, mortuo. in l. nu. 234. de testa. quod est notandum: nam ob hoc vidi impetrari literas supplicationis ciuilibus contra arrestum latum in minorem, qui demutu allegabat se potuisse transigere pro tali pecunia, per d. §. nunc videndum. sed ibi dicam latius.

Decedere procedere.

Cedere & decedere iure pontificio differunt. Decedere pro diminui. Decedere de iure.

Decessio & accessio.

Decidere pro cadere.

Decidere pro transigere.

Minoriqui non transegit succurrit aduersus sententiam.

Inde

Decedere multis modis capitur. Pro mori.

Pro discedere.

Magistratus quando dicatur decedere.

Decessor.

Migrare & decedere differunt.

Tituli de migrando declaratio, & requisitæ in eo.

Decisio.

Inde decisionem pro transactione accepit Imperator in l. post decisionē. C. de fur. Et cum multis modis causa finiri possit, & decidi, ob id solet adiungi aliquod verbum declaratiuum, vt iureiurando decedere, l. si seruus depositus. 3. §. fin. ibi, iurando iureiurando decedere id, & an iudicium dicere sine noxa deditioe velit. ff. de nox. actio.

Transactioe decisio.

Decidere simpliciter positum.

Decidere pecunia.

Decidere damnum.

Decidere in transactionem.

Decidere arbores. Decisum.

Decidere pro dissoluerere, decernere. Decisio imerialis.

Procedere pro professe.

Transactione decisio, in l. si suspecta. ff. de inoff. testa. & pacitione litigatorum & autoritate iudicis, l. 1. ff. de iureiurand.

Si tamen decedere verbū simpliciter ponatur, poterit intelligi quocunque modo negotium fuerit compositum, vel transactum, vel finitum, l. is qui. §. municipes. ibi, si tamen deciderit, ipsi cum detrahunt, ff. quod vi aut clam, vbi si statua Titij fuerit in loco publico posita, & vi aut clam fuerit subblata, is cuius erat statua, agit interdico quod vi aut clam, municipes vero furti. Si tamē is, cuius interest, transigerit, municipes eam statuam detrahunt à fure, id est amouēt, non obstare transactione eius, cuius intrerat. Et sic, prout materia exposcit, intelligitur, vt si loquatur prius de lite, postea dicatur decidi causa, intelligitur per sententiam, in l. si quis in quaestione falsi testamenti non obtinuit, priusquam autem quaestio ea decideretur. ff. de iure fisci.

Decidere pecunia, est componere & transigere negotium pecunia, l. si non sortem. §. libertus. ibi, sed & si non opera patrono sunt soluta, sed cum officium ab eo desideratur, cum patrono decedit pecunia, & soluit, repetere non potest. ff. de cond. indeb.

Decidere damnum, pro emendare exponit gl. in l. si seruus communis. §. his etiam. & §. seq. ff. de fur. Ego dicerem ibi, damnum decidas cum parte, id est decidendo & componendo litis astimationem præstes, & pro hac expositione facit, l. & generaliter. ff. de noxal. inter omnes. §. vique adeo. de furtis, ibi, pro fure damnum decidisse is, qui non decedit, habebit furti actionem, &c.

Et dicitur decedere damnum tam is, qui dānum emendat, vt supra dictum est, quam is qui dānum recipit, d. l. inter omnes. §. vique adeo. ibi, qui non decedit, id est, non composuit, habet furti actionem. ff. de furt.

Decidit in transactionem, vel recidit in transactionem, id est transigit, l. qui cum vno. §. non omnis. ibi, sed si in transactionem recidit, indulgendum est. ff. de re milita.

Decidit arbores, i. scidit, fregit, l. diuortio. §. si fūdum. ff. sol. matr. ibi, isque inde arbores deciderit, inde decisum, sopitum, transactum, finitum, l. si pro fure damnum decisum sit, conditionem non impediri verisimum est: decisione enim furti quidem actio, non autem conditio tollitur. ff. de cond. furtiua. l. si seruus nauem. in fi. ibi, quasi decisum sit, de furt.

Decidere per transactionem significat etiā dubia dissoluerere, determinare, decernere, quasi relictis superfluis rem ostendere, inde lex imperialis decisio vocatur, quod dirimat dissensiones, & dissipationes, gloss. in l. vnica. C. de emendat. Iustin. cod. & quod veteris iuris alterationes scindat, l. vereris. C. de contrahend. vel committend. stipul.

Procedere, id est professe, l. interesse puto. ibi, nam si dimittēda possessionis causa, & hoc aperte fuerit approbatum, ad vsucapionē possessio eius partibus non procederet: at si custodia causa deponatur, ad vsucapionem eam possessionem procedere victori constat. ff. de acquiren. posses. vbi Dinus & Alber. exponunt procedere, id est proficere, quando actor obtinuit: vel significat contineri, quādo reus obtinuit: sed tūc semper dicitur

proficere, ideo prima expositio verior videtur: ga prospere dicitur cedere, dū proficit & prodest.

Secundò procedere, progredi, ire, pergere, l. acquiritur. ibi, cur enim, inquit Iulianus, ad arma, & rixā procedere patiarur prator, quos potest iurisdictione sua cōpescere. ff. de vsufru. l. qui occidit. §. in hac. ad legem Aquil. vbi prius hoc verbo vtitur, demū altero. l. 1. §. pueritia. ibi, quia moderatā hæc aratē prator ratus est ad procedēdū in publicū, de postul. & cum est in potestate alicuius, quādo velit experiri, ante debet rem explorare diligēter, & tūc ad agēdū procedere, l. qui in alterius. de reg. iur. ff.

Inde in forensibus practici Galli solent dicere, exceptiones dilatorias proponi ad fines non procedēdi, i. nō vltra progrediēdi, a fin de ne proceder outre, quæ praxis probatur, in l. mutus. ff. de procura. ibi, mutus & iudus per eū modū, qui procedere potest, procuratorē dare nō prohibetur: & vsq; ad relegationē cōtra absentiē procedi, ait Iurisconsult. in l. absentiē. §. aduersus. ff. de pœnis. Alibi scripti in tractatu de exceptio. in materia exceptio. dilatoriaria. Iurisconsultus tamen interdū dicit, vltreius procedēdum nō est. l. patri. §. 1. ff. de minor. & processus viri, accipitur pro progressū, quē vir facit in honoribus adipiscēdis, l. nam & imperator Antoninus cōstituit, vt ad processus viri vxor ei donare possit. ff. de don. inter vir. & vxor. & pro augmento seu progressu accipitur, in l. 2. in prin. ff. de orig. iur.

Tertio non procedit, id est non habet locum. l. qua actione. §. si quis in collustatione. ibi, hoc autē in seruo nō procedit, quoniam ingenui solent certare: in filiosam vulnerato procedit. ff. ad legē Aquil. l. si vnus. §. pactus ne peteret. vers. quod & in specie dotis actionis procedere potest. ff. de pact. l. argentarius. §. cum autem. de edendo. l. Iulianus. ex quib. caus. maior. l. per seruum. de petitiō. hered. l. siue. de condit. furt.

Quarto pro exire, seu egredi, l. si. ibi, potest præses quendam damnare, ne domo sua procedat, ff. de interd. & releg. l. Aresca. de statu homi. ibi, nec enim natura permittit simul, id est vno impetu, duos infantes de vtero matris procedere.

Quinto pro expedit, conueniens est, l. de eo. in fi. ibi, igitur non procedit querere. ff. ad exhibend.

Sexto sibi imputer, qui processit ad delationē iuramentū, id est qui venit, progressus est, vel qui iuramentum detulit, l. si non fuerit. ff. de iureiurand.

Septimò procedit, id est quod iuris est, statuitur. l. quoties. in fi. ff. de pecul. ibi, si seruus deducto peculio venditus sit, procedit, vt venditor & deductione vti possit, &c. vel pro habet locum, verum est. Videte, & iudicate.

Ostauò procedens iudex est, qui non sedet pro tribunali, sed graditur. l. à procedente. C. de dilatio.

Nonò hinc descēdit nomen processus in praxi, & iure potificio maxime vsurpatū, & in curiis Fræciæ bene impingatum, & includit omnia iudicialia acta, c. quoniam. de probatio. gl. & doct. in c. vt supra. de app. & in cle. appellatū. illo titu. Elucidauit in tract. nominatio. q. vlt. alia autē scribā in l. cedere diem. infra eod. Et quia pecuniæ frequenter fit mentio in iure, ob id legem pecuniæ amplector.

PAVLVS LIBRO PRIMO Ad Edictum. Lex quarta.

Pecuniæ appellatione rem significari Proculus ait.

Pecunia. In noua editione, ac in Pandec. Floren. incipit ista lex, Nominis appellatione rem significari Proculus ait. & huius legis sensus erit, quod appellatio nominis significat rē, i. substantiam, & quamlibet

Procedere pro progredi.

Ad fines non procedendi quid sit apud practicos.

Processus.

Procedere pro locum habere.

Pro exire.

Pro expedit. Procedere ad delationem iuramentum. Pro statui.

Iudex procedens. Processus unde ad continetur.

Intellectus ad hanc legem.

quamlibetrem, Dubium esse poterat, quod nomi na inter incorporalia reputentur, in tit. de reb. cor pora. in Inst. & la dno Pio. §. in venditione. ff. de re indic. ergo dictio nomen non debet significare nisi incorporalia; sed Iurifconsulti tollit hanc du bitationem, dicens, nomen appellacione rem si gnificari, vnde qui donauit nomina, videtur res suas donare. Hic intellectus est extraneus ad istum titulum, & videtur superfluous, quia in l. nomen, infra codem, explicatur, quid nomen appellatio ne contineatur; nec vidi in iure, quod nomen ap pellatione res contineatur: vt pulchre explicatur in d. §. in venditione. ob id putarem communem lectiorem sequendam, videlicet, pecuniæ appella tione, &c. quæ bene conuenit titulo, & iuri, vt sequitur.

Sensus huius legis est, quod pecuniæ appella tione & nomine venit res indefinita, id est omnis res, patrimonium & substantia, tam mobilis, quam immobilis: quia indefinita æquipollet vniuersali. cap. vt circa. de electione, & electi potestate, in 6. vbi glo. plenissime discutit, Barto. quoque in l. si pluribus. ff. de legatis secundo. Cuius sententiæ & legis id erit emolumentum.

Et ideo si testator iussit fieri opus, vel plures promiserunt, singuli heredes & promissores in solidum tenentur, quia operis effectus in partes scindi non potest, dicta lege, in executione. versic. 2. ad opus. Quod limitatur in sex casibus descriptis per Martinum Sanxium in tracta. diuini. folio 22. & docto. in l. 4. §. Caro. & l. seruitutes. de verbor. obligat. ff. ac per Vincent. Hercul. in d. l. in executione. ibidem.

Et si opus municipibus heres facere iussus sit, indiuiduum videtur legatum: neque enim aut vllum balneum, aut vllum theatrum, aut stadium fecisse intelligitur, qui ei propriam formam, quæ est consummatione contigerit, non dedit. Caius in l. si quis quadringenta. §. 1. ff. ad legẽ Falcidiam. Nam nihil censetur esse factum, quando aliquid superest agendum, lege penultima. C. de iis quibus vt indign. legẽ, cum procuratores. C. de metall. libro vndecimo, vbi Iacobus Rebuffus patruus meus magnus. Sic dominus opus imperfectum non nouit, cap. 3. §. sed adhuc. de baptisim. Et ordinatio Regia in rubric. de mercat. minutatim vendentibus, dicit mercatores pannarios & alios artifices teneri petere intra sex menses solutionẽ operum, de leurs ouvrages, intellige vt hic, à die perfectionis operis computandos: sed in dicta ordinatione exprimitur computandos sex menses à die primæ traditionis operum, & si opus bene perfectum erit, tunc opus laudabit artificem, & magistrum, vt vulgo dici solet per glossam in §. cumque hoc deo. in proemio Institur. videte quæ dixi in secundo tomo consilij. Reg. in dicta ordin. de mercat. minutatim vendentib.

Ordinatio Regia elucidaatur.

Hoc etiam Iuriconsultus probat ex tẽplo Græci sermonis: Græce enim res gesta & perfecta vocatur ἀπέλεσμα: nempe ἀπέλεσμα perficio significat: etiam dicuntur Astrologorũ responsa ἀποτέλεσμα. Sed & libri circumferuntur Ptolemæi ἀπέλεσμα, quos modo quadripartitos vocant, teste Casio libro septimo lectio. antiquar. capite nono, in fine. ἀποτέλεσμα Mathematici dicuntur ibidem, & Astrologi, contra quos clamat Alcia. dicens, nihil imperfectius, nihil vanius, & stultius excogitari possit. Catellia. Cotta in prima parte memor. in verbo, opere locato, legit hic: quod Græci ἔργον τὸ τέλειον vocant, id est ex opere perfecto corpus aliquod perfectum. ἔργον enim Græce opus significat, & τέλειον perfectum: τέλει enim perficio: quare in idem hoc recidit, & idem est cum superiori lectioe. communius tamen habetur id, quod prius dixi. Imo hodie in nouis libris ἀπέλεσμα est, non ἔργον: nam ἔργον significat siue perfectum opus, siue non: ἀπέλεσμα vero opus perfectum: igitur nōmine operis, non venit ἔργον simpliciter, sed ἀπέλεσμα. id est opus perfectum. Iste videtur sensus text. & sic habetur in Pandect. Florent.

Απέλεσμα, Απέλεσμα τῶν.

Differetia inter αποτέλεσμα & εργον.

Perfectum quid dicatur.

Item si lex vel statutum regni puniat facientem aliquod opus in alieno, non punietur faciens, nisi id quod fecit habeat in parte operis, vt docet Alexander in lege, stipulatio. §. opus. ff. de noui operis nuntiatio. in additio. ad Bartol. quia proprie opus dicitur, quod est perfectum, cui nihil addi potest, vt hic, quod etiam sequitur Bald. in lege, nihil. per illum textum, C. de manu. vindicta. Et perfectum dicitur, cui nulla ex suis partibus deest, vel quod ex ambabus suis partibus constat, secundum philosophum. facit l. 1. ff. de origine iuris. Bald. in legẽ, cum antiquitas. nota. 1. C. de testament. Albertus Brunus in tracta. de forma & solenitate. actus. rubr. de potentia & effect. formæ, col. secunda. fol. 44. Perfectissimum edificium is videtur, qui ita consummavit, vt iam in vsu esse possit, lege, edificia. in fin. infra eod. & sic opus potest dici perfectum, licet picturæ non fuerint, dummodo alias propriam formam habuerit, quæ ex consummatione contigerit, dicta lege, si is qui quadringenta. §. primo. ff. ad legem Falcid. & vide Bart. in l. is qui republica. in fin. ff. ex quibus causis maio.

Declaratio ordinatio Regia de magistro artifice.

Predicta faciunt ad intellectum ordina. Regia in tit. de magistris artificior. vbi post tyrocinium debet artifice fieri magister: ramẽ requiritur, quod illud opus sit perfectum, vel saltem vt ex illo opere cognosci possit eius industria: nec sufficit inceptum esse. idem in eo qui promissit opus facere, etiam per pollicitationẽ, lege prima, & de pollicita. ff. & si paries communis opere à te facta in ædes meas se inclinauerit, potero tecum agere, ius tibi non esse parietem illum ita habere. l. si cum meus. §. fin. ff. si seruit. vind.

Et non valet stipulatio operis, nisi sit adiectus locus, in quo fiat: quia in loco in quo stipulatoris non interesset, fieri posset, lege, si insulam. ff. de verborum obligationib. & ibi docto. notant promissionem operis de mediocri opere debere intelligi, per legem, si quid venditor. ff. de ædilitio edicto. Vnde opera publica vocantur edificia publica, vt in rubrica, ff. & C. de oper. publ. & C. de ratiociniis operum publico. & ne quid operi publico imponatur. lib. 11.

Stipulatio operis non adiecto loco non valet. Opera publica quæ dicitur.

Regula huius text. perdit officium suum, vt de perfecto opere intelligatur, quando ratio subiectæ materiæ aliud induceret: vt in lege stipulatio. §. opus. ff. de noui operis nuntiatio. vbi potest etiam nouum opus propter partem operis factam nuntiari, quia nec ex toto opere, nec ex parte aliquis debet damnum pati, & materia conue

Rubrica de noui oper. nuntiatio.

conuenit tam operi perfecto, quam non perfecto, quia aliquis potest etiam pati damnum in parte operis, in cuius fundo edificatur, per l. qui infula. §. quæ adem. ff. locati. lege secunda. §. item Labeo. ne quid in loco publico fiat. lege vnica. de ripa munienda. Ideo oportet, quod ei succurratur per denuntiationem noui operis, etiam in ipso operis initio.

Etiam opus inceptum potest dici destinatione & mensura perfectum, sed non hic, quia antequam aliquis opus inchoet, formam, & mensuram præstitueret. Ideo Pomponius ait in l. si opus. §. penultimo, ff. quod vi aut clam: In opere nouo tam cœli quam soli mensura faciendæ est. scilicet, mensura soli tam longitudinis, quam latitudinis est faciendæ. Est etiam mensura cœli, id est aeris faciendæ, ut sciamus quantæ altitudinis domus esse debeat, & distare debeat ab vno solarium & contrignatione, ab altera: & ita mensura fit, quidquid ibi gloss. canat: & hoc pulchre docet Vitruuius in suo libro de architectura.

Secundo vitatur, quædo ad maiorem elucidationem hoc exprimeretur, ut interdum Vlpianus Iurisconsultus in l. semper. §. hoc interdictum. ibi, Annus autem cedere incipit, ex quo id opus factum, perfectumve est, &c. ff. quod vi aut clam. l. forma. §. quæ post censum. ff. de censib. ibi, intra finem operis consummari, & postquam expressum est, cessabit tacitum. l. cum ex filio. ff. de vulgar.

Tertio limitare, quædo mens statuti, vel consuetudinis, seu loquætis aliud suaderet, vel esset diuersa ratio, quia forte respicit rem non factam, l. et si. §. infecti. vers. quid ergo. de auro & argento leg. ff. unde si quis legauerit argentum factum, venit etiam id, quod elaborari cœptum est, quamuis nondum perfectum sit, dummodo ex destinatione patrisfamilii compleri deberet: ut si quis pannum sartori traderit causa faciendi vestimenti, & sit scissum, tunc venit appellatione vestimenti.

Et curatus, qui ex quadam consuetudine debet habere meliorem vestem sui parrochiani decedentis, vel vxor sui mariti mortui, istam tantum scissam etiam nondum sutam habere poterit, per d. l. et si non sint. §. argento. & §. infecti. cum l. vestimentum. vbi Bart. ff. de auro & argento leg. Aufre. in decis. Tholos. quæst. 386.

Diuersum est, si opus erat cœptum & dimissum, & restator nolebat ulterius procedere, tunc non venit in cœptum. Bar. in d. §. infecti. per d. l. vestimentum. & Alber. in tracta. stat. in 2. parte, q. 205. quia longe aliud est promittere facere, & tunc procedit regula de opere perfecto: secus si quis leget rem, & tunc etiam si tantum sit cœpta, & continetur, ut prædixi.

Quarto spectatur regula, quando dictio opus, in pluribus possit verificari partibus perfectis, ut in cursu iuris. §. fin. in proœmio Institutio. ibi, toto legitimo opere perfecto. vbi ad maiorem expressionem imperator apposuit illa verba, toto legitimo opere perfecto, ut ostendar non sufficere scho lasticis, seu iuris studiosis videre & legere Institutiones tantum, aut Codicem, aut alium iuris ciuiliis librum: sed opus est etiam, ut legant, & audiant Digesta, quæ licet sint vnum opus, tamen non sola dicuntur legitimum opus, nisi sit totum corpus iuris ciuiliis: quod est notandum, ut de corpore iuris sint Institutiones, Digesta, Codex & Volumina, ut etiam in l. 2. docetur de vere. iur. enuclean. & per totum. Et qui promisit dare vel legere corpus iuris, de his intelligi debet, siue de cursu iuris loquamur, ut vulgus nominare solet. & si Homeri corpus sit legatum, & non sit plenum, quantæcunque partes hodie inueniantur, debentur. Vlpianus in l. librorum. §. si Homeri. ff. de leg. 3.

Intellectum ad l. si opus. §. pen.

Appellatio ne vestimẽti venit scissum, licet non consumm.

Opus iuris ciuiliis quid contineat.

Quinto restringitur in delictis, vbi delinquens punietur etiam toto opere & delicto non consummato, l. furtum. §. si quis. ff. arbo. furtim carforum. quia delictum etiam pro parte factum non debet impunitum remanere, l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. Vnde qui partem testamenti aperuit, in editum incidit. Parui enim refert, vtrum totum an pars aperiat. Vlpianus in l. si quis in graui. §. si quis tabulas. ff. de senatusc. Silianiano. Imo si quis clauos ex nauis, vel vnum abstulerit, omnium rerum nomine tenetur. idem Vlpianus in l. 3. §. senatusconsultum. de incend. ruin. & naufrag. ff. Et qui aurem hominis artigit, totum hominem artigit videtur, l. vulgaris. de furt. facit l. etiam. de lega. 1.

Sexto derogatur regulæ, quando pro qualibet parte operis facta esset conductio, ut pro qualibet vna operis dabo decem. Alfenus in l. qui infula. §. qui adem. ff. loca. tunc potest dici opus perfectum, quo ad partem integram, ad hoc ut pro qualibet vna salarium peti possit, ut scribit plene Lucas de Penna in l. i. col. 2. & sequ. C. ut nemo ad suum patrociniuum suscipiat rusticanos, vel vicos eorum, lib. n. & solent sic conuenire homines Galli, à chalcumetose in edificiis, seu vna. ideo pro qualibet vna poterit artifex salarium petere: non poterit tamen opus cœptum relinquere, per istam text. qui dicit opus intelligi de perfecto. ideo etiam conici in carceres hi artifices possunt, ut opus perficiant, l. item. §. penult. vbi Bald. ff. loca. nec recipiuntur ad cessionem, ut scripsi in 2. tomo commentar. ad consil. Reg. tit. de liter. dila. nu. 39. glo. r. & doct. in l. stipulatio. §. opus. ff. de no. oper. nuntia.

Conductio. Conducere seu locare est certa mercede personam, vel rem ad vsum concedere, ut Hostiensis in summa de loca. definit. vel est persone seu rei vsum concedere: & sic loquitur rubr. ff. & C. de loca.

Locator etiam est is, qui mercedem recipit: conductor autem, qui mercedem cõcedit, secundum eum, & Azo. ibidem in summa, & ista est communis sententia gloss. & docto. in l. 2. C. eod. facit Lab hostibus. §. si. ff. ex quib. caus. maior. ibi, dum hospitium quis conducit, & l. si tibi habitationem locauero. ff. loca. & l. seq. ac l. si tibi. ibidem. & l. officium. in fine, de rei vindica. gloss. tamen in l. 2. ff. ad legem Rhodiam de iactu, dicit hæc verba locare & conducere promiscuè accipi, & promiscuam esse horum verborum significationem: hoc etiam asserit Laurent. Valla: Budæ. vero in adnota. in Pandect. in d. l. 2. ait, præter notam horum verborum significationem esse & aliam elegantem, tum apud Iurisconsultum alios scriptores vsitatam, quamquam enim locator sit plerumque, qui pretium accipit, & conductor, qui dat, & sit locator dominus, conductor inquilinus: tamen nonnunquam vice versa euenit, ut locator pretium det, conductor accipiat, quod multis probat exemplis. Veteres etiam emptionum, venditionumque appellationibus promiscuè vrebatur, l. veteres. ff. de actio. empt. Alcia. lib. 5. Parerg. cap. 5.

Ego autem arbitror horum verborum esse quandam promiscuam significationem: sapius tamen eum dici locatorem, qui rei suæ præstat vsum, vel qui in ea laborem alicuius exigit, & conductorem, qui vsum recipit, vel laborẽ in re præstat, seu mercedem accipit. Et sic qui præbet rem suam vendendam, vel suæ rei vsum, pretium seu mercedem iuste pro illo vsum recipit, & ipse vocatur locator, & de hoc loquitur totus titulus, loca. ff. & C. Nã opus est vsum rei cum mercede conductoris compensari. Ideo conductor pretium seu mercedẽ pro illo vsum concedit, l. 2. ff. locati, & locator pati debet conductorem frui, l. si quis domum. ibidem. Si vero dominus

Delicta incepta au sint puni-da.

Conducere quid.

Locator et conductor quis dicatur, & differentia.

Conductor & locatoris promiscua signifi-catio quomodo intelligatur.

nus rei exigit laborem, seu operas in re sua, nec præstat rei suæ vsum, vel emolumentum, tunc ipse pretium dabit, & qui operas seu laborem præstat, recipit mercedem, seu illud pretium: sed non minus dicitur locator dominus rei, & qui operas præstat, conductor. Vnde Celsus ait, si quis vitulos præscendos, vel sarcinam quid, polendum v conduxerit, culpam eum præstare, in l. si quis fundum. §. Celsus. ff. locati, & l. item quaritur. §. si quis seruum docedum conduxerit. ibid. l. re si pretio. §. r. vbi sic habetur, cum infulam adificandam loco, ut sua impensa conductor omnia faciat, proprietaria quidem eorum in me transferat, & tamen locatio est. locat enim artifex operam suam, id est faciendæ necessitatem. Et locare merces vendendas dicitur dominus mercium, conducere vero magister nauis, qui pretium recipit. l. si laborante nauis iactus factus est amissum mercium, domini, si merces vendendas locauerint, ex locatio cum magistro nauis agere debent: is deinde cum reliquis, quorum merces saluæ sunt, ex conducto, ut detrimentum pro portione communicetur, agere potest. ibi igitur magister nauis actionem locati habet contra vectores pro rata damni, ut communicet, & qui merces vendendas locauerit, actionem ex locatio contra magistrum nauis, & sic non est inconueniens, quod contra conductorem actio locati detur, & is conductor si alteri locauerit, actionem etiam locati habeat aduersus alterum, & sic diuersis respectibus, ut ibi, licet gloss. & docto. videantur aliter intelligere: & facit l. 2. §. si conseruatis. ibi, nam & si faber incidem, aut malleum frigerit, non imputaretur ei qui locauerit opus. & ideo scribit Zas. in §. actionum. nu. 60. de actio. in Instit. quod ille dicitur locare operas, qui obligauit se ad laborandum, & ad præstandum operas diurnas: & sic passiuè: locare vero opus dicitur actiue, per d. l. 2. & per prædicta poteritis iudicare.

Et sic intelligitur l. fin. ff. loca. teste Budæ. vbi supra, qui putat eum tex. corruptum, & ibi legendum localles, pro localles, & ita in nouis codicibus legitur, Si rium quem faciendum conduxeras, & feceras, antequam eum probares, labes seu tabes eum corruperit, tuum esse periculum Paulus respondit: imò si soli vitio id accidit, locatoris erit periculum: si operis vitio id accidit, tuum erit detrimentum: in ea lege tres casus ponuntur, ut facilius intelligi possit.

Primus, quædo riuus antequam probatus esset deciderit, periculum tunc erit conductoris, id est illius qui fecit riuum, & sic conductor vocatur, ut dixi, a quo exigitur opera, & qui operam præstat, & qui opus faciendum promittit, & sic promiscue.

Secundus, quando riuus vitio soli corrui, erit periculum locatoris, id est domini soli dantis pecuniam pro riuo faciendo, eo quod vitio soli corruerit: forte locus erat arenosus, & non potuit riuus diu stare propter arenam cito decidentem, vel aliter labefactus est soli & loci vitio, & corruptione, aut forte aquarum inundantia.

Tertius, quando cecidit vitio operis, & tunc tenetur conductor, qui riuum fecit, & ita capitur locator & conductor, ut prædixi, & hunc opinor verum illius legis sensum, quicquid in contrarium dicatur, ut plenius dicam in meis no. interpret. ad illam legem.

Locare se in matrimonium, seu collocare, est nuptui tradere, l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. ibi, coguntur in matrimonium collocare. interdum locare est ponere, assignare, ut locare castra.

Conducere, simul ducere, ut in l. 1. §. magistri autem imponuntur, vel locandis nauibus ad merces vel vectores conducendis. Conducere etiam est

Intellectus ad l. fin. ff. loca.

Locare in matrimonium.

Conducere pro simul ducere.

aliquem tunc ducere inde literæ conductus à principe dari solent, quas etiam vocat Papa salu conductus, cap. accedens. 2. ut lite non contestata. Conductio pro illo contractu capitur, qui consensu contrahitur, sicut emptio & venditio. l. 1. ff. locati. Estq; proxima emptioni & venditioni, iisdemq; regulis consistens, & adeo aliquam familiaritatem habere videntur, ut in quibusdam queri soleat, vtrum emptio an conductio sit. Caius in l. 2. ff. locati. §. adeo. in Instit. illo tit. Conducitur is, qui est conductus, vel locari seu conducit solet, ut equus conductus. Conducit, id est vtile est, & aliis multis modis apud authores, quos facile est vobis perlegere, capitur. vos illos perlegistis, ideo in his non vos detineo.

Opus. Hæc dictio opus primo capitur hic pro opere perfecto & consummato, & in rubr. ff. & C. de oper. publi. frequentius.

Secundo opus pro labore, & opera, ut in l. si adulterium. §. imperatores. ff. de adulte. ibi, sufficit igitur si humilis loci sit, in opus perpetuum tradi, id est si infimæ sit conditionis & status maritus, qui occidit vxorem in adulterio deprehensam, debet condemnari & tradi operi publico, ut perpetuo ibi laboret, & operetur. & sic de iure Digestorium non fiebat impune homicidium vxoris, etiam propter adulterium: sed de iure Codicis est contra, per l. Gracchus. C. ad legem Iuliam de adult. quæ de iure canonico corrigitur, in c. inter. & c. admonere. 33. quæstio. 2.

Tertio capitur pro necesse est, ut quod opus fuerit, dabo: ut est in euangelio: vel si res ita ferat, aut si conueniat, aut egeat: & vulgo dicimus besing, falce duntaxat opus est l. pratum. infr. eo. l. 1. ibi, si opus esset. de offi. præfect. vigil. l. 1. ibi, opus est. de acqu. re. do. l. 2. §. damnū. ibi, opus est interdicto. ne quid in loco publico fiat. l. si quis separatim. ibi, pluribus eis appellationibus opus est. ff. de appellatio. l. via constituit. in fine, de seruit. rustico. prædi. Inde si dicatur, aliquem cogedum per pignori captiōnem, & si opus fuerit, si est besing par prinse & detentione de sa persone, debet intelligi, si non pareat mandatis primis: nam si primo pareret præcepto, non erit opus alia coactione. ita declarat doctor. per illū tex. in c. peruenit. de deci. scripsi in ord. Regis.

Quarto opus pro cura & sollicitudine exponitur, in ca. qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. 8. q. 1. Sic exponit Panor. in c. 1. in fine, de cler. non resid. ecce quid Petrus dicebat Clemeti: Clemens, si tanquam omnibus præesse volueris, singulos (prout poteris) imma, & singulos releua, qui & singulorum onus ac sollicitudinem portas, cap. Clemens. ibidem.

Quinto opus pro officio sumitur, §. r. in authẽ. de rebellio. colla. 4. ibi, præpositi operi rebellio nū.

Sexto est finis fructuq; operæ, sed opera est diurnum officium, Iurisconsultus in l. 1. ff. de oper. liberto. & alibi de oper. seruorum. & Valla libr. 4. differentiam docet, & Zas. in suo intellectu ad §. libertus. l. si non fortem. ff. de conductio. in deb. Bar. in l. ita stipulatus. in §. oppositio. de verbo. oblig. scripsi in l. in lege Cenforia. in verbo, operarij. infra eod. vbi declarauit qui sint operarij serui: & quotiens ad laborem animi, ad industriam, artemq; respicimus, opus magis quam operam dicimus.

Opus probari, vel approbari tunc dicitur, quando artificiorum magistri opus recte factum, & pro artis pericia referunt, l. si in lege. in princ. & l. opus, cum seq. ac l. si. ff. loca. Opus restitui exponitur in l. eum prætor. infra eo. Opus struibile in l. in rutis. infra eod. Opus rurifere, quasi rusticum, ad rus pertinens, l. seruis vrbibus. §. muliones de vrbano ministerio sunt, nisi propter opus rurifere testator

Conducere pro rui ducere. Conductio. Conductio quid.

Conducitur. Conducit.

Opus quot modis capiatur.

Homicidium vxoris an sit in punitum.

Praxis frequens: clausula, si opus fuerit.

Opus pro cura.

Opus pro officio. Differentia inter opus & operam.

Opus probari quando dicitur. Opus restitui. Opus struibile. Opus rurifere.

eos destinatos habebat. ff. de leg. 3. & in l. denique. ff. de usu & habita. vocat opera rustica.

Opus figulinum.

Opus figulinum, quale figuli facere solent, l. fistulam. §. iuxta. ff. de seruit. vrb. praedio. ibi, iuxta communem parietem camera ex figulino opere factam, &c. dicitur etiam figulinum opus, quod Tholosani bene norunt, ex luto videlicet factum, quod etiam figlinū vocatur. Figulina seu figlina officina dicitur, in qua artem, & operam exercent figuli, l. veluti si figulinas haberent, in quibus & ea vasa fierēt, quibus fructus eius fundi exportaretur, figulive exercentur. ff. de seruit. rustico. praedio. Figulus, qui ex terra, creta, vel argilla opera facit, l. æquissimū. §. & si forte. ff. de usufr. ibi, si tamen que instituit usufructuarius, aut coelū corrūpant agri, aut magnum apparatus sint desideratura, opificum forte, vel figulorum, de his duobus etiam loquitur Iuriscō. in l. fundi. §. cum quidam. ff. de fundo instructo. Fictilis fistula, ex terra facta a figulo, l. Quintus Mutius. ff. de seruit. rustico. praedio. ibi, licere fistulam suam, vel fictilem, vel cuiuslibet generis in riuo ponere. Fictilis vel fictile est opus figuli ex terra factum, quod est omnibus obuium.

Figulina seu figlina.

Quid sit figulus.

Fistula fictilis.

Vocare multis modis & phrasibus.

In tributū vocari.

Vociferatio. Leuis querela.

Euocare.

Euocare etiam in ciuilibus dicitur contra Buda.

Euocare scilicet.

Vocant. Vocare capitur pro nominare, appellare, sic in l. munus. i. infra eo. vbi primo dicit appellari, deinde vocari. facit l. Labeo. 2. §. i. ibi, Græci vocant. l. ostentum. in fine, l. mouentium. & l. Marfurius. infra hoc titulo.

Vocare in ius, est iuris experiundi causa vocare, citare, conuenire, l. i. ff. de in ius vocando, & per totum illum titulum, & in rubr. si quis in ius vocat. non icrit, siue eum quis vocauerit, quem &c. & in rubr. in ius vocati vt eant, aut satis vel cautum dent. & in rubr. ne quis eum, qui in ius vocat. est, vt eximat.

Ad prætorē vocari, est citari ad comparandum coram prætorē. l. si quis ex aliena iurisdictione ad prætorē vocetur, debet venire: prætoris enim est æstimare, an sua sit iurisdictione, vocati autē non contemnerē auctoritatem prætoris. ff. de iudic.

In tributū vocari, dicitur dominus cum creditoribus peculij. l. i. §. i. ff. de tributo. actio. id est pro rata debiti cum creditoribus distribuitur pars peculij serui sui domino. §. introductus. Institui. quod cum eo qui in alien. potesta.

In contrarium me vocat Sabini sententia, id est adducit, trahit, lege si venditor. in fine. ff. de seruis exportand.

Vociferatio est doloris & indignationis ostensio, vt Valla dicit lib. 3. cap. 52. & dicitur quadam exclamatio, cui opponitur leuis querela non vocalis, l. 3. §. fin. ff. de re milita. dum ait text. si intra vociferationem, aut leuē querelam seditio mota sit, tunc gradu militiæ reuocatur.

Euocare est citare in re criminosa, dicit Buda. in forensi. tamen id simpliciter non verum est, quia etiam in ciuilibus quis euocatur, vt in l. i. §. i. ff. de feris. ibi, tamen si non recte fecerit, qui eos euocauerit, quia in ciuilibus quis non solet cogi, vt præsentiam corporis faciat, sed per procuratorē comparere potest. l. fin. C. de procura. In criminalibus vero si quis euocetur, potest dici personaliter vocatus, vt comparcat. abunde scripsi in tractat. de euoca. in princ. in l. i. tomo ad consil. Reg. cōment. Non ergo ex vi verbi, sed materię hoc euenit, quicquid dicat Buda.

Euocare scilicet, dicitur in l. sacra, §. i. de rer. diuisio. ff. pro remouere. ibi, solent qui religione eum locum liberare volunt, sacra inde euocare: quāuis Spiegel. in suo dictio. exponat pro euoluere expugnatores

facilegij nomine indicat. Euocare aquam meā. in l. Proculus. ff. de damn. infecto, id est abducere ibi exponit iuriscō. vbi primo euoces ait, deinde abducas.

Euocare ad munera, in l. 2. ff. ad Municipal. in l. Lucius. §. idem respōdit. ibidem dicit conuocare: & in l. 3. de munerib. dicit vocari ad munera, pro eo quod est intēgi munera, vt ibi, vel committere. l. ad republ. ibidem. alia videre in dicto tracta. de euoca. in princ. in comment. ad cōstit. Reg. Gallic.

Renocare, retractare, rescindere. scripsi in lege quod iussit. i. notab. nu. 54. ff. de re iudica. Renocare domū, l. 2. §. legatis. de iudi. ff. l. si quis ex aliena. ibi pro transferre. l. sed & si restituatur. §. sed & si dies. ibid. vel transmittere: quia legatus habet ius reuocandi domum, id est transmittēdi. ibi, litigaturus, seu redcundi, quia non compellitur litigare, donec redierit.

Renocare, retrahere, reducere, l. denique non esse præstandas vsuras, cum pecunia reuocatur. ff. de iure fisci, & reuocata pecunia ibidem in l. seq.

Renocare testes, quod nos reuocare dicimus Gallice: & cum elogio mittere reum, id est cum oneribus & informationibus, teste Buda. in primis annota. qui allegat Martianum in l. diuus. de custod. reo. ff. Alia de hoc verbo dicam in l. verbum reddendi. infra eod.

Facto. Factum opus dicitur perfectum, confectum, vt hic. Factum contra naturam ostentū est, l. ostentum. infr. eod. & natura contrarium actum, §. i. in auth. vt nō luxur. hom. contra naturā. col. 6. Inter gestum & factum nihil interest, l. licet. i. infr. eod. Factum iudiciū dicitur inceptum, l. si post. ff. de exceptio. plene scripsi in tracta. de except. in 15. diuisio. in exceptione, ne fiat præiudicium hereditationi. Facta denuntiatio cum testatione, detestatio est, l. detestatio. infra eod. Facta controuersia, in l. restituerē. 2. infr. eod. vbi exponitur. Facto meliore prædio. l. i. in fin. de pign. ff. Factum datum, datum, in l. i. ff. de his qui deiecer. vel effud. Facti sui nomine pecuniam meruit, l. si cōmunis familia. ff. de noxa. act. Facto eius intelligitur peruenisse, id est eius ministerio, causa. l. nō omnis. in fi. ff. si certum peta. Factus pater familias, effectus, in l. qui exceptionē. vers. veluti. ff. de cōdict. indeb. & l. sed & si. ad Maced. & l. profectitia. §. si filius. de iure dor. Facto domini, l. siue. §. si. ff. de cōdict. furt. Facto testatoris, ibidē. Facto emptoris, l. 4. ff. de lege cōmissio. Facto tuo, l. & ideo. ff. de cōdict. furt. Factum si quis ignorauit, recipi eius ignorantia potest, l. si fideiusor. i. §. i. vers. nō male. ff. mād. Facti alieni tolerabilis est ignorantia, l. si. ff. pro suo. Facta est mea creta, id est translatum est in me dominium, factus sum crete dominus, l. permisi. ff. de prescrip. verb. Facta omnia sunt, l. si merces. §. penult. ff. loca. Facto horro, l. si fundus. §. si res. de pigno. Factum lex notat, non sententiā, l. palam. in fi. ff. de ritu nupria. id est deprehensa an sit mulier, non verō condēnata. nam deprehendere facti est. Factus petitor, l. si rem. de cuius. ff. Factus deterior. l. quod si nolit. §. Pompon. de adilit. edicto. Factam moram, l. cum quidā. §. si pupillo. de vstur. & l. mora. ibidem. Facta vsura; l. liberalitatis. de vstur. ff. Facti ignorantia, in rub. de iur. & facti ignor. est autem facti ignorantia, quæ in facto consistit, vt si ignorem patrē vel alium decessisse: si vero sciam decessisse, sed nesciam an tanquam filius, vel proximus eius hereditatē habere debeam, in iure ignorantia consistit, l. i. & per totum tit. ff. de iur. & facti ignorat. probatur in l. Arescula. ac seq. ff. de sta. ho. Facta spōsalia, id est contracta, l. quasi. de spōs. Facta caduca, id est irrita, l. dote. de ritu nupr. declaro in l. sylua. §. glans caduca. infr. eo. abundantius.

Euocare aquam.

Euocare ad munera.

Renocare.

Renocare domum.

Renocare, pro retrahere.

Renocata pecunia.

Cum elogio mittere reum.

De facto, et eius phrasibus.

Factum opus.

Facti contra naturā.

Inter gestū & factū qd interest.

Factum iudicium.

Facta denuntiatio.

Facto eius, tuo, domini.

Facti ignorantia qd.

Cætera quæ pertinent ad verbum faciendi scripsi in l. verbum faciendi. infra eod. Corpus. Corpus triplex est, vt scribam in l. pecunia. infra eod.

VLPIANVS LIBRO TERTIO Ad Edictum. Lex sexta.

Nominis & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet.

Hæc lex duas habet partes, prout duo dicta continent: secunda huius, Verbum ex legibus.

Sensus huius prima pars duplex esse potest, secundum iuris nostri interpretes. Intelligitur enim quod nominis appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet, id est nomen ex quocunq; contractu obligatorio fieri potest: vt locaui domum tibi centum aureis, non soluisti pensionem, nomen factum est ex contractu locationis: si vendiderim fundum decem, quæ non soluisti, nomen pertinet ad contractum emptionis. Nec enim semper est facilis nominis emptio, l. si dubitet. in princ. ff. de fideiuss. & ibi, nomē debitoris veditur, l. cum is. ibid. & idem est dicendum in aliis contractibus obligatoriis, vt nomen ex illo contractu fieri possit.

Et nomen pro debito accipitur, vt probat l. nomen. ff. de legat. 3. vbi quod vocat prius nomen, postea debitū, l. fiscus. i. de iure fisci, & l. 2. de proxenetis. & proprie est, quod nobis debetur: as vero alienum, quod nos debemus aliis, & sic nomen actiue, as alienum passiuè accipitur.

Et sic nomen pertinet ad omnem contractum, & obligationem, id est dirigitur & extenditur, l. i. §. quod ait prætor. ff. de cloacis. Et ideo requiritur contractus, vel quasi, vel obligatio, antequam dici nomen possit: alioqui si vendidero rem decem solidis, & tradidero, & tu decem dederis, non est amplius nomen, quia nō est obligatio. Et si vendidero fundum furioso decē, & tradidero, vel mutauero minori, & is luserit illam pecuniā, & amiserit, non est ibi obligatio, ob id nec nomen, l. is cui. de verb. oblig. ff. Item si fiat contractus rei sacre, vel à iure prohibita, ibi non est nomen, quia nō pertinet ad obligationem. Et sic vbi cunq; est nomen, pertinet ad contractum, & obligationem, quia potest fieri nomen ex contractu, & obligatione.

Ex quo inferitur, quod si plagium facere quis stipulatus fuerit, si decē dederō quo præmisi, licet is faciat, ego nō teneor ad illa decem. l. si plagij. ff. de verb. oblig. & sic nō est nomē, quia nec obligatio.

Idem in rei appellatione intelligitur, vt ad omnem contractum, & obligationem deduci possit, siue quid alteri, siue ei ex hoc contractu & obligatione debeatur: quia nominis & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet.

Secundū intelligi potest text. quod de nomine potest quilibet contractus fieri, vt dicit glos. vel de re, & sic ad omnem contractum pertinet. Primō vendi nomen potest, l. si nomē. ff. de hereditate vel actione vend. l. si postquā. C. illo tit. l. quod apud. §. quod si is. ff. de doli exceptio. tam pure, quam sub conditione, l. nominis. ff. de heredit. vel actio. vendita. Et separationem non fieri iuriscō. affirmat, si nouandi animo creditores nomen heredis constituti sunt, l. i. §. illud sciendum. ff. de separatio. Et si nomen distractum sit, Celsus ait locupletem esse debitorem nō debere prestare, debitorem autem esse prestare: text. in d. l. si nomen. ff. de hered. vel actio. vend. vbi Bal. & in cōsil. 442. verba in r. volu.

Et nomen obligari potest, l. si cōuenit. 2. ff. de pigno. actio. & l. nomen. C. quæ res pigno. oblig. possunt. Et quomodo intelligatur, scribit plene Neguzantius in tracta. de pigno. in 2. parte, mem-

bro tertio. nu. 21. cum seq. Darique nomen in dote potest, l. 2. C. de actio. & obliga. & in solutum, l. si in solutum. C. de actio. & oblig. Etiam inuito & ignorante debitore, l. nominis. C. de heredita. vel actio. vendita. Et tunc emptor non efficitur dominus rei debita, sed actione personali agere potest ad rem debitā, vel ad debitū. l. nominis. C. illo titu.

Item nomen legari potest, l. nomen. ff. de leg. 3. etiam vsufructus nominis. l. 3. de vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur.

Alij contractus fieri ex nomine & re possunt. ideo text. ait ad omnem pertinere obligationem & contractum. Et iste est glossa intellectus & communis: sed periclitatur, quia locari nomē non potest, & sic non pertinet ad omnem contractum.

Ideo forte potest dici, quod si inueniā nomen, vel rem in lege, vel ordinatione, seu alia dispositione, ista appellatio nominis, vel rei pertinet ad omnem contractum, & omnem obligationē, non ad vnum tantum contractum, vel obligationem, videlicet quomodocunq; sit debitum, vt comprehendatur: vt vendo nomina mea, intelligor vendere nomina ex quocunq; contractu facta, & ex quacunq; obligatione.

Item si dem res meas, intelligor dare ex quacunq; causa mea facta sint: quia nominis & rei appellatio ad omnē contractū pertinet & obligationē.

Et si quis succedat in nominibus, intelligitur quomodocunq; illa nomina contracta fuerint, & ex quocunq; contractu & obligatione iure concepta sint. Et iste intellectus magis aridet verbis text. ideo amplectendus, quamuis doctores aliter intelligant.

Et dubitatio subesse poterat, quando vendo, vel do, seu lego nomen, quæ nomina intelligantur, & respondet text. omnia, quia nominis appellatio ad omnem contractum, & obligationem pertinet: quippe non potest magis de vno intelligi, quam de alio: & quia tam ex vno contractu, quam ex alio nomen est, ideo nominis appellatio comprehendit quodcunq; debitum, ex quocunq; contractu factum: vnde mercator dans sua nomina, ea omnia, ex quocunq; contractu confecta sint, donasse videtur, per hunc text.

Glo. habet tres partes. in prima exemplū ponit de nomine: in secunda de rei: in tertia cum dicitur coniunguntur elucidat. Secūda ibi. item cum dicitur, tertia ibi, alij coniungunt. Glo. describit hic exempla: & sic vtilitas huius legis erit, vt si iudex pro executione rei iudicata de fideiussoribus mobilibus & immobilibus possit capere nomina, id est debita, vt sic debeat intelligi, videlicet vt capiat de quibuscunq; nominibus, vsque ad concurrētiam debitorum, l. a diuo Pio. §. sic quoq; ff. de re iudica. Et quando debitorum debitorum arrestari possint, scripsi in tractatu de literis obligatio. artic. 6. glos. 3. nu. 63. in 1. tomo commenta. ad consilium. Reg.

Et periculum nominū quorum cunq; ad eum pertinet, cuius culpa deteriora facta sunt, l. periculum. si cert. peta. ff. l. qui nominibus. de administr. tuto. facit l. tutor. §. cum haberes. ff. ad Velleia. l. Sticho. in fine. de statuliber. l. ad eum. de dona. l. Imperatores. §. item rescriptum. de administr. rer. ad ciuita. pertinent.

Itē cessio nominis fieri potest à fideiussoribus, l. fideiussoribus. de fideiuss. ff. & postea inopia periculum spectat ad eum, qui illud recepit, l. pupilli. §. foror. ff. de solutio.

Præterea si nominis fiat cessio scholastico, is poterit conuenire debitores, ex quocunq; contractu facti sint, vt hic: quod facit ad intellectū ordinationis Regiæ: & quod in ista cessatione requirantur tredecim necessaria, in scholastico. scripsi priuileg. 171. facta.

Intellectus auctoritas hunc text.

Declaratio gloss. & vtilitas ad text.

Nomina debitorum pro executione iudicati capi possunt.

Cessio nominis fieri potest. Ordin. Regia facit intellectus de cessatione scholasticis facta.

etiam multa alia ad ordinationem Regiæ intellectū accommodata scripsi in 2. tomo comment. in constitutu. Reg. tit. l. de celsio. arti. vlt. Et sic patet, quod nomen appellatio intelligitur, ex quo cunq; contractu nomen, id est debitum factum sit.

Et appellatio rei meæ vel mihi debita, intelligitur ex quo cunq; contractu mea sit, vel debeatur, l. Stich. §. fin. ff. de statuliber. quod facit ad intellectum multarum legum etiam Regiarum, in quibus non interest sive nomen solum exprimitur, siue nomen & res: nempe in omnibus eadē est ratio, & sic iuris decif. & cū his gloss. elucid. manebit.

Sed ad ea quæ dicit hic Bar. de remea, vel de re simpliciter prolata, scripsi in l. rei. supra eo. Et an in donatarium omnium bonorum transeant actiones personales & debita, quod nō scribam in l. bonorum. & l. meorum. infra eod. & ita censuit Senatus anno 1385. pro domino Iacobo Chenu, contra Andream Gilberti, quia non repræsentat personam defuncti, vt heres: refert Aufre. in stylo parlamenti, arefco l. r. item per arestum, & c. & quæ notat Bar. in l. quintus. §. argento. de auro & argen. legat.

Notandū est nomen variis modis sumi: Primò pro debito, vt hic & in iuribus supra adductis. inde Bud. in forens. ait, nomen publica & Regiæ autoritatis, obligationi pæse fons scilicet Royal & authentique, vel nomen signo Regio insignitum, seu fide publica subnixum, idem.

Secundò pro debitore ipso, qui debet, l. à diuo Pio. §. sic quoque. vers. item quid dicemus, vt rum ipsi iudices conuenient nomen, & c. ff. de re iudic. Inde dicimus nomina primaria, & secundaria, vel vltima, les premeiers, seconds & derniers creanciers, l. si quis vxori. §. si quis seruo meo. ff. de fur. sed ibi nomen accipi dicerem pro nominatione qua vocatur, non pro debitore, nec pro debito. videre.

Tertiò pro causa seu gratia, l. i. ff. quib. ex caus. in possessio. eat. vbi causa, gratia, & nomē pro eodem ponuntur: & sic capitur in l. ait prætor. ff. de priuileg. creditorum, quāuis gloss. exponat ibi pro contractu: facit l. fin. §. 1. quæ in fraud. credito. vbi quod dixerat gratia, postea nomē appellat. l. 3. vers. proderit. ibi, si ventris nomine fuerit in possessione. de iure iur. l. 2. §. si seruus. ibi, pèculiati nomine. ff. pro empto. & l. quicunque. §. item si institor, cum oleum vendidisset, annullum arthæ nomine accepit, de instito. actio. & rubr. si mulier ventris nomine. & tit. seq.

Quartò nomē accepti expensiq; titulum significat, l. penul. C. de conueniend. fisci debitor. l. 10. ibi, vt quod suis nominibus debent, de suis facultatibus cogantur exolvere: sic exponit Alcia. hic, gloss. ibi pro obligationibus vel creditoribus: ego ibi exponerem pro eo quod Gallicè dicimus, à son nom. videre.

Quintò pro ratione, vt in l. si cum quis. §. 1. ibi, arrogatorem autē posse furti agere eius furti nomine, quod factum est ei quem arrogauit, & c. cum aliis multis legibus illius tituli ff. de fur. l. impensæ. §. vriles. ibi, quorum nomine onerari mulierem ignorantem & inuitam non oportet. infra eod. & idem fere reuincit cum causa & gratia.

Sextò nomē pro familia & agnatione sumitur: nam agnati eiusdē solent esse cognominis: vt volo quod de nomine meo hæc domus non exeat, vel alia res, l. pater. §. 1. ibi, fundum Aurelianum de nomine meo exire veto. & §. filiam. ibi, veto autem adificium de nomine meo exire: & §. fundum. de leg. 3. ff. & l. 1. s. qui. 2. ibid. ibi, & potiar vt curarent ne de nomine suo exiret. Et nomen interdum pro cognomine accipitur, vt inferius probatur.

Septimò nomē capitur pro eo, quo res cognoscitur, quasi nominē, teste Festo, quod eius rei no-

minare notiriā faciat. Quorsum enim sunt nomina, inquit Iurifcōsultus, nisi vt demonstrarent voluntatem dicētis: in l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supellecti. lega. Et alibi Imperator ait, ad recognoscendos singulos nomina cōparata. l. ad recognoscendos. C. de ingenuis. & §. si quis in nomine. In sti. de legat. & Iurifcōsul. ait: volo, quod nepoti plus tribuas in honorem nominis mei. l. cum filium. §. pater. ff. de lega. 2. Et si dederō hereditatem, vt quis nomen ferat meū, hoc facere tenetur, non nomen proprium, videlicet Petri, sed cognationis nomē, scilicet Rebuffi. probatur in l. hoc iure. §. fin. ff. de donatio. & l. facta. §. si in danda. ad Trebell. Benedictus in repetitio. c. Raynutius. in prin. de testam. Et qui delet nomen meum in libro meo scriptum, & suum apponit, falsi tenetur, l. 1. §. qui in rationibus. iuncta glo. ff. de falsis. Cepol. in l. signatorius. quæst. 3. infra eod.

Et pro nomine proprio capitur in §. teneantur. de collationib. in concordat. & C. de mutatio. nomi. & l. à nullo. de feriis. l. 2. §. illud. ff. de exceptio. l. si quis vxoris. §. si quis seruo. de fur. l. 2. de oper. publi. & l. forma censuali cauetur, vt agri sic in censum referantur, nomen fundi cuiusque, & c. ff. de censib. facit l. bones. & l. c. sere. l. hereditatis. 1. & l. pronuntiatio. vers. pater autē familias. ibi, recteq; hoc nomine appellatur. & l. liberorum. infra eo. Et si bona nomina venderentur, deberent magno pretio emi, quia contra habentes turpia nomina præsuntur. l. oia. And. in c. 1. depositi. & tortura est incipienda ab eo qui nomen habet turpe, teste Petr. Gerard. sing. 75. magnum.

Vel exponi potest nomen, id est appellatio, vocatio, l. spadonum generalis appellatio est, quo nomine, l. nomen filiarum. l. litis nomen. & l. qui venenum. infra eod. & istæ duæ significationes valde sunt affines, vt vix separari vna ab altera possit. Inde Iurifcōsul. ait, quod plerunque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit, l. nec in ea. ff. de adulter. Conuentiones quæ pariunt actiones, in suo nomine non stant, l. iurifcōsul. in prin. ff. de pac.

Inde nominatum nō ement, dicitur, quando nomen prænomenq; expresse nomen est, vel vnum ex his, vel aliud, quo certum fieri possit, l. 1. & 2. ff. de libe. & posthu. vnde ex cōmunicari non debet quis, nisi monitus fuerit nominatum, c. constitutionem. vbi glo. bona, de senten. ex com. in 6. quod debet intelligi vt hic, dicitur etiam fieri nominatum, si citetur filius talis mercatoris, si non habebat nisi vnum; d. l. 2. & Bal. in margar. in verbo, citatio. q. 8.

Nominatum etiam dicitur fieri, si quid specialiter, & expresse, aut demonstratione corporum, aut alio modo, quo persona certificari, aut res possit, ostendatur. glo. nota. in §. facta. in verbo, nominatum. de elect. in prag. & dicitur nominatum, quādo congrue intelligitur. Bal. docet in consil. 152. super primo. in 4. vol. l. nominatum. ff. de leg. 3.

Nominatum etiam fit, quando nomen officij, aut artificij exprimitur, vt citetur coquis vel dispensator episcopi talis N. l. nominatum. vbi Benedict. Plubi. & Boer. in additio. ad eum. ff. de manu. testa. glo. in c. qui contra. de electio. in 6.

Item nominare suum auctorem quis dicitur, cum à quo habet rem designat, & dicit: & est idem quod laudare auctore, l. 2. C. vbi in rem actio exer. debeat. c. fin. §. in aliis. vt lre non contestat. vbi plenissime declarat Socin. & dixi in tractat. de dilatio. artic. 2. in 3. tomo cōment. in consil. Reg. Gallicè dicimus nomen non garant. Item nominare est nuncupare, & quodammodo eligere. vnde qui tutorem iudici nominat, tanquam idoneum, si non sit, non tenetur, l. 2. & 4. ff. de fideiuss. & nomin. eor. Vnde si aliquis nominat, & nuncupat quenquam ad ali-

Nomen alterius ferre an quis cogatur.

Delens nomen alterius falsi tenetur.

Tortura in choanda ab eo qui turpe nomen habet.

Nominatum quid, et quot modis dicitur.

Nominare auctorem.

Nominatum tenetur

quod officij, ipse in subsidiū tenetur, & nominator vocatur, l. 1. ff. de magistr. cōueniē. l. 1. §. solēt. quando appell. fit. l. nominationes. C. de appel. l. 2. & l. nominationem. de decurio. lib. x. & in rubr. de potioribus ad munera nominandis, eo. lib. x. & in rubr. de periculo nominator. atque in l. 2. quo quisque ord. conueniat. lib. 10. Plene scripsi in tractat. Nominatio. quæst. 1. quod facit contra eos, qui inhabiles Regi nominant, vt ipsi teneantur in conscientia de omnibus, quæ isti male gerunt: & plerique dum metuunt ne forte apprehensi eos nominent, proderē eos solēt, l. 1. §. cum quis. ff. de quæst.

Nominans etiam vocatur, qui eos nominat, & nominatus ille qui nominatur, l. Imperator. l. quid ergo. & l. libertus. §. nominati. ff. ad municipalem. Nominata cōditio vocatur nuncupata, expressa, in l. tutor. de ritu nuptia. ff. ibi, tutor vel curator adultam vxorem ducere nō potest, nisi à patre desponsa, destinatave, testamentove nominata conditione, nuptias secuta fuerit.

Nomina agnoscere dicitur pupillus, vel adultus quando obligationes contractas à tutoribus, vel curatoribus approbat, l. qui in tutoribus à curatoribus prioribus susceptis, siue tutoribus nomina agnouerunt, periculum in se transferunt. & l. cum queritur. ibi, id quod gessisset tutor in contrahendis nominibus, aut in totum agnoscere, aut in totum recedere. de administratio. tuto. ff. videte in l. cognoscere. infra eod. vbi abundantius hoc verbum explicatur.

Probare nomen est approbare, ratum habere, l. Titio. §. si. ibi, succedentis gradus in locum Titij nomen. & pignus probauerunt. ff. ad municip.

Et suscipere nomina tenetur curator contracta à tutore, non tamen periculo suo exactionem facere, l. tutor sine curator. de administr. tut. ff. id est instrumenta debiti seu debita recipere debet curator à tutore, sed periculo suo exigere ea non tenetur: vt ibidē dicitur, quia si debitor factus à priore tutore soluedo non fuerit, non erit periculo curatoris, sed tutoris, qui illa contraxit nomina.

Et pecuniam in nomina collocare, est mutare pecuniam, & fœnori dare, l. qui negotiationem. §. pupillo. ibi, quæ sitū est, an ex eo die, quo duo milia potuerunt à substantia hereditatis separare, & in nomina collocare, neglexerint, vsurarum nomine pupillo tutela iudicio teneantur: respondit teneri. de administr. tuto. ff. & dicitur pecuniariū nomen, in l. si conuenerit. 2. ff. de pignor. actio. vt scripsi in l. pecuniar. supra eod.

Et consequi nomen, est obligationem acquirere, & debitorem, l. promittendo. §. si à debitore. ff. de iure dot. ibi, neque ei proderit maritum nomen consequutum eo tempore, quo exigere nō potuit. & ibi, tale nomen consequutus.

Assignari nomina dicitur, id est distribui, l. 2. in fi. ff. famil. erciscunde, iuncta l. arbiter. de distractio. pignor. elucidatur in l. assignare. infra eod.

Laudare nomen commendare est, & idoneum ad soluendum illum debitorem dicere & probare. l. 2. ff. de proxen. vbi facere nomen est debitorem sibi acquirere: vt dico in l. verbum faciendi. infra eod. quod non est, quando nomen, quale est, quis vendit, quia tantum tenetur venditor, vt nomen sit, non vt ab eo exigat aliquid possit. Herenn. in l. si plus. in fine. de euctio. ff.

Edere nomen, in l. boues. §. inter. infra eo. quid sit, ibi explanabitur. Referre in nomina, declarabo in l. detestatio. §. ferui. infra eod.

Nomen idoneum, à quo id quod debetur exigipotest, vt docui in l. probrū. in fi. infra eo. Bonum

nomen facit creditor, qui admittit & approbat debitorem delegatum, l. inter. §. abesse. ff. mandati.

Nomen operi publico inscribi alterius quam principis, aut eius cuius pecunia id opus factū sit, non licet, l. opus. in fine. ff. de oper. publi. Ideo dixi radenda insignia alicuius nobilis, quæ arma dicimur Gallicè, apposita in castro principis, cum nulla alia quam principis esse debeant, nisi id expressa voluntate principis fiat, de qua cōstare debet: quia interdum nobiles, quibus princeps committit ista adificia custodiēda, constituendāve, apponunt sua arma his adificijs: quod non debent, nisi reditus suos ad opera finitēda concesserint, l. 2. ibid. & quando ea apponūt, non à latere, sed sub Regis insignibus locare debent.

Inde Iurifcōsultus ait, suo nomine damnū ad aliquē pertinere, cuius causa est propria, l. 1. §. propria. ff. quando appelland. fit. & sic fœnētaria pecunia debitor suo nomine quamprimum soluat, l. 2. §. frumētaria. de administra. rer. ad ciuita. pert. facit. l. fin. §. hac actione. ibi, suo nomine exercitor tenebitur. nauat, caupo. stabul. l. indebita. de cond. indeb. l. furti. §. penult. de his qui notan. infra. Tuo nomine soluere, satis patet in d. l. indebita. de conditio. indeb. Meo nomine, l. 1. §. idem Pompon. querit, si tibi mādauero, vt rem ab aliquo meo nomine receptā custodias. ff. de pos. l. si duo. de arbit. alibi fassus dicam. Nominē alieno appellans tertium diem olim habebat, §. tutores. d. l. 1. ff. quādo appelland. fit. & non licet militi agrū, vbi militat, alieno nomine emere. l. milites agrum. ff. de re milita. vbi glo. exponit, id est per interpositam, personam, au nom d'autrui. Nominē domini, id est pro domino, l. cum mancipium. de ardit. edictō. ff. ibi, an domini nomine emerit, l. quemadmodū. & l. tali. de iure dotium, vt solent facere procuratores.

Nomine procuratorio agere, est tanquam procurator prosequi causam, l. 2. ff. quādo appelland. fit. ibi, si procuratorio nomine egerit, comme procureur d'un tel, & c. Nominē procuratorio condemnatus, l. si cum procuratorio nomine condemnatus esset. ff. de procurato. In nomen situm emere, est suo nomine comparare, non alieno, l. 2. ff. quādo ex facto tutor. Eo nomine cōueniri, ea causa, vel ratione, l. Lucius. ad municipales. ff. vbi primo dicitur in ea causa teneri possit, deinde respondet conueniri posse eo nomine propter damnum reipublicæ. Excusari nomine quinque liberorum in columniū parer potest. l. cura. de munerib. ff. id est causa, vt superius dictum fuit.

Nomine palmarij, id est victorie, l. 1. §. si vero. ff. de var. & extraor. cognitio. ibi, si vero post causam actam cauta est honoraria summa, peti poterit vsque ad probabilem quantitatem, et si nomine palmarij tantum sit: id est si in casu victoriae promissa sit pecunia. palma enim pro victoria accipitur, à qua palmarij sicut àno r' nōno, id est victoria, Græci emittunt dicunt. vide text. in l. 1. & ibi Lucam, C. de princip. agent. in reb. lib. 12.

Nomine eiusdē rei, id est pro eadem re, l. nemo ex his. ff. de reg. iur. ibi, quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna tantum quis experiri debet.

Defecta nomina Iurifcōsultus vocat, quæ soluere vsuram defecerunt, & cessauerunt, saltem solitam, in l. Caius. in fi. de vsur. ff. ibi, tamen pro defectis nominibus compensationes maiorum vsurarum fieri, & c. Et hominem defectæ senectutis eum, qui propemodū senectute consumptus est, vocat Iurifcōsul. in l. arboribus. §. de illo. de vsur. ff.

Nomine vniuersitatis, id est pro vniuersitate, in rubr. ff. quod cuiuscunq; vniuers. nomi. iuncta l. 2. ibi, hic pro republ. vel vniuersitate, non pro singulis.

Nomen operi publico inscribi. Arma alterius quam principis apposita operi publico radenda sunt.

Suo nomine.

Tuo nomine. Meo nomine.

Nomine Domini.

Nomine procuratorio.

Eo nomine teneri.

Nomine palmarij.

Defecta nomina.

Defecta senectutis.

Nomine vniuersitatis.

Actiones an transeant in donatum omnium bonorum.

Nomen variis modis sumitur & eius phras.

Pro debitore.

Pro causa & gratia.

Nomē pro vitulo.

Nomē pro familia, vt si res nō debet exire de nomine.

Nomē pro nominatione.

lisinteruenit. Nomine dotis, idem l. cum. de in rem verso. in fine, de vsur. ff.

Nomine pignoris tenentur, id est pro pignore, in pignus, l. penult. in quib. caus. pign. vel hypo. tac. contrah. Nomine iniuriarum, l. bouem. §. si quis. ff. de ædili. edicto. Nomine hereditatis, l. hereditas. in fine, ff. de dolo. ibi, nisi forte nomine hereditario conueniatur, id est tanquã heres. Nomine pœnæ & vsurarum, l. Caius. de vsur.

Nomine pœnæ.

Nomine future obligationis res hypothecæ dari possunt, id est pro obligatione futura, l. res hypothecæ. de pigno. ff. & alia nomine hypothecæ, in l. potior. §. si colonus. qui potior. in pignor. habeat.

Debet hoc nomine conueniri, id est, hac ratione, vel causa, l. minor 25. annis adito. §. plane. ff. de minor. Alia multa his adderem, sed ne vos pluribus teneam, de industria missa facio. Pleraq; alia apud Buda. in forensi legere potestis.

Appellatio, de hac dictione scripsi in l. liberti appellatio. infra eod.

Omnis dicitio est uniuersalis.

Omnem. Vniuersalis est hæc dicitio, nihil excludens, l. Iulianus. ff. de legat. 3. & l. à procuratore. C. manda. cap. solite. de maior. Aliquando tamen restringitur, vt si dicam, omnia iura permittunt vim vi repellere, intelliguntur de hoc loquentia. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquil. c. dilecto. de sentent. ex commu. in 6. & inter omnes Iuriscon. conuenit, videlicet de hac re interrogatos, l. inter omnes. ff. qui sarsida. cog. Abunde scripsi in auth. habita. in verbo, omnium. ne filius pro patre. C. in scholastico. priuileg.

Omnis collectiue & distributiue.

Omnis collectiue inuenitur, l. si pluribus. ff. de lega. 2. in singulari uero distributiue pro quolibet. glo. in verbo, possessore. in l. Moschis. de iure fisci, Barr. in l. hoc articulo. de hered. Instit. ff. ubi assertur utilitas. Hæc tamen differentia sæpe confunditur, vt probatur in §. statuit autem. & ibi glof. de colla. in prag. Lucas de Penna in l. in omnibus. C. de cursu publ. lib. 12.

Omnis pro aliquo.

Aliquando omnis accipitur pro aliquo, Exod. 22. & in c. mulier. 15. q. 1. ubi sic scribitur, Mulier que ad omne pecus accesserit, moriatur, & ipsa & pecus, & in sacris literis sæpius sic accipitur. Inde si quis omnem traditionem ecclesiæ scriptam, uel non scriptam violat, anathema sit, cap. si quis. 1. q. 7.

Omnis à toto se differt.

Hæc dicitio omnis à toto differt, quod hæc ad numerum referatur, & ex pluribus consistat, vt patet hic, & l. seq. ac l. creditorum. ibi, sed omnes creditores. & l. in fratro. ibi, omne uestimetum. l. bonorum. 1. in fine, l. appellatione parentis. l. sæpe. ibi, si omnia imposita sunt, certum est omnia imposita redimenda, l. cognoscere. in fi. l. tigni. l. tabernæ. l. pronuntiatio. §. fin. uerf. communi iure. l. uerbana prædia. & l. in lege censoria. circa finem. l. cedere. in fine. l. uerbum facere. l. liberorum. l. pecuniæ. 3. cum l. seq. l. si calumnietur. §. relum. l. ferri. & l. vlti. in fine, infra eod.

Faci quid significat.

Totum autem corpus aliquod integrum, & vnam respicit rem, vt totum fundum, l. recte dicimus. infra eod. totus lacus, l. littus. 2. tota hereditas. l. uirilis. totum debitum. l. si ita à te. eod. totam noctem, l. uerbana familia. in fine. l. pupillus. in fin. & l. vlt. ibi, tota restitutio. infra eod. Possent etiam adducere, l. si quis cum totum. ff. de exceptio. rei iudica. & alia sexcenta iura, si uiderem ista non sufficere.

Vnde si Iurisconsult. loquatur de pluribus stipulationibus, dicit omnem stipulationem, vt in l. sponfio. infr. patet: si uero de vna tantum loquatur, dicit totam stipulationem, l. 1. in fi. ibi, edere non uidentur, qui totam stipulationem non edidit. ff. de edendo: facit l. argentarius. §. 1. ibidem. & l. si vnus. §. sed si stipulatus. & l. tale pactum. §. post diuisionem. ff. de pact. l. mater. de inof. testa. Cagnol. tractat in proem. ff.

In vulgari tamen sermone ista confunduntur, quia totum pro omni viturpatur: vnde dicimus, que toutes donations seront in finées, tous aduournemens, & toutes actions, vt est inuenire in ordinationibus publicatis anno 1539. Scripti in tractat. de liter. obligat. art. 1. in 1. tomo cõmentar. ad constit. Reg. Gallicas.

Pertinet. de verbo pertinere scribã in l. uerbum pertinere. infra eodem.

§. Verbum ex legibus sic accipiendum est, tam ex legum sententia, quam ex uerbis.

Hic declaratur, quando aliquid ex legibus fieri dicatur, scilicet tam ex uerbis, quã ex sententia legum.

Ex uerbis dicitur fieri, quando uerbis ipsis consonum est: vt si bos damnũ dederit, tenebitur dominus ex uerbis legis, dicens si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, vt patet in illo titulo, si quadrupes paup. &c. ff. & Instit. & text. in l. nihil interest. ff. de adul. dicit, uerbis quidẽ legis nõ liberatur.

Ex uerbis legis uel sententia quid dicatur.

Ex sententia uero dicitur, quando uerbis quidem non continetur, sed ex mente est, vt in l. si quis id quod. ff. de iurisdic. omni. iudi. ubi si quis id, quod est propositum, corruperit, datur in eum quin quaginta aureorum iudicium, id est actio: si uero id quod nondum est propositum, sed cum proponebatur, uerbis quidem non tenebitur, quia non est propositum, & edictũ prætoris loquitur, quando est propositum, tamen tenetur ex sententia: vt ibi sententiam edicti ait Iuriscon. esse corrigendam. Et idem significat ex mente, sicut ex sententia, l. in generali. ibi, ex mente legis, iuncto hoc §. infra eod. & inferius multa ad hoc adducuntur iura.

Intellectus ad legem Regiã de consilio habendo.

Ex sententia, & ex mente idem significant.

Dominus animalis bipedis an ex damno teneatur.

Item si damnũ dederit bipes animal, anser forte, uel aliud simile, ex uerbis edicti si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, non tenetur illius bipedis dominus, ex sententia tamen obligatur: & uocatur illa actio utilis, l. hæc actio uilis competit, et si non quadrupes, sed aliud animal pauperie fecerit. ibidem. facit text. in l. si quis. §. 1. ibi, ex sententia legis tenetur, quamuis uerbis non continetur. §. & l. ana rito. §. illud. ibi, ex sententia legis quaritur. de adult. l. penult. ibi, ex sententia constitutionis. rubr. qui sine manu misio. ad liberta. perueniant. ff. l. fi. ibi, incidit quidem in uerba constitutionis, sed sententia executur. qui petant tuto. l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthum.

Et sic licet ista sint diuersa, tamen ex legibus id dicitur, quod etiam ex sententia colligi potest: vnde iudices, qui iurant iudicare secundum leges, & ordinationes Regis, non dicuntur periri & transgressores, si ex sententia legum, uel ordinationum iudicent. C. de iudic. authent. hodie. hoc etiam eis præcipitur in d. ordin. Regiis, titul. des sermens, & c. & in authen. iusturandum, quod præsta. ab his. collatio. 2. & vt iudicent secundum consuetudines approbatas, per l. de quibus. ff. de legib. & secundum canones, quales etiam uocantur, ca. Nicena. 31. distin. Feli. in c. ius generale. 1. distin. Si itaque iudices legum, consuetudinũ, ordinationum uel sententiam sequantur, ex legibus iudicasse dicuntur.

Vnde dicit text. in l. famosi. in fine, ad legem Iuliam maiesta. ff. indicandum esse ex illo, quod ex scriptura legis descendit, uel ad exemplum legis. & in l. Pompeia. de parricid. licet sponte & nouerca personæ omisæ sint, sententia tamen legis continentur, l. 3. ff. de parricid. l. 1. §. penultim. ibi, non ex uerbis, sed ex sententia senatusconsulti puniri Papinianus rescripsit. ad Turpillia. & l. iungentium. §. pactorũ. ibi, non minus ex uerbis, quam ex mente conuenientium æstimandum est. ff. de pact.

Notandum est, quando apparet de uerbis legis, tunc non est ab illis recedendum, Marcellus in l. non aliter. ff. de legat. 3. & alibi Vlpian. scribit: in re dubia

Verba sequẽda, cum de eis apparet.

dubia melius est uerbis edicti seruire, l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercito. actione.

Iudex an iura interpretari possit.

Vnde dicit Barr. in l. ab executore. col. pen. ff. de appellat. quod licet iudex in prædicium partium possit interpretari iura, tamẽ hoc intelligitur, nisi uerba essent plana, quia tunc non potest aliter interpretari, quam uerba loquuntur. Sequitur Bald. in l. ea. C. cõminatio. uel epistol. & Alex. confi. 216. in fine, vol. 2. Aret. confi. 56. Dec. refert in l. in ambiguis orationibus. ff. de reg. iur.

Ad hæc decidit Bal. in c. 1. de controuerf. inuestitur. quod necessarius intellectus scripturæ præferendus est cuiusq; menti, per tex. in l. si alij. ff. de usufruct. lega. ibi, quia interdum plus ualet scriptura, quam quod actum est: & lex quamuis dura sit, seruanda tamẽ est, l. propexit. ff. qui & à quib. Claud. Cantiancula in topicis iuris, in loco à scripto contra sententiam. Cice. lib. 1. de inuentio. quid enim certius, inquit, legis scriptor uoluntatis suæ testimonium relinquere potuit, quam quod ipse magna cura & diligenter scripsit?

Intellectus ad legem Regiã de consilio habendo.

Item si quis sententiam ferre debet de consilio sapientis, uel aduocatorum, intelligitur quãdo res est dubia: sed si habet casum expressum, tunc potest illam decidere sine consilio. Barr. in l. non aliter. ff. de leg. 3. & Barba. in Clemen. 1. de iure iurand. col. 22. Quod facit ad intellectũ ordinationis Regiæ, quã elucidauit in tractatu meo de sententis executor. artic. 16. in 1. tomo cõmentar. ad constit. Reg. ubi iudex tenetur in sententia cõnuocare quatuor consiliarios, uel aduocatos: alio qui sententia non ualebit: sed quia illa ordinatio præbet formam, quam iudices seruare debent, ob id omisio illius formæ uitiaret sententiam, l. 1. de lib. & posthu. quicquid in contrarium dicant iuris interpretes, etiã quantumcunque res esset clara, & dilucida: aliàs frustra dari essent consiliarij, si iudex causas decidere posset: nisi essent uerbales petitiones, quas iudices per se iudicare solent ex tempore.

Si uerba & mens pugnant, neutrum seruandum.

Aduertendum est, quod si uerba & mens consonant, sine dubio utrunq; seruandum est, l. miles. §. quidam. ibi, ut uerba legis & sententia adiuuant. de adulter. ff. Si uero inuicẽ pugnant, tunc neutrum seruandum est, l. ubi repugnantia. ff. de regul. iur. l. in ambiguo. de reb. dubiis. ibi, qui aliud dicit, quam uult, neq; dicit, quod uox significat, quia nõ uult, neque id quod uult, quia id non loquitur. Barba. in c. 1. col. 25. nu. 278. de constit.

Mens quãdo uerbis non repugnat, an sit sequenda.

Quando uero mens uerbis nõ repugnat, sed inuicem se excedit, quia aut plus, aut minus scriptũ fuit, quam legislat or uoluerit, ut in l. qui quartam. ff. de leg. 1. tunc si claris rationibus possit deprehendi, uel plus uel minus esse intellectum, quam scriptum, uerba legis uel testatoris amplianda, uel restringenda sunt, quatenus mente conceptum est, l. quoties. §. si duo. ibi, si modo uoluntas patris manifesta non refragetur. ff. de hered. instituent. Freder. in tracta. de interpretatione legum, in 1. parte: & Feder. confi. 13. clericus. las. in l. iurifigetur. §. prætor ait. 6. nota. ff. de pact.

Aliquando uerba legis non sunt plana, sed sententia & mens potest elici, & tunc est mens inspicienda, c. intelligentia. & c. præterea. de uerb. signi. quia ibi dicitur, plerumq; dum proprietates uerborũ attenditur, sensus ueritatis amittitur. nam Celsus scribit, scire leges non est uerba earum tenere, sed vim atq; potestatem, l. scire leges. ff. de legib. & in folijs uerborum non consistit euangelium, sed in radice rationis, & in sensu, in c. Marchion. r. q. 1. & pulcher tex. in l. generaliter. §. sed si ita. ff. de fideic. liber. sic ait, non tantum uerba fideicõmissi, sed & mens testatoris tribuere solet libertatem fideicõmissariam: sed cum ex præsumptione libertas præ-

stita esse uidetur, heredis est contrariam uoluntatem testatoris probare: facit l. filium. §. uideamus. ibi, ex mente prætoris denegandum esse respondetur. ff. de bono. posse. cõtra tabul. & l. diuus. 1. §. ite senatus. ibi, sententiam magis sequendum esse huius senatusconsulti quam scripturam de fals. & l. impuberem. §. qui liberti. ibidem. cum dicit, non uerbis, sed sententia senatusconsulti tenetur, l. vbi. §. 1. ff. ad Trebel. ibi, nec uerba spectantur senatusconsulti, sed sententia. Cicero de inuentione lib. 2. ait, Semper is, qui contra scriptum dicit, æquitas aliquid afferat oportet. nam æquitas est rigori præferenda, l. placuit. C. de iudiciis, & ius est ars boni & æqui. l. 1. de iustit. & iure. ff. & non est dubium eum in legem cõmittere, qui uerba legis amplexus, contra legis uoluntatem, l. non dubium. C. de legib. nam quorum uerba sunt, nisi ut demonstreret uoluntatem? Labeo. de suppellectili lega. ff. & optimum est non propriam uerborum significationem scrutari, sed in primis quid testator demonstrare uoluerit, l. cum de lanionis. §. aliam. ff. de fundo instruto: quia litera occidit, spiritus autem uiuificat, Paulus 1. ad Corinth. 3. Mens se habet ad literã, sicut anima ad corpus, teste Barba. in repetit. l. cõ acutissimi. C. de fideicom. & hoc tam in contractibus, quam in uoluntatibus. Ias. in l. si quis. C. de liber. præter. & confi. 84. col. 3. vol. 2. scripsit limitationes in l. in conuentionibus. infra eodem.

Mens legis anime conparatur.

Et quando aliquid ex sententia legis deducitur, id dicitur in lege expressum, ut hic, & in l. prætor. §. 1. de no. oper. nuntiation. ff. Paul. in l. qui testament. §. mulier. de resta. Mens quippe legis lex est, l. cum mulier. soluto. matri. ff. quam notat ad hoc Angel. in §. post mortem. Instit. de inutil. stipulatione. & Socin. confi. 58. col. 2. in 1. vol. text. in l. ita fidei. ibi, qui non tantum legem circumuenire uoluit, sed etiam interpretationem legis. ff. de iure fisci.

Mens ex quibus colligitur.

Quæro, quomodo colligitur ista mens? Respondeo ex multis, quæ tradit Petrus Anchar. in repet. c. canonũ statuta, in materia interpretationis extensuæ. uerficulo, circa tertium casum. de constitutio. Sed ultra eum addam multa alia.

Proprius sensus iniquitatem cõtrarius reuocatur.

Primo si proprius sensus cõtrincat iniquitatem, tunc accipimus sensum improprium, l. in ambiguo. ff. de reb. dubiis, & ista est mens legis, l. scire oportet. §. aliud. uerf. maxime. & §. sufficit. ff. de excusatio. tuto. ut si statutum puniat emittentem sanguinem in palatio, non punietur faciens phlebotomiã: ibid. hoc enim esset iniquum, ideo mens, statutũ attenditur, ratione iniquitatis uitanda.

Si ratio legis repugnat.

Secundò quando ratio legis repugnat: nam ratio legis mens legis est, d. l. cum mulier. soluto matri. ff. l. cum tale. §. falsam. r. de conditio. & dem. onstra. & si lex puniat homicidam, non punietur, qui occiderit proscriptum, uel proditorem patriæ, etiã patrem. l. minime. ff. de religio. & sumptib. funer. Ang. in §. 1. de legitima patro. tutel. in Instit. indiget tamẽ principis gratia in hoc regno, in quo nulli licet priuato aliquem occidere, nisi aggressorem suum: nam is uidetur se occidere: & tunc impetraret literas ueniã, quas uulgus de pardon uocat.

Vt loquẽdi communis attendatur.

Tertiò si communis usus repugnat propriæ significationi, tunc mens legis est, quod intelligatur secundum cõmuncem usum loquendi, Vlpian. in l. librorum. §. quod tamen Caspius. ff. de leg. 3. & l. in uulgari. infra eo. Sicut dicimus de uilla, ut signi ficet in Francia ex cõmuni usu loquedi ciuitatem licet propria significatione rus denotet, teste Barr. in extra. qui sint rebelles, in uerbo, Lombardiã. & Anchar. in c. si postquam. de electio. in 6. scripsi in §. statuimus. 2. de collatio. in concordat. Franciæ. idem scribam des parens, in l. liberorum. infra eod.

Honestatis gratia a propria significandye ceditur.

Dominus in suos subditos seu iurisdictio non perdit.

Mens ex unica ratione colligitur.

Explicatio legum Regiarum quo ad scholasticos & recredentia.

Leges ad communem utilitatem referri debent.

Arrestum ut in quolibet parlamento quilibet cancellaria cono dat literas suis subditis.

quomodo intelligatur ex comuni significatione. Quarto causa honestatis servandae recedit ad propria significatione, & attenditur mens ad honestatem tendens, l. 4. §. prator ait. ff. de in ius vocan. vbi Angel. vnde licet domino quis promiserit prestare operas, non intelligitur de inhonestis. l. eius. de oper. liber. Et comes, vel alius dominus non potest cogere subditos suos, vt veniant ad palatium causa saltandi, & tripudiandi, pour dancier. l. quod ex libert. C. de oper. liberti. vbi Bal. hoc expressim ait, quia ab omni superioritate ius honestatis videtur exceptum, l. fin. C. ne sicut rem, qua vendidit, euincat. lib. x. Et is dominus, qui suos subditos ad inhonestam prosequitur, vel in illos seuit, perdere debet suam iurisdictionem, quia ea abutitur, l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & hoc feruat venerabilis parlamenti curia, quae solet tales dominos illa iurisdictione priuare, & eximere illos subditos, teste Guido. Papa, decisio. 62. si quis Baro. post Ioan. Fab. in §. fi. de his qui sunt sui vel alieni iuris, in Insti.

Quinto colligitur mens, quando est vnica ratio, glo. in l. quauis. C. de fideicō. l. de liber. prater. gl. in verbo, eligatur. cle. r. de electio. Ia. in §. omniū. nu. 38. Insti. de actio. & l. r. §. nunc videmus. de noui oper. nuntiatio. ff. Bolog. consil. 60. col. 2. & c. viso igitur. vnde statutum excludens foeminas extratibus masculis, habet illam solā conseruandae agnationis rationē, & mens ex illa ratione colligitur, vt plene Alber. Brunus scribit in suo tractatu de statu. excludent. foeminas.

Sexto colligitur mens ex argumento sumpto à contrario, l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. vbi mulier in testamento testis esse non potest: ergo extra testamentum, per argumentū à contrario, poterit testis fieri. probat etiam ordinario Regiarum act. vlt. sub. de privileg. des. scholiers, vbi prohibetur scholasticis cōuenire suos debitores coram cōseruatoribus regis vltra iurisdictionē senatus, quā reffortum vocant: ergo à cōtrario intra reffortum possunt, etiam si distent vltra quatuor dietas, vt docti in scholastico. priuilegio 161. vbi abunde scripti: faciunt quae docet Fel. in c. in nostra. corrola. vnde cimo. de rescriptis. de hoc argumento scribunt interpre. in l. r. ff. de offi. eius cui mand.

Ideo ordinatio, quae prohibet recedentiam, seu tenuram à pleno separari possessorio, intelligitur, quando simul potest decidi fiduciaria possessio cum manutenentia: alioqui si sine probatione testium non potest decidi possessorium, tunc credentia adiudicabitur separatim, fumendo argumentū à contrario, vt plene scripti in tracta. meo de sentent. executor. art. 1. in 1. tomo commenta. ad constit. Reg. Gallicae.

Septimo inspicimus mentem ad cōmodum reipub. l. hoc modo. ibi, legē enim vtilem reipub. sobolis scilicet procreandae causa latam, adiuanandam interpretatione. ff. de cōditio. & demonstra. Lanfranc. in tracta. de interpretatio. statuto. in fine, & ibi scripti in additio. Felin. in c. nonnulli. col. 21. de rescrip. allego alium text. in l. si quis in grau. §. vtrum. de senatu con. Silaniano. Et Cicero lib. 1. de inuētio. sic inquit: omnes leges ad cōmodum reipublicae referri oportet, eas ex vtilitate cōmuni, nō ex scripitione, quae in literis est, interpretari.

Vnde fuit indicatum in hoc senatu anno 1508. die octaua Martij propter vtilitatem publicam, vt quaelibet cancellaria cōcedat literas subditis suae iurisdictionis & reffortus, aliis verò non: imo fuit factum praecceptum Seneschalco Pictauesi & aliis magistratibus, ne literis imperaris in cancellaria Burdegalensi, vel alia extra reffortū Parisiensi obreperent. Et istud hodie reseruat, nisi in magna cā.

cellaria impetrentur, quam Cancellaria promouet. illa enim sicut aquila vbique volat.

Octauo quando statuentes iudicassent idem in casu omisso, sicut expressi, si de hoc fuissent interrogati, mens ex hoc frequentius elicitur: probat l. Lucius. §. Titius. ff. de liber. & posthu. glo. in l. tale pactum. §. si. ff. de pact. & ibi addidi. c. 2. requiris. & c. suggestum. de appellat. & ideo mandatarius potest exequi illud, quod nō est mandatarius in mandato, inquit Petrus de Bella Pertica in l. maritus. C. de procurat. Barb. in c. veniens. col. 8. de accusat. Hippolyt. in l. 3. ff. de parricid. vbi idem docet in excommunicationibus, in rescriptis, in gratis principū, in vltimis voluntatibus, & aliis.

Nono quando dicit se omisit quādā testator, quae vult declarari per tale. l. Theopompus. de doct. praelegata. ff. Soc. in l. in ambiguo. de rebus dub. Alia videte per Stephanum de Fredericis in tract. de interpretat. legum. in 3. parte. Itaq; ex praemissis mentem legum, statutorum, ordinationum, & cōsuetudinum elicere iure poteritis.

Considerandum etiā est, quod sicut habemus verba & mentē, ita habemus duas actiones, directam scilicet & vtilem, l. pen. ff. de sent. pass. Directa tūc datur, quādo cōcurrunt verba legis & mēs, gl. & doct. in l. si quis id quod. ff. de iurisdic. om. iudic. & in l. curatoris. C. de neg. gestis. vt potest si qua drupes pauperie fecisse dicatur, datur actio directa quia verba rubri. & mens cōueniunt, & ad hoc directō rēdunt. Si verò bipes damnū dederit, actio vtilis datur ex mente legis, l. pen. si quad. nam si legiflator fuisset de hoc interrogatus, idē respondisset, l. Titius. §. r. ff. de lib. & posthu. Item actio legis Aquiliae datur cōtra eum, qui occidit seruum alienum, vel laesit: vnde si quis occiderit meū seruum, datur mihi actio directa, l. r. ff. ad leg. Aquil. si vero quis laeserit seruum, in quo habeo vsum fructū tantum, dabitur mihi vtile iudiciū, id est actio vtilis, l. item Mela. §. si. ibidē. & emptori soluto pretio, vt res ei praestetur, datur actio ex empto directa, l. ex empto. ff. de actio. empti: sed si emptor dederit arras nomine emptionis, ea resoluta, & irrita facta, dabitur ei actio vtilis ex empto. §. is qui. ibidem: & centum locos adducere possem de hac actione vtili & directa: sed his nunc cōtentus ero, & de eis dicam in l. cum prator. infra eodē. & quid sit lex, & phrasēs, inferius dicetur in l. si cum fundum. de ditione ex. in l. cognoscere. in fin.

Fraus legi quocumque modis fiat, dicitur in l. fraus. ff. de legib. & in c. certum. de regulis iuris, in sexto, & ibi per Dinum: & contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem vero legis, qui falsis verbis legis sententiam eius circumuenit. l. cōtra legem. ff. de legibus.

Et quando quis dicatur facere cōtra legē, vel in fraudē legis, seu cōmittere in legē, declarant plenē Bal. & Ia. in l. nō dubium. C. de legib. post Dinum in d. reg. certū. de reg. iur. in 6. & Stepha. de Freder. in d. tract. de interpret. legū, in 1. parte: vbi concludit post glo. hic quod tantū puniri debet, qui facit contra mentem legis, quantum qui facit contra ipsam legem: quia virtus legis est in mente, non in verbis solis.

Ideo prohibitus extrahere frumentum, si extrahat farinam, aequē puniri debet, ac si extraheret frumentum: vt Ia. etiam probat in 1. nota. d. l. non dubium. Idem vidi in extrahente panem: imō dicebant quidam istum venientem contra mentem legis plus puniendum, quia excogitata malitia peccat. ego tamen inherco isti glossi. & communij sententiae, vt aequē saltem puniendus sit. vide quae scribam in l. aliud est fraus. infra eod.

Si statuentes fuissent interrogati, idem iudicassent.

Voluntas testatoris per alium potest declarari.

Directa & vtilis actio explicatur.

Contra legem facere, vel in fraudē quid sit.

Tantum punitur qui contra mentem legis facit, quā qui contra legem.

Extrahens farinā tempore prohibito puniri debet.

Ideo

Noctu inueniuntur sceleris puniuntur.

Ideo si statuto caueatur, vt nullus eat noctu, & si quis inueniuntur fuerit, poena puniatur decem aureorum: si quis repertus postea fuerit sedens, illa poena puniatur, quia omnes euntes sederent, ad euitandam poenam statuti, & sic fraus statuto fieret. & sic ex mente puniatur, non ex verbis, quia aliud est ire, aliud sedere, l. haec verba ille aut ille. infra eod. l. r. ff. de his qui deiecer. facit l. quisquis. C. de postu. & hoc firmat Alber. in tracta. statutor. quae. 231. quid si statuto caueatur. in 2. parte. Et ex praedictis redduntur expeditae glossi. & materia huius §. & quia debitores saepius replent creditores promissionibus, & sponfionibus, ideo videndum est, quid sponfio appellatur.

PAVL. LIBRO SECVNDO Ad Edictum. Lex vij.

Sponfio appellatur nō solum, quae per sponfi interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioque.

Intellectus huius legis.

Omnis stipulatio, & alia promissio vocatur sponfio, non solum si ad sponfi interrogationem, sed & quomodocumque fiat: nec debet legi neutraliter, vt gl. vult, sponfium sponfi, sed sponfius sponfi: Et sic capitur in l. genero. ibi, sponfi enim nullus luctus est, ff. de his qui notant. infra. & sic sponfio non solum refertur ad sponsum & sponfam, verū etiam ad omnes contrahentes, & intelligitur non solum de stipulatione, sed & de omni promissione, & sic iungi debet vterque intellectus.

Sponfalia olim quomodo contrahantur.

Veteres enim sponfalia per stipulationem contrahere solebant, vt docet l. 2. ff. de sponfalib. Et ideo à spondendo sponfalia dicta existimantur, & haec solennitas in his nuptiis apud eos seruabatur, teste Alexand. lib. genial. 2. c. 5. Vnde dicit gl. in l. 2. ff. de adoptio. prius sponsum interrogandum, & postea sponfam: tamen licet peruertatur ille ordo, non annullantur sponfalia, vel matrimoniū, vt ibi scribitur. Et quamuis sponfalia sint futurarum nuptiarum repromissio, d. l. i. de sponfal. tamen Imperator inter dum accipit pro muneribus sponfae datis, vt in Theodos. C. rubr. si prouinciae rector, vt ad eum pertinentes sponfalia dederint, teste Alcia. lib. 1. parerg. c. 1. Sed in Iustiniano Codice habemus sponfalitates arras in rubrica, & in l. vnica, ibidē. Et sic patet sponfalia quaedam esse de futuro, quaedam praesentanea, quae per verba fiunt de praesenti, capitulo, si inter. de sponfalibus.

Duplicia sponfalia.

Sponfio quomodo pro stipulatione capiat.

Videndum autem est, quando sponfio pro stipulatione, vel promissione accipiatur, & quomodo possit discerni. Respondeo tunc accipi pro stipulatione, quando interrogatio nem praecessisse constat. l. si ita à te stipulatus. infra eod. l. ea quae de donat. inter virum & vxorē. l. pater. 2. §. r. ff. de castrensi peculio. ibi, si stipulati filio spondeat. l. iurifgentiū. §. quod fere. & l. sed & si fideiusor. & l. emptor. ff. de pact. maxime si sponfio, vel spondit inueniatur in instrumentis notariorum, in quibus nulla cōmunitas est simplex promissio, sed omnis stipulatio: quia notarij solent interrogare partes, an contenta in instrumentum promittant, & partes respondent, & sic stipulationem fabricant, teste Ioanne Fabro in §. item verborum. Insti. de inutilibus stipulationibus.

Alioqui potest dici simplex sine interrogatione promissio. l. Stichus. ff. de statulib. vbi sic scribit Marcel. Stichus si heredi meo decem promiserit, vel operas se daruri iurauerit, liber esto: potest expleri cōditio, si promiserit: nam sponditisse aliqua significatione dici potest, etiam si non sit secuta obligatio. videte l. aliud est promittere. infra eod.

Quod sponfi etiam intelligatur de nuda promissione, patet per hoc verbum promissio, in hac lege descriptum, alioqui tantum dixisset stipulatio nē, & per hoc verbū etiam omnis adiectum, quod est generale, l. a procuratore. C. mādari. vt dictum est in lege proxima, & hoc vult text. hic dicere, vt docet Alber. licet Alcia. sponfionem pro stipulatione capitanti dicat, & dictionem promissio in text. isto ratione maioris declarationis appositam, quod dubitari potuit, ne sponfio de sola interrogatione diceretur, glossi. in l. r. ff. de verborum oblig. sed hoc non placet, nec dubitandum erat, an sponfio pro interrogatione acciperetur, cum aliud sit interrogatio, aliud sponfio: sed dubium esse poterat, eo quod sponfio solet interrogari, an talem puellam velit ducere, & is responderet, an intelligatur sponfio de illa promissione sponfi & sponfae tantum, an verò sponfio contineat etiam promissionem: & Iurifconsultus responderet, quod sponfio appellatur non solū ea quae fit ad interrogationem sponfi, sed omnis stipulatio promissioque.

Nec erat opus declaratione, si Iurifconsultus voluisset sponfionem accipi tantum pro stipulatione, nec adiunxisset illa verba promissioque, alioqui Iurifcon. superfluis verbis vteretur. Nam ad quid prodesset verbum promissio? sufficebat enim dicere, omnis stipulatio: sed illa dicitio, promissioque, est adiecta, vt ostenderet sponfionem tam pro stipulatione capi, idque frequentius, quam pro alia promissione: & hunc arbitror verum ad hanc legem intellectum: nec in hoc assentior Alciato, quod etiam suaderet ex dictione non solum in hoc text. conscripita.

Et per hoc patet l. vnica. C. de suffragio, posse intelligi de promissione nuda pacto, cum sponfio etiā ad nudam promissionē referatur, vt hic & per text. in l. iurifgentiū. §. quod fere. ff. de pact. vbi sic dicitur, quod fere nouissima parte pactorum ita solet inferri, Rogauit Titius, spondit Meuius, haec verba nō tantum pactiois locō accipiuntur, sed etiā stipulationis. Ecce verbum spondeo, vel sponfio, non solum significare stipulationē, sed etiam pactio nē, & sic promissionem: idque probat d. l. vnica. C. de suffragio, ibi, promissa restituant, & ibi, placitum continebit, & ibi, sponfione iuncta l. r. de pactis. ff. nec fuisset dubiū de stipulatione, quā si quis stipulatus fuerit decē ab aliquo, vt ei suffragetur apud Regem, forte vt gratiam, vel priuilegiū obtineat, si suffragatus fuerit, ei promittens teneatur ob id quod non sunt alieni à puluere, & sudore, & astutia, ac simulatione, qui castra & curiam cōmiserunt. l. vna. C. de castren. om. palatino. pec. lib. 12. ob id Imperator curialibus & aulicis in cōpensationē laboris, & sudoris, ibi statuit, vt si quis promittat his curialibus, vt ipsi suffragentur, si fuerint suffragati, promissa exigere ab eo poterunt, etiam si tantum nudo pacto quis illis promiserit, & sine stipulatione, & absq; instrumento sigillato seu ob signato. Considerant enim Imperator multas expensas ex itinere proficere, ac sumptus, quos curiales ipsi facere consueverunt, & quod vt plurimum pauperes sint: ideo promissum illis etiam simpliciter promissione, impleto suffragio debetur, vt ibi dicitur, quicquid Alcia. hic iactet, qui ait nostrates Iurifconsultos illam legē non intellexisse, cuius forte nec ipse, tantum de stipulatione, & nō de nudo pacto intelligens, sensum omnino attingit. Et qui legit d. l. vnica. C. de castrensi om. pala. pecul. plane intelligit mentē Imperator. in d. l. vnica. de suffragio, vel forte potest dici esse ibi cōtractum innominatum, facio vt des, ideo locum habere §. quod si facia, & ea quae in eo notant. l. naturalis. de presc. verb. ff. nam

Reprehenditur Alciatus, & ad hanc legem intellectus datur.

Legis dubitatio.

Intellectus ad l. vnica. C. de suffragio, contra Alciatum.

nam praestitum fuit suffragium. & sic factum, vt patet, dum dicit, dum ea quae optauerint, consequantur, &c. alibi plenius scribam de hoc, interim ad hanc superior sententiam.

Nec refragatur l. sciendum. §. editum. ff. de adi. l. edit. vbi sic habetur, dictum a promisso sic discernitur: dictum accipimus, quod verbo tenus pronuntiatum est, nudoque sermone finitum, promissum autem potest referri, & ad nudam promissionem siue pollicitationem, vel ad sponsonem, &c. Respondet postquam ibi expressit nudam promissionem, & postea sponsonem, voluit intelligere pro sponsonem stipulationem, & sic per illum textum elicitur limitatio ad istum, videlicet quod sponsonis verbo non venit nuda promissio, quando prius erat expressa: quia expressum facit cessare tacitum, vt supra non semel dixi, & facit l. cum filio. §. filio. de vulga. ff.

Secundo perdit officium regula, si dicatur sola promissio, tunc pro nuda promissione accipitur, l. 2. §. sed verum. ibi, mihi videtur sola promissione. ff. de iudic.

Item quod sponso capiatur tam pro promissione quam stipulatione, facit c. de his. ibi, cauedum est tamen de his, ne quando suae promissionis immemores sint. 23. diffinit. Nemepeis qui promittit, spondet, l. apud. §. i. ff. de doli exceptio. & l. Iulianus. ibidem, l. fin. quarum rerum actio non datur. Promissio est sponso, & sponso promissionem significat, nec aliquam inter ista duo verba assignat differentiam Iuriscōsultus in d. l. Stichus. ff. de statulibe. facit l. i. de legib. ff.

Vnde spondeo a sponde deducitur, nempe spondere est sponde promittere, siue per stipulationem, siue per nudam promissionem. Inde sponsus, qui spondet, & ei spondetur se ducturum puellam siue nuda promissione, siue stipulatione, d. l. i. ff. de sponsa. c. 2. de sponsal. Gallice dicitur fiancé, declaratur in l. i. §. i. ibi est quasi vulgata an sponso possit, hoc est quoniam est maritus. ff. pro dote. idem in sponso dicitur in l. inter stuprum. §. i. infra eo. licet sponsalia communius fiant per stipulationem, vt dictum fuit.

Sponsare, est promittere se filiam ducturum, seu contrahere sponsalia, l. si quis officium. ff. de ritu nuptiarum. quae sic habet, si quis officium in aliqua provincia administrat, inde ostendam, vel ibi domicilium habentem uxorem ducere non potest, quamuis sponsare non prohibeatur: ita scilicet, vt si post officium depositum mulier nuptias contrahere noluerit, liceat ei hoc facere, artis tantum redditus, quas acceperat.

Sponsor, qui puellam spondet se ducturum in uxorem. Item dicitur sponsor, qui sponte sine rogatu pro alio intercedit, glo. singul. in §. i. in auth. de fideiussor. col. l. i. si quis pro eo. ff. mada. Et sponsores pleiges & cautions vocat Budaeus in Forēnsibus.

Sponso etiam dicitur, quando quis certam pecuniam, vel rem promittit, nisi ita fiat, sicut affirmat: vt si dem anulum Titio, si ludo pilae eum non videro, & depono apud Caium, recepta victoria praescriptis verbis agam contra Caium, si causa honesta erat. Nam is, qui anulum recipit, spondet daturum se vincenti, & causa sponsonis accepit: ideo ille victori tenetur. l. si rem tibi. §. fin. de praescript. verb. ff. ibi, si quis sponsonis causa anulos acceperit, nec reddidit victori, praescriptis verbis actio in eum competit, &c. facit l. in quibus rebus ex lege Titia & Cornelia etiam sponsonem facere licet, sed ex aliis, vbi pro virtute certam non fit, non licet. ff. de alex. lusu. Budaeus in annotat. ad l. 2. ff. de origine iuris dicit etiam genus actionis esse, & in commentariis linguae Graecae docet vocari τραπεζοῦν quo nomine non modo sponsonis iudicium, sed

etiam ipsa pecunia deposita significatur, ide est τραπεζοῦν deponatur enim ea pecunia in Prytanco.

Sponso commissi, pro pena commissi, peine commissi ou encouru, Budaeus. Sponso copromissaria, pena quae promittitur in copromisso, la peine promise en un arbitrage, vt patet per Budaeum in Forens. vide gloss. & ibi Zaf. quomodo accipiat in lege i. ff. de legibus.

Sponsalitia largitas est donatio, quam sponsus sponsae, vel e contrario facit. gl. in rubrica, vt sponsal. largitas. collatio. 9. in authen. de qua scribam in l. alienatum. §. donationis. infra eod. l. non sine. de bon. quae liber. vbi disposita in vxore, ad sponsam extenduntur, licet regulariter vxores appellatione sponsae non veniant, teste Alber. in tractat. statut. in secunda parte, quae ff. 109. & Bald. in l. vxoris. de his qui notant. infam. & plene scribit D. Tiraqueolus in tractatu de legibus connubialibus in tertia lege, vbi sponsi rapientis sponsam poenam tradit, rapientis vero vxorem nullam, quia hodie solent ipsae viros, non viri eas cogere, imo rapere: vt satis notum plerique in his rebus iam veterani milites, & coniugati, vt audiui sepius ab illis: quamuis glo. hoc rarum dicit in l. vna. C. de rapto. virgin.

Spondeo de hoc verbo in l. munus. 2. infra e. dicitur. Et sic verbum promissit in instrumento positum intelligitur per stipulationem, §. si ita scriptum. Instituit de inutilib. stipul. l. i. C. de contrahend. stipul. l. i. de vstr. l. sciendum. §. editum. de adlitione edito, per rationem superius scriptam.

Primo perdit officium suum haec regula, quando ponitur in instrumento contractus innominati, quia non debet praesumi stipulationem illi repugnantem interuenisse, vt patet ex d. l. ex placito. C. de rerum permutatio. Bald. in l. sicut. ff. de act. & oblig. Ideo si quis promittat permutare, intelligitur per nudam promissionem, quia est natura contractus innominati, vt ante implementum non parat actionem. l. naturalis. §. i. de praescript. verb. ff. scilicet si intelligeretur per stipulationem, ante implementum oriretur actio contra naturam contractus innominati, dicta lege, ex placito. iuncta lege, si pecuniam. ff. de conditione ob causam.

Secundo seditur regula, quando inuenitur promissio in dote, vel in alio simili contractu, vt si quis promittat dotem incertam, tunc ne duae conditiones concurrant, non censetur promissum per stipulationem, l. i. & ibi Bald. C. de dotis promissio. Alexand. & alij in l. sciendum. de verborum obligatio. ff. Albert. Brunus in tracta. de forma & solem. actus rubr. de probationib. & praesumptio. formae. versicul. item circa praesentem. fol. 85. col. l. i. 2. videre tamen multos ibi contrarium tenentes, & puto quod contraria opinio in forensi iudicio seruaretur. Et tunc valeret promissio dotis incertae, & stipulatio praesumeretur interuenisse, quia duae stipulationes possunt concurrere, vbi ex diuersis oriuntur, l. singularia. ff. si certum petat. vt contingit in hoc casu. Bart. & alij in l. si quis. ff. de vstr. capio. & in dote stipulatio praesumitur, l. vna. C. de rei vxore actio.

Tertio in testibus deponentibus Titium promississe decem, tunc non intelligitur per stipulationem, per gloss. in l. i. de vstr. quia testis debet deponere de eo, quod percipit aliquo ex sensibus corporis, l. testium. C. de testib. Sed per stipulationem cum sit iuris, non percipit, ergo. &c. hoc probat Bart. in l. sciendum. ff. de verborum obligat. Barba. conf. 17. colum. 3. in tertio volum. Nisi alio modo declararent, vt pote dicentes vnam partem interrogasse alteram, & demum promississe: tunc intelligeretur per stipulationem, quae fit per interrogationem, & responsum. l. i. ff. de verborum oblig.

Sponso commissi.

Sponsalitia largitas.

Sponsa non veniunt nomine vxoris.

Verbum promissit intelligitur per stipulationem, quod tamen limitatur.

Promissio dotis incertae an valeat.

Promissio in testibus quomodo intelligatur.

Praxis pro his qui testes interrogam.

Et sic in hoc cauti esse debent commissarij interrogantes testes, vt eos interrogent, si aliqua interuenierit parti interrogatio, & responso, vel pars sine interrogazione promiserit, vt possit discerni, an fuerit stipulatio, vel alia promissio.

Quarto derogatur regule ratione materiae non congruentis, vt si in tit. de pollicita. dicatur promissit, intelligatur ex re, & ex materia, per pollicitationem, & non per stipulationem, l. i. & per totum. ff. de pollicitatio. Idem in materia de praescriptis verbis, vel simili. Videte alia, quae tradunt docto. in d. §. quod fere. & in l. lecta. ff. si cert. petat. & l. sciendum. de verbor. obligat.

Stipulatio quid.

Stipulator quid.

Reus stipulandi quid.

Promissor.

Adpromissor.

Expromissor.

Expromittere.

Improbabilis sententia Alciati de expromissore.

Statuta in fide iussoribus loca habent in expromissoribus contra doct.

contrarium, quia expromissor est generale nomen, vt dixi, comprehendens quicumque pro alio promittentem, l. vt res. ff. de contrahend. emptio. & supra dixi: sed expromissor pro alio promittit, ergo is comprehenditur. Vnde promissor est is, qui aliquid suo nomine pollicitur, l. i. §. stipulationem. ff. de prator. stipul. expromissor vero, qui extra nomen suum promittit, quod in fideiussore cadit: & sub nomine cautionis, ou pleiges etiam comprehenditur per praedicta.

Fideiussor & ante obligationem accipi potest, l. eo tempore. §. i. ibi, quoniam fideiussor futurae quoque actionis accipi possit. ff. de pecul. & post obligationem etiam, l. omni obligationi accedere potest fideiussor. quae est prima, cum multis legibus illius tituli de fideiussoribus. ff.

Pollicitatio est solus offerentis promissio, l. 2. ff. de pollicita. ab hasta & auctione acceptum, vt docet Alciat. in l. parergon. c. i. in princ.

Interdum accipitur polliciti pro promittere, vt in l. tenetur. §. pen. ibi, praesaturum se esse pollicitus sit. ff. de actio. empt. videte quae dixi in meis interpret. ad legem i. ff. de pact. vbi contra interpretes de pacto & pollicitatione scripsi. Pollicitator in l. cum duobus. §. si in cocunda. ff. pro socio, pro promissore.

Non solum. Haec particula auget in sequentibus, si non sit duplex negatio, vt hic, alioqui dimittitur, teste Valla lib. 3. c. 29. Primum enim iste text. loquitur de stipulatione, & postea de omni promissione: idem probatur in l. bonorum. i. ibi, non solum quae domini nostri sunt, sed etiam si bona fide a nobis quae deantur. l. locus. in fin. & l. heredis. i. & l. frugem. l. verbum erit. l. verbum exacta. l. urbana praedia. l. transacta. & l. malum. §. viduum. infra eod. Vnde si quis donauerit non solum vestes, sed etiam libros, vtrumque consequitur donarius, quia dictio haec, non solum, respicit augmentum, l. si quis in princ. ff. de instit. actio. l. i. in fin. de tributo.

Quando vero est duplex negatio, quod minus, probat l. i. §. i. versiculo, sed scire venditorem, & celare sic accipimus, non solum si non adiuuauit, sed etiam si negauit seruitutem istam debere, cum esset ab eo qualitum. ff. de action. empti, vbi non monere, minus est quam negare.

Dictio autem sola, vel solam, sine alia dictione, etiam excludit, in l. bona ciuitatis. infra eo. vbi dicitur.

IDEM LIBRO QVARTO Ad Edictum, Lex octaua.

Verbum oportebit tam praesens, quam futurum tempus significat.

Verbum oportebit, quamuis futuri temporis sit, tamen praesens etiam tempus significat: vnde qui promissit dare, quicquid in festo nuptiarum oportebit, tenetur etiam ad id, quod oportet tempore promissionis, si eo die forte fieret festum, vel qui scholastico promissit, quicquid oportebit ad studium, etiam tempus praesens significatur. Vnde Paulus Iuriscōsultus ait, si a colono stipulatus fuerit, quicquid eum dare facere oportet, non amplius in stipulationem deducitur, quam quodam dari oportet, l. si a colono. ff. de verb. oblig.

Notandum est triplex nos habere tempus, videlicet praesens, quod Graeci vocant παρσεντα, praeteritum παρασποντα, futurum μελλουσα. De hoc triplici tempore loquitur Pomponius l. cum in secundo. ff. de iniustis, rupto & iniuriam tamen ibi, multa autem interest, qualis conditio posita fuerit, nam aut in praeteritum coepta ponitur, aut in praesens, aut in futurum, &c.

Et cum haec tempora iunctim quandam inter se habeant colligationem, connexitatemque, ob id vnum pro alio frequentius ponitur: vnde praesens continet

Fideiussor quis.

Pollicitatio.

Polliciti pro promittere.

Non solum sine negatione auget.

Verbum oportebit.

Triplex est tempus.

continet præteritum, ita demum si effectus præteriti duret de præfenti, vel quando participium est adiunctum illi præfenti: vt Troia capta est, l. verbū erit. infra eo, l. is qui, §. quod ait. ff. quod vi aut clā.

Si vero præteritū sit finitum, tunc præfens non continet præteritum. l. prædiis. & l. Offidius. ff. de legat. 3. vbi si quis leget prædia, & reliqua actōrum, non videbitur pecunia exacta legata, quia iam hoc finitum est.

Regula ergo est, quod verba præfentis vel præteriti rēporis regulariter non continent futurum: vnde si seruitus sit imposita hoc modo, Lumina quæ nunc sunt, ita sint, de futuris luminibus nihil cauere videtur, l. si seruitutes. ff. de seruitu. vrb. prædij. Et si legauero argētum meū, vel libros meos, hæc demonstratio meum, præfens non futurum tempus offendit, l. si ita. ff. de auro & argento lega. Et si quis legauerit ea, quæ viuus donauerat, non comprehenduntur ea quæ post testamentum donata sunt, l. vxori. §. i. ff. de leg. Et qui remisit id quod Tiriū debet, non extenditur ad id, quod postea debedit, l. Aurelius. §. Tiriū. i. ff. de aur. & argen. leg. l. si ita scripsisset. de lega. 2. l. si a colono. & l. cū stipulamur. de verb. oblig. vnde Iurif. ait, si de plurimum dolo quis cauere velit, necessarium esse adiici, Cui rei dolo malus si non abest, vel non abfuerit, quanti ea res erit, tantam pecuniā dare spōdes? l. stipulatio ista. §. si quis dolum. de verb. oblig. ff.

Primò derogatur huic regulæ in dispositione legis per verba præfentis vel præteriti rēporis concepta, quæ bene extenditur ad futura: vnde si lex, vel ordinatio puniat eum, qui facit, vel fecit homicidium, punietur etiam is, qui faciet, l. vnica. de condictione. ex lege. ff. Tum quod ea sit legis natura, vt futuris det formam negotiis, cap. fin. de consti. l. leges & constitutiones. C. de legib. Tum etiam, quia semper lex loquitur, l. Arriani. C. de heret. l. illicitus. in princ. ff. de offic. præsid.

Idem in statutis concludit Alex. consil. 199. respicētis his, in 6. volu. Et quod vi aut clam factum est, demoliri debet, de præfenti & præterito intelligendū est, gloss. in rubr. quod vi aut clā. ff. l. is qui, §. quod ait. ibidem. Et cōprehendit quoscuq; ædificantes etiam post legē factam, Et sic omnes leges, ordinationes, vel authenticæ Codicis, quæ loquuntur per verbum hodie, extenduntur ad tempus futurū. Bar. in d. l. si ita. col. 2. ff. de auro & argento lega. Imola in clem. fin. col. 8. de rescri. pr.

Quod non feruatur, quando lex contineret delictorum remissionē, tunc ad futura delicta nō extenditur: nempe cum lex in præteritum quid indulget, in futurū vetat, l. cū lex. ff. de legib. vnde si exules dandō decem a banno liberari debeant, intelligi debet de bannitis tempore legis vel ordinationis, non de futuris, l. 2. C. de generali abolitio. Bald. & Salic. in d. l. leges. C. de legib. Alias daretur materia delinquendi, quam iura tollere solent, l. iurifigentium. §. si paciscar. ff. de pact. l. conuenire. de pact. dotal. l. ason in l. 3. not. 14. de iure iur. ff.

Item constitutio respectu certæ causæ concedens priuilegium forte debitoribus, ne intra annū conueniantur ratione belli, non extenditur ad futuros debitores, d. l. cum lex. & l. placet. de liber. & posthu. ff. Tum quia hoc est odiosum, & sic restrictum, l. 3. §. si is. ff. quod quis que iur. Tum quia alias facultatem contrahendi & credendi tolleretur, & sic intellectus esset absurdus, Salic. in d. l. leges. C. de legib. & quia non est ea ratio in futuris, qui forte non patientur bellum. Etiam si dispositio loqueretur per verbum subiunctiuū temporis, quod possit adaptari alias ad futurum, glo. in l. cum tale. in fin. ff. de conditio. & demonstrat, dixi in §. præterea. in verbo, studuerint. de collat. in concordā.

Quamuis contrarium teneat Angel. in d. l. si seruitus. de seruitutib. vrb. prædij. abunde scripsi in tract. de liter. dilator. in 2. tomo comment. in conscri. Reg. Gallic.

Secundò flectitur regula, vbi in dispositione apponitur verbum potest, vel aliud extensiuum, tunc ad futurum extenditur, vt si tantum legem Titio, quantum capere potest, etiam ad futurum trahitur, scilicet quantum capere poterit, l. si ita quis. ff. de lega. 2. l. i. ff. de iniusto, & irrito fact. testa. mento. Intellige si verbum potest referatur ad aliquam causam certam, tunc est extensiuum in futurum ex illa tantum causa, non ad aliam, lege, quod seruus. ff. de conditio. causa data. vbi Barr. & Paul. & in l. damni. §. si is qui vicinas. de damno infecto. Si nō referatur ad certam causam, generaliter extenditur ad futura, in his ad quæ verbum referatur, secus in aliis. Bartol. in l. si ita. columna secunda, ff. de auro & arg. lega.

Tertiò idem in alio verbo emanante circa dependentia à mera defuncti voluntate: vt si testator dicat, si cui bis lego, semel deberi volo, licet bis legauerit de futuro, semel debebitur, l. talis scriptura. in princ. ff. de leg. 1. vbi docto. Idem in verbo, tunc. l. tutoribus. vbi Bartol. de testam. tutela. ff. l. si quis. in princ. de legat. 3.

Quartò perdit officium hæc regula, quando variatio ex dispositione testantis contingit in futurū circa eandem rem, vel quæ loco eius habetur, tunc etiam verba præfentis & præteriti temporis ad futurum trahuntur: vt si legata sint alimenta, quæ viuus præstabat, intelligitur nō solum de his, quæ tempore testamēti præstabat: sed etiam de his, quæ post testamentum præstabit, l. Mela. §. i. ff. de alim. & ciba. legat. l. si. in fin. de liberat. legat.

Quintò quando de modico agitur præiudicio, vt in pignore: vnde si obligem res ad me pertinentes, cōprehenduntur etiam post obligationē quaesita, & erunt obligata, l. fin. C. quæ res pigno. obli. possunt. Petrus de Bella Pertica quæst. 230. Vnde si quis constituit procuratorē in omnibus & singulis causis, & contra quascunq; personas, & coram quibuscunq; iudicibus, censetur etiam constitutus ad causas postea mouendas: vt nominatum fuit decem in Rota decisio. 413. fuit dubitatum in nouis. Sed in procuratorio hodie solet exprimi in causis mortis & mouendis, &c.

Sextò viriatur regula, quando id quod in futurum constituitur, accedit primo, vt si quis leget, quæ debitor debet, videtur etiam legare ea, quæ postea ex vfuris debebit, l. fin. §. pen. de libera. legat. Quia vfurae sunt accessorie ad debitum, l. 4. C. de positi. secus si accessorie non venient, vt d. §. pen. & l. qui per collusionem. in fin. de action. empti. ff. l. Iulianus. in fin. de legat. 3.

Septimò non procedit, quando dispositio fiet per verba vniuersalia cum verbis præfentis temporis, siue dispositio ad personas dirigatur, siue ad res: vt grege legato, quæ postea accedunt, ad legatarium pertinent, quia hoc denotat verbum grex, l. grege. ff. de legat. 1. Idē in peculio, & hereditate, quæ augeri & minui potest, l. peculium. de lega. 2. ff. Barr. in l. si. §. i. ibidē. & l. si cognatis. de reb. dubiis.

Octauò limitatur, quando dispositio potest se habere ad cōmodum & incōmodum, vt si de præfenti contrahatur societas, extēdetur etiam ad bona quæ post societate obuenerunt, l. 3. pro socio. ff. Vnde si conuentio fiat inter duos dominos, vt vnus non accipiat exules alterius, extēdetur etiam ad eos, qui exules erūt in futurum, quia non affert plus damni, quam cōmodi afferre possit, Sic consilij Ang. consil. 261. punctus. col. penult. & vltim. Iason in l. si stipulatus fuerim. §. i. de verb. oblig. ff.

Verbum potest ad futurum extenditur.

De dependentibus à mera testantis voluntate.

Alimenta que viuus præstabat legata, de quibus intelligatur.

In obligatione rerum etiam futura comprehenduntur. De procuratore constituto in causis, an ad futura trahatur.

Lex extenditur ad accessoria futura.

Verba vniuersalia futurum denotant.

Societas ad futura bona trahitur.

Nono

Capacitas rei respicitur, futurum etiam intelligitur.

Verba præteriti plusquam perfecti subiunctiuum et optatiui, de futuris etiam intelliguntur.

Præteritum an præfens contineat.

Praxis iudicum, & notariorū.

Futurum non continet præteritū.

Nonò restringitur in materia respiciente capacitatem, vel incapacitatem eius, de quo quaeritur. Vnde si mandetur prouideri idoneæ personæ, licet beneficium habeat tempore, quo pro eo scribitur, tamen si postea resignet, & nullum beneficium habeat tempore vacationis, illi prouideri poterit, & idoneus censebitur, c. is cui. & c. cui. de preb. in 6. facit l. in tempus. ff. de hered. instituen. plene scripsi in glo. tempore vacationis. §. volumus. de collatio. in concordā. vbi nouum dedi intellectum ad d. cap. ei cui.

Decimò moderatur in verbis præteriti plusquam perfecti subiunctiuū, vel optatiui: vt si vendiderim fructum oliuæ pendens, & stipulatus sim pro decem pondo olei, quod natum esset, ad futurum extenditur, l. si debitor. in fin. ff. de contrahend. emp. vbi Barr. facit text. in l. qui Romæ. §. Agerius. ff. de verbo. oblig. Petr. de Bella Pertica q. 413. Plene Felin. in cap. de rescript.

Vltimò Iurif. consult. interdum ad tollenda dubia solet exprimere præfens & futurum, vt oportet oportere, l. & vno. ff. de acceptila. & aliis pluribus ex locis elicere limitationes poterit quis, maxime ex disputatione Vincentij Hercula. 1. & ab Imol. in clement. vlti. de rescript. vide gloss. in cap. ponderet. 50. dist. & 15. limit. hic præscribit. Cepol. videte, si ludet, per prædictas comprehendatur.

Præteritum etiam regulariter non continet præfens, vt si quis portauit extra Regnum frumentum, vel pecuniam, puniatur tali poena: nō punietur qui captus fuit in itinere Regni, quia non portauerat. Bald. in l. si fugitiui. C. de seruis fugitiuis. Ias. in lege, si quis id quod. in 2. nota. ff. de iurifid. omnium iudic. de Ripa in tracta. de peste. fol. 92. versic. septimo quæro. num. 304. in vltim. parte tract. vbi limitant, vt in ferius dicam. Et per hoc solent dicere iudices in sententia, Condemnamus, & cōdemnamus, l' auons condemné & condamnons: & norarij solent dicere, tel. & c. a confessé auoir renoncé, & renonce à tous droitz. Imo præteritum excludit præfens, vt si dicatur, fuit meretrix, ergo nō est: quod fuit, nō est, d. l. si quis id quod. fuimus Troes, fuit Ilion. Nisi duraret effectus, vt fuit ecclesiæ cōstructa expēsis Titij, & est cōstructa, vt dixi supra, in tempore præfentis.

Futurum verò non continet præteritum finitum, alioqui futuris verbis leges composita coartarent præteritos actus, quod nō est verum, nempe si lex dicat, qui faciet contractus vsurarios, punietur tali poena, non comprehenditur qui iam fecerat, l. leges & constitutiones. C. de legib. in auth. vt cum de appella. cognoscit. colla. 8. in princ. cap. fin. de consti. & ibi Felin. plene. Et ideo in lege solet exprimi, quando vult ad præterita trahi, clem. dispendiosam. in fin. de iudic. Et an facultas data alicui, vt possit facere molendinum, extendatur ad illud, quod iam factum erat, scribit Barto. Ias. & de Ripa in l. quominus. in 21. quæst. ff. de fluminib. Et an dispensatio ad duo incompatibilia, habeat locum in iam obtentis, scripsi in tracta. nominatio. quæst. 15. num. 34. & in praxi benef. in secunda parte de dispensat.

Si autem præteritum non esset finitum, sed in futurum extensiuum, tunc ad illud præfens, vel præteritum extenditur tempus futurum, l. verbum erit. infra eod. vt est obligatio contracta, & non dissoluta. l. si stipulatus. §. cū stipulamur. de verborum obligationibus. ff. l. nouissima. iudicatum solui. Vbi si promittam quod dolo malus aberit, intelligitur, vt etiam in præfenti non sit. facit l. Plotiana. de iure codicillo. ff. & gloss. singul. in clement. vna. de testam. vbi scripsi, post Felin. in ca. ad hæc. de rescrip.

Si vero præteritum sit pro parte finitum, & pro

parte non, tunc ad illud, quod non est finitum, extenditur futurū, l. penult. C. de vfur. nec refragatur l. in bello. §. facta. ff. de capt. quia impossibile est factum non fuisse, sed possibile est non esse, quia sublatum, & sic non futurum, argum. l. 2. §. circa. de doli except. ff. & sic præteritum non comprehenditur sub futuro de necessitate, sed ex extentione, & accidenti. Albe. post glo. hic multa de his scribit, Imol. in clement. fin. de rescrip. & Vincent. vbi supra. Sed hæc hæc tenentur.

Glossa in fine allegatur singularis per Iaso. in l. quidam. nota. i. ff. si cert. petat. quod si quis petat summam minorem, & probat maiorem, non debet fieri condemnatio, nisi ad summam petitam: quia super non petita, non est lis contestata, & in quibus non est lis contestata, non potest ferri sententia, l. prolatam. C. de sentent. & quia sententia debet esse cōformis petitioni, l. vt fundus. ff. communi diuidum. Hanc doctrinam ad verbum sequitur & citat Chassā. in consue. Burgund. in rubr. des iustices. in §. 6. glo. iusques à septe solz. num. 16. vbi allegat ea, quæ Ias. nec corrigi aut mutari quippiam, ne vnū quidem verbum, aliis muneribus forsitā senatoris impeditus. Hæc tamen glo. non probare videtur ea, ad quæ allegatur, vt licet hic videre. Doctrina tamen est vera, & vidi super hoc impetrari literas Regias, quibus mandabatur, vt quāuis actor non petisset tantam summam, si tamen iudex probatum esse inueniret de maiori, vt condemnaret reum ad probatam, facta partis interrogatione, an debeat, & auditis allegationibus suis, & probatis. Nam Princeps potest ordinem tollere, vel supplere, vt in d. l. prolatam. per Bald. C. de sen. & interlocutio. Et curia suprema sine his literis condēnare possit ex bono & æquo. Nectāto pere illæ scrupulose formæ iudiciorum, seu (vt dicunt) formalitates, dummodo æquitas subsit, sequēdæ sūt. Et ad id pertinet §. si minus intentione. & quæ ibi notantur, Infit. de actio. Oportet tamen prius interrogare partem ream super illa summa in libello non petita, & de nouo petere debet pars: & si negetur, probabit per attestaciones iam factas. dicit ergo pars. i' employe les enquestes sur ce fait: reus suas poterit etiam probare exceptiones super hoc: & ista summariè & de plano fieri debent.

Futurum tempus, hic & in l. verbum erit. infra eod. exprimitur, & alibi multoties: & notate phrasēs sequentes.

Futurum matrimonium, quod nondum est, sed erit, l. inter diuortium. infra eodem. Futurum ædificium idem, in l. si seruitus. in fin. ff. de seruit. vrb. prædij. ibi, futuro quoque ædificio, quod nondum est, sed esse speratur, vel imponi, vel acquiri seruitus potest. Futura res deterior, l. impense. infra eod. id est ventura deterior.

De futuro opere cauendum est, l. egi. si seruitus vindice. ff. l. i. de no. oper. nunciatio. Futurum est, pro erit, l. si quis rem. ibi, futurum est, vt in potestate eius, quem poenitet compromississe, sit compromissum eludere. ff. de arb. l. damus. §. item si futurum. de petit. heredit. l. Titius. de pignora. actio. l. cum in plures. §. locator. ff. locat. Futura actio, notū est. l. nemo. 2. in fin. pro socio, ff. ibi, in fraudem futuræ actionis. Futuri temporis tractus ad iudicem non spectat, l. i. §. i. de vfur. ff. ibi, iudicium accipi nō potest, antequam aliquid debeat, nec spectat ad iudicem, antequam sit debitum, l. non quemadmodum. ff. de iud. Futuri fructus & parus recte emuntur, l. nec empt. de cōtrah. empt. ff. Futura emptio, l. apud. §. i. ff. de prescr. verb. Futurum hereditas, l. 2. in princ. de hered. vendita. ff. Futurus emptor. l. emptor. §. i. de actio. empti, ff. Cū alia phrasēs sint faciles, eas nunc omittam.

Elucidatur l. in bello. §. facta. ff. de capt.

Praxis notabilis, quādo plus probatur debitum, quam petitū fuit.

De futuro phrasēs.

Futuri temporis tractus ad iudicem non spectat.

Regula, quod verba præfentis vel præteriti ad futurum non extenduntur.

Leges ad futura trahuntur etiam per verba præteriti vel præfentis temporis concepta.

Authenticæ hodie ad futurum trahuntur.

Lex continens delictorum remissionem de præterito intelligitur.

Priuilegium dilacionis datum creditoribus, intelligitur de præteritis.

Temporis nomine ad veniat, & de eo multa phrasas.

Temporis causis.

Temporales actiones & exceptiones.

Temporales prescriptioes.

Temporarium exilium, opus, possessio, in veridictum, iudicium, in 807.

Colligere sub nomine temporis omne tempus veniat, nisi materia repugnet, l. si cui. in fi. ibi, nam tempore minus soluitur. infra eod. l. restituere. r. l. cum bissexto. & l. anniculus. 2. ac l. etiã ea mulier. l. intelligendus. & l. vt sunt iudicio. infra eod.

Temporibus diuidere aquam est, vt certo tempore mihi ea vti liceat, & tibi alio tempore, l. arbor. in fine, communi diuidendo. ff. ibi, diuisum tamen aut mensura, aut temporibus.

Temporis causa vocat ea vlp. quæ ad tempus, & non perpetuo posita sunt. l. fundi. in fi. de actio. empti. ff. ibi, quæ verò ad præsens sunt, nõ esse adficij: vt puta fistula temporis quidem causa posite, non sunt adium.

Temporis medij vsuræ quando debeantur, in l. 2. de distract. pignor. d. l. si constante. §. quoties. soluto matrimonio. Tempora propria, id est sibi constituta, quod vulgo dicimus, a son temps, l. 2. ff. quibus mod. vsusfr. amitta. Tempus certum, l. pen. de nautico scenore. ff. Tractu temporis pro decursu temporis accipit iuris. in l. quod in initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere. ff. de reg. iur. Cedit tempus. in l. ff. de iuris & facti ignorantia, elucidabitur in l. eod. de iur. inf. eo. Fraus tempore fieri intelligitur, l. ait prætor. §. si cum in diem, & l. omnes. in fi. ff. quæ in fraudem credit.

Temporales actiones, quæ ad tempus cõpetunt, quæ non sunt perpetuæ, in rub. de perpetuis & temporalibus actio. in Institutio. Et quæ perpetua non est, temporalis est, l. at qui natura. de negotiis gest. ff. Et temporalis etiam vocatur, quæ est annalis, l. r. ff. quãdo act. de pecul. annalis sit. l. creditor. inf. eo.

Temporalis exceptio idem, l. creditor. inf. eo. l. 3. de exceptio. ff. ibi, temporales sunt, quæ nõ semper locum habent, sed enitari possunt, qualis est pacti cõuenti temporalis, id est ne forte intra quinquennium ageretur.

Temporales prescriptioes, quæ per tempora acquiruntur, vt in rubr. ff. de diuers. & temporalib. prescript.

Temporalis morbus, qui non est perpetuus, l. inter stuprum. §. verbum. infra eod. l. Pomponius. de adilitio edicto. ff.

Temporalis filius, l. si tibi. ff. de adopt. ibi, moribus nostris nõ conuenit tẽporalem filium habere.

Temporarium exilium, ad tempus factũ, vt pote ad annum, vel aliud tempus, l. ad cognitionem. ibi, nam & exilio temporario puniri, ff. quib. ex caus. in possess. eat. l. qui cum vno. §. temporarium exilium. de re milita. l. falsi. i. in fin. de fals.

Temporarium opus, idem. l. i. de abigeis, ff. ibi, & ad opus nonnunquam temporarium dantur. & l. i. de furib. balna. ibi, operis publici temporarij. l. r. & 2. de effract. l. seruus. de pœn.

Tẽporaria vincula, coercitio, l. fratres. ff. de pœn. Temporaria possessio, l. r. in fin. ff. de aqua quotidiana & actiua.

Temporarium interdictum, quod anno finitur, l. 2. in fin. ibi, hoc interdictum est temporarium. ff. ne quid in loco publico, inãta l. fi. de popula. actio.

Indictiones tẽporariæ, in l. quero. ff. de vsuf. lega. quæ ad tempus impostæ sunt, vt pote dicit ibi glo. tempore fertilitatis, vel alias.

Temporarius tutor, ad tempus datus, in l. 2. ff. de tut. & curat. datis ab his. Alias phrasas nunc missas faciam.

§. Actionis verbo nõ continetur exceptio.

Actionis appellatio non venit exceptio: quia exceptio est actionis, vel intentionis exclusio, l. 2. ff. de except. Ergo verbo actionis non continetur. Et verbum hic pro dictione capitur, vt in rubr. superius dixi.

Actio enim nõ debet continere sibi contrariam & excludentem qualitarẽ: ideo vile est ad frequentia, vt si constitutio vel statutum priuaret actione, vel potestate agendi, non esset priuatus potestate excipiendi, neque exceptione, l. si pœnæ. in princ. ff. de conditio. indebiti. Barba. in rubr. de except. col. 4. vers. quo ad tertium. in clem. Etiam nomine differunt, ergo & re, l. a nullo. C. de feriis. Item si creditor violentus perdat actionem, nõ amittit exceptionem. Et quia hoc est odiosum, l. extat. & l. sed & partus. §. i. de eo quod met. cau. ff. & l. si quis. C. vnde vi. Nec dicitur creditor, qui exceptione tẽtueri potest, l. creditores. inf. eo. Conditionales creditores dicuntur, quibus nondum competit actio, l. conditionales. inf. eo. & l. meorum & tuorum appellatio actiones contineri inferius scribitur. & l. nõ potest videri minus soluisse is, aduersus quem amplioris summæ actio non competit. inf. eo. & l. titis nomen actionem significat, l. litis. infra eod. vbi sub actionis nomine exceptio non continetur.

Item actionis verbum tam in ciuili quam criminali dicitur, l. 3. ff. de sepulchr. viol. Ideo si constituo procuratorem ad agendum, ipse poterit accusare, vt plene probat Corset. in singu. incipiẽte, querela. etiam actionis verbo persecutio continetur, l. actionis. inf. eo. quia actionis verbum generale est, & speciale, l. pecuniæ. §. actionis. infra eod. & l. actionis. de act. & oblig. ff.

Et sic appellatione actionis non continetur exceptio, quia actio est opus, l. 3. §. i. ibi, oneribus actionum se liberabit. ff. de iureiurando. Exceptio est illius oneris exclusio, l. 2. ff. eod.

Primò vitatur in fauorabilibus, vt in l. r. §. ait prætor. ff. de dolo. vbi prohibetur actio de dolo, quando alia competit. l. quoties. ff. de prescriptis verb. sic & exceptio, l. & elegãter. in princ. de dolo. ff. & in l. r. de excep. doli. Sed in illis legib. exceptio est expressa, & ideo venit, sed non appellatione actionis, quicquid docto. dicant.

Secundò perdit officium, quando actio accipitur pro eo quod fit extra iudicium, & sic pro acti, vt in auth. quas actiones. C. de sacros. eccles. & sic accipiunt Dialectici: & tunc excipere proprie est actus. Bart. in l. r. ff. de excep. Agit enim qui excipit, vt inferius dico vers. sexto, sicut actor etiam. explicauit abunde in tracta. except. in q. 8.

Tertiò non procedit in exceptione compensationis, quæ proprie actionis appellatione comprehenditur, quia in formam actionis deduci potest, Bar. in l. amplius. in fi. ff. rem ratã habet. Ille tamen text. vitur verbo videri, & verbo petere nõ agere.

Vltimò notanda est gloss. in verbo, continetur, exponẽs verbum continetur, id est significatur. sed ego exponerem pro cõprehenditur, quia actionis verbo non comprehenditur exceptio, vt probauit in l. notionem. inf. eo. & an proprietatẽ significet, scripsi in l. r. in fi. stip. eo. & in l. sciendum. inf. eod.

Ex prædictis apparet actionem aliud esse ab exceptione: ideo actione sublata non censetur sublata exceptio: vt superius dictum extitit, & sic in hoc discrepat ab actione.

Secundò exceptio non debet in scriptis offerri, vt actio, auth. offeratur. C. de litis contestatio. Bar. & Socin. in l. r. ff. eo. iudex tamen ex officio eas in scripturam redigi iubet, ca. quoniam de proba. De stylo curiarum Frãciæ est, quod si actor det in scriptis, vt etiã reus teneatur illi respondere in scriptis, vt plene scripsi in tract. de except. quæst. 10. in i. diuisione.

Tertiò actor in libello solet protestari, quod non adstringit se ad probandum non necessaria, teste Angelo in rub. de exceptio. in Institur. col. 15. quæst. 9. & col. 22. quia actore non probante, reus absolvitur,

Actione priuatum nõ censetur ex ceptione exclusus.

Actionis nomine accusatio continetur.

Quando actionis verbo exceptio veniat.

Differẽtia inter actionem & exceptionem.

Stylus curiarum in actionibus & exceptionibus proponendis.

Actoris protestatio, vt non probet que nõ sunt necessaria.

Reus quando probare teneatur.

Conclusio in rei libello an poni debeat.

Productio quando fieri debeat.

In exceptione lis vbi non est contestanda.

Lex viij. In tit. de verbor. signific.

absoluitur, etiã si nihil probauerit l. qui accusare. C. de edendo. Et sic in articulis solet dicere actor, quod se offert ad probandum illa, & quod sufficiet tantum sic, se offre à prouuer cela, &c. & tant qu'il suffira, per c. is qui. de elect. in 6.

Sed in exceptione reus non protestatur, & si nõ ponat ista, non teneatur probare: nempe si assumat in se onus probandi, & non probat, adhuc absolui debet, glo. in l. circa. de probatio. ff. similis in ca. ex insinuatione. de procurato. quas glo. Iaf. sequitur in §. omnium. num. 112. de actio. in Institur. & in l. qui accusare. C. de edẽdo. Quod verum intelligerem, si actor non probasset intentionem: alias si actor probauit sibi debitum, & reus exceptionem suam non probet, videlicet soluisse, succumbet, vt in l. r. de except. ff. & l. r. C. de probat. Quia vbi fundata est intentio actoris, nisi exceptio ex parte rei probetur, fertur sententia pro actore, cap. post electio. nem. & cap. cum super. de concessi. preb. Alex. in consil. 32. viso processu. col. 2. vol. 3. & consil. 38. viso & perlecto. in princ. 5. vol. Deci. in c. in presentia. in r. notab. de probatio. & in l. non videtur. col. r. vbi hoc limitat. ff. de regul. iur. post Alex. consil. 134. in causa & lite. col. r. in 2. volum.

Quartò vbi temporales actiones sunt, exceptiones tamen perpetuæ erunt, cum actor quidem in sua potestate habeat, quando vitatur suo iure: is vero cum quo agitur, non habeat potestatem, quando conueniatur, l. pure. §. final. ff. de except. cap. si autem. & cap. plerunque. vbi doctores limitant. de rescript.

Quintò in actione, & sic in libello debet cõtineri cõclusio expressa, l. r. vbi Bart. & alij. ff. de edẽdo: diuersum est in exceptione, quam simpliciter exponere sufficit, vt docet Bartol. & Socin. in d. l. r. ff. de exceptio. Quia sententia debet ferri iuxta petitionem, & libelli conclusionem, l. vt fundus. ff. communi diuid. c. licet Hely. de simon. Sed super exceptione non fertur sententia. nota. in l. r. C. de ordine cognitio. Socin. in d. l. r. Et postquam factum rei est iudici notum, debet iudex reum absolvere ex officio, l. plane. & l. fina. de petitio. hered. vnde reo necesse nõ est petere se absolui, cum iudex ex officio teneatur, teste Angel. in rubr. de except. in Institur. col. 29. in 10. quæst. principa. vers. quinto circa. sed practici Frãciæ solent describere conclusionem rei, videlicet vt absoluat cum expensis, & ista est vera praxis, quæ vbi que seruanda est.

Sextò actio die ferato produci non potest, secus in exceptione, vt asserit Angel. in d. rubr. de except. col. 15. in q. 9. Sed idem in exceptione scribit Bar. in l. miles. §. sexaginta. ff. de adult. quod est verum, si iudex pronuntiauerit, quod intra sex dies vterque producat, quicquid producere voluerit, tunc vterque etiam diebus feratis coram scriba, & graphario producere poterit, quia non est actus iudicialis, ob id etiam die feriata fieri poterit, l. actus publici. C. de feriis. secus si in iudicio fieri deberet productio, quia tunc illis diebus, quibus iudicium non fiet productio etiam exceptionis.

Septimò in actione lis est cõtestanda, per totum tit. C. de litis contest. alioquin non valeret sententia, c. quoniam cõtra. de proba. l. prolatam. C. de sent. in exceptionibus meris non debet lis cõtestari, nisi exceptio vim actionis habeat, teste Innoc. in c. super eo. de elect. Alex. in additio. ad Bartol. in l. r. ff. de excep. Aufser. in decisio. Tholosa. q. 110. gl. sing. in c. prudentiam. §. sexta. in verbo, ex confessione. de offi. deleg. & an in summariis & possessoriis requiratur litis cõtestatio. abunde explicant doctor. Corraf. & Fernand. excellentes iurium professores in interpreta. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess.

Octauò ordo omisus ex parte rei in exceptionibus opponendis non vitatur processum, secus ex parte actoris, & sic in actionibus, l. prolatam. vbi Bart. & alij, C. de sent. & in l. si queramus. de testa. ff. quod est verum coram iudice ordinario, secus coram iudice delegato, quia tunc etiam vitaretur processum, per text. in c. exhibita. de iudic. Hodie tam actor quã reus debet seruare curiã stylum & ordinem iudicij: alias excludetur a suo effectu.

Nonò delictum probatũ in modum exceptionis non punitur ordinariẽ, c. cum dilectus. in fi. de ordine cognitio. glo. & doct. in cum super. de confessis. Oldradus consil. 78. an crimẽ, quod diuersum est per modum accusationis, per totũ tit. de accus.

Decimò in exceptionibus non iuratur de calumnia, secus in actionibus, vt C. de iureiur. propter calum. dando, licet reus de malitia iurare teneatur, c. 2. de iuramẽ. calum. libr. 6. Aufser. decisi. Tholo. q. 110. glo. & doct. in d. §. sexta. Hodie in hac patria cõsuetudinaria in curiis secularibus vix iuratur de calumnia, nec de malitia, quia passim forte exercetur: vel vt melius dicam, quia abest ab illis omnis calumnia, vel saltem abesse debet.

Vndecimò vbi non oritur actio, si aqutitas suadet, exceptio oritur, vt ex promissione sine causa facta iurigentium. §. sed cum nulla. ff. de pact.

Vltimò vbi Princeps potest scribere cõtra actiones, vt in l. quoties. C. de precib. Imperato. Offere. & l. fin. si cõtra ius, vel vtilitatem publicam: tamen contra exceptiones sapientes defensiones, & in aqutitate iurigentium fundatas, non poterit, c. ex parte. 2. vbi docto. de offic. deleg. Et inciuiles illas literas dicimus, vt scripsi in tract. de rescript. & litr. Regiis, in 2. tomo commenta. ad consil. Reg. Gallicas. Alias forte differentias enumerabo in tract. meo de excep. q. 9. in quibus differat actio & except.

Licet autem actionis appellatio non contineatur exceptio, vt hic, in multis tamẽ conueniunt: Peimò sicut actio inepta reicitur, cap. examinata. de iudic. l. r. de edendo, ita & exceptio. clem. in fi. de appellatio. Et sicut inepte agẽs succubit, ibi inepte excipiens, l. r. §. Labeo. de flumin. ff. Lanfranc. in repetit. c. quoniam contra. in verbo, exceptiones. in fi. de probat. Ideo aduocatus diligẽter animaduertere debet, quibus verbis exceptionem concipiat, teste Specul. in tit. de except. §. viso. in princip.

Secundò succumbens in actione inepta, postea aptam proponere potest, d. c. examinata. ita & reus exceptionem, d. clem. fi. & Barba. in rub. de except. col. 5. in clem. secus si reus propter calumnam exclusus esse, vel ob terminum finitum, text. singu. in clem. constitutionem. vers. in super. vbi Ancha. de elect. & Feli. in c. pastoralis. num. 26. de except.

Tertiò sicut actio in specie opponi debet, ita & exceptio, nec sufficeret dicere, saluis meis exceptionibus, sed nominatim eas, & illarum factum opponere quis debet, gl. in c. pastoralis. de except. per l. scire oportet. §. scire de excusat. tuto. ff. Et debet esse certa, & clara, sicut actio, d. l. r. §. Labeo. de fluminibus. Oldrad. consil. 206. in causã. col. r. Francisc. Curtius consil. 149. sacratissime, col. 2. vbi dicit paria esse non excipere, vel obscurẽ excipere, per l. de arate. §. qui tacuit. ff. de interrogat. actio. Felin. in d. c. pastoralis. num. 13. debet etiã esse apta, suo tẽpore, loco, ordine obiecta. his verbis loquitur Bald. in repetit. l. edita. col. antepenul. nu. 115. C. de edendo. Scripsi in tracta. de restitutio. & releua. art. r. in 2. tomo. commen. ad consil. Reg. Gallicas. Potest tamen iudex illum, qui suum cognouit chirographum damnare ad soluendum per modum provisionis, seu ad garniedum saluis suis exceptionibus, vt scripsi in tract. de chirographi recognit. in ordin. Reg. in r. tom. comment. in const. Reg.

Ordo omisus a reo nõ vitatur.

Delictum in modum exceptionis probatũ nõ sit punitum.

Princeps quando contra exceptiones rescribere possit.

In quibus actio & exceptio conueniunt.

Exceptio in specie opponi debet.

Quartò ea que faciunt actorem in peritione sua succumbere, faciunt regulariter & reum in sua exceptione vinci: vt si peram seruum Titium mihi legatum, & nò probem, de quo testator senserit, succumbam, l. duo sunt Titij, ff. de testam. rut. Sic & in reo, si heres dicat legatum ademptum Titio, & reus non possit probare ademptum esse, vel à quo, succumbet, l. 3. §. si duobus. vbi Bart. expressim. ff. de adimen. lega. Barba. in rubr. de except. in cle. col. 5.

Quintò sicut libellus actoris iuxta suam debet interpretari mentem, lege, si quis intentione. ff. de iudiciis: ita in rei exceptione. Vnde si reus dicat solutum debitum, & probet præscriptum, sufficit, quia satis dicitur solutum, cum non possit exigi, teste Socin. in l. nem o prohibetur, ff. de except. allegat. doct. in ca. inter monasterium. de re iudi. Scribam in l. solutionis. in fra eod.

Sextò sicut actor actionem suã & intentionem probare debet, l. actor. C. de proba. ita reus suã exceptionem, l. i. C. de probat. l. in exceptionibus. illo tit. ff. Nam qui exceptione vitur, agere videtur, & reus in exceptione est actor. l. i. ff. de exceptio. ergo actoris nomine venit reus, sic & actionis appellatio debet exceptio contineri contra istum textum.

Sed aduertite quæto proceres, dum doct. dicunt, improprie reum agere, ego dico inspiciendam esse vocabuli agere lõgam latamque significationem, quam expono in l. Labeo. 2. infra eod. Nempe agere operari est, & facere, & ad animum refertur, teste, Varrone. Vnde agere dicimus de republica, quod huiusmodi in re est cura animi, at cum in libris cura animi maxime versetur, quis dicitur in eis agere. Verum cum reus nò minore cura suam exceptionem explicare solet, quam actor suam intentionem, ideo agere & reus dicitur, & sic est in exceptionibus actor. Iurisfc. in d. l. i. ideo sic accipiẽdo agere pro facere, reus ita dicitur agere, id est facere sicut actor, & actor est. Sed segregado significationem verbi agere, pro experiri in iudicio, mouere actionem, tunc reus non dicitur agere: sed in probationibus dicẽdum est, reũ paribus actoris fungi oportere, ipsumque exceptionẽ vel intentionem implere, vt puta si pacti conuẽti exceptione vtatur, docere debet pactum conuentum factum, l. in exceptionibus. de probat. ff. Itaque cum verbũ agere pertineat ad omnes actus humanos, nõne & reum respiciet: nempe qui mouetur, qui cogitat, agit, vt philosophi testantur, nullus sine actu esse potest. Elucidat Bart. in d. l. i. ff. de except. large accipiẽdo, reum agere, & actorem esse excipiẽdo: secus si accipiamus actorem, qui litem agit, vel mouet, tunc reus nõ potest dici actor, nec actionis nomine venit exceptio, vt hic: sed in probationibus & alijs quibusdam actibus reus partibus actoris fungitur, & ita intelligi debent illi text. in quibus docto, hætenus valde insudarunt, nec scopum videtur attigisse, vt ibi dicam in meis not. interpretationibus.

Septimò sicut actor videtur confiteri contenta in sua actione. & libello, l. cum precum. C. de liber. causa, & etiam contenta in suo rescripto in suum præiudicium, vt dico in tract. de rescriptis & literis Regis. in 2. tomo comment. ad constit. Reg. ita & reus, Bart. in l. 2. in fin. C. de his qui potentio. nom. Dec. in ca. cum venerabilis. nu. 22. de except. plene scripsi in d. tract. 1. de except. in q. 3. declarado illam regulam, exceptionem obiciens. de reg. iuris, in 6.

Octauò sicut sententia lata super actione inepta, est nulla, glo. singularis in §. penul. in verbo, secundum. Infit. de oblig. plene scripsi in tractat. except. in 3. diuisione, in verbo, libelli. Ita & super exceptione, clem. fin. de appel. vbi glo. & docto.

Nonò actor succumbens in actione inepta, in expensis condemnatur, l. properandum, §. i. & §.

sin autè alterutra. C. de iudi. Ita & reus in exceptione, cap. 1. de except. in 6.

Decimò sicut actor potest emendare & mutare libellum ante litem cõtest. l. edita actio. C. de eden. ita reus suam exceptionem, ne liceat actori, quod non liceat reo: hoc scribit nominatim Ang. in rub. de except. quæst. 10. princ. col. 24. vers. 6. & quæst. 14. princ. in Infit.

Vndecimò sicut induciã, & dilaciones deliberatoriã dantur super actione, ita super exceptione, l. fin. ff. de feriis. Cyn. in l. i. C. de dilatio. Angel. in d. q. 14. princ. vers. secundum quæro. col. 24.

Duodecimò sicut sufficit libellum actoris præsumptiue concludere, l. omnes. §. Lucius. ff. qua in fraud. credit. Bart. in l. certum. §. i. ff. de confesi. & l. cum quid. si certum peta. doct. in d. l. edita. Ita sufficit, quod exceptio præsumptiue concludat, per regulam, non debet actori, &c. Angel. expressim in in d. rubr. in si de except. Et debet necessario concludere exceptio, sicut actio; alias non est legitima, vt pulchre docet Ias. in l. duobus. §. ergo. de iureiur. ff. per d. §. Labeo. Alia in d. tract. except. q. 8. & 9. abunde explicantur: ista nunc sufficiant.

VLPIANVS LIBRO QVINTO Ad Edictum. Lex nona.

Marcellus apud Iulianum tractans notat, verbo * rapuisse & scissum & fractum contineri, & vi raptum.

Verbum rapere continet & scissum, & fractum, & vi raptum: vnde per vim capere, rapere est, scindere rapere est, frangere idem. nec refragatur quod rapere denotet vim, l. 4. §. i. ff. ne quis eum. ibi, eripere est de manibus auferre per raptum. Ergo iste text. erit superfluus, dum dicit vi raptum: ob id quidam habebant in text. vi raptum, dices, sub verbo rapere raptum quoque contineri sed glo. exponebat raptum eum qui rapit, vel eum, qui rapitur. Ego verò sic intelligerem, Marcellum voluisse plenam vocabuli rapere significationem describere: dicens, verbum rapere tria continere, videlicet scissum, fractum, & vi raptum, quamuis rapere per vim intelligatur, tamen hoc exprimitur hic, vt tria ostendat significata habere, etiam ad vberiore intellectionem: probat l. si cũ exceptione. §. qui vim. ff. quod metus causa, ibi, vi rapit. Ex quibus infero ad utilitates sequẽtes. Prima, si statuto cautum sit, vt rapiens rem alicuius, tali puniatur pœna, quidam frangit alicuius fores, que ostium, vt raperet, nõ tamen rapuit, an puniri debeat pœna statuti? & per hunc text. dicit Alber. in 2. parte statutorum, q. 229. quid si statuto, &c. puniendum, quia scissum & fractum continetur verbo, rapuisse: hoc etiam tenet Dinus & Cepola hic, vt refert Alber. Brunus in tractatu statuto. in verbo, rapere: possit tamen hic miriori pœna puniri, & in forensi iudicio puniretur, quod frangerit, non quod rapuerit.

Aliud est autem rapi, aliud amoueri: si quidem amoueri aliquid etiam sine vi potest, at non rapi sine vi, l. 3. non solum. ff. de incendio, ruina & naufragio, nisi quo ad Deum, qui cor hominis interrogat, cap. si quis. 14. q. 5. ibi, si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti, & ita peccat, ac si rapuisset.

Rapere enim generale verbum est, & rã ad personas, quam ad res refertur, & ex adiuncto distinguitur: vnde raptor, qui rapit, vt in rub. de rapto. in decret. si res rapiat, raptor bonorum dicitur, & punitur, vt in toto titul. ff. vi bon. rapr. scribitur, & in l. si quis ex domo, ff. de furtis, & trahere de itinere est rapere, text. iuncta glo. l. i. in l. 4. ff. ne quis cum qui in ius voca. est. vbi Bald.

Reus an libellũ emendare possit.

Libellus an concludere præsumptiue possit.

* Alias perripisse, vel ruisse. Rapere qd, & declaratio text.

Frangens an vt rapiens puniatur.

Amoueri & rapi difserunt.

Rapere & ad personas & ad res.

Raptor multiplex.

Raptus qd, & unde dicitur.

Rapere, de loco ad locum ducere, & an cognoscens vim in domo sit raptor.

Raptor quia pœna puniatur.

Quatuor casus ad altum spectantes infirmit.

Rapta an raptori & quando puniatur.

Edictum Regium ne quis nubat puellis sine consensu gubernatorum earum.

Rapiens virginem nonnũ viri potentem, qua pœna puniatur.

Rapiens personam virginis, dicitur raptor virginum: si viduam rapiat, viduarum, l. vnica. C. de rapto. virgin. vel raptor sanctimonialiũ, si monialium rapiat, l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler.

Raptus, est illicitus coitus, à corrumpendo dictus: vnde qui rapto potitur, stupro fruatur, in ca. raptus. 27. quæst. vlt. & cap. raptus. 36. q. 1.

Rapere proprie dicitur, qui ducit de loco ad locum, cap. lex illa. 36. quæst. 1. l. vna C. de rapr. virgin. ideo si quis per vim cognoscat mulierem in domo propria, non dicitur raptor, teste Albert. in tertia parte statutorum, quæst. 31. & quæst. 66. & Hippolyto sing. 65. statuto. & sic ille non debet puniri pœna raptus. Ego contrarium teneo, quia rapina dupliciter fieri dicitur. aliquando enim res ipsa rapitur, aliquando rei ipsius vius violenter eripitur. Res ipsa rapitur tunc, cum violenter domino eripitur, vt in perpetuum teneatur: aliquando vero non res ipsa affectatur, sed vius eius domino prohibente violenter vsurpatur. Hic ergo raptum admittit, quia florem virginitatis puella renitente violenter eripuit. Ista sane sunt verba text. in cap. fin. 36. quæst. 1. Igitur siue puellæ tantummodo, siue parentibus, siue vtriusque vis illata fuerit, hic morte multabitur, dicto C. lex illa. 36. quæst. 1. & in forensi iudicio seruatur, siue quis rapiat virginem, siue viduam, siue nuptam, aut violenter cognoscat, etiam in domo, non ducendo aliò, hic pœna mortis puniendus est: & non obstante contraria decisione vidi ad mortem aliã executionem factam, etiam si puella postea contentam se diceret, per textum singularem in lege vna. C. de raptor. virginum, quem notat Matthæus notabili 100. nota textum quem pauci sciunt, & per istum textum, vbi rapere est per vim: ergo qui committit in mulierem vim, non vitabit mortis pœnam, etiam si in domo propria, vel aliena vim inferat.

Notandi sunt in hoc Regno Francia tres casus, aut quatuor spectantes ad altum iustitiarium (vt practice loquar). Primus est raptus. Secundus, homicidium per infortunium factum, quod vulgus vocat mentre. Tertius est incendium. Quartus est nequandissimum scelus concubitoris puerorum, cum vir nubit in foeminam, vt dicit Imperator in l. cum vir. C. de adulter.

Rapta est, quæ rapitur, & non potest de iure ciuili raptori nubere, text. in authen. de raptis mulier. colla. 9. sed de iure canonico matrimonium tenet, cap. fin. de raptor. Et licet matrimonium teneat cum raptore, tamen eius executio suspenditur, donec iudicis secularis manus raptor euaserit. nam aliquando iudex alteri matrimonio raptorem adigit, vt videlicet laqueo, vel gladio vitã finiat. Imò extat edictum Regium in hoc Regno, per quod morte multatur is, qui non consentientibus parentibus, vel tutoribus, seu alijs gubernatoribus, puellæ nubit: & fuit in magna camera allegatum contra quemdam nobilem, qui duxerat puellam sine consensu illius, cui custodienda data erat, anno 1541. die nona Martij, & aretum latũ contra quemdam Cadomensem anno 1539. vbi etiam fuit dictum, quod pendente hac quæstione coram iudice seculari, iudex ecclesiasticus de fœdere matrimonij non cognosceret, quia hoc frustra fieret, si alter mori debeat: ideo exitus vnus ingressum alterius parabit. Item nobilem, qui virginem nondum viri potentem rapuerat, ad multãnam quam dicunt honorabilem curia condemnauit, bonis suis cõfiscatis, quadam tamen parte puellæ assignata, & demũ perpetuò profectus fuit, anno 1541. die prima Februarij, per textum in l. si quis aliquid. §. qui nõdum. ff. de pœnis. Guido Papa in decis. Delphi.

quæst. 555. vidi dubitari. Sed hodie de consuetudine Regni Francia, qui puellas nondum viripotentes rapuerunt, suspenduntur, vt docet Ioan. Fab. in §. item lex Iulia de adulteris. de publ. iud. in Infit. Et ordinatio. Caroli v. Impera. egregij caurũ 1540. quod contrahens matrimonium cum puella nondum attingente 20. annum sine consensu patris, aut matris, proximorumve cõsanguineorum, aut iudicis illius puellæ, prædictis deficientibus, nullam dotem, aut lucrum: contrario mulier cum iuvene minore 25. annorum eodem modo contrahens, nullam donationem propter nuptias, nullumque emolumentum ex tali matrimonio cõsequatur, etiam si postea parentes, vel prædicti consentirent: vnde prohibet, ne iudices viuis paribus consentiant, neve notarij hos contractus recipiant, neve à quoquam excipiantur hospitiõ. Ibi videte alia. Quandiu etiã filia est sub protectione Regis, quam guardiam vocant, non licet cum ea matrimonium contrahere, & nobilis contra faciens fuit condemnatus, vt continetur in lib. Olim. fol. 35.

Raptor etiam dicitur, qui res alienas per vim auferit, & ita loquitur rub. de vi bonorum raptorum. ff. & in Infit. vbi plenius licet videre, & per Lucam in l. 3. C. de nauicula. lib. 11. & per Petrum Iacob. in practica sua, in libello de actio. vi bonorũ raptorum, & Bonifacium de Vitali in tracta. de maleficijs, in eodem tit. Et generaliter canonistæ accipiunt raptorem, vt etiam prædonem contineat, vt per Hostiens. in rubr. de rapto. & superius dixi.

Eripere enim est de manibus auferre per raptũ, eximere, quoquo modo auferre, vt puta, si quis nõ rapuerit quem, sed moram fecerit, quominus veniret in ius, & vt dies actionis exiret, vel restempore amitteretur, lege quarta, ff. ne quis eum qui in ius voca. vi eximat. probat l. naturaliter. de vscapionibus lex, Pomponius ff. de acquirendo rerũ dominio. l. si ex plagis. §. primo, in fin. ibi, sed cum ei lucernã eripere vellet, rixatus esset, ad leg. Aquil.

Notandum est, quod quando quis rapit debitorem, siue eripit de manibus apparitorum, tenetur ad soluendum illud debitum, quo alter tenebatur. l. quoties. C. de exact. tribut. lib. 10. ac si in omnem casum pro eo fideiusisset. Bald. in l. addictos. C. de episcopal. audien. etiam ad multãnam, instante procuratore Regio condemnabitur.

Item si quis denuntiasisset debitori, quod volebant eum prehendere, & in carcerem ducere, istuc aufugerit, etiam ad debitum teneri debet denuntians, vt firmat Ancharanus consil. 340. viso themate. in fin. quem sequitur Hippolytus singulari 137. & Chassan. in consuetud. Burg. in rubr. des insti-des. §. 7. glo. de simple reconse, quia ipse videtur eripere: & ideo vidi condemnatum ad magnam multãnam, qui delinquenti denuntiauerat prehensionem esse contra eum concessã, & consiliaerat vt fugeret, & is delinquens fugit. nam semper ipsos denuntiantes pœna arbitraria puniri vidi, pro qualitate delicti, & atrocitate criminis iam commissi, & hoc per tex. in l. i. §. i. ff. de eo per quem factum erit. ibi, dolum autem malum sic accipimus, vt si quis venient ad iudicium aliqui denuntiauerit triste, propter quod is necesse habuerit ad iudicium non venire. facit l. 3. C. de aestio. tamẽ in ciuilibus non vidi hos denuntiantes punitos, quicquid dicat Anchar.

Si quis autem auferat delinquentem de manu viatorũ, qua pœna debeat puniri, videte. l. 4. §. pen. ff. ad leg. Iul. maiesta. & ibi docet Bart. & Guido Papa in decisio. Delphi. quæst. 579. vbi incidere aiunt in crimen læsæ maiesta. si autoritate Regia captus fuerit: secus si ab alijs iudicibus etiam Regijs, quia tunc pœna capitali. Ioan. Fab. & Ias. in §. pœnalis.

Libellus debet interpretari iuxta mentem offerentis.

Exceptio nem reus probare debet.

Quando reus dicatur agere, & nouus intellectus ad multa iura datur.

Consuetudo quis in libello & rescripto conueniatur.

Reus in expensis condemnatur.

Constitutio Imperatoris Caroli v.

Eripere.

Rapiens de bitore quomodo puniatur.

Denuntias delinquenti vel debitori, vt fugiat, an puniatur.

Auferentis a viatoribus delinquentem pœna.

Infit. de actio. & ideo videtur quanta audacia, quantaque temeritate oneratus is iuuenis sit, qui apparitor senatus eripuit reum criminis hifce diebus.

Quid si apparitor petit auxilium sibi nomine Regio impartiri, dicens, adiuuare, vulgo *aide aide au Roy*, & precepit aliquibus vt ei auxilio eficerent, qui recularunt, qua poena recusantes veniant puniendi? Responde, si seruicus habebat ius imperandi in illos, vt pote, quia erant laici, & non clerici, & delinquens euasit, tunc poena arbitraria veniunt puniendi, qui non obtemperauerint apparitori, teste Masuer. in pract. sua. tit. de poenis. §. item si seruicus capiat. intellige, si is cui precepitur erat vilis, hominemque capere ei non erat inhonestum: alioqui contra, vt Lucas in l. vna. C. ne rustica. ad vllum obsequ. euoc. li. ii. col. s. scribit. nempe si apparitor precepit doctori, vel aduocato, vt adiuuaret eum, non tenerentur hi sumere hastam, & iniuare illum seruientem: quia in hoc Francia Regno turpe existimatur homines prehendere, nisi in flagranti crimine deprehenderentur, quia etiam tunc superiores adiuutores esse debent, vt scribitur in lege Regia, Henrico 2. edita, qua est in titulo *des voleurs*, art. 2. in ordin. Reg. in 4. parte.

Tractans. Tractare, est de aliquo actu, vel re praefati, vel proloqui, *pour parler & traiter de faire quelque chose*. Iurisconsultus ait, quasi adulterum puniendum, qui domum suam praebuerit, in quam soliti sint conuenire ad tractandum de adulterio, l. & si amicis. ff. de adulter. multa tamen tractantur, quae non perficiuntur, l. si voluntate. C. de rescin. vend. vt multa dicuntur, quae non sunt, l. sciendum. §. 1. ff. de adilit. edicto. Bal. in l. multum. col. 2. C. si quis alteri. quod facit ad statutum prohibens tractatum homicidij, vt sic intelligi debeat, teste Alber. in l. vlt. in fin. C. de iure delib. & in 3. parte statutorum, q. 64. in multis vbi dicit tractatum capi pro consilio, & deliberatione, & Bald. consil. 133. quaest. in 4. vol. vbi dicit tractare idem esse, quod colloquium habere, quomodo aliquid fieri queat: vnde in rei ecclesie alienatione tractatus interuenire debet, id est diligens discussio, & indagatio rei disponenda, ea sine exceptione. l. 2. q. 2. & Panor. in ca. tua. in glo. 1. de his quae sunt a praet. dixi in compedio alienationum reru ecclesiasticarum, in verbo, tractatu. in Pandect. Florent. non est hoc verbum tractans, sed communiter sic habetur in alijs libris antiquis.

Tractare secundo loco, pro describere, dicere, & decidere sumi potest, vt hic, & l. moris. §. sed & damnari. ibi, si quis generaliter tractauerit. ff. de poenis. quauis glo. ibi pro intelligere exponat. l. metum. §. denique tractat. quod metus causa. l. item si fundi. §. 1. ibi, hinc vicinus tractatus est, qui solet in eo, quod accessit, tractari. ff. de vfu. l. miles. in fine, de adulter. & haec res dignum habet tractatum, id est digna est, quae tractetur, l. certi conditio. §. quoniam. ff. si certum. petat.

Tractare tertio tractare, vt dicit Paul. de Citadi. in tract. de iure patr. in principio, est in medium proponere, & quaerere, postea in partes arguere, demum determinare, & concludere: ita vultur Iurif. in l. cum hic statutus. §. si ambo. ff. de donat. inter virum & vxor. Ego exponerem pro explicare, tangere describere, decidere, licet glo. contra. vnde & dicitur tractatus, quia eo modo procedere debent tractantes: haec ille. Ego vero puto tractare frequentatiuum verbum esse, & poni pro eo, quod est frequenter trahere attingere, explicare: eo quod tractates materiae propositam alias materias frequenter, trahunt, & ita plene attingunt, & explicat materiam, quam tractant. Et dicitur tractatus ipse tractandi actus, & materiae descriptio ac explicatio. l. i. ibi, quia tra-

ctatus de diebus vtilibus frequens est. ff. de diuers. & tempo. praeser. Nec sequitur Iurisconsultum in d. §. si ambo. argumentantur ergo tractantes meteriam: quia ibi ad partes Iurisconsultus non arguit, vel disputat, sed omnes casus, qui ex quaestione proposita accidere possunt, decidit, sicut debet facere is, qui aliquam tractat materiam. probat Iurif. conf. in l. naturalis. ibi, in hac quaestione, totius obrem dati tractatus inspicere potest, qui in his speciebus comperit. de praescript. verb. ff. atque in meis scriptis illum argumentandi modum de industria non sum secutus, ne calumnias improborum quorundam, dum in vtranque partem disererem, tueri viderer, ansamque delinquendi subministrarem, deinde quia nec proposita materies patitur, & ne rudium tyronumve animi, quibus haec praecipue scribo, multitudine, & difficultate rei onerentur: postremo quia hic titulus satis amplam diffusamque per se materiam habet, si discendi ratione longius produceretur, in immensam molem cresceret hoc nostrum opus. & liberum erit cuique, quod sibi parum probatum putabit, non sequi. nostros enim tantum labores producimus in publicum.

Quarto tractatus, pro quaestione. l. vlt. in fin. ff. si pars hered. peta. allegatur d. l. naturalis. §. sed si facio, ibi, haec species tractatus plures recipit, iuncta l. qui quadraginta. in prin. ibi, dixi hac quaestione. insolubile qui tractatus apud dialecticos * *ambiguo* dicitur. ff. ad l. Falc. l. Nefennius. ibi, tractatu est. de negot. gest. l. 1. §. penult. de calumniat. & l. in causa cognitione. l. §. 1. ff. de minor. vel dicitur, vt proxime dictum fuit.

Quinto tractare aliquem, est blandere, & suauiter eum recipere, cap. ego N. ibi, legarum apostolicae sedis quem certum esse cognoscam, in eundo, & redeundo, honorifice tractabo, de iure iur. ext. Inde tractati clementius, a Iurif. consulto dicuntur in l. capitalium. §. solent. ff. de poenis. id est *plus doucement, plus benignement tractabiles*.

Sexto tractare, exercere, vt promittunt medici, tractant fabrilis fabri: & pertinere ad me videtur ratio, si modo eam tractaueris me mandante, l. si quis ex argentiariis. §. pertinere. ff. de edendo. vel ibi pro administrare capi potest, vt in sequenti dicitur.

Septimo tractare dicitur curare, vt medicus languidum tractat. Octauo tractare administrare, vt thesaurarius pecuniam tractat, & haec duo rhetores probant. Nono tractare, enarrare, exponere, & deducere media, quod Gallice *declarer, deduire, remontrer* dicimus, Buda: in forenlib. Sunt & alia significationes, quas omnino persequi grammaticorum & rhetorum est, non nostrum, ne limites Iurif. consultorum egrediamur.

Tractoriae literae sunt, quibus praebetur facultas alicui capiendi equos & ducendi ex cursu publico, quorum equorum vfus erat interdicitus, l. cursum. C. de cursu publico, lib. 12. & Tractatores vocantur, qui istas habent literas, l. vnica. C. de tractor. vbi Pyrrhus & Laz. in comment. reipub. Roma. lib. 2. cap. 14. Vel literae tractoriae sunt, quas Imperator pro suis nuntijs recipiendis, & tractendis mittit, vt asserit Lucas de Penna rubr. C. de tractor. & statui. lib. 12. & vt literas perferentes tractari debeant, apparet ex Neemia cap. 2. in fin. & secundi Machabaeo. ca. 11. & quid significet illa stipulatio, promittit Titium obseruare vt filium, id est, tractare, tradit tex. & doct. in l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig.

Nota, notare, pro adnotare, designare, scribere. l. si quis seruus. in fi. ibi, Marcellus notat. ff. de actio. emp. & l. si quis Titio. ex quib. caus. maior. & l. liber to. §. lit. ibi, Vlp. not. ff. de nego. gest. l. ite apud. §. hoc edictum. ff. de minor. ibi, notetur. l. si praetor. §. Marcellus. de iud. quicquid ibi gl. & doct. scribant.

Authoris excusatio quod in diuersas partes non fuerit argumētatus.

Tractatus pro quaestione.

Legendū est *¶* *Admodum*, vt est in Pandec. Floren. nec vlt. pado pbatur hac Alciati castigatio.

Tractare est blandere suscipere.

Tractoria quae sunt literae.

Notare quot modis sumatur.

Notare

Notare quoque reprehendere, animaduertere dicitur, l. Graece. §. si quis. ff. de fideiussor. l. si quis testamentum. ad legem Aquiliam. & l. non solum. §. quaquam. de iniuriis. & l. sed an vitro. §. 1. de nego. gest. in quibus legibus omnibus dicitur, apud eum notari, vel Iulianus notat, & l. Iulianus autem. ibi, quae sententia vera non est, & a multis notata est. nam Paulus & Vlp. notas in Papiniani libros fecerunt, quibus ceu Aristarchi virgula errata eius denotare voluerunt, quas tamen Theodosius & Valentinianus Augusti, quia auctoritati tanti viri non sic detrahendum existimabant, in firmandas statuerunt: similiter & alij Iurisperiti in alios notas scripserunt, vt Claudius Tripho. in Sabid. Scuolam, Marcellus in Iulianu, & rursus in Marcellu Aelius Marcian. de quibus notis intelligimus apud Iurif. consultos, & illis notis reprehendebantur, ideo etiam notare pro reprehendere acceptum est, vt superius probatum fuit. Item apud aliquem notariis dicitur, qui declarat, vel distinguit dictum eius, Oldendor. de verb. copia, & inueni in Codice Theodos. rubr. de respons. prudentum haec verba, Notas etiam Pauli, atque Vlpiani, in Papiniani corpus factas, sicut dudum statutum est, praecipimus infirmari.

Notare praeterea, afficere infamia, infamare est, l. milites. 2. §. irreuerens. ff. de re mili. veteres notauerunt, & c. l. 2. & l. Athletas. §. Pomponius. & fore toto tit. de his qui notat. infam. & quia ignominia signat hominem, ideo nota dicitur, vt in l. lex Cornelia. in fine. ibi, in notam aliquorum producitur. ff. de iniur. l. 1. §. denique. ibi, hos enim puro notam non euadere. de postuland. facit. l. turpia. ibi, denotandi magis legararij, id est infamandi. ff. de lega. 1. interdum tamen adiicitur nomen infamia, vt in rubr. de his qui not. infam. ff. & C.

Nota, cognita, Leum qui. ff. de iniuriis, ibi, peccata nocentium nota esse oportere, & in alijs plerisque locis iuris animaduertere licet.

Notae, indicia, signa, vt nota salutis: & nota quoque verbo cicarrices continentur, l. 2. in fin. ff. de seruus fugitiuis. ibi, seruorum fugitiuorum nomina, & nota, cuius se seruum quis esse dicat, ad magistratus deferuntur: vel notae sunt literarum compendia, vel breuiaturae, l. Lucius Titius miles notario suo testamentum notis dictans, antequam literis praescriberetur, vita defunctus est. ff. de testam. milit. Hispan. in dictio. ad leges: & nota dicuntur signa seu literae, quibus aliquid significatur, quas Graeci *σφραγισ* nominant: vt ea quae sunt in voce, sunt notae earum passionum, quae in anima, & quae scribuntur, notae eorum, quae voce continentur, vt Arist. *vel signa* li. 1. & apud Valerium Probum legi satis potest, de quibus etiam Imperator Iustin. in l. 2. circa finem. §. si quis vero. versic. omnia enim. C. de vere. iure enuclean. & in proximo ff. §. illud autem quod iam.

Notabiliter, l. item. §. hoc edictum. ff. de iniur. ibi, ea enim quae notabiliter fiunt nisi specialiter notentur, videntur neglecta. vbi gl. duobus modis ea verba exponit: quos videte, si conueniant text. etenim melius quadam percipiuntur, quam sermone declarari possint.

Notarius, qui notas conficit, a notisque nomen deductum est, qui & tabularius nuncupatur, l. generaliter. C. de tabula. lib. x. & a Iurif. consulto. seruus publicus vocatur, l. non enim. ff. de adoptio. l. 2. rem pupil. salu. fore. de notario est text. in l. Lucius. ff. de testa. mili. & in l. 1. §. Iudi quoque. de var. & extraord. cognit. qui etiam librarius dicitur in l. si librarius. ff. de reg. iur. quod olim libros scriberent.

Nota auctoritatis, id est recepta auctoritatis, l. 3. in fin. ff. de libe. exhi. & de dolo. l. non debet. nam

Ignominia quare nota dicitur.

Nota quae dicitur.

Notabiliter.

Notarius qui dicitur.

Nota auctoritatis.

quod in vna lege dicit recepta, in alia dicit nota.

Nota nequitiae explorata, & aperta malitia. l. 3. §. Iulianus. ff. de liber. exhiben. ibi, is vero qui conuersum facit, si humilis sit calumniator, notaeque nequitiae, representanda cognitio est.

Notae demonstrationis, pro signo, l. qui ex pluribus fundis, quibus idem nomen impositum fuerat, vnum fundum sine vlla nota demonstrationis stipulatur, incertum stipulatur, id est eum fundum stipulatur, quem promissor dare voluerit. ff. de verb. oblig.

Notae exheredationis, id est labes illa, qua quis exheredatus est, l. 1. §. sed & exheredato. ff. de alsi. gnand. liber. ibi, nec nocet ei nota exheredationis.

Notae extremae, litem. §. praetor. versic. etenim. ff. de iniur. id est maxime vilis, & infamatus, ignominiosus, perditus, ibi & quid si compeditus, vel male notus, vel notae extremae, & c.

Nota eximere, stigmatica gratiam facere ignominiae, Buda: in Foren. *saouer de n'encourir note d'infamie*, quod solus Rex, & curia suprema possunt, vt scripsi in l. aliud est fraus. infra eodem, de clausula. *sans encourir note d'infamie*.

Notandum, adnotandum, animaduertendum, l. 3. in fin. ff. de calumnia. ibi, illud erit notandum, & c. & in l. proinde. §. notandum est. ff. ad leg. Aquil. seu diligenter considerandum, vt exponit Aegid. Bellamera in c. cum olim. 2. in 2. no. de offic. delegati.

Notando & disputando, l. munerum. §. mixta. ff. de muner. & hono.

Notabilis, l. 1. §. secundo loco. ff. de postul. ibi, item personas turpitudine notabiles, id est dignas nota turpitudinis, scilicet infamiae.

Notabilis quoque interdum res dicitur digna notatu, vt notabilis text. notabilis glo. vnde notabiliter, de quo proxime diximus: & dicitur insignis, vulgoq; Gallice eo vimur nomine in bonam accipientes partem, vt *notables personnes*, vt scripsi in in tracta. de sent. execut. art. 16.

Notis scribere est breui & compendioso genere excipiendo vii. l. inter. §. eos qui notis scribunt acta praesidium, rei publicae causa non abesse certum est. ff. ex quib. caus. vbi Buda: ait eos, qui notis scribunt, exceptores dici posse, quia omnia propemodum & aduocatoru, & praesidis in curia parlamentis acta excipiunt, & scribunt, & ideo qui sic acta praesidium scribebant, non essebantur abesse reip. cau. ab vrbe. Rom.

Nothi & nothia quae sint, declarat Buda: in l. vulgo concepti. ff. de stat. ho. de notione dicitur in l. notionem. infra cod.

Et scissum. Est autem scindere, quasi findere: & Alcia: exponit hic scissum, id est laceratum. lacerare enim est dilaniare, & per partes discindere, *mettre en pieces*, l. Labeo. i. infra eod. vbi dicam.

Et fractum. Frangere est rumpere, conuulsare, l. si seruus seruus. §. serui. vers. si quis alteri damnum faxit quod vserit, fregerit, ruperit iniuria, quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum es domino dare damnas esto. ff. ad leg. Aquil. & §. si calicem diatetrum faciendum dedisti, si quidem imperitia fregit, damni iniuria tenebitur, ibidem. & §. si ex plaustro lapis reciderit, & quid ruperit, vel fregerit, Aquiliae actione plaustriam teneri placet, si male composuit lapides, & ideo lapsi fuerint. ibid. vbi plaustriam pro autiga, seu quadrigario accipit. facit l. 3. ibi, erus, vel aliud fregerit. de seruo corrup.

Plaustrarium.

Sciendum est, licet proprie eius verbi significatio ad corporeas res referatur, vt illis superioribus locis comprobatur, tamen vltatisime ad animum, & incorporea transferimus, vt si frangere fidem, qui eam non seruat, dicitur, l. sed si hac. ff. de in ius vocand. ibi, sed si suis nummis emi, & fide fregi, pro patrono non habebor. l. illud. de const. pecu. l. 1. §. 1.

Nota nequitiae.

Nota demonstrationis.

Nota exheredationis.

Nota eximere & curia suprema possunt.

Notandum.

Notabilis.

Notis scribere. Exceptores.

Nothi & nothia, notio. Scindere & lacerare.

Frangere.

Plaustrarium.

Frangere fidem.

An sit obediendi seruienti peccati anxiosum.

Tractare quot modis accipitur.

Tractare & tractatus quid & quot modis dicantur.

ff.depositi.l.cum proponas. C.de pactis,& passim in iur.& fides rupta dicitur.in l.ei apud.ff.depositi.

Confringere.

Confringere,simul & quasi minutatim frangere, l. si seruus seruum. §. si quis aedificij mei fores confringerit, lege Aquilia tenetur. ff. ad legem Aquil. l. Iulianus. §. proinde & si vini, vel oleum, vel quid aliud effuderit, confringerit, ad exhibendum tenetur: ff. ad exhibend.

Infringere.

Infringere idem, quod confringere, l. 2. §. si conseruatis ibi, si faber incudem, aut malleum infringerit, non imputaretur ei, qui locauerit opus. ff. ad l. Rhodiam de iactu, vel infringere, nō frangere: vt infractus viribus, infractus animo sēp apud oratores vsurpatur, quod non persequimur.

Effringere. Effradores

Effringere est vi, vel impetu quodam frangere, vt quidam furandi causa fores effringunt, qui & effradores dicuntur, & scuerius in eos animaduertendum est, quam in fares simplices, l. 1. ff. de effracto. Et cognoscit praefectus vigilum de incendiariis, & effractoribus, furibus, raptoribus, & receptatoribus, l. 3. §. 1. de offic. praef. vigil. hodie autem iustitiarum prouincia, teste Matthaeo de afflicto. in cōstitutur. Neapolit. lib. 1. de officio iustitia. prouinc. 7. notab. Alij vero carceres effringunt, de quibus sumendum est supplicium, vt in d. l. r. de effracto. ff.

Quando licet domos alienas effringere.

Et quādo licet domos alienas effringere, destruerē, & demoliri: Respond. ob crimen haeresis, vel lesae maiestatis, cap. foelicis. de poenis. libr. 6. & si sint prope muros ciuitatis, per quas aditus sit hostibus. l. aedificia. C. de oper. publi. vel vt fiat noua via publica, vel templum. d. l. aedificia restitui tamen aestimatio debet domino aedium, l. 2. C. de seruis, qui pro praemio. & gloss. in l. si locus. quemad. seruitur. amittant. & Matth. vbi supra, &c.

Hospiende rebus fractis tenentur.

Vltimò, vt omnia semel apprehendatis, in no. libris legi, Verbo perisse, & scissum, & fractum contineri, & vi raptum. & sensus est, quod caupones tenentur, si res hospitum culpa eorum perierit, l. 3. §. at hoc edicto. ff. nauar. caupo. & perisse dicitur, si res est scissa, fracta, & vi rapta. sed nunc hunc non discutiam intellectum, sed forte in l. impensae, infra eod. ne plura.

IDEM VLP. LIBRO SEXTO AD EDICTUM. Lcx decima.

Creditores accipiēdos esse constat eos, quibus debetur ex quacunque actione, vel persecutione, vel iure ciuili, sine vlla exceptionis perpetuae remotione, vel honorario, vel extraordinario, siue pure, siue in diem, vel sub conditione. Quod si natura debeatur, non sunt loca creditorum: sed si non sit mutua pecunia, sed contractus, creditores accipiuntur.

Declaratio text.

Hac lex coniunctim cum duabus sequentibus, vsq; ad §. minus, legitur. est autem illarum prorsus eadem materia: explicant enim, qui dicantur creditores. Harum igitur legum sensus est, quod creditores dicuntur hi, quibus debetur ex quacunque actione, persecutione, iure ciuili, vel praetorio, vel alijs quouis modo debeatur. Is tamē cui naturaliter debetur, vel potest exceptione remoueri, non dicitur creditor, nec ante litem contestatam in populari actione: hoc dicit. Vnde si quis mihi debeat decem aureos ratione empti. vel cōducti, seu alia, qui debet, vocatur debitor, & ego creditor, quia credo ei id, quod mihi debet. credendi enim generalis est appellatio, l. 1. ff. de reb. credit. Creditor

velgo le creancier Gallice, debitor, le debteur, de quo in l. debitor. infra eo. facit ordinat. Regia Ludouic. x 11. rubr. des marchans, & à qui est prohibé de marchander, art. 3. de debitoribus celantibus merces, vt creditores veniant ad compositionem, vt puniri debeant. Verumenimvero quia copiosa est haec materia, in varios patens vsus (huc enim redeunt cuncti, qui de creditoribus consulere, aut iudicare volunt) ob id, vt omnia pro virili vno velut cōplexu colligamus, ad sequentia aduertite vtilissima, & vsu in iudicio forensi venientia.

Primum colligitur, illum, cui res sua restituenda est, creditorem nuncupari, tum quod res sua restitui ei debeat, & interim credit possidēti rem suam, donec eam petat actione rei vindicatio nis, vt per totum titul. ff. de rei vendica. tum etiam, quod is, cui debetur aliquid ex quacunque actione, dicitur creditor in hac lege: sed actio in rem actio dicitur, l. pecuniae. 2. §. actionis verbum. infra eod. tit. vbi ita dicitur, actionis verbum generale est, & speciale. nam actio dicitur omnis, siue in rem, siue in personam sit, petitio. Sed plerumque actiones personales solemus dicere, petitionis autem verbo omnes in rem actiones significari videntur. Cum igitur iste text. dicat eos creditores esse, quibus ex quacunque causa debetur: ergo & hi quibus ex actione reali debetur restitui, quia dictio quacunque, est signum vniuersale, nullam actionem excipiens. cap. vt ostenderet. de consecratione, distin. 4. cap. solite. in fin. de maior. & obed. l. à procuratore. C. manda. scripsi in glo. qualibet in l. sequenti, & Iurisconsultus, in l. si cum fideicommissa. ff. qui & à quib. sic ait, creditores appellantur, quibus ex quacunque causa actio competit. & sic qui vindicare rem possunt, dicuntur creditores, quia actio eis competit aduersus possidentem: & illi qui rem detinent, debitores, quia verbum debere omnino omnino actionem comprehendit. l. pecuniae. §. si. infra eo. igitur & comprehendit actionem realem, & sic debitor etiam est, qui detinet rem, quam restituere debet: is autem cui restituenda est, dicitur creditor.

Creditor in actione reali an dicatur.

Item hoc declarat text. in l. is cui. §. si. ff. de actio. & oblig. cuius haec sunt verba, creditores eos accipere debemus, qui aliquam actionem, vel ciuilem habent: sed actio realis ciuilis est: ergo illam habēs, creditor vocatur, quamuis glo. in l. 1. in princ. ff. de actio. & oblig. dicat actionem in rem, non esse proprie actionem, & sic debitorem proprie non esse, quia actione reali tenetur, quia in rem actio non praesupponit obligationem praecedens. nam is, qui detinet rem meam, nullo iure mihi tenetur, §. omnium. Insti. de actio. & ibi las. num. 98. & Alex. in l. debitor. ff. ad Trebel. & cōf. 64. col. 1. in 3. vol. & ista est communis cōclusio, quod ille, qui detinet rem meā, non dicitur proprie debitor, nec ego proprie creditor, secundum Alex. in l. 1. in fin. ff. si cert. pet. tamen ego contra arbitror, illis superioribus argumentis inhærens, nempe si iniuste rem meā detineas, nemo ambigit, quin tenearis mihi aliqua actione, vel causa: ergo es debitor, & ego creditor: cuius rei quoq; testis est Petrus Stella in interpretio. l. repetitio. ff. de conditio. indeb. idque Alciar. probat, nec refragatur, illum qui rem meā detinet, nullo iure mihi obligatū: fac esse: ergo non dicitur creditor, diffiteor, quia is dicitur creditor cui ex aliqua actione, vel causa debetur: non dicit text. ex obligatione: ergo actio vel causa sufficit, vt satis hoc tex. probatur: dicit enim, ex quacunque actione, & d. l. si cum fideicommissa. ex quacunque causa, &c. & sic proprie iurisc. loquutus est, videlicet de creditore, cui ex quacunque actione debetur: quod intelligere generaliter accipiēdo actionē, nā tunc omnis actio

Proprie in realsubscrit ditor quis dicitur.

actio appellatio actionis venit: secus si specialiter, nam tunc in personam actio specialiter dicitur actio: actio vero in re, petitio, l. pecuniae. 2. §. actionis. infra eod. vbi dicitur, & sic dicitur debitor, qui ad decimas tenetur, ca. parochianos. vbi Panor. de deci. scripsi in tracta. meo de decimis. Ex quo patet, quod constitutio facta specialiter de vna actione, non comprehendit alteram, sed generalis sic: & sic ex quacunque causa competat mihi actio ego dicor creditor.

Is qui decimas debet, debitor dicitur.

Ordinatio nes contra non petentes debitum intra certū tempus hic elucidatur.

Primum autem id obtinet in statutis, vel ordinationibus odiosis, quibus cauetur vt non petens debitum excludatur, vt non intelligatur excludere eum, qui rem suam petat, vt ait Angel. in §. 1. Instit. de acti. & glo. in l. Aurelius. §. Maenia. ff. de libera. lega. in verbo, pupillae. & glo. in verbo, per refutationem. c. 1. qualit. feudum olim poterat alienari. Sed an valeat tale statutum? & valere tenet Bart. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. & las. in l. nemo potest. col. penult. de lega. 1. & Felin. in c. fi. de praescriptio. ac Gomez. in §. actionū. nu. 67. de actionibus, in Institutio. Ferrar. cautel. 38. explorati iuris, quod facit ad intellectū legis Regie, qua cauetur, vt vendentes minutatim, à detail, debita intra sex menses petere teneantur, alioqui postea non recipiuntur, vt est in rubr. des marchans vendans à detail. Et famuli intra annum, ex quo dominum reliquerint, salarium petere teneantur, si bonum eis videatur: alias post annum non audiuntur, vt patet in titulo des loyers & gaiges des seruiteurs. Et tales praescriptiones valent cum bona fide: si tamen dominus sciat debitum esse, quia contraxit, tenetur in foro conscientiae illud soluere, vt concludit plene Felin. & alij in c. fin. de praescripti. & loan. In tract. praescriptio. in quest. 14. secunda part. & tertia princip. & scripsi in dictis ordinationibus, in romo cōmentaria. in illis titulis: fateor tamen, quod in vulgari sermone Francie non solemus detinentem rem nostram vocare debitorem.

Liberatio debitoribus data nō comprehendit detinentes res.

Secundo si quis reliquerit liberationem omnibus debitoribus suis, nō intelligitur legata his, qui detinent rem suam, l. Aurelio. §. Caius. ff. de libera. lega. & d. §. Maenia. text. in l. & vna. §. 1. ff. de acceptila. vbi actio in rem exprimitur, quae non exprimeretur, si comprehendenderetur. Ideo soror, quae remisit pro centum aureis illud, quod sibi deberetur in bonis patris, non censetur remisisse res matris, vel alias, quas poterat vindicare, teste Bal. in l. pactum. q. 11. & seq. C. de collatio. sequitur las. in §. 1. nu. 102. & seq. Instit. de actio. Et si quis prohibeat de rebus debitis rationes reddi, non extenditur ad rei dominium, l. fin. §. penult. ff. de libera. lega. Transactio etiam generalis non extenditur ad res dolo occupatas, las. in l. sub pretextu. 2. per illum text. C. de trasactio. nec pactum ad res furto subtractas, l. res fratres. ff. de pact.

Pater an censetur à filio liberari, si rem detineat.

Derogatur, quando patri à filio liberatio ab actione tutelae relicta est: tunc enim & à solutione reliquorum patrem quoque liberasse intelligitur, propter affectionem naturalem: text. sing. in l. Aurelius. §. Titius. ff. de liber. lega. docet Ludouic. ling. no. vltimo. & Alex. consil. 62. ferenfissimus. col. 2. in 4. vol. nisi pater teneretur ad reliqua post liberationem, vel ratione doli committendi, qui remitti non potest, l. cōuenire. ff. de pact. dotal. Alcia. in tracta. praesumptio. regula prima, versicul. sexto inferrur.

Actio realis à principe tolli non potest.

Tertio inferi Gomez. actionem realem sine magna causa tolli non posse à principe, l. Lucius. ff. de euictio. Alex. and. in rubr. ff. si cert. petat. personalis autem potest, Bart. in l. creditor. col. 2. ff. de solut. Alex. conf. 77. col. vlt. in 1. vol. & consior. in 2. vol. Gomez. in §. omniū. xi. 16. de actionibus, in Instit. Sed quicquid dicat Gomez. non potest tolli actio

realis, nec personalis à Principe sine magna causa, l. 2. vbi glof. & docto. C. de precib. Imperat. offer. scripsi in ordinat. Regis, in tracta. de dilatio. annalibus, & in tracta. de restit. & releuat. in 2. tom. comment. in const. Reg. Gallicas.

Predicta intelligite, quando esset eadem ratio, tunc lex vel statum loquens in debitore, comprehendit eum, qui rem detinet: secus si diuersa, vel odium, vt dicit gl. not. in auth. minoris debitor. C. qui dare tutor. vel curator. poss. vbi sicut debitor minoris tutor eius esse non potest, ita nec qui illius rem detinet, quia vterque instrumentum surripere posset. Curtius iunior in l. 1. nu. 71. ff. si cer. petat. Etia postquam possim capere debitore fugitiuum, ita cum, qui rem meam defert, vt plenē cōsuluit Alex. conf. 64. & si celeberrime. in 3. vol. scripsi in tracta. de liter. oblig. art. 6. in 1. tomo. comment. in const. Reg. Gallicas.

Vbi est eadem ratio, detinet res pro debitor habetur.

Secundo intelligite, quando ex communi vsu loquendi res non appellaretur debitum tunc is qui rem vindicare potest, non diceretur creditor, vt est communiter in Fracia: ideo non veniet, per l. Labeo. ff. de suppellect. leg. in Fracia enim sunt diuersa nomina, vt pote lo debteur & deteneur. vnum ergo nomine alterius non veniet: secus vbi vsus communis loquendi eos debitoris diceret per superiora, nisi eadem esset ratio in vtroque, vt praedixi.

Constat. De eo verbo scripsi in l. tigni. infra eod. etenim haec lex satis per se locuples, & onerata doctus & materia est, ob id expositiones vocabulorum in alias reici leges.

Vel persecutione. Quod generaliter dixerat, nunc specialiter tradit, dicens illum etiam creditorem dici, quid aliquid etiam persequi potest: vnde aduocatus, qui honorarium suum persequi potest contra clientulum suum per officium iudicis, dicitur creditor & clientulus debitor, licet à clientulo certum non stipulatus sit salarium, l. 1. §. in honorariis, ff. de variis & extra. cognitio. vbi per totum titulu multi describuntur casus similes. Item eodem mediante officio iudicis persequitur filius alimenta contra patrem, & econuerso, l. si quis à liberis. ff. de liberis agnoscend. Bal. in pract. rub. de offic. iud. Inde dicunt doctores, quod officium iudicis non praesupponit obligationem. l. qui per collusionem. §. fin. ff. de actio. empt. l. quintus. de annuis leg. intelligendum personalem obligationem: sed officiu iudicis habet se instar actionis realis, vt Bar. & docto. in l. 4. §. Cato. in 3. oppositio. nu. 5. ff. de verbo. obligate scribunt, & Bald. in cap. 1. col. 8. de probation. facit text. in l. quidam. §. is aut. ff. de edend. & sic continetur hic sicut actio realis. Et licet officium iudicis non praesupponat obligationem, ex docto. sententia, tamen quasi obligationem habet, & est quasi debitum, glo. in l. si seruum. §. vlt. de verb. oblig. ff. Bart. in l. fin. ff. de iureiur. Iason. in l. centū Capua. in 4. notabil. de eo quod certo loco. Purpura. in l. 1. col. 10. de iurisd. omn. iudic. Sed ego contra sentio, vt officium iudicis obligationem cōtineat, prout abunde dicam in l. pecuniae. §. persequutionis. inf. eo. vbi persequutionis verbo extraordinarias persequutiones cōtineri puto, vt pote fideicommissorum, & si quae alia non habent ordinarij iuris executionem. Aliter etiam intelligo persequutionem, quam soleant alij iuris interpretes, in l. actionis verbo. infra eod. vbi dicimus. nam persequutionem officiu iudicis omnes intelligunt: Alcia. autem merum iudicis officium, supra expositum à nobis, fusiussq; in l. actionis verbo, vbi persequutionem officium iudicis non esse probamus.

Aduocatus ratione salarij etiam sine stipulatione dicitur creditor. An officiu iudicis praesupponat obligationem.

Vel iure ciuili. Hi quibus iure ciuili debetur, creditores dicuntur hac lege, vt quod stipulatione, literarum obligatione, sponfalia largitate, emphiteuifice

Quibus iure ciuili debetur, creditores sunt.

teusve debeat, qui quatuor contractus à iure civili originem habet, s. ius autem gentium. & ibi glossa, de iure natur. gent. & civil. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, cum omnes contractus his quatuor depts iuris gentium sint, vbi ostenditur, ob quam causam qui mihi stipulatione promissit, debitor est iure civili, ego autem creditor, l. is cui. §. fin. eo loco, qui aliquam civilem actionem habeat, ff. de actio, & obliga. §. de constituta. de actio. in Institur.

Item si prater ius debeat mihi, ex statutis forte vel constitutionibus Regijs, seu ordinationibus, vel consuetudinibus, municipilibusque legibus, dicor creditor: is autem qui debet, debitor: vt Bart. alique afferunt in l. 1. in princ. ff. de verb. obliga. & Albert. Brunus in tracta. de statut. excludentib. feminas, artic. 11. q. 2.

Creditor iure gentium & debitor quis est.

Ceterum vltra tex. dicite, cum dici etiam hic debitorum, qui iure gentium debet, & cui debetur creditorem, vt ex venditione, & aliis contractibus enumeratis in d. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. nam & id iure civili debetur, quod iure gentium comprobatur: & actiones quae non sunt pretoriae, civiles sunt, l. ius autem civile. ff. de iust. & iure. ista est sententia glo. hic. id tamen non erat necessarium exprimere, nec Iuriconsultus hic iuris gentium mentionem fecit, cum illo iure actiones mille introducat sint. l. 2. ff. de orig. iur. sed iure civili sunt comparata: omnia enim manu à Regibus gubernabantur, & sine certo iure primum populus agere instituit initio vrbis Romae conditae. l. 2. de orig. iur. ff. de do. & o. in §. 1. Institur. de actio. l. & si forte. §. 1. si seruus vind. unde dicit hic Vlp. creditores esse, quibus debetur ex quacumque actione, siue persequutione, vel iure civili, non dicit actione civili, sed iure, quia iure civili debetur etiam ex contractibus iuris gentium, ius enim civile non in totum liberedit à iure naturali vel gentium, sed illud confirmat. l. ius civile. ff. de iust. & iure. notatur ab omnibus in l. iuris gentium. ff. de pact. que res etiam limitatur ex sequente parte huius legis.

Creditor non dicitur qui exceptione repellitur.

Sine vlla exceptionis perpetua remotione. Horum verborum interpretatio haec est, vt creditor non dicatur, qui perpetua exceptione remoueri potest, vt pacti de non petendo, rei iudicate, & doli, que semper locum habent, neque vitari possunt, l. 3. ff. de exceptio. §. appellatur. Instit. eod. nulla enim videtur actio, quae exceptione repellitur, l. & eleganter §. seruus. ff. de dolo. ideo Iurifcon. infra eodem. l. creditor. definit creditorem eum, qui exceptione perpetua sum moueri non potest, qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori. l. creditor. infra eod. Ratio est, quia postquam ab eo inuito exigi pecunia non potest, non est debitor, nec alius creditor, cum ei nihil debeat inspecto effectu exceptionis. l. is cui. §. si. ff. de actionibus & obligationibus, & cum duo sint mutuo ad se relata, & correlatiua, debitor, & creditor, alterum sine altero dici non potest, lege vltima, C. de indicta viduitate, & l. Iulia Miscella tollenda, lege prima, de cupressis libro vndecimo. C. haec doctores quoque confirmant in lege prima, ff. si certum petatur.

De dictione ne vlla.

Vlla. Dicitio haec satis nota omnibus est, pro aliqua, quae iuncta negationi priuationis est signum, & praeposita negatione, nullam significat, quae est vniuersalis negatiuae propositionis signum, vt apud dialecticos: ita in l. recte dicimus, infra eod. & l. nec vllam, de perit. heredit. & l. prima, in fin. ff. quod quisque iuris, ibi, nec est vlla sententia. l. furti. §. patris. ibi, nec erit venia vlla ratio. ff. de his qui notant. in fam. sed hoc esset scrupulosae nimium curiosaeque inquisitionis, vim eius dictionis explicare, cum peruulgata sit, passimque omnibus occurrat.

de qua si quis desideret, videat in l. si creditor. in ff. de distractio. pign. de qua lege ob ista dictionem inter Bartol. & Bald. durissima fuit subhorta contentio, & eo res processit, vt Bald. falsi damnatus fuerit, quasi corrupisset eum text. vt memoriae traditum est in vita eius: quod facinus haud verisimile videtur in eum virum cadere potuisse: & sine negatione passim in iure vulgata est dicitio, vt in l. si cui ex empto, vel locato, vel vilo alio contractu, infra eod. l. extrat. ff. quod metus caus. ibi, si quis mihi probatus rem vlla, &c. ista citat Henric. de Piro in proem. Instit. cotrouersia, & alij multi interpretes.

Barto. & Bald. dura controuer-sia.

Vel honorario, id est praetorio. ex quo patet eum, cui iure honorario debetur, creditorem dici: nam ipsum ius honorarium quasi viua vox est iuris civilis. Marcian. in l. nam. ff. de iustitia & iure. vt prore, si quis constituat se soluturum pro alio, constitutus tenetur iure praetorio, & debitor dicitur: alius autem creditor, l. 1. & toto tit. de constit. pecu. ff. & in §. de constituta. Instit. de actio.

Pure praetorio debitor quis dicitur.

Item in actione de peculio, §. praeterea. Institutionibus quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur. vbi eatenus pater, vel dominus obligatur ex contractibus filii familiaris, seruive, quatenus est in peculio. ergo eius rei causa dicitur creditor iure honorario, & cui debetur, debitor.

Praeterea qui iuravit sibi deberi aduersario deferre, §. ite si quis postulare. Instit. de actio. l. 3. ff. de iureiu. & huic obligationi iure honorario factae accedere potest fideiusor, l. Graec. §. praeterea. ff. de fideiusso.

Creditor non dicitur si ex necessitate credatur.

Quod intelligendum vobis est, creditorem ita demum dici si fides ex voluntate habita est, non autem necessitate, l. si tibi. ff. si cert. petat. Socin. in l. r. nu. 39. ibidem, quia ex necessitate nemo liberalis existit, l. rem legatam. ff. de adimen. legat. & quia tum non dicitur ei credere, quando inuitus facit: benignitate tamen iuris creditor etiam dicitur, vt in ea lege, in fine, scilicet l. si tibi. Et de actione civili seu honoraria loquitur l. certum. §. si alia. ff. de confess. & de legitima & honoraria actione, quando dicitur, text. in l. si vero, in fi. ff. de noxal. actio. & de obligationibus honorariis, l. an inutilis. in fin. de acceptila. §. 1. Instit. de oblig. & l. obligamur. §. vlt. ff. de actio. & obliga. Cum ergo quaedam actiones praetoriae sint, §. sed iste. Instit. de actio. l. in honorariis. ff. de actio. & oblig. quod his debetur actionibus, debitum est, & creditum, & cui debetur creditor, & qui debet debitor: ob id hic expressit Iurifcon. ius honorarium, cum eo iure actiones quaedam inuenta sint quae iure gentium erant incognite, vt paulo ante diximus. & de honoraria persequutione agit lex, pecuniae. 2. in fi. in fi. eo. & à iure honorario honorariae dicuntur.

Ius honorarium unde dicitur.

Ius autem honorarium id est, magistratus gerunt, auctoritatem huic iuri dederunt, §. praetorum edicta. de iure naturali, gentium & civili, in Institutionibus, Papi-nianus in lege, ius autem civile. §. vlt. de iust. & iure. Dicam phrasas in dicta lege, pecuniae. quia haec lex satis est sua onerata dote.

Ordinariū quid & extraordinarium.

Vel extraordinario. Ordinarium interpretatur glo. quando iure actionis agitur: extraordinarium, autem cum officiu iudicis imploratur, vt in restitutione minorum, l. quod si minor. §. fin. ff. de minor. vos autem ita dicite, vt is cui iure extraordinario debetur, creditor dicitur, vt filiusfamilias, qui in studio degens viaticum mutuo dedit, eius rei nomine extraordinario iure agere possit. Vlpianus in lege, cum filiusfam. ff. de rebus creditis, ibi responsum est à Scauola, ei extraordinario iure subiueniendum, de declarat doctores post gloss. in l. 1. ff. de actionib. & oblig. l. in causa. 2. ff. de minoribus. glo. in ca. quoniam

Ordinariū iudiciū qd & extraordinarium.

niam contra. in verbo, extraord. de probationibus. Ordinarium iudicium etiam dicitur, quando ordo iuris in eo seruatur, extraordinarium autem, quando non proceditur in figura iudicij. Alex. & las. in rubr. C. de iudic. & docto. in publica illius tituli in decretalibus, declarabimus in lege, pupillus. §. munus. infra eodem.

Purū quid dicitur, & quot modis.

Ex quibus patet differentia inter debitum persequutione, vel extraordinario iure, quia hic ponuntur tanquam diuersa: tamen doctores vtrunque pro officio iudicis accipiendum censent: quod mihi ex sententia non est, vt paulo post ostendemus, alioquin text. hic superuacuuus esset: & pro hoc facit l. 1. §. cum feruus. ff. de his qui deiece. ibi, sed extraordinarium officio iudicis, &c.

Sine pure. Id pure debet dicitur, cum dies appositus non est, aut conditio. inde Pompon. scribit: in omnibus enim obligationibus, in quibus dies non apponitur, praesenti die debetur, l. in omnibus. de reg. iur. ff. l. eum qui. §. quoties. de verbor. obligat. Pura stipulatio sic dicitur in l. inter dum. ff. eod. tit. de verbor. obligatio. Et tum pure intelligendum esse, si non adiciatur dies vel conditio, tacite vel expresse: nam cum promitto fructus ex eo fundo, inest tacita conditio, si nascantur, l. 1. ff. de conditio. & demonstra. l. Trebatius. §. fina. ff. de hered. instituend. cap. 1. de sponsal. lib. 6. & Deci. in d. l. in omnibus. & docto. in §. 2. de verbo. obligatio. Item Iurifconsult. ait in l. ex duobus reis promittendi alius pure, alius in diem, vel sub conditione obligari potest. ff. de duob. reis, & idem esse ait Iurifcon. deberi pure, vel praesenti die, in l. in his. ff. de solut. vbi dicitur pura obligatio, quae est sine satisfatione: & pure concepta stipulatio dicitur, que est facta sine die & conditione. l. item quia. §. fin. ff. de pact. l. in personam. in fine, ibidem. & l. cedere. in f. eod.

Pura substantia.

Purum interdum sincerum, sine fordibus, macula & labe: item simplex, mundum: vnde contractus conceptus sine conditione & die, dicitur purus, & pure conceptus, quasi mundus & simplex ab adiectione diei, & conditionis, lege, duos. ff. de conditio. & demonstration.

Pura emptio.

Purus locus dicitur, qui neque sacer, neque sanctus, neque religiosus est, l. 2. §. purus locus. ff. de religio. & sumpt. funer.

In diem de bitor.

Pura substantia, aere alieno minime onerata, l. fin. §. si vero minus. C. de repud. his verbis, tunc quarta pars computatione facta purae substantiae usque ad minimam quantitem mulieri detur.

Pura, nonnunquam canonico iure dicimus, sine dolo. c. pura. 3. quast. 9. Bald. in consil. schismatis. col. 5. vers. sequitur.

Pura emptio, cui est contraria conditionalis, vt docet Vlpian. in l. 2. de in diem additione, lege, multum de hereditate vel actione vendita, & lege, si id. de rescindenda venditione: atque ita multoties in iure accipitur: nunc alia reicio, videte textum in lege secunda, C. de religio. & sumptibus funerum, vbi possessio tua pura dicitur, quando est in solidum tua, & non est alteri communis.

Sine in diem. Ex hoc colligite, cui debetur in diem, vt pote in festo Pascharis, vel calendis Martij, eum dici creditorem, sicut eum, qui debet, debitorem: vnde Paul. Iurifconsult. sic ait, in diem debitor adeo debitor est, vt ante diem solutum repetere non possit, l. in diem. ff. de conditio. indebit. vbi fit differentia de die certo, vel incerto, per legem, sub conditione, & legem sequentem, ibidem. l. 1. ff. de conditio. & demonstratio. Et si creditor id, quod sibi in diem debetur, in testamento sibi adscripserit, venia impetrata abstinere à legato iubetur, l. si quis. legatum. in fine, ff. de falf. Sunt quoque aliae phrasae, quas attigi in l. 3. in fine, supra eodem.

Vel sub conditione. Atque ita creditor dicitur, cui sub conditione debetur: at conditionalis creditor vocatur, non simpliciter quidem creditor, vt probatur in l. conditionalis. infra eod. & dicitur debitor in d. l. d. p. id est sub conditione. ff. de conditio. indebiti. l. sub conditione. l. r. mandati, ibi, sub conditione.

Sub conditione debitor an debitor dici possit.

Ex quibus inferunt dispositionem simpliciter loquentem in debitore, vel creditore, locum non habere in conditionalis, tum quia ab eo inuito ante conditionis euentum exigi pecunia non potest, l. debitor. infra eod. nec dicitur creditor is, qui nunquam forte erit recepturus, l. r. ibi, recepturi. ff. si certum petat. tum quia cum exceptio possit esse perpetua, de ea perinde iudicatur, atq; si perpetua exceptione remoueri possit. l. sufficit. ff. de conditio. indebit. glo. in cap. si gratiof. de rescript. in 6. & quod vocatur cum adiuncto, non proprie dicitur, vt conditionalis donatio, l. r. ff. de donatio. l. as. in l. r. de re iudic. post Bartol. in l. Lucius. §. quastum. de legat. 3. scripsi in interpretat. l. quod iussit. ff. de re iudic.

Nec obest dum hic text. videtur comparare creditores conditionales iis, qui pure sunt creditores. nam respondeo idem verbum in lege eadem appositum non esse nouum, vt proprie & improprie ad diuersa collatum accipi debeat. text. & glo. in verbo manumitti, in l. 2. ff. de offic. proconf. & legat. glo. in verbo legauit, in cap. Raynutius. de testam. Vel dixerim praesenti rei statu inspecto admittendum, vt non dicatur creditor, aut debitor: at futuri euentus ratione habita creditor & debitor dici potest, argumento eius, quod de appellatione dici solet, vt extinguat iudicatum, si rei praesentem statum consideretis, sed suspendit inspecto futuro euentu, quo confirmabitur sententia, cap. venientes. de iur. iur. & sic non dicitur creditor, anrequam conditio euenerit, sed post conditionis euentum sic, purisque equipollet, l. gregi. ff. de pignor. ibi, dicendum est ante conditionem non recte agi, cum nihil interim debeatur: sed si debiti conditio euenerit, rursus agi poterit: & in stipulatione sub conditione facta differunt obligatio in aliquem casum: ita ait Imperat. in §. at si ita. Instit. de verb. oblig. quia tantum spes est debitum iri, vt idem ait eodem tit. §. ex conditionalis. Quare nomine tantum, & propter spem futuri debiti creditor dicitur: at non effectu & re ipsa, vel propter exactorem, cum cum ab eo ante exigi non possit, quam conditio euenerit, vt superioribus l. probatum fuit: quia nec cessit, nec veniit dies pendente adhuc conditione, l. cedere diem. infra eod. imò ea pendente per errorem solutum repeti potest, l. sub conditione. ff. de conditio. indeb. si tamen ea conditio sit, sub qua debetur, quae omnino exitura sit, vt si moriar, vel si Antichristus (vt ait Accursius) nascetur. text. & gl. in l. quod si sub ea conditione. ff. de cond. indeb. quia vt in diem debitum solutum non reperitur, d. l. sub conditione. sic nec debitum sub conditione omnino exitura, vt inferius plenius scribetur.

Debitor conditionalis ante conditionis euentum debitor dici potest.

Ex quibus colligere possumus, si ad instantiam creditoris capi debitor possit, conditionalis non poterit ante conditionis euentum, Bart. & Socin. in d. l. r. ff. si cert. petat. nam creditor non est simpliciter, sed conditionalis creditor, vel debitor, l. conditionalis. infra eod. In possessionem tamen mitti solent creditores, etsi pecunia eis sub conditione promissa sit, l. in possessionem. ff. quib. ex caus. in posse. eat. Antequam tamen dies veniat, vel conditio, non possunt bona eius venire, vel lartit debitor, nam quid interest, debitor quis non sit, an nondum conueniri possit: nam & si non sit debitor

Pro mutua ve.

Secundò credere est mutuare, vt l. 2. in fine. & fere per tot. tit. si cert. peta. ff. & C. & in titulo C. si aduers. credito. lib. 2. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuilegijs credito. & in l. si sciens. de parricid. in rubri. nullum credentem agrico. collatio. 4. Et interdum pecunia credita pro mutua pecunia dicitur, in l. quidam tabularum. in fine. ff. de fur. & sapius in d. tit. si cert. petatur.

Pro comittere & concedere.

Tertiò credere capitur pro comittere, concedere. nam apud veteres summa potestas Dictatoribus ad tempus credebatur. l. vnica. ff. de officio præfecti. prætor. l. si. ff. de custod. reor. eo loco, non facile tyroni custodia credenda est, vbi postea videtur sapius verbo, comittenda. l. hac consulti. §. at cum humana. C. qui testa. facer. poss. l. 2. §. nos itaque. de vet. iure enuclean. & in proemio sexti lib. ibi, iuxta creditæ nobis dispensationis officium. & in authent. vt non luxur. ho. contra nat. in princip. colla. 6.

Pro præsumere.

Quartò pro præsumere, arbitrari, existimare, l. conficiuntur. in princ. ibi, quoniam creditur paterfamilias. ff. de iure codicillo. l. 2. de hered. instit. l. etiam ea muliercum moreretur, creditur filium habere. infra eo. l. 2. §. voluntatem. ff. sol. mat. l. cum. in corpus. de acquir. rerum domin. l. lecta. si certum peta. l. filius. de conditio. instit. §. 1. in authent. de instrumen. cautel. & fide, colla. 6. c. quosdam. de præsumptionibus. hinc Papin. neq; enima ipsium sibi soluisse pecuniã credendũ, à quo hereditas euincitur, l. Stichum. §. si creditor. ff. de solut. l. in bello. §. si quis, ibi, non in potestate eius fuisse credentur. ff. de captiuis. Et velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini. l. velle. ff. de reg. iur. l. semper, qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur, ibidem. sed hoc satis trinum est.

Creditrix.

Quintò in praxi solitum erat responderi positionibus per verbum, credit, etiam iure, l. 2. §. obferuare. C. de iurcuran. propter calum. dand. c. 2. de confessis, in 6. & dicitur iuramentum credulitatis, de quo in c. præsentium. de testib. in 6. sed in Regno Francia est prohibitum respondere per verbum, credit, sed per verbum veritatis, vt est in consuet. Reg. tract. de respon. per credit. vel non. arti. 2. & seq. vbi scripti in 3. tom. consil. Reg. Et de credulitate plene Lucas de Penna in l. tribuni. col. pen. C. de re milita. lib. 12. l. obseruare. in fin. ff. de offic. proconsul. & imputatur ei, qui fuit nimium credulus, id est facile credidit his, quæ iactabantur, l. 1. ff. de eo per quem factum est.

Chirographarij creditores.

Creditrix respublica, vel mulier dicitur, cui aliquid debetur, in l. pen. ff. de priuileg. credit. l. debitor. ad Velleia. Illa quæ debet, notum est.

Chirographarium debitum.

Chirographarij creditores facti ex chirographo, d. l. pen. nos dicimus vulgari sermone creditores per schedulam factos, de quibus abunde scripti in tract. de chirogr. & schedula. recogn. in primo tomo commenta. in consuet. Reg.

CAIVS LIBRO PRIMO AD Edictum Prouinciæ. Lex vndecima.

Creditorum appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderint, sed omnes, quibus ex aliqua causa debetur.

Hæc lex tollit dubitationem, quam proxime dixi, cum pro pecunia mutua habeamus titulum de rebus creditis, & sic is, qui dat mutuum, dicitur creditor: nunquid alius præter eum? & respondet tex. quod non solum hi, qui crediderunt mutua pecuniam, creditores dicuntur, sed omnes, quibus debetur ex qualibet causa: nam omnes quibus debetur, credunt, ergo dicuntur creditores, postquã habent effectum, & nomen vtiq; habebunt, l. à nullo. C. de feriis. & quod superius dictum fuit ex contractu, nunc ex aliqua causa.

Credendi appellatio generalis est, l. 1. ff. de reb. cred. & inter creditum & mutuum scribit Iurisc. Paul. differentias in l. 2. in fin. ibidem.

Intelligit creditorem illum dici, cui ex qualibet causa debetur, quando ex iusta causa debetur: alius si plagij committendi causa tibi pollicetur furo, non diceris creditor. Papin. in l. si plagij. ff. de verb. oblig. nec seruus ea qua iniuste querit, domino acquirit. l. quod seruus. ff. de acquir. endã posses. nec filius. patri. l. 3. §. ex furtiuo. ff. de peculio. nec socius socio, l. quod autem. ff. pro socio. nec vxor dimidiam partem conq;estum à marito male acquiritorum habebit, c. cõquæstus. vbi Barba. de foro comper. expresse Ioannes Lupus in repet. c. per vestras. §. 65. in 3. limitatio. de donat. inter vir. & vxor. ergo in his non dicuntur creditores: quod facit ad intellectum rubricæ, quæ in fraudem creditorum. ff. & C. & rubr. de priuileg. credit. & aliorum iurium de creditoribus loquentium.

Cessionarius tamen, cui ex iusta causa cessione fit creditor vocari potest, vt afferunt doctores in d. l. 1. ff. si cert. peta. de quo plene scripti in scholastic. priuileg. 177. quia actiones viles suo nomine habet, l. ab Anastasio. cum l. seq. C. mandat. & l. 3. de nouat.

Aliqua. Alij. habent ex qualibet causa, id est, ex quacunque causa. Nam quod in proxima lege dixerat, ex quacunque actione, nunc dicit ex aliqua & qualibet causa, & in aliquibus libris est aliqua, in alijs qualibet, & de dictione quicunq; est. l. aliud est fraus. §. 1. ibi, ex quacunque lege, infra eod. Et dicitio quicunq; est signum vniuersale, effrenatum quodammodo nunc: erum excipiens teste Luca de Penna in l. in omnibus. C. de cursu publico. lib. 12. per l. fideiussor. 2. ibi, quodlibet triticum. ff. mand. facit l. vlt. ibid. & text. in c. solitræ. de maior. & obediens. c. si tibi absenti. de præb. lib. 6. glo. in verbo, titulo. c. 1. de vsur. ibi dem. l. hac verba cui. infra eo. nullum enim censetur excipere, qui ponit quacunque. c. vt ostenderet. de consec. distinct. 4. Et publicè vrile est absentes à quibuscunq; defendi, l. feruũ. §. publice. de procurator. l. vsufructu legato. ff. de vsufr. ibi, quicunq; rei reditus est, ad vsufructuariũ pertinet, l. 3. ibi, quacunq; autem actione. de iure iurand. l. procuratoris. §. in triburũ. ibi, ex quacunq; causa ei debeatur. de tributoria actio. vnde quod in l. vt res. ff. de contrahen. empirio. dicitur, qualibet ratione, & quacunque obligatione, pro omni intelligitur. l. res hypothecæ. ff. de pigno. l. munus. 2. infra eod.

Itaque qui promisit mihi de euictione, si res euidã sit per compromissum, nõ tenetur, l. si dictum. §. si compromisso. ff. de euiction. quia sum in culpa, quare de illa re cõpromissi: sed si mihi promissa fuerit euictio, vel garendum, quocunq; modo à me res remoneatur, & euincatur, tunc etiam si per cõpromissum ferit euicta, tenebitur promittens, vt hæc dicitio, aliquid, pro fit per gloss. singular. in l. cum poena. ff. de arbit. secundũ Barbat. consil. 12. co. 8. in primo volum. Alia addidã dictum gloss. sequitur Anto. de Burgos in c. fi. col. 8. de empirio. Item si ab ecclesia data sit emphyteusis, vel feudum Ti

Creditor ex iusta causa, non iniusta.

Cessionarius creditor vocatur.

De dictione aliqua, quacunq;.

Euictio quãdo debetur ratione compromissi.

Emphyteusis quando ad extraneas transferat.

dum Titio, & heredibus, non intelligitur de extraneis, §. & si clientulus. de aliena. feudi, nisi fuerit datum Titio, & quibuscunq; heredibus, vt Bald. docet in l. 1. q. 34. & q. 48. ff. de rerum diuisio. & in c. in præsentia. col. 4. de probatio. refert Alex. consil. 30. ponderatis. col. vltim. num. 15. in 5. vol. & consil. 95. reperitur. col. 2. num. 6. in 7. vol. Socin. consil. 266. in causa. col. 14. versic. præterea Bald. & c. in 2. vol. vbi limitat. & Barba. in repe. l. cum acutissimi. col. 66. C. de fideicommiss. lason consil. 118. contra donationem. col. 3. vol. 4. & in l. Gallus. §. etiam si à parente. col. 4. num. 17. & seq. ff. de liber. & posthum.

Cognitio de quibuscunq; causis nullam excludit.

Etiam si lex Regia det cognitionem iudici Regio de quibuscunq; causis, nulla censetur exclusiua, teste Geminiano in c. decet. col. 3. de immunit. ecclesia. in 6. refert Ias. consil. 63. col. 3. vol. 3. & quia de his dictionibus est in iure frequens mentio, & maxima vtilitas, ideo alias prosequatur.

Quicquid.

Idem in dictione quicquid, vt sit dicitio vniuersalis, pro quocunque, l. propemodum. infra eod. l. Lucius. §. heredum. & §. seq. ff. ad Trebell. vt si quis rogatus sit restituere quicquid ex bonis Titij peruenisset, totum restituet. l. loci. §. si fundus. in fi. ff. si seruit. vindic. ibi, quicquid defendit, solidum debet restituere. l. habebat. in fin. ff. de instito. act. ibi, quicquid præstiterit is qui conuentus est, societatis iudicio consequetur.

Quisque, quisquis.

Quisque pro quilibet, l. 3. in fin. ff. de rei vindic. ibi, & si incertum sit, quantum quisque ponderis habeat. l. voluit. ibi, pro qua quisque heres extiterit. de interrog. actio. l. in rebus. ibi, qualis diligentissimus quisque. ff. cõmodo dat. l. sciendum. l. propemodum. l. quisquis. l. ex illa parte. infra eod. vbi de dictione quisquis traditur.

Quaque.

Quaque pro quacunque, l. vsufructu legato. §. 1. ff. de vsufruct. vbi primo dicit quicunque reditus, postea quaque obventiones. Aliter capitur in l. verbo vitus. infra eod. ibi dicitur.

Quis.

Dictio quis est vniuersalis, vnde si prohibetur res alienari quouis titulo in extraneum, non poterit heres institui, quia dicitio quis refertur ad titulum etiam improprium, vt consiluit Alex. consil. 155. v. is. col. 1. vol. 2. & consil. 3. nu. 14. in 5. vol. facit l. proinde. 2. §. 1. ff. ad legem Aquil. ibi, si procurator, aut tutor, aut curator, aut quis alius confiteatur. l. si seruus communis furtum fecerit, quibus ex dominis in solidum noxali iudicio tenetur. ff. de noxali act. l. 3. §. quacunq; ibi, vel quauis alia agatur, ff. de iureiurando. & l. si. quod iustus. Et si mandetur conferri beneficium, & quouis modo prouideri illi, intelligitur etiam per electionem. clem. 1. de præbend. Felin. in c. sedes. col. 4. de rescript. licet alias non regulariter, per d. clem. 1. & scripti in §. præfati que ordinarij. in verbo, dispositionem. de collatio. in concordat.

Quilibet, quid significat, & cum natura.

Quilibet est signum vniuersale distributum, pro quique, vulgo chacum, capitur, l. locus. infr. eo. Vnde si dicatur qualibet actio, etiam officium iudicis comprehenditur. text. in l. 2. iuncta glo. in verbo, alias. C. de quadrien. rescript. Alex. consil. 155. v. is. col. 1. num. 3. in 2. vol. & Ias. consil. 55. præfens. col. 2. volum. 3. quia per officium iudicis persequimur, vt in actione. §. 1. de actio. in Instit. Item quando quis eximitur à mulieribus, intelligitur de extraordinarijs, non de ordinarijs, l. in hon. oribus. §. qui muneris. ff. de vacat. muner. nec intelligitur de patrimonialibus. l. his oneribus in princ. ibid. nisi detur immunitas à quibuslibet muneribus, tunc illa dicitio ampliat. Bart. in l. 2. ff. de iure immunita. sic expresse consiluit Alex. consil. 30. ponderatis. col. 4. num. 14. in 5. vol.

Qualibet appellatio

Præterea si qualibet appellatio admitti debeat, vel senatus de qualibet appellatio cognoscere

debeat, etiam de frustratoria intelligitur, c. quamuis. iuncta gloss. & ibi Gemina. de electio. in 6. l. dicto consil. 55. præfens quæstio. col. 2. in 3. vol. & consil. 115. præfens. col. 8. vol. 4. & clausula, non obstantibus quibuscunq; appellationibus, sic intelligitur, doct. in cap. pastoralis. de appellat. per illum text.

Ad hæc dicitio quilibet facit, vt intelligatur plures esse rei debendi in solidum, l. non distingemus. §. de officio ff. de arbit. l. si pluribus. de leg. 2. Bart. in l. 2. col. 2. de duob. reis. Alex. consil. 135. videretur. col. 1. vol. 5.

Interdum qualibet pro aliqua accipitur, l. si cui insula vsufructus legatus est, quandiu qualibet portio eius insula remanet, totius soli vsufructu detinet. ff. de vsufruct. l. nec interest pecuniam soluendi causa numeret, aut quamlibet suam rem det. ff. ad Velleia. & proprie loquendo capitur pro aliquo ex pluribus, vt est in practica curie Romanæ: vt si dicatur, cui libet restituat, id est, cui voluerit.

Quomodolibet est distributiva modorum, omnes comprehendens modos, & perinde ac si dicas, quocunque modo, & sic omnes casus comprehendit. glo. & doct. scribunt in c. indemnitatibus. §. si qua vero. de electio. & refert Ias. consil. 63. circa primum. col. 3. vol. 3. facit c. statutum. §. in nullo. in verbo, quomodolibet. vbi Ioan. Andr. de rescript. in 6. l. consil. 120. viso testamento. col. penult. in 4. vol. Et cõprehendit omnem modum, videlicet realem, & personalem, directum, & indirectum, vt firmat gl. in clem. 2. in verbo, quomodolibet. de sentent. excommunic. in clem. quam singul. notat Curtius consil. 5. o. num. 428. scripti in gl. dispositio. nem. §. præfati que ordinarij. de collationibus in concordat.

Quolibet modo idem, Iulian. in l. ira vulneratus. in princ. ff. ad legem Aquil. ibi, occidisse dicitur, qui causam mortis quolibet modo præbuit.

Quoquomodo, id est quolibet modo, quocunque modo. Archidia. in dicto c. indemnitatibus. & importat omnes modos excogitabiles: vtor verbius Ange. consil. 283. viso themate, vt refert Hippolyt. consil. 8. nu. 37. & facit c. si canonicus. de offic. ordinarij. in 6. Vnde si mercator leget merces, quas in tali habet domo, non est dicendum legasse merces venales, aut pignori dare, nisi dixerit omnes merces, vel quoquomodo in domo sint, per l. generali. §. vxori. ff. de vsufruct. lega. vbi Bar. & Alex. in consil. 30. col. vlt. in 5. vol. Ias. in l. 2. §. 1. in fine. ff. qui satisfacti cogantur. & consil. 124. viso testa. col. penult. vol. 4.

Aliquando pro nullo modo, si præcedat negatio, vel aliquo modo, vt dicto c. indemnitatibus. §. si vero ad illam. ibi, nec aliquam in monalem recipiant quoquomodo. facit text. iuncta gl. in c. deus omnipotens. 2. quæst. 1. Idcirco si testator dicat, vt non liceat heredibus quoquomodo vendere, vel alienare, intelligitur prohibita etiam heredis institutio, vt consiluit Alex. consil. 155. v. is. & accurate. col. 1. in 2. vol. vnde eximere est quoquomodo auferre. l. 4. §. 1. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat. l. si cum exceptione. §. quocunque quod met. caus. l. cum essent. §. 1. de seruit. rustic. prædio. l. si ex plagis. §. in cluio. in fin. ibi, illud quidem certum est, quoquomodo res se haberet, & c. ad leg. Aquil. l. his solis. ff. de condic. indebit.

Quocunque modo, pro quolibet modo, & hæc dicitio est modorum distributiva, vtor verbi Archidia. in dicto cap. indemnitatibus. col. penult. de elect. in 6. vbi etiam dicit, quod natura signi distributiu est, quod si ei postponatur negatio, remouet illud quod sequitur, ab omni eo, pro quo di-

etiam siu fravortiam comprehendit.

Qualibet pro aliqua.

Quomodolibet.

Qualibet modo.

Quoquomodo.

Venales merces quãdo legata censentur.

De alienatione qualibet prohibita.

Quocunque modo.

fribuitur. Ideo si dicatur, quolibet modo non queratur, id est nullo modo queratur, & est vna dictio non plures.

Quantumcunque.

Quantumcunque, plus in se habet, quam dictio, quicquid, quia ad fructus etiam refertur, in l. balista. ff. ad Trebell. vbi si quis grauatus fuerit restituere quantumcunque pecuniam ex bonis testatoris perceperit, fructus etiam receptos restituere debet. facit l. fin. §. r. ff. si cert. peta. ibi, sed si cum Seio egero, quantumcunque est, quo minus a Titio exigere potero, &c. & quantumcunque emolumentum prestare debet, in l. idemque. §. sed si pecunia. ff. manda. & l. si fundam. ibid. & l. quod. §. in his. ibi, quantumcunque esset. de contrahenda emptio. ne. lege. domum. verfic. si vero. ibi, quantumcunque pars edificij remaneat. ibidem.

Qualitercunque. De gratia Principis.

Qualitercunque etiam est dictio valde generalis, l. pncis. infra eod. vnde si Princeps alicui ex cau sa iusta induxerit, seu gratiam concesserit, qualitercunque occiderit hominem, intelligitur etiam si non occiderit de sui defensionem, siue occiderit culpa, siue occiderit dolo. Sic concludit Alexand. consi. 35. viso themate. col. 3. num. 4. in 6. volum. & Hippolyt. Marfil. in consi. 80. qui cuncta. num. 44. & in l. vnus. §. cognitum. num. 33. ff. de quaestio. Ista tamen gratia ad casus a iure permisos restringitur, & in quibus casibus Princeps illam non concedit, vt in §. neq. autem homicidis. in Auth. de mand. Princip. colla. 3. & c. r. de homicid. vt potest quando per industriam occidisset, non prodesse gratia, vt ibidem scribitur.

Qualiscunque.

Qualiscunque fideiusor iudicio sistendi causa a consanguineis offeratur, recusari non debet. Vlpian. in l. 2. in ius vocati. & l. 2. §. ait prator. vbi ample Ias. ff. qui satisfare cogantur. vnde Vlpian. scribit, in suis venia dignus est exercitor, si qualescunque ad instruendam nauim operas adhibuerit, l. si. §. seruatorum. ff. nauar. caupo. tabu. l. 3. §. est autem personalis haec actio, & ei competit, qui in rem acturus est qualiscunque in rem actio. ff. ad exhiben. & qualescunque successores dicit l. vel quod paterfam. in princ. de relig. & l. penult. in fine, de action. empti.

Ad locum, personam, verba & tempus superiorum dictiones respiciunt.

Et ista dictionesiam enumerata aliquando respiciunt locum, qui loco certo se debere existmans soluit, quolibet loco reperet. ff. de condit. indeb. Interdum referuntur ad personam, vt in l. cum is cui. §. vltim. ibi, alium autem quemlibet dando, liberari poterit. ff. de condit. indebit. & l. qui a quo libet rem emit. de contrahenda emptio. Quandoque ad verba, vt pascisci & per nuntium, & per nosmetipsos, & quibuscunque verbis postumus, l. qui autem. in fin. ff. de constit. pecu. l. i. ibi, & alio quocunque verbo. mandat. §. r. de verbo. obligat. in Insti.

Quando haec dictiones coarcentur.

Nonnunquam ad tempus, l. eum qui Kalendis. ff. de verbor. obligat. & ad materiam. Haec quoque dictiones tam ample operantur, & quolibet illarum, vt fiat extensio etiam ad casus improprios, vt probat Ias. consi. 55. 63. & consi. 115. praefens consultatio. col. 7. versi. quarto principaliter. vol. 3. & 4. Restringuntur tamen ista dictiones ex verbis praecedentibus & sequentibus, vt si dicatur a quocunque eorum, non intelligitur de aliis, nisi de expressis, l. tutor. §. denique. ff. ad Velleian. Et plene scribit Barba. consi. 63. sapienter. num. 26. in r. vol. scripsi in verbo, omnium, in interpretatione authentica. C. ne filius pro patre. & in artic. r. tracta. de literis obligat. in r. gloss. & in primo tomo commenta. in constitut. Reg. Gallicas.

Non tantum. De hac dictione, quae interdum superpletur, dicam in l. haec verba quanti. infra eo. & videbitur in l. sponso. supra eod.

Si cui ex empto, vel ex locato, vel ex alio contractu debetur: sed & si ex delicto debeatur, mihi videtur posse creditoris loco accipi.

Iurisconsultus in proxima lege docuerat creditores dici, quibus debetur ex qualibet causa: hic vero quaedam declarat, vt pote si alicui debita sit ex empto, quia domum vendidit centum, qua non sunt ei soluta, vel remanserit debitum ex locato, idem si ex alio contractu debeatur: sed si ex delicto forte, quia vulnerasti talem, & debentur eo casu de cem, an dicatur creditor? Et loco creditoris eum accipi posse Iurisconsultus ait.

Creditor an proprie vocetur cui ex delicto debetur.

Ex hoc apparet, quod is, cui ex delicto debetur, non dicitur proprie creditor per hunc text. ibi, posse creditoris loco accipi, &c. nam aliud est esse talem, aliud haberi loco talis, l. mercis. 2. infra eod. vbi haec verberis a nobis tractabuntur: l. qui fundu. §. si tutor. ff. pro emptore: tamen quia Iurisconsultus extendit ad eum, cui debetur ex delicto, & vult eum accipi loco creditoris, ideo extensio Iurisconsulti accipit modum ad actibus & iuribus, prout res patietur, loquentibus de creditoribus, vt infra dicitur. Sed quia voluntas, & fides deficiunt in eo, cui ex delicto debetur, nec passus delictum credit alteri, ideo vere non dicitur creditor, l. qui vas argenteum. §. veterare. ff. de furtis. nempe qui inuitus sequitur fide alienam, non dicitur creditor, l. si tibi pecuniam. ff. de rebus credit. Sed Iurisconsultus hic loco creditoris accipit, quod ego arbitrarer post condemnationem factam a iudice ad aliquam summam ratione delicti esse creditorem, nam sententia pro veritate habetur, l. ingenuum. ff. de star. homi. & potest facere non creditorem creditore. l. si non forte. §. heredi. ff. de conditio. indeb. ideo ante condemnationem non dicitur proprie creditor, nihil enim credere censetur: poterit namque is, qui damnum dedit, fortassis iniuste absolui, atque ita liberari, arg. l. Iulianus. ff. de conditio. indeb. vbi iuris interpretes.

De populari causa.

Tamen quantum ad ius attrinet, quod certum est, l. ornamento. de auro & argen. leg. ff. is qui damnum passus est, potest loco creditoris haberi ante sententiam, quia vt creditor agit ad id, quod sibi debetur, ita damnus passus poterit contra delinquentem agere, qui condemnabitur illi: & in hoc poterit loco creditoris accipi: quia ab eo inuito exigi pecunia damni potest, sicut a debitore, sed post sententiam vere creditor est, in quo est condemnatus.

Sic in populari causa ante litem contestationem dicitur creditoris loco esse, qui est damnus passus, pro priuato damno sibi illato, vt in sepulchro forte eius violato, in aliis autem non, vt in §. seq. glo. firmar: quia delinques videtur consentire ad id, quod condemnabitur & in hoc debitoris loco est, ita & hic agens loco creditoris dicitur, qui damnus passus est, non autem vere creditor, quia non est certa condemnatio, aut summa, quam credat. Et sic forte ex communi sensu text. intelligi poterit.

Item ex communi vsu loquedi vocamus omnes etiam ex delicto debentes facta condemnatione debitores, & illos quibus debetur creditores. Barr. & alij in l. 2. ff. si cert. petat. Et hoc probatur ex superiori lege creditores, dum dicit accipi, & sic ex communi vsu intelligit Barr. Vnde cum ista lex dederit causam sic communiter loquendi, non erit vsus probandus. Quamuis vsus communis alias sit probandus, l. Labeo, vbi Barr. ff. de suppel. legat. Roma. consi.

Communis vsus interdum non probandus.

consil. 244. praesupposito. & debet probari, quod erit vsus communis loquendi ita tempore statuti conditi, vel ordinationis, non autem tempore quo lis contestatur. Alex. in l. 5. col. 3. in princip. de verbor. oblig. ff. Soci. in l. Gallus. §. si eius. col. penult. ff. de liberis & posthum. Curt. in d. l. r. num. 68. Et aliud est dicere, habeatur loco talis: quia tunc per fictionem, vt d. l. mercis. 2. Secus est dum dicitur, loco creditoris accipitur, quasi vsu quodam sic accipitur, non tamen per fictionem. Et ita ponderandus est iste text. Quando lex dicit, aliquem loco filij esse, habebit praerogatiuas filij, & erit tanquam filius, l. si qua poena. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. Et filiusfamil. in pluribus causis loco patrisfamilias habetur, l. filiusfamil. ibidem. & in castrensibus, l. 2. ff. ad senatuscons. Macedo. Sed quod communis vsus loquedi sic probetur, in hoc facile non assentiret Barr. sed quia Iurisconsultus dicit accipi loco creditoris, & sic iste text. extendit hoc: ergo statutum de creditoribus loquens, habebit locum etiam in his, qui creditorum loco sunt, vt sequitur.

Constitutus aliquem in locum suum an cedere actionem videtur.

Notate tamen, quod si quis constituat alium in locum suum, vel ponat, videtur ei cedere actionem, & eum procuratorem in rem suam facere. l. qui quadringenta. ff. ad Trebell. De communi tamen vsu loquendi in regno Francia, ponere in locum suum, est alium substituere, subrogare, & sufficere in statum suum: & non transferretur ius, si quis in alterius locum successus fuerit ad tempus: vt si dicam, a ces vacations i' ayms a mon lieu tel, intelligitur, vt pro me interpretetur vacationibus durantiibus. Quando quis ponit in locum suum alium, intelligitur in Francia, vt seruiat, pro eo qui eum posuit, non vt habeat ius regulariter illius, nisi alia verba addantur.

Vtilitates leges.

Ex quo sequentes resultant utilitates. Prima, vt leges loquentes in creditoribus, vt ff. quae in fraudem creditor. titulus rotus, & de priuilegiis creditorum, & alij tituli & leges habeant locum in creditoribus ex delicto. Barr. & alij in d. l. r. Iason & alij in §. item si quis in fraudem. col. 12. Insti. de actio. Et sic fiscus nomine creditorum venit in l. scriptu. ff. de pact. in princ. cum gloss. & in rubr. C. poenis fiscalib. credito. praefertur: & hoc pro subiecta materia intelligitur.

Exigere debita etiam ex delicto exigere poterit.

Secundo infertur, si dedero mandatum alicui ad exigenda omnia mea debita, poterit is exigere etiam ea, quae ex delicto mihi debentur, siue sint obligati per instrumentum sigillatum, siue non. Alexan. consi. 162. visis narratis. in §. vol. sequitur Iacobi. in d. l. r. per l. iniuriarum actio. ff. de iniu. l. 1. §. debitum. de constit. pecu. dummodo condemnatio sequuta fuerit, vt supra dixi.

Concessio Principis, ut quis non molestetur a suis creditoribus, quo modo intelligatur.

Tertio si Princeps concesserit alicui, vt non possit a suis creditoribus molestari per annum, vel quinquennium, iuxta l. quoties. C. de precibus Impera. offerend. non poterit interpellari, vel inquietari a creditoribus ex delicto, l. fin. de constit. pecu. quia verba beneficij late debent interpretari, quatenus verba patiuntur, l. beneficium. ff. de constit. Princip. & etiam probatur in gloss. cap. sacrorum. 12. quaest. 2. Bartol. idem in statuto dicit consil. 164. statutum ciuitatis Tuderti. Roma. Iacob. & communiter doctores in d. l. r. si certum petatur. Curtius consilio 30. colum. 30. maxime quando ratio est apposta in rescripto Principis, vt pote propter paupertatem: quia tunc cum ratio sit vniformis, & eadem in omnibus, & ad omnes, ergo in omnibus procedet. text. in l. lillitas. §. final. ff. de officio praesid. Quamuis Franciscus. Curt. distinguat dicens, quod aut lex noua, vel statutum aliquod concedit in fauorem creditorum, tunc comprehenduntur etiam ex delicto creditores: aut lex noua,

seu statutum concedit aliquod priuilegium debitoribus contra creditores, tunc non comprehenduntur creditores ex delicto, quia ea lex illam recipit declarationem, quam lex antiqua, l. r. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcid. & ibi Bart. & hoc probatur in Authent. de mandatis Principum, colla. 3. l. sed si ex parte. §. quantum. ff. quod cum eo. l. si rerum. ff. de re iudicata.

Derogatur, quando ille qui impetrauit tale rescriptum, teneatur ex delicto admodum odioso, l. Lucius. §. Lucius Titius Damam. ff. de legat. 2. Alexan. consi. 38. in causa. col. vlti. in primo volum. & consi. 37. in tertio volum. Et sic secundum materiam subiectam, & quado erit eadem ratio in istis sicut in aliis creditoribus, idem decidere oportebit: alias non per praedicta, vt alibi abunde scribo in tracta. de liter. dilator. annalibus vel quinquennialibus, in 2. tomo commentar. ad constit. Reg. Gallicas.

Grauatius soluere creditoribus, quibus soluet.

Quarto infertur, quod si testator grauauerit alterum heredem suum, vt soluat creditoribus suis, tenebitur heres soluere creditoribus etiam ex delicto, cum in testamentis communem vsum loquendi inspiciamus, l. librorum. §. quod tamen Casius. ff. de legat. 3. & supra dixi vsuratum esse, & communem vsum loquendi id pati, secundum Barr. & Iurisconsulti interpretationem, quod loco creditoris accipitur, & in vltimis voluntatibus plenius voluntatem testantium interpretatur, gloss. in l. si. ff. de constit. Princip.

Capi debitor suspectus potest.

Quinto infertur, quod sicut creditor potest capere debitorem suspectum de fuga, ita procedit etiam in creditore ex delicto, l. ait prator. §. si debitorem ex delicto. quae in fraudem credit. ff. Ias. in §. r. Insti. de actio. Et si ad instantiam creditoris debitor capi debet, & hic quoque capietur, quia magis congruit prehensione & capturam his casibus cōcedi contra hunc delinquentem debitorem, quam contra alium ex contractu, arg. notat. in l. nemo. C. de exactoribus tributo. lib. 10. Paul. & Alexan. in l. 4. §. condemnatum. col. 6. de re iudicata. ff. videtur. si debitor. ff. de solutio.

Sexto idem si quis promiserit soluere creditoribus meis, vt in l. fin. ff. de condit. indeb. quia licet in contractibus verba sint stricte interpretanda, l. quicquid. ff. de verb. oblig. tamē intelligi debet secundum communem vsum loquedi: & sic tenebitur soluere etiam his quibus debetur ex delicto, maxime quia hi loco creditorum sunt.

Creditor instrumentum solutionis consignare tenetur.

Septimo creditor etiam ex delicto quando ei soluitur, potest compelli facere instrumentum liberationis, sicut aliud ex contractu, l. plures. & ibi Barr. & alij. C. de fide instru. l. q. debitor recte agit, vt instrumentum ei reddatur cancellatum. l. distoluta. C. de conditio. ex lege, vel vt instrumentum cancelletur, vt saepius agitur in patria lingua Occitanar. de quo scripsi in tracta. de liter. oblig. artic. r. glo. 9. in r. romo comment. ad constit. Reg. Gallicas. Item potest compelli creditor facere instrumentum solutionis partis debiti, l. placuit. de collation. fundor. patrimonial. lib. 11. C. & ibi patruus meus Iacobus Rebuffus docet.

Octauo creditores etiam ex delicto non debent molestare heredes debitoris defuncti, nec eos conuenire ante nouem dies, & gesta ante nullius sunt momenti, etiam si heredes dent si de iussore, non tenentur ante illud tempus. §. meminimus. in Authent. vt cum de appellat. cognosc. colla. 8. authentica, Idem. de sepulchro vio. C. Alias si creditores ante nouem dies conueniant heredes, perdunt debitum, vt ibi dicitur, quod intelligitur quando hi qui curant funus, seu faciunt exequias, sunt agnati: alij vero extranei possunt extra exequias conueniri,

Creditor conueniens heredes ante nouem dies an puniatur.

Die sequenti.

scilicet post die exequiarum, seu die sequenti, l. 2. ff. de in ius vocand. & ibi Alber. nisi exequia pro excommunicato fierent, quia tunc facientes excommunicati sunt. glo. in c. ad hanc. de privileg. de Ripa in tractat. de peste, fol. 65. nec habebunt aliqua privilegia, qui interficiunt in his. Item non servantur de consuetudine in hac patria iura prædicta, dicta authentica, idem nec in ressortu vel iurisdictione parlamenti Tholosani, aut alibi in Francia, quo ad poenam amissionis debiti: sed conveniens condēnatur in expensis, & aliquando ad multā pro qualitate facti: & nunquam vidi aut audiui prædicam hanc in curiis servatam fuisse, vt vocans heredem seu defuncti viduam ante nouem dies, perderet debitum, sed protrahendum diem.

Nono bona debitoris debent capi, & vendi, ac pecunia creditorum data cautione assignari, etiam si ex delicto debeat, vt scripsi in tract. de literis obligat. in primo tomo comment. ad constitutio. Reg. Gallicas, artic. quinto. vbi verbū *creancier* generaliter accipitur: probat Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. *des droitz & appartenancez*. §. decimo. vbi maritus tenetur de consuetudine ad dimidiam partem omnium debitorum vxoris viduæ, cum qua coniungitur matrimonio, a tenetur etiam ad ea, quæ ex delicto debentur: & dicerem teneri per prædicta, nēpe *qui épouse la femme, épouse les debtes*, etiam si non fuisset adhuc condemnata, sed delictū commiserat: idq; maritus sciebat, quod notandum, quia frequētissimum, & idem e contratio dicendū est, quando vterq; bona non haberet, vt alibi dicā.

Vltimo cum cōmunis vltimusq; modus loquēdi non sit in re surrepta, dicemus huiusmodi subtracta credita dici non posse. Et idem generaliter in quacunque re, quæ ex delicto debetur, cum eadem ratio sit: quia fides non interuenit eius, contra quem delinquitur. Et hæc cōmunis est conclusio Bart. & aliorum in d. l. ff. si cert. peta.

Posset dici, licet ego non consentiam, nec tibi credam, quod rem meam subtrahas, tamen credo tibi, & cōsentio, vt tua receptione obligeris mihi. Bart. in d. l. ex hoc iure. in fine, ff. de iustit. & iure. ideo in statutis non comprehenderetur, debita tamen dici possunt vel loco debitorum, late sumpto vocabulo, l. 1. §. debitum. ff. de const. pec. iuncta l. iniuriarum. ff. de iniuriis. & l. pecuniæ. 2. §. si. in fra. eod. Ex quibus omnibus patet nomine creditoris ex communi sententia comprehendendum, cui ex delicto debetur, vt satis supra demonstratum est.

Derogatur, quādo probaretur cōmunis vsus loquēdi esse in contrarium, quia illa significatio præferretur etiam propria significationi. Bart. in rubr. ff. de noui operis nuntia. & l. Labeo. de supell. lega. interpretes in proœm. Decretalium.

Secundo vitatur, quando iste terminus creditor non posset in alio operari, quam in rebus subtractis, vel ex delicto debitis, tūc ille etiam veniet. l. fundus. ff. de fundo instru. Rationem tradit Bal. in l. liberti. C. de oper. liberti. & Felin. in c. col. §. de rescrip. & supra dixi in l. creditores.

Tertio perdit locum in eo, quod ex delicto debetur, glo. in athen. minoris debitor, in verbo, à curatore. C. qui dare tutor. possunt. Arret. Socin. & Purpurat. in d. l. si certum peta.

Quarto restringitur, quando esset expressum: tunc enim dubium non esset. & ideo scribitur in ordinationibus Castellari *de la geole*, vt carceratos ex delicto, qui se alere non possunt, si se alere teneatur: carceratos verò ex debito, creditores ad iudicis arbitrium alent. tex. & ibi glo. in l. penult. de erogar. militar. anno. lib. 12. C. lafon in §. itē si quis in fraudem. num. 93. Instit. de actio. scripsi in inter;

Jura de sepulchro viato non seruantur.

Maritus quando pro delicto vxoris teneatur.

Verum subrepta dici possint credita.

Debitores carcere includi quis alere debeat.

preta. l. diuus. ff. de senat. Silanian. quam iura proficendo Cæsarea Pictaui edidi anno 1527.

Creditor tamen & debitor sunt correlatiua, & debita & credita. Bald. in rub. C. de rebus credito. ideo iura facientia mentionem de vno, tacite de alio intelliguntur ex natura correlationis. l. i. C. de cupres. lib. n. videte in consue. Parisiē. rub. *de garde noble*. & c.

An creditor ex legato veniat appellatione creditoris, videte docto. in d. l. i. vbi concludunt venire, si ratio conueniat: & per Calcaneum consilio. 75. quod dicitur. num. 14. facit l. apud. §. fina. ff. quib. ex causis in posses. eat.

Vltimo colligi potest ex his verbis, *mibi videtur*, in hac lege possit, quod per ea verba potest fieri decisio iuris. Et per hunc text. comprobari potest opinio Parisiensium, qui vt plurimum in consiliis dicunt, *mibi videtur, me semble*, pro quibus facit l. quisquis. infra eod. & hoc verbum plenius elucidabitur in l. ostentum. infra eod.

Posse accipi. Bart. satis abundeque scribit de hoc verbo potest, in l. Gallus. in princip. ff. de liber. & posthum. Quare ad ibi dicta vos reuicio. sed interea videte leges de hoc verbo in hoc titulo loquentes, quæ his phrasibus sequentibus vtuntur: vt possessionem eius amittere non possumus. l. mulieris. §. penult. infra eod. Potest iudex in arbitrariis pluris vel minoris condemnare, quam res si. l. verbum oportere. infra eod. vbi dicitur. Potest in hominem idoneum incidere, l. probum. infra. eod. Potest dici, l. pronuntiatum. infra eod. significari, l. potest. infra eo. fieri, l. Herennius. infra eodem. esse, l. verbum illud pertinere. infra eo. Fraus sine pœna esse potest, l. aliud est fraus. infra eo. Cum dari poterit, l. inter illam. infra eo. Cum potuero, l. nepos. infra eo. Non potest tutor separatim sine pecunia dari, l. sæpe. infra eo. Non potest submoueri exceptione, l. creditor. infra eo. Neque possumus dulciori nomine nepotes nostros, quam filij appellare, l. liberorum. in fine. infra eo. Nemo potest, l. hæc verba ille. infra eo. Nunquam potuerunt liberi appellari, l. qui mortui. infra eo. Cum hæc dictio latissime pateat in omni iure, si vellem colligere phrasēs eius verbi extra hunc titulum, ascenderent ad iustum volumen. quapropter nunc omittam.

§. Quod si ex populari causa, ante litem contestationem recte dicitur creditoris loco non esse, postea esse.

Quod ex populari actione cuiuslibet de populo debetur, ante litem contestatam is non dicitur loco creditoris, postea erit creditoris loco. & ita legitur in Pandectis Florentinis.

Causam quidam hic pro actione accipiunt, glo. insequentes in §. i. de act. in Instit. Item per l. sed si ex eadem causa sapius agatur, cum idem factū sit, exceptio vulgaris rei iudicate opponitur. de populari actione. ff. De causa plura scribam in l. rei. 2. infra eod.

Popularem actionem Iurisc. Paul. definit, quæ ius populi tuetur, in l. 1. ff. de popu. act. id est, quæ proprium ius populi defendit: & datur cuiuslibet de populo, ad ius populi tuendum: quia cuiuslibet in publicum petere permittendum est id, quod ad vsum hominum pervineat: veluti vias publicas, itinera publica: & ideo quolibet postulante de his interdicitur, l. ff. de locis & itineribus publi. Ideo enim quilibet de populo agere possit, cuiuslibet videbatur debitū, & quilibet creditor: quod tollit iste text. dicēs creditoris loco non esse quæ ante litem contesta-

Creditor ex legato.

Consilium Parisiensium per verbum videtur fit.

Quaedam phrasēs verbi potest.

Popularis alio quid.

Dubitatio ad hunc §.

contestaram: quia alius præoccupare, & illi condemnatio fieri potest: ob id ante litem contestatam non est creditor, quia non est locupletior, l. penult. ff. de popul. act. sed fit per litem contestationē, cum utilitas ista per se quænti applicari debeat, ideo creditoris loco erit, vt hic, quia hic text. negat de vno, de alio cōfiteretur, l. cum prator. ff. de iudiciis. Et iste erit vnus effectus litem contestatæ, inter alios effectus sexaginta & vltra, quos cumulaui in tracta. de litem contestatione & eius effectibus. Et si ex eadem causā sapius agatur, cum idem factum sit, exceptio vulgaris rei iudicate opponitur, d. l. 3. ff. de pop. act. Nec potest fideiusor accipi. l. si quis pro eo. in fine. ff. de fideiusor. & sic est prima limitatio.

Item in actione quali populari, vt si contra electum aliquod crimen, ad infringendā electionem, oppositum fuerit, lata sententia contra opponentem obicit alius, idē crimen opponere volentibus, si non collusum fuerit. e. cum dilecti. vbi gl. in verbo, iudicatum. de elect. c. cupientes. §. ceterum. illo titu. in 6. & in rubr. de collusio. detegen. talis enim causā tuetur ius populi & ecclesie, cap. audacter. §. q. r. Panor. in c. dudum. in 2. col. de elect. Alex. in l. sæpe. col. 9. de re iud. & Anto. in additio. ad Vbert. de Bonacur. in titu. de excep. & benefic. quæ post sententiam diffinitiuam opponuntur, in fine.

Secundo non habet locum iste text. si egi pro priuato damno meo, vt quia sepulchrum meum violatum sit, etiam ante litem contestatam dicor creditor, glo. hic, quia alius agere non potest, quam diu ego voluero. l. 3. ff. de sepulch. violat. & ibi glo. las. in l. eū qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. ideo iste text. intelligitur in quolibet prosequente non priuatum, sed publicum damnatum.

Tertio non obtinet quod hic scribitur, per l. si vero. §. hæc autem. ff. de iis qui deiecerunt vel effuderunt. & ibi gl. in verbo pœnalis, dicit, quod pœna quinquaginta aureorū de effusis & effectis partim applicatur fisco, partim prosequenti.

Quarto hodie in Francia, quādo iniuria est publica, & utilitas publica, prosequitur procurator Regius adiuncto secum eo, cuius principaliter interest ciuilitur: quia in Francia procurator Regius iura publica solet prosequi, & omnia crimina & abusus committos: nec audiretur quis in Regno priuatus iura publica, & vindictam publicam prosequens: priuatum verò sic: quæ notetis egregij viti etiam in procuratoribus fiscalibus procedere, quos vulgus promotores appellat: ideo in hoc Regno, siue ante litem contestatam, siue post, nullus priuatus potest dici creditor in his popularibus, quia Regi commodum applicatur, non verò priuato, vt dixi, nisi ipse esset damnatus passus, vt pote si tempus à se constructum, vel suum sepulchrum violatum esset.

Alias huius legis utilitates vos ipsi colligitis ex titulo, quæ in fraudem credito. ff. & C. de privileg. credito. & in rubrica de separatio. & alibi in iure sparsis, quando quidem latissime & copiosissime, atque plus iusto diffundi possunt ista, si quis dicere, quantum res caperet, non quantum satis est, vellet. sed hæc hæc tenent benigni Principes.

Resto dicitur. De hac dictione scripsi in lege, hæc verba, in stipulatione, infra eodem.

§. Minus soluit, qui tardius soluit: nam & tempore minus soluitur.

Dubitatio ad istum §. minus est, quia tempus non tollit obligationem, l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & oblig. sic videtur tempus non posse obligationem minuire: cum argumentum partis ad totum trahitur, l. quæ de tota. ff. de rei vin dica. c. pastoralis. §. item cum totū. de offic. deleg.

Dubitatio & decisio huius text.

Contrarium hic statuitur, videlicet quod tempore minus soluitur. nec obest d. §. placet. quia tempus ibi non tollit, nec diminit obligationē, sed damnus emergens, quod quis paritur, vel lucrum cessans ratione temporis diminit obligationem, vt hic: nam si promiseris soluere vinum in festo Paschatis, si non soluas eo tempore, & postea soluere velis in mensē Septembri, non debes audiri, quia minus soluitur tempore, cum non tanti vinum statim post vindemias sit, quāti in festo Paschatis. ergo minus solui dicitur.

Itaque sententia huius §. est, quod sicut plus petitur, & soluitur tempore, l. cum qui. ff. de annuis leg. ita minus soluere dicitur, qui tardius soluit: nā tempore minus soluitur, §. penult. de fideiusor. & §. si quis agens. de actio. in Instit. l. vnica. C. de plus petitio. & solidū soluitur non minus quantitate, quam die, l. solidam. ff. de solutio. ideo contra plus petentem tempore, id est, si quis petat ante tempus, duplicatur inducia temporis restantis, §. hodie. In Instit. de exceptio. l. instar. C. de iure fisci. l. ro. las. in §. plus autem. per illū text. Instit. de act. vel commodum medij temporis demitur, l. si constante. §. quoties. ff. solut. matr. l. si. de re iud. vbi pronuntiat iniusta appellatione, commodū medij temporis debetur, quo pecunia tardius soluta est, & ibi etiam fit mentio de hoc verbo tardius, & in l. vtum. in fine. & l. penult. ff. de petit. heredi. & in l. i. §. i. de vsur. & in l. lecta. si cert. pet. & l. Julia. in fin. ad exhiben. l. si vtufructus legatus. de vtufruct. Abunde dixi in tracta. meo de except. quot modis hodie plus petens puniatur: & in proœm. commenta. ad constitutio. Regis, in gloss. quinta, vbi dixi hanc priuationis pœnam non seruari in curiis Francia.

Quarto, quia hodie vsuræ sunt prohibite, nunquid habeat locū hæc lex? Alcia. nō habere locum, si nihil intersit in alio quam mercatore, ait. Ego autem existimare, aliquem extra mercatorem posse subire damnus, quando pecunia non esset sibi soluta præstituto tempore, vt pote quia creditor emisisset tempore congruo ligna, vinum, alia ue necessaria, quæ nunc multo cariore pretio sunt ei emenda: ideo ad id quod interest, ille tenebitur debitor: probatur per ea quæ dixi in interpret. l. vnica. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. imo plus scripsi in interpret. aurb. habita. in verbo, periculis. C. ne filius pro patre, Mercatores & alios pecunias pro scholasticis *studios*, id est tardius soluentes in quadruplum esse puniendos, si eadē ratio videretur in his, quæ est in rectoribus fisci, per l. i. C. de his qui ex publ. ratio. l. ro. Et quāvis non sit mercator, tamen minus censetur solutū, sicut plus tempore: & leges istæ non distinguunt personarum qualitatem, sed generaliter loquuntur, & solum dicunt, vel plus, vel minus solutum tempore. Et solent iudices in hoc Regno habere rationem ad extra. Regimini. de emptio. & vendit. in communibus, videlicet vt debitorem morosum condemnent habitatione ad quindecim. vel duodecim pro centum, etiam si non sint mercatores hi, quibus debetur, nec passim liceat litigantibus calumniari, & frustrari: sic in forensi iudicio seruatur. Videte Bal. cōsi. 424. hæc verba dicētem. in 2. volu. quod minus dicitur tempore, vt hic, & qualitate, vt si soluo vinum nouum pro veteri. l. cum quid. ff. de reb. credit. sic de nummis scribitur in l. Paulus. 2. ff. de solut.

Aliquādo soluitur minus corpore, vt si aliud corpus soluat, quam debeat, arg. l. penult. ff. de pign. act. vel si domū debeam, & soluiam dimidiam partē, tūc minus corpore soluo: & in illa re continet liberatio, si obligatio erat diuidua, vt pote rem dari, vel restituī, secus si rem tradi. Bart. & alij in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obliga.

Inducia temporis restantis duplicatur contra petentem ante tempus. De verbo tardius.

Improbatur Alcia. sententia de vsura.

Mercatores in quadruplum soluis debentur.

Praxis regni contra debitores pecunia.

Minus multus capitur modis.

Minus corpore & quantitate.

Interdum minus quantitate soluitur, vt si decem debeantur, & quinque soluatur. l. quida. ff. si cert. peta. & aliis modis, de quibus in c. vno. de plus petitio. & §. plus. Instit. de act. & ibi las. & l. vnic. C. de plus petitio. & iuris pontificij interpretes in d. rub. de plus petit. Tamen minus soluisse non videri potest, aduersus quem amplioris summe actio non competit. l. non potest. infr. eo. pro cuius intellectu videre quae scripsi in l. seq. §. res abesse. vbi ponuntur utilitates.

Minus etiam solutum intelligitur, si nihil solum sit. l. minus. infr. eo. alia ibi explicabuntur.

Intelligite si quis offerat mihi pecunia debitam sine accessione, non teneor eam accipere: imo si eam recusauerim, & demum perdatur pecunia, non liberatur debitor, quia plene non obtulit, l. obfignatione. de solut. C. & l. tutor. & l. Lucius. ff. de vfur. nempse si acciperet debitum simpliciter, non facta protestatione super interesse, non possem postea accessiones petere, l. 4. C. depositi. Bar. hic. ideo debeo accipere sub protestatione, vt sit mihi saluum ius petendi accessiones. glof. & docto. in l. in hac. ff. de tritico. l. 3. §. 1. commoda.

Vltimo non licet vendere plus propter solutionis dilationem, quam si praesenti pecunia res venderetur: alioqui peccatum est, c. in ciuitate. de vfuris. quod est verum, si ratione anticipationis solius, nempse eo quod soluo ante tempus, nequam mihi diminui volo, tunc vtroque modo venditur rempus, quod est omnibus commune: secus si nomine eius quod interest ratione anterioris temporis minus soluam, vt pulchre hoc concludit Conradus in tracta. de contract. q. 66. & seq. & q. 81. & doct. in c. vlt. de vfur. Angel. de Claasio in summa angel. in verbo vtura, primo. §. 62. vtrum emens.

Tamen non potest creditor petere, quod debitor mittit ei centum, quae retineat tantum, quantum debitor sua centum, quia forte potens non esset debitor: & quamuis hoc posset, non teneretur, nec posset cogi, quia nemo mutuae tenetur, l. 2. vbi doct. ff. si certum peta. quamuis Angel. post glo. in l. 4. ff. rem ratam haberi, & Cepol. hoc affirmant, vt supra dixi.

IDEM LIBRO SEPTIMO Ad Edictum. Lex xiiij.

Mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur.

Hac lex quatuor partes habet, vt & quatuor quoque dicta tradit: quarum secunda incipit, res abesse: tertia, definire: postrema, abesse.

Mulier tribus modis iniure capitur. Primo generaliter pro omni foemina, & persona foeminini sexus, l. pronuntiatio. in fin. infra eo. vnde veste muliebri legata, & infantilem contineri, & puellarum, & virginum. quia Pompo. scribit mulieres omnes esse, quae cunq; foeminini sexus sunt, l. argumeto. §. muliebri. ff. de auro, & argen. lega. & dicitur mulier a mollitie mentis, quasi mollior: vir autem a virtute animi, cap. quod proposuisti. 32. q. 7. Panor. in cap. forus. de verb. signific. Lucas in l. i. C. de his qui se deser. lib. ii. vnde mulieribus legatis virgines continentur, sicut viris legatis pueri, l. feruis legatis. §. 1. ff. de lega. 3.

Secundo pro muliere viripotente, quae duodecimum agit annum, seu circiter, & est viripotens: & hec posunt contineri cum alio mēbro. l. malum. §. vidua. infra eo. Hac nubere potest, & tutela eius finitur, vt est in §. 1. Instit. quib. mod. tutel. finitur, & de nuptiis, in princip. ibidem. Etiam mulier dici potest, quando malitia supplet aetatem, eo quod virum antea pati potest. cap. mulier. 32. q. 2. glof. in cap. si pater. de testa. in 6. & Apharantes Libyes vir-

ginum optimas putant, quae plurimum temporis manserint virgines, quae forte rarae: nam sicut materia appetit formam, ita mulier virum, teste Bald. in rubr. de cohab. cleric. & mulie.

Tertio pro corrupta sumitur, l. ex empto. §. si quis virginum. ff. de actio. empt. l. 2. de seruo corrupto. l. impensa. §. 1. & l. quareret. & l. etiam ea. infr. eo. l. quinque legibus. de bonis damnat. ff. glo. allegat alia iura. facit l. mulieres. C. de dignita. l. 12. cap. si qua mulier. 31. q. 1. Vnde Laurentius Valla in cap. 38. lib. 6. admiratur Iurisconsultum Vlpia. in l. quaritur. §. mulierem. ff. de aedilic. edicto, sic dicens, mulierem ita arctam, vt mulier fieri non possit, &c. Si erat mulier, cur iterum mulier fieri debet: hanc ille. Sed huic responderi potest, virginem quidem esse mulierem: at quia non poterat cognosci, cum arcta esset, mulier esse non poterat, sicut corrupta, nec mater. Atque ita obiectio Laurentij Vallae dilui potest: & dicam culpam esse immiscere se rei, ad se non pertinenti: si quisque intra artis suae cancellos contineret sese, non tot haereses, torque malorum seminaria, quae ex ignorantia illarum proficiscuntur artium, & olim & his temporibus pullularent, putant enim hi omnia scire, cum tamen nihil minus.

Quaro quomodo cognoscā mulieris nomen, quando sumatur large, vel stricte? Respondeo secundum quosdam, cum id nomen mulieris simpliciter profertur, tunc sumitur large, vt contineat omnes personas foeminini sexus, cap. mulieres. De iudic. in 6. l. vnic. in fi. C. de his qui se deser. lib. ro. & authentica, sed hodie. C. de offi. diuersi iudic.

Item quando viri nomen profertur simpliciter, omnes masculini sexus comprehendit, l. feruis legatis. & ibi Bart. ff. de leg. 3. quod intelligendum est, cum materia subiecta patitur, alioqui non, ca. mulieres. 15. qu. 7. Sin autem viri nomen, vel mulieris ita pronuntietur, vt adiciatur alicui in diuiduo, vt pote Berta mulier est, Titius est vir, tunc mulier pro corrupta, & vir pro maiore quatuordecim annis accipitur, l. cum quis. §. codicillis. ff. de legat. 3. quae mihi non probat, quia ibi res debebat restitui Iulio Maximo viro facto, atq; ita ibi apparebat de mente testantis: nam ibi hoc non facit adiunctum, sed voluntas: vt si dicatur, tali Ioannae mulieri factae volo dari decem. & est tex. in contrarium in ca. sicut ex literis. de sponfalib.

Et sic mulier regulariter pro qualibet muliere foeminini sexus capitur, etia pro virgine, & id proprie, quia genus proprie suas continet species, l. item legato. §. ite interest. ff. de leg. 3. nisi cum subiecta materia aliud suaderet, l. vna. C. de mulier. lib. 10. quia tunc ex re, id est, pro materia cognosci debet, vt dicitur in l. saepe. infr. eo. facit c. vlt. de secund. nupt. vnde si dicatur mulierem peperisse, intelligitur large de corrupta: cum puella sine corruptione & concubitu viri parere secundum naturam non possit, l. quaret. infra eod.

Secundo nisi exprimatur puella, & mulier, vel virgo, vt solent rhetores, amplificandae illustrandaeque orationis gratia, & in lib. bibl. sic scribitur: Cunctos ergo interficite, quicquid est generis masculini, & mulieres quae viros quaerunt in coitu, iugulate: puellas autem, & omnes virgines reseruate vobis. haec scribuntur Numerorum 31. cap. facit l. si collactaneus. ibi, virgo, vel mulier. ff. de manumissis vindict. ideo si exprimat virgo, & mulier, dicemus mulieris nomine virginem quoque non contineri: nam quae dubitationis tollendae causa exprimuntur, ius commune non laedit, l. qui mutuum. ff. mandat. Et dubitationis gratia Iurisconsulti bis idem, & saepius dicunt, ne qua dubitatio super sit, l. 1. §. sed sciendum. ff. de aedilic. edict. & vtrunq; nomen & vir

Laurent. Vallae reprehenditur.

Mulieris nomine an etiam virgines continerentur.

Iurisconsulti bis idem dicunt.

& virginis & mulieris saepe iungunt simul, l. alioqui. §. fin. ff. de contrah. empt.

Tertio quando vltus communis loquendi aliter se haberet, qui saepe factus est, vt satis supra dixi per l. librorum. §. quod tamen Celsus. ff. de leg. 3. nam vltro dicimus, vna femina, eam quae nupta est vel fuit, alias virgines filles Gallice vocamus, & quae nunquam nuptae fuerunt: & sic in Regijs ordinationibus, & consuetudinibus intelligimus, per gl. & ibi Bar. in l. quod si nepotes. ff. de testa. tutel. nisi materia puellas & virgines etiam contineret. sic Hispani nuptas donas appellant, puellas vero nines.

Quaro quid foemina appellatione veniat in iure? Respondeo, cum simpliciter profertur, generaliter accipitur, tam pro virgine quam muliere corrupta. l. foemina. ff. de reg. iur. l. alumnos. de manumissis. vindicta. l. etia. de iure auro. annuo. l. nam & foemina. de adopt. probatur in ordin. Reg. rubr. des draps d'or. ord. 4. vbi tam viris quam mulieribus prohibetur pannus aureus, ibi intelligitur tam de coniugatis quam puellis. Idem in muliercula nomine. cap. penult. de cohabita. cleric. l. penult. ff. de seruo corrupto.

Quod non est admittendum, quando aliquid adiiiceretur, vt nomen dignitatis, vel aliud simile, vt consularis foemina, l. i. ff. de senator. nam ratione adiuncti intelligitur de coniugata: veluti cum dicimus foeminas consulariorum, non intelligimus de filiabus eorum, sed de vxoribus tantum: & ita ex communi vsu loquendi vsurpatur, cum dicimus, la femme d'un tel, intelligimus eius vxorem tantum, non filiam.

Secundo id locum non habet, cum communis vsus loquendi aliter haberet, vt dictum fuit in muliere, vel aliter de mente contraria apparet, vel esset diuersa ratio: vt in co. Parisien. in verbo, communata de biens, & rubr. de don manul, vbi tantum pro muliere coniugata, vel quae fuit capitur, & sic pro corrupta, & Vlp. Iurif. in l. foemina. de senat. ff. dicit, clarissimarum foeminarum nomine, senatorum filiae, nisi quae viros clarissimos sortitae sunt, non habentur. Sortiri eo loco non est forte acquirere, sed casu & fortuito, vt dicam alibi. Ideo de communi vsu, vt supra scripsi, foeminas intelligimus, quae virum experta sunt: filias autem, quae nondum nuptae fuerunt.

An mulieri credatur, si dicat se praegnantem ex alio quo? Respondeo, non, nisi probet secundum iuris formam, vt pote per testes, l. 1. §. mariti. & §. seq. ff. de libe. agnosc. & ibi per doct. nec sufficit probare, quod iste conuersatus fuit in domo mulieris cum consanguineis eius, nisi & alia probarentur indicia. Bald. consil. 377. si mulier. in 2. vlt. vnde a Ciracis parocchia vsurpatur, cuuam mi vobiscum, and ap ad d'aoq, id est, mulieri ne credas, ne morienti quidem: quod & adnotauit Erasmus.

Mulierem constat subiectam dominio viri, nullamque auctoritatem habere: nec docere potest, nec testis esse, nec fidem dare, nec iudicare, c. mulierem. 33. q. vlt. facit lex, qui testamento. §. mulier. ff. de testa. Apud multos tamen rata est auctoritas mulierum, vt consuetudo inoleuerit, vxores dominas esse virorum, idque pierique in locis, vt in his praecipue, potius quam vsu iam alibi. nam qui libet Sarai, id est Principem meam, vxorem suam vocat: sed dominus Saran, & sic Principem vocari voluit, Genes. 17. non mariti, sed familiae post maritum. Sed hodie seruatur, quod scriptum est. 3. Etdrae cap. 4. Et hinc vos oportet scire, quonia mulieres dominantur vestri. nonne doleris? Et paulo post: Et multi dementes facti sunt propter vxores suas, & serui, & multi perierunt, & iugulati sunt, & peccauerunt propter mulieres. Quamobrem permulti

Communis vsus Franciae quo ad foemina.

Quid appellatione foemina veniat in iure.

Sortiri virum quid.

Mulieris a se ex aliquo praegnantem an credatur.

Qui mulieribus subiectae sint.

eis obtemperant, obsequuntur voluntati earum, seque eis subiciunt, Lucij Titij instar, in l. Lucius Titius. l. ff. de fideicom. liber. qui ait, Volo, si vxori meae placeat. Quamuis ius vxorū non sequendum Labeo scribat, in l. qui concubinam. in princ. ff. de leg. 3. Est igitur (vt ait Democritus) vno vnus & exorbu vobis vobis vobis id est, mulieri parere extremum dedecus est viro: quod apud populos, qui paulo ferociores sunt, nec vsq; adeo effoeminati, non adimitur, sed mulieres vxorūq; seueriori fronte in officio continent: cuiusmodi Vascones, & ceteri id genus, quibus nulla vnquam praest facile, aut dominatur foemina, vulgoq; solent dicere, vbi gallus sit, gallina ne canet. Vtinam omnibus caput illud Vasconicum contigisset, res forsitan praecelcius gererentur: & dicere possumus eos, quibus vxores dominantur, in templo Luna supplicasse. Erat enim apud Carras templum, in quo qui Luna supplicaret, vxoris imperio subigebat: qui vero Luno deo sacrum faceret, vxori dominari ferrebat. Vnde nunc quida leges Aegyptiorū seruatur, apud quos, vt viro mulier praeficiatur, lege cauebatur, testantibus vxoribus inter solemnia sponsaliorū in primis virum suo arbitrio parere oportere: & Sauromatas etiam ferunt hoc habere praecipuum, vt viri sub imperio vxorio & famulatu sint, vt refert Alexan. ab Alex. lib. Genial. 4. c. 8. Et cum quidam laqueos & grifos suae vxoris per mortem euasisset, laetabundus ista retulit, quae in eum iustiss.

Nunc ego sum liber, quondam qui seruus iniquae Obstrigar nunquam coniugio imperio. Et Ansonij extat epigramma:

Arma, virumque docens, atque arma virumque peritus, Non duxi vxorem, sed magis arma domum. Nungue dies totos, totisque ex ordine noctes, Luitibus oppugnat meque meumque laorem: Atque vi perpetuis donata a Marco duellis, Arma in me tollit, nec datur vlla quies. Tamque repugnanti dedam me, vi denique victum Ingeret ob hoc solum, iur'gia quod fugiam.

Atque Quid. libro secundo de arte sic scribit: Hoc decet vxores, dos est vxoria, lites.

Sed quid refert vtrū mulieres ipsae gubernent, an eos qui gubernant, a mulieribus gubernari? Aristot. libr. 2. polit. cap. 7. Catonem Censorium sic dixisse refert Plutarch. Omnes homines vxoribus imperant, nos omnibus hominibus, nobis autem vxores.

Item vocamus ornamenta muliebria, quibus mulier ornatur, l. argumento. §. ornamenta. ff. de aur. & argen. legat. vbi & mundus muliebris dicitur ornatus & cultus, quo mulier mundior fit. Et ibi traditur differentia inter ornamenta, & mundum muliebrem, qui vix potest esse cum eis in plenilunio, vt licet videre per Plinium lib. 9. c. 35. de mundo Lollia Paulina, & eius ornata, ac libr. 28. cap. 7. de remediis muliebribus, vbi inter cetera dicit, abigi grandines turbinisque, contra fulgura conuoluta muliere in mēse. quod si verum esset, viti esse posset Lemonicis, & aliis montanis.

Muliebria passum eū, l. i. §. remouet. de postul. ff. qui nupsit in foeminam, vocat Iurifcon. estque infamis, & gladio vltore puniendus. l. cum vir. C. de adulte. ex qua re tam nefanda fames, pestilentiaque mortalibus accidit, vt in Athen. vt non luxurient. homines contra natur. coll. 6.

Atque vir absque dedecore vti veste muliebri non potest, l. vestis. §. muliebria. ff. de aur. & argen. legat. quod & prohibitum est Deuter. 22. ca. Et vir vrens veste muliebri, vel contra, infamis est, teste Bald. in margar. in verbo, infamis. q. 22. quod credendum verum, si sine causa id faciat, vel ad turpem vsu, secus si in theatro pictatis causa, vt soler hodie sic

Mariti in templo Luna supplicasse.

Tonitrua quomodo repellantur.

Muliebria passus quis dicatur.

Peste viri, & e contrario, uti non licet.

Accipiens debitum non petis expensas vel accessiones.

Si solutio fiat ante tempus, an liceat quicquam detrabere.

Debitor non soluens in tempore non cogitur mutuae contra Angel.

Mulier tribus modis capitur.

Vel mulier quasi mollis aer dicitur Varroni.

die fieri, si personam Marię Magdalene, alteriusve similis egerit, id laudari potius qua reprehendi, aut vitio dari solet, glo. in c. cum decorem, de vita & honeste, cleric. At nostra ætate parvus aut nullus est delectus vestimētorum muliebrium aut virilium, licet dicatur in c. si qua mulier suo proposito vitale iudicans, vt viri veste vtatur, & p̄pter hoc virilem habitum imitetur, anathema sit 30. distin. Ideo hodie vt vestimētorum necessarii essent in Francia, vt apud Athenienses olim, qui de omnium mulierum ornatu statuerent, ne qua veste, quę muliebri sexum dedeceret, yteretur, multa que indicta, si secus factum, optimum id sancire.

Mores mulierum hic decetare non expedit, nec est instituti nostri, cū sint noti omnibus, est enim mulier domesticū animal, & familiare, inter mansueti licet connumeratum, tamen interdum rixosum, vt in plerisque ferunt, litigiose enim garrulęque vt plurimum mulieres sunt, mobiles, instabiles, & in omni re libertatem immoderatam, imō licentiam, si vere dicere volumus, desiderat, vt verbis Liuuij var libro tertio belli Macedonici. Hinc etiam vulgatum illud Terentij in Eunucho: *Nouū ingenium mulierum, nolūt ubi velis: ubi nolis, cupiunt vltro.* & Iuuenal. *Implet abilius nihil est quā femina dines, &c.* & Secūdus hoc nomine vocatus philosophus, mulierem miro modo definit, vt est apud Laertium. Alia tradit Lucas de Pēna col. vlti. & seq. de mulie. lib. 10. vide Ioan. de Neuisano in sylua nuptia, & doct. infra i. tit. 1. 2. Apud Gręcos est celebratū adagium, *πῦρ, θάλασσα, ἡ πύλη, ἡ θύρα, id est ignis, mare, mulier, hæc mala tria, de q̄to per Erasim. in lib. Adagio. Fufius. De muliere quę viginti duos maritos habuit, scribit diuus Hieron. quę Cælius refert lib. antiq. var. lect. 8. c. 8. Et in quibus mulieres sint viris deteriores, glo. in l. in multis. ff. de sta. ho. est enim genus earū auarissimū, l. sed si ego, ff. ad Vellecia, & mulier villę custos perpetua sub legato villę continetur, l. si ita testamento. §. si ff. de fundo instruct. de lanificis mulieribus vide in l. villę, ibidem.*

Hęc dictio etiam, est augmentatiua, ampliatiōnem & extēsiōnem denotans, vt probat l. actio nis, & l. alienationis. infr. cod. & l. etiam. eod. & l. 2. C. de testib. vbi glo. & docto. & rubr. C. etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri posse. l. species, ff. de aur. & argen. legat. Bal. consil. 209. illa verba. in 3. yol. cap. vnō. ne fede vac. vbi Peruli. notat 3. in princ. doct. in l. C. qui admittit ad bonor. posses. Bellon. lib. 3. supput. c. 1. & ampliat gratiam, vt consilij Petr. Paris. consil. 144. scripseram. nu. 15. in 4. volum.

Includit etiā maiora expressis, & diuersam speciem, cap. tanta. de sumo. clc. vna. de sequest. posses. clem. grauis. de sent. excom. D. Gemin. consil. 65. circa primam. col. 3. vbi illam clausulam etiam secularēs includere Principes firmat. licet hodie per reg. cancellaria contra, nisi exprimantur.

Explicat præterea dictio etiam casum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabile, l. etiam, ff. solut. matrimo. vnde si dicatur, vt fiat satisfactio etiam in pecunia numerata, poterit fieri in prædijs ratione illius dictionis etiam, sic consilij Lud. Gosandi consil. 7. circa dubia. col. 6. nu. 31. Intelligite tamen implicare casum minus dubitabilem, quando casus magis dubitabilis est expressus, alioqui contra, vt docet Jacobi. per illum text. in l. C. si tutor, vel curat. interue. scripsi in glo. etiam, in §. cum vero. de colla. in concor. Dec. & alij in l. i. ff. de iuris. omni. iudic.

Virgo. Hęc dictio licet sit communis generis, vt in quę sexum non corruptum de iure comprehendens, tamen ex communi vsu loquendi Francię Gallicę virginis appellatione, venit ea tantum,

quę virum non est passa, quod etiam probatur in l. alioquin. §. 1. ff. de contrah. em. pt. ibi. quod si ego me virginem emere putauerim, cum esset iam mulier, id est corrupta, emptio valebit. in sexu masculino Gallicę dicimus, *puceus, & pucelle*, pro foemino; sicut antiqui dicebant puerum, & pueram, l. illa. 2. vbi dicam, infra eod. ideo Gallicę vnus nomine, aliud non cōplectimur. Alia de his mulieribus reicio ad D. Tiraquell. in suo tract. de legibus connubia. tanquam in his expertum.

§. Res abesse videntur, vt Sabinus ait, & Pedius probat, etiam hæ, quarum corpus manet, & forma mutata est: & ideo si corruptę redditę sint, vel transfiguratę, videri abesse: quoniam plerumque plus est in manus pretio, quam in re.

Iste §. tres continet particulas, in prima dictum generale tradit; in secunda, quę est ibi, & ideo infert; in tertia, quę est ibi, quoniam, rationem assignat. Et sensus huius §. est, quod res tunc abesse videtur, quando forma illius mutata est, licet corpus, vel materia maneat. Ex hoc colligi vititates possunt, quando res dicitur abesse. Prima, quod si res commodata reddita fuerit sine forma, sed corrupta, abesse videtur, ideo reddita nō videtur; vnde peti, ac si reddita non fuerit, potest. Quia forma est modus materię, quo sibi contingit, vt huius, vel illius speciei capiat nomen, vt docent Philosophi: probat Vlpia. sic scribens ff. commod. l. 3. §. si reddita quidam sit res commodata, sed deterior, non videtur reddita, nisi quod interest, præstetur. Propriē enim dicitur res non reddita, quę deterior redditur.

Secūda, idem in re deposita, vt reddita non censetur, si deterior reddita fuerit. Vlpian. l. 1. §. si res deposita deterior redditur, quasi non reddetur, agi depositi potest. cum enim deterior redditur, potest dici dolo malo nō reddita esse, ff. de pos.

Tertia, qui rem corruptam, vel transfiguratam exhibet, nō liberatur. l. Iulianus. §. si quis. ad exhib. vbi mutata forma prope interimi substantiam Iurisconsult. Vlpia. ait ibi.

Quarta, qui debebat equum, si illum claudum reddat, vel vulneratum, non liberatur, quia abesse videtur ab illo, cui est redditus. l. qui sibi. §. fin. & l. qui rem. ff. de solut.

Quinta, si ius aliquod rei deficit, res abesse videtur, l. etiā. ff. de solut. Ideo si quis soluat centum aureos non iusti ponderis, vel reprobos, seu adulterinos, non liberatur; vt l. & eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. l. 1. de pondera lib. 10. C. Imō dicit glo. quod si in melius transformet, rem mutando, eam videri abesse, quia hoc non expedit petitori, qui scypho vtatur, non lance; & hoc probat text. in §. huic etiam, in fin. de actio. in Institut. facit l. si seruus. §. & si puerum. ff. ad l. Aquil.

Sexta, consanguineus retrahens rem venditam ab extraneo, iuxta c. constitutus, de restitu. in integrum, non tenetur restituere maiorem quantitatem, quam receperit consanguineus venditor, quia tantum abesse videtur, licet emptor plaris alteri vendiderit, per l. postliminium. §. si is qui emerat. ff. de capt. & postlim. reuerf. Et idem in eo, cui pactum factum erat de retrouendendo, per prædicta.

Septima, si quis vniones, vel hyacinthos legauerit, & postea illos in aliam ornamenti speciem conuerterat, vt prope addat eos vestimento, extinguuntur quodammodo legatum, eum in sua specie non permanferint, & ideo peti non posse probat l. Scia. ff. de auro & argen. legat.

Abesse res quando dicitur.

Mutatio rei in melius non est permiffa.

Retrahens consanguineus non tenetur nisi ad pretium a consanguineo recepturn.

Valebit legatum illius quod abest.

Contractus fieri potest super eo quod abest.

Abesse & adesse differunt, & quot modis & phrasibus.

Res quando abesse dicitur phrasibus.

Abest pro differ.

Octaua, in vltimis voluntatibus prodest: nam valebit legatum factū de illa re, quę videtur abesse, & quatenus abest, quia non sunt ibi duę causę lucratiuę, cum res mihi abest, §. si res aliena. & §. sed si rem. cum seq. de lega. in Instit.

Nona, in contractibus illa res, quę a me abest, potest mihi donari, & stipulari, & vendi, ac contractus alij fieri, licet sua rei emptio consistere non possit, l. sua rei. ff. de contrahen. emptio. l. ei a quo. de vsucap. & l. neque pignus. de reg. iur. quia licet dominium ex pluribus causis quærri non possit, l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquir. posses. l. sequitur. §. lana. de vsucap. l. non ex pluribus. de regul. iur. nā quod perfectum est, non potest amplius perfici. Bald. in l. precibus. in princ. in 2. q. C. de impube. & illud dicitur perfectum, cui nihil addi potest. l. nihil. C. de ma. vindic. vbi Bald. & l. penult. C. de indict. v. duita. tollen. tamen quia res dicitur a me abesse, ideo super ea contrahi poterit, & mihi quærri, quatenus mihi abest. videte in §. fin. in hac lege, qua actione peratur illud, quod abest.

Abesse differt ab adesse, quia illud absentiam significat, id autem probatur in l. absentem. iur. eo. & l. semper. §. si quis reipubl. causa abisset. ff. quod vi aut clam. Adesse autem præsentiam, l. tunc autem. & l. duo. ff. de re iudic. & l. post edictum. §. quod si is. de iudic. vbi vtrunque ponitur. l. lege 2. de vi publica. l. 1. ibi, edictis adesse iubet. de requir. reis. l. puto. in fine. ff. de postul. l. moris. de pœnis. vnde Vlp. scribit l. si suspēta sit collusio legatariis inter scriptos heredes, & eum qui de inoff. testam. agit: adesse etiam legatariis, & voluntatē defuncti tueri constitutum est, eisdemque permiffum est etiam appellare, si contra testamentum pronuntiatum fuerit. ff. de inoff. testa. non tamen poterit tertius petere publicationem sibi soli fieri, per rex. in cap. constitutus. de testibus, qui est singularis, vt notat Roma. singul. 172. quilibet.

Item abesse videtur res, quatenus præstaturus sum, l. planē. 1. §. quod si rem. ff. de leg. 1. Et abest is, quem manumittere oportet. l. si seruum. in princ. ff. de fideicom. liberta.

Ad hæc abesse videtur id, in quo sum obligatus, vel alij daturus. l. si quis mandato. ff. de neg. gest. & pecunia abesse dicitur, in l. inter causas. §. 1. ff. man.

Item longe abesse aquiratur morti, Bald. in l. mater. col. penult. C. de rei vind. l. multa. ff. de conditio. & demonst. vnde non est expectadus is, qui longa absentia detentus est, l. si longius. ff. de iudic. l. si ita. de ritu nuptia.

Abest etiam, qui extra continentia vrbis est. l. collegarum. §. 1. & l. absentem. infra eo. Abesse autem is intelligitur, qui a tribunali abest. l. non tantum. §. abesse. ff. de fideicom. libertatib.

Iuxta causā eos abesse dicendum est, qui non habent iniustam causam absentia, l. si eum seruum. §. ex iusta causa. ff. de fideicom. libertat.

Abesse etiam res dicitur a me, quando mihi deest, l. fin. autem. ff. de edic. edicto. vnde si filius familiaris volente patre magistratum gesserit, patrem teneri in id, quod eius nomine reipublice abest, Iulianus existimat. l. fili. istam. de administ. rerum ad ciuita. pertinent. ff. Abest & quod restitui oportet. l. si mulier. §. 1. ff. quod nuerus causa.

Et res abesse dicitur, quando longe abest: potest tamen abesse, & non longe esse. probat l. si fundus. §. in vindicatione. ibi, sed si velit restituere, nec possit, quia res abest, vel longe est, vel in prouinciis soler cautionibus res explicari. ff. de pigno. act. Abesse a me culpa videtur, siue iam solui pecuniam, siue eam soluere sum paratus, l. si vt certo. §. idē Labeo. ff. commodati.

Abesse autē culpa videtur, si omnia facta sunt,

quę diligentissimus quisque obseruaturus esset, l. si merces. §. penult. ff. locat. Alia dicemus in l. absentem. infra cod. tit. Abesse pro differre, distare, capitur in l. urbana prædia. infra eod.

Probat, id est approbat, com probat, vt in l. Pomponius. 1. ff. de nego. gest. vbi initio dicitur probat, & in fine com probat, & ibi etiā text. ait non posse reprobare semel approbatum: ad id etiam pertinet Laur. qui. in princ. ff. quod vi aut clam. l. 2. §. si non propter. si quis cautio. & l. si debitori. vbi dixi, de iudic. l. frater. ibi, idq; maxime consequens est contentiæ, quam Iulianus probaret. de conduct. indeb. & alij penē sunt infiniti loci, quibus Iurisconsulti hoc verbo vtuntur, & ita debet intelligi l. arbitro ad probandos fideiussores constituto. & l. sequi. ff. qui satisfare cogan. & l. ait prætor. §. non solum. i. de minorib. Sed & reprobari medicum, quamuis a republic. semel probatus fuerit, ait Iurisconsultus Modest. in l. vt gradatim. §. reprobari. de muneribus & honor. l. sed & reprobari. de excusatio. tut.

Secundo probare est fidem facere, ostendere, Gallice *prouer*, vt in tit. ff. & C. de probat. l. in lege Aquilia. ibi, & interim testibus probare possim. ad legem Aquil. Et qui non probauerit rem sua esse, causam amittit, l. si seruus. in si. ff. de noxal. actio. l. etiam. i. ff. de minorib. & in l. si sine. §. ceterum. vbi dicit Iurisconsult. docere.

Tertio probare pro laudare, vnde vir probate vitę, id est commendatę, & probis moribus, cap. licet. 1. de testib. Item vir omnibus modis probatus, ab Vlpian. dicitur in l. 3. §. item si is qui. de lib. exhib. ff.

Quarto pro tentare, vt proba me, c. didici. 1. q. 7. Quinto probare, id est facere approbare, l. si. ff. loca. vbi gl. sic exponit, dum text. ait, si riuus, quem faciendum conduxeras, & feceras, antequam eum probares, abes eum corruperit. &c.

Vel probare, est efficere vt probum rectumque iudicetur id, quod factum est. Opus probare (vt vulgus loquitur) est recte ac probe cōsummatum opus præbere, l. si in lege. ff. loc. Budę. in secundis annotation. in l. lex Iulia. ff. ad legem Iul. repetunda. vbi multum torquet ingenium suum in intellectu illius §. illud. & alio modo putat legendum, qui §. sic communiter habet, *Illud quoque cauetur, ne in acceptum fratur opus publicum faciendum frumentum & publice dandum, præbendum, apprehendendum, sicut a testia tenenda, antequam perficere, probata, præstita legerint.* Senius germanus illius §. vt arbitror, iste est: *Quod lege Iulia. repundarū cautum erat, ne administratores reipublice possent opus publicum faciendum, id est antequam factum esset, habere pro facto, & remittere, ne fiat, pecunia forte corrupti, vel alias: dabitabat lex, ne ad acceptationem venient: ideo ista prohibet ibi text. Item si frumentum erat dandum reipublice, non poterunt administratores reipublice illud habere pro accepto: id enim ea lege prohiberetur erat. Dare autem est dominium transferre, §. sic itaque. Instituta de actio. ergo acceptum habere, non est dare. Præterea dicitur in text. præbendum: quod puto sic intelligi, Si quis tenebatur præbere frumentum in opus publicum, quia forte illud nomine publico exegerat, & præbendum erat operi publico, non potest ei accepto ferri illud sic præbendum, quominus præbeat. Idem est dum text. ait, apprehendendum, si frumentum poterat apprehendi ad opus publicum alitunde, forsā decem modij ex quadam villa, non potest accepto ferri, & ita omnes antiqui libri habent, & sensus satis constat. Budęus tamen legit, approbandum: & sensus sustineri etiam potest, vt non possit frumentum reipublice dandum, antequam approbatum fuerit, accepto ferri: nec est absurdum sic intelligere,*

Probare quomodo dicitur.

Probare & facere sibi ostendere.

In intellectu ad §. illud. l. lex Iulia. ad leg. Iul. repetund.

Mores mulierum.

Mulier quę 22. habuit maritos.

De dictione etiam.

Virgo quid.

telligere, sed mutatur textus. Denique est in text. facta recta tuenda. Eadem lege cautum erat, ne quis accepto ferret facta tuenda, antequam probata sint ab officibus, an idonea sint, & perfecta: & hoc est quod vult dicitur §. illud. Postremo subiungit in fine text. praeserta legerint, id est administratores publici non possunt accepto ferre opus publicum, videlicet facta recta, antequam perfecta, probata, & praeserta legerint, & viderint: legere enim est oculis perspicere, vt exponit Iuriconsult. in l. i. §. legi autem ff. de his quae in testamen. delentur. Budaeus vero legendum ibi existimat, lege erunt, non legerint: & hoc modo etiam sensus subsistet, volens dicere non posse ista accepto ferri, antequam lege, id est secundum conventionem praeserta, facta, & approbata erunt, vel forte ibi legerint potest accipi, vt administratores legat rationes, quae ad ararium referuntur, quae perfecta illa testentur opera, vt dicam in interpret. ad illam l.

Et sic patet, prohibitum esse per legem Iuliam repetundarum, opus publicum, & frumentum reipubl. dandum, praebendum, seu apprehendendum, vel facta recta tuenda, antequam perfecta, & praeserta legerint, accepto ferri. ideo dicit antequam, quia facultatem habent administratores publici de eo, quod vere datum & praestitum est reipubl. vel factum, accepto ferendi, l. pactum curatoris. C. de pact. Non enim alienare rem Caesaris, sed diligenter gerere commissum est illis, l. i. §. penult. ff. de offi. procuratoris Caesaris. ideo dicit, antequam praeserta legerint, quia postea possunt, vel dum dicit, antequam, prohibet secundum quosdam omnino ne fiat, sed est praeserta loquendi, vt est in simili in euangelio, antequam conuenirent, & in l. quod dicitur. eo. tit. Ego tamen in harerem primae sententiae.

Probabile, *Αποστασιον* *αυτου* *Αδμου*, quod certum & legitimum modum habet, non exuperantem rationem. Cicero in partitio. Probabile autem est genus orationis, si non nimis est comptum, & expolitum, si est auctoritas & pondus in verbis, si sententiae graues & aptae moribus hominum. Budaeus in forens. & idem Cicer. lib. i. de inuentio. ita definit, Probabile est id, quod ferre fieri solet, aut quod in opinione hominum positum est, aut habet ad id quandam similitudinem, siue id verum sit, siue falsum: vt si mater est, diligit filium. & ita videtur velle gloss. in l. neque natales. in verbo, cum nihil. C. de probat. eius quatuor sunt species, signum, credibile, iudicatum, comparabile. eas explicat idem Cicero eodem in loco, idcirco eas praetermitto.

Iuriconsulti solent dicere probabiles sumptus, id est legitimos, qui non excedunt legitimum modum, vel qui probari possunt, vt in l. qui aliena. §. vlti. ff. de neg. gest. ibi, sed qui sumptus necessarios & probabiles in lite fecerit, negotiorum gestorum actionem habet.

Causa probabilis sic etiam dicitur, l. nec non. §. si quis ex causa probabilibus. ff. ex quib. caus. maior. & quae sit haec causa probabilis, declarat gloss. & Bar. in l. vlt. ff. de integ. restit.

Sententiam probabilem Vlp. scribit in l. diem proferre. §. stari. ibi, nam & diui Pij rescripto adicitur, vel minus probabilem sententiam aequo animo ferre debet. ff. de arbitris.

Probabilior sententia, l. si idem. in fine. ff. de iurisdictione. om. iudicium. l. hinc queritur. versic. cum enim. de pecul. l. si procuratorem. mandat. Probabilem modum, l. sed Iulianus. §. penult. ff. ad S. C. Maced. ibi, si probabilem modum in mutua pecunia non excessit. Probabilius, l. item Mela. §. Celsus. ibi, & est probabilius. ff. ad leg. Aquil.

Probatio definitur a iuris interpretibus, & gloss. in rubr. C. de probatio. sic, rei dubiae per argumenta

ostensio. Et quaedam est plena, quae duobus testibus fit omni exceptione maioribus, non reprobatis: & quando tanta fides facta est, quae ad dirimendam controuersiam sufficit, l. vbi. & l. 3. de testib. ff. Et appellatione probationis intelligitur plena probatio. Dominicus per illum text. in c. i. in fine. de elect. in 6. Lucas de Penna in l. 2. col. 3. de delator. lib. 10. C. docto. in l. fi. de Carbo. edicto.

Alia est semiplena, quae fit per vnū testem, vel per alia, quae notantur in l. admonendi. ff. de iur. iuran. vbi per gloss. & doct. & in l. in bonae fidei. C. de reb. credit. cap. fi. de iur. iurand.

Item quaedam dicitur probatio apertissima, l. vlti. in princip. ff. quod met. caus. quae alio in loco dicitur euidentissima, l. qui se litio obtulit, cum rem non possideret, condemnatur, nisi euidentissima probatione possit ostendere actorem ab initio non possidere. de petiti. heredita. & manifestissima, in l. non intelligitur. §. tacita. de iure fisci. ff. Et hanc probationem Imperator vocat luce meridiana clariorem, quae maxime in criminalibus desideratur, l. vlt. C. de probatio. Et scripsi viginti probationis species in §. fi. de reg. ad praelar. nomina. faciend. in concordant. Franciae.

Probi numeri, id est legitimi, boni, veri, non adulterini, aut are non contaminato facti, l. Titius. ff. de const. pecu. his opponitur reprobi, l. & eleganter. §. qui reprobos numeros. ff. de pigno. actio. cuius haec sunt verba, qui reprobos numeros soluit, an habeat pignoratitiam actionem, quasi soluta pecunia, quaritur: & constat neque pignoratitia eum agere posse, neque liberari, quia reproba pecunia non liberat soluentem, reprobis videlicet numeris redditis.

Approbare & comprobare frequentius & regulariter idem significant, vt infra dicemus. Lucas de Penna in l. i. col. 2. C. de iure fisci, lib. 10. Interdum approbare est fidem facere, probare, l. intra. ibi, nisi maluerit impensas omnes, quas bonae fidei possessor fecisse se approbauerit, ei praestare. ff. de minor. l. quod si deferente. ibi, peritium fuerit approbatum. de dolo. l. praetor. §. Marcellus. dum dicitur, & hoc modo eum consecutum sententiam praetoris liquido fuerit approbatum. de iudic. ff.

Comprobare pro approbare, vt supra dictum est, quasi simul probare, quod ab alio probatum est, l. si exheredatus. ff. de inoff. test. eo loco, agnouisse eum videri, qui tale iudicium defuncti comprobauerit. & l. in causa. §. caeterum si mandatum non est, cum neque quicquam in iudicium deduxerit, neque tu ea comprobasti, quae inuito te acta sunt, tibi non praedudicant. de procurat. l. si non forte. §. si decem. ibi, posterior solutio comprobabit. de conditio. indeb. item multis comprobari exemplis dicitur, in l. i. §. casum. versic. quamuis. ff. de postul.

Comprobare diploma, aut rescriptum, interinare rescriptum sermo in eueracuulo dicitur, vt Budaeus in forens. declarat, qui ait, fere ante diplomata in iudicium prolata, non ante a iudicibus comprobantur pro potestate, qua Imperatores ipsi diplomatum argumenta iudicibus approbauerint, id est probabilia iudicibus esse docuerint, id est iuri & aequitati consentanea, nec emittita expositione rei imperata. & dicuntur iudices probare simul cum Principe, qui illud rescriptum concedendo probauit. ideo comprobari dicitur.

Improbare & reprobare est non probare, repellere, impugnare, reuocare, l. cum hi. §. eam transactionem oratio improbat. ff. de transact. l. sed & si. §. hoc. ad S. C. Macedo. l. si filius familias. ibidem. & l. si in emtione. §. rei suae. de contrahen. emptio. oppositumque est verbo approbare. l. si ab arbitro. §. i. ff. qui satisda. cogant. ibi, qui ex causa improbat

Apertissima probatio.

Probi numeri & reprobi.

Approbare & comprobare quid.

Comprobare quid.

Comprobare pro interinare.

Improbare & reprobare, & phrasae eorum.

ab arbitro probatos, alios improbatos probat. & alibi, obligationem senatus improbat, in l. si mulieri. 3. ff. ad Velleia. §. vlti. Itae actiones improbare oneris aduersi. l. in nauem. circa finem. loca. ff. Improbata lectiois libri magici dicuntur, l. caetera. §. i. ff. famul. excisc. Non improbata lex, pro conventionem non reprobata a iure sumitur, in lege Iulia. §. idem Papinia. in fi. ff. de actio. empti.

Libri improbatig.

Improbaturum.

Improbatio more.

Improbatio.

Reprobare quid.

Reprobaturum restitutum. Ius quasi sum ex renuntiatione an possit restitui.

Forma quid.

Mutata forma quando dicitur.

Mutare quid, & eius phrasae.

quod plene tracta Felin. in c. ex parte. 2. de rescript. Idem in libello dicitur in l. edita. C. de edend. vbi plene iurium interpretes.

Mutare sententiam definitiuam iudex, vel arbiter non potest, interlocutori vero potest, l. iudex. ff. de re iudic. l. dicere. §. vnde. & §. penult. de recep. arbit. id fufissime, si quis desideret, videre poterit in interpreta. nostra l. quod iussit. de re iudica. ff.

Mutare voluntatem, l. i. §. penult. ff. de posit. possum enim mutare voluntatem, & ante mortem tuam depositum repetere, & l. si vero. §. si madauero. mad. l. si sterilis. in fin. de actio. empti. l. 2. §. i. de precar.

Mutatio, id est variatio, in l. natura. infra eo. ibi, per breuissimas mutationes. & l. ea est natura. infr. tit. proximo: & est titulus de mutatione nominis, C. in l. i. dicitur: Mutare itaque nomen, vel cognomen, vel praenomen sine aliqua fraude licito iure, si liber es, minime prohiberis, nullo ex hoc prauidicio futuro. Item rei mutatione interire vsu fructum placuit Vlpian. in l. reperi. ff. quib. mod. vsu fruct. amitt. Item militie mutatio, l. 3. §. i. & §. miles. & l. non omnes. §. qui in pace. & l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re milita.

Mutare causam, vt dicitur in §. libertus. l. si non sortem. ff. de codic. indeb. Plerumque robor hominis, aetas, temporisque opportunitas naturalem causam operarum mutant. Atque non mutat causam actionis locus, l. 4. & l. penult. ff. de instit. actio. expono in l. rei appellatione. 2. infra eod. Mutare causam possessionis, in l. quod meo. ff. de acq. possess.

Mutatum dominium dicitur Iuriconsult. in §. vlti. l. quoties. ff. de peculio. l. non solet locatio dominium mutare. ff. locati. Et si res hypotheca data, postea mutata fuerit, aequae hypothecaria competit actio, vt de domo data hypotheca, & horto facta, l. si fundus. §. si res. de pignor. ff.

Mutata specie, in ipse res. in fine. ff. quod met. caus. in initio text. conuersa. dixerat, in postrema parte dicit mutata.

Mutata res extingui vsu fructum, id dilucidè declarat Iuriconsult. in l. quid tamen. §. sed & si stagni. ff. quib. mod. vsu fruct. amitta.

Per mutationem personae an res mutetur, videte Lucam in l. vnica. col. 2. & sequ. C. de impe. lucrat. descriptio. lib. 10.

Mutatio singulorum indicum ad eadem rem, an aliud iudicium fecisset, tractat Iuriconsult. Alfe. in l. proponatur. ff. de iud. & si quis, inquit, putaret partibus commutatis aliam rem fieri, fore vt ex eius ratione nos ipsi non iidem essemus, qui abhinc anno fuissetus.

Mutatis moribus, l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ff. ad leg. Aquil. versic. sed si bona frugi seruus intra annum mutatis moribus occisus sit.

Mutato alueo, l. cum vsu fructum. ff. quib. mod. vsu fructua. amitt. ibi, nam & si alueo mutato inde manare coeperit. & l. adeo. §. insula. & sequ. de acqu. rerum domin.

Mutari periculi causam non posse varietate status, l. penult. ff. de instituto. & causam exponit gloss. in l. fin. ff. si pars hered. pera. id est titulum.

Mutare praeterea sumitur pro transferre, l. si cui. ff. de seruitu. vbi dicit primū mutare, deinde transferre, quod vulgus dicit transporter. l. si mandato. i. §. i. ff. manda. Sumitur etiam interdum pro commutare, siue permutare, aliud scilicet pro alio accipere, vel dare, vt in rub. de rer. permut. & scripsi in l. dedisse. infra eod. & in praxi beneficio. in eod. tit. de permuta. in 3. parte.

Mutare statum dicitur minor, si in seruitute redigatur, l. si ex causa. §. Papi. ff. de minor. vnde capitis deminutio dicitur prioris status mutatio, quae fit trib. mod. l. i. ff. de cap. deminu. & §. i. Instit. cod.

Mutare sententiam.

Mutare voluntatem.

Mutatio.

Mutare causam.

Mutatum dominium.

Mutata specie.

Mutatio persona.

Mutatio iudicium an aliud iudicium faciat.

Mutatis moribus.

Mutare & transferre.

Mutare statum.

Legerere quid.

Probabile quid, & quo simplex.

Probabiles sumptus.

Causa probabilis.

Sententia probabilis.

Modus probabilis.

Probabilis, Probatio quid sit & quomplex.

Manus mi-
nistrorum.

seruientium, per iudicis ministros. *par sergens.* vnde Vlpia. ait, Restituere iustus, si iudici non pareat, con- tendens non posse restituere, si quid rem habeat, manu militari officio iudicis ab eo possessio trans- feratur. l. qui restituit. ff. de rei vind. & l. 3. §. 1. ne vis fiat ei qui in possess. in ea parte, melius est dicere extra ordinem prætores ipsos iure suæ potestatis exequi oportere decretum suum, nonnunquam etiam per manum militarem. Manus hæc militaris, ministrorum manus etiam dicitur per metaphoram, vt l. 1. §. necessario. si vent. no. mulier. cog- get autem, inquit text. discedere non pratoria po- testate, aut manu ministrorum: melius & civilius fecerit, si cum per interdictum ad ius ordinarium remiserit. quod & notari potest Acto. 12. c. in prin. Misit Herodes Rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia. nam vt manus membrum toti corpori seruit, ita & minister obsequitur potestati, c. dicar. & seq. 23. q. 5. Manus armata dicitur, quando armis munita est hominum, l. 3. §. aduersus. ff. de sepul. viol. vbi aduersus eos, qui cadauera spoliant, præ- sides seuerius interuenire solent, maxime si manu armata aggrediuntur, vt si more latronum idege- rint, etiam capite plectuntur. & cap. cum dilectus. de ordin. cognit.

Armata
manus qua
sit.

Per manu
prohibere.

Per manum prohibere potero, si quis in meo vult edificare, id est per lapidis iactum manu factum, l. de pupillo. §. meminisse. de noui ope. nun. l. quamuis. de acqui. rer. dom. vel dici potest manu prohibere, id est actu aliquo & opere manuali, vel exercitio, & quocumq; quod per manus fieri po- test, vt impediendo, proficiendo lapillum, atque ita obstaculum opponendo: vnde manum oppo- nere, est prohibere, l. vim facit §. 1. ff. quod vi aut clam. dum text. ait, intelligitur prohibitus quolibet actu prohibentis, id est vel dicentis se prohibere, vel manum opponentis, lapillumve iactantis prohibendi gratia: quod facit contra opponentes se, vt delinquentes non capiantur, vt ipsi reneantur. l. quotiens. vbi doct. C. de exact. tribut. lib. 10.

Manu
opponere.

Manu
prohibere.

Manus pro actione, l. 2. C. quo quisque ordin. conuen. lib. 11. ibi, manus ad nominatorem prius- quam vtriusque, qui id munus administrauerunt, fue- rint excusati solenniter, nulla ratione porrigi pos- sunt. l. fin. de peric. nomi. ibidem, vbi docto. expo- nunt, & potest accipi pro executione, actione vel periculo.

Breui ma-
nu.

Breui manu fieri Iuriscōsultus ait, pro eo, quod est celeriter, sine mora & circuitu: vt si iuberem debitori meo dare tibi decem aureos, vt tu eos mu- tuo habeas, mutuum erit: licet ego à debitore pec- uniam non acceperim meam, tamen videtur mihi data pecunia, & tibi à me breui manu statim tradi- ta. l. singularia. ff. si cert. per. quasi Gallice, *sans s'ar- vester entre mes mains, de main en main.* l. licet. §. quo- ties. ibi, tunc enim credendum est, breui manu ac- ceptum à muliere, & marito datum. ff. de iure dor. nempe ita celeriter fieri dicitur, vt celeritate con- iungendarum inter se actionum vna occultetur actio. l. 3. §. sed si debitorem. ff. de dona. inter vir. & vxor. Manu longa, contra dicitur, quando ea cele- ritas non est, vt l. pecuniam. ff. de solut. vbi non oc- cultatur vna actio: vnde dicimus, *de longue main.* vnde in illa lege scribitur, si pecuniam, quam mihi debes, aut aliam rem, in conspectu meo ponere te iubeam efficitur, vt & tu statim libereris, & mea esse incipiat, nam tum quod à nullo eius rei cor- poraliter possessio derineretur, acquisita mihi, & quodammodo manu longa tradita existimanda est. nam debitor censetur mihi tradidisse, & ego postea tibi, & sic de manu in manum, vt vulgo dicitur.

Per manus
traditum.

Per manus traditum esse illud dicitur, quod à maioribus accepimus, quasi de manu ad manum,

l. quod per manus traditum est. ff. de iure codicil. et si gl. exponit eum locum, id est vulgo receptum: sed tenere, vt dixi.

Sua manu
adimere.

Sua manu ademit libertatem seruo testatoris, ideo falsi tenetur, id est scriptura propria manu scripta, seu sua autoritate, vt scriptum est in l. si quis legatum. §. similiter. 2. de leg. Cornel. de fals. & l. impuberem. §. adimendo quoque. ibid. decla- rat Iulia. in l. senatus poenam remisit ei, qui legata à se testamento data, codicillis sua manu scriptis ademerat. ibid. ibi, sua manu, pro propria, vt sequi- tur. Sua manu adscripsit, non aliena, l. Diuus. r. ff. de fals. in princ. & §. 1. vbi scriptum est, scribere au- tem sibi legatum videri, non solum eum, qui manu sua id fecit, sed etiam qui per seruum suum, aut fi- lium, quem in potestate habet, dictante testatore legato honoratur. facit l. cum quidam. §. qui liberti. ibidem. quod pertinet ad intellectum, & ad inter- pretationem torius titu. C. de iis qui in testam. sibi adscri. Conscripti de propria manu in tracta. no- mina. q. 10. nu. 11.

Sua manu
a. scribere

Opus manu factum, quod naturaliter factum non est, sed artificis manu, l. 1. §. 1. ff. de aqua plu. ar. Emissa manus dicitur, cautio manu facta, & ali- cui tradita. Modest. in l. quidam. ff. de proba. dum text. ait, an cum eo de hereditate fratris possent propter emissam manum ab eis, quasi filio, agere: quasi extra manum missa sit. vnde chirographum pro eo sepius in iure legitur, vt alibi etiam de- clarauimus, quæ dictio Græca est, deducta à χηρ, quod Latine manum significat, & γράφω scribo, vt in tract. de chirogra. recogni. dixi in ordin. Regi. in 1. tomo commentar.

Opus ma-
nu factum:
Emissa ma-
nus.

Adhibere manum dicitur, qui multitudinem comparat, & congregat, vel adhibet ministros, §. 1. l. metum autem. ff. quod met. caus. ibi, idem ait, & si forte adhibita manu per vim in meo edifices solo: id est multitudinem adhibita & collecta, & plu- ribus congregatis, eorum auxilio vtens. idem di- citur in l. ita vulneratus. in princip. ibi, sed & lege Aquilia is demum teneri visus est, qui adhibita vi, & quasi manu causam mortis præbuisse. ff. ad leg. Aquil. Ea significatione apud historiographos cre- bro usurpatur, præcipue Tit. Liuius familiaris est dictio manus pro multitudine. Et omitto alios di- cendi modos pro schemata rhetorica, & figuras, & grammaticorum præcepta, vt Præ manu soluere, id est ante manum. Plena manu tractare, id est ample, & copiose, *pleinement & amplement.* Manibus pedibusque facere, id est totis viribus, totoque co- natu niti: & alia pulchra, quæ legèda sunt apud eos, qui sermonis Latini elegatiam tradere solent. tan- tum est instituti mei prosequi, quæ iure nostro pro- bantur. De manu Regia multa tradidi in verbo, in manibus. §. 1. de Reg. no. faci. in concord. quæ hic non repetam.

Adhibere
manum.

Plena ma-
nu.

Hinc mola manuaria, quæ manu ducitur, l. do- lia. §. 1. ff. de fund. instru. ibi, molas manuarias, in- quit, supellectilis, iumentarias verò instrumenti esse Ofsilius ait: Celsus autem & Trebatius neutras su- pellectilis, sed instrumenti: quod & verum puro. Manuaria beneficia vocantur præbende, quia ad manum præbentur tantum fructus residentibus pro- victu & vestitu. c. olim. de verb. signifi. vel manu- aria dicuntur, quæ pro nura superioris regularibus dantur, & amouentur: de quibus in c. cum ad mo- nasterium. §. tales. de statu monach. abunde scripsi in tract. de parific. possessio. in 6. limita. num. 272. & sequen. & doct. ista vocant manualia.

Mola ma-
nuaria.

Beneficia
manuaria.

Ad manum non habere, est in promptu non esse, & præsentem pecuniam non habere. ait enim Vlpian. in l. petenti mutua pecuniam creditor, cum ad manum debitor non haberet, species auri dedit. ff. de

Ad manum
non habere

Inter ma-
nus versa-
ri.

Porrigere
manus.

Sata ma-
nu.

Manus in
iure canoni-
co quot mo-
dis summa-
tur.

Impiaman-
nus.

Manus im-
positio.

Ordinato-
ria.

Consecra-
toria.

Benedictio-
ria.
Reconci-
liatoria.

Curativa.

Manus ter-
tia & quar-
ta.

ff. de pigno. actio. & l. tutor. §. cum haberes. ad Vel- leia. ibi, deinde ego cum ad manum nummos non haberem, &c. Idem præ manibus non habere iure canonico dicitur, cap. 1. de libell. oblatio.

Inter manus versari dicitur in vsu esse, & non versari, quando res non extat, vel latet, Pompo. l. 2. §. post hos Quintus. verfic. denique. ff. de orig. iur. denique, inquit, nec versantur eorum scripta om- nino inter manus hominum. In manum conue- nire mulier dicitur, in l. ex ea parte. §. 1. ff. de verb. oblig. declarat Buda. in l. 2. ff. de orig. iuris.

Porrigere manus iudices, aduersus emptorem cui pignora addicta sunt, non debent, id est vltra procedere non debent, & iurisdictionem suam ex- tendere aduersus istum emptorem, nec præbere viatores ad exigendum pretium, vel exequendum, l. à diuo Pio. §. sed si empror. ff. de re iudica. Licet interdum manus porrigere sit opem ferre, & inter- dum exercere actionem, seu dirigere. l. etiam. §. 1. ff. de peritio. hered. Porrigere etiam extendere di- citur, vt via latitudo ex lege duodecim tabularum in porrectum octo pedes habet, id est in extensum & longitudinè, l. via latitudo. de feruit. vrb. præd. l. pronuntiatio. infra eo. l. 2. de libera. causa, vbi ini- iuria parentum ad nostram iniuriam porrigitur, id est pertinet, & extenditur. auth. vulgata, hoc ius por- rectum. de sacro. eccl. C. dicam in d. l. pronuntiatio. infra eod. Deci. in l. 2. nu. 95. de reg. iur. Sata manu dicuntur, quæ frequenter feri solent, vt frumenta, non verò quæ perpetuo fata permanent, vt arbo- res. l. cum manu fata. ff. de contrah. emptio.

Iure autem canonico quibus modis manus dici soleat, hi sunt: Primum, vt supra dictum, pro mem- bro ipso, & dicitur quandoque violenta, quæ in clericum vel conuersum aut alium, per vim & iniu- riam, lædendi eius causa, infertur. c. si quis suadente diabolo manus violentas iniecerit in clericum. 17. q. 4. c. cum desideres. de sent. excō. Manus impia, c. fin. de dona. l. fin. C. de reuoc. dona. vbi exponi- tur, & in l. 1. §. 1. ff. de obseq. à liber. &c.

Manus impositio ideo dicitur, quia in sacra- mentis spiritualibus solent manus imponi, c. manus. 1. q. 1. & est multiplex. nam quædam est confirmato- ria, quæ in fronte confirmati imponitur. c. 2. & 3. de consec. dist. 5. Alia ordinatio, quæ in collatione ordinum imponitur, c. cum nobis olim. de electio. de qua Apostolus ait, Nemini citò manus impo- sitionis. quid sit citò manum imponere, declarat c. quid est manus citò imponere, nisi ante ætatis ma- turitatem, aut tempus examinis, ante meritò obedi- entia, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorem tribuere non probatis? 78. dist. Alia est consecratoria, quæ in dignitate episcopali locum habet, dum episcopus consecratur, c. episcopus. 23. dist. Alia benedictoria, quæ super abbates & abba- tisses imponitur, ca. quoniam. 69. dist. c. 1. de temp. ord. vbi etiam consecratoria dici potest. Alia recon- ciliatoria vocatur, quæ super poenitentes cum inuocatione spiritus sancti paracleti, & aliqua ora- tione fit, & hoc fit hæreticis reuertentibus ad ecclē- siam, c. Arrianos. 1. q. 1. & excommunicatis, c. cum aliquis. 1. q. 3. c. poenitentes. & ca. in capite. 50. dist. Alia est curatiua, de qua Christus Marci vlt. cap. su- per agros manus imponit, & bene habebunt. c. 1. de sacra. vñctio. Hostiè. de sacra. nō iteran. §. quali- ter cōferatur. in summa, vbi addit illa, quæ fit cum olei vñctioe super infirmos, de qua in c. presby- teros. 95. dist. & Præpos. in cap. manus. 1. q. 1. alia di- cam in tit. de verb. sign. in decr. si per ætatē liceat.

Interdum etiam ius pontificiū dicit, tertia & quar- ta manu quis purgari debet, id est tribus testibus, vel quatuor, c. quoties. de purga. canonica. Quan- doque quinta, aut septima manu, c. ex tuarū. ibid.

& cap. si. de frigid. & malefic. & cap. iudicatum. de simon. Aliquando duodecima manu, c. inter. ibid. & ista sunt notanda, quia ita nemo attingit.

Item ad manum suam tenere, est in dominio & potestate habere, & alteri non locare, c. vt super. de reb. ecclesiæ non alic. Declarat Barba. confi. 17. cle- mentis simū. co. 7. in 4. vol. si testator velit domum non exire de manu heredis, id est de dominio, vt Barba. not. in c. cum accessissent. col. 3. de cōst. per illum text. Alia hic manus nostra de manu scribe- ret, nisi cetera per superiora intelligi facile possent. nolo tamen prætermittere Cn. Vatiens ignauiam, quem ne bello Italico militaret, traditum est sini- stræ manus digitos abscidisse, ob quod facinus bo- nis publicaris æternis vinculis, & perpetuo carcere puniendam senatus edixit, vt testis est Cœlius lib. Antiq. lectio. 6. c. 4.

Ad manu
tenere.

Not. de eo
qui sibi di-
gitos absci-
dit, ne mi-
litaret.

§. Desinere autem abesse res tunc vide- tur, cum sicredit in potestatem, ne amit- tere eius possessionem possimus, ob hoc, quod furto pridem subtracta est.

Desinere
abesse qua
dicantur.

Postquam supra enucleatum fuit, quando res abesse dicatur, nunc text. elucidat, quando abesse desinat. Desinit autem abesse tunc res, quando in potestatem nostram iuste redit, ne possessionem eius amittere possimus, eo quod pridem, & antea subtracta fuit. nam si dominus fundi possessionem vi deiecerit, Celsus ait non videri in potestate do- mini rediisse, quod interdicto vnde vi restitutus est possessionem, l. sequitur. §. si fundū. ff. de vstuc. Item si clam vel alio modo nactus sum posses- sionem, etiā rei meæ, si iniuste, non desinit illa res à me abesse, eo quod possessio iniusta à me auferri possit: nam etiam prædo restituitur, cap. in literis. de restitutio. spolia. l. si quis ad fe. C. ad legem Jul. de vi public. Meritò non desinit à me res abesse, à quo auferri potest.

Præterea is, qui rei publicæ causa absens est, de- sinere abesse videtur, quando reuersus est, non si- mul atque venit, sed expectatis quindecim diebus, vel alias arbitrio iudicis, l. ab hostibus. in fin. ff. ex quibus caus. maior. Quod facit pro literis status, quæ impetrantur à militibus, quando in expedi- tione sunt, vt causæ eorum etiam eis reuersis intra quindecim dies non tractentur: quæ literæ status quando locum habeant, scripti in tracta. de literis dilato. status. in ordi. Reg. in 2. tomo commenta.

Delictis
status.

Item res furtiua non potest vsticipi, quandiu abest, & non reuertitur in domini potestatem, lege sequitur. §. quod autem. ff. de vsticap. & tunc etiam dicitur abesse, quando eo iure, quo prius, non ha- beo, d. l. sequitur. §. item si eam.

Item requiritur me scire eam reuersam in pote- statem meam, si sciebā subreptam, alioquin non, d. l. sequitur. §. Labeo. verfic. ideo. l. si ad dominū. de furt. & quando rediit, oportet me scire eam sub- tractam, l. qui fundum. §. penult. ff. pro emptore. Eriam oportet eam, vt meā reuersam: quia si eam emerim, non videtur desinere abesse, d. l. sequitur. §. tunc in potestatem. sic dicit, tunc in potestatem domini rediisse dicendum est, cum possessionem eius nactus sit iuste, vt auelli non possit, sed & tan- quam suæ rei. nam si ignorās rem mihi surreptam emam, non videri in potestatem meam reuersam, & cap. quod facit ad intellectum l. pen. ff. ad legem Iuliam repetund.

Aliquando aduersus furem, qui seruum surripit, licet nunc seruus adsit, furti actio comperit, quia nonnunquā beneficio furis abfuit, l. inter omnes. §. comperit. ff. de furt. & ita legi illi text. debet, licet antiqui libri essent corruptissimi. & Accurs. repre-

Intellectum
ad l. inter
omnes. de
furt.

commētā. in constit. Reg. tract. de mater. possess. vbi plene tractaui modos acquirendi possessio- nem, & amittendi.

Pridem & iam pridem.

Pridem & iam pridem in tempore longiori ve- rificatur, quam dudum, & iam dudum, vt scripsi in proœmio concord. in verbo, non pridem.

§. Abesse & ea res, quæ in rebus hu- manis non est.

Mortuus abesse cen- setur.

Mortuus abesse censetur: vnde si Rex dederit alicui Titio officium, quando, vel quoties abesse contigerit iudicem maiorem: mortuo hoc iudice, poterit etiam hic Titius exercere officium, per hunc text. quia abesse, qui in rebus humanis non est, cap. si delegatus. de officio deleg. in 6. Et quæuis persona abesse videatur, quando moritur, tamen non dicitur renunsiasse. tex. nota. & gloss. in cap. susceptum. de rescript. lib. 6. idem dixi in vici- rio, vel officiali creatore, quoties principalem abesse contigerit, vt is post mortem principalis vicarij possit conferre beneficia, & alia facere, quæ spe- ctant ad officium vicarij. Vnde inferunt doct. vt is, qui capones singulis annis daretur, vel gal- linas, eos easve viuos dare debet, teste Barr. in l. quod re. ff. si certum petatur. alioqui abesse viden- tur, vt hic: quod non procedit in animalibus, quæ facile viua capinon possunt, vt per dices, leporis, & alia feræ bestie, propter difficultatem capien- di, & quia meliora fiunt, si aliquo tempore refer- uentur mortua, pro qualitate temporis, ea mor- tua dare sufficit: & ita seruat consuetudo, teste Al- bert. Bruno in tractatu de forma & solemnitate a- ctus, rub. de generali cognit. formæ. versic. rerum autem. Consuetudo etiam seruat, vt tempore hie mali dentur magistratibus, & procuratoribus An- degaensib. item & Cenomanens. pingues capo- nes mortui, comestibiles, denique & ea quæ perti- nent ad edulia, vt per dices, & cuniculi mortui. Quæ autem seruari possunt, nec statim edi solent, vt porci, boues, arietes, aliâ que id genus animalia, vna tradi solent, & debent. In huiusmodi rebus mos, & consuetudo cuiusque regionis, quæ est optima legum interpret, inspicenda est. l. si seruus plurium, in fine, ff. de leg. 1. & in censu soluendo me- lius est, quod viui capones dentur.

Capones vi- uos dare q̄ renetur.

Que mor- tua anima lia dare suf- ficiat.

Quæro quando res alicui dererior redditur, nō videtur reddita: ideo dererioratio peti potest, vt di- ctum fuit in §. res abesse. sed qua actione petatur? Respondeo quando res redditur transfigurata, non contingit liberatio, & idem si corrupta: & ideo in contractibus bonæ fidei dererioratio petetur actio- ne ex illo contractu, vel res non transfigurata: vt si equum commodatum dererioratum factum reddi- disti, actione commodati ad dereriorationem agam. l. 3. §. si reddita. ff. cōmod. l. 1. §. si res. depōsi- ti: quia in contractibus bonæ fidei dererioratio iure actionis venit, & iure obligationis, & quicquid æquum & bonum est venire. l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cert. loco. ideo in his cautio euictionis potest principaliter peti, l. ex empto. §. etiam. de actionib. empt. ff. l. 1. r. de euictione. & l. non dubi- tatur. C. illo tit. Et in testamento potest principaliter ad cautionem euictionis agi, l. etiam. ff. de solut. Bartol. in l. si domus. §. si de euictione. ff. de legat. 1. quia actio ex testamento habet in iustar actio- nis bonæ fidei. l. in minorem. C. in quib. caus. in in- tegr. restitut. non est necessar. Ias. in l. Iulianus. §. r. col. 2. ff. de verb. obligat. Secus in contractibus stri- cti iuris, quia in eis omnium habetur pro omisso. l. quicquid. ff. de verborum obligat. nisi peteretur pars rei quota, vtpote, quia non est soluta, tunc ad illam partem ducatur obligatio, non ad totam rem.

Redderio- vi reddita, qua actione dererioratio peti potest.

l. si stipulatus sim. §. fin. ff. de solutio. Alex. in l. Iu- lianus. §. fin. ff. de verb. oblig.

Primum id locum non habet, quando deterio- ratio esset promissa per stipulationem reddi, quia licet reddendo rem, vna actio rei scilicet tollatur, non tamen ista, videlicet dereriorationis. d. l. 4. C. de pos. ibi, non enim sunt duæ actiones: ergo si essent duæ, altera non esset sublata per restituti- onem rei.

Reddendo rem quādo quis non sit liberatus.

Secundo hæc regula vitatur, si quis rem dolo dererioriorem fecit, quia tunc dominus recipiendo rem, non sibi præiudicat in hac actione doli, sed in principali tantum. Bart. & Salic. in l. exhibitoris. C. ad exhibend. per d. l. & eleganter. §. non solum. ff. de dolo: alioqui nō puniretur dolo. l. si. ff. de eo quod cert. loco: ideo postea doli actione agetur.

Recipiens rē dererioratam, an dereriora- tionem petere possit.

Tertio coarctatur, quando pars ignorans rem dererioriorem recepisset, nempe quod ignorat, remi- ttere non videtur, l. mater. ff. de inoffic. testam. & ibi multa cumulauit, & scire præsumitur, si vitium erat patens, alioqui non. glo. in l. in hac. ff. de tritic. actio. Bart. in d. l. exhibitoris. quod est verum in re debita quam nunquam habuerat, quia debet eā videre, an sibi placeat, antequam recipiat: secus in re sua, quam ei dum quis cōmodauit, sciebat vi- tio caruisse, & sic sanam putabat sibi restitui, tunc non præsumitur sciuisse, maxime si data sit famu- lo, qui hanc etiam ignorans recepit: sicut euenit mihi in mulo sano commodato, deinde claudio noctu mihi reddito, & difficile est euadere sine de- ceptione huius seculi calumnias. l. verius. ff. de pro- bat. Salicet. in d. l. exhibitoris. Cautela tamen est quod tuam rem diligenter inspicias, antequam re- cipias post cōmodatum depositumve factum, vel non commodes, si non vis decipi. sed praxis non tam exacte ista seruat, quia sufficit iurare se igno- rasse vitium, si pars non probet partem sciuisse.

Protesta- tio cōseruat ius.

Quarto moderanda est, nisi quis cum protesta- tionereceperit rem, videlicet iniquens nolle se re- cipiendō rem, remittere dereriorationem, si qua sit, & hæc protestatio utilis erit, arg. l. fin. §. item si prædixerit. ff. nauar. caupones. & l. at si quis. §. ple- rique. ff. de religiof. & sumpt. funer. & l. fin. de eo quod cert. loco. & ibi Bart. & Ias.

In contra- ctibus stricti iuris ad de- teriorationem quomo- do agatur.

In contractu autem stricti iuris agetur ex stipu- lato, si stipulatio internenerit, l. & eleganter. §. non solum. ff. de dolo. sin minus, actione ex illo contra- ctu, si dererior facta fuerit lite pendente. l. qui sibi aut Titio. §. qui Stichum. & l. etiam. ff. de solut. arg. l. ædiles. 1. §. sciendum. ff. de ædilitio edicto.

Item si ante litem contestatam res mea derorio rata est, in qua habebam vindicationem, & sic ago in rem, tunc eadem actione, qua prius, agam ad de- teriorationem, l. non solum. ff. de rei vindica. Ro- ma. sing. 773. quia ratione pleni iuris, quod habeo, agitur: & quod suum est, petitur. ideo magis ei fa- aetur, instar actionis bonæ fidei. l. videamus. §. si actionem. ff. de v. iuris.

Si verò res mihi erat debita, & dolo aduersarij fuerit facta dererior, agam actione de dolo. l. & ele- ganter. §. non solum. ff. de dolo, vt ibi scripsi. Sin autem sine dolo, culpa tamen, vel alio modo de- terior fiat, actione in factum agitur. l. exhibitoris. C. ad exhibendum. Petrus de Bella Pertic. q. 524. gloss. norab. in dicto §. non solum. vbi plene tra- dit materiam, & in fine demonstrat in quibus cas-ibus quis rem sine pretio dereriorationis teneat- tur recipere: in illis non videtur remittere id, quod interest propter dereriorationē, argum. l. quidā. ff. si certā per. Contrariū tamē tener Salic. in d. l. ex- hibitoris. vt recipiendō videatur remittere pretiū dereriorationis, & tutius esse, si non receperit, vt ipse existimat, velcū protestatione recipiat, quod non

non intendit remittere estimationem dereriora- tionis: idque videtur cautius. vide Cepolin. §. res abesse. proximo, supra vbi ponit reg. cum limita. in 6. quaestio.

Dereriora- tio quomo- do peteda.

Notandum tamen est, cum res ratione derorio- rationis petitur, vel iuris deficientis in illa re, non debet simpliciter peti, sed cum expressione cau- sæ, videlicet, vt suppleatur quod deest, d. l. & elegan- ter. §. non solum. ff. de dolo. Ias. in l. Iulianus. §. r. norab. 1. ff. de verbor. oblig. ideo in libello debet dici, Peto rem, vt mihi interesse dereriorationis præstetur, vel mihi caueatur de illo præstado. Bart. in d. l. exhibitoris. col. fin. Hodie res non petitur, sed interesse tantum: & ratio est, quia hæc derorio- ratio & alia veniebant præstanda officio iudicis (vt dicunt) mercenario, quod sui natura expirat, vbi actio principalis non durat. l. 4. C. de pos. ideo Leg- gillatores noluerunt principalem actionem extin- gui, vt officium iudicis ad præstita possit implori. Et ista nunc sufficiant.

Bona absen- tis de cuius morte dubi- tatur, ad quem spe- ctant: & qd de eis fiat.

In rebus humanis esse, est superfluum esse, & viue- re, idem in l. nomen filiarum. infr. eo. in rebus ve- rō humanis non esse, est rem non extare, animal extinctum esse, & mortuum, vt hic. Et notandum bona absentis, de cuius morte dubitatur, seques- tra ri, & gubernari manu Regia, quousque venerit: vel si consanguineus perat, solent ei concedi cautio- ne data de restituendo, quia pro mortuo habetur. l. libera. ff. de pecul. dixi in praxi benefic. abunde, quando beneficia viuicntis possint conferri, & in verbo, dereriorerit. §. r. de colla. in concordia.

PAVLVS LIBRO OCTAVO Ad Edictum. Lex xiiij.

Labeo & Sabinus existimant, si vesti- mentum scissum reddatur, vel res corru-pta reddita sit, veluti scyphi collisi, vel ta- bula rasa pictura, videri rem abesse, quo- niam earum rerum pretium, non in sub- stantia, sed in arte sit positum.

Elucidatio texti.

Hæc lex ad declarationem eorum, quæ proxi- mē dicta sunt, subiuncta est: quippe cum superior §. res abesse, dixerit, quarum corpus manet, forma tamen mutata est: hic subiicit exemplum, veluti (inquit) si vestimentum scissum reddatur, vel si cō- modauero scyphos, & tu collisos reddideris, & fractos, atque cōquassatos, aut si tabulam pictam apud te deposuerim, tu rasa pictura illam restituas: in his res abesse videtur, quia pretium earum non principaliter est positum in substantia, id est in ma- teria, sed in arte & artificio: vt de pictura Appellis & Parrhasij, quam scribit Imperator in §. si quis in aliena tabula, dererum ditiusio. in Instit. ridiculum esse in accessionem vilissimæ tabulæ, & ita mate- riæ picturam cedere. Quod superiori lege dictum erat, plus est in manus pretio, quam in re, hic dicit in arte positum. quare est expositio prædictorum, quæ nos iam declarauimus. Ideo nunc aduertite ad cæterorum verborum interpretationem, post- quam superius fuit tradita abunde materia.

Scindere quid.

Existimant, arbitratū, & putant, vt l. Neratius Priscus tres collegium facere existimat. infra cod. Scribam plene in l. hæc enuntiatio. infra eo. Vestimentum, elucidatur in l. vestis. infra cod. Scissum, id est fractum, & fissum, corruptum ad que que res interdum verbum hoc scissum refer- tur, vt l. 1. §. hæc autem. ibi, quid aliud scissum, cor- ruptumve est. ff. de iis qui deiecerunt. l. Marcellus. supra eodem. l. si procurator. ff. rem ratam haberi.

vulgò dicimus conper. sailler. rompre. scindre. descheirer. metre en pieces: & hæc faciunt ad in collectum legū Regia. rubr. des forestz. vbi hæc prohibentur in ne- moribus Regiis.

Interdum ad personas pertinet, l. si seruus. §. ru- pitse, vel telo, vel quo alio, vt scinderet alicui cor- pus. ff. ad leg. Aquil. Vnde sicut quis est ex commu- nicatus, qui violentas manus in clericum infert, c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. vbi scripsi: ita qui scindit vestimenta corpori eius inhaerentia, cap. si quis pulsatus. de pœnit. dist. 1.

Scindere & diuidere.

Scindere pro diuidere, l. item cum testamento, in fin. ff. de pecul. dum dicitur, & de peculio actio, & deductionis ius scinditur, & l. sed & si loci vnus controuersia in partes scindi ad iudicandum po- test. ff. finium regund. Et qui totam hereditatem acquirere potest, is pro parte cum scindendo adire non potest. l. r. de acquir. hered.

Reddantur, id est restituantur, exposui abunde in l. verbum reddendi. infra eo.

Veluti. Hæc dictio explicatiua est, vel vt interpre- tes iuris aiunt, exemplificatiua, vt l. 3. supra cod. & l. Labeo. 2. §. 1. infra eo. Idem in dictione veluti, l. in- ter publica. infra cod.

De dictio- ne veluti et velut.

Colligite ex hac dictione exemplū poni, & per- dictiones seq. Et exempla non restringunt regulā, l. penult. ff. de iur. & facti ignor. l. nam quod liqui- de. in fin. de penult. legat. l. 1. §. quod vulgo. de vi & viarmara. Vndelicet certi modi conuincendi vsu- rarium describantur in c. ad nostram. de empt. & vendit. illi tamen gratia exempli appōiti, non res- tringunt alios modos, vt Laur. de Rodol. in suo tract. de vsur. scribit, & Barba. in cap. Raynaldus. col. 98. in vers. tertio moueor. de testam. Et in- tellige, quod licet non restringant regulam exem- pla, declarāt tamen, in quibus terminis procedat. l. r. ff. de præscriptis verb. l. vt responsum congruū. C. de transaction. & l. precibus. de impub. Paul. de monte Picco in l. in quartam. colum. 30. num. 38. ff. ad legem Falc. Alexander consi. 14. vfo testamē- to. in secundo vol. num. 8. & consi. 98. vifo. num. 6. in 4. volum. allegat. text. in d. l. nam quod. §. fin. Ad hoc propositum, si testator disposuerit quod filius teneatur cōferre ad omnes expensas per patrum in communi familia factas, exceptis dotibus fi- liarum patrum, tenebitur conferre ad expensas ne- cessarias bonorum paraphernalium, & ad expen- sas conuiuij nuptiarum: quia illa exceptio, seu exē- plum declarat regulam in aliis. ita consuluit Ale- xander consilio 36. vifo themate. colum. 1. in sexto volum. quod est repetitum consi. 303. in 7. vol.

Exempla non restringunt regulam.

Secundo derogatur, quādo in lege exemplum tradente, vel alia dispositione prohiberetur, ne ex- tensio fieret, tunc illa exempla ad aliū casum non extenderentur, sed id non ratione exempli, sed pro- hibitionis. l. in benem. C. ad Trebel. vbi lex loquēs in liberis, ad nepores non porrigitur. Bart. & Paul. in d. l. in quartam.

Tertio quando lex exemplificans esset corre- ctoria, tunc exemplum regulam restringere de- bet, ne inducatur legum correctio. Expedi enim iura iuribus cōcordari. l. vnic. C. de inoffic. dotib. cap. cum expediat. de electio. in sexto. Piccus in d. l. in quartam. col. 38. Similes dictiones descripti in l. impensa. §. 1. infra cod.

Scyphi qd & vnde di- catur.

Scyphi. Scyphus, seu caliculus, vas ad bibendum vi- num est maximè accommodatum, quo veteres ute- bantur, & adhuc Germani illum bibendi morem vsque ad lacrymas per ordinem in conuiuiis sibi retinuerunt: de quo scypho loquitur Iuriscōsult. in l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhibed. Et dicitur caliculus, quali caliculus à Scythis, quib. ebrietas nimio plus frequēs est, proinde Scythiffare inebriari esse tradit

Scythiffa- re.

tradit Caelius lib. antiq. lectio. 14. cap. 60. alia vinaria vasa scribam in l. vinaria. infra cod.

Collisum quid.

Collisus, quasi simul latus contagione, percussus, fractus, cassus, & froissés: vnde cum aurum vel argenti factum legatur, si fractum, vel collisum fuerit, non contineri Servius existimat, l. Quintus. 2. §. cui aurum. de auro & argen. lega. ff.

Tabula significatio. & phras.

Tabula, est materia, in qua pingi, scribi, vel fieri aliquid potest, l. in rem. §. sed & id. ff. de rerum diuisio. l. naturalis. §. at cum do. ibi, vt tabulas pingas, ff. de praescript. verb. §. si quis in aliena tabula, l. in. de rer. diuisio. & Iurif. consulti vtitur in plurali vsurpant, in l. qua ratione. §. ex diuerso placuit tabulas picturas cedere. de acquir. rerum domi. ff. & in titulis, si tabulae testa. extabunt, vel si tabulae nulla extabunt. ff. de iis qui ante apertas tab. C. l. si binae tabulae proferantur diuersis temporibus factae, vnae prius, aliae postea, vtraque septem testium signis signatae, & c. ff. de iniurto & irrito fact. testam.

Tamen pro possibus, quibus naues solent construi, frequenter Iurif. consulti vtitur tabula in singulari, vt l. pro ponebatur. ff. de iudic. verbi rem que. ibi, vt nulla tabula eade permaneret. & l. quid tamen. §. sin autē. ff. quibus modis vsus fruct. amit. & l. si vero. §. si id quod. ff. de iis qui deiecer. vel effuder. & l. tigni. §. r. ad exhibend. & in plurali in l. nauae. §. quod si separatiim tabulis. ff. loca. & l. nauae. de euct.

Chirographi tabulae redditio quae profici.

Chirographi tabulas reddere, hanc vim habet, vt debitorem liberare is videatur, qui chirographi tabulas reddit. l. huiusmodi. §. si ita. ff. de lega. r. & l. Labeo. de pactis. Et quia veteres solebant in tabulis scribere testamenta, & alios actus, ideo tabulae vocabantur testamenta, & alterius actus scripta: & praeferrim ex adiuncto id dignosci potest: vt tabulas chirographi, tabulas testamēti accipere debemus, omnem omnino materiae figurā. Siue igitur tabulae sint lignae, siue cuiuscūq; alterius materię, siue chartae, siue mēbranae, siue coriū animalis alicuius, recte tabulae dicuntur, l. r. de bonorum possessio. secund. tab. ff. quod facit ad intellectum multorum iurium.

Tabulae testamenti.

Tabulae pictae, l. fundi. §. qui tabulae. ff. de actio. empri. & l. in. de adilit. edicto. Et frequentius tabulae non simpliciter, sed cum adiectione quadam dicuntur, vt tabulae testamenti, vt in rubr. si tabulae testamēti nulla extabunt. ff. & quemadmodum testam. aperian. l. r. & l. 2. ibi, tabularum testamēti instrumentū non est vnus hominis, hoc est heredis, sed vnuerforū, quibus quid illi adscriptū est: quin potius publicū est instrumentum. facit l. si quis tabulas testamenti. ff. de dolo.

Tabulae pictae.

Erant & quaedam aliae tabulae sigillares, vel pupillares, de quibus in l. in commodato. §. sicut. ff. commoda. & haec vocatae sunt duplices, vel triplices, aut quadruplices à numero foliorum, de quibus Ouid. in amor.

Tunc ego nos duplices rebus pro nomine sensu. Auspicij numerus non erat ille boni.

Declaratio in l. non est sine liberis. in verbo, pugillares. infra codem.

Tabulae pro scriptiois.

Aliae tabulae proscriptiois, in quibus exilium & bona publicanda scribebantur: ac tabulae ararij, in quibus omnium hominum nomina, & prima quisq; accipere nomina consueuerat: in quas & ceteri omnes, & vestigalia, multae, Senatūq; consulti memoriae referēbatur. de quibus Cor. Tac. li. 13.

Tabulae censuales.

Tabulae censuales, in quibus tributorum rationes & census omnes referēbantur: appellabaturq; haec formula tributorum, vt per Litiū lib. 9. de ca. 3. Aliae à materia dicebantur eboreae, vel citreae: sed tabulae consulares, in quibus nomina consuli quotannis scribebantur, erantq; ex aere aut ebore,

Aliae matrimoniales, quae matrimonij contractū, dorem, & conuentiones alias exprimebāt. Aliae tabulae contractus, & aliae multae ex adiuncto cognoscēbantur, vt scribit Laz. magna lectionis vii, in cōmentā. de repub. 20. lib. 2. c. 4. pag. 183. & seq.

Interdum & sine adiuncto tabulae dicuntur, vt toto tit. de tabul. exhib. qui non solum pertinet ad tabulas testamenti, verum etiā ad omnia quae ad causam pertinet testamenti, vt codicillos. l. r. §. interdum. ibidem. Omitto illas quatuor leges tabellarias, de quibus Cicero de legib. scribit, & Ioa. Zaf. in Catalogo legum antiq. in lege Gabina.

Itaque dicendum est ad omnem omnino scripturam testamenti, siue perfectam, siue imperfectam hoc interdictionem pertinere. §. itaque. ibidem. & in l. 3. §. r. quo in loco sic scribitur, si tabulae in pluribus scriptae codicibus fuerint, omnes interdictione isto continentur, quia vnum testamentum est. Ergo in dicto tit. de tab. exhibend. tabulae accipiuntur, & pro testamento, & pro codicillis, & omnia alia scripturae pertinentia ad causam testamenti, vt exhiberi debeat, per totam illam l. r. & 3. & penult. & vt. illius tituli de tabul. exhibend.

Itē cum prator videret multos exclusos à successione, & filios, & nepotes, idq; propter rigorem iuris ciuiliis, ratione forte emancipationis, vel alia causa, ob id introduxit remedium bonorum possessionis, vocans ad hereditatem aliquando contra testamentum, si liberi emancipati erāt praeteriti: & dicebatur id remedium bonorum possessio contra tabulas, vt toto tit. de bonor. possess. contra tabul. ff. & de lega. praesertim. contra tabul. bonorum possessio. petita.

Declaratio tituli de bono. possess. contra tab.

Altera bonorum possessio secundum tabulas, quae datur scriptis heredibus. §. sunt autem. In l. r. de bonorum possessio. quibus, si instituti fuerint in testamento solemni, datur directa bonorū possessio: si in testamento nuncupatiuo, datur illa, quae per nuncupationem dicitur, vel vtilis, vt declarant doctores in l. fin. C. de bonorum. possessio. secundum tabul.

Declaratio tituli de bonorū possessio. secundum tabulas.

Tabulae testamenti aperiri olim corā iudice solebant, l. r. & per totum tit. ff. quem ad. estament. aperiantur. & l. r. ff. de iuris & facti ignorant. hodie vero clausis tabulis, & ante ipsas apertas, qui est heres, & transmittit hereditatem. l. vna. C. de his qui ante apert. tabul. hered. transmittit. & §. in nouiss. mo. l. vna. C. de caduc. tollend. maxime ex Francie generali consuetudine, dicente mortuum salūre viuum.

Quomodo tabulae testamenti aperiri solent.

Tabulae pro instrumentis accipiuntur in l. reos. §. cum in tabulis esset comprehensum illum, & illum stipularos. ff. de duobus reis.

Tabulae authenticae.

Tabulae authenticae, id est fidem per se faciētes, originalia instrumenta vocantur, l. cetera. in fine. ff. familiae ercisc. ibi, heredē ipsum exemplum debere dare: tabulas autem authenticas retinere. Elucidauit autem in tracta. de literis obligat. artic. l. in gloss. authentique in primo, tomo comment. in constir. Reg. Gallicae.

Accipiuntur etiam pro titulis, & documentis: vnde Budaeus in Forensibus ait, tabulas esse auctoritates, & monumenta rerum actarum, & quae instrumenta in iure dicuntur: facit l. in lege censoria. infra eodem.

Item dicuntur tabulae interdum epistola, l. cum tabernam. §. r. ff. de pignor. vbi quod initio vocat epistolam, in fine vocat tabulas.

Tabulae pro libris.

Tabulae quoque vocabantur libri, quos vnusquisque olim sibi facere solebat, in quibus totius vitae domesticam rationem scribebat per singulos dies, quid lucri quotidie, quidve impensi fecisset. Inde tabulae accepti vocantur rationes, seu scripturae,

Tabulae accepti & impensi.

scripturae, in quibus acceptum scribebatur: tabulae impensi, in quibus impensum: de quibus scribitur l. r. l. r. §. r. de iure dotium. ff. & ibi Budaeus ait, hodie has tabulas non fieri, quia quisque ex suis tabulis damrari solebat, idque probat Caelius lib. antiqua. lectio. 7. cap. 21.

Infirmare tabulas.

Infirmare tabulas, idem est quod labefactare fidem tabularum, refellere, & contradicere: confirmare vero idem quod saluare pragmatici vocant, teste Budae. in Forens. in de Gallice dicitur tabularum infirmatio, contredire des lettres, confirmatio tabularum. saluations des lettres.

Tabularium.

Tabularium, locus est, in quo acta publica tabulaeque, id est literae, & documenta asseruantur, grapharium nunc dicitur, scribarum locus, le grephe. Budaeus in Forensibus. ext. in l. si mihi Memia. ff. de lega. 3. ibi, in fundo autem vno ex his, qui praelegati sunt, tabularium est, in quo sunt & plurium maiorū emptiones, sed & fundorū, & variorū contractū instrumenta, praeterea & nomina debitorū.

Tabularius.

Tabularius est, qui scribit tabulas: nunc pro notario accipit Imperator in rubr. C. de tabulariis. lib. 10. qui vocantur tabelliones, l. moris. §. soler. ff. de pennis. vel interdum suppositor, vel ratiocinator, qui in tabula nomina & rationes obseruabat: de quo in l. fin. ff. si mentor fal. mod. dixer. vide tamen ibi, an sic accipiatur.

Tabellarius.

Tabellarius autem nuntius, porteur de lettres missives, quia pro chartis vtebantur antiqui tabellis, quibus vtro citroque, siue priuatiim siue publice opus erat, certiores faciebāt absentes, & adhuc tabellarij dicuntur à tabellis missis Imperatoribus: Haec testus. facit l. pen. ff. de acq. rerum dominio.

Tabellarius.

Tabularum ex tabulis factum, l. seruientes. §. si antea ex tegula castrauerit stillicidium, postea ex tabulato, vel ex alia materia castita non potest. ff. de seruit. vrb. praedio. vel tabularum vocatur, quod vulgo dicimus plancher.

Rasa pictura.

Rasa pictura dicitur quando deleta est, sublata, aboletā, & deltructa, rasee Gallicae. Et de pictura loquitur l. qua ratione. §. r. ff. de acq. rerum domi. & §. si quis in aliena. de rerum diuisio. in Insitit.

Rasa moneta.

Rasa moneta dicitur, cū extremis partibus circum diminiuitur, & detractum ei aliquid & abscissum est, rongeoc: vnde Vlpia. Iurif. consulti scribit, Quicumque nummos aureos partim raserint, partim tinxerint, vel finxerint, si quidem liberi sunt, ad bestias dari: si serui, supremo supplicio affici debent, l. quicumque. ff. de fals. Hic radere, rongeoc, tūgere, teindre, forte argento viuo. Et hi duo casus nō habent priuilegium, quamuis clericus fabricans, siue cudes falsam monetam, à iudice seculari soleat in hoc Regno puniri ciuilitate: secus si rasi, vel tinxit, vt alibi de his plene dixi. Alius autem casus, vt prope quando finxit, id est, vt glo. ibi ait, quando ex toto falso fabricatur, est etiam priuilegiatus, vt diximus.

Clericus cui densuliam monetā an à iudice seculari puniatur.

Et quando rasura nocet instrumento, plene tradunt Panor. & Felin. in cap. ex literis. de fide instrumentorum, vbi rasura in loco non suspecto non vitiat: si autem loco suspecto sit, vitiat, vt ibi doctor. censent, & in l. si. de edicto diui Adria. tollend. C. scripti in praxi benefic. de pictura. vide in l. impensa. in fi. infra eod.

Litura quae do noceat.

Substantia quid & quo duplex.

Substantia quid & quo duplex.

Substantia dicitur, quo res subsistit, vel rei status, l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhibend. ibi, nam mutata forma prope interimi substantiam rei, & cui accidentia tanquam fundamentum nituntur: vt aurū, substantia est, quod per se subsistit, etiā si nullū accidens habeat, & nihil accidat, etiam si nullus color.

Substantia est duplex, quaedam est prima, altera secunda, vt Aristot. diuidit: primam dicit esse, quae per se & principaliter subsistit, vt omnia indiui-

dua, nomina propria, vt Titius & Sempronius: & maxime dicuntur substantia, cum neque in subiecto sunt, neque de subiecto aliquo dicuntur: Graeci *ὑποκειμενα* nominant, vt Iurif. cons. in l. in venditionib. in fine. ff. de contrahend. emptio.

Secundam substantiam vocant dialectici genera, & species, vt animal, homo: fufius apud Aristot. in praedicamen. haec declarantur. Sed apud Iurif. cons. fufios substantia dicitur, sine qua res esse, & subsistere non potest: & illud quod dat esse rei, & est veluti forma essentialis, ex quo aliquid in esse producit, productūq; conseruatur, teste Hegerdo. in lib. 1. in sua dialect. legal. nam substantia pacti esse consensus, l. r. de pactis. ff. & in emptione consensus, res, & pretium sunt de substantia. l. r. & 2. & l. nec emptio. iacta. l. pacta. ff. de contrahenda emptio. & in §. r. illo tit. in Insitit.

Substantia multis modis dicitur.

Notandum est substantiam multis modis dici, primo pro causa, vt l. si ex pretio. C. si cert. pera. vbi Bald. hac aasserit: allegat. l. iurif. gentium. §. quod ferre. ff. de pactis. videre, & iudicare.

Secundo pro consensu, vt l. obligationum substantia. ff. de actio. & oblig. Bald. vbi supra: vel pro natura & essentia rei, teste Luca in l. Senatores. C. de dignita. lib. 12. Ego existimarem ibi poni pro effectu, vel pro ipsa obligatione, vt exponit Albert. Brunus in tracta. de forma & solemnitate actus, in praedijs.

Tertio pro forma, l. Iulianus. §. sed si quis. ff. ad exhibend. l. si volunrate. C. de rescind. venditio. Lucas de Penna, vbi supra.

Quarto pro materia, l. r. & l. in venditionibus. in fin. ff. de contrahen. emptio. Bald. vbi supra, ita explicat in d. l. si ex pretio.

Quinto pro eo, sine quo actus consistere non potest, d. l. pacta. ff. de contrahen. empt. & l. iurif. gentium. §. adeo. de pact. hac Bald.

Substantia pro patrimonio.

Dico autem accipi interdum pro facultatibus, & patrimonio, quod vix sine illis homo subsistat, l. heres. ff. de petito. hered. ibi, quae expensa circa eandem substantiam factae, tam necessariae sunt, quam vtiliter factae sunt. Et bonorum vltra tractu legato, vsus fructus areae peti poterit, quoniam qui bonorum suorum vsu fructum legat, non solum eorum, quae in specie sunt, sed etiā substantiae omnium vsu fructum legare videtur, in substantia autē bonorum etiam area est. Lucas de penna in l. r. in fi. C. de bonis vacant. lib. 10.

Salua substantia.

Salua substantia, l. de vsu fruct. ibi accipitur, id est salua re, seu proprietate rei, & §. r. Insitit. de vsu fruct.

Substantia hereditatis.

Substantia hereditatis pro estimatione, l. si legatarius. ff. de dolo, dum dicitur tex. si legatarius, cui supra modum legis Falcidiae legatum est, heredi igno-ranti adhuc substantiam hereditatis, id est vires hereditatis, vltro iurando, vel quadā alia fallacia per sua seruit, tanquam satis abundeque ad solida legata soluenda sufficiat hereditas, & c.

Substantia, natura & solemnitas differunt.

Item substantia est, qua primum res aliquid est: natura, qua primum res talis est: & solemnitas, qua primum solemnitas est: & id quo primum deducitur ad esse, substantia est, quae ponit rem in quidditate: natura ponit rem in qualitate, & directa: solemnitas est quidam modus circa ipsam, vt docet Bald. in l. etiam. col. l. de execut. rei iudica. & Albert. Brunus in tracta. de forma & solemnitate actus, & Alciatus lib. paradoxo. 5. cap. 16. vbi fufius tradunt: vos autem, si non graue sit, illos videre poteritis.

Notandū est, consuetudinem non valere contra substantiam actus, vt si disponat quod à superiore ad inferiorem appellatur. glo. notab. in c. 2. de consuet. in 6. vbi etiam ait non valere consuetudinem, vt appellentur ab officiali episcopi ad ipsum episcopo, quia idē auditoriū est: scribit gl. in c. aqua. de confec.

Contra substantiam actus non valet consuetudo.

Papa contra substantiam actus non dispensat.

Consuetudo, ut testamētum vel precarium non reuocetur, non valet.

Pecarius et procurator reuocari semper possunt.

Pactum contra substantiam contractus non valet.

Substantia iura à iure introducta tolli possunt.

Ars quomodo accipitur, & an legalis scientia ars dicatur.

cōsec. eccl. vel alta. facit c. 1. de cōiugio leproforū. Secundò Papa non potest dispēare contra substantiam actus: vnde non potest facere, quod monachus non sit superiori suo obediens, vel quod habeat proprium, text. gloss. & docto. in cap. cum ad monasterium. in fin. de statu monachor. quia continet impossibilitatem: dicit Anton. Buring. in cap. fin. de consuet. consulti in pulchro casu Barbat. consil. 40. clementissimum. col. 10. in 4. vol.

Tertiò non valet confuetudo, vel dispositio, quod testamentum reuocari non possit, l. C. de sacros. eccl. l. si quis. in princ. ff. de lega. 3. vbi Bar. & declarat Decius consil. 293. vlt. testam.

Quartò non valet ordinatio, quod precarium reuocari non possit ad beneplacitum concedentis, quia contra substantiam precarij est, l. cum precario. & ibi Bart. ff. de precar.

Quintò non valet actus disponens, vt procurator, vel vicarius reuocari non possit, gloss. & docto. in c. fin. de procurat. in 6. Curtius in repetitio. cap. fin. colum. 30. de consuetud. in gloss. rationabilis. vers. septimo. Sic consulti Alexand. consil. 18. visis. col. vltima, in 2. volum.

Sextò pactum contra substantiam contractus non valet, cap. si. de precario. vbi Barba. plene explicat in 1. no. vnde non potest cōcedi vltus fructus sine vsu, l. per seruum. in ff. de vsu & habita.

Septimò non potest Princeps disponere, quod, aliquis sine studio esset nominatus, quia tempus studij est de substantia nominationum. §. præterea. vbi scripsi, de collatio. in concordat.

Ista autem non procedunt in substantialibus à iure positio introductis, in quibus valet consuetudo, vel lex, & Principis dispositio, vt docet Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, & figura. in princ. quo modo in læsa maiestatis crimine procedit. Sequitur Curtius in dicto cap. fin. de consuetud. in d. gloss. rationabilis: quod intelligerem, quando factum posset sine illo substantiali esse, vt in iudiciis: scilicet si non posset esse, vt in monacho, qui non potest esse sine obedientia, & castitate, & paupertate, licet ista professiones à iure positio introductæ sint, vt doct. dicunt in dicto cap. cum ad monasterium. de statu monacho. tamen non potest vnum tolli, & quod ipse remaneat religiosus. Bene facit Papa de monacho non monachum, sed residuum non potest, quia est in obiecto oppositum, quod esse non potest. l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. Alia huic rei accommoda legitur per Albert. Brunum in tract. de forma & solemnitate. actus.

Arte positum. Ars sumitur hic pro artificio, vt supra dictum est. Ars dicitur etiam quædam recta ratio rerum faciendarum, dicta à no. vlt. h. q. 1. id est à virtute, quam Græci vniuersiuisq; scientiam vocant: & hæc nostra scientia legalis sic ars rite vocari potest, & Imperator illam vocat artem in præmio ff. §. 1. & §. itaque.

Vt etiam dicitur ars quædam collectio præceptorum. glo. in iustitia. §. 1. de iust. & iure: & hoc modo scientia legalis etiã dici potest ars, ab arte, artas, quod artis præceptis, & breuibus regulis concludat, vt author est Lucas de Penna in l. C. de excusatio. artificio. libro 10. quæ tamen etymologia vt longe petita parum placet.

Ars quoque pro astutia, dolo, vel fraude accipitur, quam Græci *επιβουλη* vocant, vt in l. in fin. C. de dilatio. l. fin. §. nec callidis. ibi, excogitatis artibus eludere festinant. de affecto. Et de multiplici arte loquitur philosoph. quem refert Albert. Brunus in tractatu de forma & solemnitate actus, rubric. de generali cognitione formæ, versicul. 17. sciendum est.

Artifex aliquam exercens artem, *vn artisan, vn ouvrier, homme de mestier*, & sunt ignobiles. §. fancimus. in authē. de restib. collat. 7. Et huiusmodi homines in manibus suis sperant, & vnusquisq; in arte sua sapiens est, sine his omnibus non edificatur ciuitas: & non inhabitant, neq; inambulabunt, & in ecclesiam non trāsiliunt: super scellam iudicis non sedebunt, & testamentum iudicij non intelligent, neq; palam facient disciplinam, & iudicium, & in parabolis non inueniuntur, &c. scribitur ecclesiastici 28. cap. in fine, & de his loquitur l. mercis. 2. infra eod. vbi alia dicuntur de his artificibus, & negotiatoribus. de artifice agit Iurisc. in l. quod si artificem fecerit. ff. de rei vindicatio. & in l. final. de oper. seruorum. & l. si seruos pignoratos artificijs instruxerit creditor. ff. de pignorat. actione. & qui sint hi artifices, declaratur in l. 1. & 2. C. de excusatio. artificio. lib. 10. abunde scripsi in tractatu de merca. minutatim vendenti. in princ. in commenta. ad consiliu. Reg. secundo tomo.

Et rustici agricolæ non dicuntur artifices, vel artem exercere, secundum commune vsu loquendi, vt concludit Corneus consil. 318. ex pluribus. col. 2. in 1. volum.

Item iuris professores non possunt dici artifices, vt affirmat Claudius Seifellus in r. col. 4. ff. de iustitia & iure. per text. in cap. relatum. 2. in fin. de testamentis. ibi, artificio & doctrina proueniunt accipiendo de exercentibus viles artes, vt communiter ex communi vsu loquēdi intelligimus artifices. Si tamen accipiamus artifices, id est exercentes artem, id est scientiam legalem, & artificio, id est artis & scientiæ illius exercitium, tunc generali sic sumpto nomine non perperam iuris peritis artifex vocabitur, vt in l. duo societatem inierunt, vt grammaticum doceret, & quod ex eo artificio quæstus fecissent, commune esset. ff. pro socio. Licet cōmuni vsu loquēdi vocetur artificio ars artificis, & effectio, seu factio quædam, *mestier*, in l. quod si artificē. ff. de rei vindicatio. l. sed & si. §. plane. ad exhibendum. quod & Aristorel. lib. 6. ethico. comprobatur, dum definit artē esse habitum recte faciendi, non autem agendi: aliud enim est factio, aliud actio: prudentiam vero habitum recte agēdi. Quare iuris periti prudētēs dici possunt, potius quam artifices: vnde eorum scientia, & iuris peritia dicitur iurisprudētia. l. iustitia. §. vlt. de iustitia & iure, & §. iurisprudētia. In iust. de iustitia & iure. Tamē generali appellatione artis, prout est quædam collectio præceptorē, vt dixi, & prout comprehendit omnes scientias, & tam late patet quam scientia, quemadmodum actiua artes, seu scientias, quæ in actione versantur, aut contemplatione, artes dicimus, ita & iuris peritiam, cum scientia actiua sit, recte dicemus artem: & ita ius ab Vlpia. in l. 1. ff. de iustitia & iure definitur, ars boni & æqui: id est scientia. atque ita artis nomen in latissima eius significatione ibi forsan accipi poterit, vt superior. De his autem artificibus abunde Chassaneus in catalogo gloriæ mundi, in 11. parte: & ego in d. 2. tomo constitui. Reg. d. tract. de mercat. minuta. & in tract. de magistr. artificio. vbi de illorum monopolij plena manu scribo.

Et quia affine nomen artis videtur verbo arte. potest dici forsitan deductum arte ab arte. est autem arte in angustum cogere, stringere, vrgere, lege secunda, §. si quis tamen cum posset non incidere in tempestatem, vel in fluminis vim, si ante profectus esset, vel tempore opportuno nauigasset, ipse se actauerit. ff. si quis cautionib. id est cohibuerit se, & abstinerit à profectioe. Et eo in loco non succurritur ei, qui se actauit: vt si citatus erat ad decimam diē, & ipse tardius venit, quam

Artifex dicitur.

Rustici non dicuntur artifices.

Doctores an artifices dici possunt.

Artificij quid sit.

An iuris periti artifices sint prudentes.

Arte arte vnde dicitur.

Res an abesse videatur, si sciens quis eam emerit.

Rem suam quando quis emere possit cum protestatione.

Pretium quando loco rei succedat.

quam debebat, & die quadam postea impeditus fuit, & ob id nō potuit interesse, ei non succurritur. per legem, qui cōmēatur. ff. de re militari. Aufer. in decisio. Tholosæ. quæst. 202. item quid si citatus. De stylo tamen curiarum Franciæ solent expectari absentes per quosdam dies, & maxime in parlamētis, vt scripsi in tract. de contumacia.

Postum. Hoc verbum explicatur in l. hæc verba ille. infra eodem.

§. Item si dominus rem, quæ sibi furto aberat, ignorans emerit, rectè dicitur res abesse, etiam si postea id ita esse scierit: quia videtur res ei abesse, cui pretium abest.

Probat hic Iurisc. dicitur rem abesse ei, qui eam emerit vel à fure, vel ab alio, & secūdim quosdam siue sciens emerit, siue ignorans, quia pretium emptor dedit, etiam sciens. Ergo & res abesse videtur inspecta ratione text. ad hoc, vt actione prima debitor nō liberetur. Nec refragatur quod dominus ignorans dicatur hic, quia sciens rem suam nemo solet eā emere: & ad ea que frequētius sunt Iurisc. dicitur se referre, nolens ea, quæ non ita frequenter accidunt, excludere, per text. in authen. cassā. C. de sacrosan. eccl. l. si quis. glo. in clementina prima, quam ibi not. de rescriptis. Pretium enim semper abest, siue ignorans, siue sciens emerit, & ita res abest. Tamen mea sententia, si quis rem suā emerit, pretiū venditori dare videtur, lege, cuius. infra, titulo proximo. Quare rem existimo non abesse videri, vt pretij nomine agere possit: ob eam causam text. adiecit ignorans, in sciente contra existimans. Et quamuis rei suæ emptio non valeat, siue sciens, siue ignorans quis emerit, l. suæ rei. ff. de contrahenda emptio: quia cum ex vna causa dominus sit, ex alia esse non potest, nec fieri. lege tertia. §. ex pluribus. ff. de acquirenda possessione. lege, sequitur. §. lana. de vsucapionibus ff. capitulo, inter. de fide instrumentorum. Tamen de factio quis potest rem suam emere, quo casu si ignorans emerit, pretium reperit: si verò sciens à fure, non poterit ex sententia Alciati, quia domare videtur. l. si aliquid. ff. de acquirenda possessione. lege, si fundum. C. de euictionib. Bald. in lege, cum res. C. de probatio. Decius in lege, neque pignus. ff. de regulis iur. Claudius Aquen. in lege, qui Roma. §. duo fratres. quæstione dicima, de verborum obligationibus: nisi coactus emerit, eo quod vili pretio alij videretur, nec tum erat copia iudicis, per quem rem suam posset vindicare, vel apparitor decrat, qui posset iniicere manus in eam rem, id est vt Gallicè dicitur, *arrestare*, tunc cum protestatione eam emere prudentis est. Atque hac cautela vi nos posse existimari Cepola cautel. 10. si quis, quando volumus recuperare pretium rei furtiue, quam emimus, scilicet vt emamus eam nomine domini: hanc tamen cautelam ego aliquando improbaui. Si tamen emero ab alio, non ab hoc liberabitur fur, vt docet hic Alciatus.

Glossa vltima notat extextu pretium loco rei succedere, quod intelligitur in vniuersalibus, vt in hereditate. l. si & rem. ff. de petitione hered. & aliis legibus in glo. alleg. videtur lafon. in consil. 231. vol. 2. vbi dicit rem permutatam succedere in locum rem subiectarum fideicommissis, efficitur fideicommissaria. l. si donata. §. 1. ff. de donat. inter virum & vxorem. & l. filia. §. fin. de condit. & demost.

Diuersum autem est in particularibus. l. venditor. 2. ff. de act. vel hered. vend. l. si quis vxor. §. Iulia. ff. de furtis. versic. si titius. lege qui vas. §. si ibidem.

Id autem locum non habet in subsidium, quia & in his particularibus pretium succedit loco rei. Bartolus in l. qui debitor. ff. quæ in fraudem creditorum: vel quando fuit hoc actum inter partes, l. res in dorem. ff. de iure dorum: vel quando conuenitur, eo quod est lucra pletior factus, l. si ipsa. ff. quod metus causa. Petrus de Bella Pericia. quæst. 425. Alexander, lafon, & alij in l. si cum seruum. ff. si certum petatur: Romanus singulari 69. Alexander consil. 186. in 5. volu. Chassaneus in consuetud. Burgundia. in rubr. des successions des bastars. §. secundo, in glossa: glossa singularis in lege prima, si de ditractione pignorum.

Intelligere debemus pretium succedere loco rei, id est subrogari in locum rei, & hoc demum sit, quando pretium fortitur eadem naturam sicut res, & quando potest peti vt res, siue loco actionis, siue officio iudicis. Bal. in litem si verbaratum. ff. de rei vendi.

Vnde si res hereditaria vendatur pretium computabitur in rebus hereditariis, sicut res, si vendita non esset: & condemnatus ad restitutionem hereditatis, tenebitur pretium rei venditæ restituere, l. si rem & pretium. & l. diuis. ff. de petito. hered. l. Imperator. in si. cum l. seq. de legat. 2. nam qui pretio fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui principali re vitur, & fruitur. Caius in l. quia ff. de vsufruct. In particularibus verò non succedit loco rei pretium, quia non habet eandem naturam & conditionem, sicut res. nam res furtiua per conditionem furtiuam peti poterit: pretium verò rei minimè, quia loco rei quo ad hoc non succedit & quia non est furtiuum. l. in re furtiua. ff. de condit. f. irri. l. qui vas. §. fin. & l. si quis vxori. §. si Titius. de furtis. Cepol. quæst. 7. & sequenti, qui certos casus enumerat, sed illa limitatio in subsidium, alios fere casus comprehendit.

Item fundus acquisitus ex pecunia patrimoniali, erit patrimonialis, non conquisitus, vt concludit Masuer. in tit. de societate. §. itē nomina. latissime D. Tiraquel. in tractatu de vtroque retractu, in parte 1. §. 32. num. 10. cum seq. allegat text. in l. quid ergo. ff. de contract. actio. tutel. vbi alia addidi. Vide doct. in l. ea demum. C. de collat.

Quod ita demum verum est, si sit cautum, protestatum, vel declaratum ante ipsam venditionem, aut in ipsa venditione: alioquin non, etiam si ex interuallo, argument. l. Modestinus. ff. de solutio.

Sed si venditio rei patrimonialis fiat simpliciter, tunc non fit subrogatio, lege, ex pecunia. C. de iure dotium, vbi fundus emptus ex pecunia dotali, non efficitur dotalis: & ibi tamen est materia multum fauorabilis, quicquid dicat Chassa. tenens cum præallegat. doct. in rubrica, des droits & appartenances à gens mariés, in consuetud. Burgund. §. secundo, in verbo & acquiesc. columna prima. Quare maritum & vxorem in huiusmodi voluntatis declaratione consentire oportet, expresse vel tacite. & tunc qui consentit, sua iura perdit, & aliena fortificat, capite primo, §. præterea. & ibi Baldus & alij, quibus modis feudum amittat. & lege, cum quadam. versicul. dum enim. C. de administratione tutorum. & vobitralis consensus, cum tunc non videatur inchoata noua res, siue noua acquisitio, quæ tenet locum primæ rei suæ, quæ patrimonialis erat, argument. legis, si donata res. §. si sponsus. in fin. ff. de donationibus. inter virum & vxorem. & quia consentiens ex eō consensu non potest pauperior, vel illud accipiens, valde locupletior fieri. l. si sponsus. §. concessa. & l. quod si vir vxori. cum gloss. ff. de donatio. inter virum & vxorem. cum similibus aliis: alioqui haberetur pro conquisitu, si non fuerit facta declaratio.

Declaratio quando pretium loco rei succedere dicitur.

Fundus acquisitus ex pecunia patrimoniali, an sit conquisitus, vel patrimonium.

Distio itē quot modis sumatur. Item, hæc distio continuationem inducit, & coniungit, vt hic & regulariter quando perfectam sequitur orationem, gloria & Angelus in §. item lapilli. de rerum distio. in Institutio. l. item. ff. de pact. cum aliis multis, quæ adduci possunt, & præcipue l. vlt. ff. ad municip. vbi sapius reperitur vno contextu. Alber. in tracta. statuto. q. 70. partis primæ. item quarto. col. 4. l. 2. §. item si extra. vbi Franciscus Curtius, de iudiciis.

Aliquando repetitionem notat præcedentium qualitarum, lege prima. ff. de publica. ff. & vctigal. vbi Roma. ita scribit, Ant oratio, quæ sequitur post dictionem item, est imperfecta ex parte appoiti, vel prædicati, & tunc inducitur repetitio, & suppletur ex præcedentibus, dicta lege prima: aut illa oratio, quæ sequitur, est perfecta, & tunc si sit eadem ratio, & æquitas in tali oratione, quæ in præcedenti, & coniuncta viciniate scripturæ: tali casu inducit repetitionem secundum eum, licet aliter Bartolus sentiat, & pro hoc est glos. in dicto §. item lapilli. de rerum distio. l. fin. §. item. ad municipalem. sic consuluit Carolus Ruinus consilio 162. vno processu. numero decimo octauo, in quinto volumine. sed vbi non esset eadem ratio vel æquitas, tunc non induceretur repetitio, sed potius esset continuatio. Bartol. plene in dicta lege. in repetendis. ff. de legatis tertio, & consilio vigesimo septimo, vna facti. Interdum includit, lege prima, in fin. ff. de separar. Lucas de penna in lege prima, columna secunda, C. de castrens. peculio militum, libro duodecimo. Quandoque corrigat, Lucas in dicta lege, prima, qui allegat l. si cum venderet. ff. de pignora. actio. in qua nulla fit quidem mentio eius dictionis item, est ipse dicat.

Item alternat, vt idem Lucas ait in dicta lege prima, columna secunda, qui allegat legem quæ hoc non probat. videre plene Bartol. in dicta lege, in repetendis. & Romanum in l. i. ff. de publica.

Et hæc dictio pluries repetita offendit diuersitatem totalem capitulorum, inter quæ ponitur: ita loquitur, Domic. Gemina. consilio sexagesimo secundo, prosequar. colum. 2. videre Boer. in §. 2. de iurisdictione omnium iudicum, in consuetud. Biturig. & Hippolytum consil. 75. clementissimi. num. 6. & seq.

Ignorans. Ex his verbis colligitur ignorantia siccurri, idque in multis casibus, vt hic primus est, vt res ei abesse videatur, si ignorans eam furto subtraham emerit.

Secundo ignorans non obligatur, si nihil facit, vel eius negotia non sunt gesta. l. generali. ibi. consensum enim non ignorantiam volumus obligari. C. de tabul. lib. 10.

Tertio contrahentis ignoranter incestas nuptias non puniunt, l. qui contra. C. de incestis. nupt. nam aduersus scientes penas paratas esse dicit Scauola in l. fin. ff. de decretis ab ordin. fac.

Quarto leges vel constitutiones ante publicationem non ligant, vt in authen. vt factæ nouæ constitutio. col. 5. ca. 2. constit. quia iuris contemptus esse non potest ante scientiam iuris, sed ignorantia.

Quinto qui ignorans falsum esse testamentum, vel hereditatem adit, vel legatum accepit, vel quoquo modo ignorauit, falsum postea testamentum dicere non prohibetur, l. qui ignoras. ff. de fals. vbi notat Hippolyt. quod si quis ignoranter quid approbat, non prohibetur postea reprobare, per l. generaliter. C. de non numerata pecun. l. si quis in iurandam. de rebus credit. quod facit pro impetrantibus literas Regiæ, vt eis succurratur ex actu gesto ignoranter, vt illæ literæ debeant comprobari à iudicibus, & non recusari, & quotidie impetrantur super hoc literæ Regiæ, videlicet super actu igno-

ranter perpetrato. Sexto si venditor factiuam rem ignorantem emproi vendiderit, valer emptio, diuersum est, si sciuit, l. si in emptione. §. si emptor. de contrah. emptio. ff. l. si seruum. de actio. empt. Superius dictum fuit.

Septimo si vestimenta interpola quis emerit, pronouis, Trebatio placere, ita emptori præstandum quod interest, si ignorans interpola emerit, l. præcipiunt. in fin. de edictio edicto. ff. Interpola autem dicuntur renouata, Gallice *scripsit*. l. Labeo libro posteriori. de contrah. emp. ff. facit l. si post inspectu. de peric. & cōmod. rei vend. l. Titius. de resc. vend.

Octauo venditor, qui celat seruitutem emptori ignorantem, tenetur: secus si hoc sciebat emptor, l. i. §. 1. de actio. empt. ff.

Nono si rem tibi inspiciendam dedi, & dicas te perdidisse eam, ita demum mihi actio præscriptis verbis competit, si ignorem vbi sit. nam si mihi liquet apud te esse, sicut agere possum, vel condicere, vel ad exhibendum agere. Papin. l. si rem tibi. de præscript. verbis. ff.

Decimo ad eos morbos, ad eaque vitia pertinere adilitium edictum probandum est, quæ quisque ignorauit, vel ignorare potuit. Ulpian. in l. queritur. in fin. ff. de edictio. edict.

Vndecimo fideiusor ignoras dominum soluit se, si iterum soluat ex substantia debitoris, mandati non tenetur, aliter est si sciens, l. si procuratorem. §. si ignorans. ff. mandat. Ignorantia enim excusata est, vt ibi text. ait, & l. si fideiusor. l. ibidem.

Duodecimo liberi hominis, & loci sacri, ac religiosi, qui haberi non potest, emptio intelligitur, si ab ignorante emittitur. l. & liberi. ff. de contrah. emp.

Decimotertio legitimam hereditatem vendicare non prohibetur is, qui cum ignorabat vires testamenti, iudicium defuncti secutus est. Paul. l. legitimam. ff. de peric. hered.

Decimoquarto si communis seruus sciente altero ex dominis furtum fecerit, & duplum ob hoc soluerit, liberat alterum, nec ab altero simplum repetit: diuersum est si ignorauit. l. si communis familia. ff. de noxal. actio.

Decimoquinto regula est, vt ex quibus causis ignorantibus nobis acquiritur, ex eisdem causis etiam furioso acquiri. Pompon. in l. si à furioso. ff. si cert. petat. & l. si à furioso. de actio. & oblig.

Decimosexto iurare in litem tutor non potest. graue enim videtur, & ignorantes, inuitos tutores, sub alieni compedij emolumento, etiam peritium anceps subire, l. videamus. §. 1. ff. de in litem iurand.

Decimosextimo ignorans indebitum soluens repetit: sciens verò, quia donare videtur, non repetit, l. i. de condict. indeb. ff. & l. cuius per errorem. de regul. iur. facit l. seruus. & seq. & l. indebitum. ff. de condict. indeb.

Decimo octauo infitor reuocari palam debet, id est claris literis, ne quis excusari ignorantia literarum possit, & in loco in quo negotiatio exercetur. l. sed & si pupillus. §. præscribere. de infitor. actio. ff.

Decimonono si sciente patre creditum est filio, cessat senatusconsultum Macedonianum, secus si ignorante. l. si tamen ad Macedon. ff. facit l. cum tamen. ibidem, facit text. in l. 1. C. de decurio. lib. 10.

Vigesimo cum ses menses vtilis, quibus experiendi facultas est, redhibitorie actioni præstantur, non videtur experiendi facultatē habuisse, qui vitiū, latens fugitiuū serui ignorauit, l. cum ses menses. ff. de adil. edict. nec ses menses ad conferendū cōputantur, nisi à die sciētiæ, vel ad presentandū, c. quia. de concess. præb. c. vno. de iure. patr. in 6.

Vigesimo primo ignorantia non puniunt, l. generaliter. ff. de iis qui notan. infra. Misericordiā merui, quia

Interpola vestimenta que sint.

Adilitium edictum ad morbos ignoratorum. Fideiusor qui iterum soluit, an repetat. Sacra quando emi possint.

Tutor in litem non iurat.

Infitor palam reuocandus est.

Macedonianum non habet locū sciente patre.

Ses menses à tempore scientiæ cōputantur.

Ignorantia quando puniuntur.

quia ignorans fecit, dicit Diuus Paulus. & cap. consuetudo. s. distinctio. Et concupiscētiā nesciebam peccatum esse, nisi lex prohiberet, cap. nam concupiscētiā. de constitutio. Et ignorans non delinquit, vt dicit gloss. in lex maleficiis. §. longe minus. ff. de actionib. & obligation. quam sing. notat Bald. in l. 1. C. qui accus. non poss. vt refert lafon in l. si mora. col. 6. ff. solut. matrimo. & Roma. consilio 105. viso. colum. 1. & Barbat. consil. 51. illud. col. 2. in 3. volum. & consil. 62. Paulus. colum. 7. in 4. vol. & consil. 77. præclare. col. penult. ibidem. facit l. qui commectus. §. tyroni. de re militari, ff. gloss. in l. 1. de receptato. Felin. in cap. à nobis. de excep. abunde hanc congerit materiam Gomef. in ca. 2. not. 3. de constit. in 6.

Intellige tamen, quando ignorātia est sine omni culpa, l. final. de decret. ab ordine faciend. Barbar. in cap. 2. col. 11. num. 56. de constit. in glo. final. Vnde si quis ignorans filium esse Titij, illi opem tulerit ad occidendum patrem, is iuuans puniri debet pena legis Corneliæ de sicariis, non pena legis Pompeiæ de parricidiis, ob ignorantiam qualitatis occisi, scilicet patris, l. vtrū. ff. de parricid. Sic consuluit Barbat. consil. 51. illud in mediū. col. 1. volu. 3.

Item vt delictum puniatur pena ordinaria, requiritur, vt is, qui illud admisit, sciens, prudētiq; fecerit: secus autem si casu, vel ob suam tutelam, vel defensionem, l. qui ædes. ff. de in incend. ruina, vel naufrag. l. scientiam. §. qui cum aliter. & l. qui occidit. in fin. ad legem Aquiliam. Hippolyt. de Martil. consil. 25. vltra ea columnam prima. Vnde qui rem sacram in domo priuata furtiuè, non tantquam sacrilegus, sed tantquam fur tantum puniendus est, arg. l. 2. §. postea cum Apius. ff. de origine iuris: quia ignorat rem sacram esse: licet de iure canonico diuersum statutum sit, in cap. qui quis. 17. q. 4.

Imò si constitutio, vel statutum, vel lex ignorantiam puniri iuberet, intelligendum esset, quando quis iniustam ignorātiā haberet, secus si iustam, l. diuus. in fin. ff. de falsis. & l. si quis. C. de iis qui in testa. sibi adscrib. Salice. ibidem. & in l. senatus. refert Barbat. in dicto cap. 2. col. 10. num. 50. & seq. de constituto.

Dissolutam ignorantiam vocat Iurisc. in l. cum sex in fin. de adil. edict. ff. supinam & otiosam in l. nec supina. ff. de iuris & facti ignor. & hæc ignorantia nihil prodest, nec affectata. de prima autem est text. in cap. cum in tua. qui matri. accusa. & cap. quosdam. & cap. quanto. de presumptio. de secunda est text. in cap. eos. vbi gloss. de tempor. ordin. in 6. clem. vna. de consangu.

Vicesimosecundo ignorantia in dubio præsumitur, l. verius. ff. de probat. regu. ignorātia. de reg. iur. lib. 6. ideo qui scientiam allegat, eam probare debet. text. in l. omnes. circa finem. & ibi Bartol. de agricol. & censu. lib. 11. C. glof. & doctores. in l. 1. de recepta. ff. quæ iuramento probari poterit, text. in cap. vt circa. in fin. & cap. nulli. in fi. de election. in sexto: quia ab animo pendet, gloss. in §. sed ille. verfic. nanque de actionib. in verbo, dicit, in Infitor. nisi publice notum esset, tunc iuramentum non admittitur. gl. & doctores in dicta l. 1. de recepta. & in cap. præsumitur. de reg. iur. in sexto. de Rota decisione 444. extra roram. in no. sed aliquos casus excipit Anton. Corset. in additio. ad Panor. in c. 2. de constitutio. ponit tamen duos casus, in quibus scientia probanda non est, vt pote si quis commiserit delictum iure naturali improbatum, non requiritur probatio scientiæ, quia quilibet scire illa esse delicta debet. Signatum est enim super nos lumen vultus tui domine, vt David scribit.

Secundus casus est, quando textus loquitur siue scienter, siue ignoranter quis teneatur: vel non fa-

cit differentiam inter scientiam & ignorantiam, tunc scientiam probare superuacaneum est, ideo non est probanda. l. ex maleficiis. vbi gl. ff. de actionibus & oblig. nam lex interdum dicit siue sciens, siue ignorans. l. sine rei. ff. de contrah. emptio. l. minor. de cunctio. §. penult. & l. bonem. §. si seruus. de adil. edict. l. Proculus. de iure dorum. & licet quis se ignorasse dicat: nihilominus cum in poenam vctigalis incidere diuus Adrianus constituit, l. fin. §. licet. ff. de publicanis, vctigalibus, & commissis.

Vltimus casus est, quando lege vel constitutione ita cautum est, vt pena irrogetur facienti aliquid scienter, tunc scientia qualitas est, quæ probanda erit, l. non solum. §. sed vt probari. & ibi Bartolus. ff. de noui operis nuntiatione. lafon consil. 46. præsupponitur. columna tertia, volumine tertio: vt si quis recipiat exulem seu bannitum scienter, tenetur, l. 1. de recepta. ff. Et scienter communicans cum excommunicato, est excommunicatus. ca. 2. vbi etiam doctores, de exceptio. ca. nuper. de sententia excommunicatio. Et verberans clericum sciens eum clericum, est excommunicatus, cap. si quis suadente. 17. quæst. 4. in nōto cap. si vero de sententia excommunicationis. Secus si ignorans, gloss. in l. si ignorans. loca. ff. Ideo in omnibus alienationibus, in quibus alienans cadit iure suo, intelligi debet, si sciens illas fecerit, text. singul. in cap. vno. de contr. inter dominum & emptorem feudor. quem vnice commendat eo in loco Baldus, & Panor. in consil. 3. col. 5. in fin. cum sequenti, in secundo volumine, & Socin. in tractatu Fallent. regul. 115. & Chassa. in consuetud. Burgund. in rubr. des fiefz. §. 8. gloss. sans consentement. nu. 17. facit l. vltim. in fin. ff. de legat. 2.

Et expendens falsam monetam scienter puniunt: ergo talis scientia probanda est. Panormit. in cap. quanto. de iure iuran. vt consulendo. refert Barbat. consil. 51. illud. colum. 1. & seq. in tertio volum. per l. maiorem. C. de falsis. & Hippolyt. in l. qui falsum. num. 72. & seq. de fals. ff. Et pater fex vir permittens filium negotiari, vel vxorem, tenetur, si sciens, alioqui non ideo probandum est sciuisse, in cap. quicunque. in verbo, scienter. de hereti. in sexto. Sic consuluit Barbat. consil. 5. illud. colum. 1. in quarto volumine. facit l. 1. C. de decurio. lib. 10. Nisi actus esset communiter notus, tunc scientia præsumitur; nam dicitur, tu solus peregrinus in Hierusalem, & hæc ignoras: facit c. fin. qui matrim. accus. poss. De ignorantia plura scribit docto. in dicta regul. ignorantia. de regul. iur. & fufissime. Hippolytus in l. qui ignorans. & l. qui falsum. ff. de fals. & de ignorantia iuris & facti dicam in l. subsignatum. infra eod. §. incertus.

Postea, & post denotat intervallo longum, vel paruum, secundum subiectam materiam, in qua describuntur non enim certum tempus, sed ambiguum significant, vt Bart. & lafon & alij scribunt in l. fructus. ff. solut. matrim. quare sententia vtile ad testes dicentes, Titium insultasse in Caium, & postea illum vulnerasse: intelligitur enim de modico intervallo, videlicet, vt statim post insultum seu impetum vulnerari: allegant l. illud. §. vlti. ff. ad legem Aquil. quæ contrarium probat, si accurate legatur: sed facit gloss. in l. qui de crimine. C. de accusa. Iacobi. in l. si quis intentione. colum. 2. de iudic. ff. lafin. l. iurifigentium. §. quonimo. ff. de pact.

Item si testes dicant Titium insultasse Caium, & postea Sempronium, vt etiam de modico intervallo intelligatur, nempe vt post institutionem vnus, immediata fuerit institutio alterius, atque vterque heres erit. Sed aduertere iudex aut commissarius debet, qui testes audit ita deponentes, vt interroget eos, de quo intervallo, quando dicunt

Probanda scientia.

Expendens falsam monetam puniuntur.

De distione postea & post.

Cautela per examinationem testimonij.

Approbatum quando potest reprobari.

Ignorantia in multis succurritur.

Ignorans non obligatur.

postea factum. Gallicè puis apres. nam si illi interro- gati respondebant, statim, vel cum alio intervallo vnus vel dimidiæ horæ, vel aliud, hoc modo cessabit dubium: alioqui ea probatio ambigua esset, & sic facile non reciperetur. cap. in præsentia. de probatio. intelligi tamen debet, vt dixi.

Nec placet recentiorum sententia existimantium huiusmodi dictiones significare tempus sine interuallo, in l. si vnquam. C. de reuocan. donat. sed pace eorum dixerim, semper aliquod interuallum significant: aliquando tamen momentaneum, interduum superius, & quandoque longum vt patet ex his quæ supra citauimus. Quod & pluribus & per- uulgatis possem probare exemplis, sed operam & oleum in his rebus adeo tritis & triualibus esset perdere, atque sine iudicio ac delectu rerum multa congerere: quod semper odio profectus sum, nisi quatenus res exegit.

Sed vt ad rem breui redcamus, ac probemus inter- dum vtrunque in interuallum, tam longum, quam paruum hac dictione significari, adduco l. grege pignori obligato, quæ postea nascuntur, tenentur. ff. de pign. vbi siue ex continenti nascantur, atque mox, siue ex intervallo, obligantur: quod suadetur etiam ex l. proponeretur. de iudic. iuncta l. Paulus. de pign. & l. 2. & seq. qui potiores in pign. habeant. l. sicut. §. illud. quib. modis pign. vel hypoth. soluit. & l. voluntate. ibidem. & l. qui cum tutoribus. in fin. de transact. & l. de his rebus. de arbitris. & l. & Atilicinus. de seruit. rustic. prædio. vnde moderni dictionem postea, idem quod mox & statim signifi- care aiunt: multa more suo, vt multos caoluissè libros videantur, contextentes: quæ diligenter si in- spiciantur, parum ad rem pertinent: ob id enim, quod post & postea significant aliquando modicum interuallum, existimant mox & postea idem esse, quia mox etiam modicum interuallum videtur significare. Sed bona cum venia eorum dictum sit, si natura vtriusque vocabuli acutius perpenda- tur, aliud esse mox, aliud postea, seu post nemo ne- gabit. Etenim quod mox fit, in actu, vel incon- nenti fieri dicitur: sed quod post actum fit non potest dici in ipso actu fieri: quare nõ sequitur postea significare mox, vt infra dilucidius explicabitur. nam postea dicitur post ea, id est post eam actum, vel eam rem, vulgò apres cela: mox verò huius significationis non est, sed pro incontinenti, vel sta- tim accipitur. hoc probatur ex vocabuli ipsius vi & natura inspecta, & l. ff. de pignori. ibi, postea qua- sitorum, id est post obligationem. l. 2. in fin. ibi, postea, id est post sententiam, & rem iudicatam, eo. tit. facit l. & quæ nondum. §. 1. ibi, postea, id est post tempus conuentionis. ibidem, & l. qui ædificium. & l. seq. de seruit. rustic. prædi. ff. & facit l. si iudem codicilli. C. de codicillis.

Nec probo sententiam Iasonis in Iurifigentium. §. quinimo. ff. de pact. dicentis postea denotare interuallum, post vero non, sed incontinenti: nam contrarium probauit in l. 3. supra eodem. Sed quia hæ dictiones denotant interuallum, interdum paruum, interdum longum, ideo Iurifconsultus aliquando declarare solet, & dicere, post ex intervallo, vel post multum tēporis, vel postea sine mora, vel post aliquantum temporis: & quæ dubitatio- nis causa scribuntur, ius commune non lædunt, l. qui mutuam. ff. mandati. & regu. quæ dubitationis. de reg. iur. ff. Probat dominus Tiraquellus in tract. de vtroque retractu, in prima parte, artic. 1. gloff. 2. num. 30. & in interpretatione l. si vnquam. in ver- bo, postea. C. de reuocand. donat.

Item non placet opinio Zasij in l. 2. §. post deinde. de orig. iur. vbi dicit, deinde abundare, & orna- tus causa positum, quando vtrunque scilicet post

& deinde, vt in illo tex. coniungitur. Sed aduertite, interdum Iurifconsultos & sapios, scribere post deinde, vel deinde post, & tunc elucidare volunt tempus clarius, & denotare maius interuallum, quam si altera dictio ex his tantum esset simplici- ter scripta. quare neutra dictio erit superflua: quod probat l. si fundus. ibi, si nesciente domino res eius hypotheca data sit, deinde postea dominus ratum habuerit. ff. de pigno. Nam primum nesciente do- mino res obligata est, deinde videlicet post huius- modi obligationem, non tamen incontinenti, sed ex intervallo dominus ratum habuit: dicendum est eo quod ratum habet dominus, voluisse cum retro currere rati habitationem ad illud tēpus, quo conue- nit. voluntas autem eorum fere dentum seruabi- tur, qui & pignori dare possunt. facit l. sicut. §. su- peruacuum. ibi, deinde postea bona fide redeme- rit. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat. & l. illud. ad legem Aquil. quæ bene probat, & l. fin. com- munita prædio. C.

Et hæ dictiones declarant eum diem, cui adii- ciuntur, non comprehendendi: ideo ordinatio Regia, quæ vult, vt quis possit renuntiare appellationi in- tra octo dies postea sequentes, dedans huit iours apres prochains, & suivants, non comprehendit diem appel- lationis emissæ, & ita declarauit Senatus Parisien- sis, vt plene à nobis tractatum est in tracta. de ap- pellatione. in illa ordinatio. artic. 15. in 3. tom. com- mentar. in constit. Reg. Gallic.

Item hæ dictiones post & postea parum aut ni- hil differunt, per l. forma. §. quæ post censum. ff. de censib. vbi tex. primo vtrius dictione post, & statim dictione postea. Moderni in d. l. si vnquam. satis abunde de his: sed intellectum & interpretationem l. quoties. §. si quis ita. de heret. institut. non satis dilucide tradere mihi videtur. Cuius legis hæc ver- ba sunt: Si quis ita scripserit, Stichus liber esto, & posteaquam liber erit, heres esto: Labeo & Ner- tius & Aristo opinantur, detracto verbo medio postea, simul ei & libertatem & hereditatem com- petere. quæ sententia mihi quoque vera videtur. Ecce text. vbi oportet detrachere verbum postea, quando demonstratur actus coherens simultaneus- que, & non separatus: & ita transit D. Tiraquel. al- legans Roma. ex eo text. adnotantem, vt dictio pos- tea posita inter ea, de quorum natura est, quod in idem tempus concurrant, nõ inducit interuallum.

Sed ad hæc vos aduertite: nam esse videntur subobscura, nec satis aperte declarata. Cum testa- tor dixerit, Stichus liber esto, & posteaquam liber erit, heres esto, detracto illo verbo postea, simul & libertatē & hereditatem consequetur, quia eodem momento liber & heres erit: & ob id dicit, detracto illo verbo postea, quia nullum est medium, aut interuallum inter libertatem & hereditatem conse- quendam, cum vtrunque simul competat, vt text. ait. Est autem adiecta in casu illius text. illa dictio postea, non quidem sine causa, cum omnis dubi- tatio ex ea pendat. eo enim quod testator dixit, posteaquam liber erit, heres esto, dubitabatur an longo interuallo quodā voluisset hunc seruum here- dem esse, posteaquā esset liber, an verò statim, vbi liber esset, atque ita simul: respōdet Iurifconsultus simul fore heredem & liberum, nec ob hoc verbū postea medium interiectum, voluisse differere tem- pus hereditatis à libertatis tempore: sed detracto verbo postea perinde erit, ac si dixisset, & liber & heres esto, atque ita vtrunque simul cōpetet: sicut dicitur, libertate relicta cū moriar, vt inutilis adie- ctio videatur eorum verborum, cum moriar. l. qui duos. §. 1. ff. de manu. testa. nam vtrunque, scilicet & libertas & hereditas cōfertur in tempore mortis, cum viuens heres quis non sit. l. qui superstitis. ff. de acq.

Constitutio Regia de- claratur.

Intellectus l. quoties. §. si quis ita. ff. de here- dib. instit.

de acq. hered. idcirco Stichus nec liber, nec heres erit ante mortem testantis, sed vtrunque simul cō- petet, eodemque momento, sicut ibi dicam, in meis nouis interpretationibus.

Ex quibus adnotare possumus dictionem pos- tea, seu postquam, seu posteaquam, regulariter sig- nificare interuallū: sed interdum ex mente dispo- nitur, & ex re inutilem fere esse adiectionem, & detrabi, vt d. §. si quis ita: nam eo loco testator vo- luit Stichum liberum & heredem: & quia viuo tes- tatore non potest heres esse, nec erit etiam liber: sed posteaquam liber erit, quod post mortem tes- tantis eueniet, erit & heres simul, atque vno mo- mento liber. Et hunc arbitror clarum & lucidum eius text. sensum, quicquid alij iactent.

Item hæc dictio postea denotat aliquando actum ipsum inceptum solum, & nondum perfectum: vt si dicamus post nuptias, intelligimus plerumque inchoatas, & nondum peractas: item post bellum, id est incepto bello, nondum tamen peracto. ita in l. 2. §. fin. vbi glo. & docto. ff. si cert. petat. ad id per- tinet l. 4. in fin. de vsu & habita. vbi mentio fit di- ctionis postea, quæ initium actus respicit.

Interdum etiam verbum postea significat in- teruallum post actum perfectum, vt hic post fur- tum: nam furtum primum contractum est ab ali- quo, & postea, id est post illud furtum, longo forsit- an interuallo temporis à furto ipso admissio, do- minus ignorans rem suam emit, ei abesse res vide- tur: & ita fere semper sumi solet, vt actū transactum & perfectum, cui adicitur, significet: idque passim in iure videre est, & in iuribus superius adductis.

De dictione postquam loquitur Iurifconsultus in Lab hostibus. in fin. ff. ex quib. caus. maior. l. post- quam. vt legator. vel fideicommissio. ser. caus. cau. & l. venditor. ff. communia prædio. De dictione posteaquam, in l. si quis posteaquam. de iudic. & l. si cui. in fin. de seruit. Reliqua verò quæ dixi de di- ctione post, vide in l. 3. supra eod. quæ hic accom- modari possunt.

Ita esse, pro sic, hoc modo, perinde, ainsi. Sic ex- ponitur in l. ædificia. ibi, ita consummauit, vt iam in vsu esse possit. infra eod.

Ita confirmati codicilli, id est hoc modo, hac verborum conceptione. his verbis, l. verbum erit. & l. nepos Proculo. ibi, ita dorem promisit, & le- gem ita dixit. infra eod. & l. si cum fundum. & l. tri- plici. l. si ita. & l. inter illam. in fin. infra eod. & glo. in l. Iulian. de condit. & demonstrat. dicit denotare conditionem, & ita intelligendam l. sed & si l. §. quod ait senatus. ff. de petit. heredi. Vnde si ita rem commodauero, ne auferatur ante certum vsum, nõ potero antea auferre. l. in commodato. §. sicut. ff. commodati. Multi sunt alij loquendi modi, sed ad praxim parum accommodati, ideo eos omitto.

Ita tamen restringit, & modificat præcedentia, l. si iudex. in fin. ff. de minor. scripsi in §. 1. in glo. ita tamen. de mandat. aposto. in concord.

Itaque, proinde, ergo, l. coram. & l. si calumniat- ur. §. fin. infra eodem. l. 2. ff. de negot. gest. l. quod si minor. §. restitutio autem ita faciēda est, vt vnuf- quique ius suum integrum recipiat. itaque, & c. l. in re communi. de seruit. vrb. prædiorum.

Ita demum, in l. 3. supra eod. dictum extitit, quid significet. ad alia pergamus.

§. Rem amisisse videtur, qui aduersus nullum eius persequendæ actionem habet.

Is videtur rem amisisse, qui nõ habet actionem aduersus aliquem ad eam rem persequendā: quod si actionem habeat, non videtur rem amisisse. Qui enim actionem habet ad rem, ipsam rem habere videtur, & sic non amisisse, l. qui actionem. de regu.

Ha dictiones interdum actum cap- tum, nondum perfectum si- gnificant.

Postea & alia aliqua- do signifi- cant actum perfectum, non solum cap- tum.

Dictio post- quam quid denotat.

Ita esse.

Ita tamen.

Itaque.

Ita demum.

Legis vit- ius.

Bona ami- sisse quis dicatur in cessione & quinquen- naliibus.

Res rursus legata amif- sa.

De commo- datario.

Amisium in ludo an repeti pos- sit.

Limitatio- nes ad legē istam.

Res que fa- cile non po- test recupere- ri, amif- sa censetur.

Actio pos- sidenti non datur.

Interval- lum demon- strat ha di- ctiones, & quantum.

Mox & postea non idem signi- ficant doct.

Sententia Ias. repro- batur.

Opinio Za- sij rescin- ditur.

quem, quandiu possidet, etiam nullam haberet actionem ea amissa, tamen sufficit possidere l. fin. C. de rei vind. & sic actio in rem est ius persequendi rem in iudicio per istum textum.

Quartò licet instrumentum collatæ dignitatis, vel benefici fuerit amissum, non tamen amissa censetur dignitas, nec beneficium, l. statum. C. de fide instr. sed contentum in instrumento amissò per testes probari poterit. l. testium. in fin. C. de testibus. Scripsi in praxi benefi. abundantius.

Excitans pecuniam à manibus meis tenetur.

Item si aliquis manus meas, dum gererem pecuniam, excusserit, atque ob id pecunia deciderit in mare, vel flumen, quia aduersus eum mihi actio competit, non videor pecuniam amississe, per hunc rex. & l. si feruus. §. si quis de manu. ff. ad leg. Aquil. & l. si quis vxori. §. si quis de manu. de fur. l. duo. de præscript. verb. Etiam non potest videri minus soluisse is, aduersus quem amplioris summæ actio non competit, l. non potest. infra eod.

Item non videtur rem amississe, cuius propria non fuit, l. non videtur amittere. de reg. iur. vbi plenè Deci. limitat.

Emphyteuta tempore belli an ad pensionem teneatur.

Sed dubitari potest, si fundum per bellum colere nõ possit, nec ex eo fructus percipere, an teneatur emphyteuta soluere pensionem: per hunc text. non videtur teneri, quia res amissa & perditã videtur, quoad effectum: at cum res perempta est, emphyteuta à solutione pensionis liberatus est. l. i. C. de iure emphyt. & nullus potest percipere fructus, nec potest quis ad illam rem accedere, videtur perditã. Bart. per illum text. in l. interdum. §. i. ff. de acquir. possess. facit l. forma. §. i. ff. de censib. l. cum vnus. C. de bonis authorit. iudic. possid. contra tamen sentiunt docto. in l. i. per illum text. nisi res sit omnino perempta, & ibi Ias. cuius dicta non curo transcribere: & illa est communis interpretum sententia, à qua vsus iudiciorum non discedit: ex æquitate tamen aliquis diminuendum esset, quando pensio magna esset, & lōgo tempore non esset quicquam ex re consecutus.

Perditum quid.

Perditum dicitur, quando in rerum natura esse desit, tex. in l. de perditum. ff. de peritio. hered. ideo si datur mihi pensio, quando res perditã erit, intelligitur, quando utilitas eius in totum, vel ex maiori parte erit amissa, Roma. conf. §. 10. in vltimo dubio, & Claud. Aquen. in §. i. l. interdum. ff. de acquir. poss. per l. si pater. in fin. ff. de iure dotium, & cap. si tibi concessio. de præb. in 6.

Amittens quot modis capitur, & phrasas.

Alibi dicitur amissum, quod non est acquisitum, l. pupillorum. C. de administ. tuto. & alibi amissum non intelligitur, quod ablatum alteri non est, l. nec vtilem. in fin. ff. ex quib. caus. maior. & an verbum amitto sit latæ sententiæ, decidit glo. in l. 2. C. de iur. emphyteu. & l. si quis tantam. C. vnde vi. Fel. in cap. Rodolphus. de rescriptis. & cap. cum non ab homine. de iudic. & sic amittere hic sine d. pro perdere capitur, ab a & mitto compositum. l. alienationis. infra eod. & in l. fin. ibi, aut quomodo alienent, aut amittant. ff. de legib. l. si mulier. §. si metu. i. ff. quod met. caus. nec est opus exponere ibi, dum amittitur, id est amissa est: nam eo ipso quod obligatio amittitur & euanescit, amissa est, quamuis ibi gloss. contra. & pro perdere frequentius in iure sumitur, in l. 3. ad legem Iul. pecula. ff. l. hoc autem. ibi, Amitto ius meum. de seruit. vrb. prædio. Anniculus amittitur, qui extremo die anni moritur, l. anniculus. i. infra eod.

Amittens possessionem, seruiturem, ciuitatem.

Amittens possessionem, l. si seruus communis. ff. de noxal. actio. in fin. & l. si possessori. in princip. de iure iurand. Amittens seruitutes prædiis debitas, l. heredes. §. item culpæ. famul. erciscun. ff. Creditor qui non idoneum pignus accepit, non amittit exemptionem eius debiti quantitatis, in quam pignus

non sufficit, l. creditor. 2. ff. si cert. petat. nisi apud Venetos, vt dicit glo. ibi, & in l. si pro mutua. C. illo titul. dicentes, Che a el pegno, batra el co com ello.

Secundò amittere ciuitatem dicitur, qui exul fit à ciuitate, l. amissione. & l. fin. ff. de c. deminut. & l. 2. de pœnis. Amissio ciuitatis, l. licet. i. cod. & plurimæ phrasas ad hanc significationem tendunt, sed his contentus ero.

Tertiò pro dimittere capitur, & quod nos dimittere dicimus, antiqui amittere nominabant, vt author est Donat. apud Terent. in heautont. & Budæus in adnotatio. in Pand. l. 2. ff. de orig. iur.

Quartò amittere è manibus, pro vacuare manus, & se desaisire, Budæus, vbi supra, & in Forens. quod Gallice dicimus, *vider les mains*. nil allegat more suo.

Quinto amissa etiam dicuntur ea, quæ corrupta alicui relinquuntur, scilicet forte, vel fracta, l. prætor. 2. §. amissæ. ff. vi bonor. raptor. Sed non intelligitur amissum, quod oblatum alteri non est, quod ad hoc vt quis ad rem illã restitui possit, l. nec vtilem. ff. ex quibus caus. maior. Nam si equus meus, tempore quo absens eram reipubl. causã, mortuus fuerit, non dicitur amissus, quia alteri non est oblatum, id est acquisitus, vt gl. ibi, ideo ad illum nõ possum restitui. alij in illo text. habent ablatum, videte, vtra expositio melior sit. Et amissum in bello dicitur, quod propter causam belli perditum est: idem in incendio, in l. i. §. ex incendio. ff. de incendio. quod facit vt si amissa in bello sint restituenda, vt intelligendum sit vt supra dictum est, vel si quis velit impetrare ob hoc literas annales, aut quinquennales: de quibus abunde scripsi in 2. tomo commenta. in constit. Reg. Gallic. tract. de literis dilator.

Sextò amissum id dicitur, quo perpetuo caremus. inde pater dicitur sic amittere filium, maritus vxorem, cap. quia nonnulli. in fin. & ibi Hostiens. de cleric. non residet. l. interdum. ibi, veluti quod pater ligatur filium, vel filiam, vel vxor virum, vel quod filij parentes amiserint. ff. de iudic.

Admittere cum d. pro recipere, l. i. §. item queritur. ibi, aliam in ciuã admittat. ff. de aqua quotid. & æstua, l. i. §. præuicatorum. ibi, falsas excusationes admittere. ad Turpillia. ff. ad l. qui seruum. ibi rationabilius est eam admittere sententiam. ff. de actio. & oblig. l. vnica, furti aduers. nautas. l. prætor. 2. §. turpem autem, ex quo nu. admittimus. ff. vi bonor. raptor. & l. si cui. §. i. ff. de iudic. ibi, non facile admittendum. de accusatio. l. famosi admittuntur ad hanc accusationem. ff. ad legem Iul. maiest. l. relegatorum. §. si quis eam sententiam amiserit. de interd. & releg. l. fin. de castren. pecul. l. item si vnus. ff. de arbit. in fin. l. mater. ibi, sed non est admittendum. de inoffic. testam. l. idemque. §. idem Labeo. ff. mand. cum pluribus aliis.

Admittere possessionem, pro adipisci. l. sed & si l. §. perinde. ibi, sine dolo possessionem noluerit admittere. ff. de petitiõ. hered.

Admittere sumptu iudex debet, id est rationem sumptus habere, lat si quis. §. iudex. ff. de religiof. & sumpt. funer. vbi exponitur, dum primo dicitur admittere, deinde rationem habere.

Admittere pro committere & facere, l. si is cui commodata res erat, furtu eius admittit. ff. de furt. l. actionum genera. §. ex factõ. ff. de actio. vbi primo dicit admittit, deinde commisit. idem in l. stuprum. de adulter. proba. l. i. §. si seruus purè legatus ante aditam hereditatè quid admiserit. si quis testa. liber esse iustus fuerit, l. 3. in princ. de re milita. l. furtim. circa finem. ff. arbor. furt. caesa. l. denique. §. accidit. quod vi aut clam, l. 4. de tribut. actio. l. i. in fin. de furt. & l. nequid. in fin. de incend. l. qui eadem admiserit. de licat. l. congruit. in fin. ff. de offi. præf. Admissus

Amittens pro dimittere.

Declaratio ad l. nec vtilem.

Amissum in bello quod dicitur.

Amissum dicitur, quo perpetuo caremus.

Admittere variis modis.

Admittere possessionem.

Sumptum admittens.

Admittere pro committere.

Admissus dolus, id est commissus, l. hæc verba cui infra eod. Admissa vis, l. si cum exceptione. §. & sane. ff. quod merus causa.

Admittere pro delinquere sæpius accipitur. nam qui delinquit, quicquam committit, ob id admittit pro delinquere iuriconsulti vsurpant. l. spuri. ibi, non enim impedienda est æquitas eius, qui nihil admittit. ff. de decurio. vbi glo. exponit, id est deliquit. l. ex lege. ad legem Iul. repetund. l. i. si famul. furt. fecisse dicitur: sed pro committere ibi etiam exponi (vt mea fert sententia) possit.

Admissum pro delicto.

Admissum etiam pro delicto, siue commissio, l. militem delicta, siue admissa. ff. de re milita. & l. ex iudiciorum publicorum admissis. de accusa. & l. si quis extraneus. ibi, admissum contrariam voluntatem declarat. de acq. here. & l. 3. §. si quis dolo. ff. de tab. exhib. vbi primo facinus nominat, deinde admissum. l. Stichum. §. tamer si. ibi, sane quoniam impunita non debent esse admissa. de solutio. & in l. ita vulneratus. circa fin. ad legem Aquil. dicitur maleficia. & facit l. 2. de abigeis. l. i. in fin. ibi, prout admissum suggerit. de extracto. & l. si adulterium, §. i. ibi, duplex admissum. de adult. & de eiusdem hominis admissio sæpius queri non debet. l. licet. in fin. ff. nautæ, caupo. itabu. Inde iuriconsulti dicunt quem puniendum pro admissi criminis qualitate, l. miles. §. mulier. ff. de adult. vel pro admissi mensura. l. penult. §. sed & pro conditione. & l. final. ibi, pro modo admissi. ff. de extraord. criminib. vnde si crimen sit adiunctum verbo, admissum accipitur pro commissio. si verò sit solum admissum, fere accipitur pro delicto, seu maleficio.

Admittere quoque est marem foeminae, aut foeminam mari adiuuare ad coitum. Budæ. per text. in l. si vxori. §. si quis asinum meum coegisset, & in equas suas *pro vnus* duntaxat *pro vnus* admittisset. ff. de furt. id est causa equationis, suscipiendique foetus gratia, asinum equabus suis miscuisset. inde admissarium equum, ad coitum electum, & admissarium pro homine libidinis peruagatæ, perditæque luxuriæ, ad omniumque foeminarum libidinem exposito, posuit Cicero in orat. in Pisonem.

Admissarius equus.

Admittere equum pro consendere accipit Budæ. in 2. annota. vt est apud Cicer. de finibus lib. 2. ibi, Num etiam Decius cum se deuoueret, & equo admissio in mediam aciem Latinorum irrueret, aliquid de voluptatibus suis cogitabat? & Luuium lib. 2. ab vrbe condita: sed ibi admittere pro concitare accipitur: & Floridus Budæum in hoc pueriliter lapsus scribit lib. 2. lectio. successuarum c. 8. Vide praxim huius clausula, Admitti facias, &c. in praxi benefic. in bulla nouæ prouisio. circa finem.

Admittere contra Budæum.

Committit elucidabitur in l. inter stuprum. infra eod.

Emittere.

Emittere, extra mittere, in lucem producere, edere, publicare: inde instrumentum emissum, in l. emptor. ff. de pact. in fine. Et epistola emissã, in l. cum tabernam. §. i. de pign. Emissas literas, l. dotale. 2. de fund. dotali. Emissã manus, l. quidam. ff. de probat. declarauit pro cautione manu facta, in lege, mulieris. §. res abesse. supra eod.

Immittere declarabo in l. malum. §. inter proiectum & immisum. infra eod. Mittere, in l. munus. i. infra eod. elucidabitur.

Omittere.

Omittere, pro dimittere, penitus relinquere, missum facere, *delaisser*. l. alienationis. infra eod. vbi scribam.

Permittere est concedere, de quo in l. duobus. infra eod.

Remittere de hoc verbo dicitur in l. inter stuprum. infra eod.

Videtur. Hoc verbum declarabitur in l. ostetum. infra eod. & hic proprie accipitur, vt docet Cepol.

per l. interdum. §. i. ff. de acquir. possess. dixi in l. i. supra eod.

Aduersus.

Aduersus, hic pro contra accipitur, & in l. nõ potest videri minus soluisse is, aduersus quæ amplioris summæ actio non competit. infra eod.

In interdum nomen est, & capitur pro opposito, & contrario: vnde aduersari verbu, id est contrarium esse, opponi: & aduersa pars, pro aduersario: de quo ostendimus in l. maiore. infra eod. & aduersa tempestas maris, in l. nauis aduersa. ff. ad legem. Rhod. de iactu.

Aduerso quid significet.

Aduersio licet communiter legatur in quibusdam legibus, tamen cõmunis ibi legi debet auersio, vt docet Budæ. in suis annot. quæ tunc dicitur, quando is, qui periculum suscipere debet, illud in alium auertit, & is illud suscipit, vlp. in l. i. §. exercitorem. ff. de exercit. actio. ibi, Exercitorem autem dicimus eum, ad quem obuentiones, & reditus omnes perueniunt, siue is dominus nauis sit, siue à domino nauem per auersionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum. & l. vi. in fin. ibi, imo si auersione nauis conductã est, pro duobus millibus merces debetur, ff. de l. Rhod. l. qui officij. in fin. de contr. empr. ibi, res in auersione empta, si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinet, etiam si res assignata non sit. & l. si quis vna. §. si auersione vinum venit, custodia tantum præstanda est: ex hoc apparet, si non ira vini veniit, vt degustaretur, neque acorem neque mucorem venditorem præstare debere, sed omne periculum ad emptorem pertinere. ff. de peric. & commod. rei vendit. facit. l. opus quod auersione locatum est, donec approbetur, conductoris periculo est. ff. loca. & l. hæc distinctio conuenit illi, quæ à Seruio introducta, & ab omnibus fere approbata est, vt si auersione insulam locatam dominus rescindendo, ne ea conductor frui possit, effecerit: animaduertatur, necessario necne id opus demolitum sit. ibid.

Alciat. verò in lib. 6. parergon c. 28. aduersionem legendum putat, & vendi id locari aduersione dici existimat, quod eo pacto venditur, vt ab aliquo approbetur, & secundum eius iudicium estimetur. Adducit d. l. opus. & alia iura, quæ supra adducta fuerunt. Nam aduerrere est considerare, & perpendere: & aduersio significabit considerationem alterius, qui ad hoc adhibitus fuit. & Alciati sententia menti tex. magis videtur conuenire, videte & iudicate, vel si dic. possit, quod aduersione quis rem emere dicitur, qui rem cum sua causa, suisque vitis emittit, & (vt dicunt) qualis est, & suo periculo recipit, eamque pro probata habet. Vnde de locari aduersione dicitur, quando conductor vniuersum opus periculo suo faciendum suscipit: quod Galli *en tache* dicunt, id est sua fortuna, quod *obz* Grace fortunam significet: quia in his faciendis plus quis aduertit, & attendit, ideo aduersione factum dicitur. Cogitare, & ex his eligit meliorem sententiam.

Nullum.

Nullum, dictio negatiua, totum excludens, vt notum est, & pro nemine sumitur. Inde liberæ aedes, quæ nulli seruiunt, l. qui vti. inf. eo. Nullum est animal, quod nec faciat, nec patiat, l. hæc verba ille, aut ille. hoc titu. Nulla parte noctis. l. vrbana familia. ibid. Nulla causa, l. verbu illud pertinere. in fra eo. Nulla reprehensio, l. manus. 2. eo. Nullo casu, l. cū quærebatur. inf. eo. Varia & infinita pene sunt, quibus hæc dictio accommodari solet, quæ enumerare nullus est vtilitatis: ideo omitto. De dictione vllus dixi in l. si cui. sup. eo. vnde vtile est ad omnes leges, constitutionesve sic negatiue loquentes.

Persequenda. De hoc verbo persequi latissime scribemus in l. actionis verbo. infra eod.

Haber, abunde explicabitur in l. is apud. & l. nomen. in fin. & l. habere. infra eod. ne plura.

l. si pro fure. §. conditio. ff. de conditio. furtiva. Decius consil. 281. viso. & conditio furtiva soli domino competit. l. prima. de conditio. fur. ibidem: & tamen non excludit heredem, tutorem, aliasque personas in glo. enumeratas: & l. si vt certo. §. nunc videndum. ibi. solum dolum. ff. commod. iuncta. l. contractus. de reg. iur. de Ripa in rubr. de constit. facit l. penult. §. fin. ff. de iuris & facti ignorantia.

Interdum iurifconsultus ad vberiorum expressionem, vtrunque, scilicet vnum & solum coniungit, in l. sed & si. §. item si plures habuerit infitiores, vel cum omnibus contrahi voluit, vel cum vno solo. ff. de infitio. actio.

Solūquid.

Solum neutrius generis accipit pro fundo, vel terra, seu area, vel pro eo quod aliquid sustinet, & pro tali loco. Quare Iurifc. ait, hoc interdictum de soli possessore scriptum est. ff. vt possidet. per totū illum tit. & fere in lib. & titulis interdictorū. Et qui habet solum, habet illud liberum vsque ad cælum, l. fin. ff. de seruitur. Et seruiturum prædiorum alia in solo, alia in superficie consistunt, l. 3. ff. de seruit. & l. 1. §. penult. de mortuo inferendo.

Inde res soli dicitur immobiles, lege, vsu fructu legato. ibi, aut rei soli, aut rei mobilis. de vsu fr. ff.

Solarium quid.

Solum publicum, ad publicam spectans utilitatem, lege, qui ta bernas, ff. de contrah. emptione. Item dicitur solarium vectigal, quod pro solo soluitur, l. 2. §. si quis nemine. ff. nequid in loc. publ. ibi, vectigal enim hoc sic appellatur solarium ex eo quod pro solo peditur, & c. in l. etiam. ff. qui potio. in pigno. habeant. licet in libris antiquis sit solarium: tamen solarium melius, & propius ad sensum text. accedit.

Solarium etiam significat locum, in quo horæ ad solem denotantur, veruto vmbra faciente, vel primula, horloge au soleil Gallice, ou quadrans. Budæus in l. si arborem. ff. de seruit. vrb. prædio.

Solarium dicitur quoque locus apricus ad calorem solis excipiedum situs, de quo intelligitur d. l. si arborem. ibi, si non verò heliocamino, vel solario, dicendum erit, quia vmbra facit in loco, cui sol fuit necessarius, contra seruitutem impositam fieri.

Solum aduerbium, pro tantum, duntaxat, l. sciri. §. distans. ibi, ad hoc solum, vt ligna suscipiant. ff. si seruit. vindicet.

Phrases dictionis solarius.

Solo hoc nomine, id est hæc sola causa, ratione, l. si duo patroni. §. idem Iulian. ff. de iuriciuran. ibi, nunquid ergo qui iurauit sturum se non fecisse, hoc solo nomine, si conueniatur cōdictione, exceptione vtetur? De quibus dictionibus taxatiuis scripti in l. pratum. infra eodem.

Sola duritia.

Solam duritiam, l. seruis ea l. in fin. ff. de seruis exportand. ibi, Enimvero poenæ non irrogatæ indignatio solam duritiam continet. & l. prospexit. ibi, quod quidem per quam durum est tamen ita lex scripta est. ff. qui & a quibus. ibi, pro aspero, vel auctero intelligi potest.

Solam pactionem vocat Iurifconsultus in lege, sed & si vir. §. si vir. secundo. ff. de donationibus inter vir. & vxorem. ibi, non verò vt ea sola pactione irrita sit, quæ est separata à contractu.

Solus inuenitur in l. 2. qui potiores in pigno. habeant. ff. in fin. ibi, deficientem secundam conuentionem, secundus creditor in pignore postea dato non tam potior quam solus inuenitur, id est soli secundo creditori bona tenentur, postquam bona specialiter obligata sufficiunt primo. & l. illa verba, oprimus. infra eod.

Item probationes, quæ de filiis dantur, non in sola affirmatione testimonii consistere decretum est, l. fin. de probatio. ff.

Solo auctore, l. 3. de ritu nuptiarum. ibi, si nepotem ex filio, & neptem ex altero filio in potestate

habeam, nuptias inter eos me solo auctore, id est auctore, contrahi posse verum est.

Et per hoc declaratur l. ea sola de deportationis sententia auferat, quæ ad fiscum perueniunt. ff. de regu. iur. vt intelligi debeat, vt si quis per sententiam deportatus sit, illa deportationis sententia auferat tantum ea, quæ ad fiscum perueniunt, & peruenire possunt: & ideo omnia bona, quæ fiscus capere potest, ea omnia, siue nomina sunt, siue actiones, per sententiam deportationis auferuntur deportato, & ad fiscum perueniunt. Vnde quæ ad fiscum non perueniunt, non auferuntur deportato per sententiam: quare vxor non auferetur, l. 1. C. de repud. l. res. C. de donat. inter vir. & vxor. Nec libertatem ea sententia deportationis de portato auferet, l. fin. de cadem in iur. ff. & §. cum autem. quibus. mod. ius patr. potesta. soluit. in l. fin. Nec ea, quæ naturalia sunt, auferat: ideo nec legatum pro alimentis perdit sibi factum, l. legatum. ff. de caput. deminut. & l. 3. ff. de his quæ pro non script. habentur.

Sententia qua non auferat.

Nec auferat sententia, quæ iurifgentium sunt: & ideo deportatus non prohibetur post deportationem acquirere, l. si mandauero tibi. §. is cuius bona publicata sūt, mādare alicui potest, vt ea emat, & c. ff. mandat. Et hūc arbitror verū eius l. ea sola. intellectū, quicquid gl. & doct. scribāt, vt fufius in intellectu nouo ad illā legē docui in meis no. interpret.

Postremo perdunt etiam deportati ius faciendi testamentum, l. 1. §. hi quibus. de legat. 3. l. eius. §. si cui. ff. de testam. Et ea, quæ sunt iuris ciuilibus, l. 1. vbi glo. & doct. C. de hered. instituendis.

Enim, pro certe hic accipi potest, vt plerisque locis sumi solet, vt l. alienationis. & l. infrato. cum l. seq. & l. aliud est fraus. infra cod. Interdum causam reddit, & pro qua capitur, vt lege, hereditas. ibi, iuris enim nomen est. & lege, quæreret. & lege, probum, & l. liberorum. inf. eod.

Enim quid significat.

Enimvero pro certe in lege, probum, infra eo. & lege, seruis ea lege. ff. de ser. export.

CAIUS LIBRO TERTIO AD Edictum Prouinciale. Lex xvj.

Eum, qui vectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus. Nam publici appellatio in compluribus causis ad populum Romanum respicit. Ciuitates enim loco priuatorum habentur.

Tria breuiter iste text. continet: primum, quis dicatur publicanus: secundum, rationem adsignat, ibi nam publici: tertio dicit ciuitates loco priuatorum haberi, ibi, ciuitates. Quot modis accipiat priuatum, dicam in l. pupillus. §. munus. infra cod.

Publicanus vocatur is, qui vectigal populi Romani conductum habet, vt hic: alibi Iurifc. Vlpianus scribit, Publicani sunt, qui publico fruuntur: nam inde habent, siue fisco vectigal pendant, vel etiam tributum consequantur, & omnes qui quid à fisco conducunt, recte appellantur publicani, l. prima, ff. de publica. Publicani autem dicuntur, qui publica vectigalia habent conducta, l. quantæ. in fi. illo titulo. Nos Gallice fermiers du Roy vocamus: de quibus in ordin. Reg. rubr. des tailles, aides & gabelles. Et hi etiam mancupes vocantur, maxime salinarū conductores, l. si quis. C. de vectigal. & commill. Ansurum autem, qui vectigal (à vasis forte butyri ansis gestari solitis) colligunt, & illud vectigal Ansurum vocatur, teste Laz. lib. 2. de repub. Rom. c. 13. vbi etiam Arabarchem vocat eum, qui pecorum vectigal exigit, & vectigal Arabarchiæ Imperator in l. vsurpationem. C. de vectigal.

Publicani qui dicantur.

Mancupes, ansuri & arabarches qui.

Qui

Qui ergo reditus Regis & fisci redimit, & conduxit, publicanus vocatur, Graece autem τράχων, & τράχων, à τράχων, quod est vectigal. τράχων autem est locus, in quo vectigal colligitur. Τράχων etiam pro sacrificio positum legitimus, & τράχωνis tum mysticatum maior dici solet: quoniam non citra grandiorum impensam fierent. Τράχων namque impedere est: vnde qui multa profundunt, dicti τράχωνες: qui paucæ, τράχωνες, vt author etiam est C. lius libri septimi cap. 2. Etiam publicanorum munus, & facultas exigendi tributa, Telephoria nuncupatur in l. fin. §. patrimoniorum. ff. de munerib. & honorib.

Telephoria. Publicani mali.

Quantæ audaciæ, quantæque temeritatis sint hi publicani, nemo est qui nesciat. Paulus in l. quantæ. de public. ff. Sunt etiam deo hominibusque odiosi, vt ait Lucas de Parma, in tracta. de priuileg. fisci, quæst. vi. & opponuntur caritati, quæ non quærunt, quæ sua sunt, sed ex ipsis quidam & sua & aliena, de hoc publicano loquitur text. in l. si quis. in fin. ff. de calumniator. licet ojim, dum manus mundas habebant, in honore essent, vt testatur Cicero in Orat. pro Cn. Placco. Tamen si publicanus pecus meum abdaxerit, cum putare contra legem vectigalis à me factum aliquid, quamuis errauerit, agi tamen cum eo vi bonorum raptorum non posse. Labeo ait in l. secunda, §. si publicanus. ff. de vi bonor. rapt. Valde enim inhumanus est mos iste, quo retinentur conductores vectigalium, vel agrorum, si tantundem locari non possint, l. 3. §. diuus. ff. de iur. fisci. & ideo conductores vectigalium hoc decorantur priuilegio, lege, semper. §. conductores. de iure immunitat. vbi sic scriptum extat, conductores vectigalium fisci necessitate subeidorum municipaliu munerum non obstringuntur, idque ita obseruandum diui fratres rescripserunt, ex quo Principali rescripto intelligi potest non honori conductorum datum, sed ne extenuentur facultates eorum.

Munera an publicani subire tenentur.

Propter prohibitionem extractionis frumenti à Regno, & cōfessionis repræfalarum, quæ Gallice marque vocantur, posse mercedis seu pensionis remissionem peti à Principe, cum suo facto id euenerit, etiam si conductores suscepissent in se periculum casus fortuiti, doct. tenet in capitulo, propter firmitatem. de loca. & ita fuit conclusum in Parlamento Delphinatus, vt testatur Francisc. Mare. in decisio. l. elphinal. quæst. 61. r. partis. & de Ripa in tract. de peste.

Testimonium non dicunt publicani.

Vectigal quid.

Agri vectigales, & non vectigales dicuntur.

qui conduxerunt, neque his, qui in locum eorum successerant, auferre eos liceat, d. l. in cōuentionibus. Non vectigales sunt, qui ita colendi dantur, vt priuatis agros nostros dare solemus. ita definit Iurifconsultus in l. 1. ff. si ager vectigal. id est emphyteut. Et vectigalem fundum, id est emphyteuticum exponit Martia. Iurifconsultus in l. sciendum. §. 1. qui fatidat. cogant. Et vectigalis actio, in l. si finita. §. si de vectigalibus. de damno infect. quæ datur ad censum, & pensionem præstandam. Vectigales socij, qui idem vectigal conduxerunt, l. 3. §. 1. ibi, quæ dicit in dominos, sic accipiuntur, ff. de publicanis & vectigalibus.

Vectigalis actio. Socij vectigales.

Vectigalis pecunia, quæ ex vectigalibus prouenit, quæ in regno Francia magna est quoniam omnia ferè sunt sub tributo.

Vectigal proprie est octaua pars eius, quod vocamus. Ita accipitur hic, & l. 1. eq. & l. pronuntiatio. §. seruitutum. infra eodem. l. si quis pro vxore sua vectigal. de donatio. inter vir. & vxor. ff. & l. ex præstatione. C. de vectigal. & commill. gloss. in l. 1. ff. de public. & in hac lege. Et exactores illi Octauarii vocantur, Gallice huicteniers, l. 4. legatis. C. de vectigal. & Decumani, qui decimam partem exigebant, vt nunc ex beneficiis fit. Salic. autem in l. vectigalia. C. vectigalia noua institui non posse. dicit vectigalia seu gabellas non solum exigi de rebus, quæ vehuntur de loco ad locum, & sic de mobilibus, sed etiam de his, quæ sunt intra ciuitatem, vel oppidum, ob identitatem rationis: vt quando venditur vinum in ciuitate, nisi ex propriis vineis, sit, vel beneficiorum suorum, ex eis enim non debet solui aliqua pensio. Bertachi. in tract. de gabellis. in r. parte. Item aliter accipitur vectigal pro quacunque pensione, quæ fisco soluitur, & pro centu etiam alteri soluto, vt superius dictum fuit: & Tranquil. in Augusto, cap. de ordin. legio. videtur dicere, Augustum Casarem ad subleuandos præfidiarios locorum milites, vectigalia noua in limitibus primum instituisse.

Tributum pro immobilibus.

Tributum autem dicitur pecunia, quæ populo imperata per tribus soluebatur: sicque tributum capitibus, vectigal prædiis imponitur, l. 2. §. si quid. ff. de heredita. vel actio. vendit. & ibi gloss. & cap. si tributum. r. quæst. r. gloss. in rubr. de anno. lib. 10. C. & in l. 1. de publica. ff. scripti in l. ager. §. stipendium. infra eod. Hodie ista vocabula generalius accipit vulgus.

Pedagium quid sit.

Pedagium vulgare nomen est, & dicitur à pede, quod à transeuntibus soluitur, peage: aliquando barra vocatur, vt Cadurei, & in Hispania. de hoc pedagio mentionem facit text. in capit. super quibusdam. §. præterea. de verbor. significatio. & ibi gloss. & in cap. quanquam. de censib. in 6. Gabella ex communi loquendi vsu soluitur ex sale: generaliter etiam accipi potest, vt dicam in ordin. Reg. Et hæc nomina à communi vsu hominum inducta sunt, quæ non inueniuntur apud Iurifconsultos, vel Latinos alios auctores, Reg. Gallic. in hac materia.

Gabella.

Vectigal. Vectigal aliquando fundi pensio, reditus dicitur, l. in cōuentionibus. infra eod. l. si legatum. in fine, ibi an vectigal satis sit imponi ff. de operib. public. l. lex vectigali. de pignor. l. quod principis. §. 1. de aqua pluuiæ arcend. l. 1. §. item fundo. quibus mod. vsu fruct. amitta. l. ei qui de seruitutib. & Plinius lib. 7. epist. ad Caninium Rufum.

Item agri vectigales dicuntur, qui ciuitatum sunt, & municipibus ita locantur, vt certum vectigal reipublicæ pendant. Alciat. lib. 3. diffunctio. cap. 10. vel qui in perpetuum locantur hac lege, vt quantum pro his vectigal pendatur, tandiu neque his, l. vna.

Imponere vectigal cui liceat, & quare inuenitur sit.

L. vna. C. ad legem Iuliam de ambitu: & perpetuo exilio damnari debet, l. vlt. C. vectigal. noua inffit. non poss. Et in Regno Francia non licet cuique nouum vectigal imponere, vel vetus augere, sine consensu Regis: quoniam sunt inuenta, vt in instructiones pontium, viarumque, defensionis fidei & patriæ his vectigalibus fieret: & qui hæc non facit, ad satisfactionem tenetur, l. vnica. C. de Alexandr. primat. lib. 11. Hostiensis in summa de censibus. §. ex quibus causis. verticulo, nunquid sine causa Tamem hodie accipientes illa putant sine causa habere, vt scripsi fufius in dicta bulla cœnæ domini, art. tertio. & puto consulentes Principi, vt noua imponat vectigalia sine magna causa, esse in inferno pœnis tartareis cruciatis perpetuo, nisi satisfecerint: quod raro fit, vt secundo libri Machabæorum fecundo capite dicitur. Etru qui inuentor omnis malitiæ factus es, non effugies manum domini. cogita igitur quod morieris, & cito, & generatio tua cito extinguetur.

Cur inuenta tributa & tallia.

Contra inuentores in possessione.

Ponte destructo an in nouo vectigal solutum recipi possit.

Pendere vectigal.

Phrasen ubi pendere.

Pœnæ non repetuntur.

Pendere de alimentis.

Committere.

vestiga. & commissis, C. quia si non soluatur vectigal, vel delara, & que vehitur, committitur, id est confiscatur. Et confiscatio vocatur commissum. Hinc cadere in commissum, sine in pœnam commissi, l. Imperatores. in fine, & l. interdum. §. 1. & l. commissi. ff. de public. De hoc verbo aliunde in l. inter stuprum. infra eod. scribam.

& commissum quid.

Profiteri, & professio quid dicatur.

Improfessus seruus.

Profiteri, pro confiteri & dicere.

Improfessus seruus, qui sic non est designatus, nec pro eo vectigal solutum. l. vlt. §. 1. de publica. ff. nec est ab eo, quicum ducit, declaratus.

Alibi etiam extra vectigalium materiam profiteri est confiteri, & asserere, l. ne satisfatio. ibi, qui cum se fecisse procuratorem libello Principi dato professus est. ff. rem ratam. haber. l. 1. §. si quis. ff. de iudic. l. ad quibus appelland. non sit, l. edicto. de iure fisci, l. 1. §. an & philosophi. de var. & extraord. cognitio. §. litis causa. eadem l. d. l. forma. §. quod si de cens. l. 3. de end. l. ale pactum. de pact.

Item profiteri, proferre, dicere significat. l. 1. ibi, operam dedisset, quo quis falsum iudicium profiteretur, vt quis innocens conueniretur, condemnaretur. ff. ad legem Cornel. de sicar.

Profiteri est etiam publice, & apud acta aliquid vltro denuariæ, quod vulgo insinuare vocant. Nam antiqui liberos suos natos apud acta profitebantur apposito die, & consule, teste Budæo, & sic ait intelligi l. cum de atate. & l. etiam. & l. fin. ff. de de proba. Atque ita postea libertas & ætas facile probari poterat: quod & hodie habemus ex ordinatione. Reg. rub. des registres des baptêmes & sepultures. vbi scripti in 2. tomo comment. in constitut. Reg. Gallicas.

Profiteri vt plurimum pro docere, interpretari, & publice maxime, vel legere: vnde professores dicuntur, qui publice docent, & lætant, & receptores disciplinæ alicuius, vt legum doctores, & quos regeres dicimus: vt l. medicos. cum sequent. & l. fin. & fere toto tit. de professio. & med. libr. 10. C. & de professoribus. qui in vrbe Constan. lib. 12. & l. de variis & extraord. cognitio. Lucas de Penna in l. professio. C. de mun. patrim. lib. 10.

Profiteri, professores.

Professio præter eam quam diximus supra significationem, dicitur etiam aperta & voluntaria confessio, l. non nudi. C. de prob. Valla in Raudēf.

Ex ea parte huiusce legis, qua dicitur, nam publici appellatio in compluribus causis, &c. adnotari potest, quod proxima lege diximus supra, publici appellationem in cōpluribus causis respicere pop. Roma. id est regulariter. & vt plurimum, & proprie: quo fit, vt quoniam publicanus dicitur a publico, & qui publicum vectiga. conductum habet, intelligatur proprie, qui a populo Romano vectigal illud conduxit, & huius vectigalis conductores proprie publicani, propter publici propriam significationem, dicantur.

Interdum publicum refertur ad publica alterius ciuitatis: ideo adiicit text. in compluribus causis, quia ciuitates loco priuatorum habentur, in illis scilicet casibus, quibus publicum respicit ad populum Romanum, quare ita ciuitates dicentur priuatae, & habebuntur loco priuatorum: ideo non succedunt in bonis vacatibus, l. 1. C. de bonis vacant. lib. 10. Sed in casibus vbi publicum respicit ciuitates, non

res, non habentur loco priuatorum, vt supra lege proxima tractauimus.

Eos autē casus gl. etiam in verbo habentur, hic enumerat, quibus nos addemus alios sequentes.

Primus est, vt sententia lara aduersus ciuitatē in defensionem sit ipso iure nulla, l. 1. C. de iure reipubli. lib. 11. C. & in hoc ciuitas iure publico & singulari vitur, quo pupillus, l. si præses. C. quomodo & quando iudex.

Secundus, ciuitas & respublica loco pupilli habentur, l. 3. de iure reipubli. lib. 11. C. & fere in quibus casibus pupillus reperitur priuilegiatus, & ciuitas: cum in illa isti reperiantur.

Tertius, ciuitas habet tacitam hypothecam in bonis administratoris ipsius, sicut fiscus, l. 2. C. de debit. ciuit. lib. 11. alias non, l. 2. C. de iur. reipubli. vbi Rebuffus. Et simile priuilegium fisco nulla ciuitas in bonis debitoris habet, nisi datū nominatum à Principe sit, l. simile. ff. ad municip.

Quartus, administratores ciuitatis tenentur refarcire ciuitati, quod ciuitas per eorum negligentiam amisit, l. si. C. de iure reipubli. lib. 11. facit l. debitoribus, de administratione tutor. & l. periculum. ff. si cert. petat. vbi docto. & l. ciuitas. ibidem.

Quintus, bona ciuitatis non possunt alienari sine Principis licentia, & autoritate, & sine aliis solennitatibus requisitis, in l. si. C. de vendend. reb. ciuitat. lib. 11. vbi etiam patruus meus Rebuff.

Sextus, debitores respublica non possunt fieri consules, vel iurati, vel scabini, donec debitum soluerint, nec alium in ciuitate honorem, vel administrationem habere, vt citius ciuitati soluant. l. 1. de debito. ciuita. lib. 11. C. nec legatione fungit, l. sciendum. ff. de legatio. quod facit contra administratores ciuitatum, qui vt plurimum suffragantur & surripiunt ciuitatibus quantum possunt, & postea inter eos diuisione facta, vnus manet debitor certæ summæ & quantitatæ, vt is non possit illam regere, donec facta restitutio fuerit, quæ rara est & molesta furibus.

Septimus, creditor ciuitatis tenetur probare pecuniam in vtilitatem ciuitatis versam, vt ciuitas te neatur de mutuo eius administratori facto, l. ciuitas. ff. si certum petat. docto. in cap. quod quibusdam. de fideiuss.

Octauus, si ciuitas ledatur ex sententia, vel ex contractibus, potest in integrum restitui, vt superius scripsi in l. bona. proxima.

Nonus, causa vniuersitatum & ciuitatum possunt etiam in prima instantia tractari in senatu, vt est in ordinatione. Regiis rub. quelles causes peuent estre traittes en premiere instance en la Court de Parlement, vt superius scripsi.

Decimus, si ciuitas habeat legem propriam de additionibus admittendis, & licitationibus, perfecta venditione, ab ea recedere potest, si iusta causa succedat, l. Lucius in fine. ff. ad municipa. quod secus est in priuato. l. 1. & 2. C. quado liceat ab emptio. difced.

Vndecimus, sicut fiscus ante diem solutioni assignatum, potest cogere suos debitores ad soluendum illi ex causa necessitatis, & magnæ vtilitatis, ita & ciuitas. tex. in l. 1. C. de conditio. ex lege, quæ lal. singul. scribit in §. sed hoc quidē. m. 8. Inffit. de actio. & in l. pecuniam. col. vlt. si cert. petat. & Hippolyt. singul. 335. debitor. & hoc interdum dixi scabini Biturigum, vt lectoribus exolveretur: quod seruauerunt, & fuerunt compulsi illius debitores ante tempus soluere. Debet tamen ciuitas commodum medijs temporis debitoribus relinquere, vt docto. asserunt ibidem.

Duodecimus, pecunia ciuitatis ob causam frumentariam, seu comparationē frumenti cōpensata,

ri cum alio debito non debet, l. 2. §. ad frumenti cōparationē. ff. de administratio. rerum ad ciuit. pert.

Decimus tertius, grani estimationē per iniuriā post emptionē ablata, qua rationibus publicis refertur, procurator reipub. domino restitui iubeat, Vlpian. in l. 2. §. grani. ff. de administratio. rer. ad ciuit. pert. vbi glo. & Rom. sing. 754. & l. si per imprudentiam. de cuictio. ff.

Decimus quartus, ius reipub. pacto mutari non potest, d. l. 2. §. ius reipub. de administ. rerum ad ciuita. pert. ff. Sicut necius publicum. l. ius publicū. ff. de pact.

Decimus quintus, reipublica causa eos solos abesse intelligimus, qui non sui cōmodi causa, sed coacti absunt. Vlpian. in l. reipublica. ff. ex quibus caus. maior. Et ita respondi apud Bituriges contra quosdam, qui vt sua tractēt negotia apud Regem, procurant pecuniam ciuitatis extorquere, vt pro aliquibus tantillis negotiis ciuitatis mittantur, vt pecunia eis detur: sed & mittentes, & missos à peculatu non excusare: & hodie in ciuitatibus, & tēplis. ac vniuersitatibus, & curiis, seruatur ille contractus innominatus, facio vt facias, in perniciem animarum multarum. Alia scribit glo. & docto. in rubr. de iure reipub. C. & glof. in c. licet. in verbo reipub. de collat. in pragm. Hi tamen casus notandi sunt, quos cumulos nusquam inueni.

Procurant adire eorum expensis vt sua negotia tractent.

Ergo ex supradictis constat, quod non in omnibus, nec semper, sed multoties & frequentius publici appellatio respicit pop. Roma. Itaq; si in cōpluribus causis, in eis ergo facienda erit regula, & limitationes de paucis casibus, vt scribunt docto. in l. 1. de reg. iur. ff.

Respicit, id est pertinet, l. 2. §. publici. ff. ne quid in loc. publi. fiat. ibi, ad vias publicas, itineraq; publica pertinet. vbi Vlpia. vtiur verbo pertinet, loco huiusce verbi respicit in eisdem terminis. l. sicut impendia. de usufructu. l. quod reipublica: de iniur. vbi primò vitur verbo pertinet, deinde respicit: & l. pen. de decret. ab ord. facien. l. si quis putans. §. 1. cōmuni diuidido. & regulariter quando adest prapositio sic accipitur. l. si vt certo. §. si me. ibi, periculum ad te respicere. ff. cōm. oda. & l. hinc quari tur. §. 1. de pecul. vbi primò scribit respicere, postea spectat. Respicit periculum ad emptorem. l. si in emptione, in fi. ff. de contrahen. emptio. l. 2. §. si cuti. de hereditate vendita. l. 4. in princ. de peric. & cōmod. rei. vend. l. si extraneus. de iure dotium. l. nec quicquam. in princ. ff. de officio procuratoris.

Respicere quid significet, & phrasen.

Præterea respiciendum est, videndum est, confiderandum est, vt l. respiciendum. ff. de pœnis, vbi Iustinus Globerus exponit cautē, & circumspicendū agendum, nec quicquam temere statuendum, in illius l. interpretatione.

Respicit, l. cum qui. §. 1. alias incipit, sed & si. §. Marcellus. ibi, Publiciana actio ad instar proprietatis, non ad instar possessionis respicit. ff. de Publicia. & exponit text. in l. 2. §. quedam. ff. de interd. videlicet actionem Publicianā continere proprietatē, & habere instar rei vindicationis, & aliarum actionum proprietatem continentium: sed non habet, vel non cōtinet possessionem, instar actionum possessoriarum, videlicet interdictionum. atq; ita scriptum habeo in meo libro.

Declaratio ad l. eū qui. de pub.

Respicere etiā pro rationē habere, l. quod ait. ff. de noxa. vbi quod prius dixit respicit, postea rationē habet. Inde respectus, id est ratio, causa, confideratio, & guard Gallice, l. hinc quaritur. §. 1. ibi, ideo si respectu mariti heres sit institutus, vel ei legatū datū, &c. ff. de pecul. l. bona fides. ibi, respectu aliarū. ff. de pos. l. Iulianus. §. si quid seruo. de actione empti. Rationem pietatis dicit Iurisc. in l. ex duobus. in fi. de neg. gest. & l. si extraneo. de usufruct.

Respectus.

Ad hæc apud Oratores & Grammaticos sumitur pro aspicere, & quandoque apud Iuriconsultos, *regarder*, intueri, siue retro, siue in terram fixis oculis. Item pro iurare, prospicere, aliisque variis modis, vt satis est vobis obuium, ob id nõ refero.

V L P I A N V S LIBRO DECIMO Ad Edictum. Lex xvij.

Inter publica habemus non sacra, nec religiosa, nec quæ publicis vñibus sunt destinata, sed si qua sunt ciuitatum vel bona, sed & peculia seruorum ciuitatũ proculdubio publica habentur. Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit: quale est vectigal portus, vel venalium rerum, item salinarum, & metallorum, & piscinarum.

* Legitur in Pan. Florent. piscinarum: & videtur melior lectio. Pici enim sodinas in reditu populi Roma habuit, & piscinarum mini Cicerone in Brut.

Duo hæc lege traduntur: primũ, quæ inter publica habentur: deinde, quæ sint publica vectigalia, dum ait, publica vectigalia, &c. quæ pars est postrema. Proxima enim superiori lege dictum fuit, ciuitates loco priuatorum esse, & publici appellatione ad populum Romanum referri: nunc verò docet inter publica haberi bona ciuitatum, non quæ publicis vñibus destinata sunt, quia publica, id est quæ si publica sunt, vt via publica, forum, plateæq; cõmunes, & horũ bonorũ publicorum non est apud ciues cõmercium, & proinde ea vendere non possunt, sed Celsus. ff. de contrahen. emptione. Sed quia dubitari potest, an sacra & religiosa publica dicantur, quod videtur dicendũ, cum ius publicũ consistat in sacris, & sacerdotibus. l. i. ff. de iustitia & iure. c. ius publicũ. i. distinct. ideo iste text. dissoluit eam dubitatione, dum ait, Inter publica habemus non sacra, nec religiosa, nec quæ publicis vñibus sunt destinata, vt theatra, dicit gl. sed si qua sunt ciuitatũ bona, vt peculia seruorũ, ciuitatis molendina, illa proculdubio inter publica habentur. & Pomp. scribit in d. l. sed Celsus. quadam esse publica, quæ non in pecunia populi cõsistunt, sed in vsu publico, vt Campus Martius: alia verò quæ in pecunia populi sunt, vt nemora ad ciuitatem pertinentia. Videmus enim ciuitates in Regno Gallia, quæ reditus & obnationes ex nemoribus percipiunt, vt ne omittam natale solum, & vnde mihi origo est antiquissima, Vlpia. Iurisc. exemplo, in l. i. ff. de cõsib. ciuitas Monspefulani reditus nunc percipit nemoris, quod dicitur Valena, quod in vsu reipu. & negotia publica conuertit, aut cõuertere debet.

Quæ inter publica habentur.

Item molendina, vel alia ciuitatis bona eius generis, nõ sunt publica, sed inter publica habentur, vt hic text. dicit. Sacra autẽ in nullius bonis sunt. §. sacra. de rerum diuisio. in Institut. quia diuini iuris sunt. l. i. ff. illo titu. nec inter publica habentur, nec publica sunt, l. 2. ibi. loca publica, vel templa occupasse. ff. de colleg. illicit. l. i. ibi. sacra & religiosa, publicã ve. ad legem Iuliam pecul.

Tamen large & quo ad iuris decisionem secus, nõpe id quod statuitur in sacris, & econtrario, habet locum in publicis, vt in legibus superius adductis probatur, & in l. vñsacionem. ff. de vñsac. Et licet in sacris ius publicum consistat, tamẽ non sequitur sacra publica esse nam & in sacerdotibus consistit ius publicum, tamẽ non ideo dicendum sacra, sacerdotibus ve publica esse, licet in eis cõsistat ius publicum, l. i. ff. de iust. & iure: licet etiam illorum vsus publicus existat. Et Iurisc. interdictum diuidit publica, priuata, & fiscalia, vt l. i. in fi-

ne. ff. de calumniatoribus.

Ex quo inferitur, illa etiam, quæ inter publica habentur, multis gaudere priuilegiis, & eis ipsis que verè publica: postquam Iurisc. vult vt inter publica habeantur, ideo cuiilibet de iure in publicum perire permittendum est id, quod ad vsam hominũ pertinere, l. i. ff. de locis & itiner. public.

Item in publico loco prohibet prætor adificare, l. i. ff. ne quid in loco publico. fiat. loca enim publica vñq; vñibus priuatorũ deseruiunt, iure scilicet ciuitatis, non quasi propria cuiusque, vel singulorum. Et loci publici appellatio ad terras, insulas, agros, & ad vias publicas, itinerãq; publica pertinet, l. i. §. loca. & §. publici. ibidem.

Colligitur etiam ex hoc text. aliud publicum esse, aliud inter publica haberi: quia id quod est publicum, propriè est: id verò quod habetur, impropriè: vt de bonis hic statuit Iurisc. quæ sunt ciuitatis, vt habeantur inter publica, non dicit autem esse publica.

Ex quo notari & colligi potest, verbũ habetur fictionem significare, vt lege proxima supra: quod verũ est, cum tangitur præpositioni inter, vt hic. Idem in dictione in, seu, pro: vt habetur pro interrogato, qui sine interrogatione responderit se heredem esse, l. si sine. ff. de interroga. act. Pro nullo hoc habetur, lege prima, in fine, quod quisque iuris in alium statue.

Habetur in rutis & casis, id est computatur, cõnumeratur inter casã & ruta, l. granaria. ibi, tegula in rutis & casis habentur. ff. de contrahen. emptio. & in l. in rutis. Iurisc. dicit, sunt, vt inferius apparebit in illa lege.

Limitant doct. quando hæc verba in omnibus & per omnia præcederent verbum habetur: tunc enim veritatem significare aiunt, vt docet Corser. sing. incipit te habetur, vbi multa allegat: & doct. in l. i. ff. de leg. i. post Bar. in l. si is qui. ff. de vñsac. per tex. quẽ dicit singularẽ in l. 2. §. furiosus. ibi, cu in omnibus & per omnia absentis, & quiescẽtis loco habeatur. ff. de iure codicillo. qui text. meo quidem iudicio contrariũ probat, vt ibi dicit in meis nou. interpre. Etenim verbum impropriũ proprietatẽ facere non potest: ideo dicendum videtur, per quacũq; verba impropria proprietatẽ non fieri. Caterum cum Iurisc. vsitur hac clausula, in omnibus & per omnia habeatur quiescẽtis loco, tunc in quibus casibus disponitur de quiescente, habet illa dispositio locum in furioso: sed furiosus quidem non erit propriè quiescẽs. Et hoc verum est, nisi verbum fictũ, seu translatũ adiciatur proprio verbo, vt pro nullo habeatur, & nulli sit, vt in d. l. i. in fine, quod quisq; iur. ff. Barba. in re petitio. l. cum acutissimi. col. 6. C. de fideicom. & consi. 38. col. 13. in 2. vol. & §. colum. 13. ibidẽ. & vide te Hippolytum in l. qui falsam. num. 50. & seq. ff. de fals. Sed tunc verbum fictũ, seu per vñsacionem sumptum, non inducit veritatẽ per se, sed verbum verum adiunctum id efficit, vt habeatur pro ciue, & sit ciuis. Alia complura scribam de hoc verbo in l. habere. infra eodem.

Sacra. Sacra res, sunt hæc res quæ publicè consecratae sunt, non priuatim. l. in tantum. §. sacra. de rerum diuisio. ff. & l. sacra loca. ibidẽ. Et sacrum proprie Dei est, & Deo dicatur, §. sacra. in Institut. de rerum diuisio. Sanctum autẽ, quod ab iniuria hominum defensum est, l. sanctum. ff. de rerum diuisio. & est incorruptũ iniuolatumq;: vnde legati sancti habentur iure gentium, l. si quis ita legatum. ff. de legatio. & ne quis eos violaret, sagmina, id est quasdam herbas ferre solebãt, a quibus sagminibus dicta sancta sunt, vt vult Marcianus d. l. sanctum, vel sanctum potius à faciendõ: vnde sanctiones partes sunt

Quæ inter publica habentur esse dem priuilegiis, quibus res sacra vñitur, & publice.

Verbum habetur, quando fictione significat.

Reprehenduntur doctores, de verbis in omnibus & per omnia.

Sacra res quæ sint.

Sanctum quid, & unde dicitur.

Sanctiones.

Profanum.

Corbona non Sorbona, & vnde.

Religiosum quid.

Religio quid sit.

Religio multis modis, & religiosus. Religio pro fide expostata reprobat. Superstitio a religione differt.

Religio in qua quis proficitur tria vota.

tes sunt legũ, quibus poenæ constituta sunt aduersus eos, qui cõtra leges fecerint. §. sacra. Instit. de rer. diuisio. l. sacra. §. illud notandum. ff. eod. vbi ait text. proprie dici sancta, que nec sacra, nec profana sunt, sed sanctioe quadam cõfirmata. Profanum autem quod dum sanctũ fuisset, postea in vsu hominum factũ est, quasi extra sanum & sanctuariũ, teste Aggeno Vrbic. in cõmen. in Iulium Frontinum rub. de controuersis. Non dicam hic de Hebræis, qui sacrum thesaurum Corbonam siue Da ghes vocãt: a quibus forte sacer Theologia locus, quem corrupto nomine Parisienses Sorbonã nominant, dici potuit, quasi sacer Theologia thesaurus ibi sit: & qui non erit, hoc iure testari poterit. nã qui vidit, testimonium perhibet, &c.

Religiosa. Religiosum locum de iure vnusquisq; sua voluntate facit, dum mortuum in locũ suum, l. in tantum. §. religiosum. ff. de rerum diuisio. & §. religiosum. Instit. eo. titul. & toto titul. de religiosis, & l. imp. p. finer. ff. & C. sed hoc olim: nũc verò immutatum est à iure canonico.

Religio autem est Deorum cultus, l. veluti erga Deum religio. ff. de iustit. & iure. & teste diuo Augustino, tomo i. c. de vera religione. circa finẽ, & Lactan. lib. 4. c. 28. quia hoc vinculo pietatis obstri cti Deo, & religati sumus, vel à re, id est effecũ, & eligo, vt August. in 10. de ciuita. Dei ait: vel à relinquendo, vt Massurius ait, quia cuncta, cum ad religionem accedimus, committere debeamus: non verò à relegẽdo, tanquam relegeret, & diligenter tractarent omnia quæ ad cultum Deorum pertinent, vt quidam dicere voluerũt. Et de antiquo ritu Romanorum in religione Cicero edidit lib. de legib. 2. & de natura Deorum.

Inde religiosus dicitur quis fieri per leges, in procemio Instit. in princ. & sacerdos, l. i. in prin. ff. de iust. & iure, quia leges religat & coardant ad bene, beatẽque viuendum, vt ait Ioan. Fab. ibidem.

Religio generaliter sumitur pro Dei cultu, vt diximus, & sic sumitur, dum dicimus religioẽ Christianam, l. i. C. de summa trinit. licet ibi gloss. exponat pro fide: sed aliud est fides, aliud religio, nam in religione cõtinentur fides, spes & charitas, teste Archid. in c. i. de regul. in sexto. in fide continetur, quid credendũ in spe, quid sperandum: in charitate, quid amandũ. Et religio à superstitione differt: quia religio veri cultus & in virtute est: supersticio falsi, & in vitio, teste Budæo in prior. adnotatio. in Pandectas: & sic omnis Christianus potest vocari religiosus.

Aliquãdo large religio, seu religiosus, potest dici omnis clericus, siue laicus, honestè ex fide, quæ per charitatem operatur, viuens, c. ecclesia. de cõstitutio. c. si de reb. eccl. non alienandis. & de ea loquitur Iacob. in epistol. c. i. in hæc verba: Religio munda, & immaculata apud Deum, & patrẽ, hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulationibus corũ, & immaculatum se custodire ab hoc seculo.

Religiosa res est philosophia, id est sancta, l. i. §. an philosophi. iuncto §. est quidẽ res sanctissima, ciuili sapientia, de variis & extraord. cognitio. ff.

Interdum religio dicitur, in qua quis proficitur tria vota, videlicet paupertatem, obedientiam, & castitatẽ: & ille qui hoc proficitur, dicitur religiosus: & de hac religioe habetur in rub. de regula. & transeunt ad religionẽ. & c. penult. & per totum: & ex vsu loquendi, quãdo loquimur de religiosis, hi continentur, teste Panor. in rub. de regul. col. i. & 2. hi propter loci religionem inde se mouere non possunt, l. 2. ff. de in ius vocand. nec discedere sine apostasie labe. l. penult. ff. de excusatio. mune. & in c. vno. de apost. Et religionis causa homines colligi non prohibentur, l. i. de collegiis illicit. ff.

Item religio, id est, quod vulgo debitum officij, hoc est iusta muneris sanctio, vt docet Budæ. in cõment. linguae Græcæ, vbi verba non satis proba in religiosos iactat, nec viro bono conuenientia. videre & iudicate. Et religio pro sollicita & anxia cura capitur: sic etiam accipi potest apud Iurisc. in l. i. de iustitia. §. ne potentiores. ff. de offic. præsi. ibi, ad religionem præsidis prouincia pertinet, id est ad officiũ & curam præsidis spectat, ne humiles à potentioribus opprimantur. Idem scribitur in l. 2. ff. de excusat. muner. & l. i. §. diuus Seneus. ibi, religionem cognoscẽtis instruat, de quaestio. l. fin. de var. & extraord. cognitio. l. quia. §. item si inuenierit. ff. si quis omnia causa testa. l. i. §. i. de reb. eorum. iuncta l. si quis stipulatus. ibi, officiũ prætoris est, ex quibus causis. l. cum quẽ temere. in fine, de iudic. & quemadmodũ honor religioni debetur, sic & magistratibus, l. vcluti. de iustitia & iure. ff.

Maximũ remedium expediendarum litium in vsu venit iurifurandi religio, id est cultus seu iurifurandi reuerentia, l. i. ff. de iurifuran. l. iurifurandi contempta religio satis deum vltorem habet. C. eo. sic exponitur in l. fundus. ff. famul. ereise.

Religio pro secula, l. circumcidere. ff. de sic. a. ibi, eiusdem religionis homini. l. non erit. ff. de iure. §. sed si quis illicitũ. ibi, improbatẽ publica religiois.

Religio interdũ pro iurifurando sumitur. Paul. in l. multo magis proderit patri religio filij, iuncta l. præcedere & seq. ff. de iurifuran. & l. quæ sub conditione. de cõditio. Instit. in vna parte dicit religionem, in altera iurifurandum.

Deserere autẽ iurifurandum iudicem oportet: ceterum si alius detulerit iurifurandum, vel non delator iuratum sit, nulla erit religio, nec vllum iurifurandum. Vlpia. in l. videamus. §. deserere. de in litem iuram. ff. id est nullum erit iuramenti vinculum, seu effectus: probatur in l. 3. ff. de iurifuran.

Religionem pro diuino numine exponit text. in l. quæ sub conditione. ff. de condit. Instit. ibi, cõ enim faciles sint nonnulli hominum ad iurandum contemptu religionis: alij perquam timidi, metu diuini numinis, vsque ad superstitionem.

Religiosa constantia, l. ne piscatores. ff. de incẽ. ibi, Præsidis prouincia religiosa constantia efficitur: quia religiosi, constantes, & firmi in oratione & religione esse debent, non inconstantes, nec palantes, vt plures sunt.

Item non videtur quispiam fieri locupletior in ea re, quam religioni dedicauit, ideo maritus sepultura causa vxori donare potest, vel ecõtra, l. si spõsus. §. concessa. ff. de donatio. inter virum & vxorẽ.

Summa ratio est, quæ pro religione facit, l. sunt persona. ff. de religio. & sumpt. funer. alia religiois relinquo de religione.

Glossa prima huius legis dicit publici nomẽ stri cte hic accipi. Itaque notandum est, vt sæpe supra dictum est, iure publicam proprie dici, quod ad populum Romanum pertinet, sic ait l. bona. supr. eo.

Lata autem significatione, publica quoque dicuntur secundo modo bona ciuitatũ, quæ publicis vñibus destinata sunt, vt viae publicæ. ff. de via publica, & de locis & itiner. publicis, & nequid in loco publico fiat: ac forum & plateæ communes. l. sed & Celsus. ff. de contrahen. emptio. facit d. l. 2. §. publici. ff. ne quid in loco pub.

Tertiõ inter publica habentur etiam bona ciuitatum, quæ non sunt in vsu priuatorum, vt peculia seruorum ciuitatis, nemora, molendina ciuitatũ: quod est notandum secundum Alber. hic: & ista bona sunt in patrimonio ciuitatis, sed non vsui publico, & priuatorum destinata, vt via publica. Videte Aggenum Vrbic. in cõmen. in Iul. Front. tit. de controu.

Religio pro debito officij & cura.

Religio pro secula.

Religio pro iurifurando.

Religio pro diuino numine.

Religiosa constantia.

Declaratio glo. i. & quot modis publica dicantur.

Aliis in locis publicum multis dicitur modis, in l. 1. §. i. publicum ff. de iustit. & in l. 1. de interd. Et communi vsu dicimus publicum, omnibus patens. §. consequens. In l. 1. de susp. tut. Vnde mulier, quæ publicè mercari consuevit, agit, & conuenitur sine marito, de consuetudine Franciæ, les marchandes publiques, quod probari potest iure, per l. 3. ff. ad senatusconsultum Macedo. Boer. in §. 3. de consuetud. iuris status persona. in consuetud. Biturig. Et in vinculis eos ita accipimus, qui ita alligati sunt, vt sine dedecore in publico apparere non possint, l. 1. in eadem. ff. ex quib. caus. maio. ibi, publicum capitur pro palam, & coram omnibus, & patens, dū is non audeat sui publice copiam facere, prodire in publicum, se ostendere, & exhibere presentiam sui populo. facit e. si qui testium. de testib.

Publica executio quid sit, declarabitur in l. hæc stipulatio. infra eod. Publicum etiam pro carcere, custodiæ publicæ sumitur, in l. qui neq. §. vltim. infra eod. Item publica vincula, l. vinculorum. infra eod. Publicum munus, in l. pupillus. §. pupillus. infra eod. elucidatur. Publice, in l. hostes. infra eod.

Publicum ius quidam accipiunt pro communi, in l. testamenti factio publici iuris est. ff. de testa. & l. ius publicum iuncta l. iurisdictionum. §. si paciscar. & l. contra. ff. de pact. alibi tamen dixi.

Vfus quid sit, dixi in ordinationibus Regiis, rubr. de consuetudine, in tertio tomo commendar. ad consuet. Reg. facit l. fundi. infra eod. Vfus publici dicuntur, quando ad populum spectant, quasi populici, vt supra dictum est. Vfus hominis, l. qualis in fra. ibi, ad hominis vsu comparatur. Vfus iuris, in l. in vsu iuris. infra eod. Vfus suo, l. in lege censoria. infra eod. vbi dicitur. Vfus capi, l. alienationis. hoc tit. infra. Alias phrasæ de vsu hic omitam, ne multitudine rei vos obtundam.

Destinata. Glos. hic in hoc verbo destinata dicit bona quæ sunt in pecunia ciuitatis, siue in patrimonio, non destinata vsui publico, posse vendi, qualia sunt molendina : & de his ciuitas potest disponere, sicut quilibet primatus de suis bonis. Diuersum est in his, quæ sunt ad vsu publicum, vt via publica, d. l. sed & Celsus. ff. de contrahend. emptio. Cepola in tract. seruitur. in 2. parte, rubr. de seruit. via. colum. 10. & seq. plene tractat. Et hæc venditio perfecta non potest reuocari, licet alius facta venditione maius offerat pretium, l. 1. C. de vend. reb. ciuitat. lib. n. sicut nec venditio priuati, l. ratas. C. de rescind. venditio. Requiritur tamen solemnitas in illis reb. vendendis, quam docet text. in l. si. de vend. reb. ciuit. ibid.

Ex his patet Bart. perperam consuluisse, in l. cōtinuus. §. cum quis. in fin. ff. de verb. oblig. vbi consuluisset faciendum statutum à ciuitate, vt via publica, vel alius locus vsibus publicis destinatus pronuntietur priuatus, & demum vendi poterit : allegat l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. & l. 2. §. viam publicam. ne quid in loco publico. quia hoc non potest ciuitas statuere, cum sit cōtrarius, quam potestatem inferior non habet, vt idem tradit Bart. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iur. cum inferior tollere non possit legem superioris. clem. 2. de elect. nisi ciuitas alium nõ recognosceret. Alioqui quoridie ciuitates facerent statuta cōtra iura, quod non est permittendum. Imò ab his statutis sic factis audiui procuratorē Regium appellasse, tanquam ab abusu, & reformata fuisse statuta ita perperam concepta. Etiam hoc tenderet in præiudicium Regis, vel alterius superioris, & reipublicæ.

Nec quicquam facit dictus §. plane. vbi procurator recipit non potest concedere, vt in publico loco aliquod fiat, nisi lex municipalis hoc conce-

dat : intelligitur si consuetudo municipalis, vel lex à Principe approbata hoc permitteret : sed quod ciuitas possit hoc statuere contra ius, non probat ille text. nec d. §. viam. quamuis Cepol. opinionē Bartoli approbet hic.

Proculdubio Ex hac dictione adiecta quidam colligunt ita ac legem videri factam sine dubitatione, & de quo non est dubium, cum dicat dubio procul esse, atque ita non dubium esse. Sed huic obiectiōni responderi potest, hæc dictionem adiectam elegantie causa, atque affirmationis, pro eo quod est quidē, certe, sane, plane, & id genus : nec iuriscōsultum velle dicere, sine dubitatione esse, quod hic dicit, vt publica habeantur, &c. Si enim tritum & vulgatum esset, non opus lege esset, vel constitutione, quæ de dubiis reb. cōstitui debet, l. quod Labeo. ff. de Carb. edicto. l. ancilla. C. de furt. Imò verò magnam esse dubitationem oportet, vt l. in lege censoria. & in l. sape. §. vltim. infra eod. alioqui responderi potest, quod Celsus iuriscōsult. in l. Domitius Labeo. ff. de testam. Aut non intelligo (inquit) quid sit, de quo me consulis, aut valde stulta est consultatio tua, plusquam enim ridiculum est dubitare, an aliquis, &c. vt ibi. Et plebeij sane, rusticique, & rudes homines, ignariue & idiotæ de iure respondere possent, vt iurisperiti, nec opus iuriscōsultis esset. Non negarim tamen insitam atque innatam omnibus quandam naturam vim, lumenque quoddam rerum agendarum, quo & quæ sequenda, quæue fugienda, quid rectum, prauumque sit, intelligamus : quæ vt sunt in iura, & origo iuris, de his tamen non est cōstituta lex, cum omnibus palam sint : sed sanctio potius, & pœna, si quis ea nota neglexerit. Sed illud ius notum nõ omnibus est, quod ex abstrusioribus est peritum, & quæ communem hominum, vulgaremque sensum superant, & recedētia magis animis sagacioribus sunt : atque ex his peritiorum, & iuriscōsultorum responsa, & interpretationes constant, l. 2. §. his legibus latis. ibi, vt naturaliter euenire solet, vt interpretatio desideraret prudentum auctoritatem, necessariamque disputationem fori, &c. hoc ius vtiq. non omnibus obuium, cum nec Sulpitio, summo alioqui oratori, ante obturgationem Quinti Mucij, hæc iuris peritia contigerit. Tanto magis ridenda est illorum temeritas, qui se triduo iuriscōsultos professuros iactant, si quis eis stoma- machum mouerit, vt Cicero solebat in oratio. pro Lucio Murena : quanto tales homines à Sulpitij eruditione longius absumt, & à Ciceronis studio, qui à Scæno late adolescentis discere non consueuerat. Non omitam tamen, quod Cicero ait lib. de Oratore ad Quintum fratrem, & docto. nostri, vt Paul. Castren. & Iason in l. iurisdictionum. §. quoniam. ff. de pactis. confirmant, iuriscōsult. obsecrē interdum de industria loquutos, ne leges omnibus communes essent. Huic autem positioni, legem de questione dubia oportere esse, quod & verum est, vt supra diximus, afferri solent in contrarium l. hominis. vbi dicitur non dubitari. &c. & l. instrato. infra eod. & pleræque alia leges, quibus non ambigi, non dubitari, solent dicere iuriscōsulti. Quibus responderi potest, ante legem quidē promulgatam dubium fuisse, at iam post, non dubium esse, quod & ait iuriscōsultus in l. 3. ff. si qua drup. pauper. feciss. dicat. ibi, ex hac lege iam non dubitatur. & l. apud. ibi, nulla dubitatio est post scriptum Imperatoris. ff. de captiuis, & postlim. reuerf. Nec obstat si denuo quis obiciat l. quæris. ff. de natal. resit. ibi, nõ habet dubium, nec vnquam fuit dubium : idem in §. 1. de societ. in finit. Respondeat enim glo. in l. inter omnes. ff. qui facit. cog. nõ quam fuisse dubium apud iuriscōsultos : & pro hoc

Lex de dubio feridebet, quomodo intelligatur.

Qui de iure possint respondere.

Publica vestigalia, quæ dicantur.

An vestigial proferri possit.

Pater pro filio quando teneatur.

Vestigial duplex.

Elucidatur l. arboræ.

Diluantur contraria.

Fiscus quid sit.

facit l. locum. in fin. ibi, nunquam dubitavi. ff. de usufruct. l. non dubito, de seruit. & l. nõ dubito. de iure fisci, & l. non distinguemus. §. item si quis. ff. de arbit. Sed quod verius dicendum putamus, leges quidem de casu dubio esse debent, in casu scilicet principali : sed eius decisionis causa, ad confirmationem seu declarationem facti principalis, seu speciei propositæ accessorie multa afferuntur, quæ nullam, aut paruum dubitationem habent : quia cōfirmatio notior esse debet conclusione, & magis indubitata. Ex notioribus enim demonstrationibus & argumentationibus, vt ait Aristoteles, fieri debent, vt docebimus etiam in lege, triplici. infra eodem. Deinde nihil impedit, si dicamus hæc enigmata causa adiecta ab iuriscōsulto, atque phrasim esse, vt d. l. hominis. & l. si ita. vel sine dubio, infra eod. & l. hereditatis. ad legem Aquil. Item interdū indubitate dicunt, l. 4. in fin. ff. ad legem Rhodiam de iact. l. si heres. famil. erisc. Item nemo est qui ignoret, l. pecuniæ. 2. infra eod. & nemo est qui nesciat, l. nemo. de duob. reis. ff. l. seruis legaris. in fi. ff. de lega. 1. etiam §. item si quis. de petit. hered. & aliis multis modis, qui gratiam, & venustatem orationi addunt.

Publica vestigalia. Hic declaratur, quæ dicantur publica vestigalia : & dicit ea esse, ex quibus fiscus vestigal capit. Si Baro, vel alius nobilis capiat in ponte, vel ciuitate vestigal, non dicitur publicum, nisi fiscus concefferit iura sua, vel aliquid ciuitatis, vt Parisiensium ad tempus ex aliqua causa : tunc enim dicerentur publica, quia non relinquunt naturam primæuam : nempe Rex per alium capiens, ipse capere videtur : per regulam iuris, qui per alium facit, &c. Secus autem si cuiusdam perpetuo concefferit Princeps, tunc illa non dicitur publica, quia fiscus illa non capit : tamen si fiscus ad tempus nõ caperet, ex indulgentiarum forte causa, vel alia remittens transeuntibus vestigal, etiam diceretur publicum, quia paria sunt capere, & capere posse, l. apud Iulianum. §. 1. de legat. 1. ff. l. si nauis. in fi. de rei vindica. l. generaliter. de regulis iuris. Et legendum est in text. capit. non accipit, vt probatur in l. aliud est capere. infra eod.

Sed quærendum est, an ius vestigalis possit proferri tanto tempore, cuius memoria non sit in cōtrarium : respondeo. posse. inquit text. in cap. super quibusdam. §. 1. de verbo. signific. & Lucas de Penna in l. viros. 3. C. de diuers. officijs. lib. 12.

Item si filiam suam, conduxerit hoc vestigal. pater erit obstrictus, l. 2. §. sed & si. ff. ad municipales. Et in vestigalibus publicis permillum est locis corpus, & communionem habere. l. 1. §. 1. ff. quod cuiusque vniuersita. no. Et est pœna, si quis ad cōductionem eorum, quæ publice locantur accedere, vel ad vestigalia publica : & abstinere à negotiatione iubeatur, l. moris. §. sunt autem. ff. de pœnis.

Atque ita apparet duplex vestigal esse, aliud publicum, quod fiscus capit, vt hic dicitur : aliud priuatum, quod priuatus capit, sumpro argumento à contrario per hunc text. etenim quod non sumit fiscus, priuatum dicitur : publicum autem quando fiscus. Aliquando & priuatum vestigal dicitur, quod quisque ex redditibus suis percipit, & fructibus. l. arbores. in fin. ff. de usufruct. ibi, arundinis, vel pali compendium, si in eo quoque fundo vestigal esse constituit, ad fructuarium pertinet. cuius text. sententia est, compendium, emolumentumve casæ arundinis, vel pali, spectat ad fructuarium, si vestigal id est redditus in eo fundo percipi consuevit : quicquid dicat glo. ibi, & docto. & quæ sint ista vestigalia publica, patet ex sequentibus.

Fiscus, dicitur pecunia Imperatoris, vel Regis, quam domine dicimus, à fisco, id est sportulis di-

ctum. fisci enim sparteæ erant vtensilia ad maioris summae pecunias capiendas : vnde quia maior summa est pecuniæ publicæ, quam priuatæ, factu est, vt fiscus pro pecunia publica diceretur : & inde cōfiscare deductu, teste Bude. in annota. in Pandect. in rubr. de officio quaest. vel confiscare est in ius publicum aratri redigere, vt docet Carcia. Cotta in secūda parte memoria. in verbo fiscus, vnde semper soluendo dicitur, l. 2. ff. de fundo dotal. sed domaniū vix potest vti cari fiscus : nam aliud est procurator Caesaris, aliud fisci. l. 1. ff. de offic. procur. Caesaris. Fideiusor itaq. Principis non poterit exceptionem opponere excusationis, ne inanis sit fideiusor, vt scripsi in l. si ita stipulatus. in fi. infr. eodem. Alibi dicit Bald. in c. vno. de Feudo Marchie. colum. 2. fiscum esse stomachum, faccum, & firmi tudinem, vel saccū sine conscientia, qui imburfat male quæ sita : sunt verba Bald. in c. vno. colum. 3. de allodiis. vbi dicit fiscum esse proprie tantū Papæ, vel Imperij : & ibi sumit fiscum pro iure cōfiscandi. facit quod scribit Guido Papa decisio. 259. in ciuitate. vbi decidit procuratores fisci non tene ri probare se esse procuratores, quia postquam potestas eorū est lecta & publicata in curijs, vbi ipsi sunt procuratores, sufficere alioqui quoridie eorū potestatem, maxime delinquentibus, in quos agunt, & partem faciunt, probare oporteret.

Sed hodie vulgus capit fiscū pro Rege, aut Imperatore, in cuius loco est procurator eius, vt dicit Chastaneus in consuetud. Burgund. rubr. des successions des bastars. §. 1. in glo. succedere. lege secūda, §. hoc inter dictum. ff. ne quid in loco publico fiat. Guido Papa in statuto si quis. in verbo fisci. & dicebat Traia. Imperator, fiscum esse lienem, quod eo crescente reliqui artus contrahescant, vt est in apophthegm. Plutarchi. sensit enim opt. Princeps, iniquū esse sic explere fiscū vnus, vt nihil habeant subditi : sed hodie contrariū fit : multi enim ad subditorū destructionem totis (vt dicunt) neruis tendunt, vt fiscus totum consumat, & habeat.

Interdū fiscus capitur pro qualo & vase oleario qui ceruici torcularis supponitur, in l. sed adde. §. illud. ff. loca. vbi Bud. vel est instrumentū ad quali forte similitudinem, in quo ponuntur oliuæ, cum prælo subiiciuntur, teste Cotta in secūda parte memoria. in verbo fiscus.

Camera vero fiscalis vocatur locus in quo scripturæ fisci patrimoniales, & alia iura fiscalia reponuntur : Galli vocant cameram computorum, teste Guidone Papa in decisionibus Delphina. quart. 453. & in statuto si quis per literas. in verbo fisci. lacob. Rebuffus in rubrica de iure fisci, lib. 10. Alia vide in tractatu de iure fisci per Lucam de Parma, & per And. ab Exca in suo tract. de arario & fisco.

Quale est. Exemplum ponit, & est similis text. in l. matum. §. 1. infra eod. ibi, qualia sunt Meniana. Explicabo in l. quid aliud sunt iura. infra eod.

Vestigal portus. Dicitur fuit vestigalia publica esse, ex quibus fiscus vestigal capit : sed quia dubitari potest, ex quibus fiscus vestigal capiat, hic respondet, quale est vestigal portus. Ergo redditus & prouentus ex portu debentur fisco, siue ex portu maris, siue fluminis nauigabilis sint : videntur enim de Regalibus. cap. vno. quæ sunt Regalia. Et eo debentur, vt fiscus portum securum & mundum habeat : vt in portu Malsilie seruatur. habet enim Rex addictos quosdam ad mundandū portum : & quia fiscus portorium sumit, ob id suis expensis tenetur sarcire portus, vt ait Ioannes de Platea in l. 1. C. de Alexan. primar. lib. 11. quod Iarius explanatur in l. portus. infra eod. & portorium dicitur illa pecunia, quæ in portu, vel in porta vrbū, vel castello rum exigitur : & exigentes portitores vocat Cice-

Confiscare.

Fideiusor principis excusationis exceptionē non habet.

Procurator fisci nõ probat procuratorem.

Crescente fisco alij ar eius contrahescunt.

Camera fiscalis.

Vestigal portus quibus debeatur, & qua ex causa.

Portorium, portitores.

Mulier publicè mercatoris officio fungēs, agit & conuenitur.

Vfus publici.

An ciuitas vendere possit vsu publico destinata.

Consilium Bart. de vendendis reb.

Res venales quas sint.

ro, & Plaut. in Afm. Venalium rerum. Res venales dicuntur venditioni expofitæ, & quæ venduntur: vnde si ex his rebus vendendis datur quicquam fifco, dicitur publicum vestigial: vt Parisiis pro cifta pifcium denarius, & ex multis alijs, & communiter in Francia ex dolo vini vendito foluitur fifco octaua portio: quod veltigal primus impofuit in Francia Carolus quintus, vt apud Gaguinum fcriptum extat libr. 9. verfi. est praterea. de venalibus nouitijs vide in l. fi negotia. ff. de neg. gefit.

An super rebus venalibus pofit aliquid imponi.

Ifta autem impofitio fuper rebus venalibus eft contra ius gentium, cum cuilibet liberum fit vendere fine vilo onere, vt Azo & Hofienfis afserunt in fuma de contrahenda empt. & probatur in rubrica quæ res vendi non poffunt. Sed quaritur an Princeps fine caufa in rebus venalibus pofit indicere, feu imponere aliquid? Et putarẽ facile imponi non debere onus his rebus, quæ eduntur; quia in perniciem totius reipublicæ, & maxime pauperum cederet: & cum ipfe fit pauperum pater, & defenfor, vt l. vnica. C. quando Imperat. inter pupill. & c. l. i. C. de epi. c. p. audien. eos occidere, & opprimere non debet: nam necare videtur, qui alimenta tollit, vel curat vt carius vendantur, l. necare. ff. de liber. agnoscend. Et quia contra ius commune, ideo iniuftum eft. cap. crit. autem lex. 4. diftinctio.

Reuenditores ante certam horam emere non debent.

Aduertendum eft valere statutum, vt res venales non vendantur reuẽditoribus ante horam decimam, vt in Montepellulano, vel ante duodecimam, vt Parisiis, & pro his eft glosf. fing. in l. 2. in verbo tradere. ff. de nundinis. fecundum Amanel. de claris aquis, fing. 8. glosf. eft quod dominus. Et hoc fauore publicæ vtilitatis: nec poffent partes prohibitioni renuntiare, nec ante horam ftatutam emptionem etiam tractare, argum. l. oratio. ff. de fponfa. & docet Felin. in cap. fi diligenti. in 5. falentia. in 3. corrolario de foro comper. col. 5. vbi dicit ftatutis pro bono publico factis principaliter renuntiare non poffe: probat multis, videt ibi: ideo fi ruficus, vel alius ad forum vel plateam communem, & publicam attulerit pira, vel alia efculentia, quæ poftea vendere nolit, cogi poterit. nam prafumitur tractaffe cum reuẽditoribus ante horam ftatutam de venditione eis facienda, vt not. interpretes in l. nec emere. C. de iure deliber.

Monopolia prohibentur.

Etiam prohibentur monopolia, id eft conuentiones factæ inter mercatores fuper mercibus, & quibuscumq; venalibus rebus, maxime ad victum necessarijs, certo pretio vendendis, quia bono publico aduerfantur, l. vnica. C. de monopol. vbi gl. & doct. & in ordina. Regijs in tract. de magiftris artific. & de monopol. prohibet. artic. vlt. abunde fcripti in 2. tomo comment. Et in d. l. vnica maxime prohibetur monopolium echini, & peccinis. Sunt enim echinus & peccen pifces ex teflaceorum genere, echino pro pedibus spinæ, peccini vnge, tefla non admodum firma, vt eft vifum Hermolao Barba. in caftigatio. Plinianis. Elucidat Petrus Gilius in fua lib. de vi & natura animali. dixi d. artic. vlti. in 2. tomo commentarij in confit. Reg. Gallic.

Quando monopolium dicitur.

Alijs multis modis monopolia cõmitti etiam docet Guido Papa confil. 211. & Bald. confil. 445. in primo volum. & Conradus in tract. de contract. quæft. 51. circa finem. & q. 65. Panor. & Decius in c. fignificante. de appel. Et dicitur Græcè μονοπώλιον id est τὸ μόνον, vel τὸ ἄλλο, id eft folus vendo. hoc maxime fit, cum vnus folus aliquod genus mercaturæ vniuerfum emit, vt folus vendat, pretium fua modo ftatuens: vel quando omnes artifices, vel negotiatores conueniunt, vt finguli certo & pari pretio

vendant, & alijs modis, quos ipfi, qui talia exercēt, melius norunt, & in confuet. Britannia, c. 337. animaduertitur in eos cõfiftatione bonorũ, & emenda arbitraria, vt patet in confuet. eorum, vt abunde fcripti in d. tract. de magiftr. artific. & monopol. prohibet. in ordina. Reg.

Salinarum. Salina eft locus in quo fit, vel ex quo extrahitur fal: quædam autem ex his funt publicæ, ex quibus totam emolumentum Princeps capit: & in his conducendis poffant homines focietarẽ in ire, l. 1. §. 1. ff. quod cuiufque vniuerfit. nomine: & huiusmodi falina publicæ funt de Regalibus, vt in cap. vnico. quæ funt Regalia: & qui eas conducit, publicanus appellatur, l. fed & hi. ff. de publicæ, & fuperius dictum eft in l. eum qui. & Aneus Martius Rom. Rex falinas primus inftruit, tefte Plinio lib. 31. cap. 7. & qui centum falino præftit, falitor vocatur.

In opus harum falinarum damnari olim delinquentes folebant, l. aut damnũ. §. in ministerium. ff. de poenis. l. mulier in opus falinarum ob maleficium data. ff. de captiuis. de his multa in confuet. Reg. tractantur Gallicis. & de fale aut fit, aut gignitur, vt docet Plinius lib. 31. cap. 7.

Quædam autem funt priuatæ falinae, ex quibus priuatim commodum percipiunt, vt Narbona, in l. magis puto. §. 1. de rebus eorum. & l. generali. §. vxi. de vfufruct. legat. & l. forma. §. falina. de cenfibus vbi falinae, quæ in prædijs funt, in cenfum deferendæ funt. Nec proprietatis omnium falinarum fpectat ad Principem, tefte And. de Ifer. & Aluaro to in dicto cap. vno. quæ funt Regalia. ideo illa iure capere non poffit, nec earum emolumentum, nifi data æftimatione priuatis, l. fi locus. §. fin. ff. quem admo. feruit. amittant. Dec. in l. id quod noftrum. de reg. iuris.

Imò firmat Petrus Iacob. in fua praefatio, rubr. de iurifdict. in fine, de iuriforibus effe, omnia perire read Regem, quæ funt defcripta in titul. quæ funt Regalia, quia illa cõftituitio eft localis, ideo in fua loco feruetur: fed illi Principes, qui alia quandoq; vfufruant, ita firmiffime tenent, vt diuelli ab eis vix poffint: id iure, vt arbitror, primogenituræ occupantes, vel forte focietatis, de qua in l. fi non fuerint. in fine. ff. pro focio. fed iufti iudices hoc prohiberent: hodie tamen omnia ad Principem trahunt iniufti.

Metallorum. Nomen metalli generale eft, tefte patruo meo Iacobo Rebuffo in rubrica C. de metall. lib. 11. vbi Lucas enumerat feptẽ metallorum fpecies, videlicet aurum, argentum, electrum, æs, flagnum, plumbum, & quod donat omnia, feruũ: & l. fid. lib. 16. etym. c. 16. & dicitur à μέταλλο quod eft fcrutor, in quiro, quod intra terræ venas inquiri foleat: & vna vena inuenta facile eft aliam inuenire, vt teflis eft Plinius lib. 33. cap. 6. & in princ. illius libri fic ait, Quam innocens, quam beata, imò verò & delicata effer vita, fi nil aliud quam fupra terras concupifceret, breuitatq; nifi quod fecum eft.

Inde Metallaria locus, vnde metallum extrahitur, vel mulier artem illam exercens, l. fi. C. de metall. lib. 11. & metallarij, feu metallici, funt illi, qui in metallis exercentur, rub. C. de metall. lib. 11.

Metallicus adiectiuum, quod ad metallum pertinet: vnde penfo metallica, quæ ex metallis percipitur, & foluitur, l. 2. ibidem. Græcè autem μέταλλικός, feu μεταλλικός, qui circa metalla verfatur, & fodinas.

Ex quo inferunt doctores, fi aurifodina, vel argentifodina, vel alterius fpeciei metalli inueniuntur in fundo priuatorũ, decima pars fifco debetur, l. cum cti. C. de metall. lib. 11. Et hæc decima pars, vel aliud emolumentũ fifco obueniens inter Regalia communera

Salina publica & priuata.

Salitor.

Salinas priuatis fifcus auferre non poffit.

Metallum qd. & quatuorplex.

Metallaria. Metallarius. Metallicus.

Metallaria in fundo priuato rã inuenta cuius funt.

Rex decimam partem ex aurifodinis capit.

connumeratur, quia illud vt Rex capit, c. vno. quæ funt Regalia. Nec totum eripere priuato debet inftar leonis ad afinum & vulpem, de quo in l. fi non fuerint. §. Arifto. ff. pro focio: imò contrarij naturalis effer, vt fcribit Marth. de Afflictis in decifion. Neapolit. 321. in Regia.

Aurum vel argentum in ripis fluminum inueniuntur cuius funt.

Nec vtrique Princeps aliquid habere debet ab his, qui in ripis fluminum perquirunt aurum, vel argentum, quod cuique licet, & inueniens fuum inuentione facit. §. item lapilli. Inftit. de rerum diuifio. dum tamen extra fines illius regionis, & patriæ non transferatur, fed in monetaria proxima oftendatur, & cudatur. Hoc contra morem fuum concludit Francifc. Marc. in decifio. 120. in prima parte. decima tamen curato debetur, vt probauit in tract. meo de decimis.

Salinas priuatis fifcus auferre non poffit.

Si vero venæ inueniantur in loco publico, id totum iure fifcus fibi vindicat, vt docet Iacobi. in tracta. de Feud. in verbo, & cum argẽũ fodinis, & c. vbi dicit effer de Regalibus.

Damnatus in metallũ, & opus metalli quid, & differẽtia.

Intelligit tamen, vt dixi, hodie Principem has auri, vel argentifodinas, iure potentie feudalis capere: quod an iufte fiat, Dei erit iudicium. Sed qui confultit, maius peccatum habet. de his autem aurifodinis feu aurarijs loquitur text. in l. 1. ff. quod cuiufque vniuerfit. & l. acquifitum. §. 1. de vfufruct. & alijs multis locis.

Condẽnati ad portum Mafiliæ fem damnatus in metallum comparantur. Pifcariarum quid.

Postremò quia publicè vtile erat habere metallaria, idcirco veteres in metallum fcelestos, & facinorofos homines damnare folebant, & qui in fua prouincia metallarias non habebant, ad alias mittere ftagebant, l. aut damnũ. §. metallaria. ff. de poen. vbi inter eos, qui in metallum, & eos qui in opus metalli damnantur, differentia in vinculis tantum eft, quod hi qui in metallum damnantur, grauioribus vinculis premuntur: qui verò in opus metalli, leuioribus. cam differentiam tradit ibi Vlpianus. Et fic damnati in metallum dicuntur non folum, qui in aurifodinis, argenti, ferrive fodinis opus metalli faciunt, fed etiam qui alumen cretãtve effodiunt, & fimilia. Etiam eos, qui in metallũ damnati funt, putarem rectè comparari poffe his, qui ad arenam extrahendam, purgandamq; & mundandam portum Mafiliae damnari funt: & iura quæ de damnatis in metallum loquuntur, quatenus his quoque congruere poffunt, locũ in his habere arbitrarẽ.

Pifcariarum. Emolumenta igitur, quæ fifcus capit ex pifcationibus, funt publicæ veftigialia: & funt de Regalibus, quia vt Princeps illa percipit, fi capiat ex pifcationibus maris, vel fluminum publicorum fecus fi ex ftagnis: quoniã non effernt publicæ, licet effernt patrimonialia. Et quãuis Iurifconfultus capiat hic pifcariarum pro reditu pifcationum, tamen capitur aliquando pro foro, in quo pifces venduntur, vel loco, quem forum pifcariarum vocamus, Gallicè, la piffonnerie.

Pifcina qd.

Pifcina vero locus, in quo pifces viuũ conferuantur, Gallicè effer ang. ou vinier. de quo Iurifconfultus in lege prima. ff. de fonte. & l. limes. de actioni. empt. & in prima ordinationibus Regijs Philippi pulchri, artic. 4. s'il y a voit aucun effer ang. ou vinier qui fut en pefche, que l'on referue la nouation & la leuũ qu'il appar-tiendrà, pour peupler laditte pefche: vt in rubric. du droit de Regale. artic. 3. in ordina. Reg. ad quod facit lege vifituuarium. §. 1. ff. de vfufruct. Alia forte dicuntur in ordinatione. Regijs, rubric. des pefcheurs, & vbi fupra.

Lex Regia declaratur

Norandum eft, in mari, & fluminibus publicis cuilibet licere pifcari, lege fecunda, & tertia, ff. de rerum diuifio. Quia ius pifcandi omnibus iure naturali commune eft. §. flumina. de rerum diuifio. in Inftitut. l. venditor. in princip. communia prædiorum. ff.

Ius pifcandi omnibus permiffum non poffit prohiberi.

Et ideo Princeps non poffit prohibere ius pifcandi fubditis fuis in mari, cum à iure gentium datum fit illis: de Baronibus decedit Ioãnes Faber in d. §. flumina. quod multo minus poffunt. In fluminibus tamen publicis ex caufa magna, non obftum lucrum, fed ob publicam vtilitatem poffet prohibere Princeps, vt concludit Cepola in tracta. de feruit. rufic. præd. in rub. de pifcãt. vbi alias tradit limitationes. illas, fi non graua mini, videre.

Etiam Barones, fi hoc eis dediffet confuetudo, fi aliquando fuis fubditis prohibuiffent, & illi prohibitioni fubditi acquiecuiffent, alioqui nõ, l. fi quis quam. de diuerf. & tẽpor. præfcript. ff. Guido Papa confil. 171. circa. & decif. 314. vtrũ. Iacobi. in tracta. de Feudis, in verbo, & cum pifcationibus. Decius in confil. 271. in cafu tranfmiffo. & Chaffa. in titul. des forefts. §. 2. nu. 13. in confuet. Burgund.

Nifi illa confuetudo effer innoctua per dõmicanicam potentiam, vt pote quia erat dõmicanus, qui nolebat audire aliquos opponẽtes, & eis iuftitiam fuper his adminiftrare prohibebat, tunc fubditis nulla currit præfcriptio, etiam per mille annos, quia merũ durante nulla currit præfcriptio, lege 1. & l. fi mulier. ff. quod metus caufa: fcripti in tracta. de pacific. poffefforib. nu. 230. & feqq. Aegidius de Bella Mera in cõfil. 7. factum eft. vbi in pulchro cafu confultit.

Postremò obliuioni tradẽdum non eft, primogenitum poffe retinere pifcarias, ftagna, columbarium, garenam, & furnũ, iufta compensatione data fratribus, vt refertur Ioan. Sanson in confuetudin. Turon. artic. 4. rubric. des fuccelfions des fiefs: quod non puto verum, nifi confuetudo hoc ei cõcedat, vt illic, nec aliquo iure probatur: imò effer cõtra ius, quia nemo vendere cogitur, lege nec emere. C. de iure deliberan.

Alio in loco, fi opere pretium fuerit, dicam alia iura, Regalia pertractãdo: fed quia veritas eft adulatoribus Principum maxime odiofa, melius effer omittere hoc tempore quo Principes quidam primæum nomen affumpferunt.

Primogenitus quæ poffit retinere.

PAVLVS LIBRO NONO Ad Edictum. Lex xvij.

Munus tribus modis dicitur: vno dono, & inde munera dici dari, mittive: altero onus, quod cum remittitur, vacationem militiæ, munerifque præftat, inde immunitatem appellari: tertio officiu, vnde munera militaria, & quofdam milites munifices vocari. Igitur & municipes dici, quod munera ciuilia capiant.

Quatuor partibus hæc lex abfoluitur: tribus primis docet Iurifcon. munus tribus modis dici, cum illationibus, in quarta cõcludit qui municipes dicantur. Sententia huius legis eft, munus in iure tribus modis capi: Primo pro dono, quod qui mutuo fuit animo, id officij gratia dant, tefte Varro. Inde munera dicuntur dari, mittive. Dantur autem munera forfan iudicibus, l. foler. in fin. ff. de offic. proconf. & l. plebifcico. ff. de offi. præfid. & in l. Aquilius. & in toto tit. ff. de dona. Mittuntur autem, cum tutor pro facultate patrimonij pupilli & dignitate naralium munera foletnia parentibus, cognatisque mittit, l. cum plures. §. vlt. ff. de adminiftra. tuto. Etiam Kalendis Ianuarij folebat Princeps munera & ftrenas mittere, l. laudabile. C. de aduoc. diuerf. iudi. Differentiam autẽ inter munus

Munus quot modis, & quãdo dari & mitti folet.

& donum scribit Iurifconsult. in l. munus. infra eo. de modo vide, quæ abunde scribam in l. maiore. infra eod.

De dictio- ne inde. Inde. Hæc dictio infert, & aliquando respicit rem, vt hic, & significat ex quo, scilicet verbo, l. censere. ibi. inde censoris nomen videtur tractum. infr. eo. & l. inde tabernacula. & l. si calumniatur. infr. eod. l. i. ff. de pact. & l. & tertium. ibi, quod inde nomen sumpfit, quod perimeret. ff. de iudic. & l. item si obfetrux. ibi, inde mulier perierit, id est ex quo medicamento. ff. ad leg. Aquil. vel inde, ex hoc, vt l. notationem. infra eo. inde, ex illa condemnatione, l. si fundus. §. si pluris. ff. de pignorb.

Inde, aliquando respicit locum, & significat ex quo loco, l. portus. infra eod. ibi, inde exportantur merces. & l. plerique. ibi, cum qui inde, id est ex illa domo, in ius vocaret. ff. de in ius vocand. l. heres. §. proinde. de iudic. & l. cum hi. ibi, inde, id est ex illa quantitate alatur. de transact. l. diuortio. §. si fundi. ff. solut. matr. videre in l. cui præcipua. infra eod. de dictioe Vnde.

Interdum respicit personam, & denotat ex qua persona: nonnunquam tempus, & significat, ex quo tempore, l. ait lex. ibi, inde annum numerabimus, ex quo vulneratus est. ff. ad leg. Aquil.

Proinde. Proinde, ex inde & pro compositum, significat itaque, quapropter, ideo, &c. *parquoy, pource,* Gallicè. l. heres absens. §. proinde. ff. de iudic. l. proinde. si certum petat.

Perinde. Perinde, similitudinem quandam inducit. l. & ideo. in fine. ff. de donatio. inter virum & vxo. non tamen plenam: vt si receptor perinde puniri debeat, ac fur, non tamen eadem poena punietur, sed paulo mitiori: tenebitur tamē restituere rem, si cut fur, vt dicit gloss. sing. in l. i. ff. de recepta. vbi Bart. dicit referri ad omnes qualitates. & in l. sacrilegij. r. §. i. ad leg. Iul. pecul. & in extrauaganti, ad reprimendum. in verbo perinde: vbi dicit hoc esse ratione contrarietatis cuitandæ, vt non denotet omnimodam similitudinem. alias ad omnes qualitates refertur, vt docet Alex. in l. si quis. in 2. ff. de acq. possessi. Et interdum denotat fictionem, per text. iur. cta gl. in l. quamuis. ff. de bon. autho. iudic. possid. Felia. in rubr. de probat. col. vlti. Subinde quid denotet, dicam in l. portus. infra eod.

Mittere multis modis accipi- tur. *Mitti.* Non solum munera dantur, & retinētur, sed etiam mittuntur: vnde munera mitti dicuntur hic, & mitto accipitur pro eo quod Græci dicunt *εμποιον, empoier,* Gallicè. vnde iurifcon. ait, quæ pater filio emancipato studiorum causa peregre agenti subministravit, si non credendi animo pater misisse fuerit comprobatus, &c. l. quæ pater. 2. ff. fam. l. erciscund.

Inde missus, qui mittitur, l. is qui natus ex municipiis vrbis, & missus est in villam nutriendus. infra eo. Inde legati missi, & mitti dicuntur, in l. 4. ff. de legationib. Et legatus destinatus à Papa in aliquam prouinciam, vel ab alio, missus dicitur, ca. i. de offic. lega. lib. 6.

Secundo mittere pro immittere seu intromittere, l. i. ibi, hoc tamen ipso quod in nauim missæ sunt, id est intra nauim positæ, receptæ videntur. ff. nauatæ, caupo. stabula. l. i. de via publica. ibi, in viam terrenam glaream mittere. & l. si ades. communi diuidundo. ibi, in eum mittere, quod opus sit.

Mittere in possessione. Mittere in possessione, est inducere, & ponere in possessionem: ita intelligitur rubr. ff. ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est. & l. tutelæ. §. i. ff. de capit. demittit. l. i. & l. i. i. de iuridict. om. iud. non verò intrare in possessionem, vt quidam putant: nam iudex mittit in possessionem, & pars intrat eam.

Mittere pro iacere, pro iicere, l. telum. infra eod.

Inde missile, quod mittitur, vt omne telū, quod iaculatur quis, & manu eminus, vel in longū mittitur, missile dici potest, & lapides etiam. Hinc missilia dicuntur donaria, quæ olim Imperatores, vel Cōsules liberalitatis gratia iactare in vulgus, & spargere solebant, §. hoc amplius. Instit. de rerū diuis. l. qua ratione. §. vlti. ff. eo. & in rub. de Cōsili. & non spargend. pecu. C. li. 12. Et sæpe vidimus in hoc Regno à Principibus ob nuptias, vel rem aliā memorabilem, ista missilia iactari, & populus conelamat, *largeffe, largeffe.* Hæc tamen munificetia missilium prohibita est à iure aliis, l. 2. de Cōsul. & non sparg. pecu. li. 12. C. Sed hodie nullus iactat, nisi Principes: idque maxime cauent, qui quo bona acquirantur modo, quantòve sudore & labore, non ut nec præsumuntur hi suum iactare, l. cum de indebito. ff. de probationib. secus in aliis, maxime in filiis auarorum & rapacium, ne gaudeat tertius heres.

Mittere in consiliū, est dimittere iudices ad sententiam dicendam, vbi orator protulerit, ait Budæ. in l. 2. ff. de origin. iur. Hodie dicere possumus eos, qui à iudicibus postulati, vt ex tempore ius dicatur, vulgo *sur le champ,* vt interdum fit in parlamento in processibus sine scriptis, post litigarum aduocatorum præses surgit, & arcsum pronuntiat, & interdum in consiliū mittit, id est *remet au conseil,* quod generalibus etiam iustitiæ moris est.

Inde missio pro dimissione frequenter accipitur: vnde reus missionē temporalem flagitare solet, & petere ad certū tempus à carceribus dimitti, *estre eslargi à certain temps,* Budæ. in Forens.

Est & missio militaris, quæ triplex est: honesta, quæ emeritis stipendiis, vel ante ab Imperatore indulgetur, Gallicè *congé,* l. 2. §. ignominia. ff. de his qui nor. infra. Emerita stipendia impleta vocat Imperator in rubr. C. de his qui non impletis stipen. sacr. solu. sunt, l. i. 10. vnde militia perfuncti, emeriti, veterani dicti sunt, vt alibi scribo. Causaria, quæ propter valetudinem, vel aliam causam laboribus militiæ soluit, d. l. 2. de his qui notantur infamia. Et causarij milites, de quibus scribam in l. rei appellatione. infr. eo. Ignominiosa missio est, cum quis propter delictum sacramento militiæ soluitur, lege milites. §. missionum. ff. de re militari.

Mittere quoque pro emittere, l. 3. ibi, ad suum ducem cum elogio præses mittere. ff. de re mil. lege omne delictum. §. qui se. ibidē. l. fin. ibi, cum ignominia mitti debet. ff. de furib. balnea.

Mittere manus ad res, est eas apprehendere, capere, iniicere manus, *saifir,* lat si quis. §. sed & si res. ibi, nec sit vnde funeretur, ad eas quoq; manus mittere oportet. ff. de religiof. & sumptibus funerum, scripti in tract. de sent. præiudic. in præfa. in r. tomo comment. in consti. Reg. Gallicas. & supr. in l. mulieris. §. abesse. Accipitur etiā pro emittere, extrahere apud oratores, & aliis modis, vt legi apud eos potest: de quo dixi in l. Labeo. §. fin. supra eodem.

De verbo dimitti scribam in l. dimissoria. infra eod. de verbis amitto, & admitto docui in d. l. Labeo. supra eod. de verbo permitto in l. duobus. infra eod. verbū verò remitto mox proxime tractabitur. de verbo, immitto, in l. malum. §. i. infr. eod.

Oms. Secundo modo munus capitur pro onere, quod necessario subire nos oportet lege: vt cum lex nobis necessitatem imponit subeundi illud onus, vt pote tutelæ, vel curæ, nisi excusatione muniti simus, vt per totum tit. de excusa. tutor. & fortasse eo munus vocatur, quod gratis datur, & assiguetur personæ non petenti. Et hoc munus declarabitur in lege, munus. infra eo. vnde si muneribus pœnæ causâ quis fuerit prohibitus, nihil valebit sententia: neque enim immunitatē pœnæ tribuere debet, lege, relegatorum. in fine. ff. de interdicit. & re

Missile quid.

Pecunia quando à Principibus iactentur.

Mittere in consiliū.

Missio. Missio temporalis.

Triplex missio. Emerita stipendia.

Mittere & remittere.

Mittere manus.

Munus p onere.

& relega. & sic accipitur in rubric. de munerib. & honorib. ff. & in multis ritualis, & in lib. 10. C. de muneribus non contin. & de munerib. patrimon.

Trium legum conciliatio. Contra Vallā

Aduertendum est, tres huius tituli leges, scilicet l. munus proprie. & l. inter donum. & hæc nostram legem inter se pugnare, vt censet Laurent. Vall. lib. 6. eleg. c. 39. qui nec suam vult interponere sententiam, ne triumvros doceat contra se respondendum erit cum eo neutrum Iurifconsultorum verum dicere: nam neque genus, neque species in hæc duo nomina cadit, & nullum sibi videtur donū sine causâ. hæc ille. Carellia. autem in 2. parte memor in verbo donum, ait genus accipi in l. donum. vt adoptio, & speciem vt arrogatio sumitur in lege secunda, de adoptio. ff. vt etiam de iurisdictione traditur in l. imperiū. ff. de iurisdictione omnium iudicum. sed non diiuit contrarium. Alciatus autem libro tertio disputationi. cap. 13. & hic, & duabus aliis legibus existimat Vlp. rationem sermonis considerasse, Marcianum vero vsū. Sed Floridus ait in libro de interpretatio. iuris, id esse sibi potius cauere, & per ambages ire, quam tollere ambiguitatem Vallæ. Ego autem has leges non disidere arbitror, quia primo munus accipitur pro dono, & hac significatione donum est genus comprehendens tam munus, quod fit cum causâ, quam aliud donum quodeunque, etiam sine causâ factum, & ita intelligitur l. inter donum. infra eod. vbi etiam declarauit: & sic etiam id quod donum est, munus est, quando pro largitione accipitur, d. l. munus. infra eod.

Authoris sententia.

Secundo munus sumitur pro onere, quod necessario nos subire oportet, vt in l. munus proprie. infra eodem. & tunc istud munus non est donum, nec pilo quidem sapit doni suauitatem: quia dona emolumenta quidem tribuunt, & sponte præstantur, & recipiuntur: inde donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur, l. donari. de donatio. ff. & infra titulo proximo. Munus vero contra onus significat. Et sic non quodeunque munus, id est munus quoque: modo acceptū, accipitur pro dono. Idem tamen donum accipitur pro munere, cum munus largitionem significat, vt dicitur in l. inter donum. infra eod. & in hoc videtur lapsus Laurentius & sequaces, quia munus species est doni, quatenus munus largitionē significat: non autem est species doni, sed aliud à dono, si onus, vel officium significet. & ita tres illæ leges intelliguntur: & sic munus est *subreptum* & *æquiuocum.*

Munus à manu, lingua, obsequio.

Et quatenus munus pro dono accipitur, tribus dicitur modis iure Pontificio. Primo à manu, vt pecunia: secundo à lingua, vt fauor: tertio ab obsequio, vt seruitus indebite impensa, & remunerationes obsequiorum personalium, & his in rebus spiritalibus simonia committitur, cap. sunt nonnulli. cum sequ. qu. 1.

Tria in muneribus spectanda.

In his muneribus tria spectanda sunt, videlicet qualitas accipientis, dantis, & quantitas, cap. & si quaestiones. de simo. quod explicat Thomas Parapal. in repetitio. l. placet. de sacrosanct. eccles. C. & idem D. Ioannes Mauritius in repetit. l. vnica. C. de mulier. & in quo loco munera sexui congruentia, vel honor. agnoscent. lib. 10.

Lex muneris qualis quæ sit.

Item muneris lex, ad munus pertinens, qua Cincius canit, ne cui liceat munus à partibus litigantibus accipere, & est text. in c. statutum. §. insuper. de rescript. in 6. quia xenia, & dona excecant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum, ecclesiastici cap. 20. Etsicula tamen & poculenta, quæ paucis diebus consumi possunt, non comprehenduntur muneris appellatione, vt elucidatur in d. §. insuper. dummodo non

producantur ad manerum qualitatem, l. solent. in fin. ff. de offic. proconsul. Beatus tamen est iudex, qui abstinet ab huiusmodi xeniis: quia inter essentia interdum iustitia comeditur, & inrer oia edulium iniustitia ipsa quiescit: adeo vt vix ab eis diuelli possit, intereaque obliuiscuntur sæpe, quæ recta sunt. Proinde scriptum est lob c. 15. in fin. ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. quod memoria mandandum est nostræ aetatis magistratibus, & ceteris, si sapiant. Hinc psal. 14. Et munera super innocentem non accipit: qui facit hæc, non mouebitur in aeternū. Et prohibitum est præsidibus & consiliariis munera sub quacunque specie vini, vel edulium, aliter quam iure permissum est, accipere à partibus, ord. Carol. Regis, rubr. *de la cour de Parlement,* arti. 16. & 17. Vnde Rex etiam statuit, quod dona Regia non valeant de rebus immobilibus facta, nisi Rex propria signauerit manu doni literas, & post quindecim dies confirmare it, & postea intra mensem literæ sigillata erunt. hoc fuit registratum in Parlamento Paris. anno 1540. die 26. Ianuarij.

Regia dona quando valeant.

Munerari est munus, id est donum facere, donare. l. diuis. in fi. ibi, barbaros etiam inde munerari venientes ad se, vel legationis, vel alterius rei causa. ff. de bon. damnat. l. i. §. præterea. in fi. ff. de tutel. & ratio. distrahent. ibi, nec perquam necessaria est muneratio ista.

Remissio muneris duobus modis fit.

Remittitur. Quod onus cum remittitur, ait text. vacationem præstat, quæ conceditur ex priuilegio à Principe, vel lege concessio: vt doctoribus leges pro fitentibus publicæ, seu legentibus, vel aliis professoribus l. medicos. C. de profef. & medic. lib. 10. & scholasticis remittitur onus, in authē. habita. ne fil. pro patr. C. vbi scripsi, & in aliis multis iuribus expressis. Interdum muneris vacatio remittitur à Principe ex gratia, vel ex causâ, vt in rubr. C. de his qui à Principe vacatio. muner. acceper. lib. 10.

Et præstat hæc remissio muneris, cum propter numerum liberorum, rubr. C. qui nunt. lib. se excusant: tum propter aetatem, vt rubr. qui grat. vel professio. se excusant, lib. 10. interdi ob morbum, vt qui morbo se excusant, rubr. ibid. lege licet. ff. de arbor. l. & si. cum sequ. ibidem: & aliis multis modis, de quibus in titul. C. de vacat. maner. tot. titu. & de iure immunit. ff. & Perse ob liberorum numerositatem præmia à Rege capiunt, quod est optimum.

Clericis muneris super quibus. Arrestum.

Item clericis, l. i. & per totū. C. de episc. & clerici. Vnde cum habitatores Laonenfis ciuitatis peterent à clericis, vt contribuere ad stipendia custodis pontiū, & gubernatoris horologij, fuit dictum à senatu eos non teneri, anno 1405. die nona Decembris: sed quod contribuere ad stipendia ducis, seu capitanei ciuitatis, & aliorum custodum in ciuitate existentium causa excubiarum, custodia portarum, & ad stipendia mundantium fontes, & eorum, qui extinguunt ignem in ciuitate, quia hoc etiam tangit clericos. de hoc alibi dicam.

Rescripta immunitatem concedere quando valeant.

Nec valet rescriptum, quo immunitas munerum conceditur, l. in fraudē. de anno. & trib. lib. 10. C. & l. i. de immunita. nemini concedēda, ibidem. nisi concedatur non obstantibus legibus in contrarium facientibus: de quo per Bar. in verbo, non obstantibus. in extrauaganti, ad reprimendum. quomod. in l. aza maiesta. crim. procedatur. Mihi autem dei opti. maxi. beneficio hæctenus remissa omnia munera fuerunt, quibus vix satisfacere potuissē, nec obolus quidem à me exactus, tamen si tam infelici exactioū genere omnes pene premebantur. Quamobrem deo primū gratias ago, deinde administratoribus, & curatoribus reipublicæ, qui me sic immunem seruauerunt.

Scien

Remittere Scindum est, hoc verbū remitto varie in iure vsurpari: Primò sumit significatiōe ex re & mitto: est enim iterum mitto, remoyer Gallice, l. cum qui. in fine, ibi, si quidem ego mandauerim, per quem remitteret. ff. commodati.

Remittere Secundò remittere pecunias, pro accepto ferre, quibus remittit. Imperatores Verus & Antoninus rescripserunt, debitori reipublicæ à curatore remitti pecunias non posse, & cum Philippensibus remissa essent, reuocadas esse. ff. de pact. l. pactum curatoris. C. illo titu. Inde qui pacificetur donatio nis causa, rem certam & indubitata liberalitate remittit. l. i. ff. de tranfact.

Remittere Tertio mittere etiam significat, vt remitto, vel mitto repudium, l. 3. cum seq. ff. de repud. & l. inter stuprum. §. diuortium. infra eod.

Remittere Quarto remittere, laxare, relaxare, cum curas deponimus: cuius contrarium est intendere: & remissio, relaxatio animi dicitur, vt per oratores, maxime per Ciceronem.

Remittere Quintò remittere, pro dimittere, condonare, concedere, indulgere, l. semper. §. legem. ibi, non est irrationabile, vt concedamus filiorum educationi, & remitti tibi munera. ff. de iure iudicam. l. 3. in fi. ibi, in his autem, qui sunt in antiquo honore positi, ad tempus relegatio. vel ab ordine motio remittenda est. ff. de crim. stellio. l. diuus. ibi, remitti pœnam. de fals. l. 2. in fine, si quis in ius vocat. non ierit. l. si minor. i. ibi, reddendi legatum, necessitas manumittendi remittitur. de minorib. l. tam is. in fine. de donat. caus. mort. & iudicandi necessitatem morbus fonticus remittit. l. iudex datus. ff. de iudi.

Remittere Inde remittere cautionem. l. si vsu fructus mihi legatus sit. §. plane. ibi, remittendam esse hanc cautionem. ff. vsu fruct. quemad. caueat. item seruitutem remittere, idem est. l. si ades. in l. ff. de seruitutibus vrb. præd. l. seruitutes. vlti. §. i. de seruit. l. si tibi. de actio. empr.

Remittere Interdum remittere seruitutem ad certam partem fundi, est illam transferre, l. ad certam partem fundi seruitus tam remitti, quam constitui potest. de seruit. ff.

Remittere Remittere confessoriam actionem, id est actum confessionis condonare, & dimittere. l. inde Neratius. §. si. ad leg. Aquil. & l. vnde. in fine, comoda. quauis aliter accipiat confessoria actio in l. loci. §. i. ff. si seruitus vind. & in §. æque. de actio. in Insti.

Remittere Remittit ius iurandum, qui deferente se, cum paratus esset aduersarius iurare, gratiam ei facit, contentus voluntate suscepti iuramentum, Paul. in l. remittit. & l. ius iurandum & ad pecunias. ff. de iure iur.

Remittere Sextò remittere est præstare vacationem & immunitatem, vt hic, & supra ostendi.

Remittere Septimò pro relinquere, l. i. §. sed & si quis ob renuntiandum, remittendum ve testimonium, dicendum, vel non dicendum, pecuniam acceperit, pœna legis Corneliæ afficitur. ad legem Cornel. de fals. ff. l. quauis. ibi, veluti si pœniteat liberum, & actionem remittat. de in ius vocando: quod eodem tendit, vt supra, vt scilicet pro dimittat, vel omittat exponi, mea sententia, iure possit.

Remittere Octauò remittere pro reuertit, non omnes, §. à barbaris remissos milites. iuncto sine illius §. ff. de re milita. ibi, post multum temporis redit.

Remittere Nonò remittere, referre, l. cõtinuus. §. cum ita. ibi, & magis est, vt totam rem ad iudicem, id est ad bonum vicum remittamus. ff. de verb. oblig. & interdum remittitur persona ad suum iudicem, id est dimittitur: & de hoc loquitur text. in l. nequid. §. de his. ibi, eoque petere, vt pro modo culpæ, vel delicti, vel sub fiducijs foribus ad præsidem remittantur. ff. de incend. & requirendi rei sunt, vt remittantur, in titu. de requir. reis. Vlpian. in l. si quis forte

ne supplicio afficiatur, dicat se habere, quod ad Principem referat salutis ipsius gratia, an remittendus sit ad eum. ff. de pœnis. l. i. §. solent plerique præfides remittere ad ordinem nominatum. ff. quando appellandum sit. & l. generaliter quando Princeps remittit negotia ad præfides prouinciarum per rescriptiones. ff. de offi. præsid.

Remissio Aliquando causa ad iudicem remittitur, vt loquitur l. Imperatores Verus & Antoninus rescripserunt, appellationes, quæ retro ad Principem factæ sunt, omisis his, ad quos debuerit fieri, ex imo ordine ad præfides remitti. ff. de appella. & hoc est quando omisso medio appellatū fuit. & l. ad Principem remissa cognitio, ab eo circumduci potest, qui remissit. ibidem. Hanc autem remissionem in contractibus fieri prohibet text. in §. contrahentes. cap. i. de foro cõper. in 6. l. heres absens. ff. de iudic. & in criminalibus hodie raro solet fieri. cle. pastoralis. de re iudica. Abunde has remissiones explicat Speculator in 2. parte, rub. de remissionibus. & hæc remissio fit aliquandò, vt is, ad quem fit, instruat: de qua in l. i. §. si præses. ff. de magistr. conueniend. aliquando vt iudicet, l. Imperatores. ff. de appella. & in l. vna. C. de relatio. de his alibi dicam. Ad ius ordinarium remittere, l. i. §. necessario. si ventris nomi. ff. est quod vulgò Gallice dicimus, remittere à procos ordinario.

Remissio Decimò remittere noui operis nuntiationem, est cedere & omittre prohibitionē eatenus, quatenus ius prohibendi erat, l. i. ff. de oper. noui nuntiat. & l. vna. de remis. & hæc remissio est triplex. Quædam est à parte, altera à iure, quando tenet nuntiatio, sed ex causa vtilitatis publice remitti solet, l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de noui oper. nuntiat. vel quia satisfactum est, §. si is cui. ibidem. Aliquando non tenet nuntiatio, & tunc lex illam pro remissa habet, d. l. vna. de remissio. l. si alius. §. lullia. quod vi aut clam.

Remissio Vndecimò remittere actionem pro eodem. l. vnde. ibi, nam est aduersus eum habuerit legis Aquiliæ actionem comodatorem, equissimum est, vt commodati agendo remittat actionē. ff. comodari.

Remissio Duodecimò remissus, id est lenius, l. Pedius. in fine, ibi, ne quid durius, aut remissius constituatur, quam causa postulat. ff. de incid. l. qui duobus. ibi, remissius puniri debet. de scar. l. respiciendum est iudicanti, ne quid durius, aut remissius constituat. de pœnis. Et multæ partes simul conueniunt, sed separare volui, vt facilius intelligerentur.

Remissio Decimotertio prætor remittit conditionem iuristurandi, quod est contra bonos mores, l. que sub conditione. cum l. seq. ff. de cõdit. & demonstr. id est pro non scripta habet, & perinde ac si non adiecta esset, vt exponit text. in l. conditiones. secunda, ibidem. facit lex, neque. de vsu fruct.

Remissio Vltimò remittere mercedem conductori, est mercedis exonerationem facere. l. ex cõducto. §. i. & sequen. & l. si vno. iuncto §. vbi cumque. ff. loca. Alia de remissione nunc remitto.

Vacationem. Text. ait, vacationem militiæ munerisque præstat, exponit glos. muneris sine honore: dicite autem vos melius, quando munus remittitur, præstat vacationē militiæ, id est remissionem, ne miles, vt pote veteranus militare teneatur, per rubr. C. de veteranis, lib. 12. & honeste sacramento solutus data immunitas, etiam in eis ciuitatibus, in quibus sunt, valer: nec labefactatur, si quis eorum voluntate sua honorem, aut munus susceperit. Vlpian. in l. 2. ff. de priuileg. vetera. Et ferias de ferensibus tantummodo negotijs dare vacationem diuus Traianus rescripsit, l. penult. ff. de feriis.

Vacatio etia remitti solet ob infirmitatem, l. 2. §. ignominia. ff. de his qui not. infra. & non solum præstat

Remissio multis de causis fit.

Remissio noui operis nuntiationis est triplex.

Remissus.

Remissio muneris quãdo concedatur.

præstat vacationem militiæ, sed etiam muneris, nempe quilibet munera subire tenetur, nisi ei remissum fuerit, vt in rubr. ff. de vacato. & excusat. muner. quam vacationem muneris nos vocamus immunitatem, vt sequitur in tex. Verbum vacare, elucidabitur in l. sylvia. §. stipula. infra eod.

Militia quid significet.

Militia, id est rei militaris, de qua in tit. de re milita. ff. & Veger. in suo libr. de re militari. Militia etiam sæpius pro officio in iure accipitur, & dicitur persona coharere, l. 3. §. sed & si ci. ff. de mino. facit l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. testa. & de his plene scribit & doctè Lelius Taurellus in epitola ad Anton. Augustinam, tract. de militiis ex causa: de quibus in §. optimum. in athen. de exhibendis reis, colla. quinta, & Franc. in lib. 4. commenta. cap. 15. tit. de militiis, & c.

Militia non solum ad arma spectat, sed vniuersitatem quoque designat: hinc per metaphoram militia aduocatorum, militia palatina, pro omnibus qui in palatio sunt, vt Alcia. scribit lib. prætermitt. vel palatini milites dicuntur, qui in Regis ministerio & seruitio sunt, quos curiales dicimus: de quibus in titu. C. de pala. sacra. largitio. lib. 12. Est etiam pharsis Hebraica, vt vniuersa stellarum multitudo militia vocetur, atque exercitus. Cum igitur à prophetis Deus fabrorum, id est exercituum vocetur, inuunt eum coeli. celestiumque siderum autorem, ac parentem esse etiam: & illud mysticè significant, quod sit dominus angelice multitudinis, quæ in diuinis literis appellatur militia, siue exercitus celestis: vt in euanglio Luca. c. 2. & facta est cum angelo multitudo celestis exercitus. hoc notant theologi in cap. 2. Genes. & d. c. 2. Luca.

Præstat. Hoc verbum explanabitur in l. si cum fundum. infra eo. & no. ex tex. Cepol. quod si concessa fuerit immunitas ciuitati, non tenetur mittere plaustra, equos, nec homines ad bellum, vel similia.

Munia & immunitas.

Immunitatem. Inde ait text. Immunitatem appellamus. Immunitas autem dicitur muneris vacatio, exemptio, vt in rubrica de immuni. nemi. com. conced. Lucas declarat, dicens, immuniem dici, qui non facit munia, qui ab onere publico exemptus est. declarant in tracta. de immuni. eccles. in ordin. Reg. Munia dicuntur officia seu obsequia à lege debita, in l. sed si hæc. §. sed si ius. ff. de in ius vocand.

Muneris & officij differentia.

Officia. Hic patet munus aliquando pro officio capi, vt munus senatorij, ff. de senat. licet quædam differentia inter hæc sit: eo aliquando Iurisconsult. vtiur disfuncitue, officio, munereve, vt in l. i. ff. ad legem Iul. repetun. & solet maxime inter genus & speciem interponere, vel latius enim patet munus quam officij. neque enim solum pro officio munus vsurpatur, sed etiam pro onere, vt hic patet, & pro dono: vnde idem in eo dicit in lege eadem. ad legem Iul. repetunda. in fin. ibi, doni munerisve. & quamuis pro officio munus accipiat, tamen causa vberioris expressiois vtrunque exprimitur aliquando, vt ibi, & alijs in pluribus locis.

Quid sit munus publicum, videtur in l. pupillus. §. munus. infra eo. & l. i. & l. honor. §. i. & l. vlt. supra, de muner. & hono. Bart. in l. vnica. C. de munerib. lib. 10. & Thomam Parpal. in reper. l. placet. C. de sacrosan. eccle. & Franc. Zaccan. in lib. suo sing. ad 50. lib. ff. c. 10. vbi subtiliter docet: dicã inferius in d. s. munus.

Militaria munera quæ dicantur.

Militaria munera. Hæc dicuntur officia militaria, vt ducis, tribuni militum officium, & aliorum, de quibus in l. officium. ff. de re milit. vel munera militaria sunt excubias, angaria, gestationes in vsum belli, & alia, vt per Alcia. hinc: tamen melius conuenit text. Et interdicitur munerum pœna militum est, l. 3. §. i. de re milit. ff. & minuitur estimatio, id est

fama eū quis prohibetur honoribus publicis fungi. l. penal. ver. minuitur. de var. & extra. or. cog. ff. Corere. in suo libr. de iure militum de his officiis satis late differit.

Inde munus stationis, l. 3. §. stationis. ff. de re milita. declaro in l. portus. infra eod.

Munus militiæ: inde Iurisconsultus ait grauius esse detrectare, id est recusare munus militiæ, quam appetere, l. qui cum vno. §. grauius. de re milit. dixi superius de eo qui digitos sibi absciderat, vt militiam detraheret, in l. mulieris. §. res abesse.

Corporalia munera dicuntur personalia, l. 3. §. corporalia. iuncta l. de muner. ff.

Munifices. In hac parte legis dicitur quosdã milites munifices appellari. Legit Bude. in suis annot. in hac legem, munifices, quasi munera facientes, nam qui muneribus militaribus innumes erant, beneficiarij dicebantur: & qui ea subibant, munifices. Et legere munificos, id est liberales, sensus non conueniret textui. Et eodem modo legi debet in l. 2. ibi, partem munificem. C. de prædijs nauiculario. lib. 1. l. si publicanus. §. i. ff. de public. Et quãuis milites ad tribunorum obsequia non cogentur, tamen ad munera militaria cogebantur, videlicet ad angarias, & excubias. hinc etiam saccularia, hoc est signam, focnam, aquam, stramen, & alia necessaria in castra pertabant, teste Vegetio libr. 2. cap. 7. & 17. de re milita. Et munificentiam dicit Iurisconsultus pro liberalitate, in l. i. in princ. de donationibus. ff.

Munifices qui dicantur, & beneficiarij.

Pro indulgere, concedere.

Pro transferre.

Remittere ius iurandum.

Remittere testimonium.

Remittere pro referre.

Municipes qui.

Munitio, quid sit.

Necessaria munera quæ.

Munus perferendo pecunia.

Munus petitoris.

Munera suscipere.

Munus delegatum.

Si dederim superi decies mihi millia centum, Dicebas nondum Scauola factus eques, Qualiter o'viam! quam large, quamque beate! Riserunt faciles, & tribuere Dei. In ins o'fallax, atque inficiator eamus, Aut viue, aut decies Scauola redde Deis. Hac de muneribus, nunc ad alia castra nostra vertamus.

VLPIANVS LIBRO VNDECIMO Ad Edictum. Lex decimanona.

Labeo libro primo pratoris vrbani definit: Quod quaedam agantur, quaedam gerantur, quaedam contrahantur. Et actum quidem verbum generale esse, siue re, siue verbis quid agatur, vt in stipulatione, vel numeratione. Contractum autem vltro citroque obligationem esse, quod Graeci σὺν ἄλλοις vocant: veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, societatem. Gestum rem significare sine verbis factam.

Tria erant à Labeone libro primo definita, atque descripta: nempe quaedam agi, quaedam geri, & quaedam contrahi. atque ita in tres partes hic text. distribui potest, pro ratione eorum trium, quae in eo tractantur. Et licet contractus definitio postrema esse deberet, iuxta ordinem eorum, quae à La. beone dicta erant, tamen Vlpian. secundo loco de contractu agit, deinde de gesto, quod secundum postum erat, & ante contractum collocatum. Quod eo dictum à me velim propter eos, qui religiose quendam ordinem verborum potius, quam mentem & potestatem in iure nostro sequi malunt. id enim Iuriscōsul'ti, nisi aliter res postulet, contemnere solent, vt hic Vlpian. nec interest quid prius aut posterius dicatur, dummodo mens & sententia appareat, nisi in quibusdam casibus, quos scribunt interpret. in l. 2. in fin. ff. de vulga.

Agantur, actum. Hec duo agere, & actus, hoc loco sunt nobis explicanda. Et actum inquit text. generale verbum esse: nec vt grammati' vsurpare solent, sumitur, sed pro nomine: siue sit nomen siue pronomen siue altera pars orationis, Iuriscōsul'ti verbum solent dicere, atque ita verbum pro quacunque voce quae aliquid significat, intelligunt: vt passim hoc titu. videre potestis, vt supra etiam scripti in rubrica.

Et actus generaliter intelligitur, pro omni eo, quod agitur, siue verbis agatur, vt stipulatio. §. 1. Inst. de verb. obligat. & l. 1. ff. illo tit. Vnde in stipulationibus. cum quaeritur, quid actum sit, verba stipulationis spectanda sunt, quae si obscura, vel ambigua sint, contra stipulatorem sunt interpretanda, & quid dictum, conuentumve sit, l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. iuncta l. cum qui calēdis. & l. sequitur. in fi. ff. de verb. oblig. Conuentionis enim verbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi, transgēndique causa consentiunt, qui inter se agūt, l. 1. §. conuentionis. ff. de pact. & l. 3. ibi, contrarium actum esse probetur. illo ritu, & interpretationem redigendam ad id quod actum est, asserit Iuriscōsul't. in l. nepos. infra eod. & l. cum quarebatur. infra eo.

Siue actus fuerit re, vt cum pecunia numeratur, §. 1. quibus modis re contrahitur obligatio. in Institu. de numeratione scribam in l. in lege Cenforia. infra eod. Et generaliter capitur dum dicitur,

quod actus agentium non operantur vltra eorum intentionem, l. non omnis. ff. de reb. cred. & ita accipitur in l. cum actū. & l. 2. ibi, & sane sic ut aequum est, actus sui rationē reddere. ff. de nego. gest. licet ibi glo. dicat stricte accipi pro redditione rationis: quam gl. sequitur Bal. in sua marga. in verbo actus: tamen eo loco etiam generaliter sumi potest, vt seruus non teneatur reddere rationem eius actus cuiuscumque, siue re, siue verbis, quem in seruitute gessit. facit l. quae vtiliter. §. 1. ibidē, & l. obseruare. versic. recte. ff. de offic. proconf. vbi ingressus proconfulis incerti & inopinati turbant prouinciales, & actus eorum: quod intelligendam vobis vt hic, de quocumque actu, quamuis glo. actum ibi interpretetur pro actionibus, & negotiationibus, quae expositio legi illi non conuenit, vt ibi scripsi. idem in l. Thais, §. Stichus. ff. de fideicom. libert. & l. fin. communia praedior. ibi, neque enim sic ut viuendum, ita defunctorū actus suscipiendi receptum est. Et stationarij milites referre debent praefecto, quid vbi que agatur, l. 1. in fine. de offic. praefect. vrb. intelligit generaliter siue re, siue verbis actum quid sit: si male tamen agatur, l. aduersus. de exceptio. ff.

Interdum actus pro facto accipitur, vt l. Paulus respondit non tantum verbis ratum haberi posse, sed etiam actu. ff. rem ratam hab. l. more. ff. de ferriis. facit l. fugitiuus. & l. cum querebatur. infr. eod. Ex quo inferuntur vtilitates sequentes. Primò facilis intellectus ad rubr. C. ne quis liber inuitus actum reipub. gerere cogatur. lib. 10. vbi liber non cogitur gerere actum reipub. scilicet vilem, & seruilem, & debet intelligi siue re, vt cloacas purget, vel carnifex fiat, vt ibi dicit Lucas de Penna: nec etiam actum verbis, vt verba gesticulatoria in scena, & in ludo, per hunc text. vilis tamen persona publicae vtilitatis causa cogi poterit, etiam ad suscipiendum aliū, vt docet Bart. in l. ff. de pigno. actio. vbi alia addidi.

Secundò inquiri debet de vita & actu electi, antequam confirmetur, quod intelligendū est vt hic, tam de actu re, quam verbis, quia si vitam dissolutam egerit, vel scurrile, repelli debet, c. postquam. de electio. & vti hodie antequam crearentur episcopi, inquireretur de vita & moribus, & non periclitaretur sic ecclesia: nam pauci inuenirentur idonei.

Tertiò actus publici contentiose iurisdictionis quindecim diebus Pa'chalibus conuincere debent, l. actus. C. de feriis: poterunt tamen capi latrones illis etiam diebus, l. prouinciarum. ibidem.

Quartò verbum agere & contractus, & testamenta comprehendit, cum generale verbum sit, §. sed neque. Institutionibus, de testa. & ibi glof. & in l. verba contraxerunt. infra eod. vbi dicitur. Quintò semper in stipulationibus, & in ceteris contractibus id sequimur, quod actū est, l. semper. de regul. iur. ff. id est quod dictū est, & conuentum: vnde si non appareat quod actum est, consequens est, vt id sequamur, quod in illa regione frequentatur. ibidem.

Sextò procurator constitutus ad omnes actus meos exercendum poterit agere, & negotia administrare, quia generale verbū est actus, siue re, siue verbis agatur, vt hic: & facit quod notat Ioannes de Grafsis in tracta. de substantialibus procurator.

Septimò actus nullus non ista comprehendit, sed validus sic, quia actus nullus non dicitur actus, argu. l. 4. §. condemnati. ff. de re iudic. Et sic actus nullus non inducit litis contestationem, teste Francisco Curcio in l. edita. nu. 104. C. de eden. facit l. 1. in fin. ff. quod quisque iuris.

Octauò quod maior pars curiae efficit, pro eo habetur, ac si omnes egerint, l. quod maior. ff. ad muni

Actus generaliter capitur contra glo.

Agere multis modis dicitur. & phrasibus.

Actus pro facto sumitur.

Vtilitates de actu.

Carnifex inuitus non fit.

Agere causam.

Agere fisci causam.

Inquirendum de vita episcopi.

Acta causa.

Actus contractuum comprehendit.

Sequitur, quod actū est.

Procurator ad omnes actus constitutus poterit negotia administrare. Actus nullus non prodest.

Agere salutem hominum.

Agere annum septuagesimum.

Agere pro nauigare. Intellectus ad l. 1. de iure immunitatis.

municipal. dicam in ordin. Reg. Nonò quis non debet quicquam agere cum inimicis, nec ad illos arma exportare, l. 1. & 2. C. quae res exporta. non debeant scripsi in bulla coenae domini artic. 5.

Adnotandum est agere variis modis sumi: & praeter eas significationes quas Martial. his versibus tradit:

Semper agis causas, & res agis Attale semper. Est non est, quod agas, Attale semper agis. Si res, & causa defunt, agis Attale mulas.

Attale ne quod agas desit, agas animam. quas in iure reperimus, enumerabimus, saltem frequentes.

Primò agere causam pro tractare, prosequi, l. si per lusorio. ibi, sed & agere causam apud ipsum iudicem. & l. qui suspēctum. ibi, quia suam causam agit. ff. de appell. quamuis glof. exponat eo in loco pro defendere, quae expositio conuenit l. denuntiaste. in fine. ff. de adulter. vbi dicitur agar causam, deinde defendat.

Et sic agere causam, interdū pro defendere pro materia accipitur: nam qui se defendit, causam suam tractat, & qui agit, idem. in l. Pomponius. §. sed & is. ibi, denique si vere procurator extitisset, & ipse praesens causam suam egisset. de procur. ff. & l. 2. in fi. ff. de in ius vocando. ibi, neque enim, dum quis apud praetorem causam agit, in ius vocare licet. l. & post editum. ibi, ageretur causa, id est tractabitur. ff. de iudic. admonendi. de iurcurand. ibi, permitti constitutionibus Principum causam ex integro agere. & l. fin. infra eod. l. 1. in fine, ibi, creditorem ita rem agere debitoris, vt suam ageret. de solationib.

Agere fisci causas, idem. in l. hi qui fisci causas agunt. ff. de postulan. Et intelligitur tam agendo, quam defendendo. l. senatus. de iure fisci. Et agere propriam causam, l. fisci. 2. de iure fisci. in honor. in fine. de vaca. muner. l. 1. §. aduocatos. & §. diuus. de variis cognition.

Acta causa, finita. l. fi. ff. si tutor appellauer. ibi, si tutor, vel curator detētus prouocauerit, & ante causam actā moriatur. l. 1. §. si verò post causam actam cauta est honoraria summā. ff. de var. & extraordi. cognitio. Interdum actam causam pro inchoata sumit Iuriscōsul't. in l. penul. §. si post actam causam coeperit se excusare index. de vacatio. munerum. ff. quia post finem causa frustra se excusaret, cum nihil amplius agendum sit, quod probat text. ibi, susciperet, & ibi, transferre iudicium.

Agere salutem hominum, id est curare medici solent, l. 1. §. 1. de variis, & extraord. cog. ff. ibi, medicorum eadem causa est, quae professorum, nisi quod iustior, cum hi salutem hominum agant.

Agere annum septuagesimum dicitur is, qui in septuagesimo anno est: si verò compleuerit, dicitur egredi, l. 3. in fi. ff. de iure immunit. vbi qui agit septuagesimum annum, non videtur maior esse septuaginta annis: & sic agere pro obtinere sumitur, l. 1. in fin. ibi, iam ante minor non est, qui diem supremum agit anni vicesimi. ff. de manumissio. l. Publius. §. 1. de conditio. & demonstrat.

Agere pro nauigare exponit glof. in l. 1. ff. de iure immunit. vbi sic scribit Vlp. qui in nauibus sunt ob hoc tantum, vt in eis agendi causa operentur, nulla constitutione immunitatem à muneribus ciuilibus habet. Ego vero interpretarer text. ibi, qui in nauibus sunt, vt in eis aliquid agāt, id est faciant, & causa agendi, id est faciendi aliquid in nauibus, nullam immunitatem habent, eo quod proprii commodi causa ibi sunt, & vtilitas publica praefieri debet priuata: secus si publica vtilitas gratia ibi forent, vt in l. is qui. ff. de vacatio. munerum.

Agere nauem, est nauigare, ducere nauem. l. vni. ca. iuncta rubr. ff. vt in flumine publ. nauigare liceat. Agere autem, id est abigere auem, & expellere. Venule. in l. fi. §. si stercus. ibi, aut auem egerit, venatusve fuerit. sine villo opere, hoc interdico non tenetur. ff. quod vi aut clam. licet glof. ibi exponat pro portare: sed alienum id esset à sensu legis, vt videre potestis & iudicare.

Agere pro administrare exponit glof. in l. si plures. ff. de curator. bonis dando. ibi, tanquam quis eorum in solidum ageret: alij habent quibus, & est idem sensus: alij habent, qui ius: & ita debet intelligi, vt quemadmodū curatores agere in solidum possunt, ita & cōueniri, l. 2. §. si plures. ibidem: licet ibi vix sic accipi possit, sed in l. qui mittuntur. in fi. ibi, qui agerem public. coepit. ff. ex quibus causis maiores.

Agere, pro peragere, vt gl. vult in l. si à domino. ff. de petio. hered. quamuis proprie accipi ibi pro eo, quod est mouere actionem, vel motam prosequi, possit, si recte intelligatur text. nempe agere quis dicitur per litis contestationem, antea verò dicitur agere velle, l. amplius. ff. rem ratam haberi. verbum autem peragere requirit decisionem, lege quinquaginta. ff. de excusat. tutor. quam non exposcit rubrica, quādo actio de peculio annalis sit, sed vt inchoetur, vt patet ibidem: & Cepola docet cautela 18. verbum agere. De verbo peragere docui in l. 3. supra eod.

Agere curam plebis, est curam habere plebis, quod pauci agunt, & curare de ea, se fouerit Gallice, lege, prator. §. est praeterea. ibi, acta cura non fit. de bonis autoritate iudicum possid. ff. & l. 1. de offic. magistr. offic. C.

Agere pro contradicere, vel opponere, in lege, etiam. in prima. §. fi. ibi, ad agendum à praeside euocato. ff. de minor. facit authē. si omnes. C. si minor ab hered. se abline. & c. fi. de elect. lib. 6. scripsi in verbo Gallicos. de constitutio. in concord.

Agere gratias, pro habere. l. Seia. ff. de dote praet. legat. ibi, cui maximas gratias ago. l. 1. C. de offic. praefec. praeto. Africa.

Agere, id est accusare, glof. & doctores. in lege, qui accusare. C. de edendo.

Agere, agitare, exercere, decidere, tractare, in rubrica C. vbi causa status agi debet, & in rubrica, vbi causa fisci. vel diuinae domus hominumque eius agantur. ac in rubr. vbi de crimine agi oporteat. C. & in rubr. vbi de hered. agitur. & duobus sequē. tit. & vbi in rem actio exerceri debeat. & titulo, apud quem cognitio in integrum agitata sit. Et sic intelligi possunt edicta praetorum dicentia, Ait praetor, qua de re agitur. ff. quod vi aut clam, & l. 1. ff. de precar. & aliis multis in locis, vt l. vnica. vtrubi iudicium agitur, in lege, in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. actio. Inde agens res Titij dicitur ille, qui eas tractat, & administrat, l. si ita stipulatus fuero. §. Chryfogonus. ff. de verb. oblig. vide in titulo de agentibus in rebus, lib. 12. quomodo accipiat ibi, & explicat Casiodor. officium eorum.

Agere id est prosequi, l. qui prior appellat, prior agat. & l. si petitor plures heredes reliquerit, vnus eorum iudicio egerit. ff. de iudic. in d. tamen lege, si petitor. potest accipi agere proprie pro experiri.

Agere causam appellationis, in l. cum quidam. ibi, & permittit ei causam appellationis agere, id est prosequi. ff. de appella. l. 1. §. tutoris. quando appelland. sit. ibi, ex hoc apparet tertio esse prouocandum defensori, si modo quasi defensor causam egerit, non suo nomine.

Item agere pro experiri, & actionem intendere, & mouere, l. 1. per totum de actio. empr. ff. & C. vt nullus agere, vel accusare cogatur. l. si tamen. in fi.

Agere nauem.

Agere pro abigere.

Agere pro administrare.

Agere pro peragere.

Agere curam plebis.

Agere pro contradicere.

Agere gratias.

Agere id est accusare.

Agere pro agitare, exercere, decidere.

Agere, pro sequi.

Agere causam appellationis.

Agere pro experiri.

Elucidatio text. anterioris fit seruandus.

Agere, & actus.

Insufficientum quid actum sit.

ff. de adilitio edicto. l. saepe. de re iudica. l. si priusquam. de noui oper. nuntia. l. in executione. §. insolitum. de verbo. oblige. quicquid dicar ibi glos. & in l. si status. C. de ordine cognitio. & frequentius in iure. Et experiri etiam pro agere capitur: ideo qui controuersiam mouet, proprie experiri dicitur. l. quoties. in fin. de noxalibus actio. ff. l. heredes eius, qui apud hostes decesserit, hoc iudicio experiri possunt. ff. familiae ercisc.

Experiri pro defendere improprio.

Intellectus ad l. saepe. de re iudic. cum miles. de alien. in di. mutan. cau. contra Zaf.

Improprie autem experiri pro defendere, in l. saepe. vt Zafius in 8. notabili, de re iudic. ff. affirmat & idem significare ait in l. cum miles. de alien. iud. mutand. causa facta, & recte (inquit) vtrique experitur, siue agat, siue se defendat, quia iudicij aliam experitur. haec Zaf. Tamen aduertendum est in d. l. saepe. verbum experiri proprie poni, & referri ad actorem, quod & idem text. probat his verbis: Veluti si debitor experiri passus sit creditore de proprietate pignoris, ergo creditor agebat, & experiebatur: & ita eo loco proprie pro agere positum est. Et tamen si dicitur in text. debitorem passum esse creditorem experiri, non tamen ait reum experiri. atque ita intelligenda est etiam d. l. cum miles. quia ita cautum est, post donationem factam militi causa mutandi iudicij, priorem dominum experiri oportere, & agere in detinentem rem, vt rem magis quam litem in militem transulisse videatur: id est is qui cessit actionem militi, rem ipsam videatur magis cessisse, quam ipsius litem: quia cedens litem eam prosequi, & experiri tenetur, non ipse miles: tamen post victoriam causa miles rem consequetur. Et hunc arbitror verum intellectum eius legis: quoties modo Zaf. & caeteri intelligant.

Item perbelle declarat Iuriconsultus in l. i. ff. de dinerf. & tempor. actio. Videamus, inquit, quid sit, experiundi facultatem habere. Et quidem imprimis exigendum est, vt sit facultas agendi: neque sufficit reo potestatem secum experiundi facere, vel habere eum, qui se idonee defendat, nisi actor quoque nulla idonea causa impediatur experiri.

Et sic hoc verbum experiri regulariter ad actorem refertur: & quando respicit ad reum, vt debitor passus sit creditorem experiri, tunc non obest, quia vere ad actorem etiam dirigitur.

Rem ali-quando agit.

Idem dicimus, quando reus agit actione negatoria, & confessoria. vterque enim tam actor quam reus agit, §. sed ista. Instit. de actio. l. an vnus. in fin. ff. si seruitus vindicetur. & l. si quis diuturno. in fin. ibidem. vide glo. & doct. in c. i. de iudic.

Experiri iudicium.

Experiri iudicium, pro incipere, inchoare iudicium, lege, si procuratorem. in fine, de procurat. ff. ibi, itaque etsi postea mutata voluntate procuratorem esse noluerit, tamen iudicium, quo quasi procurator est expertus, ratum esse debet.

Agere pro degere.

Item agere, degere est, l. Paulus. i. ff. de legatio. vt agere in vrbe, agere in prouincia. & l. lex Cornelia. §. ponamus. ibi, Romae agere. ff. de iniuriis. l. custodias. de public. iudic. & l. cum filius familias viaticum. ff. si certum petat. l. 2. in princip. de orig. iur. l. patri. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. i. & l. milites agrum. §. ignominiosa. de re milita. l. non dubium. & l. soler. de custod. reo. l. qui officij. de contrahen. empt. l. penul. §. filius familias. de cast. pecul.

Agere apud hostes.

Agere apud hostes, idem, l. iusto. §. si cum apud hostes dominus, vel pater agat. ff. de vfucap. l. Fulcinius. §. illud sciendum. ff. ex quibus causis in possessio. eat.

Agere animalia.

Agere quis animalia dicitur, id est ducere, l. ferri. infra eo. ibi, agi ea quae animalia sunt: vnde actus definitur ius agendi, vel iumentum, vel vehiculum & est species seruitutis rusticorum praediorum, l. i. §. actus. ff. de seruitut. rustic. praedio. facit l. i. §. incile. ff. de riuis. iuncta. l. si tam angusti. de seruitu. vbi

dicit iumentum duci, l. qui sella. de seruitu. rustico. praedio. vel pro expellere, abigere, chasser de iur. lege quamuis. alias incipit, Quintus Mucius. ff. ad legem Aquil. vbi primum dicit expellere: deinde, nec agere illud aliter debet, quam (vt supra diximus) quasi suum, sed vel abigere debet sine damno, &c. Inde agitare mulas, in l. qui insula. §. qui mulas. ff. locati.

Agere radices, est radicari, emittere, & porrigere radices, l. 3. iuncta l. si plures. ff. arborum furt. cafsar. l. adeo. §. i. & fin. de acqui. rer. domi. §. si Titius. Instit. de rer. diuisio. quod alio in loco Iuriconsul. dicit comprehendit tecum, l. 3. ff. arbo. furt. cafsa.

Agere aratem, l. de fideicommissio. C. de transfactio. vbi gl. exponit pro habere, & esse eius aratem.

Agere annos 25, in l. si maritus. §. minor agere aratem. de adilit. edicto. ff. id est esse illius aratis 25. annorum, esse in vicesimo quinto anno, nondum tamen completo.

Agere pro cognoscere, vt praetorem agere pro suo imperio, id est cognoscere, vt exponit glos. in l. celsi praetor. ff. de offic. eius cui mada. est iurisdic. ibi, etsi praetor sit is, qui alienam iurisdictionem exequitur, non tamen pro suo imperio agit: text. tamen in l. i. §. fin. ibidem, explicat id, videlicet, is qui alienam iurisdictionem habet, non agit pro suo imperio, id est non vtitur sua iurisdictione, sed mandatis.

Agere mensuram agri, pro mensurare, metiri, Paul. in l. 2. ff. si mentor saluum modum dixer. ibi, sed si ego, cum esses mentor, mandauerim tibi agri mensuram ageres, &c.

Agere actum gerere est, l. Thais. §. ab heredibus. ff. de fideicom. liberrat. vbi actum agere Scaeuola dicit, dum ait, quareo, an restator vsque in diem pubertatis filij sui actum agere voluerit: id est administrationem bonorum inceptam gerere & continuare: licet apud rhetores non ignoat actum agere dici prouerbialiter pro incassum laborare. Eras. in chiliad.

Agere excubias pro vigilare, l. i. ff. de offic. praefect. vigil. ibi, apud vetustiores incendiis arcendis praerant triumviri, qui ab eo quod excubias agebant, etiam nocturni dicti sunt.

Omnia negotia agere potest, pro facere, exercere, administrare, l. in negotiis. ibi, pupillus omnia negotia tutore auctore agere potest. ff. de re gulis iuris.

Vltimo agere adeo generale est, & maxime conuenit verbo facere, l. i. §. conuentionis. ff. de pactis, vt quicquid operatur, vel in aliquo est negotio, vel etiam qui animo quicquam molitur, agere dicitur. l. quisquis. C. de postul. l. vnus ex creditoribus. ff. ex quibus causis in possessio. eat.

Inde actus adiectiuum profectus, l. quo enim. §. fin. ibi, nam qualitercumque quis retractauerit eundem actum, qui a procuratore actus est. ff. rem ratam haberi.

Vnde in ante actum dare veniam, in l. i. §. his autem. ff. de seruis fugit. vbi dicitur, his autem, qui fugituos vel dominis reddidissent, vel apud magistratus exhibuissent, veniam in ante actum senatus dedit, id est, senatus pepercit de his, quae ante egerunt, & fecerunt: sic de rebus factis & actis antea.

Et in emptis & venditis potius id quod actum est, quam id quod dictum sequendum est, Pompo. in l. sed & Celsus. in fine. ff. de contrah. emptio. vbi gloss. notat sensum potius, quam verba spectari. hoc tamen illa lex vix probat, sed plus valere quod agitur, quam quod simulatè concipitur: vel quod dicitur inter partes, vt rubr. est C. plus valere quod agitur.

Agendum est, videndum est, dicendum est, tractandum est, l. 3. §. quando autem fraus interposita videat

Agere radice.

Agere aratem.

Agere 25. annos.

Agere pro suo imperio.

Agere mensuram agri.

Agere pro gerere.

Agere actum.

Agere excubias.

Agere generale verbum.

Actus factus.

In ante actum dare veniam.

Agendum est.

videatur, agendum est. ff. de iure fisci. Acta autem quae sint, declarabo in l. si infra hoc titu.

Actus pro fruitute.

Actus ab eo verbo emanans accipitur pro quadam seruitute rusticorum praediorum, & est ius agendi iumentum, vel vehiculum, l. i. §. actus. de seruit. rustic. praed. ff. & Instit. eodem tit. §. i. & hanc speciem seruitutis pulchre declarat Cepo. in tract. de seruit. rustic. praedio. rubr. de seruitute actus. & egregius D. Ioan. Corrafin rubr. ff. de seruit. & sic capitur in titulo de itinere, actuque priuato. ff. Est autem differetia inter actum & iter, vt l. inter actum. ff. de seruitut. rusticor. praedior. & §. i. Instit. eod.

Actus, id est dictum, conuenit.

Et actu legato, qui iter adimit, nihil adimit, quia nunquam actus sine itinere esse potest, l. i. ff. de adimend. legatis.

Actus, id est dictum, conuenit.

Actum est inter partes, id est dictum, vel adiectum, conuenitque, vt supra quoque exposuimus, l. 3. iuncta l. reos. in fi. ff. de duob. reis, vbi in vna l. dicit actum, & in alia adiectum. l. si Stichum. §. si quis. & l. etiam. ff. de nouatio. l. qui cum tutoribus. §. vlti. de transfactio. l. solemus. de iudic.

Actus pro historia.

Actus saepe dicitur historia, & narratio quaedam rerum gestarum, vt Hieronymus in libro de viris illustribus ait de Luca euangelista: Euangelium, inquit, sicut audiverat, scripsit: actus vero Apostolorum, sicut viderat, ipse composuit. in eo enim opere actus ipsorum virtutibus insignes explicantur: quantum quidam acta dicere malint, tamen vtrunque sit, mentem satis est intelligere: & dicitur Graece *ἱστορία*.

In omni a-ctum re-quiri.

Et iure canonico, in omni actu tria requiruntur: primum, vt quid liceat secundum aequitatem: secundum, vt quid deceat secundum honestatem: tertium, vt quod expediat secundum vtilitatem, ca. magna. de voto. arg. c. aliud. ii. q. i.

Actus alie-nus seu ex-traneus.

Alienus actus seu extraneus est, non pertinens ad rem, vel actum, qui geritur, vt si testando quis contrahat, vel aliud a testamento agat: & ita intelliguntur iura sequentia, scilicet l. heredes. §. si. ff. de testa. l. i. §. i. & lex, quae extrinsecus, & lex, continuus. in princ. de verb. oblig. l. diuus. §. si. de duob. reis. l. eum igitur. & ibi gloss. ff. de vi & vi armata. c. indemnitate. i. de electio. in 6. facit l. cum antiquitas. C. de testa.

Actus legi-timi qui.

Actus legitimi dicuntur a lege ciuili inuenti, vel subnixi, firmati aliqua lege, l. actus. de reg. iur. ff. vt legitima conuentio, quae aliqua lege confirmatur. l. legitima. vbi scripsi. de pactis. ff.

Actio quid est quod mo-dis capia-tur.

Inde actio dicitur ius persequendi in iudicio, quod sibi deberur, §. i. Instit. de actio. & l. nihil. ff. de actio. Capitur etiam pro actu in l. nec adoptare. ff. de officio proconsul. vt & ibi gloss. explicat, & auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles.

Interdum sumitur pro accusatione, vt l. i. ff. de crimin. stellio. & in l. in senatusconsulto. §. si propter. ad Turpillia. ff.

Aliquando etiam actio accipitur pro controuersia, & exercitatione, seu tractatione causa, lege, litis nomen. infra eod. l. tranfactio. scribis placitum. C. de transfactio. Alia de actione scribis interpretis in titulo de actio. in Institutio. §. actio. post glo. ibi.

Legis actio qua sit.

Idcirco docto. dicunt, licet minor, si ledatur in eo quod gessit, possit restitui, l. ait prator. ff. de minor. tamen non restituetur, si lesus fuerit in testamento confectione, per not. in l. 1. §. fuit. ff. ad Trebell. Sed aduertite, quod, cum ipse aduersus testamentum non potest restitui: sane quia ladi non potest. Illud enim semper reuocare ei licet, & discedere a prima voluntate, & testamentum tollere, l. si quis. in princ. ff. de legat. 3. quippe ambulatoria est voluntas defuncti vsq; ad supremum vitæ exitum. l. quod si iterum. de adimen. legat. & liber stylus est testamentum, l. 1. C. de sacros. eccle. Sic nec heres minoris restitui poterit aduersus donationem causa mortis factâ, etiâ sine curatore, teste Bal. in l. 1. in princ. ff. de tutel. & ratio. distrahent. & in l. si curatorem. C. de integ. restitut. l. 1. in l. 2. col. 3. ff. de legat. 1. & Anton. Capyt. in decis. 173. col. penult.

Si tamē dolo ad testamentum quis inductus sit, atque ita obierit, de dolo actionem habent legitimi heredes aduersus doloſum, vel exceptionem, si bona possideant. l. Lucius. 2. §. Semproniam. ff. de lega. 2. facit l. non est enim. de in offi. testam. de his sui sepe consultus contra doloſos. Sed blando sermone potest induci testator, l. 1. & 2. C. & ff. si quis aliq. testa. prohibuer. sic ad resignandū beneficiū, si pro digno quis oret, c. tuam. de eta. & quali.

An ex testamento debeat laudimium.

Tertio si laudimium de contractibus soluendū sit, vt l. si. C. de iure emphyteu. non tamen de testamentis, vt affirmant Angel. & Deci. in l. fin. C. de edicto diui Adria. tollent. not. 3. per hunc tex. suam probantes doctrinam.

Prohibitus acquirere per contractum acquirat ex testamento.

Quarto prohibitus acquirere per contractus, non prohibetur acquirere in vltima voluntate. Bald. consil. 253. casus est talis. & consil. 310. ad euidētiam. col. 2. in 3. volum. per huius rationem legis, quia contrahere non pertinet ad ius testandi.

Iuramentum non firmat testamentum.

Quinto vendito iure veltigalis contractuum, non censetur venditum ius gabellæ testamentorū, vt sentit Bald. in l. testamentum. C. de testam.

Sexto ex diuerso concludit Bald. vt iura loquentia in testamentis non habeant locum in contractibus, nisi vt inferius dicam. Sic consuluit. Calca. consil. 75. quod dictis. col. 5. nu. 11.

Prohibita alienatione per contractum, an ex vlt. voluntate censetur prohibita.

Septimo quamuis iuramentum firmet contractus puberum, authent. sacramenta. C. si aduers. vendi. tamen non firmat testamentum, vt putat glo. in §. item sacramenta. de pace iuramento firman. cum verbum contraho non pertineat ad ius testandi, vt plene scripsi de hoc verbo pertinere in l. verbum illud pertinere. infra eod.

Verbum gerere ad testamentum non pertinet.

Octauo prohibita alienatione per contractum, non censetur prohibita alienatio ex vltima voluntate, quia est necessaria, l. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de alien. iudi. mutandi caus. facta. l. cum fidei de fideic. libert. l. 1. de fundo dotali. l. pater filium, de lega. 3. l. milites. de re militar. late Bart. tractat in l. si quis promiserit. §. ea lege. ff. de verbor. obligat. Nam verbum contrahere non pertinet ad testandi actum. Alber. in tracta. statut. in 2. parte. q. 77. incipien. Iacobus. vt hic patet, exēplum tradit Alex. consil. 120. super eo. col. 2. in 1. volum. quod est repetitum consil. 90. super eo. in 4. volum. & consil. 55. ponderatis. in 3. vol. facit l. vnica. C. non licere habi. metroco. loca sua. lib. 11. & Curr. senior consil. 27. magnificus. numc. 22. abunde Bolog. consil. 43. viso igitur.

Ad hæc verbum gerere non comprehendit testamentum, vnde constitutus procurator, vel tutor, seu curator, vt gerat omnia minoris negotia, non poterit pro eo testari: quia verbum gerere non pertinet ad ius testandi.

Primo id non procedit, quod dictum est in cō-

tractibus, scilicet ne prohibito in eis facta porrigitur ad testamentum, quoties publica vtilitas id exposceret. vnde consuluit Decius cōsil. 660. reuocatur. quod prohibito contractu ratione pacis conseruanda, & sic vtilitatis publicæ censetur prohibita vltima voluntas, quia quod in commune vtile est, extendi solet, l. si quis. §. vtrum. vbi addidi. ff. de exenat. con. Silan. & l. 2. §. exercitum. vbi docto. de his qui nor. infam.

Vnde exteri in hoc Regno prohibentur per contractum acquirere: quare etiam ex vltima voluntate eadem ratione, publicæ vtilitatis videlicet, vt consuluit Bald. consil. 349. statutum Placentiæ. in fin. vol. 1. scripsi in 2. tomo comment. ad constit. Reg. Gallicæ, tract. de literis natural. Idē si mercatoribus Regni prohiberetur contrahere, cōmerciæ tractate, contracter. cum hostibus Regni, non poterit quis eis testamento aliquid relinquere, quia verbum contracter, hoc casu omne cōmercium excludit. idcirco ratione publicæ vtilitatis testamentum continebitur.

Secundo locum non habet, quando gerere vel contrahere quis prohiberetur ex defectu cōsentus: vt pote si furioso, vel prodigo, infanriue contrahere, vel negotia gerere prohibitum esset, non poterunt etiam testari, quia deest intellectus eis & iudicium. §. item furiosi. quibus non est permillum facere testamentum. in Instit. cum §. seq.

Tertio si testator faciens testamentum vocaret illud contractum, hoc modo, Presentem contractum confirmo, non eo minus valeret, & appellatione contractus non vitaretur testamentum, per glo. in l. quæ extrinsecus. de verb. oblig. ff. l. 1. & alij docto. in l. testamentum. C. de testam. quia dispositio testatoris non potest rerū vocabula appellatiua immutare. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. nec testamentum hoc casu contractus esset.

Quarto non procedit, quado esset ratio eadem in testamento, quæ in contractu, vt dixi supra l. proxima. in §. cōtractum. vnde si sit taxatum salarium notario pro quolibet contractu, censetur etiam taxatum super quolibet testamento, cum eadem sit ratio taxationis, ne scilicet notarij iusti salarij metas excedant, qui solent plus iusto exigere vt plurimum, c. statutum. §. notarium. de rescript. in 6. Sic pulchre concludit Lucas de Penna in l. mediterranea. col. 2. C. de anno. & tribu. lib. 10. & sic intelligi debet lex Regia notariorum salaria taxans, in rubr. des salaires. artic. 11. in ordi. Reg. mag.

Comprehenduntur etiam sententia, & acta iudicij: vnde si pro pelle membranæ, seu pergamenæ taxatum fuerit salarium notario, censetur id taxatum pro sententia, & actis iudicij, nisi alia esset taxatio in eis. glo. & doct. in §. item sacramenta. de pace iura. firma. & doct. in c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. facit l. 3. §. idem scribit. ff. de pecu. loan. Francisc. Pouzinib. in tract. super de creto. quando res habet originem a cōtractu. col. penult. & sic intelligitur dicta ordinatio Regia taxans salarium notariis, in rubr. des salaires. artic. 11. Item constitutio Reg. quæ vult vt notarij & tabelliones teneantur in cōtractibus, inferere habitationem contrahentium, vt patet in tract. de liter. obligat. arti. 4. habebit etiam locum in testamento, quia eadem est ratio, vt ibi scripsi in 1. tomo comment. in constit. Reg. Gallicæ.

Quinto licet argumentari de contractibus ad vltimas voluntates, quando est eadē ratio, & eontrario, l. seruum filij. §. cum qui. & l. quæ de legato. vbi las. ample. ff. de lega. 1. l. fin. C. de lega. & Instit. de lege Fusia Caninia tollenda. las. tradit differentias in l. pactum inter heredem. ff. de pact. & Ioan. Euerard. in tracta. de locis legalibus in hoc argumento

Ratio dubitationis, & decisio huius legis.

Exteri per testamentum bona in Regno non acquirunt.

Nominans testamentum contractum non mutat eius naturam.

Salaria notariorum taxata.

Sententia & acta iudicij taxata.

Argumentari de contractibus ad vltimas voluntates quando licet.

mento. Et sic videbatur ratio dubitandi, tamen contrarium hic deciditur, nempe licet arguamus de contractibus ad vltimas voluntates, tamen verbum contrahere non pertinet ad testamentum: sicut arguimus de feudis ad ius emphyteuticum, docto. in cap. potuit. de locato, tamen feudum non pertinet ad ius emphyteuticum, vel contra, l. 1. C. de iure emphyt. vt ibi notatur: sed est quædam similitudo de vno ad aliud.

Sexto non est absurdum in testamentis contractus fieri, & facti valent. glo. sing. in l. heredes. §. fin. ff. de testa. vbi addidi. facit l. nec mirum. ff. de pign. action. nec propterea contractus pertinent ad ius testandi, quia sine testamento contractus valebunt, & eorum doctores in dicto §. finali. Bald. in l. fin. ff. de reb. eorum. Ludouicus Romanus consilio centesimo septuagesimo primo, pro decisione. columna secunda: & consilio ducentesimo nonagesimo tertio, presuppofito. in princ. Alexander consilio quadragesimo quinto, habita. colu. secunda, in primo volumine. Benedict. in cap. Raynutius. in verbo si absque. 2. de fideicommiss. substitut. num. centesimo quadragesimo secundo, de testament. Abunde Bauer. in §. 1. in gloss. contextu. columna decima sexta, cum seq. de testamen. in Institut. Tamen mulier, vel is, qui prohibitus est contrahere, non poterit in testamento contrahere, l. 1. §. assignare. iuncta l. assignare. ff. de assign. libert. Iason & alij in l. cum antiquitas. C. de testam. & sic potest dici, quem non posse in testamento contrahere, videlicet si ipse sit alias prohibitus, quia testamentum non permittit, vt contractum faciat is, qui est prohibitus.

Septimo inferitur conclusio ex ista lege, quod in testamento quis non videtur contrahere, vel quasi, cum hic dicatur verbum contrahere non pertinere ad testandi ius. Sed intelligite verum quidem esse, non quasi contrahi inter testatorem, & heredes, sed inter legatarios & heredes, vt per Alber. hic, & Instit. de oblig. quæ ex quasi contract. nasc. §. heres. Er hoc ideo, quia absurdum sequeretur: nam si testator cum herede & legatariis quasi contraheret, teneretur ex quasi contractu, vnde haberet locum actio contra eum, per rit. de oblig. quæ ex quasi contractu. nec libera essent testamentum, quo ad reuocationem contra l. 1. C. de sacros. eccle. & l. si quis. in princ. ff. de leg. 3. Et ante aditam hereditatem legata deberentur, contra l. eam quam. C. de fideicom. & ante mortem adiri posset hereditas, contra l. neminem. & l. qui superstitis. ff. de acqui. hered. Et sic potest quis tueri hanc conclusionem, scilicet heredem non dici quasi contrahere, quod intelligendū est cum testatore, secus cum legatariis & creditoribus, vt dictum est, quia verbum contrahere ad ius testandi non pertinet.

Tamen qui in finis testatoris aliquid impedit, dicitur cum defuncto, non cum herede contrahere, l. 1. ff. de religio. & sumptibus. funer. sed ibi speciale est causa funeris, vt dicunt docto. vt scripsi plene in tracta. de senten. prouisional. in prefatio. in primo tomo commenta. in constit. Reg. Gallicæ.

Item videtur contrahere, qui consentit testanti, vt si det tutorem presentem, videtur onus tutelæ is acceptare, ideo excusare se postea non potest. text. notab. in l. vxori. in fine, ibi, nec excusatio eius admittetur, qui consensisse videtur testatoris voluntati. ff. de fals. & sic per illum text. consuluit Barba. consil. 54. clementissimi. in 2. volu. & 12. scribitur. col. 6. vol. 1. Vnde qui accipit officium executoris testamenti, videtur approbare quæ in testamento facta sunt: ideo non potest postea venire contra, nisi protestatus fuerit, vt alibi scripsi, & not. doct. in l. nulli. C. de episcop. & cleric.

Executor approbare testamentum censetur.

Præterea si quis in testamento confiteatur se debere, per illud testamentum potest probari debitum, si præsens erat creditor, & acceptauerit confessionem, alioqui legitime probari debet. Bart. in l. Lucius. §. quisquis. ff. de legat. 2. & l. cum quis. §. codicillis. de legat. 3. Bald. consil. 262. suademo in 3. vol. & consil. 483. in quodam. 4. vol. Alexand. consil. 26. viso. in 2. volu. ac Barba. d. consil. 54. col. 2. & consil. 59. illud. col. penult. in 2. volu.

Sed contra superiora obicere quis potest, scilicet vt contrahere videatur heres cum legatariis, non quasi contrahere. l. qui cum alio ibi, heredi autem hoc imputari nō potest, cum nō sponte cū legatariis cōtrahat. ff. de reg. iur. ergo heres cōtrahit cum legatariis, & non quasi contrahit: sed solui potest, non esse sumendum argumētum a contrario ad correctionem iurium, per gloss. in cap. nouit. de iudiciis. & ca. 2. de foro compet. sed a iure statutum est, vt non dicatur heres cōtrahere cum legatariis, sed quasi: ergo, & c. §. heres. de obliga. quæ ex quasi contract. & l. ex maleficiis. §. heres. de actionib. & oblig. ff. Et ibi etiam negat tex. d. l. qui cum alio. eo quod dicit sponte non contrahere heredem, & sic negat esse spontaneum cōtractum. quare non erit proprie cōtractus secundum definitionem in lege proxima dictā supra. & contractus si non est spontaneus, non est proprie contractus, l. 1. §. adeo. & ibi glo. notat. ff. de pact. Sed ratione voluntatis testatoris, cui adeundo ipse assentitur, quasi contrahere dicitur: & impubes videtur contrahere, cum adit hereditatem, l. apud Iulianum. in fin. ff. ex quibus causis in possessetur. Vel dic vt in proxima l. in §. contractum. scripsi. Generaliter dicitur contrahere, sed proprie quasi contrahere, quo ad materiam.

Nec refragatur l. heredes. §. non tatum. ibi, quoniam cum coherede non contrahimus, sed in eum incidimus. ff. fam. erciscund. quia verum est heredem non contrahere, vel quasi cum coherede, adendo hereditatem, sicut cum legatariis: sed propter dolum, culpamque in re hereditaria, & fructus a se solo perceptos, & impensas, quasi contrahere dicitur cum coherede. §. item si. Inst. de oblig. quæ ex quasi contract. nasc. Et casu quodam contingit, vt sit coheres, & sic in eum incidat per institutionem, scilicet quæ dicta est de vtroque a testatore. & ita intelliguntur verba illius §. notandum. dum dicit, in eum incidimus.

Gloss. hic proponit quæſtionem, si filius fecerit testamentum eo tempore, quo pater erat deportatus, & post mortem filij pater sit a Principe restitutus, an testamentum filij valeat: Et putat gl. valere, in l. finali. in verbo rata. C. de sententiam pass. quia actus semel confirmatus rumpi non debet. l. cum hic status. ff. de donat. inter virum & vxor. Diuersum est si filio superſtite pater fuerit restitutus: tunc enim testamentum rumpitur, quia venit ad eum casum, a quo non potuit incipere, per regul. iur. factum legitime. in sexto. Si vero pater capto apud hostes filius fecerit testamentum, siue pater reuertatur viuo filio, siue mortuo, semper rumpitur testamentum, quia fectioe postliminij nunquam filius fuit sui iuris, & sic non potuit testari. Albert. hic, & ista est cōmunis cōclusio, teste Ioan. Crotto in repet. l. si quis pro emptore. colum. 17. cum seq. ff. de vsac. Sed ego contrarium tenerem, videlicet valere testamentum, si pater apud hostes moriatur, quia ius patriæ potestatis pendebat. §. si ab hostibus. quibus modis ius patriæ potestatis. solui. Ideo si pater non reuertatur, testamentum iure consistet: secus si reuertatur fuerit. contractus verò facti capto patre tenent, si in patris non vergant praiudicium. Iason. in addit. ad Porc. in d. §. si ab hostibus. vide quæ dicam in l. hostes. infra eod. vbi ista

Confessione in testamento factam quis non potest reuocare.

Heres an cum legatariis contra hatur.

Heres non contrahit cum coherede.

An testamentum pater restituito postre deportato valeat.

Testamentum & contractus capto patre an valeant.

iura inter Christianos locum non habent.

Testari qd. Testandi. Testari est testamentum facere, l. 3. & seq. ff. de testamen. milir. vbi in vna dicitur testari, in altera testamentum facere, & in toto titulo de testamento.

Testamēti definitio. Testamentum est voluntatis nostrae iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri voluit, l. 1. ff. de test. vel vt Vlp. definit in ut. de testam. Testamentum est mentis nostrae iusta contestatio, in id solenniter factum, vt post mortem nostram valeat, & suprema contestatio dicitur in l. qui testamento. §. fin. ff. de testam.

Testamentarius. Testamentarius dicitur scriptor testamenti, l. diuus. r. in fin. ff. ad legem Corn. de fals. ibi, hereditas deinde alia manu scriptori testamenti restituere, placet testamentario poenam legis Corneliae remitti. Nam quem primo testamenti scriptorem nominat, postea vocat testamentarium. Et idem in l. impuberem. §. si testamentarius. ibidem. & in l. r. ff. si quis aliquem testari prohibuerit. & l. quoties. §. r. de hered. instit.

Testamentarium etiam dicitur, quod ad testamentum pertinet: vnde testamentarie hereditates in testamento relictae, l. lege, obuenire. infr. eod. & testamentaria tutela, ff. & C. de testam. tutela. testamentarius tutor, ibidem.

Testantes. Testantes, qui testamenta fecerunt, l. in testamētis plenus voluntates testantium interpretamur. ff. de reg. iur. Testator, idem, l. Modestinus. infr. eo.

Testator. Testatum etiam dicimus eum, qui testamentum fecit, intestatum qui non fecit, l. ius nostrum non patitur eundem in paganis & testato, & intestato decessisse. infra tit. prox. l. intestato. de suis & legit. hered. l. in fraudem. §. bona. de iure fisci, ibi testato, siue intestato decesserint. & l. ab intestato, ff. de iur. codicillo. l. scripto. in fi. vnde liberi. l. si pater. ff. de manu. vindicta. l. fin. pro dote. l. Iulianus. in fin. de diuers. & tempo. praescript. l. sicut. de iure patron. §. r. Instit. de hered. quae ab intesta. defer. qui sic definit, intestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non iure fecit, aut id quod fecerat ruptum, irritumve factum est, aut si ex eo nemo heres extiterit. dicam in l. intestatus. infra cod.

Testari est dicere testimonium. Testari significat etiam dicere testimonium, & testificari, l. curent. de testib. ff. ibi, curent magistratus, nisi que loci testari volentibus iuncta l. seq. vbi in vna l. dicitur testari, in altera dixi testimonium: eo quod testes solebant per numē aliquod sua verba affirmare, quo maior fides adhiberetur.

Testes quid. Testes, qui testimonium dicant, per totum. titu. de testibus, quod sententiam nostram exponendo dicant: vel ea, quae de rei gestae veritate sentiunt, proferant.

Testari pro denuntiare. Testari etiam est coram testibus quicquam denuntiare, protestari, requirere. l. ne quid. §. de his. ibi, adire praefectum, & apud eum testari, reosque petere. ff. de incend. l. capite. ibi, non plusquam viginti testandae eius rei causa, id est ostendendae testibus, vt exponit glo. ibi, de adult. l. 3. §. cū inquilinus. ibi, testari dominum non prohibere inquilinum ne possideret. ff. vt i possid. vnde Iurisconsult. sic ait in l. at si quis. §. sed interdum. de religiof. quis enim sine pietatis intentione alienum cadaver funerat? oportebit igitur testari quem, quo animo funeret, ne postea patiatur quaestionem. & in §. quippe. ibi, protestantur pietatis gratia id se fecisse: vbi in vno loco dicitur testari, in altero protestari, quod idem denotat, quantum ad vnam significationem. ibidē.

Testari pro affirmare & dicere. Testari est affirmare, asserere, dicere, l. miles. §. focer. ad legem Iul. de adu. ff. ibi, focer cum nurum ad alterij accusatum se libellis falsis datis testatus fuisset. vel id est protestari, l. scire. §. scire. ff. de excusat. tutor. ibi, oportet de specie remissionis

testari iudicem: id est iudicem certiorum facere, & coram eo allegare remissionis speciem.

Testatō. Testatō id est adhibitis testibus: hinc testatō denuntiare, l. 1. §. licet. ibi, effundere autem vinum non statim poterit, priusquam testato denūtiat emptori, id est coram testibus. ff. de periculo & commodo rei vend.

Testatō conuenire aliquem, est coram testibus aliquid praedicere, & colloqui, vt manifestum & notum sit, l. ait prator. §. si quis particeps. ibi, vendente debitore testatō conuenitur est a debitoribus, ne emeret. ff. quae in fraud. credito. l. si procuratorem. §. si ignorantes. in fin. mandat. ibi, sed si testatō conueni. ff. de verbor. obligatio.

Testatō creditori dicere, est coram testibus loqui, & aliquid exprimere, dict. l. qui Romae. ibi, Romae creditori testatō dixit. ff. de verbor. oblig. Et haec denuntiatio facit quem male fidei possessorem. l. si fundum. C. de rei vindica. vbi doctor. & interruptit praescriptionem, l. vt perfectius. C. de annali except.

Testatō est coram testibus facta declaratio, seu denuntiatio. glo. hic: quod probatur sequentibus legibus non citatis a gloss. l. non distinguimus. §. cum quidam. ibi, ex aliis causis inimicus manifeste apparuisset testationibus etiam conuentus, ne sententiam diceret, ff. de arbit. l. ergo. §. r. ibi, eaque testatione cōplecti oportet. ff. ex quibus caus. maior. l. r. §. sed & si quis contra testationem, denuntiatio nemque fecerit. ff. quod vi aut clam. Et sine testatione mulierem honestae vitae habere non licet, l. in concubinaru. ff. de concubi. Nam si mulierem ingenuam honestae vitae quis in concubinam receperit, praesumitur matrimonium, si sine testatione illam susceperit: id est sine praedictione facta coram testibus, vt sit concubina, non vxor. Sic intelligi lex illa debet: ideo si velit eam concubinam esse, non sine testatione eam accipiat: alio qui vxor exit.

Vnde illa, quae coram testibus dicuntur, vel fiūt, aliquando in scripturam rediguntur, & dicuntur in testationem redigi, appellanturque testationes, l. si. ff. pro derelicto. l. si. §. ergo si custodia, id est persona custodita, defuncta fuisse dicatur, testationibus id probandum est. ff. de custod. reor. Et poena legis Corneliae irrogatur in eum, qui falsas testationes faciendas, testimoniave falsā inspicienda dolo malo coniecerit, l. r. in princip. ff. de fals. Et sic potest generaliter capi, & pro scriptura facta de his, quae coram testibus facta, denūtiatae sunt, vel etiam de his quae testes deposuerunt, vt probat l. moris. §. soler. & ita interdici, ne instrumenta omnino forment, ne libellos concipiant, vel testationes consignent. ff. de poenis.

De attestatione autē scribam in l. sub signatum. infra eod. de detestatione in l. detestatio. infra cod. his nunc contentus.

PAVL. LIBRO VNDECIMO AD Edictum. Lex vigesima prima.

Princeps bona concedendo, videtur etiam obligationes concedere.

Sensus huius legis est, vt si princeps concesserit alicui bona, videtur concedere non solum bona, verum etiam obligationes: & hoc probatur per copulatiuam etiam. Et sic qui alicuius habet bona, tenetur etiā creditoribus, & eisdem obligatus est, vt is erat, qui antea possidebat illa bona, & etiam debitores huic tenebuntur soluere. Etenim habet ipse & obligationes actiuas (sic nostri interpretes vocant) vt ipse cōtra alios agere possit: & passiuas, vt ipse aliis obstructus sit, sicut dicitur in l. r. ff. ad Treb. vt facta

Testatō.

Testatō conuenire.

Testatō dicere.

Testatio quid.

Elucidatio ad l. in concubinaru.

Testationes.

Declaratio text.

vt facta restitutione hereditatis in fideicommissarium transant obligationes actiuas & passiuas.

Dubitatio haec erat, quia actio semel extincta, non reuiuiscit, l. qui res. §. arcam. ff. de solutio. At ablati deportato bonis semel iam extinctae erant obligationes: ergo nec renasci vel restitui poterāt. Sed hac ratione non obstante, contrarium hic deditur, quia bonorum appellatio generalis est, cōtinens actiones & obligationes, l. bonorum. infra eod. vbi dicitur fufius. Atque ita Princeps bona istius concedendo, videtur concedere & illa, quae bona sequuntur, videlicet actiones & obligationes, quia res cum sua causa trāsit. l. alienatio. ff. de contrahend. empt. Nec refragatur ratio dubitationis, quia obligationes extinctae non erant, sed potius in fideum trāstatae, vt postea dicam: & rursum redeunt in hunc restitutum per confessionem bonorum a Principe ei factam, & ita intelligitur haec lex: quae etiam procedit, si Princeps tantum bona concedat, non facta obligationum mentione, per rationem praedictam.

Idem si Princeps restituat bona deportato, vel bannito, censetur etiam obligationes restituisse, l. si deportationis. & l. seq. C. de sent. pass. & sic haec lex locum habet non solum in cōcessiois verbo, sed etiam restitutionis: & hoc ideo ne fiat melioris conditionis hic restitutus, quam antea erat, vt existimat Alciat. in hac l. per legem primā, C. de sent. pass. Sed haec ratio nō videtur sufficiens & satis firmā: quia in huiusmodi indulgentiis Principalibus, non spectamus an sit melioris conditionis, an non sed tenorem earū, l. 2. C. de sent. pass. & in hoc casu ratio est ob naturam verbi restitutus, in indulgentia positi, d. l. r. C. de sent. pass. vbi ait Imperator: Vt autem scias, quid sit in integrum restituere honoribus, & ordini tuo, & omnibus ceteris restituo. Et restitutio ita faciendā est vniuersi quae in integrum ius suum recipiat, ait text. in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. non autem vt tollantur debita & credita.

Idem dicerem si forte bona exulis ad tempus fiscus occupasset, vt tempore finito sine bonorum restitutione restituatur a lege ei bona, & obligationes. l. r. C. de his qui in exil. dari. lib. 10. scripti in interpret. l. quod iuris. ff. de re iudic. 2. notab.

Item si fiscus habeat bona confiscata, vt ad debita etiā teneatur, docet lex secunda, C. de vi publi. l. si vt proponis. de bonis proscripto. Bald. in tract. statu, in verbo, bona. quae. 6. & ita fuit cōstitutum a Rege tum Franciae Philippo pulchro, vt refert Aufser. in stylo parlament. in rubr. de libelli obligatione, ordin. 3. & vlt. vbi sic scriptum est, Si bona alicuius veniant in commissum, debita sua, & dos vxoris, si quam habeat, reddantur creditoribus, & dos vxori sine libello, & alio iudicario strepitu, cum constituerit de praedictis per testes, & alia legitima documenta. facit lex, res. §. res. de iure fisci. Idem si parem bonorū fiscus habeat, vt pro parte illa sit liberatus debitor: & si pars sit restituta bonorum, vt obligationes pro illa parte videantur restituta. l. 2. C. ad legem Iul. de via publ. Petr. à Bella Partic. quae. 200. quia bonum est argumentum de toto ad partem, l. quae de toto. ff. de rei vend.

Et ita fieri moris est in hoc Regno Franciae, vt post confiscationem creditores offerant supplicationem Regi, seu eius cancellariae, in qua impetrari solent literae Regiae, quibus mandatur iudici qui bona Regi addixit, seu confiscauit, vt creditoribus impetrantibus ius dicat, & iustitiam administret. Sed a commissariis vix pecunia extorqueri potest: quod tamen peperam sit, quia fiscus non vult retinere debita aliena, vt censuit Senatus anno 1361. die 21. Augusti, pro Ioanne & Perrino Iosse mino-

Dubitatio causa, & decisio nis.

Hae lex habet locū nō solum in concessiois verbo, sed restituitiois.

Restitutio à l. facta etiam de obligationibus intelligitur. Fiscus teneatur ad debita propter bona confiscata. Ordinatio de bonis confiscatis.

Praxis Regni Fraciae pro creditoribus post confiscationem. Arrestum.

ribus contra tutorem eorum, cuius bona fuerant confiscata.

Princeps tamen non tenebitur ultra vires bonorum, etiam si inuentarium non confecerit, l. §. an bona. ff. de iure fisci, & ibi Bar.

Et quomodo, si perueniant ad diuersos dominos, debita soluantur, plene tradit Benedictus in c. Raynuius. in verbo & vxorem. nu. 857. de testam. vbi dicit quemlibet teneri soluere debita in suo territorio, & habita ratione sui territorij, nō aequaliter, vt heredes. l. ex facto. in magna. de hered. inst.

Et haec bona publicata si fiscus dederit, & obligationes cōcedit, vt hic idem si hereditatem Titij, vel patrimonium, aut facultates concedat, l. nam quod §. fin. cum l. seq. ff. ad Trebel. quia ista denotant vniuersitatem, vt dicam in l. bonorum. inf. eo.

Quod primum non procedit, quando Princeps indulgentiam tantum bannito concessit, non bonatunc non videtur obligationes concedere, & sic non habet locum iste text. per legem, tutor. C. de sententiam pass. & legem, cum patrem. & legem, cum indulgentia. ibidem. fucus in alimentis, quia eis ex indulgentia debentur, & praerita & futura. l. is cui. ff. de aliment. & cibis, legat. & hoc fauore alimentorum statutum est, sicut alia multa, in lege, cum ij. ff. de transac.

Secundò nō obinet dispositio huius text. si limitata esset indulgentia, forte sine obligationibus, vel Princeps aliquid ex bonis illis dedisset, puta domū, vel aliquod modicum, quia tunc limitata causa limitata parit effectum, l. in agris. ff. de acq. reg. do. & quia obligationes non sequuntur rem singularem, l. §. si heres. ff. ad Treb. Petr. de Bella Partica in q. 200. vbi decidit quod si res singulares obligatione adimuntur, remanet obligatus semper debitor. Si vero pars aliqua bonorum, vt dimidia, vel tertia per modum quotae contineretur in indulgentia, tunc pro rata parte aufertur obligatio, si illa bona auferebatur a lege, l. 3. C. de sententiam passis, dicta l. 2. C. de via publica, lege, si constante in fin. solu. matr. Secus si ex partium conuentione, per l. mulier bona. ff. de iure dot. & d. l. 3. Ideo caute iudices volentes spoliare reum, condemnant illum ad maximam multam, quam non poterit soluere, ob id bona omnia ad fiscum deferuntur: sed illa cautela ducit ad ineros iudices, qui ea vtuntur, & maxime vbi non est confiscatio, vt apud Bituriges.

Tertio quando Princeps dedisset omnia debita alteri, & postea istū ad omnia sua bona restituisset: tunc ad illa iam data nō videtur restituere, nisi hoc exprimeretur, per d. l. 3. C. de sent. pass. vbi Angel. & dicitur in l. seq. in qua reliqua scribam, his nunc contentus.

Obligatio. Obligatio est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius rei solvendae secundū nostrae ciuitatis iura, §. r. Inst. de oblig. de hac obligatione loquitur l. nominis sup. eo. & l. vlt. r. & l. verbū erit. & l. Neos Proculo. inf. eo. & hic accipitur tam pro obligationibus actiuis, quibus agit quis, & habet alium sibi obligatum, quam passiuis, ob quas tenetur alteri, & conueniri potest: de quibus scripsi in tracta. de liter. obligato. art. 1. glo. 3. de obligatio. in 1. tomo commen. in consil. Reg. Gallicas. & quicquid ibi diximus, huc esset transferendum.

Et licet hic non exprimat actiones, tamen videtur concedi, quia obligationes actiones paritū personales, licet §. ea obligatio. ff. de procurator. Iason. in praefatio. in titulum de actio. Institui. ob id haec lex dicit tantum obligationes concedi, quia actiones tanquam partus, & filia, vt docto. nuncupant, sequuntur obligationes, ex quibus nascuntur. §. r. Inst. de actio. & si quis obligationem efficacem

Bona si per uenerint ad plures dominos debita quomodo soluantur.

Ad data el veri Princeps auferre & restituere videtur.

Contra iudices.

Obligatio definitio.

An bona concedendo actiones conceduntur concessa.

in aliquem habet, & actionem, vt not. in Iurifgen- tium. §. sed cum nulla. ff. de pact. Et inutile pene- cter beneficium Principis concessa obligatione, sine actione: quod esse non debet, regul. decet. de regul. iuris, in sexto.

Obligatus.

Obligatus, id est adstrictus, l. aliud est promitte- re. infra eod. in fin. iuncta. l. rei communis. ff. pro socio: vel obnoxius. l. si. de contrah. emptio. Obliga- torius, in l. Labeo. 2. §. 1. supra eod. & tractati in tracta. de literis obligat. que sunt instrumenta obli- gatoria. Quotuplex autem sit obligatio, traditur in §. 1. Instit. de obligatio. & l. 1. & toto tit. de actio. & oblig. ff. Obligationis onus ait Iurif. in l. procura- tor qui pro euictione. ff. de procura. ibi, obliga- tionis tamen onere pratoris auxilio releuabitur. Et magnum pondus sustinet debitor, maxime soluere non valens.

Pœna obligatio contrahitur ex furto, & aliis delictis, l. interdum fur, etiam manente pœna obligatione, in quibusdam casibus rursus obliga- tur. ff. de fur. & sic facit pro his que scribunt docto. in l. Iulianus. ff. de condict. indeb.

Concedere multipli- citer dici- tur.

Concedendo. Concedere enim est præstare, tribue- re, dare, vt hic: vnde Iurifconsultus ait, quod enim nullius est, id ratione naturali occupanti concedi- tur, l. 3. ff. de acq. rer. dom. & l. cum prator. de iudic. vbi in initio dare dicit, deinde concedere.

Et cōcedere & inhilere sunt opposita, vt probat lex, non alias. in si. ibi, vt si subducatur ministerium ei, non sit concedēda actio: si verò ex multis seruis de vno agatur, non sit inhilenda. de iud. ff. Et con- cedere interdū quis dicitur remittendo, lege, si do- mus. ff. de seruit. vrb. prædio.

Incorporata etia con- ceduntur.

Etiam ad incorporalia refertur, l. si cui simplici vsu via per fundum cuiuspiam concedatur, vel re- linquatur. ff. de seruituti. facit l. ex re fructuarij etia id intelligatur, quod ei fructuarius donauerit, con- cesseritve. de vsufruct. ff. l. si mihi. de seruitutibus rusticorum prædiorum. In de concedo restitutio- nem, in l. diui. ff. de pœnis. §. illud. & l. patri. de min. vbi exponitur pro præstare, donare.

Concedere peculium.

Concedere peculium, est administrationem rei peculiaris filio, vel seruo, cui conceditur, præstare, & permittere, l. qui fundus. §. seruus. ff. pro empro. l. non solum. de peculio. l. si filiusfam. r. ad Macedo.

Concedere pro permit- tere, indul- gere.

Concedo pro permitto, indulgeo, l. r. ibi, neque societas, neque collegium, neque huiusmodi corpus passim omnibus habere conceditur. ff. quod cuiusque vniuers. no. l. 2. in princ. ibi, præterquam quod lege, seu iure cōstituto, edicto, decretove Prin- cipum tibi concessum est, nequid in loco publico fiat. Et cōcedi solet, vt imagines, & statua, que or- namento recip. sunt futura, in publicum ponantur. l. fin. ff. de loco publico fruend. l. miles. r. de castr. pecul. l. semper. §. sed & si. ibi, non est irrationabile, vt concedamus filiorum educatione remitti tibi munera. ff. de iure immunita.

Concedere liberam res- tamenti fa- ctionem.

Concedo liberam testamenti factionem, idem. l. Paulus. §. patroni. ff. de bon. liberto. ibi, ob merita tua fidemque tuam, quam mihi semper exhibuisti, concedo tibi liberam testamenti factionem.

Concedere precario.

Concedere precario, pro constituere, l. r. & 4. in fin. cum l. seq. ff. de prec. vbi in vna dicitur precario concedere, & in altera constituere, & l. arboribus. §. vsufructu. ff. de vsufructu.

Concedo vt vis negotia- ri, manda- tum liberū notat.

Concedo vt vis negotiari, mandatum denotat liberum, Scæuola in l. creditor. §. penult. ff. manda. ibi, si autem necessitas alicuius talis erit, concedo tibi de omnibus meis vt vis negotiari, siue vendere vis, siue pacisci, siue emere, siue quodcumque ope- rari, vt domino entū in eorum me omnia firma esse à te facta existimante, & non contrarium dicente tibi ad vlla m operationem.

Concedo, transfero, l. r. ff. de const. Princip. vbi glo. exponit, & in §. sed quod Principi. Instit. de iure natur. gent. & ciuili, ibi, populus ei, & in eum, pote- licet Principem, omne suum imperium, & videri- statem concessit. l. vna, de offic. præfect. prat.

Concedere pro trans- ferre.

Concessit in fatum, vel fatu, id est mortuus est, l. 3. C. de iure delib. an. ibi, intra paucos dies mor- tis patris sui concessit in fatum.

Concedere in fatum.

Concedere pro accedere, ire, l. præuicatoros eos appellamus, qui causam aduersariis suis donāt, & ex parte actoris in partem rei concedunt. inf. eo.

Concedere pro accede- re.

Concedere aliis modis apud rhetores sumitur, vt apud eos quique videre poterit: interim hæc ex legibus nostris vobis concedo significationes.

Concessa, id est remissa, vel data, exponit glo. in lege omnium. C. de vctigal. ibi, vctigalia sibi af- ferunt esse concessa, & l. vnica. de collat. donat. lib. ro. Lucas de Penna in l. fina. in fine. de locatio. præ- dior. ciuiliu. lib. 11.

Concedere pro accede- re.

Concessa & donata, Pompon. in l. 3. in fin. si li- bertus ingenuus esse dicatur. ff. ibi, item quod ex re eius acquisitum est, reddere debeat: an verò etiam quæ cōcessa, & donata à manumissoribus amplexi sunt: quod magis est. Eo in loco concessa intelli- gūtur quo ad administrationem, donata verò quo ad proprietatem. Alibi etiam concessa in feudum, vel in emphyteusim, seu in pignus, vel quando ali- quod ius rei est translatum, sed non totum, donata autem, quando ius, & dominium translatum est, lege, cui ius est donandi, eidem & vendendi, & cō- cediendi ius est. ff. de reg. iur. vbi gl. & docto. & hoc intelligi pro materia poterit.

Donare & concedere differunt.

Concessio ipse cōcedendi actus: vnde si præses, vel procurator reipublice, permiserint in publico facere, Nerva scribit exceptionem locum non ha- bere: quia est locorum publicorum, inquit, ei pro- curatio data est, concessio tamē data non est, Vlp. in l. 3. §. plane. quod vi aut clam. ff. de iudic. gl. Archi. & Ioan. And. in c. fi. de vsur. in 6. vbi dicit hoc ver- bum generale esse, & accipi secundū naturam cō- tractus, cui adicitur: vnde non importat dominij translationem, per legem, vxori. ff. de leg. 3. §. fin. & legem si. de donatio. & l. cui ius est. de regul. iur. ca. pastoralis. vbi Innocentius & Barba. de donatio. l. si. in l. r. notab. r. de constitutio. Princip. nisi profere- tur in cōtractu habili ad trāsferendum dominium, & sic secundum materiam, vt plene scribit Felin. in cap. cum venerabilis. col. 2. de exceptio.

Concessio, quid, & an dominij translationem impor- tet.

Vnde si concedatur, quod possis omnia facere, quæ ego possum, si intercessim, hæc verba importat generale mādatum, teste Bar. in d. l. creditor. §. Lu- cius. ff. manda. decisio. Neapol. quaest. 305. in causa. & Alexand. consil. 28. in 6. v. Nisi ex præcedenti- bus vel sequentibus declararetur, vel ex coniectu- ris aliis, quas notant docto. post glof. ff. si cert. per. l. cum quid mutuū dederimus. vbi scribit, an do- nata pecunia censeatur, si dicam, tolle pecuniam, nec aliud appositum sit. Felin. quoque scribit in d. cap. cum venerabilis. de exceptio. & Alex. in lege, si donatione. num. 17. C. de collatio. Gomef. in §. sic itaque. nu. 9. de actio. Instit. Sed lex sequens plura hic concedere non permittit: ad eam pertrantura.

De clausu- la, concedo tibi vt pos- sis omnia facere qua ego possum, si intercessi, quid impor- tet.

CAIVS LIB. QVARTO AD Edictum Prouinciale. Lex xxij.

Plus est in restitutione, quam in exhibi- tione. Nam exhibere præsentiam corporis præbere: restituere est etiam possessorem facere, fructusque reddere. Pleraque præ- terea verbo restitutionis continentur.

Sententia

Restituere & exhibere quid, & differentia & quot mo- dis capiuntur, & phra- sis. Exhibere hominem.

Sententia huius legis, est, plus significare & con- tinere verbum restituere, quam exhibere. exhibere enim est præsentiam solum corporis præstare: resti- tuere est illum, cui restituo, possessorem facere, & fructus, aliaque reddere, vt in text. alibi definitur exhibere, est facere in publico potestatem, vt ei qui agit experiundi sit copia. l. 2. ff. ad exhibend.

Alio in loco dicitur exhibere, hoc est materia ipsius apprehendendæ copiam facere. Et tabulas testamenti exhibere quis debet, l. r. & 3. §. exhiberi. ff. de tabul. exhibend. Et interdicitum proponitur tuendæ libertatis causa, ne hominem liberum reti- neas, sed vt exhibeas, l. r. & per totū tit. ff. de liber. homi. exhibend. Exhibere enim est in publicum producere, & videndi, tāgendique hominis facultatem præbere, & proprie extra secretum habere. Vlpian. in l. 3. §. ait prator. ff. de libero ho. exhiben- do, & rubr. de liber. exhibend. ff. vbi interdicitum proponitur ei, qui filium in sua potestate existen- tem, vel vxorem, exhiberi sibi vult: vt in l. r. & 2. ibi dicitur: declarat Specula. in tit. qui filij sint legit. verif. competit. & in tit. de conuersion. infidelium. verif. exhibitio.

Item non competit hoc interdicitum contra iu- dicem, sed contra priuati, vt consiluit Alex. consil. 13. circa. num. 10. in 6. vol. Et quando fiat exhibitio parti, vel iudici, docet Dominic. consil. 98. saluato- ris, & c. mihi videtur.

Exhibere pudicitia.

Secundo capitur etiam pro ostendere, vel præ- bere. Periniquum esse videtur, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibet, id est non ostendit, nec præbet, non præfert, l. si vxor. §. si iudex. ff. de adult. l. vlt. in fine, de proxenet. ibi, est enim proxenetarum modus, qui emptionibus, & venditionibus, commerciis, cōtractibus licitis vti- les non adeo improbabili more se exhibēt. l. sed & reprobari. §. pen. vbi vult seipsum tribuens, vel ex- hibens. ff. de excusat. tut. l. si vbi glo. C. de adilitiis actio. & ista significatio est cōformis precedenti, vt vix separari ab ea valeat. nam qui ostendit, & ex- hibet, probat: ideo pro probare aliquādo capitur.

Exhibere reum.

Tertio exhibere reum, pro representare reum, in l. si quis reum. & per tot tit. ff. de custod. & exhi- bitio. reor. Et exhibere personas: in crimine adul- terij nulla danda diuatio est, nisi vt persona exhi- beantur, in crimine. ff. de adult. l. non tantum. de de iure fisci. Et his qui fugitiuos intra vincti dies, vel dominis reddidissent, vel apud magistratum exhibuissent, veniam in ante actum dedit. l. r. ff. de seruis fugit. in princip.

Exhibere pro alere.

Quarto significat alere, vt in l. r. §. si pupillus. ibi, qui aliter se exhibere non poterat. ff. de tutel. & ratio. distrahend. l. creditor. §. si inter. mand. ibi, onus exhibendæ vxoris, & c. l. pen. & vlt. de in rem verso. l. r. §. quid autem si ad instruendam, armandamve nauem, vel nautas exhibendos mutuatus est. ff. de exercitio. actio. l. r. in princip. ff. de off. præfect. vrb. lege, sed & si hereditas. §. plane. ad exhibendum. l. patre. quæ in fraud. credito. l. fin. de doli exceptio. Et non solum significat alere, sed & tractare: vt ex- hiberi is sine dedecore possit, l. Nescennius. in fine. ff. de negot. gestis. ibi, pone patrem eius peregre obisse, & matrem, dum in patriam reuertitur, tam filium quam filiam eius exhibuisse: iuncta lege, in eadem. ex quibus caus. maior. facit lex, quoniam. de testib. & lex, in sulum. §. penul. soluto matr. Inde exhibere familiam, in l. si patre. §. si domini. ff. de in rem verso. Exhibere seruos, in l. fin. ibidem. Exhi- bere parentes, & liberos, l. si quas à liberis. in princ. & §. à milite. ff. de liber. agnos.

Exhibere pro cedere.

Quinto pro cedere exponit gloss. in lege, si res obligata. in fin. de legat. l. ibi, vt actiones sibi exhi- berentur, quia antequam quis cedat, solet instru-

menta obligatoria ostendere, quæ demum cedit. Sexto est præstare, vt exhibere reuerentiam, le- ge, apud. §. aduersus. ibi, semper enim reuerentia exhibēda est tam viui, quam defuncto. de doli ex- ceptio. ff. lege, si hac. §. sed si ius. de iniur. vocan. Ex- hibere enim medicinam obstetrices videntur, l. r. §. r. de variis & extraordin. cognitio. l. si vt certo. §. nunc vidēdum. ff. commod. vbi primo vtrius ver- bo, præstatur, deinde exhibetur. Inde exhibendum cibum, & potum, & similia dicit Iurifconsult. in l. r. §. aequ. ff. de munerib.

Exhibere pro præsta- re.

Septimo exhibere vicem patrii, est parere, l. li- bertus. in princ. ibi, nec ad rem perinet, an operas patrono, vel ministerium capro luminibus exhi- beat, ad municipal. l. semper. §. hæc idcirco. ibi, cō- stituta sunt, vt necessariam operam publicis vtili- tatibus exhiberent, id est præstarent. ff. de iure im- munita. l. si non forem. §. liberus. ibi, sed si operas patrono exhibuit. de conditio. iudebiti.

Exhibere vicem pa- tris.

Octaudo exhibere ministerium, est seruire, l. li- bertus. in princ. ibi, nec ad rem perinet, an operas patrono, vel ministerium capro luminibus exhi- beat, ad municipal. l. semper. §. hæc idcirco. ibi, cō- stituta sunt, vt necessariam operam publicis vtili- tatibus exhiberent, id est præstarent. ff. de iure im- munita. l. si non forem. §. liberus. ibi, sed si operas patrono exhibuit. de conditio. iudebiti.

Ministe- rium exhi- bere.

Nono exhibere rationes, in l. boues. §. fina. infra eod. dicitur.

Decimo exhibere fidem suscepam est seruire fidem, implere promissā est stare promissis. l. r. §. si Iulius. ff. de var. & extraordin. cognitio. ibi, fidem suscepam exhibere paratus est. l. Paulus & Patro- ni filius. ibi, ob merita tua, fidemque tuam, quam mihi semper exhibuisti. ff. de bonis liberto. vel pos- sumus ibi interpretari, ob id quod mihi fidelis fuis- si, vt vulgò dicimus. Et exhibere humanitatem, pro humanè se gerere erga alium, l. r. §. ait prator. ff. de postulando, ibi, nec solum his personis hanc humanitatem prator solet exhibere, verum, & c.

Exhibere fidem.

Vndecimo exhibere, agere, & habere, l. r. C. de offic. præfecti Africa, ibi, quas gratias, & quas lau- des domino deo nostro Iesu Christo exhibere de- beamus, nec mens nostra potest concipere, nec lingua proferre. iuncta lege, quidam relegatus. ff. de reb. dub.

Duodecimo exhibitio, id est ostensio, præsen- tatio, l. 4. ibi, ante diem exhibitionis decefferit. ff. qui satisfare cogant. & aliquando pro degustatio- ne, l. 3. ff. de optio. legat. videre Roma. consil. 475. quo ad primum.

Et an instrumentum exhibitum & productum, sit in actis relinquendum, distinguit dom. Gemi. in consil. 98. saluatoris nostri. Nos tamen in forensi iudicio ita vitmur, vt instrumentum productum in actis non relinqui soleat, sed retento (vt practici dicunt) regresso, id est retento exemplo, recupera- tur originale, nisi de falso impugnetur: tunc enim etiam si redditum fuerit, est iterum producendum, l. fin. C. de fide instru. Alibi abundantius scribam: & de hac materia plene tradunt docto. toto titulo ff. & C. ad exhibend.

An instru- mentum p- ductum sit in actis relin- quendū, & quid ser- uetur in practica.

Annotandum est hoc verbum exhibere inter- dum referri ad personam, vt in rub. de liber. exhib. & rubr. de liber. ho. exhibendo. Aliquando verò ad res, vt in rubrica de tabul. exhibendis. Et res cor- porales exhiberi dicuntur, non incorporales, per istum tex. ibi, corporis, quia incorporales non pos- sunt videri, nec tangi, rubr. de reb. corpor. in Instit. & l. r. §. incorporales. ff. de rer. diuisio.

Exhibere & ad per- sonas & res refertur.

Notate text. hos qui loquuntur de hac dictione plus. Primo bona dici proprie non possunt, quæ plus incommodi quam commodi habent, l. prop- ric. infra eodem. vbi dicitur abunde, & phrasēs huius dictionis describentur. nam est peculiaris phrasīs Iurifconsult. dicere, plus est, id est amplius est.

Plus phra- ses huius di- ctionis.

verbum enim restituere includit exhibitionem & restitutionem.ideo plus est in restitutione, &c.

Præbere. Vide quæ scripsi de hoc verbo in l. i. ff. de offic. præf. vbi in meis no. interpre. vbi exposui pro præstare.

Declaratio rorius in ad Trebellian. Fideicommissarius possessor agit ante restitutionem.

Arrestum.

Eriam, de hoc verbo scripsi in l. mulieris. sup. eo. Facere possessorem, est transferre possessionem in eum, cui rem restituitur, vt dilucidius dicam in lege, verbum faciendi. inr. eo. vbi phrasas huius dictionis congeram multas.

Fructus an & quando quis teneatur restituere vbi.

Fructusque reddere. Et sic qui tenetur restituere rem, & fructus rei restituere debet, tū quod fructus sint rei pars. l. fructus. ff. de rei vindic. tum etiā quia verbum restituo est plenum verbum cōtinens fructus: vt hic, & l. quod si minor. §. restituitio. de minoribus. ff. Nemp cum verbum restituas in lege inuenitur, etsi nō specialiter de fructibus additum sit, tamē & fructus sunt restituēdi. Paul. in l. in condemnatione. §. i. infra tit. seq. l. fina. §. non solum. quæ in fraud. creditor. intelligite, quod quis tenetur restituere fructus ab eo tempore, quo tenetur restituere rem, si eam restituat: sed antequam rem teneatur restituere, non tenetur ad fructus rei, l. si stipulatus. ibi. postea. ff. de vsur. l. i. & l. ex diuerso. & l. fructus. ff. de rei vindica. Absurdum enim est quem obligari prius ad fructus, quam ad rei restitutionem. l. cum fundus. ff. si cert. peta. vbi Decius.

Iudex quādo ad expensas vel fructus non petitos condemnet.

Aduertendum est tamen iudicem posse condemnare ad fructus non petitos, si bonum ei videatur: si tamen non condemnauerit, non potest pars appellare, arg. l. ædiles. §. sciendum. ff. de ædil. edicto, nempe non quicquid permittitur iudicis potestati, subiicitur eius necessitati, l. nō quicquid. ff. de iudi. l. i. C. quōmod. & quando iudex. sic fuit decimam in parlamento Gratianiopolitano, vt asserit Guido Papa in decif. 405. Sempronius. quod est verum in fructibus lire pendēte perceptis, secus in perceptis ante litem: alioqui stultus est iudex, qui vltra petita condemnat, l. fin. C. de fideicommiss. libera. videre Socin. in l. fundum. in fi. ff. de except. & hodie iudex solet esse mutus in non petitis.

Si autem pars fructus vel expensas petierit, & iudex ad illos non condemnauerit, appellare tunc pars poterit, si illi fructus debebantur: quia in his iudex videtur absolueret, alioqui postea peti nō poterunt: vel si senatus in illis petitis non condemnauerit, absoluit, vt fuit decifum Burdegale, referente Boerio in decifion. suis, q. 18. ortum aliud. facit glo. sing. vbi addidi, in cap. fin. de rescript.

Restitutio bonis à Principe an fructus percepti debeantur.

Ex quo inferitur, quod à Principe ad bona olim sua restitutus, non videtur ad fructus perceptos ante restitutionem restitutus, nec eos habebit, nisi à tempore concessiois, quia ante restitutionem

non erant sua bona, ergo nec fructus. Sic intelligi debet text. in l. videamus. §. in Fauiana. ff. de vsur. & licet ibi quis alienasset in fraudem creditorū, id tamen prætor agit, vt perinde sint omnia, atque si nihil alienatum esset. facit lex, in cōdemnatione. §. i. ff. de reg. iur. & quod notat Bald. in rubr. C. de fructibus. & litium expens. Quamuis las. in l. i. iurandum quod ex conuentione §. fin. num. 19. col. 6. & seq. ff. de iur. iur. & in l. si. num. 17. versic. perpetuo nota. de constit. Principum. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 68. col. 13. de liber. & posthu. dicat contrariam opinionem in consulendo & iudicando tenendam: alioqui non fieret integra restitutio, nisi & fructus restituerentur: quod est verum quando post concessioem ad bona petitur restitutio. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minorib.

Sed vt dixi intelligite restitui fructus videlicet extantes. cap. grauis. de restitutione spoliatorum: cōsumptos verò & perceptos bona fidei possessor lucratur pro cultura. §. si quis à non domino. In l. i. de rer. diuisio. Igitur cum quis ex gratia restituatur ad ea bona, quibus fuerat priuatus propter delictum, & proprietate, & possessione, non restituitur eidem fructus percepti ante bonorum restitutionem, quia iure percepti fuerunt tunc, vt prædixi: alioqui auferrentur ab eo, qui iam est dominus illorum, & illos lucratus est: quod iniquum esset.

Intellectus ad athen. idem C. de heretic.

Nec obstat auth. idem de Nestorianis. C. de heretic. quia ibi loquitur secundum doctorem. ratione atrocitatis, & enormitatis criminis, vt aliqua poenam etiā sentiat restitutus. Secus ergo in aliis criminibus: nam in hoc crimine hæreses multa sunt specialia, quæ in aliis criminibus non procedunt, quæ alias cumulauit in interpretatione rubricæ de hæret. in 6. & inuenietis in interpretat. ca. primi. de prescriptionibus. Vel ibi loquitur de noua concessioe, non in restitutione, vt tradit Chassan. in consuetudine Burgund. in rubrica des iustices. §. s. glo. ff. s'il n'a grace. cui nō consentio, cum text. vtatur verbo restituenda, nec est ibi aliqua concessio, nisi iuris. Quare dicerem mecum facere text. illius auth. videlicet vt fructus rei non suæ non restituantur, antequam rei restitutio facta sit. Et licet loquatur in liberis, erit tamen ius commune in aliis, vt prædixi.

Impugnatur communis sententia, & nouatur.

Si verò is qui bona possidebat, illa non restituat facta à Principe indulgentia & restitutione, tunc venient fructus à die moræ incurse post Principis restitutionem. & ita seruat in forēsi iudicio, quicquid iactent docti in contrarium.

Item nō procedit in rebus acquisitis alicui, quas etiam non recuperat reus facta restitutione, quia non est verisimile, Principem tertio velle præiudicare, l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico. l. intercidit. de conditionibus, & demonstrationibus. l. fin. C. de repud.

An restitutus bona cōfiscata alicui domino recuperet.

Vnde si alicui Baroni bona fuerint confiscata, ea restitutus non recuperat, vt consuluit Anchara. consil. 161. viso diligenter. col. 2. Et maxime, quia in literis gratiæ hoc sic excipi solet in Regno Fræciæ, L'auons remis, & restitués, remissions, & restituons à ses bones fame, & renouance, au pays, & ses biens non confiscés. Ergo si fuerunt confiscata alicui dominorum, non vult ad ea restituere, vt etiam firmat Chassaneus in d. §. 5. in glo. s'il n'a grace. num. 142. post Bald. in fine principij rubricæ, hic finitur lex, & c. in feudis. vt plenè scripsi in rubr. de gratiis & indulgentiis, in ordinat. Reg. & ita iudicauit Senatus anno 1311. in mense Iunio pro D. Mambusson, vt in lib. viridi continetur, fol. 129. Etiam si solū ius esset acquisitū spe, & non re, cap. quamuis. de rescript. in 6. Aret. consil. 7. col. vi. Quia prædicta gratia seu restitutio interpretari debet sine præiudicio alterius, cap. ex tuarum.

Arrestum.

Arrestum de feudo ac busiro domino. Arrestum.

tuarum. de author. & vsu pallij. Et ob id si alteri Baroni essent bona sic acquisita, licet ea non accepisset, tamen ad ea non censetur restitutus delinquens. Et ideo fuit denegata restitutio feudi post acquisitionem domino factam, per arrestum huius Senatus contra Gerardum de Longuamena, anno 1330. etiam pro magistro Ioanne Bertou docto. in medicina, fuit pronuntiati cōtra Saguin Preuost, qui impetrauerat literas à Rege, quibus concedebatur, vt non obstat feudi denegatione, & vt Gallice dicimus, le defaueu du seif, quod postea retinere feudum, & illa inficiatio feudi eidem non noceret: sed cum suis literis fuit exclusus.

Restitutio minorū futurabilior quæ alia.

Hoc tamen dicunt non procedere, quando ius esset alteri acquisitum ex legis dispositione statum, vel ex ipsa iurisdictione, sine nouo hominis facto, vt in l. i. §. fin. ff. de bonor. posses. contra tabulas. l. sine libertus. de iure patron. gl. & docto. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu.

Hæc regula perdit officium suū in restitutione, quæ conceditur per viam iustitiæ, vt est illa, quæ datur minoribus, & illis de quibus agitur in rubr. ff. ex quib. caus. maior. nam etiā ad ius alteri quaesitum trahitur, l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minor. quia hæc restitutio tanquam debita dicitur fauorabilior, quam alia restitutio gratiæ non debita Bar. in l. cum quis. §. si quis pro reo. ff. de solutio. Nellus in tractatu bannitorum in i. parte tertij temporis quaestione 11. Curt. in conf. 50. memoria. num. 427. Et ideo patronus restitutus commodum edicij de in ius vocando sine venia saluum habebit. l. sed si hac. §. qui manumittitur. de in ius vocando. ff. dixi abunde in meis interpreta. ad illum titulum, ibi videri poterit.

Restitutio ob publicā utilitatem ampliat.

Secundo non procedit, quando restitutio fieret propter utilitatem publicam, vt quando rebelles restituuntur causa pacis habendæ: tunc etiam bona alienata habebunt, cap. 1. & ibi Panorm. notat. i. de parrochiis. Bal. in tit. de pace Constantiæ, in verbo priuilegia, & hoc quando fieret restitutio ad ea, quæ olim restitutus habebat: tamen illa quæ nunquam habuit restitutus, non habebit, per d. l. intercidit. de conditio. & demonstr. ff. faciunt ea quæ dixi in interpe. l. vnica, nu. 43. C. de senten. que pro eo quod interest. in præfatio. quia id quod in cōmune vile est, amphiari solet, l. si quis. §. vtrum. ff. de senatus con. Silan. Et sic restitutum factum tēpore in habilitatis cōualescet per restitutionem, teste Bald. consil. 243. quidam nobilis. in i. vol. Super hoc scribit Aegidius de bella Mera decifio. 743. conclusio. & decifio. seq.

Testamentum tempore inhabilitatis factū per restitutionem conualescit.

Tertio limitatur, si in restitutione esset clausula valde prægnans, videlicet restituo te ad omnia & quæcunque bona, quæ habebas ante confiscationem, vel in restitutione poneretur, quod nihil possit obici de confiscatione bonorum, imò nihil amittere te volumus prætextu dicti delicti, cum inde secutis: tunc ad bona etiam alienata per fiscum fiet restitutio, vt docet Cardina. & Imol. in ca. quia diligentiæ de electio. Felin. in cap. inter quatuor. de maioria. & obediens. & dicit Alexan. in d. §. & quid si tantum. hanc clausulam esse pro amico. idem consuluit Barbat. consil. 55. clementi. simum. col. 13. in 4. vol. & Curt. senior consil. 30. nu. 427. Anchara. in c. i. in fi. de successio. ab intestato. & tunc emptor illorum bonorum poterit à fisco pretium recuperare, ex quo ab illo emit, l. i. & 2. Cod. de quadrienn. prescriptio. facit glo. in l. si locus. ff. quem ad. seruit. amittant. l. mulier. in opus. de captiuis lo. de Montremitant in reperit. d. §. & quid si tantum. col. 39. & hoc quantum ad fiscum, sed non quo ad tertium, cui præiudicium fieri non debet, cap. quamuis de rescript. lib. 6.

Clausula pro amico in restitutione ponenda.

Et princeps restituendo condemnatum ad ipsa bona, & ad se defendendum inra annum à iure concessum, videtur reuocare donationem iam factam de illis bonis, vt asserit Boer. iudicatum Burdegale in decif. 65. sed aliud. quod est notandum: quia ista clausula in huiusmodi gratiis & restitutionibus inferi solent in Francia.

Arrestum.

Quarto restitutio non extenditur ad sedem, seu locum pristinum: ideo doctor restitutus non recuperat sedem primam, vel secundam, in qua erat, sed vltimus veniet, l. 2. §. restitutus. ff. de decurio. vbi dicit Barr. illam legem fuisse obseruatam tempore Romæ de Pepulis, in collegio doctorum Bononiensium. nam multi doctores fuerunt expulsi à ciuitate, postea à legato fuerunt restituti: tamen non recuperarunt pristinum locum, nec alia accessoria.

Doctor restitutus non recuperat suam sedem.

Quod non procedit, quando quis esset restitutus ciuitati, & collegio: secus si simpliciter esset restitutus, vel ad ciuitatem tantū, tunc non haberet eundem locum in collegio. ita probatur in d. l. 2. & Fortunius in d. §. & quid si tantum. num. 220. & Iol. in literis restitutionis scribi, Les restitutions, &c. au pays & à ses biens: non autem sit mentio de sede, nisi specialiter quis faciat describere. Tamen vidi in hac Parisiensi ciuitate restitutum ad suum pristinum locū rediisse: & hoc iure vtimur, nisi alteri esset collatus, tunc illum locū alteri collatum, vel cathe dram, restitutus non recuperaret, vt tradit Lucas de Pena in l. i. C. de his qui in exiliū dati col. 2. li. 10.

Testamentum ruptum non reintegratur per restitutionem.

Quinto non extenditur ad testamenta mortuorum, quia deficit vnum extremum habile, vnde si heres institutus fuit deportatus, & sic testamentum fuit irritum, lege si quis filio. ff. de iniust. rupto & irrito testam. postea restituatur, non restituetur ad iam ruptum testamentum. Anchara. consil. 161. viso diligenter. quaest. 2. facit quod notat Baldus. consil. 243. quidam nobilis, in primo volum. Et an possit quis restitui ad bona alienata clericis, videte per Matthæ. de Afflictis in decif. Neapolita. quaest. 361. monasterium.

Ante scientiam etiam restituito prodest.

Sexto beneficium restitutionis relegati seu deportati à Principe concessum acquiritur etiam ignoranti: vnde si amicus deportati impetrauerit restitutionem: & antequam deportatus sciuerit, aliquem actum fecerit, forte testamentum, valebit, licet nesciret se restitutum. text. & ibi Paul. & Soci. in l. quidam relegatus. ff. de rebus dubiis. Alexand. consil. 146. in causa. in 5. vol. glo. & Bart. in l. fin. C. de sententiam pãsis.

De cōdemnatis & restitutis ad libertatem, an ad debita teneantur.

Septimo si quisquam fuerit poena seruus effectus, & indulgentia Principis consequatur libertatem, non idcirco dicitur rediisse in obligationem creditorum, l. seruus. ff. de action. & obligat. quod secus esset si ad bona etiam restitutus esset, vt prædictum est, quod facit pro condemnatis ad remos trahendos, & postea restitutus, vt si ad bona non restituantur, ad debita & credita non videantur restituti. quod probat. l. Princeps bona. supra, sumendo à contrario.

Octauo ista literæ remissionis, seu gratiæ non verificantur nec comprobantur nisi coram iudicibus Regiis, vt Senatus censuit anno 1416. in mense Iulij, cōtra bailiū sancti Dionysij. Alia dicā in ordinatio. Regiis in rubr. des graces, pardons & remissions.

Litteræ gratiæ coram quibus verificentur.

Postremo restitutio non porrigitur ad aliam rebellionem, vel delictum: vnde si dux vel capitaneus cum suis fuerit restitutus, & inter illos erat vnus, qui alias fuerat rebellis, forte trans fuga, eundo ad hostes Regis, ad hoc nō videtur restitutus, nec remissa ista rebellio: sed illa tantum, quam fecit cum isto duce: nec de alia videtur Rex etiam per verba generalia cogitasse: ideo ad incogitata hæc remissio.

Arrestum. Restitutio non porrigitur ad alia delicta.

no non extenditur. l. qui cum tutoribus. §. 1. ff. de transacionib. l. marer. de inoff. testamento. Nam impetrans abolitionem delicti secundi à Principe, si non faciat in ea mentionem primi homicidij cōmissi, illa gratia non iuuatur, vt belle docet Bald. in l. 3. C. de episcō. audien. & Barba. in cap. super literis. de rescrip. vbi gratiam factam pro secundo homicidio non prodesse dicit, nisi impetrās mentionem fecerit de primo: refert & sequitur las. in l. nec damnosa. C. de precib. Imperat. offerend. col. 2. & vidi multos cum sua gratia suspensos.

Gratia secundū hominidij debet facere mentionem primi.

Et inspicienda est causa impulsua concessio: nam cōcessa extitit remissio generalis causa pacis facienda inter Principes, non obstante hac rebellionē: ergo de alia non cogitauerunt.

Item quando sunt duæ excommunicationes, vna absolutio non sufficit, quando omnes causæ in ea non exponuntur, in ca. cum pro causa. de electio. Bart. & alij in l. de pupillo. §. si pluribus. col. 1. ff. de oper. noui nuntiatio. & ita iudicauit Senatus Patiens. anno 1337. mense Octobri.

Arestum.

Pleraque præterea verbo restitutionis continentur. Sed quæ sunt illa? Responde quæ scripta sunt in l. fina. infra eod. vbi sic dicitur, restituit non tantum qui solum corpus, sed etiam qui omnem rem conditionemque reddita causa præstat.

Et restituere is videtur, qui restituit id quod habiturus esset actor, si cōtrouersia ei facta non esset, l. restituere. infra eod. vbi forte alia dicuntur: & quod modis capitorum verbum restituo, in l. restituere. 2. infra eod. scribam.

Restitutio respicit possessionem & peritoria.

Notandum est, verbum restituere respicere etiam petitorium, vt existimat Federic. consil. 283. consilium. & Alexand. consil. 43. visis. in princ. & docto. consil. 655. viso. col. 2. vnde si iudex datus fuerit vt cognoscat super talis domus restitutione, poterit etiā de petitorio cognoscere per prædicta: nisi laico cōmittatur super restitutione beneficij: nam quia ad petitorium est inhabilis, de eo non cognoscat. glo. in clem. dispendiosa. de iudic.

Restituitur quis, vt agitur.

interdum quis restituatur, vt agat, l. 2. ff. de exceptio. rei iudic. & ad actionem. l. si plures. in princ. de fidei iussoribus. de his in tracta. meo de restitu. & de releuamentis in 2. tomo consil. Regia. in commentar. dixi.

Plena restitutio & gratia à Rege concessa quæ operatur.

Insuper quid operetur si Princeps concedat plenam restitutionem, vel plenam gratiam? Tunc & remissionem poenæ, & bona videtur concedere, teste las. in l. posthumo. col. vi. C. de bon. poss. cōtrabul. faciunt notata per Panormit. & alios in cap. conquestus. de foro comper. quia illud nomē plenum auget gratiam, vt abunde dicam in l. Herennius. infra eod.

Pleraque, plerique, plerumque.

Pleraque, id est præter & vltra supradicta: plura alia continentur verbo restitutionis hoc vult dicere text. De hoc verbo præterea est text. in l. inter illam. in fin. infra eod. præterea. ff. de rei vindicatio. l. præterea. si quis ommissa caus. testam. & aliis multis legibus.

Præterea.

Plerumque autem quid significet, scripti in l. interdum. infra eod. vbi alia.

Præter.

Præter verò includit, quando sequitur orationem negatiuam, sed post affirmatiuam, excludit,

gloss. in cap. Ebron. 13. q. 2. Bald. in cap. dudum. secundo, de election. Vel ponitur exclusiue, quando ponitur inter res separatas, quarum vna aliam comprehendit, vt inter genus & speciem, alias contra, l. Scio. §. vxori. vbi Bart. ff. de annuis legat. & in l. 1. in fin. ff. de pign. actio. glo. in §. quod si aliter. §. sicut. in verbo præterea. de electio. in pragma. & in titul. de his qui in missa non complent credo. Roma. conf. 328. præfens consultatio. Collecta. in cap. tua. col. 2. de deci. de Ripain cap. cum M. 13. notab. de constitutio. Barba. in clem. vnica. col. 1. de summa trinit. Limitat Iacobi. in l. si eum. §. qui iniuriarum. col. vlt. ff. si quis cautio. quando absonus resuleret intellectus: vt si statuto cautum sit, vsurarium non posse pro libra capere præter duos denarios, nil capere poterit. glo. sing. in verb. facere. clem. vnic. de vsur. vbi addidi. Præter vel contra quando fieri dicatur, videte in l. non dubium. C. de legi. per Feli. in cap. causam. col. 1. de re iud.

Præter vel contra quæ do fieri dicatur.

VLP. LIB. DECIMO QVARTO ad Edictum Lex xxij.

Rei appellatione & causæ & iura continentur.

Suprà dictum est in l. rei appellatio. eo. tit. rei appellationem generalē esse, & plus continere, quam pecuniæ nomen: nunc Iurisconsultus fulius rei nomē profequitur dicēs, rei appellatione & causas, & iura contineri: quod vile est. Nā si quis rem teneatur restituere, non liberatur eam restituendo, nisi & causam rei restituat, id est omnem habeat petitor quod habiturus fuisset, si eo tēpore quo iudiciū acceptum est, restituta res illi fuisset, l. præterea. de rei vindicatione. ff. l. cū fundus. in prin. si cert. petat. Et ideo si post litem contestatā mancipia, vel iumēta deperierint, aut pecora, dānari possessor debebit, quia potuisset petitor restituta hereditate, vel re, ea distrahisse, l. illud. ff. de petito. hered.

Rei appellatione quæ veniant.

Etiā si hominem quis restituere tenebatur, restituet eum cum omni causa: ideo & partus veniet in restitutionē, & partuum fructus: adeo hæ causæ veniunt, vt si per eum seruum possessor adquisierit legis Aquilia actionem, restituere cogendus sit, l. Iulianus. in 1. §. 1. de rei vindic. ff. & l. si de possessione. C. vnde vi.

Causa rei qua sit.

Et causa dicitur partus, & partuum partus, & fructus fructuum. glo. solennis in l. sed & partus. ff. quot met. caus. quam notat Felin. in cap. inter dilectos. col. 2. de fide. instr. & las. in d. l. cum fundus. in fine principij: hoc etiam pulchre declarat rex. in l. quæsitum. §. fin. de leg. 1. & l. quæsitum. §. si seruitute. de preca. l. pecuniam. in fin. ibi, sed cum sua causa, id est vt ratio habeatur quanti tua inter fuerit pecuniam eo loco, quo cōuenit, dari. ff. de compensa. l. domum. C. de rei vindic. & aliis quæ in prima significatione adducuntur.

Rei appellatione iura continentur.

Item rei appellatione iura rei continentur, vt pote seruitutes: nam seruius rei debita dicitur ius rei, l. prætor. §. est præterea. ff. de bo. aut or. iud. possid. l. 2. de preca. l. non solum. §. ad iura. de alien. iudic. mutand. caus. facta. ff. l. quid aliud. & l. si fundum. & l. pecuniæ nomine. infra eod. Quare ob rem seruitus deberet, & sine re esse nō potest, l. 1. ff. commu. prædio. l. iura. quemad. seruit. amit. Ideo qui restituit rem amissa seruitute, quæ domui debebatur, non dicitur rem restituissē, quia iura rei non restituit: & qui rem restituere tenetur, & causam rei, & iura restituere adstringitur, cum ista rei appellatione contineantur per hunc text.

Causa qua sit hic.

Et dico causam, id est omnia, quæ causa rei veniūt, & eius causa dominus habere potuisset, & iura etiam

etiam ratione rei prouenientia: vnde vi deiectus quicquid damni fenderit, recuperare debet, pristinam enim causam restitui debet, quam habiturus fuisset, si non esset vi deiectus. Vlpian. in l. 1. §. qui autem vi. & §. pristina. de vi & vi armata. ff. & in §. non solum. ibidem dicitur, Vitianum referre, in hoc interdicto omnia quæcunque habiturus, vel affecturus is erat, qui vi deiectus est, si vi deiectus non esset, restituenda.

Glo. intellexit ad text. restituitur.

Gloss. intelligit hunc text. in libello concepto in omnibus rebus, vt & corporalia & incorporalia intelligantur, §. 1. Inst. de reb. corpor. & incorpor. quod vtrum putat Bar. in libello supplicatorio, in quo supplico Principi iudicem mihi dari super omnibus rebus, quas corā eo petiturus sum: sed in libello conuentionali non habet locum, quia fatuus esset reus, qui talem libellū reciperet. Nam generalis libellus reiciitur, nisi in petitione hereditatis, tutelæ, & aliis similibus, l. 1. & ibi gloss. & docto. ff. de edendo. Ideo si petam rem, non dico venire seruitutem debitam, secundum glo. in l. fundum. supr. de exceptio. Et hoc si actione personali actum fuerit, dicit Bar. secus si reali, lege, via. §. fundus. de seruitutibus rustic. præd. ff.

Et quādo dubium esset, an veniat seruitus, tunc non venit, vt dicit Alberic. & ita intelligitur d. l. fundum. Sed hic non agitur de petitione in iudicio magis quam de supplicatione, sed generaliter loquitur iste text. quod si res mihi restitui debeat, etiam ius rei mihi restituetur. Et idem in causa, vt res cum sua causa restitui debeat, & sic generaliter non specialiter intelligitur, vt glo. dicit, quod ad interruptionem, quæ petita vna re in aliis sit, l. fin. C. de annali exceptio.

Dicitur tamen hæc generaliter intelligi debere: vt si dono talem rem, videor donare & ius rei, & causam quæ proniet ex illa re post donationem: vel si hodie tenebar restituere rem, puta vineam, quam postea per annum detineo, si deinde, post annum scilicet, volo eam restituere, non sufficit solum, sed oportet & fructus, & alia emolumenta rei restituere. & sic intelligitur text. nam hi text. huius tituli & sequentis generales sunt, nec debent ad vnum casum restringi, sed ad omnes, quibus conueniant, adaptari.

Causa multis modis sumitur.

Causa. Notandum est hoc nomen causa multis modis in iure nosse sumi. Et eius significationes separare difficile est, quia multoties significationibus duabus continere potest. Sed vos sequentes a qui bonij: cōsultite, tum propter amplitudinem, tum propter vtilitatē, nam multi textus declarantur ex huius dictionis intellectu, vt inferius constabit.

Causa pro accessione & augmento.

Primò hic accipitur causa pro accessioe & augmento: & ita sumitur in rub. ff. de vsur. & fructibus, & causis. & in rubr. C. de partu pignor. & omni causa. & l. ait prætor. §. per hanc actionem res restitui debet, cum sua scilicet causa, & fructus, nō tantum qui percepti sunt, verum etiam qui percipi potuerunt. ff. quæ in fraud. cred. l. qui restituere. ibi, vt fructuum duntaxat, omnique causa nomine condemnationis fiat. ff. de rei vindicatio. l. quæsitum. §. plane. de precar. Et in eadem causa restituas, lege, illud. in fin. ff. quod met. causa. l. fructuario. si vsufructus petat. l. & post litem. §. primo, familiarē circūcund. Alia iura superius proxime adduxi.

Causa pro quaestione.

Secundò pro quaestione & lite, quam Cicero in topicis vocat, rem positā in disceptatione & controuersia: & hoc probatur in rubr. C. vt intra certum tempus criminalis questio terminetur. iuncta l. 2. & vlti. vbi quod in rubr. dicitur questio, in illis duabus legibus dicitur causa. & in l. causas. C. de transactio. & l. vnica, de senten. aduers. fisci cum latis. lib. 10. C. & in l. si ante. ff. iudic. sol. & in l. ibi, inant-

dita causa, de requir. reis.

Inde pecuniaria causa, quæ non sunt criminales, sed ciuiles, l. fin. de ferri. ibi, pecuniariis causis, quamuis gloss. eo loco aliter exponat. facit l. 1. ver. nam quoniam, quæ senten. sine appell. rescindant. & ita capitur in rubr. de liberali causa. & rubr. an per aliu causæ appellatio. reddi possit. & in rubr. apud eum à quo appellatur, aliam causam agere compellendum: & in titulo de causa postel. & proprie. secundum Lanfranc. & alios interpretes ibidem: & sic etiam sumi potest in rubr. vbi causa status agi debeat. iuncta l. 3. vlti. & penult. ibidem, vbi dicitur questio. & in rubr. in quibus, caus. militantes fori præscrip. vt possit. & in rubr. seq. vbi causæ fisco. iuncta l. 1. cū seq. & in rubr. vt causæ post puber. adf. tutor. & in rubr. he liceat in vna eademq. causæ terriō pronoca. C. & eodē fere modo vntur iurisc. causis ciuilibus, & pecuniariis, & sic accipiunt.

Causa pecuniaria & d.

De causa possess. pro quaestione & lite.

Hinc etiā causa dicitur criminalis, quando agitur de crimine, vt in l. 2. & l. criminales. C. vt intra certum tempus crimina, quæst. terminet. l. propeandum. in princ. C. de iudiciis, & ibi docto. in rub. & in rubr. de iudic. extra.

Causa criminalis.

Ciuilis autem causa dicitur, quando de crimine non agitur, sed de rebus: vel si de crimine agatur, non agitur ad criminis poenā, sed ad id quod parris interest. & sic intelligitur titul. quando ciuilis actio crimin. præiud. & ordinatio Regia art. 9. & seq. vbi dixi in cōmen. ad titu. de contum. in 3. tom. consil. Reg. Et in quibus differant causæ ciuiles & criminales, tradit Hippolyt. in §. expedita. num. 62. cum seq. in sua præf. crimin.

Causa ciuilis.

Vnde dicit Isidorus relatus in ca. forus. de verb. signific. causam dici à casu, quo venit. est enim materia & origo negotij nedum discussionis examine patefacta, quæ dum proponitur causa est, dum discutitur iudicium, dum finitur iustitia.

Causa vnde dicitur.

Hinc causidicus causas agens, aduocatus, l. quifquis. C. de postul. cuius officium est laudabile, vitæque hominum necessariū, & maxime Principibus premiis oportet remunerari, l. laudabile. C. de aduoca. diuerso. iudic. & non minus prouident humano generi, quam si patriam, parentesq; præliis, atq; vulneribus saluarent, l. aduocari. C. de aduoca. diuerso. iudic. licet apud sciolorum praxim ignorantibus paruo sint in pretio atq; honore: neque enim dulcedinem officij gustarunt, dicam tamen de his in constitutionibus Regis alia.

Causidici officium laudabile.

Quidam putat dici causam à Græco uoxibus quod combustionem & ardorē significat, cum causa sit quæ accenditur, atque inflamatur ad agendum. Inde uoxis instrumentum, quo putridæ carnes aduruntur, Latinis cauteriū, chirurgis instrumentum notorium. Alij à chaos causam deducunt remota aspiratione, quod confusa illa materies & rudis omnium rerum principium fuisse traditur, vt nunc causa est: quod parum probo. Alij à caudō: quæ omnia grammaticis relinquo.

Vnde causa dicta.

Tertio causa pro re, vt ex causa peculijs res comparata est, l. iusto. §. si cum apud. ff. de vsucapio. iuncta l. ait prætor. §. ij plane. ex quibus causis maior. & l. 2. §. si seruus. de vsuca. pro empto. vbi quod in vna lege dixit causam, in alia rem. Idē accipitur in rubr. C. si in communi eademq; causa in integ. restit. postul. & in rubr. ne quis in sua causa iudic. iuncta l. vna. ibi, in re enim propria iniquū admōdum est alicui tribuere licentiam sententiā. Inde causa efficiens, vt per Aristotel.

Causa pro re.

Quartò pro actioe, gl. in §. 1. Instit. de actio. facit rex. in l. creditores. iuncta l. si cui. ver. quod si ex peculiari causa. supr. eo. vbi quod dixerat creditorem & debitorem esse ex quacunque actione, postea dicit ex peculiari causa. & in rubr. si ex noxal. causa aga.

Causa pro actione vel obligatiōe.

aga. vbi docto. sic exponunt. videte tamen l. i. ibid. & iudicare, quia causa & actio differunt, vt habetur in dicto §. 1.

Causa pro utilitate, propter. Quinto pro utilitate, l. i. §. plenius enim causam bonorum hic accipimus pro utilitate. ff. si quis testa. liber esse iuss. fuer. l. si quis ita. §. 1. de statuliber. ibi, nam per omnia causa statuliberi applicatur, lege, item veniunt in princip. de peritio. hered. vbi si rem causa hereditatis quis emat, id est pro hereditate, vel ad utilitatem hereditatis, sed si sui causa, id est ad suam utilitatem, vel propter se. d. l. item veniunt. §. denique.

Et causa reipub. absens, in rub. de vxor. militum, & cor. quare reipub. causa absint. iuncta l. i. ff. ex quibus caus. maior. & rubr. si tutor vel curat. reipub. causa absterit: vel potest exponi causa, id est ratione vel nomine rei publicae.

Causa pro specie. Sexto pro specie exponit Hostiensis in cap. cum dilecti. col. 3. de accusat. per l. qui cu. §. si. ff. de tranf. ibi, de aliis causis cum aduersario pacto tranfegit. vel potest accipi ibi de aliis causis, id est quaestioibus, rebus factis, quam de quaerela. nam ignorabat illam sibi competere. facit l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aquil. ibi, ius est in causa positum, id est in facti specie. & in l. in executione. in princip. ff. de verbor. oblig. vbi causa ponitur pro specie & casu: quia postea exponitur in versic. prima species. & in l. lex Cornelia. §. sed patri. ibi, in lege Cornelia filius familias agere potest ex omni causa. ff. de iniuriis. id est ex omni casu, & facti specie. Sic accipitur in rub. de feriis & dilatio. & diuers. tempor. earum, & ex quibus caus. feriae non impediuntur: iuncta l. 2. ibidem, vt inferius plenius dicam.

Causa pro materia. Septimo pro materia: inde ex eadem causa proposita est doli exceptio, ex qua de dolo actio. l. 2. in princ. ff. de doli exceptio.

Vnde ca nulla subest causa, ex promissione non oritur actio. l. iurigentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. vbi scripti. Nec potest petere quis id, quod sibi promissum est sine causa, d. l. 2. §. circa qua Gallice *occafion* vocamus. l. si stipulatus esses a me sine causa. ff. de fideiuf. licet glo. aliter ibi exponat. & inferius dicitur differentia inter causam & occasione.

Causa pro casu, facto vel modo. Octavo pro casu, facto, siue modo, d. l. 2. §. 1. ff. de doli exceptio. vbi, videamus in quibus causis locum habeat exceptio. & in d. §. circa. in princ. ibid. & in rubr. C. de naturalibus. libert. & ex quib. caus. iusti efficiant. & in tit. in quib. casib. tutor. vel cura. habentur. vel curat. dari potest. C. iuncta l. penul. ibidem. vbi in rub. scribitur casibus, & in l. penult. causis. & in rub. quib. ex caus. ferri pro premio liberta. accipiunt. & in titulo. in quib. caus. cessat logi temp. prescriptio, & in rub. in quib. caus. colo. censiti dominos accus. possunt. lib. 11. & §. alio versic. sed quia. Instir. quib. mod. testam. infir. licet glo. ibi exponat pro differentia: quod in princ. vocat modum, postea casum, demum causam appellat. l. praetor edixit. §. 1. ibi, ex quibus causis publica sunt iudicia, ex his causis non esse nos prohibendos quominus priuato agamus. ff. de iniuriis. l. si quis. §. quaesitum. ff. si quis cautio. ibi, specialiter causa exceptionum expressa sunt. & in titu. in quib. caus. in integ. restitutio non est necessar. & in quib. ex caus. maior. & in quib. pignus vel hypoth. tacite contrahit. C. & quib. modis pignus vel hypoth. soluit. & quib. mod. vlt. fr. amittatur. quod vna rub. dicit causis, alia modis, & in rub. quib. ex caus. in possessio. ear. & l. cognitionum numerus ex variis causis descendit. de variis & extraor. cognitio. & l. 1. §. quod autem. ff. de offic. praefect. vrb. & multa vobis allego iura, vt multa sic intelligantur, vt quando ea videbitis, in eis non dubitatis.

Causa pro conditione. Nono causa pro conditione dicitur, vt in eadem

causa, id est in eadem conditione, l. qui autem. §. 1. quae in fraud. credit. ff. vbi initio dicit in eadem conditione, deinde in eadem causa. Et fideiussor non potest in darioem causam obligari, l. hi qui. ff. de fideiussorib. & in l. fideiussor obligari. §. 1. ibidem. vbi dicit darioem conditionem fideiussoris fieri non posse: & sic causa pro conditione capitur, & in l. si a reo. in prin. ff. de fideiuss. & l. nō solet deterior conditio eorum fieri, qui litem contestari sunt. ff. de reg. iur. & in l. alia causam esse nouationis dicit, & deterioem causam. de nouatio. gloss. etiam in l. cu. quaerebatur. ff. iudica. sol. exponit: videte tamen & iudicate. Et in re pari potioem esse causam prohibentis constat, l. Sabinus. ff. commu. diuidundo, & ff. si ex noxal. causa agat. vbi in l. i. exponitur.

Causa pro iure. Decimo pro iure: vt creditor consentiens venditioni rei sibi obligatae, ius suum remittere videtur, nisi salua causa pignoris cōsenferit, id est saluo iure pignoris, l. si debitor. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. soluit.

Causa pro contractu. Vndecimo causam pro contractu exponit text. in l. 1. §. debitorum ex quacunque causa potest constitui, id est ex quocunque contractu. ff. de const. pecu. & glo. in l. 1. ff. solut. matr. & in l. quod in heredem. §. eligere. de tributo. actio. & in l. certi conditio. ff. si cert. petat. quod in princip. dixit, ex omni causa, deinde ex omni contractu.

Causa pro ratione. Duodecimo causa pro ratione capitur: vt testis causam sui testimonij dicere teneret, ca. cum causam. de testib. alias testimonium nō valet, l. solam. Cod. de testib. & utilitatis causa receptum est, id est ratione utilitatis, l. 1. §. per feruum. 1. ff. de acq. poss. & in ius vocare est iuris experiendi causa vocare, l. 1. ff. de in ius vocan. & causa naturalis in iure repetitionem, l. 3. in fin. quod quisque iur. l. naturaliter. de conditio. indeb.

Causa & ratio differunt. Licet sit inter causam & rationem differentia, quia ratio est gerendorum ordo ex causa venientia: vnde causa sine ratione esse potest, & ratio sine causa sine ratione esse potest, teste loan. Mona. in ca. fin. de iura. calum. lib. 6. plura congerit Socin. in repetitione. ad audientiam. art. 2. vers. assumo nunc. & c. de homic. facit lex prima, ff. soluto matrim. vbi gl. multas huius dictionis causa expositiones tradit, quas in ea videre poteritis: vbi causam dotis pro dote ipsa text. forte potest dici accepisse, vt postea explicare videtur, dū subiungit: Nā reipub. interest dotes, & c. quod initio dotis causam dicit, dotem postea nominat, l. si. ff. de pactis. dotalibus. & l. 1. de iure dotium. & sic accipitur in rub. de aliena. iudicij mutantur. causa facta. id est ratione vel occasione iudicij mutantur.

Et diuersa causa, id est diuersa ratio, l. 2. §. locorū. nequid in loco publ. ff.

Causa pro euentu. Decimotertio causam iuris, pro euentu exponit glo. & ibi Alber. in l. cum vetus. ff. que in fraud. credito. ibi, nisi id in fraudem creditorum creditorum factum sit: & causa iuris occurrat, qua creditorum fraudes rescindi solēt. Vel exponi potest causa pro decisione & casu, quia per decisionem & casum iuris creditorum fraudes rescindi solent, vt toto illo titulo est videre.

Causa pro occasione. Decimoquarto pro occasione, qui enim causam damni dat, damnum dedisse videtur, l. qui occidit. §. fin. ff. ad legem Aquil. l. praetor. 2. in fi. vbi bono. raptor. l. si quis sumo. ibi, magis causam mortis dedisse, quam occidisse videtur. ff. ad legem Aquil. & l. ita vulneratus. ibidem, & in rubr. ff. quod met. causa. & in l. 1. & per totum eundem titulum, & nihil interest vtrum quis occidat, an causam mortis praebeat. l. nihil interest. ff. de scar. & in rubr. de his quae vi metus caus. fiunt. l. 2. §. fin. ibi, vel causam praestiterit. ff. si quis cautio. & l. fina. qui satisficere cogant.

cogant. & l. alienationis. infra eod. l. generaliter. §. proinde. ff. de fideicommiss. libera.

Causa & occasio differunt.

Est tamen inter causam & occasioem differentia, nempe causa est propinqua, & rationalis, occasio vero remota, & interdum irrationabilis, l. fugitiuus infra eo. causa ius respicit, occasio factum, doct. in cap. solitr. de maior. & obedientia. Quod facit ad statuta & ordinationes loquētes de causa: nam de propinqua intelligi debent: at si de occasione, de remota, l. filium. §. videamus. in fine. ff. de bono. posses. contra tabu. c. Petrus. de homicid. Sic consiluit Socin. consil. 136. pro fundamento. col. vlt. volum. 2.

Causa pro iure. Interdum etiam causa pro remota sumitur, & occasio pro causa, glo. & Panor. in c. discretionem. de eo qui cognos. consangu. vxor. suae. l. semper. §. erant & alij quidam occasione nautarum. ff. de iure in munita. Iurisconsult. in l. 1. de doli exceptio. sic ait: ideo autem hanc exceptionem praetor proposuit, ne cui dolus suus per occasione iuris ciuilib. cōtra naturalem aequitatem proficit. l. Arrianus. ibi, si habeamus occasioneem ad negandum. ff. de actio. & obligatio. & bona occasio scribitur in l. nam vt ait Pedius. de legib.

Causa pro gratia seu contemplatione. Et nauigandi causa in nauis esse exponit Iurisc. in l. vnic. ff. furt. aduers. nautas. sic dicens, nauigandi causa sic accipere debemus eos, qui adhibentur, vt nauis nauiget. Et de occasione videt text. in l. capienda occasio. & l. non est singulis. de regul. iur. infra, & l. 1. §. est Heliopolitana. ibi, per belli ciuilib. occasioneem de censib.

Causa pro gratia seu contemplatione.

Decimoquinto causa capitur pro gratia. lege, si longius. §. fin. ff. de iudic. vbi quod in princip. dixit studiorum gratia, deinde scribit studiorum causa. lege tertia, in fine. ff. de testib. ibi, testimonij gratia. & in rub. ff. & C. v. in possessio. legat. seu fideicom. seruandorum causa esse licet. iuncta l. is cui. §. 1. qui prior. ibid. & C. si in causa iudicati pign. capt. sit. vel ibi pro ratione rei iudicatae, vel propter rem iudicatam interpretari possumus, & in titulo de incol. & vbi quis domicilium haber. videtur, & de his qui studiorum causa in alia ciuitate degunt, lib. 10. facit l. ylua. §. integra. & l. carera. & l. pupillus. §. decuriones. infra eod. & §. 1. Insti. de lege Falc. & l. 1. ibi, publicae utilitatis causa. ff. de loco publico fruendo, l. denique. §. idem ait. ibi, celandi gratia, quod vi aut clam. iuncta l. i. quis sit fugitiuus. §. illud. ibi, celandi causa. de aedil. edicto. l. praetor edixit. §. 1. de iniuriis. l. 1. §. nautam. ibi custodiae gratia. nautae, caupo. stab.

Gratia vxoris parata.

Ideo causa vxoris parata dicitur, id est gratia & contemplatione vxoris, vel in eius vsum, l. Quintus. 1. & l. cum in testamento. cum l. seq. ff. de auro & argen. legato. licet glo. ibi pro favore intelligat. facit l. qui exceptionem. ff. de condit. indeb. & fere in idem recidit.

Gratia vxoris parata.

Et causa reipublic. absens dicitur, gratia ipsius reipub. cui succurritur, si laedatur, per in integrum restitutionem. l. 1. & per totum. ff. ex quibus causis maior. & causa & gratia pro eodem capiuntur, vt probat l. cum qui ita. §. qui sibi. ibi, non acquirēda obligationis gratia, sed solutionis causa. ff. de verb. obligat.

In maleficiis causa quomodo accipiat.

Si vero causa ad maleficioem referatur, accipienda erit pro animo & mente, l. Praetor edixit. §. 1. ibi, quod tu venenum dedisti hominis occidendi causa. ff. de iniuriis. l. 1. & l. 3. ff. de scar. vbi quod dixit causa occidendi, postea dicit animo. l. verum. ibi, causa faciendi. iuncta l. qui ea mente. de furt.

Causa pro beneficio.

Sed notandum est causam plerumque, cum referatur ad personam, capi pro beneficio, vt l. 2. ibi, venditoris causa cauetur. ff. de l. commissio. iuncto l. sed si plures. §. in arrogato. ibi, arrogatoris bene-

ficio. de vulg. vel pro gratia & contemplatione, vt superius scripti: & difficile est separare has significationes conuenientes.

Causa pro titulo.

Decimosexto causa pro titulo, iure, l. 3. §. item si non. ibi, ex quacunque enim causa constituitur est vltus fructus. ff. de vi & vi arm. l. si dno. in princ. vti possidet. ibi, ego possideo ex iusta causa, & ex causa lucratiua, dicit text. in l. omnes. 1. ff. de actio. & oblig. & l. si ager ex emptiois causa ad aliquē pertineat. de rei vendi. & l. nec vllam. de peritio. hered. iuncta l. cogi. C. illo titul. & l. 1. soluto matrimo. & in rub. si quis omnia causa testam. vbi pro titulo & iure iurisc. interpretatur, & in l. 1. §. non quaerimus. ibidem, iuncta l. mortis causa capitur. ibi, certe enim & qui hereditario, aut legatari, aut fideicommissi iure cap. ff. de donat. causa mort. l. sequitur. §. sed hec persona. de vlt. cap. l. cum solus. & l. non solum. in prin. ibidem, vt causa donationis, vel causa lucratiua, §. si res. Inst. de legat. l. 3. & l. si ego. §. partus. de Publicia. in rem actio.

Vnde ex pluribus causis dominium quis assequi non potest, l. 3. §. ex pluribus causis. ff. de acq. possessio. l. non vt ex pluribus. de regul. iur. & quod est meum ex vna causa, ex alia causa meum fieri non potest, ca. inter. in fin. de fide instrum. §. sic itaque. de actio. in Instir.

Mutare causam possessionis.

Et mutare causam possessionis dicit Iurisc. in l. rerū. in fin. ff. de vlt. ca. licet ibi glo. exponat causam, id est naturā, sed difficile esset mutare naturā possessionis: arg. l. cu precario. ff. de precar. facit l. pacta. de contrah. empr. l. quod meo. de acq. possess. Et genera possessionum tot sunt, quot causae acquirēdi, d. l. 3. §. fin. & si quis vacuum possessionem tradi promiserit, non nudum factum hanc stipulatio cōtinebit, id est nudam traditionem, sed causam bonorū, id est utilitatem, vt vi frui possit habens possessionem. Ista est causa bonorum: & sic promittēs vacuum possessionem domus, teneret non solum tradere rem, sed etiam facere quod illa traditio mihi proficit: alioquin esset simplex factū: & ita puto intelligendā l. in cōventionalibus. §. 1. de verb. oblig. licet multa de hac re iacet Renald. Andegauens. in suo tracta. de eo quod interest. fol. 78. post glo. & doct. ibi.

Intellectus ad l. in conuentionalibus. de verb. oblig.

Decimoseptimo sumi potest pro nomine, vt legari causa, id est nomine legati, l. homo. §. si iussu. ff. de acq. rer. domi. ibi, aut ex dotis nomine, aut ex legari causa. l. 1. ff. quib. ex caus. in possess. ear. & l. iurisc. in conuentionalibus. §. 1. de verb. oblig. licet multa de hac re iacet Renald. Andegauens. in suo tracta. de eo quod interest. fol. 78. post glo. & doct. ibi.

Causa pro nomine, gratia, ratione vix discernitur, quando capiatur.

Decimo octauo causa pro onere: vnde alienatio cum sit, cum causa sua dominium ad alium tranfserimus, l. alienatio. de contrahenda emptio. Et dicimus successorem ex persona auctoris vt re, cum sua suisque vitiis, id est accessione & onere, l. Pomponius. §. 1. ff. de acq. possess. gloss. in l. si mater. C. de instir. & subtit.

Causa pro onere.

Decimonono pro statu, cōditione & natura vt ea est causa operari, l. si nō fortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. vbi Zazius pro hoc allegat l. permisceri. ff. de acquir. possess. vt sic intelligi debeat: cui non asserirem, quia ibi pro questione seculite exponendum text. purarem: sed probat text. in l. electio. §. si. ibi, & in eadem causa sit, vt in integrum restitui possit. ff. de noxal. actio. l. clam. ff. de acqui. possess. facit l. si plures. ibi. in eadem causa praetor restituere potest. ff. de vi & vi armat. l. mulier. de captiuis superius dictum extitit.

Causa pro statu & cōditione.

Vigesimo

Vigefimo causa pro obligatione exponitur, in l. v. supra. infra eod. ibi dicitur.

Causa pro suspitione metu.

Vigefimo primò dicitur causa mortis donatio, id est suspitione mortis, metu mortis, vel propter mortem, & sic intelligitur rubr. de donatio. causa mortis. iuncta l. 2. & l. fenatus. §. mortis causa. ibi, extra suspitionem periculi, & ibi etiam dicitur metu mortis, & l. mortis causa capimus. & l. mortis causa capitur. ibi, cum propter mortem alienius capiendi occasio obuenit. ff. eod. titulo, vel sic exponi potest, causa pro occasione.

Causa pro hereditate.

Causa pro impulsu capitur, & est duplex.

Vigefimo secundò causam pro hereditate exponit Imperator in §. igitur. de pupillari substi. in Inst. Vltimò causa capitur pro eo ex quo, vel propter quòd aliquid fit, & pro impulsu ad aliquid agendum: qui si desit, actio cessat: & vocatur quedam causa impulsiva, in ca. cum cessante. de appellat. onibus: vt fuit Calphurnia, quæ causam edicto dedisse videtur, ne mulieres postuler. l. 1. §. sexum. vbi dixi, de postulan. ff. alia finalis. glo. sing. in l. 2. in fin. ff. de donat.

Vnde si pater puellæ matrimonij causâ, ac dotis dederit Titio centum, vt is matrimonium contrahere nolit, quasi non secuta causâ, dos ab eo reperitur, quia hic causâ finalis cessat. facit rubr. ff. de conditio. & demonstratio. & causis & modis eorum, quæ in testamento scribuntur. & in l. demonstratio. in fin. ibidem. rubr. C. de falsa causâ adiecta legato. l. quod Seruius. & legibus seq. ff. de condit. causa data: qui titulus debet sic intelligi, vt datum ob causam aliquam. causa nò secuta, repetatur per conditionem ob causam, vt habetur in titu. C. de conditio. ob causam dator. & in rubr. de condition. causa data. ff.

Declaratur rubr. de vobis. causa data, & de condit. ob turpem causam, & sine causa.

Interdum quis ob causam donat præteritam, interdum ob rem futurâ, l. damus. ff. de conditio. indebiti. & tunc accipitur causa pro impulsu, occasione. & sic intelligi debet Bartol. in l. 2. §. fin. ff. de donat. Aliquòd ob causam turpem aliquid datur, & de hac loquitur rubr. ff. de condit. ob turpem causam; nempe turpis causa impellit ad dandum, & repetitur datum, quando sola accipientis turpitudine versatur, l. 2. cum seq. ibidem. Quòdque aliquis promittit sine causa, id est sine ratione, occasione, & materia: sed tunc obligationem condicere potest, non quantitatem, quam non dedit, l. 1. ff. de conditio. sine causa. Et super illa fundatur cancellatio instrumentorum, quæ fieri petitur in Francia: de quo scripsi in tracta. de liter. obligato. artic. i. in secundò tomò commenta. in confit. Reg. Et nihil refert vt um ab initio sine causa quid datum sit, an causa, propter quam quid datum sit, secuta non sit, l. nihil. ibide. n.

Cancellatio instrumentorum super quo fundatur.

Plus petere causa quid sit.

Item causa quis plus petere dicitur, cum aliquid in genere, vel sub alternatione debetur, & rem in specie, vel vnum præcisè petat, §. plus autem. Insti. de actio. cap. vnicò. de plus petitio. notat. etiam in l. vnicò. C. illo titulo.

Quando causa mel ligatur finalis vel impulsiva.

Causa dicitur omne generans, & aliquid produccens, vel impellens: genitum verò dicitur effectus, teste Lanfran. in rubr. de caus. postel. & propriet. in clem. Et causa est quoddam præteritum, vel in futurum, quo impellimur, vt aliquid disponamus. Bart. in l. demonstratio. §. i. in prin. ff. de cond. & dem. Et in iur. accipitur pro causa propinqua & fin. per glo. ff. in d. l. 2. in fine. ff. de donatio. & supra scripsi: secus si causâ ab homine exprimat: tunc enim intelligitur de impulsiva. Perus. in cap. cum cessante. de appellatio. Et proprie pro impulsu animi ad aliquid faciendum, vel disponendum, l. 1. §. sexum. ff. de postul. Nemo potest commeatum, remearumve dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causâ, l. relegati. in fine. ff. de pœnis. Bart. & Socin. in d. l.

demonstratio. §. i. Bald. in rubr. C. de instituto. & substituit. vnde Iurisconsultus ait, factum non queritur, sed causa faciendi, l. verum. ff. de furr.

Si quis quenquam in iudicio fisti promiserit, in eadem causâ debet eum sistere, id est ita sistere, vt actori persecutio loco deterior non sit, quamuis exactio rei possit esse difficilior. licet enim exactio difficilior fuerit tamen dicendum est videri in eadem causâ stetitisse, l. si quis quenquam. ff. si quis cautio.

Et generale est hoc nomen causa multa complexè, & passim in iure, & cæteris disciplinis magnus est eius vsus. Rogo interea vos lectores, si aliquando vnum text. adduxerim ad vnum effectum, & tamen melius conueniat alteri, nolite stomachari: quandoquidem cum hæc describerentur, multa fuerunt transposita, non solum in hac dictione, sed etiam in aliis plerisque, quæ postea impeditus negotiis grauioribus non potuissent in ordinem redigere, atque plane & ex animi sententia recognoscere: qualia tamen vobis me prælegere voluistis, & grata fuerunt, talia nunc vobis offero: quod munus qualecunque sit, æquo animo atque hilaris vultu suscipite: si enim vobis gratum sit, & cæteris spero fore non iniucundum.

Postremò quærendum videtur, cum causâ multas (vt audistis) significationes habeat, in qua potissimum accipi in dubio debeat. Respondeo, Quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum accipiatur, quæ rei gerendæ aptior est, l. quoties idem sermo. ff. de regul. iur. vbi Decius ait, verba intelligenda secundum subiectam materiam: allegat Panor. in cap. exhibita. in 2. nota. de iudic. & alios, vt ibi per eundem. Atque ita illa significatio accipitur, quæ melius congruit dispositioni. l. 1. §. si is qui nauem. versic. sed si sciente. de exercit. actio. ff. Et si pluribus significationibus conuenire possit, propria & magis accommodata accipi debet, l. non aliter. ff. de legat. 3. Bar. in l. omnes populi. in 6. principali. ff. de iustitia & iure.

Et in materia odiosa, & (vt dicunt) exorbitanti, stricta debet accipi significatio. Mathesilla. not. c. 5. not. mirabilem. aliisque modis capitur, qui sigillatim euumerari facile non possunt, vt in simili dicit Iurisconsultus in l. sed & si per prætorum. §. item inquit. ff. ex quibus caus. maior. alia scripsi in l. ne minis. §. verbum ex legibus. supra.

Inde causari, est causam, vel occasionem assumere, & excusationem aliquam adferre, l. generaliter. §. proinde. ibi, nec causari debere, quod illi minus relictum sit. ff. de fideicom. libera. l. denique. §. nec referre. quod vi aut clam. ibi, hoc enim posse quem causari etiam post aditam hereditatem. Et causari tempestatem, est allegare pro causa tempestatem, l. 2. §. si quis tamen. vbi gl. ff. si quis cautio. Vel causari tempestatem, in causam adducere tempestatem, & quod tempestas fuerit causa, cur id factum non sit. Et causari iudicatum per gratiam, id est dicere per gratiam esse iudicatum, & pro causa sua id allegare, l. si seruus plurium. §. i. ff. de legat. 1. Et ne quis causari possit ignorantiam literarum, id est excusare allegando ignorantiam literarum, l. sed & si. §. proferbere. de iustitio. actio. ff.

Causaria missio est, quæ propter causam conceditur, & quæ propter valetudinem à laboribus milites soluit, l. 2. §. ignominig. ff. de his qui notant. infam. l. sed & milites. §. qui autem. de excusa. tuto. l. milites agrum. §. causaria. ff. de re milit. l. 1. de excusatio. veteran. C. & est triplex, vt ibi scribitur. Causarij milites, missi ex causa, vt ibidem constat.

Causa cadere est succumbere, & admittere causam. auth. habita. ne fil. pro patre. C. §. si quis agēs. instituit. de actio.

Authoris excusatio.

Causa qua significatio ne regulari ter accipitur.

Causari.

Causari tempestatem.

Causaria missio.

Causa cadere.

Causam

Causam in vinculis dicere.

Causam in vinculis dicere, est in vinculis, & carcere iudicium subire, & in carcere detineri, donec criminis quæstio peragatur, l. 2. vbi Budæ. ff. de castro. reo.

Causa lucrativa.

Causa lucrativa dicitur titulus donationis, vel legati, & ex testamento, & alij sine onere accedentes tituli, l. ex promissione. ff. de actio. & obligat. l. 1. §. lucrativa. C. de impo. lucrativa describ. lib. 10. Non lucrativa verò, vel onerosa causa dicitur, titulus venditionis, & ex promissione dotis, d. l. ex promissione. & d. l. 1. §. si verò. & §. si res alienata. Inst. de legat. quando res cum onere habetur, & non cum lucro simpliciter.

Causa publica.

Causa publica, vbi de publico agitur commodo, vel quia reipublica interest: vt crimina puniri, lege, ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. si longius. de iudic. lege secunda. §. fenatus. de iure fisci.

Causa tributaria, & tributaria.

Causa tributaria, id est tributorum, collectarum, l. aufertur. §. vt debitoribus. ff. de iure fisci. ibi, excepta causa tributaria, & stipendorum. Vel tributaria, cum in tributum, id est in ratam portionem diminuitur venit cum creditoribus, vt in rubr. ff. de tributo. actio. & Insti. quod cum eo, qui in alie. potesta. §. introduxit.

Causa alimentaria, annona.

Causa alimentaria, cum de alimentis agitur, l. cum hi. §. si eadem. ff. de transact. Causa annona, super annonâ, d. l. aufertur. §. vt debitoribus. de iure fisci. ff.

Causa liberalis.

Causa liberalis, quæ super libertate mota est, l. 3. §. diuus Adrianus. ff. de iur. fisci. l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de arbitr. l. de minore. in fin. de quæst. rub. ff. & C. de liber. causa, id est quæstio, lite, & iudicio libertatis. facit l. Pomponius. & l. inter. ff. de re iudi. & superius dixi. Et iudiciu liberale, super libertate, l. si quis ne. ff. de quæst. vt pote quando mouetur quæstio status, liber an seruus quis sit, & si hic iuste seruus sit, vt pote natus ex ancilla, aut ad pretium participandum iure venditus, vt in titu. de iure perso. in Insti. non illi liberum est ad libertatē proclamare, id est libertatē petere, vel ad eam peruenire. probat l. ianua. l. pen. ff. quibus ad libert. proclam. non licet. l. hæc oratio. si liberus ingenuus esse dica. & in l. 3. de libera. causa. Vlpian. dicit in libertate in vindicare.

Proclamare ad libertatem.

Propria causa.

Causam propriam dicimus, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquo suo nomine pertinet. l. 1. §. in propria causa. ff. quand. appelland. sit.

CAIVS LIBRO SEXTO AD Edictum Prouinciale. Lex xxiiij.

Nihil aliud est hereditas, quã successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit.

Hereditas est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit: vnde vtilitas est, quod qui hereditatem habet, succedit non in quibusdam rebus hereditariis, sed in omnibus corporalibus, & incorporalibus: & sic tenetur soluere debita, & credita illi etiam soluuntur Pro illa tamen parte ora succedit, est obnoxius creditoribus hereditariis, l. 1. C. si certum perat. Et illi duo in vniuersum ius succedunt: & qui succedit de iure ciuili, dicitur heres: si autem de iure prætorio succedat, vocatur bonorum possessor, l. in pari causa. §. ei qui. infra titulo proximo. Quia ius prætorium non potuit heredem facere. §. quos autē. Insti. de bon. possessio. Sed in effectu idem est heres & bonorum possessor, quia vterq; in vniuersum ius succedit, heres quidem iure ciuili, alter verò iure prætorio.

Heres & bonorum possessor qui dicitur.

Mulier nò lucrativè partem hereditatis mariti.

Mulier lucrativè partem dimidiam quæstui mariti ex consuetudine huius patriæ, sed non dimidiã hereditatis, quia non ex opera, sed ob meritum accedit, l. quæstus. & l. seq. ff. pro socio. Chassa. in cõ-

uet. Burgund. in tit. de drosi. & c. §. 2. glo. vlt. de iusta hereditate scribit text. in l. 3. ff. pro socio, & ego in l. iusta. infra eo. & vxorem debita soluere teneri pro dimidia, idem scribit Chassa. §. 9. glo. ff. de totis debtes. ibidem.

Et fideicommissarius vniuersalis non succedit in vniuersum ius directè, sed per restitutionem, & quarta ab herede detrahitur Trebellianica, per totu tit. ff. ad Trebell. Quamuis de consuetudine Regni idē ius sit in eo, quod in herede, quia vterq; dicit se fassum, & in possessorio concludit etiam ante restitutionem, vt scripsi in tract. de mater. possess. artic. 9. in 3. tomò cõment. in confit. Reg. Gallicas, vbi adduxi arestum.

De hereditate aliam tradit definitionem Cicero libr. topico. 3. Et sic patet quis sit heres, vt sit is, qui in vniuersum ius succedit: legatarius verò quia si vnus rei successor. Iurisc. Papin. in l. cum heres in ius omne defuncti succedit. ff. de diuers. & temporalib. prescrip. l. iulia. l. si rem legatam. de except. Et non solum heres, sed generaliter hi, qui in vniuersum ius succedunt, heredis loco habentur, secundum omnium sententiam. vt in simili dicit Iurisconsultus in l. ex mille. in fin. ff. de iustitio.

Limitatur in actionibus non respicientibus patrimonium, sed personam defuncti. ista enim cum persona defuncti intermoriuntur ante litem contestatam. l. pœnalia. infra titulo proximo, l. omnes pœnales. de actio. & oblig. ff.

Aliquando hereditas improprie accipitur: vt si quis dicat, dono tibi hereditates meas, mes heritages, non potest paganus, non miles, plures habere hereditates. l. 1. ff. de test. milit. Quia hereditas est successio in vniuersum ius, vt hic. Et sic consuluit Bertrand. confi. 140. ex themate. col. 2. in §. vol. secundum nouam editionē. Sed debet intelligi, mes heritages, id est bona quæ iure hereditario habuit ex variis successioneibus: quia pluribus potest quis succedere, & hereditatem à quolibet habere. ideo vocantur Gallicæ successions & heritages: quod est notandum ad intellectum cõmunis vsus Franciæ. Nempe hereditas quedam est materna, quam à matre quis habuit, l. patrē. ff. quæ in fraud. credit. quedã est paterna, quam à patre, l. pupillus. ibid. De hereditate loquitur l. 3. supra eod. & l. alienationis. ac l. intestatus. & l. hereditas. 1. & l. delata. l. peruenisse. & l. pecunia. 2. §. 1. & l. bonor. appell. 2. infra eo. sed ad heredē non plus iuris trãsfertur, quam testator habuerit, l. nemo plus iuris. infra titul. proximo: & cum in heredem datur actio, quatenus ad eum peruenit, sufficit si vel momento ad eum peruenierit ex dolo defuncti. l. cum prætor. ibidem.

Heres quis & legatarius.

Hereditas improprie quando capitur.

Hereditas paterna & materna.

Hereditarius.

Res hereditaria.

Hereditationis nomine.

Hereditaria portio.

Hereditaria negotia.

Hereditaria obligatio.

Hereditaria actio.

Hereditarius creditor.

Hereditarius debitor.

Hereditaria insula.

Hereditaria causa. Hereditaria pecunia. Hereditaria sepulchra.

Primogenitus ex procapio nihil soluit.

Arestum.

Hereditas patris non datur nec adimitur.

Hereditas nomine non venit aditam.

Declaratio tituli de hereditate vel actio. veda.

Debites pluribus succedentibus quomodo debita solvantur.

Nihil aliud.

quid ergo. ibi, infulam fulciero hereditariam. Hereditaria causa. l. filius. ibi, egoq; hereditariam causam peregi. ff. de inoffic. testamen. Hereditaria corpora. l. non tantum hereditaria corpora. ff. de petit. hered. Hereditaria pecunia. l. etiam. §. plane. & litem veniunt. ff. de petit. hered. declaravi in l. pecunie. supra eo. facit l. propemodum. infra eo. Hereditaria sepulchra. quae quis sibi hereditibus suis constituit. l. familiaria. ff. de religiof.

Et quando primogenitus succedit cum suis fratribus, & habet aliquod praecipuum. aduante Gal li vocant, an pro illo praecipuo solvere teneatur creditoribus hereditariis, dicit D. Ioanes le Cirier in tracta. de iure primogeniturae, libr. 2. quaestio. 5. quod sic. per l. secundum naturam. ff. de regul. iur. Tamen contrarium fuit iudicatum in hoc senatu me presente in magna Camera, cum illud praecipuum sit ei aequum praegatu, ex quo nihil soluitur. l. 1. C. si certum petat. ibi, non pro modo emolumentum. facit l. qui pecuniam. de statuliber. & quia illud habet, non vi successione, sed cohereditum.

Item hereditas, vt iuris periti aiunt, non potest pacto dari vel adimi, l. hereditas. C. de pact. conuen. quia non potest quis pacisci, vel repudiare, quod non habet: nam hereditas ante mortem non habetur, cum sit successio in vniuersum ius tempore mortis, l. hereditas. infra tit. proxi. Vide quae dixi artic. 3. glo. 2. ou les heritiers. nume. 27. & seq. in tract. de liter. oblig. in primo tomo comment. in consti. Reg. Gallicae.

Quae an hereditatis appellatione veniat non adita consuluit Bald. consi. 314. quaedam sunt in 3. volum. venire. sed videndum est. nam si constitutio loquatur de hereditate vendenda, disponenda, & in alium transferenda, tunc hereditas adita significatur: quia ante aditionem alienari non potest, vel transferri: & ita intelligitur totus titulus de hereditate vel actio. vendita. & l. hereditatem. ff. de donario. & si petatur a possessore hereditas, vt in titu. ff. de petitio. hered. & C.

Aliquando loquimur de hereditate alio respectu, & tunc intelligitur secundum eum de hereditate nondum adita, vt cum dicimus hominem liberum hereditatem nobis acquirere non posse, l. liber homo. ff. de acquir. rerum dominio. Et cum dicimus rei hereditariae factum non fieri, l. hereditariae. ff. de iur. & in l. 1. §. vereres. de acq. possessio. l. seruus hereditarius. de stipula. seruor. & rub. de acquir. here.

Ideo hoc nomen hereditas accipietur pro hereditate adita, si materia illi conueniat: pro non adita, quando ad non aditam pertinet: & de vtraque, si vtrique non refragetur. & sic est communis loquendi vsus, qui attendi debet, per l. librorum. §. quod tamen Casius. ff. de legatis tertio. Vnde dicit Iurifconsultus de hereditate non adita, hereditate pro domino haberi, in l. liber homo. §. 1. ff. ad legem Aquil. & alibi, loco domini habetur hereditas, l. si ante. ff. de inuero. actionib.

Item si plures vni succedant, aliqui in mobilibus, & conuestibus, alij in immobilibus, quomodo debita solvantur? fuit dictum in senatu anno 1502. inter D. de la Porte, & D. de Thumeri consilia rios, quod dispositiones testamentariae mobilia concernentes: & debita solvantur per habentes mobilia & conuestus, quandiu sufficere poterunt: alia vero super bonis paternis & maternis. Ibi alia dicta fuerunt, quae videri poterant. Videre quae scripti in l. hereditas. infra cod. vbi alias utilitates afferam.

Nihil aliud. Notanda est phrasia Iurifconsulti. dum ait, nihil aliud est hereditas, de qua in l. hereditas. infra titulo proximo. Et nihil aliud est actio, quam ius persequendi in iudicio, quod sibi debe-

tur, l. nihil. ff. de actio. & oblig. Sed actionem simpliciter definiunt imperator in §. 1. de actio. in Institur. facit l. commendare nihil aliud est, quam deponere. infra eo. Nec vero dum Iurifconsulti. hac locutione, nihil aliud videtur, significari putetis, aliud olim fuisse, quam nunc sit, vt dicit glossa in d. l. nihil ff. de actio. & oblig. sed tantum est dicere simpliciter, quantum nihil aliud: sed ad ornatum saepius Iurifconsulti vsi sunt hac phrasia.

Interdum ea etiam veniunt per interrogationem, vt l. quid aliud sunt iura praediorum, nisi praedia qualiter se habentia. infra eo. Aliquando vt totum comprehendant, nequid aliud praestare debeam, l. si cum fundum. infra cod. l. Sabinus. ff. de contrahen. emp. & nihil aliud querendum. l. si ipsa. ff. quod metus causa.

Quandoque dictio nihil sola ponitur, & tunc negat. l. minus solum intelligitur, est nihil esse solum. & l. verbum amplius. ibi, nihil debetur. l. venisse ad heredem nihil intelligitur. l. inter haec verba. ibi, nihil, interest. & l. cum bis extus. ibi, nihil refert. isto ritu. De clausula nihil agit, & nihil facit, scripti in l. Labeo. 2. in fin. princip. supra eo.

De dictione nihilominus, scripti in l. portus. infra eodem.

Successio, aut ex testamento est, aut ab intestato, §. fin. per quas personas nobis acqui. in Institutio. Successio ex testamento est, quae fit ex dispositione testatoris, in vniuersum ius quod habuit defunctus tempore mortis, vt hic, & de hac loquitur titulus de testam. & de hered. instit. & alij quamplurimi. Successio ab intestato est, quae obuenit nobis a lege, aut consuetudine, sine hominis promotione, & loquuntur multi tituli iuris, videlicet vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, & de successorio edito, & per consuetudinem defertur successio in hac patria in proximos, qui non possunt repelli a successione sine ingratitudine, & aliis causis, §. causas. vt cum de appella. cognos. colla. 8.

Et haec successio filius vel heredita dicitur, l. fin. de bon. damna. ff. & quasi debitam dicit glo. in l. 2. C. de iur. & facti. ignoran.

Successor est qui alicui succedit, l. heredis. 2. infra eo. l. si quis. §. 1. & l. quaedam. ff. de eden. Et successores heredum, in l. annuum. ff. de annuis lega. Et quidam sunt successores honorarij, qui de iure pretorio succedunt, l. haec actiones. ff. ad Velleia. Alij legitimi, qui a lege ciuili, vt in tit. de ius & legit. her.

Item quidam est successor vniuersalis, qui in vniuersum ius succedit, vt hic: alter vero singularis, qui in vna rem, vel aliquas res, de quo in l. aut praetor. 2. cum l. seq. ibi, etiam si in rem successerint. ff. de iure iur. & l. fin. de except. rei vend. Et successores sunt, non solum qui in vniuersa bona succedunt, sed & hi, qui in rei dominio successerunt, l. fluminum. §. adicitur. ff. de damn. infect. De his abunde scripti in §. declarantes. in verbo successores. de manda. aposto. in concord. Franciae.

Successor alieni criminis, quis non constituitur, id est pro alieno admissio quis non punitur. l. crimine ff. de poenis. Sed poena suos teneat auctores, scribit Imperator in l. sancimus. ff. de poenis.

Succedaneus, etiam dicitur, qui succedit, vt in l. si plures. §. penult. ff. de administrat. tuto. ibi, plane si non consentiant tutores praetori, sed volunt omnes gerere, quia fidem non habent electo, nec volunt succedanei esse alieni periculi.

Successum dicitur alicui, quando ei abrogatum est imperium. l. 2. ff. ad legem Iuliam maiestatis, secundum Budaeum ibi, quod simpliciter non videtur verum. Nam potest ex causa criminis laese maiestatis, vel alia abrogatum esse imperium alicui, vel finito tempore administrationis, puta anno elapso,

Nihil.

Successio duplex.

Filius ingrati repellitur etiam a successione consuetudinaria.

Successor.

Successor honorarius & legitimus.

Successor vniuersalis & singularis.

Succedaneus.

Successum alicui quomodo dicatur.

Succedere multis modis usurpatur.

Succedere verbum commune.

Vniuersum pro omni.

Vniuersitas bonorum seu rerum.

elapso, & nondum collatum forsitan erit, & sic non erit successum, & tamen erit abrogatum ei imperium. Ideo dici debet successum esse alicui de iure, quando finitum, vel remotum est ab aliquo imperium, & alter in locum eius successus est: probat l. meminisse autem oportebit vsque in aduenum successoris omnia debere proconsule agere. ff. de offic. proconsul. vbi requiritur successoris aduentus.

Succedere pro sufficere, venire, subire, subiici: & interdum dicitur de bonis, vt in l. sciendum. infra eo. vel de iure, vt hic. Aliquando respicit personam, vt in l. proponatur. ff. de iudic. quandoque locum, qui in alterius locum succedunt. ff. de reg. iur. l. quaedam. §. nihil. de edendo. & l. actione. ff. pro socio. l. indicata. in fin. de except. rei iudicatae.

Succedere pro substitui, l. Claudius. ff. qui portio. in pign. habet. vbi prius scribit substituitur, postea succedit. & in l. cum secundus de distractio. pigno. Succedit pro subrogatur, l. 2. in fi. ff. de poen. ibi, constat postquam deportatio in locum aquae & ignis interditionis successit. & l. si prior. in princip. §. si tertius. qui portio. in pigno. habet. Succedere, euenire, contingere, in l. 3. §. hoc autem. 2. ff. de liber. exhib. ibi, & succedere poterit notio pretoris. Heres non succedit societati, id est non remanet, non durat societas cum herede, nec post mortem ad illum transit, l. adeo. ff. pro socio. Succedit in res alienam defuncti, id est ad debita defuncti tenetur, l. furri. in fine. ff. de his qui not. infra. Succedit in locum litis contestatae iurandum, l. sed & si restituitur. §. ex quibus. ff. de iudic. id est cedit, vt exponit Iuramētum etiam. ff. de iur. iur. Vbi habet vim contestationis, vt abunde explicat de Petruia in suo tract. de virib. iura. in 68. effectu. Et quot effectus habeat litis contestatio, cumulatim in tracta. meo de effectu. litis contesta. dicam in l. vt sunt. infra eod.

Succedat est verbum commune, allegatur text. in l. quaedam. §. nihil. ff. de edendo, cap. Raynutius. de testa. Bald. in l. vlt. col. fin. C. de sacros. eccles. & consi. 296. praemittendum in 4. vol. & Soc. consil. 117. viso. in 4. vol. Barba. consi. 32. sapienter in fin. in 2. volu. las. consil. 134. in causa. colu. 1. vol. 1. post Barr. & alios in l. centurio. ff. de vulg. Et quia haec materia successioneum est ampla, sufficiat vos reuocare ad ea, quae scribuntur in locis communibus, & de success. ab intesta. Scripsit Din. in suo tract. de v. bald. & Ang. de Gambellio, & alij plures super hoc ediderunt tracta. ad quos recurritur. Et hanc materiam aliquoties redegi in summa & copendiu.

Et quo iure sint introductae successiones, docet Christo. de Castello. in sua disput. & Philipp. de Casolis in repetit. rubr. de testam. & Alex. consi. 75. in 1. volum. & abunde Benedict. in repetit. cap. Raynutius. in verbo & uxorem. de testam. Et de successione Regum tractat Guil. Montferat. in tracta. de successoribus Regum. De successoribus alia dicam in l. heredis. infra eod.

Vniuersum, id est omne, vel totum, l. solent. iuncta l. seq. ff. de iurisdic. omnium iudicum. vbi quod in vna lege scripterit vniuersum, in altera omnem scribit: idem in l. ei qui. ff. de petit. hered. Vniuersa cognatio elucidatur in l. pronuntiatio. infra eod. Vniuersitatem quandam bonorum appellatione sicut hereditas demonstrat, l. bonorum. infra eod. Vniuersitas agrorum, in l. pupillus. §. territorium. infra eod. Vniuersos ciues, in d. l. pupillus. §. munus. elucidat Iurifconsultus. infra eod. Vniuersarum facultatum, l. si fideicommissum. §. 1. ff. de iudic. ibi, cum non loci sit res alienum, sed vniuersarum facultatum. as enim alienum patrimonium totum immuere constat, non certi loci facultates. Vniuersorum bonorum societas contrahi potest, id est

omnium bonorum, l. iuncta l. societas. ff. pro socio. vbi in vna dicitur omnium, & in altera vniuersorum. Vniuersam hereditatem, scribit Iurifconsultus in l. filio. ff. de inoffic. testam. & in l. mater. ibidem, dicitur tota hereditas, & vniuersa successio, vt excludat partem, l. 1. ff. si pars hered. petat.

Emptror vniuersitatis vocatur emptror hereditatis, & qui vniuersum ius emit, l. etiam. §. si quis sciens. ff. de petit. hered. Et quae sint vniuersitatis, videte in §. vniuersitatis. de rerum diuision. in Institutur. Vniuersas res scribit Vlpian. in litem videndum. in fine. ff. de petitio. heredit.

Interdum dicitur vniuersitas non bonorum, sed hominum, vt in rubric. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. Quae est triplex studiorum generalium, ciuitatum, & castrorum, vt in cap. statutum. §. cum vero. de rescript. in 6. scripti in §. monemus. in verbo vniuersitates. de collatio. in concord.

Vniuersalis actio dicitur, qua corpus multas continens res persequimur, vt petitio hereditatis, peculiis. l. vbi glo. & doct. ff. de eden. l. 1. de rei vni. vbi singularium rerum actionem dicit esse, quae pro singulis datur rebus: vt pro mutuo. ff. si certum petat. & c.

Defungus. Defungi, inquit Bud. in l. emptorem. ff. de actio. empri, est explicari negotio aliquo, aut molestia, & finem ei imponere, dum ibi elucidat text. quantum minimo defungi potuit. Vnde defunctus, qui mortem obiit, quasi arum liberatus, & exemptus, de quo sic loquitur Iurifconsultus in l. moventium. infra eo. & l. liberorum. & l. Scauola. ibi dem. Alibi Iurifconsultus. Paul. ait, neque enim sicut videntium, ita defunctorum actus suspendi receptum est, l. fin. ff. comm. prad. in fin.

Item defungietiam dicimus, non toto conatu, nec magno opere aliquid accurare, sed repide, & remisse: & eo tantum animo vt officio functi videamur, & quatenus satis sit ad vitandam reprehensionem, aut emerendam veniam, vulgo vocamus par acquit, vt quidam & permulti magistratus faciunt. idem Bud.

Inde defunctorie, negligenter, laquide, remissae, l. 2. §. non solum autem quae non petit (videlicet tutorem filio) sed & quae defunctorie petit, coercentur. ff. ad Tertull. Vnde Imperator ait, Si tres tutelae, vel curas eodem tempore non defunctorie susceptas, administras, onere quartae tutela non grauaberis, l. vna. C. qui n. tutela. se excus. Et defunctorie suscepisse dicitur, quando eo animo suscepit, vt in numerum trium tutelarum cedant, & vt Graeci dicunt, *επιψηφισεν*, id est quaesito praetextu, vt sub leuium tutelarum obtentu iustis ac molestis tutelae eximatur.

Perfunctorie in l. aut qui. §. 1. ff. de quod vi aut clam. ibi, neque enim perfunctorie, aut obscure dicere, aut denuntiare debet: exponit Bud. in d. l. emptorem, id est non bona fide, nec ex animo, nec iusta denuntiatione, Gallicae, *par maniere d'acquit*: vt cum dicimus, rogatus rogo, hoc tantum laborantes vt orasse videamur. Sed perfunctorie (quod ad eius legis interpretationem pertinet) existimauerim sumi pro summario, quasi per transennam, omittis requisitis & necessariis. Nempe clam non facit, qui denuntiat se opus facturum, si diem & horam in denuntiatione inserat, & vbi, & quod opus facturus sit. Si vero denuntiauerit quidem, sed non quo die, vel illud arctauerit, nec vbi, nec quando facturus sit, perfunctorie dicitur denuntiare. atque ita post eam denuntiationem nihilominus opus dicitur fieri clam. Ita intelligendum puto illum text. in d. l. aut qui. tametsi glossa & alij contra sentiant, & August. in tit. qui petant tutor. legit perfunctorie, quasi lusorie. iudicate an melius conueniat, & vi-

Emptror vniuersitatis.

Triplex vniuersitas personarum.

Actio vniuersalis & particularis.

Defungus.

Defunctus.

Defunctorie.

Perfunctorie in l. aut qui.

Igitur heredibus fructuarij satisfiet de impensis. facit l. quod si heres. ff. de usufructu. Nam fructus dicuntur deductis impensis, l. fructus. ff. de oper. serui. l. fructus. soluto matri. & fructus transeunt ad proprietarium, l. si usufructuarius messem. ff. quibus modis usufructus amittat. Ergo deductis impensis factis in fructibus ferendis, & colendis agris.

Ad hæc non debet quis locupletari cum iactura alterius, lege nam hoc natura. ff. de condi. indeb. & l. iure natura. de regu. iur. quod fieret si expensæ non repeterentur factæ gratia fructuum. Et bonæ fidei possessor eas recuperat, l. adeo. §. ex diuerso. ff. de acquir. rerum dom. & §. ex diuerso. Instit. de rer. diuisio. l. domum. C. de rei vindic.

Item si quis impensas & sumptus vltro fecerit in re aliena, comperit et actio negotiorum gestorum. l. sed vltro. ff. de neg. gest. multo fortius in vfu fructuario, qui ius habebat hoc faciendi: hoc etiam in beneficiari herede locum habet, vt reperat, dicit text. solennis in cap. quicunque. 12. quaest. 4. Multo fortius usufructuarius, vt etiam notant doctores. in cap. si. de pecul. cleric. hoc tamen non vidi seruati in herede beneficiari, nisi in terris quas coluisset.

Vltimò dubitatur, an heredes retinere possint fundum ratione expensarum. respondet text. non posse, sed agere poterunt, per l. diuortio. §. interdum. & ibi pulchre Iaf. solu. matrim. vbi ait, domino agenti rei vindicatione, non posse opponi exceptionem impensarum, per l. mater. & l. si mancipium. C. de rei vindic. sed de hac retentione plene scripsi in l. non potest videri. infra eodem.

Non refragatur d. l. si usufructuarius messem. quia illa lex disponit de fructibus, vt sint proprietarij: non tamen negat expensas repetendas, nec aliquid statuit in illis. igitur alii iuribus standum est. Alioqui usufructuarius nollet serere, saltem tempore pestis, & in firmitatis, & fundus vacuus maneret, & dominus amitteret omnes fructus: ideo bonum & æquum est, vt semen & expensas restituat proprietarius heredibus fructuarij, quod est notandum. nam dubitare quosdam vidi, ideo hæc nolui pratermittere.

Et alias regulariter conueniunt vsus & usufructus, nisi in supradictis casibus, & aliis à iure expressis. Eriam pro vsu cauetur, l. huic stipulationi. §. i. ff. usufructua. quemad. caueat. sicut pro usufructu, in l. i. C. de usufructu.

Inde usufructuarius dicitur, qui habet vsufructum, vt in rubr. ff. usufructu. quæ ad. caueat. Et usufructus pecuniæ & vsus idem continet, l. hoc senatusconsultum. in fi. & l. tribus. §. fin. ff. de usufructu ear. rer. quæ vsu const. & l. quopiam. ibi, quia in hac specie vsus appellatione etiam fructum contineri magis accipiendum est.

Aliquando vocatur fructuarius, l. 3. §. vnde. ff. de vi & vi arma. l. si de fundo. ibidem. l. fin. vti possideris. l. quanquam. quod vi aut clam. l. si debitor. de solu. ff. l. si debitor. de pact. scripsi in l. interdum. infra eodem.

Et stipulatio fructuaria, quædo promittitur usufructus, l. 4. §. fin. ff. de verb. obliga.

Vltimò notandū est, quod usufructuarius, etiam omnium bonorū, non tenetur soluere debita hereditaria, sed pro eis soluendis debent bona vendi hereditatis. rex. in l. fin. §. fin. autem æs alienum. C. de bonis, quæ liber. & hoc firmat ibi Paul. quem sequuntur Alexand. & Iaf. in l. i. in princ. ff. ad Trebell. & est communis ista sententia secundum eos ibi, & Socin. consil. 131. in præfenti. col. pen. in r. vol. & sic iudicauit senatus Parisi. pro domina de Roquebron contra Baronem de Montat, anno 1542. die 2. lunij, quamuis Bar. tenuerit contra in l. si. ff.

vsufruc. lega. & Guido Papa in decis. Delphi. q. 541. quidam testator.

Etiã eodē die & aresto fuit decisum matrem vsufructuariam non teneri ad præstandum aliam cautionem, nisi cum hypotheca rerum suarum: sicut pater in l. filio. ff. vt legat. Liubemus. §. in supradictis. C. ad Trebel. Quamuis in Italia æstimetur vsufructus ad quartā partem plene proprietatis: vt si fundus sit duodecim aureorum, vsufructus æstimabitur tribus aureis: tamen in hoc Regno Franciæ quatuor æstimatur aureis, & sic ad tertiam partem. & ita tener curia Parisiens. videte l. hereditatem. ff. ad legem Falcid. & in ciuitate Parisiens. si quis relinquat vsufructum omnium bonorum, reduci debet ad quintam partem iuxta consuetudinē, vt censuit senatus anno 1537. die 28. Nouembris, in processu moto inter Gulielmum Puant, & Ioannem Layfe.

Relte. Huius dictionis expositionem tradam in l. hæc verba in stipulatione. infra eod. quia sua iam satis est onerata materia hæc lex.

Dicimus, hoc verbum fulsime elucidauit in l. 3. in fine, supra eod.

Totum, recurrit ad leg. nominis. supra eodem. vbi huius dictionis vis, & significatio tradita est à nobis.

Alienus usufructus hinc dicitur, qui non est iunctus proprietati, nec est illius, cuius est dominium. Et quot modis quid alienum dicatur, scribam in lege alienatum. infra eod.

Nec falso, dictum est, sed vere dictum est: nam falsum est veritatis immutatio. text. in arhen. de instrument. cautela & fide, in princip. colla. 6. & est contrarium vero. quid enim tam contrarium vero, quam falsum? sicut de errore loquitur l. si per errorem. ff. de iurisdic. omnium iudic.

Colligitur ex isto text. quod habens proprietatem, & illam vendens, licet dicat totum fundum, vel domū suam, non dicitur falsus venditor, licet usufructus pertineat ad alium: alioqui falso diceretur res sua, licet teneatur ad id quod interest, vt superius dictum extitit. Tria enim requiruntur, antequam quis possit condemnari falsi. Primò requiritur immutata esse veritatem, per d. s. i. & l. quid sit falsum. ff. de falsis, Matthæ. de Afflictis deicio. vlti. num. 8. Secundò in mutatione veritatis dolus interuenisse debet: alioqui non damnabitur tanquam falsarius, §. item lex Cornelia. de falsis. titul. de public. iud. in Institu. Ideo impuberem in falsum incidere dicendum non est, cum dolus malus in eam ætatem non cadat, l. impuberem. ff. de fals. Tertio requiritur, quod falsum commissum alicui noceat: si autem nemo læderetur, falsi condemnari quis non posset, per gloss. singu. in lege, damus. in verbo priuatus. C. de fals. quam notat ad hoc Lanfranc. in repetit. cap. quoniam contra. in verbo testium depositiones. col. 6. de proba. Iaso. consil. 153. col. 3. volum. 3. & Hippolyt. in consil. 53. nu. 31. & abunde scripsi alibi, & est text. in l. i. C. de mutatio. no.

Item colligitur ex his verbis nec falso, aliud esse dicere non falso rem meam dici, vel non proprie, vt Socin. & alij ponderando istum text. dicunt in lege serui. §. i. ff. de legat. i. Nam quod large dicitur, non propterea falsum vocatur, tamen non proprie dicitur.

Ideo inferitur, si testis in depositione sua aliquo termino improprie vtatur, non dicitur ob hoc falsus testis, quia verbum improprie sumitur, lege secunda. ff. de testa. vbi Bald. & Imol. & sic testes qui cõcordari possunt per verbi improprietatem, non dicuntur deponisse falsum, vt plene scribit Feli. in c. cum tu. de testib. & docto. in l. 2. in fin. ff. si

ccct.

Mater vsufructuaria non præstet cautionem nisi obligatoriam. Vsufructus quomodo æstimerur.

Arestum.

Falsum quid.

Antequam quis damnetur falsi quot requiruntur.

Non falsi & non proprie non propterea differrunt.

Testis quædo à falso excusari possit.

cert. petat. Dixi in tracta. de reprobatio. & saluatio. testib. in verbo concordia.

§. Quintus Mutius ait partis appellatione rem pro diuiso significari. Nam quod pro diuiso nostrum sit, id nõ partem, sed totum esse: seruius nõ ineleganter partis appellatione vtrumque significari.

Appellatione partis etiam venit res pro diuiso sequendo opinionem Seruij, & hoc ratione totius rei habita. Ideo si diuisione inter fratres facta alter vendat partem suam, licet sit diuisa, valet venditio, quia partem appellat ratione totius hereditatis, & sic non erit absurda Mutij sententia, quamuis doctores hic aliter sentiāt: & vtrumque appellatione partis venit, siue pro diuiso, siue pro indiuiso, vt dicam plenius in lege, nomine filiarum. §. portionis. infra eod. facit l. locus. ff. de acq. possessio. & l. 3. de officio assessor. & probat esse text. si intelligatur, id non partem esse tantum, sed totum, vt dicam in l. hæc verba quanti. infra eod.

Intelligite partem diuisam esse partem, habita ratione totius, & in fauorabilibus veniet tãquam pars, sed si de ipsius rei incommodo tractaretur, tunc diuisione facta non dicitur pars, vnde facta diuisione domus, vel fundi, alteri parti seruitus imponi poterit, quod nõ fieret ante diuisionem, quia per partes seruitus imponi nõ posset. l. si quis duas. §. si quis partem. ff. commu. prædio. l. 2. de seruit. Et cõmunia prædia accipere debemus, si pro indiuiso communia sint, Vlpian. in l. magis puto. in fin. ff. de rebus eor.

Secundò si materia vel ratio refragetur, tunc partis appellatione non venit res diuisa, alioqui secus, l. plane. i. in fin. ff. de lega. i. vt si quis ita legat, fundum Titio do, vt cum pro parte habeat, partem tantum habiturum Titium, videtur enim fundi appellatione non totum fundum, sed partem appellasse. Nã & pars fundi fundus recte appellatur.

Tertiò quando mens testatoris aliud suaderet, l. Caius. in fin. ff. de leg. 2.

Quartò res communis pro indiuiso non potest dici Titij esse, vel alterius, antequam diuisa sit, l. litius. i. §. i. infra eod. vbi dicam. facit l. magis. in fin. ff. de rebus eor. quia genituius denotat dominium, vt sentiunt doctores. in proem. ff. An autē & id quod est meum pro parte. possit dici meum simpliciter, prolixè more suo tractat Ioan. Igneus in l. i. §. domini. ff. de senatusc. Silan. post Bart. Iaf. & alios in l. serui electione. §. i. de legat. i.

Quintò lapis exemptus ex re communi pro indiuiso, est communis etiam pro indiuiso, l. pro regione. ff. de acquir. rer. dom. Eorum quoque, quæ sine interitu diuidi non possunt, partem peti posse constat, Paul. in l. fructus. in fin. ff. de rei vendic.

Sextò postquam partis appellatione etiam venit res indiuisa, poterit fieri manus iniectio partis Titij etiam non diuisæ, & sicut vulgo dicitur, se faire la saisie de la partie appartenante à N. tel, prenant telle part & portion, qui luy appartient. Cuius pars est communis pro indiuiso. Sed ista manus iniectio non debet referri, vel designari ad certum locum: sed, vt dixi, intellectu capitur pars Titij, quæ postea ex diuisione apparebit certa. facit l. plures. ff. de damno infecto. quod notandum est: multos enim vidi in ea re titubare.

Septimò fuit decisum in senatu anno 1536. die 26. Februarij, dominum pro parte ob censum non solum, posse saisire totā hereditatem, experimendo tamen pro dimidia parte census esse præcõsam, & captam. Alias non valeret, vt prædici dicunt,

falsimentum, quod est notandum. Et dominus censualis tertie partis, omnes fructus ex tertia parte prouenientes capere, seu saisire potest, pro defectu solutionis census, dummodo exprimat pro qua parte saisit, & manum iniicit, vt sapius in forensi iudicio vidi iudicari.

Octauò si quis in nouitatis casu conqueratur de tertia parte bonorū nõ diuisa, vel de tertia domus Titij parte, tota domus vel bona omnia ad manū ponentur Regiæ: & partibus auditis iudex pronuntiabit, quod dominus partis nõ cõtenti os recipiet fructus suæ partis, quos solitus est recipere. Nam super parte pro indiuiso potest creditus constitui, & vendi, l. i. vbi docto. C. communi diuidendo. l. falso. de commun. rer. alien. Potest etiam pars pro indiuiso dari in dotem, l. ante. C. de iur. dot. & donari, l. portionem. C. de donat. & usufructus constitui, l. usufructus ab initio. ff. de usufructu.

Nono decidit de Ripa in l. re coniuncti. col. i. ff. de legat. 3. quod licet vnitas sermonis faciat cõiunctionem verbalem, tamen quando omnimoda disunctio fit, tunc dicuntur disuncti omni disunctione reali: vt si Titio & Sempronio legem singulas fundi partes, vel singulos seruos, per l. huiusmodi. §. quibus. ff. de leg. i. & per hanc legem, consiluit Iaf. consil. 214. in causa. vol. 2. vbi consuluit ius accrescendi non habere locum in legato dotis mille librarum facto singulis filiabus, si vna moriatur ante legatum adeptum. vide quæ scripsi in l. triplici. infra eodem.

Decimò qui debet habere dimidiam partem rei, non poterit petere, vt in meliori sit illi pars faciendæ, sed debet esse tam in lucro, quam in damno, l. qui vtilia. C. de omni agro deserto. lib. ii. alias esset diuisio Leonina, teste Baldus consilio quadringentesimo trigesimo quinto, proponitur in primo volumine per l. si non fuerint. §. vna. ff. pro socio.

Vndecimò quædo sunt duo domini castri iurisdictione habentes inæqualem, & pro indiuiso, quomodo exerceri iurisdictione debeat? Respondeo, cõue nire debent, & simul creare officiales, qui eisdem iurent, vt emedas & fructus iurisdictionis, seu emolumenta cuiuslibet pro illis partibus assignent, pro quibus sunt domini. & pro hoc est text. in l. huiusmodi. §. fin. ff. de legat. i. vel si non conueniant, diuiditur iurisdictione per tempora, vt is qui septem partes iurisdictionis habet, iurisdictionem exercere possit septem mēibus: is vero qui quinque partes habet, quinque mēibus. sic fuit decisum Burdegala, vt refert Boerius in decisio. Burdegalen. q. 5. quid, duo sunt.

Duodecimò si duo sint domini vnus castri, cui inhæreat iurisdictione, & alter committat delictum, alius non poterit condominium socium suum punire, sed superior. Bartolus & alij in l. si. ff. de rerum diuis. Bald. in §. fin. qualiter vassal. iura debe. fidei. facit l. damni. 3. §. fin. cum parietem. ff. de damno infecto: quia par in partem non habet imperium, l. 4. ff. de arbit. nisi mora esset periculum allatura. Bald. in d. l. fin. hoc pluribus probat, & refert Iaf. in l. i. num. 71. ff. de officio eius. facit l. i. in fi. & l. diuus. ff. de feris. l. de pupillo. §. si quis riuos. de no. oper. oper. nuntia. cap. licet. de feris.

Decimotertio cum quidam diceret se condominum alicuius loci pro indiuiso, & eius officiales inibi vellent exercere iurisdictionem, fuerunt per alterum dominum in carcerem detrusi, dicentem se posse etiam pœnali iudicio suā tueri iurisdictionem, per legem vnam. ff. si quis ius dicen. non obtenta. Tamen perperam factum curia iudicauit, quia ad solum Regem spectat, turbantes suam iurisdictionem in carcerem cõicere: alij verò interdictione vti possunt. tex. ad hoc accommodus in l. i. §. necessario. rito.

confer non solmo.

Pars pro indiuiso in casu nouitatis quomodo tractari debeat. Redius an constitui super re indiuisa possit.

Disiuncti quando dicuntur.

Pars debita alicui nõ est in meliori loco tribuenda.

Iurisdictione inæqualis quomodo diuidi debet.

Arestum.

Vnus ex domini non potest alterum condominum punire.

An possit condominus officiales aliterius in carcerem punire. Arstum.

Heredes fructuarij an fundum pro impensa retinere possint.

Vsuarius cautionem præstat.

Vsufructuarius quis dicitur.

Fructuarius.

Fructuaria stipulatio. Vsufructuarius non soluit debita.

Arestum.

rio. ff. si mulier ventris no. Bal. cōsil. 366. quanquā. in 3. vol. vide Alberr. Brunnū in consil. 99. in causa. in materia feudo. etiā quia non erat dominus nisi pro parte, qui non potest onus alteri domino imponere. l. 2. ff. de seruit. l. si quis duas. §. si quis. communia pradio.

Vendere partē quam do quis possit in consilio socio

Vltimō si statuto vel consuetudine cautum sit, vt habens partem domus, eam inconsulto socio vendere non possit, si paries intermedius adiectus sit & diuisa domus, poterit vendi inconsulto socio, quia iam non est pars domus, sed vna domus ab altera: per istum text. & l. si in rem. in ff. de rei vindic. & l. si quis duas. §. si quis partem. ff. comm. pradiorum. & l. magis. §. si. de reb. co. & l. Caius. in fin. de leg. 2. Alia nunc omitto, ad phrasēs huius legis veniens: & norate has vtilitates, quas non inueniētis per iuris nostri interpretes traditas. in ipso enim Partiscen. palatio hæc didici, quæ praxim respiciūt.

Pro indiuiso quid significat.

Pro indiuiso, id est indiuisum. vnde res pro indiuiso dicitur, non diuisa, nō secta, de qua loquitur Iuriscōsultus. in l. si is cui. ibi, communionem pro indiuiso. ff. de solutio. l. nō possumus. in fine. ibi, pro indiuiso mihi restitui iubeat. si pars heredita. petat. placet vel certæ partis, vel pro indiuiso vsu fructum non vtendo amitti. quibus mod. vsu fruct. amitta. l. 4. §. si alter. finium regund. l. arbor. commun. diuid. l. si vt certo. §. si. commod.

Pro diuiso quid.

Pro diuiso dicitur res, id est diuisa, l. si in rem. in ff. de rei vindic. ibi, si quis fundum regionibus diuiserit, & partem pro diuiso, id est partem diuisam tradiderit, potest alterutri parti seruitutem imponere, quia non est pars fundi, sed fundus. d. l. si quis duas. §. si quis. ff. commu. pradio. De vtroque scribit Iuriscōsultus in l. si quis cum totum. in princ. ff. de exceptio. rei iudica. & l. ex mille. de euictio. & l. 3. de vsu fructu.

Diuisio.

Diuisio, sectio, separatio, vt in rubr. de diuisio. stipu. in Insti. & de rer. diuisio. ibidem, & ff. Quæ diuisio perfecta bimembris esse debet. l. 1. ff. de rer. diuisio. l. 3. de statu hom. vel ad bimembrem reducibilis, teste philosopho.

Diuisio bimembris.

Diuiduæ seruitutes nō sunt excepto vsu fructu, id est diuidi nō possunt, l. 1. §. si vsu fruct. ff. ad legem Falcid. l. 2. & l. seruitutes nō diuiduntur. de verb. obli. Et Bartho. Sanxius, vulgo Bascoletus edidit tractat. diuidui & indiuidui, vbi plene ista profequitur.

Diuiduæ seruitutes.

Pro hac dictione scribam in l. consuetudinem. infra eod.

Vtrumque.

Vtrumque. Vterque & vnum & alterū significat, quod vulgō dicimus. Et l'vn & l'autre, les deux. Et hoc text. probatur id. & in l. sepe. l. speciosus. & l. seq. l. questio. in fi. l. hæc verba ille. l. anniculus. l. §. 1. secundum communem intellectū. l. pronuntiaro. in princ. & l. si qua poena. infra eod. scripsi in l. vna. in 4. norab. C. de senten. quæ pro eo quod interest. vbi dixi proprie ad duo referri, per l. 2. de eo quod certo loco. ff. & l. ait prætor. §. si quid ibi, vtriusque fraus reiicietur, id est testatoris & ipsius. quæ in fraud. cre. & ibi alia iura adduxi.

Iudex salarium ab vtraque parte an habeat.

Et ista dicitio vterque; collectiuè capitur, & vnum & alterū requirit, quod est vtile ad sequentia. Vnde si iudex ab vtraque parte duos habere aureos debeat, tam ab vna, quā altera duos habebit aureos, vt decidit text. iuncta gloss. in §. ne aureum sub. vers. si quis aurem. in authen. de iudic. coll. 6. facit gloss. in verbo vtrumque. in l. si duas. ff. de excusa. tuto.

De substitutio & procuratoribus.

Item si fuerit instituti duo, & tertius substitutus, si vterque decedat: nisi vterque mortuus fuerit, non admittetur substitutus, per l. cum quidam. C. de impuber. vbi docto. abunde tradunt: & in l. qui duos. de reb. dub. Et diuisim aliquando accipitur. Vnde qui duos cōstituit procuratores, vt vterque

gerat, tunc vterque in solidum constitutus censetur, nec est necesse eos communicare actum officij inter se, sed quilibet per se constitutus censetur, per l. creditor. §. duobus. ff. manda. notatur in l. si pluribus. de leg. 2. & Bald. nominatum in l. si apud. C. de appellatio.

Vter.

Dicitio vero vter distributiuè capitur, vt in lege vter. ff. de conditio. institu. id est quis ex duobus. Gallice, l'un des deux, quel que soit des deux. Bar. in lege hoc articulo. in fin. ff. de hered. instituen. l. qui venenum. & l. pupillus. infra eod. Interdum vtrum, significat an, interrogatiuè, l. Nepos Proculo. & l. in lege censoria. infr. eo. Vtrumque, id est l. verbum erit. infra eod. In his non semper immorandū est, sed alia parere oportet: partū ergo amplectamur.

Vtrumque.

VLPIA. LIBRO DECIMO SEXTO Ad Edictum. Lex xxvij.

Partum non esse rei furtiuæ partē, Scæuola libro vndecimo quæstionum scribit.

Partus non est pars rei furtiuæ: ex quo inferitur ad vtilitates sequentes, primò partū vsucapi posse, quamuis mater vsucapi nō possit, quia est furtiuæ, sed non partus: quod est verū, quando mater concepit, & peperit apud bonæ fidei possessorem, lege seruis. ff. pro emptore. l. si mater. & l. qui ob partionem. cum l. seq. C. illo titu. diuersum est si apud furem partus rei furtiuæ esset editus, vel cōceptus, lege ancillæ. C. de furtis. scribam in l. bonæ fidei. infra eod.

Partus editus a matre furtiuæ, an vsucapiatur.

Etiā sufficit, si cōceperit apud heredem furis ignorantem, & natus fuerit apud bonæ fidei emptorem, l. si aliena. §. si. ff. de vsucapio. vbi partum rei furtiuæ partem non esse scribitur, vt hic. Ceterum si esset pars, nec eriam si apud bonæ fidei emptorem peperisset, vsucapi possit. Ideo editus partus non est rei furtiuæ pars, secus ante, vt gl. & doct. ibi. Etiam ex qua causa quis ancillā vsucapit, nisi lex duodecim tabularum, vel Arinia obstat, ex ea causa necesse est partum vsucapi, l. non solum. ff. de vsucapio. in princ. De hac lege Arinia loquitur Gellius lib. 17. cap. 7. post Iuriscōn. in l. sequitur. §. quod autem. & seq. ff. de vsucap.

Secundò etiam de partu, sicut de matre, & traditio, & cautio de dolo est necessaria, l. præterea. in fine. ff. de rei vindic. & eadem est cautio partus, & matris non furtiuæ.

Partus quādo ratio habetur.

Tertiò quādo editus erat partus tempore furti, vel prægnans ancilla, tunc partus editus erit pars rei furtiuæ quo ad hoc, vt vsucapi non possit, quia vitio furti affectus est, l. qui vas. §. si ancilla. ff. de furtis. Si tamen peperit apud bonæ fidei possessorem, furti agi non poterit pro partu, quia non est noua contractatio. Bart. & Bald. in l. ancillæ. C. de furt. Sed in æstimatione ancillæ habetur ratio æstimationis partus, l. in sciando. §. in fans. ff. de furt.

Quartò bonæ fidei possessor habet Publicianā actionem, si partus sit apud eum & conceptus, & editus, lege, si ego. §. partus. ff. de Publicia. in rem actio.

Res in fraudem alienatæ cupari reuocatur, & sua causa.

Quintò reuocatur res alienatæ in fraudem creditorum cum sua causa, vt fructus & partus restituantur, l. ait prætor. §. per hanc. & §. partum. ff. quæ in fraud. credito. Et si quis ancillam precario rogauerit, id actum videtur, vt etiam quod ex ancilla natum esset, in eadē causa haberetur. l. quamuis. ff. de precario.

Sextò idem in partu vaccæ, vel alterius animalis, sicut in partu ancillæ: nisi quod partus bestiarum in illo casu efficitur bonæ fidei possessoris, in quo vsucapi

vsucapi potest: videlicet quādo est conceptus partus vaccæ & editus apud bonæ fidei possessorem, statim ipse efficitur dominus: quia partus animalium est in fructu, secus in partu ancillæ, lege, qui vas. §. idem in pecudibus. ff. de furtis, & in l. sequitur. §. lana. de vsucap. gloss. & docto. in d. ancillæ. C. de furtis. Et quare partus in fructu non sit, dicit text. in l. in pecudum. ff. de vsuris. Absurdum enim videbatur hominē in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura hominum causa comparauerit. §. in pecudum. de rer. diuis. in Institu. Videte Alex. lib. genial. dier. 1. cap. 1.

Septimò si ante vsucapionem completam bonæ fidei possessor sciuerit rem alienam esse, vsucapere illam etiam tunc non poterit, per text. in l. sequitur. §. de illo. ff. de vsucapio. iuxta tamen distinctionem l. si ancillam. ff. pro suo.

Octauò si quis mihi donet equam, non videtur mihi donare partum eius, cum partus non sit pars rei, sicut integralis: sicut domus, paries, & testū, partes domus sunt, l. eum qui ades. ff. de vsucapio. & supra dictum est in l. proxima. facit l. partum. ff. de vsuris. l. fin. de acq. rer. dom.

Nonò si vendam equam, non video vendere partum, per hanc legem, cum non sit pars rei furtiuæ: nisi in partu existente in ventre: quia tunc dicitur portio viscerum matris, l. 1. §. ex hoc refero. ff. de vtre insp. licet proprie non dicatur partus, antequam sit editus, cum dicatur a pario, & parere non dicitur antequam edat in lucem: & sicut res diuisa non dicitur pars, sed totum quippiam, vt supra dictum est in proximo §. in fine, sic partus a matre diuisus non dicitur pars matris. Vnde qui debet habere præmium pro quolibet lupo capto, si ceperit lupam prægnantem, non habebit duplex salarium, secundum doctores in l. qui in vtero. ff. de stat. homin. & Vincent. Herculi. firmat in lege Falcid. ff. ad legem Falcid. & Benedic. in repet. cap. Raynutius. in verbo soboles quam gestabat. nu. 61. parte 2. Secundò derogatur in partu lactente, qui nondum partu, nec comedit: tunc enim tanquam connexus (seu coherens) matri deberetur emptori matris: secus si iam pascere per se, & viuere possit sine matre, vt Bald. notat in c. translato. & ibi Barb. nu. 38. de constit.

Decimò si mulier prægnans accusata fuerit homicidij, & ad mortem damnata, debet differri executio, donec pepererit, l. prægnantis. ff. de pœnis. & si partus fidei impensis est alendus, & si nutrix non inueniretur, mulier condemnata esset custodienda ad suum partum alendum, teste Alber. in l. Imperator. ff. de stat. homin. & Mattha. de Afflictis in cōstitutio. Neapolit. lib. 1. rub. de poena mulier.

Vndecimò qui supponit partum, crimen falsi committit, & huius criminis soli accusant parentes, vel illi quorum interest, l. lege Cornelia testamentaria. ff. de falsis. Nec differtur hæc quæstio in tempus pubertatis, sicut alie causæ civiles, vt per tot. titu. de Carbo. edito. Et talis querela suppositi partus nulla temporis prescriptione tollitur, l. qui falsum. §. accusatio. ff. de falsis. gloss. in l. in princ. in verbo qui falsam. ff. de liber. agnoscend. sic consiluit Dec. consil. 342. in causa partus. q. 1. licet quæstio falsi viginti annis tollatur, l. querela. C. de fals.

Duodecimò Iuriscōsulti vt plurimum, quando loquuntur de eo, quod natum est ex muliere, partum dicunt: si autem natum sit ex animalibus, fructuentium forum. text. in lege, potest. ff. de vsucap. d. §. in pecudum. cum §. seq. de rer. diuisio. in Institutio: licet interdum vocetur partus gregis, & pecorum, in l. sed & si lege. §. fin. ff. de petit. heredit. & aliquando dicitur magis animalis, quam hominis partus, l. quæreret. infra eod.

Partus & fetus differrentia.

Decimotertiò diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt, eam quæ data opera abegerit partum, à præfide in temporale exilium dandā. Indignum enim videri potest, impune eam maritum liberis fraudasse, l. diuus. ff. de extraord. crim. Text. tamen valde elegās in l. Cicero. ff. de pœnis, sic ait: Cicero in ora. pro A. Cluentio Auito sic rescripsit, Mileciam quādam mulierem, cum essem in Aſia, quod ab heredibus secūdis accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. subiungit inibi Cicero rationē piissimam, ita conceptam: Neque iniuria, quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, heredem familiæ, designatum reipublicæ ciuem sustulisset. Et mirandum est quod conditores Pandectarum hanc rationem omiserint: certe bonum esset eam addi, & conscribi in d. l. Cicero. cum Iuriscōn. reliquum ab eo acceperit. Et quāuis hæc leges videantur inter se pugnare: si tamen recte considerentur, sic conciliari poterunt, vt abigens partum non animatum in exiliū mitti debeat, l. si mulierum. ff. de scar. & d. l. diuus. si autem post animam infusam, summo supplicio afficiatur, tanquam homicida: per text. in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. & glo. in d. l. diuus.

Pœna mulieris abegit partum. l. Cicero. enucleatur, & ei additur.

Conciliantur leges inuicem pugnantis.

Decimoquartò mulier post partum decumbere poterit, & eo tempore, triūm hebdomadarum, vel alio consueto, inspecta mulieris conditione, iuuabitur priuilegio, ne ad iudicem vocata comparere teneatur, l. 2. §. si non propter valetudinem. ff. si quis cautio. vt dixi in tracta. de excusatio. & exoniis, in 3. tomo commentar. ad consilium. Regias. Alia priuilegia huius decumbentis mulieris scribam in l. illa verba optimus. infra eo. Omitto quod Chrisog. in histor. Persica scribit, In Euphrate, fl. uero Parthia, lapis gignitur dictus Acticus, quæ obsterices mulieribus in difficultate partus ventri imponunt: vnde statim sine dolore partum. Quod cum contra Dei opt. maxi. statutum, in dolore paries, sit, mihi persuadere nō possum id verum esse. sed de hac re vide Plinium lib. 36. cap. 21.

Puerpera priuilegia habet.

Praxis ad sedandum dolore mulierum parturientium.

Furtiuæ. Furtiuæ res dicitur hic, vt in l. potestatis. infra eod. videlicet res furto subtrahita: & in l. mulieris. §. desinere. supra eod. & in titu. ff. de condit. furt. & in §. furtiuæ. de vsucap. in Insti.

Res furtiuæ quæ sit.

De fure in l. aliud est promittere. & in l. fugitiuus. infra eod. & per totum titu. de furt.

Notandum est, quod si suspicio sit rem furtiuam esse apud aliquē, dominus rei non poterit ingredi illam domum & suam rem ibi perquirere, sed auctoritate iudicis hoc fieri poterit: quæ cum causa non deficiat, l. requirendi. C. de seruis fugit. vbi docto. Iacob. Rebuffus in l. omnes. C. de aqueductu. lib. 11. Perr. Jacob. in rubr. de actio. furti nec manifesti. §. modo quæritur. Angel. in tracta. de maleficiis, in verbo vctē. in fin. Et si is suspectus non permittet ingredi iudicem, centum aureorum multa puniri possit, l. 1. §. hoc autem. ff. de seruis fugitiuis. Et si perquisitio iudicis auctoritate facta fuerit, nec tamen res fuerit inuenta apud illū suspectū, nō ager is actione iniuriarū contra partem. Nam qui in iudicis aliquid agit, dolo carere videtur, l. non videtur. §. si. ff. de reg. iur. gloss. & Ioan. de Plarea in l. quosdam. C. de metallis. lib. 11. Et ita fuit cōclusum in curia Burdegalenſi, vt refert Boer. in decif. Burdegal. q. 174. licitum sit, plene Hippolyt. in practica sua. §. diligenter. in fi. Alia nunc de partu non parturicemus, sed agros colendo producere factiamus.

Res furtiuæ quando possit inra domum alicuius perquiri, & ea non inuenta iniuriarū agi non potest.

IDEM LIBRO DECIMO SEPTIMO Ad Edictum. Lex xxvij.

Ager est locus, qui sine villa est.

Locus

Ager vnde dicitur.

Locus sine villa, & edificio, ager dicitur: vulgus vocat campum, in champ. Ager quippe ab agendo dicitur est, quod in eo aliquid agatur, teste Varrone & Alcia. hic, & Luca de Pena in l. vsum aquae. col. 3. C. de aqueductu, lib. 11. quod reprehendit Quintrilianus lib. 1. in his tamen non immoior. Sed haec nomina ager & fundus pro eodem capit Iurifconsultus in l. quadam. ff. de rei vindicatio. & l. adeo. §. infula. cum §. seq. ff. de acquir. rer. dom. Differentiam tamen inter agrum & fundum scribit idem in l. quastio. infra eod. de agro loquitur l. in lege Centoria. & l. pupillus. §. territorium. infra eod.

Ager est cum edificio dicitur.

Aliquando ager, si materia hoc exposcat, dicitur etiam vbi est edificium. Nam lege Julia de vi publica tenetur, qui arma, tela, domi suae, agrorum in villa prater vsum venationis coegerit, l. 1. ff. de vi publica. & l. scire oportet. quoniam qui in agro permanet, incola esse non existimatur. ff. ad municipa. & non potest quis in agro degere, nisi sit ibi domus: & tunc capitur pro villa, l. ius dandi. ff. de tuto. & curato. dat. ab his. l. pupillus. §. incola. infra eod. l. sicra. de rerum diuisio.

Villa quid sit.

Et villa dicitur domus extra urbem in agris facta, in l. locus. §. vrbana praedia. l. fundi. infra eod. A villa dicitur, vt quidam dicunt, quod in villa omnia villota sint, quam in vrbe: vel, teste Varrone de re rustica lib. 1. c. 2. & cap. 12. eo quod a villico in eam conuehantur fructus, & euentur, cum veniunt. & villicus quis dicatur, scripsi in l. vrbana familia. in verbo a villico. infra eod. & de villa vrbana ac rustica, in lege vrbana praedia. in versic. plane. infra eodem.

Sed regulariter & proprie locus sine edificio ruri ager appellatur, l. si ager. ff. de rei vindica. & l. & si amicis. de adulte. l. milites agrum. ff. de re milit. l. sciendum. §. 1. qui fati. l. cogan. c. nulli. de reb. eccle. non alienan. de quo Euripides,

Ager est pars rerum viuendi.

Ὁ κτήριος γέλοις ἔστιν ἀνθρώπων ἀγρός. Πρωτοῦ ἀνευρήθησαν τινὲς αἰῶν. hoc est, sane viuendi pater hominibus ager: Solus nouit abscondere paupertatem.

Area quid.

Locus vero sine edificio in vrbe area dicitur, l. fundi. infra eod. l. si in area. ff. de condic. in deb. vulgo platea vocatur, locus in vrbe purus.

Agricoltura.

Hinc ab agro agricultura, pro agrorum cultu, vt per text. in l. aquissimum. §. proinde ibi, si nihil agriculturae nocebit. ff. de usufructu. glo. & docto. in rubr. C. de agrico. & censu. lib. 11. & ibi Lucas de Penna. text. in c. fin. de treuga & pace. Et agricolae postea sequuntur, siue agricultores. in l. cum de indebito. §. si autē is. ff. de probatio. Qui licet in iure multa habeant priuilegia, vt in l. 1. C. de agrico. & censu. libr. 11. & ibi docto. authen. agricultores. C. quae res pignori oblig. poss. d. c. fi. de treuga: tamen hodie sunt omnium seruati, & illos contempti apud multos esse dicit Caeli. lib. 6. cap. 23. & horum quidam sunt plātores, vinitores, hortulani, olitores, lignatores, oleatores, & alij, vt per Pollucem.

Agrum desertum.

Agrum desertum dicuntur derelicti, inculti, & neglecti, per totum titulum. C. de omni agro deserto. lib. 11. Interdum ager pro territorio capitur, si iungatur adiectum, vt ager Parisiensis, Tholosanus, Narbonensis, & c. id est territorium: & ager numero plurali caret, authore Valla. lib. 4. sed hoc grammaticis relinquo, de agellis loquitur l. praedia. in fin. ff. de fund. instr.

Agraria lex.

Agraria lex, de agris Hernicis lata, vt dimidia illorum pars Latinis, altera pars plebi daretur, vt Linius lib. 2. ab vrbe condita scribit. ob quam legem postea multa successerunt incommoda, vt est videre apud eundem Liniū & alios: de qua habetur mentio in l. fin. de termino moro. ff. & plures agrarias leges congerit Ioan. Zaf. in catalog. legum antiq.

Aliquando ager dominicus vocatur monachorum religio: nepe sicut ager terrenus fructus temporales affert, ita religio fructus spirituales affert, clem. ne in agro. de statu monachorum, & ibi Bonifac. Vital. & theologi sic capiunt agrum, vt & pro conuenticia, & statu perfectionis, contemplationis, pro mundo, paradiso, & inferno, vt explicat Bercor. in verbo Ager.

Ager dominicus.

Agger vero cum duplici gg, est terrae congeries siue cumulus, & moles prominens, & sursum eleuata, vt custodia praetendatur, ab aggerendo, lege, praedia. §. penultimo. ff. de fundo instruct. vbi aggeres cedunt fundo legato. & in rubrica C. de Nili agger. non rumpend. Et hos Nili aggeres Iurifconsultus Xhuara vocat in lege, saecularij. ff. de extraordinaria. crimin. §. in Aegypto. Xhuar. Graec. Latinis agger est. Et cuius expensis fieri debeant hi aggeres, tradit Bartolus & Rebuffus in l. fin. de immunita. nemi. concedenda. lib. 10. & an possit cogi vicinus ad munierum aggerem destructum, quod non docet text. in l. 2. §. item Varus. & lege, quod Principi. in fin. ff. de aqua plu. arcen. hos aggeres Tuonenfes & Andegauenses munire sciunt, ne illis aqua flumialis noccat Ligeris. Inde aggeres consecratos pro sepulchris dicit Imperator in lege, pergit. C. de sepulchr. viola. Reliqua dicentur in lege, fundi. infra eod.

Agger quid.

Agger consecratus.

Sine. Haec dictio sine, teste Alber. in suo dictio. tria significat. primo priuat, negat, & excludit, sed ista idem pene significant, priuare enim est excludere, & a se separare, & vulgo dicimus sans, vt hic sine villa, sans ville. lege, locus. ibi, sine villa. infra eod. & Iurifconsultus in hoc titulo saepius vtitur, vt in lege, creditores. ibi, sine villa exceptionis perpetuae remotione. supra eod. Vnde si quis vendit domum sine viridario, emptor viridarium non habebit, cum sit exclusum. Benedic. in c. Raynurtius. in verb. & hortum. de testamentis.

Sine.

Sine verbis, lege, Labec. secunda, in sine f. pra eod. vide legem, saepe legem, hereditatis. prima: legem, aliud. legem, Massurius. legem, non est sine. legem, habere. & legem, nulli. §. viduam. infra eod.

Alias possem hic cumulare phrasas quas omitto, quia eius dictionis non variatur significatio: ponitur enim fere priuatiue, pro absque, praeter, citra. Vnde si quis donauerit mihi domum sine suppellectilibus, non habebit eam suppellectilem: quia haec dictio sine, eam excludit, & priuat, ne veniat per praedicta. videte in l. malum. §. viduam. & l. qui in dum. infra eod. vbi aliqua scribam. nunc mihi stipendia quaerenda sunt.

§. Stipendium a stipe appellatum est, quod per stipes, id est modica aera colligatur: idem hoc etiam tributum appellari Pomponius ait: & sane appellatur a contributione tributum, vel ex eo quod militibus tribuatur.

Text. euclidario, & diuiso.

Tria in hoc §. docentur. Primum de stipendio agitur: secundum de tributo, quod stipendium possit vocari tributum: tertio vnde dicatur, explicat Iurifconsultus, sic dicens: Stipendium a stipe appellatum est, quia per stipes, id est modica aera colligebatur a populo, & militibus postea erogabatur: quod item tributum vocari potest, vel a contributione, vel quod tribueretur militibus: vel vt quidam dicunt, a stipe & pondere, quasi stips ponderata sit. sequamur Iurifconsultos.

Aduertendum est quod stips stipis dicitur pecunia, quam olim veteres ad deorum sacrificia, vel ad porrigendum mendicis colligebant. Verum quia exhaui

Stips quid sit & quibus liceat cogere.

Lex XII. Tab.

exhaurebant domos antiquorum, qui facile diis, quae habebant, concedebant, Exod. 32. ob id lata fuit lex duodecim tabularum, id prohibens his verbis, Ne quis stipem cogito, praeter Ideae matris famulos, cosque iustis diebus: teste Cicer. libro secundo de legibus.

Declaratio ad titulum de mendicant. valid. lib. 11. verum quia Imperatores vt militibus satisfacerent, stipem a populo collegerunt, & collectam militibus dederunt, eo stipendium vocatum fuit, quasi stipis pendium. Sed postea generaliter hoc nomen acceptum est pro omni salario cuiusque personae, vt inferius dicitur. hoc tamen iure vtimar adhuc in Francia, ne populus audeat colligere stipem, aut pecuniam, ne primores quidem ciuitatis, etiam pro rebus necessariis, nisi ex Principis concessione & autoritate: quamuis iure digestorum tenuioribus permittitur stipem mensuram conferre, l. 1. de colleg. illicitis. ff. Et stipem deformem & turpe compendium vocat Imperator in l. qui quis. §. pen. C. de postuland. illud quod datur aduocatis prohabentibus iurgium, gratia lneri tantum postulantibus, & quando lucro pecuniaeque capiuntur.

Stipendium & salarium differunt.

Differentia tamen est inter stipendium & salarium: vt illud militibus, hoc omnibus hominibus pro labore praebetur, gloss. & docto. in l. si fratres. §. idem Papinia. ff. pro socio. l. qui stipendia. C. de procurator. l. salarium. mandati. sed communi vsu loquendi promiscue interdum vtuntur his vocabulis: etiam Iurifconsulti, l. diem functo. & l. fin. ff. de offic. assessor. l. ambitiosa. de decretis ab ordin. faciend. l. etiam. qui portio. in pigno. habeant. l. fin. de actio. & oblig. l. §. sed & si comites. de variis & extraord. cognitio. & l. diuus Antoninus. ibid. vbi professores iuris salaria petere possunt. Et stipendia sunt merentium, quae durante militia erogantur: in veteranis, & emeritis proprie commoda vocantur illa stipendia, quae eis tribuuntur finita militia & administratione, in lege, commotis. ff. de re iudic. l. pater. de adim. legatis.

Commodum & stipendium.

Intellectum l. 1. de variis & extraordinariis cognitio.

Tamen iuris ciuilibus professoribus praesides ius non dicunt, quia est sanctissima scientia: proinde intelligendum arbitror, vt praesides non dicantur professoribus legum in singulos eorum auditores, vt ipsi professoribus cogantur salaria praestare, nisi eis promissa fuerint, & constituta: tunc enim exigi possunt: & sic conciliabitur praedicta iura. Nec hodie solent scholastici cogi soluere doctoribus pro lectionibus eorum, sed salaria promissa exiguntur, etiam si ab scholasticis promissa essent: secus sine promissione & conuentione: tunc enim ius non dicitur in eos, quia res est sanctissima, quae estimari pretio nummario non potest: etiam quia incertum esset, quod & quantum salarium esset exigendum, cum illa sanctissima scientia non recipiat aestimationem: & ciuitates, vbi vniuersitates sunt, debent doct. salaria, non vero scholastici, qui vt plurimum pauperes sunt, vt scripsi in scholast. priuileg. Patronorum autē salaria sustulit lex Cincia, quae voluit gratis patrocinia tenuioribus praestari: de qua Cic. lib. de senect. & libr. 1. ad Atticum, & Ioan. Zaf. in Catal. leg. antiquam aduocati oculo suspiciunt toruo, & in stylo parlant. habetur, tit. de aduoca. sed a diuitibus recipere iusta stipendia possunt, cap. non licet. 11. quae est 3.

Salario doct. non ab scholasticis sed a ciuibus exigere debent. Aduocato salaria.

Capitur etiam salarium pro mercede, licet glo. ibi aliter exponat in l. venditor. §. si. ff. comu. praed. ibi, non aliter hoc faciat, nisi solum salarium pro hoc domino praestet. vide tex. in l. Thais. §. Lucius. 2. de fideicō. libert. vbi pro operis accipit glo. Et salarium

Salarium pro mercede.

larium deductum a sale quiddam arbitrantur, vt Plin. lib. 31. cap. 7.

Solarium autem est genus vectigalis, quod pro solo soluitur, a solo dictum, vt Iurifconsulto Vlpia. visum est in l. 2. §. si quis nemine. ff. nequid in loco publico fiat, ibi, vectigal enim sic appellatur solarium ex eo, quod pro solo pendatur.

Solarium.

Stipes vero stipis vocatur fastis terrae defixus, qui eo quod interdum pullulare consuevit, stipem inde dictam arbitrantur, vnde stipitem hominem fatum similem trunco, sine sensu, vocant. Sed Iurisperiti stipitem communem parentem, a quo plures originem habuerunt, accipiunt, cap. quod dilectio. & c. vlt. de consang. docto. in declaratione arboris consanguinitatis. Et quid stipitis appellatione contineatur, scribit Barba. in repetit. l. cum acutissimi. col. 57. C. de fideicō. vbi dicit omnes ex eodē trunco & agnatione descendentes contineri. sic dicitur in stirpe, in l. si quis in suo. C. de inoffic. testa. Perus. in c. si pater. col. pen. de testa. in 6.

Stipes stipis quid.

Stipare est stipa rimas, & foramina claudere: quod in nauibus saepe fit. Vel stipare est aliquem defendendi causa circumdare: inde Cepola ait: Stipari ferro circumdant corpora Regum.

Stipare.

Stipator qui in nauibus maxime stupam componit, & foramina occludit: vel qui Regum vel aliorum procerum corpora custodit, stipatores vocantur, quod Regem stipent, id est vndique circumdant, quos archiers de la garde, vulgo dicimus. hos etiam apparitores vocamus. Inde stipatus, vallatus, sepius.

Stipator.

Stipendiarius, tributarius, qui tributum seu stipendium soluere tenetur. Et stipendaria praedia, quae ad stipendium, vel vectigal tenentur, §. per traditionem. in tit. de rer. diuisio.

Stipendiarius.

Stipendaria praedia.

Ex hoc habetis villitates sequentes. Prima est, stipendia doctorum vel militum non posse capi pro executione rei iudicatae, nec fassiri, nisi in subsidium, quando nihil aliud haberent, l. stipendia. C. de executione rei iudic. l. commodis. ff. de re iudic. & de hoc prius constare debet, alioqui executio nulla esset, in tit. de liter. oblig. artic. pen. nec derogatur huic doctorum priuilegio, vt ibi scripsi in constit. Reg. in 1. tomo commenta.

Stipendiarius.

An fructus praebendae pro executione rei iudicatae capi possint: quod non docet gl. in d. l. stipendia. & Anchara. cōsil. 378. & Benedic. in repeti. ca. Raynurtius. in verbo, & vxorē. nu. 338. de testa. vbi dicit, quod iudices in hoc Regno in defectum temporalitatis capiunt fructus ecclesiarum clericis commissarum, quod fieri non debet secundum eum. Sed iudicis tunc ecclesiastici officium implorandum est: tamen hoc iure vtuntur iudices seculares, vt fructus beneficii capiant, non praebendarum, vt plene scripsi in dicto tracta. de liter. obliga. artic. 2. in 1. tomo commenta. in constit. Reg. Gallicas.

An fructus praebendae pro executione rei iudicatae capi possint.

Secundum miles captus ab hostibus, deinde reuersus non recuperat stipendia eius temporis, quo in captiuitate fuit, l. 1. C. de re milita. lib. 12. & qui stipendia merent, suis negotiis superesse in offensa disciplina possunt, lege, qui stipendia. C. de procurator. Florent. in 3. parte summa, titulo 4. c. 2. Ex benignitate tamen solet Princeps stipendia reuersis ex captiuitate praestare: quod est iustum & aequum.

Tertio ex causa desertionis miles restitutus in militiam non aliter medij temporis stipendia & donaria accipit, nisi hoc specialiter liberalitas Principis indulserit, l. qui excubias. & l. penul. ff. de re militari. videte textum in l. filio. ff. de legato. & l. iso. in l. si. nu. 3. C. de hered. instit. Et ad puniendos desertores stipendiorum ratio haberi debet, lege non omnes in prin. ff. de re militari. Et is gradu ceteros antecedit, quem stipendia meliora, vel labor proli-

Miles reuersus non recuperat stipendia temporis captiuitatis, nec desertionis.

xior fecerit anteire, l. 2. C. de offi. magistri officio.

Quarto compensatio non recipitur in stipendiis, & tributis, l. aufertur. §. vt debitoribus. ff. de iure fisci. l. 3. C. de compensacionibus: sic nec in futuris decimis, sicut in prateritis, glo. no. in c. decima. 16. quest. 1. c. 2. & c. cum sint homines. & ibi doct. de deci. dixi in tractatu de decim. q. vlti.

Quinto stipendium, siue tributum vsu fructuarii soluere tenetur, l. haftenus. §. 1. ff. de vsu fructu. Vnde Regina Navarra fructuaria solita erat soluere stipendia doctoribus, in ciuitate Biturigum, vt ex petrus loquitur, profitentibus.

Sexto potest stipendium vocari tributum a contributione, quod in eo singuli contribuere tenentur, l. omnes. C. de anno. & tribut. lib. 10. vel a tributibus, nempe pecunia populo imperabatur per tribus, tributumque a singulis pro portione census exigebatur, quasi ex priuato in publicum tribuere: vel quod postea per modica ara collectum militibus tribuebatur: de quo plene per doct. in rubr. de anno. & tribut. lib. 10.

Colligi ex isto text. potest, quod domini olim cum essent populi patres, modica ara a populo colligere solebant: alij vero magna onera, quae (vt adagio dicitur) non possent ferre Aegyptij, imponere non erubescerant. & hic colligere stipem vulgo dicimus, leuer ou amasser argent. videte Lucam in l. vna. C. de superind. lib. 10. quae ibi scripta vtinam Reges, & eorum ministri ob oculos haberent: nam populus benignius tractaretur in multis locis.

Colligere interdum locum respicit, & significat ex diuersis locis in vnum congregare: & conuenire dicuntur, qui ita colliguntur, l. 1. §. conuentionis. ff. de pact. libi, nam sicut conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in vnum colliguntur, & veniunt: ita, & c.

Interdum respicit res, & tunc significat, quod vulgo amasser dicimus, quasi simul legere, coadunare, & recolligere. l. sylvia. infra eo. inde colligere fructus, lege, si a domino. in ff. de petit. heredita. ibi, fructus intelliguntur deductis impensis, quae quaerendorum, colligendorum, conseruandorum eorum gratia sunt. l. si eius. ibi, colligisti fructus. de rei vindicatio. l. Titius. de vsu fructu.

Colligere quantitatem idem, l. lecta. in fin. ff. si cert. petatur. l. qui liberratem. §. penult. & vltim. de cuiusio. l. 4. de pact. dota. Et iudicatum solui stipulatio tres clausulas in vnum collectas id est conuenias habet, l. iudicatum. l. ff. iudicatum. solui. l. senatus. §. senatus. 1. de iure fisci. ff.

Colligere milites personas respicit, & est in numeros describere, leuer gens d'armes, l. qui mittitur, vt milites dicerent, aut reducerent, aut legendi curam darent, id est colligendi. ff. ex quib. caus. maior. quamuis glo. ibi exponat legi, id est eligi, quia eligendi colliguntur.

Colligere sarcinulas est componere, amasser ses hardes, ses biens, lege, ab hostibus. in fin. ibi, dum hospitium quis conducit, sarcinulas componit, quaerit aduocatum. ff. ex quib. caus. maior. Colligere vestem, vestem erigere ne luto maculerur, leuer & trouffer sa robe, quod est valde necessarium Lueticiae tempore hyemis. Colligere animam, vulgo reprendre courage, vt apud rhetores inuenire. Colligere aggeres est continere, vel reinerre, l. facularij. §. penult. iuncto §. in Aegypto. ff. de extraord. crimi. ibi, idcirco quod ha arbores colligant aggeres Niloticos.

Colligere annum, id est complere, complecti, constitutere, de plusieurs temps assembler un an, l. necnon. §. si quis. ibi, sed si omnes quidem absentiae annum colligant, singula minus anno. ff. ex quib. caus. maior. quod est proprium nominatis, vt ex pluribus annis studij quinquennium colligant.

Colligere accipere, intelligere, l. 3. ibi, quae dinumeratio ita demum colligenda erit. supra eo. & in quibusdam libris inueni intelligenda, non colligenda: sed in idem reuocidit.

Colligere, pro elicere, excipere, extrahere, excerpere, l. metum. §. sed ex factio. ibi, ex qua constitutione colligitur. ff. quod mer. caus. l. in autem. §. sed & is. de rei vindicatio. ibi, idque ex senatu consulto colligi potest. l. maiorem. in fine. de pact. ibi, hoc enim ex diui Marci rescripto colligi potest. l. arboribus. §. id tractat. ff. de vsu fructu. ibi, per quod colligi posse didici. l. nemo. 2. in fine, pro socio. ibi, idque ex interdicitis colligere possumus. l. si ex duobus. in fin. de in diem addict. & l. ex eo. de testib.

Colligere, si ad personam certam referatur, tunc pro hospitari ferre, seu rescere accipitur, quasi dilapsam in vnum redigere. Cicero in lib. Tusculan. quaestio. Quid est autem seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursus in vnum congerere? Si ponamus propositionem, vt collegit se in arma, tunc pro parare: si autem ad plures personas, vel multitudinem referatur, tunc congregare significat, vt exercitum colligere, leuer & amasser armee, vt supra dictum est.

Colligere rationem dicimus recte computare, vt quando ea quae derahenda sunt, demuntur, & quae colligenda sunt, colliguntur. Alias apud oratores habet significationes, sed nos quae legibus tantum probare possumus profequimur.

Colliga in lege, collegarum. infra eodem elucidatur. Collegium, in lege, Neratius. infra eodem, vbi scribam. Collegatarius in lege, interdum. ff. de vsu fructu accrescen. dicitur quando duobus est legatus vsu fructus eiusdem rei, vel eadem res: tunc enim quilibet collegatarius dicitur.

Collecta id est tributum quod a populo Regi soluitur, vulgo tallias, & impositiones vocamus. authentica, item nulla communitas. C. de episc. & cleric. Sed apud Iurifconsulte non memini me legisse in hac significatione.

Collecta id est coacta, congregata, l. 2. §. proinde. & lege, idem Labeo. ff. nequid in loco publico. ibi, aqua collecta in viam decurrat. Collecta generaliter vocamus ea, quae colliguntur: inde collectam oliuam dicit Iurifconsultus in lege, si seruus seruus. §. si oliuam. ff. ad legem Aquil. Collectas viuas, in lege, si eius. ff. de rei vindicatio. l. si ex duobus. in fin. de in diem addict. Collectum pro recolecto, in l. si debitor. ff. de contrah. emptio. l. iudicatum. prima, iudicatum solui. Collectum fumentum, l. qui scit. ff. de vsuris. Collectio fructuum, d. l. si seruus seruus. §. si oliuam. ff. ad legem Aquil. Collectum per satyram, id est non seruato ordine, a satyra lance ex variis ferculis nullo ordine composita. §. & primo quidem. ibi, & quasi per satyram collectum, vt vtile cum inutilibus permixtum. in prooemio Digesti.

Collectarij dicuntur coactores, qui in auctionibus id est incantibus reliqua publicanorum emere solent, quae illi ob grauiores curas, vel debitorum procrastinationem nequiuernit exigere, l. quisquis. C. si cert. peta. hoc Spiegel. in suo dictio. Aliter tamen communiter intelligitur a doctoribus, & melius conuenit expositio glof. & docto. vt collectarius sumatur pro illo qui mecum eundem desiderat honorem, seu dignitatem, & dat mihi pecuniam, vt desitam, & eum non impediam. Vel glofa dicit collectarios qui emunt officia, vt inde duplum colligant. videre potestis & eligere. dicam in interpre. ad illam l. in meis no. interpreta.

De verbo colligare videre text. in lege, si vt certo. §. sed interdum teneri fabram commodati, qui negligentius machinam colligant. ff. commoda. l. ideo. causam reddit, & idem est quod ob eam causam,

Colligere & intelligere.

Colligere & elucere.

Colligere & hospitari.

Colligere rationem.

Colligam rursus quis.

Collecta.

Collectum per satyram.

Collectarij.

Declaratur l. quisquis.

Colligare.

Ideo.

Ideoque.

Clausula in testamento conscribenda.

Sanitas.

Tribuo variè sumitur.

Tribuere & praestare.

Tribuere & indulgere.

Tribuere & contribuere.

Tribuere actiones.

Collectarij.

Declaratur l. quisquis.

Tribuere & allegare.

Tribuatur pro tribui petatur.

causam, ob id, l. mulieris. supra eod. facit lex, aliud est capere. & lex, cum bisextus. & lex, in lege censoria. infra eod. Interdum infert, & sumitur pro itaque, ex hoc, vt hic esse potest. Ideoque, l. aliud. & l. malum. §. 1. infit. eod. & §. apum. Infit. de rer. diuis.

Vnde incidit aliquando dubitatio inter plures, de quodam legato centum aureorum facto Tiro, ideo quod processus domus profectus fuerat, & tamen verum non erat, an legatum ei deberetur: & dixi deberi, cum dictio ideo causam reddat, & falsa causa non vitiet legatum, l. si ita. & l. demonstratio. §. si. ff. de conditio. & demonstratio.

Sane, pro certe hic accipitur, & frequentius in iure, l. si vero. in ff. qui satisd. cog. ibi, quia sane non sine qualibet iniuria est, ducl in ius eum, qui satis idoneum fideiussores det. l. 1. in fin. de feriis. l. fin. ad legem Aquil.

Sanae mentis, integre & bonae mentis, seu compos mentis, quando non est furiosus, l. 2. de inoffi. testamen. ff. Vnde vtile est in testamentis, quod notarius in instrumentum testamenti dicat, talis Titius sanus mente, licet aeger corpore, fecit testamentum, & c. l. in aduersa. ibidem. Bartol. & alij in l. heredes. in fi. ibidem. Alex. consi. 141. in l. vol. & consil. 10. in 6. vol. l. iubemus. C. de testa.

Sanitas, bona valerudo, incolumitas, l. si seruus seruus. §. ceterum. ibi, verum sumptus in salutem eius, & sanitatem facti sunt. ff. ad legem Aquil. l. denique. mandati. l. malum. §. viduam. infra eod. vbi abundantius dicitur.

Tribuatur. Aduertendum est verbum tribuo variè sumi: primò tribuo pro tributu praesto. Secundo tribuo generaliter pro praestare, concedere, lege verbis. infra eod. l. iustitia est constans, atque perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuendi. ff. de iusti. & iure, & in Infit. illo titulo. & l. refectione. comunia praedio. l. cum filius. §. pater. de leg. 2. lege, capitalium. §. cum enim. de poenis. l. si procurator. §. 1. de procurato. & plerumque ita nonnullis causis inuerecundam petenti inhiatione constringimur, vt etiam non concedenda tribuamus, l. 1. C. de petit. bonor. subla. libro 10. Tertio pro indulgere, vt quibusdam atas tribuit, ne tributo onerentur. l. 3. ff. de censib. & satis enim est hoc ei tribui, lege, quoties. §. si creditor. ff. de peculio. l. penult. de iure dotium. l. vix. in fi. de iudic. Quarto pro contribuere, partiri, l. procuratoris. & l. mercis. & §. sequenti. ff. de tributo. iuncta l. illud. §. 1. ibid. vbi in vna dicitur tribuitur, in altera contribuatur.

Quinto tribuere actiones pro cedere. l. 2. §. peruenisse. ff. de here. vend. ibi, eatenus peruenisse ad eum videri, quatenus madare potest earum rerum persecuciones, actionesq; tribuere. Sexto tribuitur actio, id est datur, l. sed an vltro, vbi prius dicit tribuitur, postea datur. facit lex, successori. & lex, si filiusfam. de nego. gest. ff. Septimo tribuit materiam gratiae, id est, praebet. l. eum qui. in fi. ff. de iudic. quod incidit in idem cum secunda significatione.

Octavo tribuit ius sepulchri longa possessione non tribui ei, cui iure non competit. l. penult. ff. de mortuo inferendo.

Nono tribuere beneficiu commodati, est commodare, l. in commodato. §. sicut autem voluntatis & officij magis quam necessitatis est commodare: ita modum comodat, si nemq; praescribere, eius est qui beneficiu tribuit. ff. commoda.

Decimo tribuere pro allegare, interpretatur gl. in l. scire. §. 1. ff. de excusatio. unto. ibi, multa vero obseruari oportet, vt concedantur tutores, vel curatores, causas remissionis tribuere. Vel potest ibi exponi pro praestare, concedere: quia quae allegantur, praestantur & tribuuntur.

Vndecimo tribuatur pro tribui petatur expo-

nunt gloss. & doctor. in l. a procedente iudice. C. de dilationibus ibi, a procedente iudice non conuenit dilationem postulari, etiam si vtraque parte praesente tribuatur. Sed ego exponerem pro concedatur.

Duodecimo pro fauere, imputare, aestimare, & aliis modis apud rhetores sumi solet, ad quos vos reicio, vt Iurifconsultorum vocabula, sicut Iurifpitorum est, elucidem.

Tribunal sedes & cathedra dicebatur, in qua magni magistratus sedere solebant, dum ius reddebant, vt consules, proconsules, praetores & alij, teste Budaeo in l. 1. ff. de iudic. lege, vnius in fine, de quaestio. l. moris. de poenis, l. ex consensu. in fine, de appellatio. l. Sempronio. de furtis. l. iniuriarum actio. §. si quis. de iniuriis. Formam eius conscribit Virru. in lib. 5.

Eptotribunali dicitur cognoscere iudex, qui in figura iudicij cognoscit, & ordine iudicario procedit, d. l. 1. Et nos dicimus illum tribunali praesesse, qui habet iurisdictionem ordinariam, sicut olim habebant illi, qui tribunal tenebant: quod pertinet ad intellectum l. 1. ff. de iudic. & aliam legum similitum. Er tribunal a tribuendo dictum putarem, quod ius in illo loco vnicuique tribuatur, l. iustitia. ff. de iustit. & iure: vel tribui debeat, vt glof. dicit in §. 1. illo titu. Interdum tribunal pro ipso iudice, siue iudicio accipimus, l. sed ha. §. non solum. ibi, debeat absentem defendere in competentem tribunali. ff. de procura. l. cum alicui. ibi, irritum probatum est pro tribunali. de nego. gest. l. iniuriarum. §. si quis per iniuriam ad tribunal alicuius me interpellauerit mei vexandi causa, potero iniuriarum experiri. ff. de iniuriis.

Tribunal castrorum erat tabulatum, vnde imperatores alloquebantur milites, vt meminit Herodia. lib. 1. & Linius lib. 7.

Tributio pro tributo sumitur, l. epistola. §. patetum. ff. de pact. l. filij. in fine, ad municipalem. l. rescripto. §. sciendum. & §. sed eos. de muner. & ho.

Tributio pro collatione, & contributione accipitur in titul. ff. ad legem Rhodiam de iactu. & de tributoria actione, l. procuratores. §. fin.

Inde dicitur ager tributarius, qui obnoxius est perfoluendo tributo, §. per traditionem. de rer. diuisio. in Institutio.

Tributoria actio est, quae datur creditoribus in dominum, vel patrem scientem seruum suum, vel filium in peculiari merce negotiari, vt velut extraneus creditor in tributum veniat, id est in contributionem: & creditoribus singulis det de merce peculiari, quantum ipse pro suo debito retinet, l. 1. & per totum. ff. de tributo. & tributoria ideo vocatur, quod ipsi domino distributionem praetor permittat. §. ceterum. quod cum eo. Infit. Specu. cludat in titu. de solutio. §. 1. versic. porro seruo.

Tributum capitis est quod pro quolibet capite praestatur, l. si. ff. de censib. Olim pro capite masculi dicebatur aureus, pro capite foeminae dimidius, id est vir soluebat singulis annis pro tributo aureum, foemina dimidium, vt in rubr. de anno. & tribut. lib. 10. C. In locu cuius tributi successerunt collectae, quas milles vocamus, quae interdum in decuplum in populi duram seruitutem excedunt, teste Benedicto in ca. Raynuntius. in verbo & vxorem. in tertia decisio. num. 52. de testamen. Capitatio etiam est genus tributi, quod pro vnoquoque hominis vel animalis capite soluebatur, de quo in lege, vna. C. de capita. ciuium censibus eximend. lib. 11. & l. vna. de colon. Thracens. ibidem. & qui huiusmodi capitacionis causam exigebant, peraequatores dicebantur, in tit. de censibus. lib. 11. vt docet Lazarus in li. 2. de republ. Rom. c. 13. f. 293.

Tribunal.

Pro tribunali cognoscere.

Tribunal vnde dicitur.

Tribunal castrorum.

Tributio quid.

Tributoria actio.

Tributum capitis.

Capitatio.

Compensatio in tributo non fit nec decimis.

Tributum vnde.

Colligere variè sumitur.

Colligere ad res respicit.

Quantitatem colligere.

Colligere milites.

Colligere sarcinulas.

Colligere vestem.

Colligere animam.

Contributio.

Attribuo, dixi lege tertia, supra eodem. Contributio simul tribuo, quasi aliis partem praestato: unde lege Rhodia cauetur, vt si leuandae nauis gratia iactus mercium factus est, omnium contributione sarciantur, quod pro omnibus datum est, l. i. ff. ad legem Rhod. de iactu. & l. 2. ibidem, pro collatione. Compensatio est debiti & crediti inter se contributio, l. i. ff. de compensa.

Miles vno de.

Pecuniae contributio pro portione temporis, quo lauentionem non praestitisset balneator, conductori fiet, lege, qui in sulam. s. adilis. ff. loca. vbi glossa exponit contributio, pro compensatione: vel forte exponi potest pro remissione, per legem si vno. ff. illo titulo.

Militescur hodie quidam fugiant in bello.

Militibus. Miles autem appellatur, vel à militia, id est duritia, quam pro nobis sustinet, aut à multitudine, aut à malo, quod arcere milites solent, l. i. ff. de testamento milita. olim quidem certe arcabant mala, hodie vero possunt multi milites à malo dici, quod omnibus tam hostibus quam patriae suae mala adferant, suis depradationibus omnia vastantes. ob id atebat quidam milites dici, quasi malis omnibus imbuti, & deterrimi sint. Et olim dum laridum, carnem veruccinā, & buccellatum panem comederent, atque non semper vinum, sed aliquando acetum bibere statutum eis esset, vt in l. i. C. de erogatio. milita. anno. libro duodecimo, fiebant vt robustiores multo instarque bonum quibus vescebantur, pede fixo perflarent impauidi, ad omnes hyemis iniurias afflicti: hodie vero delicatioribus cibis enutriti, perdicibus scilicet, & volucris, & leniores his multo facti, quouis catapulta seu bombardae, achostilis vocis sono terrentur, & vt volucres euolant prorinus fugientes. Ideo Cyn. in l. i. C. de iuris & facti ignorantia, vt refert Angel. in §. plane. de testamento milita. in Instituto. dicit hosce non gaudere priuilegiis illis à iure concessis, & doctores in l. centurio. ff. de vulga. alibi abunde scribam. Igitur hos alienare non prohibet lex alienationis sequens,

PAVLVS LIB. VIGESIMOPRIMO Ad Edictum. Lex xxviii.

Alienationis verbum etiam vsucapionem continet. vix est enim, vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi. Eū quoque alienare dicimus, qui non vtēdo amittit seruitutem. Qui occasione acquirendi non vtitur, nō intelligitur alienare: veluti qui hereditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datā non amplectitur.

Hic textus diuiditur in duas partes, prout diuersa dicta continet: secūda ibi, Oratio quae neque, &c. Principium quatuor particulas habet, in prima dictum generale scribit, vt nomen alienationis omnem dominij translationem contineat, etiam vsucapionem; in secunda rationem assignat, ibi, vix enim est vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi. nam si voluisset, vsucapta res non fuisset, quia egisset: ergo patiendū videtur eam rem alienare. Tertia ibi, eum quoque, &c. tradit illum etiam alienare, qui amittit seruitutem non vtendo. nam si vti voluisset, non amisset. In vltima parte ibi, qui occasione. & ait eum non alienare, qui ex occasione aliqua non acquirit. & hoc loco summā est.

Alienationis nomen generale.

Colligite primo alienationis nomen generale esse, per tex. in §. alienationis. in auth. de non alienandis rebus ecclesiast. collatione 2. in l. statuliberi

caeris. in verbo, emptionis. ff. de statuliber. Et latissima est eius significatio, teste Ancha. confi. 102. contra. col. i. adeo vt etiam vsucapionē contineat. vix est enim vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi, vt hic, quod facit ad vtilitates sequentes.

Prima, quod statutū, vel lex prohibens alienationem, habebit locum in vsucapione: quia alienationis verbum vsucapionē continet, vt hic, & docet Baldus in authentica, hoc ius porrectum. C. de sacros. eccles. l. fi. in quibus causis in integrum restitutio non est necesse. Chastaneus in consuetudin. Burgund. in rubrica des fiefz. §. octauo, gloss. en alienation. & Iacobi. in tractatu de feud. in verbo, cum pacto de non alienando, &c.

Vsucapere enim est rem per vsum capere, id est acquirere, l. iust. §. si possessionis. ff. de vsucapio. nempe si librum tuum triennio possideam cum titulo & bona fide, dominium illius acquirō, vt patet per totum titulum ff. de vsucapio. vel rem per vsum legitime capere. & legitime intelligo, cum titulo, & bona fide, ac aliis à iure requisitis. Sed Iuriconsultus optime vsucapionē definit, licet obscure, in l. 3. ff. de vsucapio. hoc modo: Vsucapio est dominij adiectio, seu additio, per continuationem possessionis temporis à lege definiti. Cuius vsucapionis nomine continetur praescriptio, tum quod vna definitione notentur, tum quod passim Iuriconsulti praescriptionē vsucapionem vocent, & ecōtrario. Vtus tamen in legibus Imperatorum obrinuit, vt res mobiles vsucapiantur, res immobiles praescribi, §. i. de vsucapio. in Institutionibus, & l. vna. C. de annali exceptione Italici contractus tollenda. abunde scripsi in rubr. de praescriptionibus, in decretalibus.

Et ideo qui patitur rem immobilem praescribi, alienare etiam dicitur, vt docet Bald. in l. fi. 16. oppositio. C. de edicto diui Adria. tollen. quia vsucapio, vt dixi, continet praescriptionem, l. 2. 3. & multis aliis legibus. ff. de vsucapio. Excepta triginta vel quadraginta annorum praescriptione, qua iure Digestorum fuit incognita. dicit glo. in l. qui occidit. ff. ad legem Aquil. quam probat Corneus confi. 38. repetitio. col. 3. in primo volu. & Ioannes Francisc. Balb. in tracta. praescript. in 4. parte quartae partis principalis, quaestio. vlti. Veniet tamen alienationis appellatio, inspecta ratione text. quia vix est vt non videatur alienare, qui patitur praescribi. Et quamuis non fuisset de iure ff. taxatum tempus, tamen quia vsucapio continet omnem praescriptionem, & sic dominij per vsum acquisitionem, continet etiam praescriptionem triginta, quadraginta & centum annorum, quia taxatio vnus temporis nihil facit, postquam iure ff. omnis acquisitio per vsum erat nota, quicquid docto. dicant: licet de iure ff. non esset tempus taxatū, materia tamen id temporis erat: etiā de praescriptione cuius non extat memoria scribit Iuriscōn. in l. si arbit. ff. de arbit. l. 3. §. ductus aquae. de aqua quotidiana & aestiua. si maior praescriptio nota erat, erat & illa.

Nisi in re litigiosa, qua praescribi potest, licet non possit alienari, per glo. hic. Et in quibus casibus possit alienari, videre l. fin. C. de litigio. viginti casus scribit Matthaeus de Afflictis in constitutio. Neapolita. rubr. de alienatio. rerum in iudicio deductarum, in 4. notab. Dicam in tract. meo de effectibus litis contestatae.

Item res minoris alienari non potest, sed praescribi potest, quia in hoc facilitate sua non leditur, sed iuris autoritate, l. i. C. de longi tēpo. praescriptio. tamen aduersus illam minor poterit restitui, vt in rubr. C. si aduersus vsucapio. quod tamen intelligendum, vt notatur in l. fin. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necesse. Et quādo res minoris

Legis vtilitates.

Vsucapere.

Vsucapionis definitio.

Vsucapio continet praescriptionem quacunque.

Praescriptio triginta annorum cognita à Iuriscōn. contra docto.

Res litigiosa potest praescribi, non alienari.

Res minoris vsucapari potest, licet restituatur.

Transactio vim alienationis habet.

Promittere prohibetur, qui alienare non potest.

Obligare rem an possit prohibetur alienare.

Alienationis nomine non venit pignoris vel hypothecae obligatio.

Alienationis verbo venditio continetur.

Prohibita alienatione an locatio ad lon-

minoris possit vsucapi, seu inchoari vsucapio, & perferri in persona eius, videre per Ioan. Francisc. in tract. de praescriptio. in prima parte sextae partis, in 23. casu. Et in quibus casibus prohibitio alienationis non efficit quominus distractus valeat. vsucapio quoque procedit, teste Alciato per l. ea lege. C. de conditio. ob causam dato.

Secundò prohibitus alienare rem, transigere non poterit super ea, quia transactio alienationis appellacione venit, l. i. §. si transigi. ff. si quid in fraud. patron. & ita tenet expresse Bald. in l. i. C. si aduers. transactio. quod est verum, si res tradatur, secus si per transactionem retineatur. Bart. in l. si pro fundo. C. de transact. c. nulli. de rebus eccles. non alic. Sic consuluit Alex. confi. 95. viso. col. 2. in 6. volu.

Tertiò qui rem alienare prohibetur, eam alteri promittere non potest, l. fin. C. de eunuchis, quia soluere & promittere quo ad hoc aequiparantur, in l. fin. C. ad legem Falcid. Et prohibita alienatione, prohibetur omne illud, per quod peruenitur ad eam, l. oratio. ff. de sponsal. sed per promissionem ad alienationē perueniretur: ideo prohibita censetur. nam promissa complenda sunt, l. vnic. C. de suffrag. Hodie tamen promittere non est alienare, quia pauci promissa complent.

Quartò non potest quis obligare rem alienari prohibitam, l. in quorum. ff. de pignor. & ibi Bart. & in l. qui habebat. in princ. ff. de lega. 3. nec specialiter, cap. nulli. de rebus eccles. non alic. nec generaliter, Barba. confi. 36. col. 10. in 2. volu. quia hoc est prohibitum in d. c. nulli. l. fin. C. de reb. alien.

Intelligite quando non erat spes luitonis, quia pro tanto obligata erat, quantum valebat, d. l. qui habebat. Alex. confi. 369. inspecto. vol. 6. Barba. in rub. de reb. eccles. non alic. col. 12. nu. 71. & sequ. & hoc in fauorabilibus. & improprie appellatione alienationis venit pignoris obligatio, vel hypothecae: secus vbi debet fieri stricta interpretatio, l. fi. vbi Bald. & Salice. C. de rebus alienis nō alic. Plene Anton. Negulant. in tracta. de pigno. & hypothec. in 3. membro 2. partis, nu. 73. & sequ. vbi etiam concludit per simplicem hypothecam sine traditione obligatum, non incurere poenam: per §. aut si libellario. vbi Bal. quib. mo. feud. amit. in v. lib. feud.

Ego autem dicerem per d. cap. nulli. alienationis nomine non venire pignoris vel hypothecae obligationem: quia ibi prohibet alienare, & obligare rem ecclesiae. ideo obligatio non venit nomine alienationis: alioqui Papa specialis hypothecae titulo ibi frustra expressisset: sed quando est eadem ratio in obligatione, quae in alienatione, tunc censetur prohibita per extensionem, seu interpretationem Papae, ibidē, & in l. fin. C. de reb. alic. non alienan. vt superius dixi. & Papa declarat in d. c. nulli. alienationis nomen quid contineat: non addit pignoris vel hypothecae obligationem. Si tamen cui prohibetur alienatio, & pignoris vel hypothecae datio: eo quod alienatione prohibita, prohibetur & omne illud, per quod perueniretur ad illam, d. l. oratio. ff. de sponsal. In rebus tamen ecclesiae erit prohibita specialis, nō generalis, vt ibi in d. c. nulli. exprimitur in princ. vbi Barba. post alios dicit generallem ex causa non prohiberi in rebus ecclesiae.

Quintò verbo alienationis venditio continetur, l. fi. C. de reb. alic. non alic. d. §. alienationis. scribit plene Fabianus de Mōre in tract. de emptio. & venditio. q. 4. verfic. 22. siue alienatio prohibita fuerit à lege, siue à testatore. d. l. fi. & Socin. confi. 75. circa in primo volumine.

Sextò cum prohibetur alienatio, prohibetur & locatio ad longum tempus, seu in perpetuum, d. c. nulli. de reb. eccles. nō alic. dum legitur ibi, condictionem. licet quidam legant conditionem, id est

conditionalem contractum, & alij seruitutem expōnunt, videlicet quod prohibetur contractus conditionalis rei ecclesiae, & seruitus etiam in re imposita, glo. in l. codicillis. §. instituto. de leg. 2. in nocen. in c. ad hanc. extra. de decimis. Bal. in rubr. C. de iure emphyteu. Et dicitur ad longū tempus per decem annos, glo. in cle. i. de rebus eccles. non alic. Iason. confi. 29. quanquam. in primo vol. post Bald. in c. i. col. 4. qui feud. dare possunt. & ibi videre Barba. optime distinguentem, in additio. ad Bal. & Lapsum allegatio. 31. dicite vt supra. verfic. 4.

Septimò etiā datio in emphyteusim sub verbo alienationis comprehenditur, d. l. fin. C. de iure emphyteu. Speculator in titulo de locato. §. nunc aliqua. quaestio. 125. & 165. Improprie tamen vt docet Federic. confi. 210. casus talis est. quidam episcopus. Iason in l. fin. nu. 79. & sequ. C. de iure emphyteu. Sed videntur loqui contra illum textum qui vtitur verbo continet, quod proprietatē significat, vt scripsi in l. i. in vltima gloss. supra eod. Sed est notandum duplicem esse alienationē: quaedam enim est expressa, altera tacita: venditio, donatio rei & perpetua emphyteusis expressa dicitur: vsucapio verò tacita.

Octauò celsio est vtilis dominij translatio. Bal. in c. i. per quos fiat inuestit. Bertha. in tract. de gabellis, in tertia parte octauae partis qu. 9. Nec agere potest qui prohibetur alienare. Absurdum enim putat Iuriscōn. ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere, in l. ait praetor. §. i. ff. de iure delibe. vbi vide gloss. & docto. remittentes: quia agendo posset per sententiam rem amittere, l. Iulianus. ff. de condit. indeb.

Nonò diuisio nōmine alienationis venit, l. si pupillorum. ff. de reb. eor. Ludouic. Rom. confi. 182. in casu. Barba. in repetitio. rubr. de reb. eccles. non alic. col. 48. quia diuisio emptionis vicem obtinet, l. i. C. comun. vtriusque iudic. ex eaque dominium transfertur, Bald. ibi. & an debeatur laudimium ex diuisione, scribit Ioan. Raynauld. in comprehensio feudali, §. praeterea. nu. 6. de prohibita feudi alienatio. per Feder. & Iason in l. fi. C. de iure emphyteu.

Decimò repudiatio alienatio est, l. pupillorum. & ibi Bald. C. de repud. heredita. ideo non potest resignare officium in fraudem fisci is, qui deliquit, quia alienare videtur. Barba. confi. 11. col. 15. verfic. capio primum. in 1. volu. & hoc vidi saepius vsu venire in Forensi iudicio.

Vndecimò habere rem pro derelicto dicitur, alienator, Bar. in l. i. ff. si ex noxali causa agat. quando cum fraude sit: alioqui contra, Alex. ibidem, & tunc praesumitur fraus ex connexitate & proximitate actus habendi pro derelicto, & occupandi per aliu. n. argu. l. si veniri. in fin. ff. de priuileg. credito. cap. officij. de electio. Et si coniunctus vel amicus occupat, argu. l. data. C. de donatio.

Duodecimò permutatio potest dici alienatio, d. c. nulli. de reb. eccles. non alien. & Infit. quibus alienare licet vel non. in princip. Bald. in authent. res qua. C. commu. de legat. col. vlti. Et regulariter sub nomine alienationis venit omnis contractus, per quem dominium transferri potest, l. fin. & ibi Bart. & alij, C. de reb. alic. non alien. nisi cessaret ratio, vel appareret de contraria mente, l. fi. de praedijs curial. lib. 10. C. glof. & doct. in §. i. de prohib. feudi alic. per Fed. Bald. confi. 176. istud statutū. in 4. vol. Anchar. confi. 105. in themate. per l. alienatum. infra eod. Alex. cōfi. 63. in causa. in 7. volu. quod facit ad intellectum rubr. quae in fraud. credit. facta sunt.

Decimotertiò nomine alienationis comprehenditur vltima voluntas, & omnis actus, per quem dominium transfertur, l. i. C. de fundo dota. l. si quis. §. certum. C. de secund. nupt. limitatur in l. ex hoc

Datio in emphyteusim an alienationis nomine continetur.

Duplex alienatio.

Celsio an pro alienatione sit celsio.

Diuisio an pro alienatione habeatur.

Repudiatio est alienatio, & in fraudem fisci delinquens officij resignare non potest.

Habere rem pro derelicto alienare dicitur.

Permutationis nomen veniat.

Vltima voluntas nomine alienationis continetur.

edicto. §. alienare. & ibi Bart. ff. de alien. iudic. mutand. causa facta. vbi non comprehenditur quo ad illum titulum, & quando contraria voluntas apparet, de qua per Bald. consil. 358. quidam Lucanus. col. 1. in volu. 1. & latius cōsil. 253. casus talis est: quidam. in tertio volu. docto. in l. codicillis. §. fratre. ff. de legat. 2. Bald. consilio 173. viso consilio. col. 2. in 3. vol. videte que scripsi in l. verba contraxerunt. supra eodem.

Item qui non potest alienare, alienationi non potest consentire, l. si. ff. de iure dor. Bald. in l. 2. C. si aduers. donatio. Sic consuluit Barba. consilio 41. Deum in uocent. col. 7. in 3. volu. quando per illum consensum compleretur, & perficeretur alienatio, l. sicut. §. alienationis. ff. quibus mod. pig. lafon in l. si fundum per fideicom. ff. de lega. 1.

Vltimo alienatio duobus modis capitur: proprie quando transfertur dominium directum, vel vile, l. 1. C. de fundo dota. non alienando. l. penult. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. Improprie quando dominium non transfertur, sed aliquod ius rei, l. alienationis. infra eod. l. sed si maritus. ff. qui & a quib. Quæuis Bald. in authen. hoc ius. col. 1. C. de sacrosan. ecclief. dicat alienationem quatuor modis accipi, vt scripsi in cōpendio alienationum rerum ecclief. in princ. sed isti duo modi sufficiunt, & alios continent.

Alienari aliquando large dicitur, quando sola possessio transfertur: sed hoc quo ad titulum de alienatione iudicij mutandi causa facta, l. non solum. vbi Bart. ibidem. & Alex. consil. 98. visis. col. 1. in 5. vol. Et quando omne genus alienationis prohibetur, text. iuncta glo. in cap. venerabili. de offic. delega. quia per translationem possessionis potest perueniri ad dominij translationem.

Notandum est tamen, quod per alienationem verbalem quis non incidit in pœnam, §. aut si libel lario. quib. mod. feud. amitt. vbi Bald. & in l. voluntas. C. de fideic. Plene Barb. in rubr. de reb. ecclief. non alienan. col. 9. & seq. nu. 53. cum seq.

Et sic proprie loquendo non dicitur alienatio, nisi illa, per quam transfertur dominium, per d. l. 1. C. de fundo dota. non alienan, vbi Bald. inducit ad statuta odiosa pœnalia prohibentia alienationem, vt proprie intelligatur in suo proprio significato, & sic non habebunt locum in pignore, siue hypothecca, secundum Barba. in rubr. de reb. ecclief. non alie. col. 1. Gloss. & doct. in l. 1. C. de iure emphyteu. Nisi lex aliud exprimet, d. l. fin. C. de reb. alienis non alienan.

Secundò non procedit, quando esset eadem ratio in alia alienatione vsufructus, vel pignoris, sicut in propria, quia tunc idem ius constitueretur, l. fin. C. ad legem Falcid.

Et hæc vobis conducere possunt, illustrisissimi præfules, quibus rerum ecclesiasticarum alienatio, etiam summo Pontifici est prohibita, c. non liceat Papæ. 12. q. 2. & omnibus viris ecclesiasticis, c. sine exceptione. 12. q. 2. vbi scripsi in compedio alienation. rer. ecclief. Etiam Rex est prohibitus alienare in præiudicium Regni, & contra Regis honorem, cap. intellecto. de iureiuran. Et si alienata sunt illa, quæ deputata sunt pro statu publico Regis, poterit successor illa reuocare, teste Alber. & aliis in l. digna vox. C. de legib. ca. suggestu. de decimis. Paret in ordinatio. Regis rubr. des occupateurs du domaine du Roy. & hoc nisi seruaretur, magnū præiudicium fieret Regno: alioqui benemeritis quedam donare potest. Bart. in l. 1. §. plane. ff. quod vi aut clam. Sed quantum dare tunc possit, declarat Lucas de Penna in l. 1. C. de capitatio. ciuium censib. eximen da. lib. 11. & l. quicumque. C. de omni agro deserto. ibidem, ac Matth. in præiudiis cōstit. Neapo. q. 24.

De alienatione si hic vellit singula profequi, iustum complere volumin. Ob id reicio vos ad ea quæ dixi in compedio alienario. rer. ecclief. & ad ea quæ Bart. & alij scribunt in l. si iusfam. §. diu. ff. de leg. 1. & in l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verbor. oblig. & in l. 3. C. de condict. ob caus. dato. ibi videre poteritis de prohibitione alienationis.

Sed an venditionis verbo continetur omnis alienatio? Et contineri plerique adfirmant, per l. statuliberi à cæteris. ff. de statuliber. ibi, quoniam lex duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complecti videtur: quod ideo erat, quoniam quælibet alienatio per imaginariam emptionem, sicut heredis institutio & emancipatio, celebrabatur. Obseruauimus itaque an ratio legis generaliter procedat, l. si. C. de præd. curial. lib. 10. vel in ea tantum contractus specie. lafon in l. si. C. de iure emphyteu. hæc Alciar. Idem firmat Fabianus de Monte in tracta. de emptio. & vendit. qu. 2. & Anton. de Burgos in rubr. de emptio. in fin. vbi tradit regulam cum tribus limitationibus, videlicet emptionis verbū omnē alienationē cōplecti.

Verumenimvero hoc pleniorē exigit interpretationem. Nam primū dico emptionis nomine non contineri alium contractum, nec etiā aliam alienationem. probatur ex vi nominis, per l. 1. ff. de contrahen. emptio. vbi aliud est emptio, aliud est permutatio, quāuis permutatio sit vicina emptioni, l. 1. & l. fin. ff. de rerum permutatio. Bald. in l. 1. colum. 2. C. illo titul. Alioqui frustra quæreremus an sit venditio, an permutatio, an alius contractus, si venditionis nomen omnes comprehenderet, vt in l. 1. ff. de æstimate. actio. Item diuersa sunt nomina, ergo diuersi contractus, l. si idem. C. de codici. Et hoc etiā probat totus titul. de contrahen. empt. & tit. de actio. empti, vbi tantū materia emptionis & venditionis traditur, non alterius alienationis. facit l. fin. C. de iure emphyt. & d. l. fin. C. de præd. curial. sine decreto non alienā. lib. 11. & l. in silam. ff. de præscript. verb. vbi si tibi in silā vendiderim, vt aliam reficeres, nullam esse venditionem, sed cunili agendum respondit Iuriscōsultus Neratius, ergo venditio non comprehendit omnem alienationem. pro hoc facit l. fin. C. de pact. inter empto. & vendito. vbi sic dicitur. Si quis ita paciscatur in venditionis, vel alienationis contractu. Ergo nomine venditionis non venit altera alienatio. Alioqui esset ibi superflua illa dictio, vel alienationis: quamuis cōmuniter iuris interpretes contrarium concludant. facit tex. in c. 1. de his quæ fiunt à præla. sine consensu capituli.

Itaque regula figēda est, quod nomine emptionis, vel venditionis non continetur alius contractus proprie: & iste est text. ad hoc accommodus. in l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de reb. eor. vbi sic dicitur, Si prætor tutoribus permisit vendere, & illi obligauerint, vel contra: an valeat quod actum est? Et mea fert opinio cum, qui aliud fecit, quam quod à prætore decretū est, nihil egisse. Hoc etiam conuenit cōmuni vsui loquendi, qui solet attendi, l. Labeo. ff. de suppellectili lega. & saltem cōmunis Franciæ vsus venditionis nomine non intelligit alios contractus.

Ex quo inferitur, quod si testator legauerit res emptas, non debebuntur res alio titulo habitæ, per text. singul. in l. item legato. §. item interest. ff. de leg. 3. secundum Lud. Rom. ling. 608. verbum emptionis. Idem in contractibus, si dederō res à me emptas, non videor donare illas, quæ ad me spectant ex successione, vel alio titulo, nisi appareat de contraria mente. Ideo si statutū veit, vel consuetudo, vt si quis vendiderit domum extraneo alicui, quod liceat eam pro eodē vel æquali pretio proximiori recupe

An venditionis verbo continetur omnis alienatio.

Rem eandem duobus in diuersis contractibus vendens falsi pœna puniatur.

Prohibita venditione alius contra hiberet.

Statutum loquens in venditione non habet locum in alio contractu.

Leges Regia explecantur.

Nomine venditionis non venit alienatio.

Legatum vel donatio de rebus emptis non comprehendit donatas vel alio titulo quasitas.

recuperare: si data fuerit in solutum, non poterit eam proximam habere, propter vocabulorum diuersitatē, quia pretium debet interuenire ad hoc, vt emptio sit, l. fin. ff. de condict. ob caus. Et ita fuisse iudicatum refert Specul. in titulo de emptio. §. nunc dicendū. vers. sed pone. Sed quia cōsuetudo Fraciæ generaliter loquitur, vt rem à proximo alic namam, liceat con sanguineo retrahere, ob id rem etiam in solutum datam retrahet con sanguineus, l. si prædium. de euit.

Tertio siue loquamur in fauorabilib, siue odiosis, nō venit nomine emptionis alia alienatio, nisi vt infra dicā. Ideo si quis vendiderit rem duobus in diuersis cōtractibus, falsi puniatur: sicut in aliis cōtractibus, quia hoc non est expressum. tex. & ibi Bart. in l. qui duobus. ff. de falsis. licet Perusinus cōtra sentiat, in c. vno. de excessib. prælatorū, in sexto: quia pœnæ non sunt extendendæ, sed restringendæ, lege, interpretatione. ff. de pœnis.

Quarto prohibita venditione, non censentur prohibiti alij contractus, nisi eadem ratio prohibitionis in illis locum habeat, l. voluntas. C. de fideicom. Perus. in d. cap. vno. col. 1. de excessib. prælatorū, in 6.

Quinto si dominus det facultatem emphyteutæ vendendi rem, non poterit eam permutare vt asserit Paulus Castrensis in l. 3. §. non tamen. ff. de institor. actio. Bart. in l. Aristo. in fine. ff. de donat. Felin. in c. vlt. nota. fin. de accusatio. quia aliud est vendere, aliud est permutare, dict. l. 1. ff. de contrahen. empt.

Sexto consuetudo loquens in venditione, non habet locum in alio cōtractu: & idem in statu. concludit Specula. in titu. de empt. §. nunc dicendum. vers. sed pone statutū. Ioan. Andre. & Ancha. in c. constitutus. col. 2. de restitut. in integrum. vbi scripsi, dando nouum intellectū contra quosdā ignaros iuris Pontificij, illud tamen maledictis rodetes. vide Fel. in d. c. fin. Et sic etiā intelligi debent leges Regiæ dicentes impositionem soluēdam pro mercibus venditis. pour marchandise vendues, vt patet in rubr. de l'imposition foraine. & idem in rubr. des eaus & forestz. vbi loquuntur facius de venditione, de vente ou achapt: vt non habeat locum regulariter in alio contractu, nisi vt inferius dicitur.

Generaliter tamen venditionis appellatione Iuriscōsultus Marcell. interpretatur alienationē venire, l. sicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pignus vel hypothe. soluit. glo. in l. 2. C. de vsuc. pro empto. Et hoc quando est eadem ratio in aliis contractibus, & alienationibus, sicut in emptione & venditione. tunc enim vi nominis venditionis omnis alienatio non continetur, sed Iuriscōsultū interpretati sunt ex mente: vt quod in venditione dicitur, habeat etiam locum in quibuscunq; casibus, in quibus eadē erit ratio in alia alienatione. quod suadet in verbis legis duodecim tabularum, quæ sunt hæc, VENDORI STATULIBEROS IVS POTESTASQUE ESTO. Cum itaque postea quæreretur, an statuliberi (id est illi quibus data, vel relicta est libertas sub conditione, vt l. 1. ff. de statulib.) vendi interim possint, lex duodecim tabularum permisit, vt paulo ante dixi, & etiam l. statuliberos. ff. de statuliberis. Sed quia lex duodecim tabu. loquitur tantum quod illi possint vendi, ideo dubitabatur an alio titulo alienari possent: & his verbis respondit Pompo. in dicta lege, statuliberi à cæteris. quoniam lex duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complecti videtur. Nec interest quo genere quisque eius dominus fieret: ideo nomen venditionis ex lege duodecim tabul. poterat esse generale, vt Bald. dicit in c. vno. in fin. de alienatio. feudi: quia omnia per æs & libram fe-

Declaratur l. statuliberi à cæteris.

tractabatur, & nulla fiebat alienatio sine specie emptionis, etiam ex interpretatione Iuriscōsultū Pomponij. Itaque postquam lex duodecim tabularum permisit dominis vendere statuliberos: idē statuisset si interrogatus fuisset statuens de alia alienatione, quando est eadē ratio in ea, arg. l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posth. Idcirco Pompon. interpretatur illam legem duodecim tabul. complecti omnem alienationem ex mente. idem probat l. apud Iulianum. §. auctoris. ff. de doli exceptio. ibi, auctoris doli emptori non obiicitur: sed hoc in emptore solo seruauimus: idem in eo qui permutauerit, vel in solutum acceperit, item in similibus qui vicem emptorum continent. Ecce quod in emptore constitutum est, Iuriscōsultū interpretatur in his qui vicem emptorum habent. Sic interpretatur Pompon. legem duodecim tabul. videri intelligendam etiam in alienatione: & tunc generaliter venditionis appellationem accipere debemus, dicta l. sicut. §. venditionis. ff. quib. modis pigno. vel hypo. sol. & hoc quo ad illum titulū: quia si creditor permittat pignus vendi à debitore, vel vel aliter alienari, ius suum in illa re amittit.

Ideo si quis non valens habere rei cōmercium, quia res est sacra, emere prohibeatur, & pignori accipere non poterit, quia eadem in vtroque ratio est, l. 1. §. eam. ff. quæ res pign. oblig. poss. l. sed & quod. de pigno. ibi, quod emptionem venditionemque recipit, etiam pignorationem potest recipere. ibi, maius conceditur, & minus permittitur. Et sic patet venditionis appellatione non venire aliam alienationem, nisi eadem ratio locum habeat. In alienatione alia, quia tunc ex interpretatio- ne fiet extensio, postquam Iuriscōsultū interpretati sunt, vt superius dictum est: & ista interpretatio & in statutis, & in aliis etiam odiosis locum habeat, propter rationem eandem, vt scripsi in l. 1. supra eodē. quod est notandum, & Paul. scribit emptionem voluntariam, adiudicationem verò necessariam, in lege, si pignori. ff. famil. erciscundæ.

Potest etiam ex hoc tex. colligi, quod verbum accipitur pro dictione, prout dixi in rubr. supra eo. De hac dictione etiam scriptum est in l. mulieris. supra eod.

De verbo Continet tractatur in l. 1. supra eo. Vix. Colligite phrasim Iuriscōsultū in hac dictione vix, quæ exponi pro difficile potest, l. rescripto. §. 1. ibi, cæterum si ita quidam renues & exhausti sunt, vt non modo publicis honoribus pares non sint, sed etiam vix de suo victum sustinere possint. ff. de munerib. & hono. Et quod vix sit, fieri tamen dicitur, d. l. vix certis ex causis. de iudic. ff. ca. per catechismum. de consanguinit. lib. 6. Interdū pro non, capitur, l. impuberem. in princ. ff. de fals. ibi, quoniam falsi crimine vix impuberē posse teneri ait, cum doli malus in eam ætatem non cadat, l. intra. in fin. ibi, vix restituendum, de minor. l. si iure. ibi, sed vix id obtinere potest. de lega. 3. Et est phrasim Iuriscōsultū, quando cum quadam vrbaniitate negare vult: sed dictio prope, cum illa vrbani- tate concedit, l. tutor. in princ. §. domus. ibi, prope est, vt sit intercessio. ff. ad velleia. Scribam alias phrasim in l. prope modum. infra eodem.

Non vtendo amitti seruitutem. Ex hoc tex. colligitur, seruitutes non vtendo amitti: & ideo dicitur non vtēdo, quia aliis etiam modis seruitutes amittuntur, vt patet per totum ritul. ff. quemad. seruit. amittantur. Sed intra quod tempus amittantur, gloss. in l. seruitutes. ff. de seruitu. dicit seruitutes cōtinuas, siue haberes causam perpetuā, seu quasi perpetuā, decē vel viginti annorum spatio acquiri, sicut res immobiles: & dicuntur habere causam continuam, seu perpetuam, quando ad earū vsu-

Vbi eadem est ratio etiam in odiosis nomine venditionis omnis alienatio venit.

Vix.

Prope.

Quo tempore seruitus amittitur, & acquiratur.

*Seruitutes
qua habeat
causam con-
tinuam, &
quasi.*

*Seruitutes
non habentes
causam
perpetuam
vel quasi
qua sint, &
quato tem-
pore pre-
scribantur.*

non requirunt factum hominis successuum, & continuum, quamuis à principio requiratur: vt in seruitute aqueductus, quae postquam est imposita, etiam sine facto hominis aqua per riuum fluere potest: & idem in seruitute habente causam quasi perpetuam, vt in seruitute stillicidij recipiendi, l. foramen. ff. de seruitu. vrano. praed.

Seruitutes autem non habentes causam perpetuam, vel quasi, non praescribuntur, nisi tanto tempore cuius memoria non sit in contrariu, per centum annos, l. i. in fin. & l. 2. §. item Labeo. ff. de aqua pluuiarum arcenda, vt sunt seruitutes itineris, actus, & viae. Sed licet regulariter istud tempus requiratur in acquirendo seruitutes, diuersum est in amittendo: nam vsitatus & comunius seruitutes impositae amittuntur per decem annos inter praesentes, & viginti inter absentes, l. penult. C. de seruit. & aqua.

Quod non procedit, quando seruitutes habent interualla annorum, vt quod alternis annis, vel mensibus, vel hebdomadis vti liceat, tunc duplicato legitimo tempore, id est viginti annorum tam inter praesentes quam inter absentes tollitur: sic intelligitur l. si sic constituta. ff. quemad. seruit. amittan. & dicta lex penult. l. & fina. Plene elucidat Cepola in tracta. de seruit. vrba. praedior. cap. 24. Et ista est comunis opinio, quod semper sufficit viginti anni, vt testatur Ioan. Francisc. Balb. in tract. de praescriptio. in tertia parte quartae partis, q. i. vbi addit, quod propter interualla dierum, vel horarum fit duplicatio, per d. l. pen. & fi. C. de seruit. & aqua. glo. & doct. in d. l. si sic. Et haec in seruitute rustica vera sunt. In seruitute vero vrba requiritur factum contrarium, videlicet vt quis libertatem praescribat, per l. haec autem iura. & l. qui luminibus. vbi etiam glo. ff. de seruit. vrba. praed. l. si quis alia. in fin. quemad. seruit. amittantur. & in c. cum ecclesia. de causa posses. & propriet. in cap. de quarta. de praescriptio. Anto. Butri. in cap. peruenit. de censib. Boer. in §. 5. de praescript. in consue. Biturig.

*Seruitutes
per abusum
amittuntur,
et suspensionem,
& remissionem.*

Amittuntur etiam seruitutes per abusum, vt dicit gloss. hic, quae allegat l. si sic. ff. quemad. seruit. amittan. sed parum probat. Sed facit quod priuilegium amittere meretur, qui permisa sibi abutitur potestate, cap. priuilegium. n. q. 3. c. tuarum. & c. vt priuilegia. de priuileg. Item seruitutes confunduntur, si idem vtriusque praedij dominus esse coeperit, l. i. ff. quemad. seruitur. amit. Etiam amittuntur remissione expressa, si remittantur seruitutem, quam habebam, l. si domus. & l. si aedes. r. ff. de seruitu. vrba. praed. Azo in summa C. de seruitu. in fine. Item sufficit tacita remissio, vt si permisero tibi, vt in eo loco aedifices, per quem mihi via debeat, ius viae amitto, l. si stillicidij. ff. quemad. seruit. amittan. Idem si venerit dies & conditio, sub quibus erat seruitus imposita, vt si imposuerim do nec Rex venerit, quando Rex veniet extinguitur, l. si is cui. §. fina. ff. quemad. seruit. amittan. Si res quae seruitutem debet perempta sit, extinguitur seruitus, l. si locus. ff. quemad. seruit. amittan. si tamen locus restituitur, seruitus in pristinu statu redit, vt ibi traditur. & alios modos quibus seruitutes amittuntur, videte in tit. quemad. seruit. amittan. & per doct. quos supra citauimus.

Vtendo. De hoc verbo vtendi dicitur in l. qui vti. infra eod.

Amisit. De hoc verbo scripti in l. Labeo. r. in fin. supra eod.

Qui occasione acquirendi non vtitur, non intelligitur alienare, veluti qui hereditatem omittit. Hac phrasi vtitur tex. in l. nemo. 2. in fin. ff. pro socio. ibi, illud quaeritur, vtrum is demum facere videatur, quominus facere possit, qui crogat bona sua in fraudem futu-

rae actionis, an & qui occasione acquirendi non vtitur. Et sic non acquirens, quod acquirere potuit, non dicitur alienare, quia non transfert dominium, vel aliud ius rei, quod non habebat, l. traditio. ff. de acquir. rerum domin. & loquitur hic tex. de hereditate quae antequam adeatur, non acquiritur. Secus in legato secundum Alciat. cuius dominium ipso iure in legatarium transit, l. à Titio. ff. de furtis. haec ille. Ego tamē putarem idem in legato, & aliis rebus non acquisitis, vt antequam legatum sit acceptatum, vel alia res acquisita, non videatur alienata, l. qui autem. §. sed illud. ff. quae in fraud. cred. Alias sequeretur legatum non posse repudiari, contra l. proinde. ff. si certum petat. Et qui agit ne quid acquirat, sibi insidiatus est, l. i. §. confertur. ff. de colla. bon.

*Legatum
non dicitur
alienari
quandomon
acquiritur,
contra Al-
ciat.*

Nec exemplum tex. de hereditate arctat regulam, l. nam quod liquide. ff. de penu legata. quia dominium rei legatae vere non transit in legatarium ante aditam hereditatem, & agnitionem legatum, l. si tibi homo. §. cum seruus. de leg. r. ff. Et quamuis per fictionem dominium transeat à morte testatoris in legatarium, vt scribunt interpretes, licet aliter dixerim in meis nouis interpreta. tamen ista fictio hic non attenditur, nam iste repudians hereditatem, vel omittens legatum, occasione acquirendi non vtitur, vt hic dicit tex. qui generaliter loquitur, licet exemplum de hereditate tradat, quod non restringit tex.

*Legatarij
ex fide do-
minio non
sunt fausti
in Regno
Francia.*

Et in hoc regno ex illo ficto dominio legatarij non sunt fausti, sed petunt legata ab heredibus, & per prouisionem solent heredes illis condemnari, licet testamentum falsum allegaretur, vt censuit Senatus Parisiens. anno 1541. die 10. Februarij, per l. si testamentum. ff. de petitorio. heredita. & l. si in fraudem. C. de legatis, & plene scripsi in tracta. de senten. prouisional. art. r. in primo tomo comment. ad ordin. Reg. Gallicae. Quamuis heredes ratione consuetudinis fausti esse dicantur, & ex illa consuetudine Franciae possessio sit translata in illos, vt in consanguineum defuncti, tamē adhuc non ad eundem non videtur alienare: quia illa vere non dicitur acquisita, antequam adeatur. & ista acquisitio defertur à consuetudine, si pars vti velit: quia inuito beneficium non confertur, per regulam iuris. de hoc plene scripsi in §. praefatiq. ordinarij. in gloss. vacare. de collatio. in concordia. & in 3. tomo confit. Reg. artic. 9. tract. de mater. posses. vbi abunde scripsi qui sint fausti.

*Heres autem
in Francia
non acquirens
hereditatem,
eam non dicitur
alienare.*

Nec refragatur quod hic dicit Alciat. quod in edicto praetoris, quae in fraudem creditorum, non est facta mentio alienationis, ergo ibi non comprehenditur legatum. Ego arbitror ibi comprehendenda ratione, quia fit mentio de fraudatione, quae est magis generalis quia omnem alienationem continet fraudulosa, l. i. ibidem. Ideo quicumque alienat in fraudem, punitur coedicto: sed qui non acquirat, non incidit in poenam, per d. l. qui autem. ibidem. Ideo non acceptans legatum alienare non videtur: & sic iste tex. vult comprehendere quamlibet acquirendi causam omnimodam per occasionem, de qua scripsi in dicta lege, rei. 2. supra eod. & gloss. hic alia super hoc iura adducit, vos illam videte.

*Declaratio
ad titulum
quae in
fraudem
cred.*

Item in fisco etiam non procedit: non enim videtur in fraudem fisci factum, quod acquiritur non est, l. cum quidam. ff. de iure fisci. Et ideo si accusatus de crimine capitali, non expectata sententia composuit cum praetato ad certam summam, non poterit dominus secularis coqueri: quamuis si reus fuisset condemnatus, dominus temporalis bona habuisset immobilia confiscata, teste Aufreri. in decisio. Tholosa. q. 150. Et idē in Rege firmat Benedictus in c. Raynuius. in verbo & vxore. nume.

*Non potest
coqueri do-
minus secu-
laris ob con-
fiscationem,
si praelatus
composuit
cum delin-
quente.*

*Gratiam
Rex concede-
di in pre-
iudicium con-
fiscationis.*

*Qui teneatur
acquirere.*

*Cautela
quando in-
struitur non
vult adire
hereditatem,
vt fraudet
creditorum.*

*Acquirere
quibus sit
suum.*

Veluti.

*Omittere
multa signi-
ficat, &
phrases.*

nume. 246. de testament. vbi limitat quando ex illa dissimulatione iustitia scandalifarerur res publica.

Et sic non potest conueniri Baro, vel alius dominus expectans confiscationem, si reus obtinuerit à Rege gratiam, quia nulli sit fraus in acquirendis. d. l. qui autem. ff. quae in fraudem credito. Et in quibus seruis deteriorē domini conditionē facere potest, l. seruus. C. de pactis. vbi docto. abūde tradunt. Sic consuluit Federic. cōsi. 9. casus talis. in praetato, qui ex causa rem ecclesiae legata repudiare potest, etiam sine solennitate. c. sine exceptione. 12. q. 2. Ista de creni Iarius alibi pertractare: nūc obiter pertrahē.

Intelligite praedicta, vt qui non acquirat, non videatur alienare: tamen si ratione officij vel contractus, vel ex iuris dispositione teneatur quis acquirere, & non acquirat, de negligentia, vel dolo teneatur, vt in procuratore, in l. dolus. ff. mand. Idem in tutore, in l. 2. C. arbitrium tutela. Et in venditore hereditatis, l. 2. §. sed & si quid dolo. ff. de hered. vendita. & ibi glossa alios adducit casus. Et in possessore hereditatis loquitur pulcher text. in l. sed & si. §. perinde. ff. de petitorio. heredita. Et Iurifcon. ait, non minus delinquere eum qui non incipiat possidere, quam eum qui desinat, l. i. §. penult. ff. si quis omnia causa testa. quod obtinet quantum ad illum titulum, & in habente officium acquirendi.

Aliquando vidi impetrari literas Regias, in quibus exprimebatur hereditatem esse obuentam Titio debitori. & illum nolle eam acquirere, ne suis soluat creditoribus: vnde Rex concedebat curatorem dari, qui hereditatem adiret, & postea creditoribus solueret: & puto tales literas aquas esse, & comprobandas, ac verificandas. Nam quamuis hic omittens hereditatem non comprehendatur in hoc edicto, quae in fraud. credit. facta sunt: quia nihil fecit, sed omisit: tamen quia malitiam hominum obuiam est, potest Princeps illi malitiae obuiare, & concedere, vt superius dixi, & probatur in l. i. ff. de curat. bonis dand. iuncta ibi glo. quod est notandum in practica. Is etiam, qui non vtendo amittit rem, vel vsum fructum, teneatur per text. in l. cum in fundo. §. quod si vxor. ff. de iure dorum.

Occasione. De ea scripti in l. rei. 2. supra eo. Verbū autem acquirendi auaritia suaue est, philosophis neglectū: tamen totum ius consistit, aut in acquirendo, aut in conferendo, aut in minuendo, l. si. ff. de legib. Sic profectus sum materiam beneficiale in praxi mea beneficia maxime in acquirendis beneficiis persistens. nam qui cum difficultate acquirere scit, ea retinere facile nouit, & cauet vt non admittat. Et possessio animo & corpore acquiritur, l. quemadmodum. de acquirenda possessione. ff. & in rubr. ff. de acquir. hered. & in rub. de acquirend. rerum domi. & de acq. posses. dicam in l. peruenisse. infra eod.

Non intelligitur alienare, nec proprie nec improprie, tum quia à se non facit alienum, quod sum nunquam fuit, tum quia nihil amplius transferre quis potest, quam sit apud eum, l. traditio. ff. de acquir. rerum dom. sed nihil est ante acquisitionem, ergo nil dicitur posse alienari. De hoc verbo scripti in l. i. in fin. supra eod.

Veluti. Haec dictio fuit elucidata in l. Labeo. r. supra eo. & exemplificatiua, vt dicit doct. per l. 3. & l. succurritur. ex quib. caus. maio. l. veluti. ff. de edēdo. & l. veluti. de iustitia & iure. & l. litigatores. & l. idem Pompo. de arbit. videte similes dictiones in l. impensa. infra eodem.

Omittere. Hereditatem omittit is, qui totam reliquit, vel partem eius repudiavit, l. mater. vbi gloss. ff. si quis omnia causa testa. & l. i. §. fin. ibi, si per rusticitatem aliquid fuerit omisium. ff. de ventre inspiciendo. vbi Bart. tractat, quando omisio solennita-

tis vitiet, & ibi addidi. facit l. Papinianus. §. quarto. ibi, merito omittit hereditatem, de inoffic. testa. l. quod si minor. §. Scauola. ff. de minor.

Omittere pro remittere, exponit gloss. in l. si est. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. ibi, nam defunctus si vellet omisa iniuriarum actione agere, ex stipulatu actione non remitteretur. ego exponere pro relicta, quia omittere est rem omnino dimittere, vt sequitur.

Minor vigintriquinque annis omisiam allegationem per integrum restitutionis auxilium repetere potest, l. minor vigintriquinque annis. ff. de minor. vbi glo. varie allegatione exponit, & pro exceptione dilatoria, vel preemptionia, vel probationibus. Sed verus meo iudicio illius legis sensus est, vt si minor quicquam allegare, & pro se adducere omiserit, si ob hoc laesus fuerit, possit hoc omisium repetere, id est resumere per auxilium in integrum restitutionis, & iterū allegare id quod omisit. & illa lex est in forensi iudicio valde frequens, & eam meliorem iuris las. dicit in l. 2. num. 9. ff. de iure iurand. quamuis doct. eam perperam intelligant, vt ibi dico in meis no. interpretationibus.

*Omittere
pro remit-
tere.*

*Intellectus
ad l. minor
vigintriquin-
que annis.
ff. de minor.
quae frequens
in iudicijs.
est.*

Itē Iulianus ait, si fiduciarius ex sua persona omiserit exceptionem, quae reus vti non potuit, si quidem minus honestam, habere eum mandati actionem: quod si eam qua reus vti potuit, si sciens id fecit, non habituram actionem mandati, si modo habuit facultatem rei conueniendi, & c. l. idēque. §. generaliter. ff. mandati.

Omittere mandatum, finite, soluere. l. inter causas omittendi mandati etiam mors in adatoris est: nam mandatum soluitur morte. ff. mandati ibi primo dicit omittere, postea soluere. Omittit locator actiones, l. si merces. §. culpa. ff. locati, ibi, ceteras actiones locator omittat, pro dimittat, remittat. Omisio in magistratu est puniendi, in l. diuus. ff. de offic. praesid. & ibi omisio accipitur pro negligentia in officio. facit l. ei qui. in fine. ff. de petitione heredit. Omisit vsuras, id est non petiit, l. cum quidam. §. i. ff. de vsur. vbi primo dicit omisit, & postea non petere. Omisium legibus dicitur, quod à legibus non est tractatum, nec decessum, l. quatuor. ff. de testib. Omisio pro non facta, dicit gloss. in l. de pupillo. §. si is cui. ff. de noui operis nuntia. Sed potest dici ibi, perinde est ac si non operis nuntiatio omisa esset, id est penitus derelicta, & dimissa. Omisus casus pro omisso habetur, l. commo. dissime. ff. de liberis & posthum. Omisio rei, l. qui mutuam. ff. manda. Omisio edicti parte exponitur in l. cum qui. ff. de iure iurando. Omittere possessio nem rei non est alienare, l. item. §. fin. ff. de aliena. iudic. mutand. causa fac.

*Omittere
mandatum.*

*In magi-
stratu omis-
sio punien-
da.*

Submittere est quod vulgo dicimus *submittre* vel *mettre sous*, subicere, supponere, & interdum ad personas refertur: vnde dicit Iurifcon. eum qui submitit accusatorem, in Turpillianum incidere, lege prima. §. incidit. ff. ad Turpill. id est qui clanculum accusatorem dedit.

*Submittere
quid.*

Submittere delatorem, in l. lege Cornelia. ff. de falsis. ibi, qui delatorem submitit in causa pecuniaria, eadem poena tenetur, qua tenetur hi, qui adstruendas lites pecuniam acceperunt. Alibi Iurifcon. scribit, si quis delatorem subiecerit, in l. senatus. §. r. ff. de iure fisci. facit l. diuus. de iure patro.

*Delatorem
submittere.*

Submittere quandoque ad res refertur, & est vnam pro alia subicere, vel supponere, l. i. §. si dolium. ibi, magis enim ne submitteretur signari folere, quam vt traditum videatur. ff. de periculo & commodi vendicte.

Submittere fauces alicui, est cedere, vt per rhetores, apud quos aliis quoque modis capitur. videte Caxi. lib. antiq. lectio. cap. 7.

*Submittere
fauces.*

Submittere

Submittere ad animalia respiciens est, & sumitur pro procreandæ sobolis gratia matris supponere, atq; alendis præbere foetus, l. quid ergo. ff. de usufructu. sæpius hoc verbo utitur Vlpian. & Bud. ita exponit in annot. Vel submittere est substatuere, sufficere in locum demortuorum animalium alia capita, d. l. quid ergo. ibi, habebit alios foetus submittere. & l. si fur. in fi. ibidem de usufructu.

Transmittit.

Transmittit ad actionem.

Transmittit idoneum nomen.

Immunitas transmittitur.

Transmissio.

Non optas intra certum tempus, optionem perdit.

In quibus rebus optio consistat.

Electio facta an re ipsi quis possit.

Submittere ad animalia respiciens est, & sumitur pro procreandæ sobolis gratia matris supponere, atq; alendis præbere foetus, l. quid ergo. ff. de usufructu. sæpius hoc verbo utitur Vlpian. & Bud. ita exponit in annot. Vel submittere est substatuere, sufficere in locum demortuorum animalium alia capita, d. l. quid ergo. ibi, habebit alios foetus submittere. & l. si fur. in fi. ibidem de usufructu. Submissa vox pro demissa, in c. alma. §. adiciamus. de sententia excommunicatio. lib. 6. quam alibi Papa vocat suppressam, in c. cum in partibus. de verborum significati. vbi tempore interditi missa debent celebrari in ecclesiis, iamvis clausis, submissa tamen voce, non alta.

Transmittit pro transfero. Inde transmittit hereditatem non aditam qui est institutus si intra annum decedat, l. cum in antiquioribus. C. de iure deliberan. qua tamen regulariter non transmittitur, l. quoniam. ibid. si non fuerit adita. Etiam substitutiones non transmittuntur ad heredes. l. Lucius. in fin. ff. de vulg. l. si ex pluribus. de suis & legit. Transmittit actionem, l. quemadmodum. in fi. ff. de inoffic. testamen. l. nam si quis. in fin. ff. ad legem Aquil. Vfus aquæ personalis est, ideo ad heredem vsuarius transmitti non potest, l. vsus aquæ. ff. de vsu & habit. Transmittit idoneum nomen in successorem, l. Titio. in fin. ff. ad municipal. ibi, indeni tati reipub. satis facere debere, si nomē ad successorem idoneū transmissit non doceatur. Transmissa, l. testatrix. in fi. ff. si serui. vindicet. ibi, pars ad aliquem transmissa sit. Immunitas personis data, cum personis extinguitur: ciuitatibus vero, vel rebus, ad posterōs transmittitur, l. forma. §. quenquā. iuncta l. 3. ff. de censib. Mora ad ceteros transmittitur, l. cum patrisfam. ff. de vsu.

Transmissio, translatio, & est triplex, vt per Ias. in l. si infanti. C. de iure deliberandi, & Benedictum in repetit. cap. Raynautius in verbo si absque. 2. de lega. rubric. de testamen.

Dimittere, promittere, & alia affinia huic verbo scribam in l. dimissoria. infra eo.

Aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur. Alienare non videtur, qui electionem seruatorum, vel aliarum rerum, intra certum tēpus sibi datam, nō facit. Et hic scribitur, optionem non amplectitur, id est non eligit, non optat. glof. exponit, per l. mancipiorum. & l. si tibi. de optio. lega. ff. Et sic qui non optat intra certum tempus sibi datum ad optandum, optionem perdit: quod est verum, quando omnia sunt integra: alia secus, vt pote si optio seruatorū data est intra certum tēpus, & post illud tēpus manumissus est seruus, illum pars amplius eligere nō poterit, vel si fuerit veditus, quod probat l. mancipiorum. ff. de optio. lega. & l. si optio. in fin. ibidem, & c. si tibi absentis. de præben. in sexto. Et hac optio habet locum in rebus differētib; & non in conformibus, quia parum in his expedit eligere: text. singul. iuncta glof. in verbo optio. in l. cum aurum. §. 1. de auro & argen. legat. ff. quem Roma. extollit in singul. 487. legat restator. facit textus in l. si pupillus. in fine. ibi, nam si vtique idoneus est, electio locum non habet. ff. de administratione tutorum.

Et facta electione, si id quod deterius est, quis eligat, sibi imputet, lege tertia, vbi glof. ff. de optio ne lega. l. ceterorum. infra eod. Nec potest petere postea, vt illa electio rescindatur, nec releuaretur quis, seu restitueretur ab illa sua electione, etiam in vim literarum Regiarum, quia ius est acquisitū parti, & sua electio consumpta, vt cōsuluit Roma. consl. 473. quo ad primū. Et stultissimus dicitur, si elegerit id, quod est deterius. §. ceterum. Instituit, quod cum eo. Illa tamē stultitia non releuaret eū,

nisi minor ætas succurreret, l. sed & si sine. ff. de minorib; vel alia iusta causa, vt si quis persuaserit mihi, vt optem seruum huic, quasi melior eo in familia non sit, tunc si callide hoc fecerit, de dolo actio datur, & ex illa causa releuaretur optans, lege, si quis affirmauerit. ff. de dolo. facit l. his consequenter. ff. famil. erciscun. Alias tolleretur ius partis, quod Princeps facere non debet. l. 2. vbi doct. C. de precib; Imper. offerend.

Et licet quidam teneant optionem de duobus dici, electionem de pluribus, l. 3. §. item si optare. ff. ad exhibendū: tamen in pluribus etiam est optio, vt mancipiorū optio legata, vel seruatorum, etiā si vltra cētum fuerint: probat l. 2. & l. mancipiorū. ff. de optio. legat. l. his consequenter. in princip. fam. l. erciscun. l. de eo. §. item si ei. ad exhibendū. Et sic capitur optio ibi pro electione, & per totum titul. ff. de optio. lega. & in l. 3. ff. qui & a quib; manu. l. ceterorū. infra eo. l. 2. §. proinde. de eo quod certo loco. & forte deducitur a verbo Græco, ὄρα, quod significat video: nempe is qui optat, debet videre, quod eligit, & an expediat illud, vel alterū eligere.

Et de optione canonica loquitur text. in cap. final. de consuet. in 6. Plura de hac scripti in tracta. de pacific. possessio. num. 140. & seq.

Item optio siue optiones sunt ministri prius ad aliquem gradū optati, siue a duce militum, siue ab alio primū optentur, l. si. C. de locato: siue a magistratu, & tunc dicitur vicarius, siue vicegerens, vt subbauius in Montepessulano. l. penult. vbi Rebuffus, de iure fisci. lib. 10. C. l. penult. de apochis publicis, ibidem. l. diuus. §. pannicularia. ff. de bon. damnat. l. fin. de iure immunita. vbi Budæ. in annotationi. accipit eo in loco optionem pro adiutore cēturiōnis, vel decurionis. Optionem etiam pro adiutore, & vicario, quasi collega adoptato. Optiones, vt ait Vegetius, ab optando appellati sunt, quod antecedentibus ægritudine præpeditis, hi tanquam adoptati eorum atque vicarij soleant vniuersā curare. Et sic omnes quos vocamus locum tenētes, & subcapitaneos, ab ipso duce vel magistratu optati, vel optiones rectē dicuntur, vt declarat Pyrrhus in d. l. penult. C. de iure fisci. lib. 10. vbi glo. dicit esse genus exactorū, intellige electum ab ipso exactore: & sic vulgus vocat subexactorem, vel substitutum.

Vel optionem pro adiuncto accipit Budæ. in forensi, quia de sententia litigantium coopertat. Ad iutor dicebatur officialis, qui a proconsulibus dicebatur in prouinciam illi decretam, l. præses. C. quomodo & quando iudex cuius manus erat in notationibus, præceptisq; proconsulis subscribere, scripiōque præerat: ideo scriuarius vocabatur, l. nulli. C. de numer. lib. 12. Alcia. lib. 6. parerg. c. 18.

Optare pro desiderare, cupere accipitur, vt optarem magno pere hunc titulum vobis & reipublice vsui fore, quod faxit Deus optim. max. Optatus seruus, id est electus, l. his cōsequēter. ff. fam. ercisc. Intra certum tempus. Pro hac phrasi est text. in l. mancipiorum. ff. de optio. leg. & de ditione intra scribam in l. si quis sic dixerit. infra eo. Ideo Iurif. consulu. dicit, certum tempus, ad excludendā optionem datam intra tempus incertum, vt quando volent certum enim indubitatum significat, incertum vero contra, l. subsignatum. §. incertus. infra eod. Et de hac certitudine vel incertitudine loquitur l. 1. ff. de cond. & demonst.

Certum est pro eo quod palam est, manifestum est, l. sæpe. & l. familia appellatione, & l. generi. isto tit. Certissimum & sine dubio, inquit Iurif. in l. reperi. §. rei. ff. quib; mod. vsusit. amittat. Inde certe persona, l. liberorum. infra eo. Certus contractus quis sit, elcidatur in l. certi cōdictio. ff. si cert. per. Certæ

Optio in pluribus.

Optio capitur pro electione.

Optio canonica.

Optio pro ministris.

Optio pro adiutore et vicario.

Optio pro subcapitaneis vel locum tenentibus.

Optio pro adiuncto.

Optare pro desiderare.

Certum & in certum.

Certum quid.

Certa conditio.

Certa summa.

Certo tempore.

Certa lege.

Certum genus hominum.

Certa pecunia pro numerata.

Certi.

Certi conditio generalis.

Certi conditio specialis designatur.

Incerti conditio.

Certare.

Certamen.

Certiorare.

Cerre pœna; in l. si qua pœna. infra eod. l. fin. §. fin. ff. ad legem Rhod. de iacta. Certa quantitas; expressa, designata, l. cum hi. in fin. de transact. ff. & in rub. de senten. quæ sine certa quærit. C. & l. qui autem. ff. de constit. pec. Certum diem, statutu. l. arbi ter intra certum diem. ff. de arbit. l. id quod. de cōstit. pecu. Certum est cuius species, vel quantitas, quæ in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ea demonstratione, quæ nominis vice fungitur, qualis, quantaq; sit ostenditur. l. certum. ff. si cert. pet. & certum est quod ex ipsa pronuntiatione apparet quid, quale, quantumq; sit, vt aureo. l. stipulationum. ff. de verb. oblig. Certa cōditio vocatur, vt quandiu volam, in l. 4. ff. de seruit. vel si moriar, tunc est certa an futura sit, sed quando, non, l. 1. ff. de condit. & demonstrat. l. proprie. in fi. depositi.

Certa summa, certo pretio: de hoc habetur in l. qui negotia. in princ. & §. cum heres. ff. manda. l. si necessarias. §. 1. ff. de pignor. actio. ibi, Titius. ibid. Certi aliquid exponit Lucas de Penna in l. si vacatia. C. de bonis vacan. lib. 10. Certo loco, expresso & determinato, in rub. & per tot. tit. ff. de eo quod cert. loco. & l. si vt certo. ff. commo. Certo tempore, l. Caius. ff. de pign. actio. ibi, vt creditor pignus suum in compensationē pecuniæ suæ certo tempore possideret. Certa lege, id est cōstituto pacto, & conuentione, l. sed & si. §. conditio. ff. de instito. actio. ibi, quid enim si certa lege, vel interuentu cuiusdam personæ, vel sub pignore voluit cum eo cōtrahi. Certum genus hominum, l. sed & si. §. item si plures. ibi, nam & certam personam possumus prohibere contrahere, vel certum genus hominū. ff. de instito. Certa numerorum æstimatio, præfinita, l. 3. ff. de in litem iurando. ibi, cum certa sit numerorum æstimatio. Certa pecunia, pro numerata accipitur, in l. 1. ff. de tritica. & l. qui autem. ff. de constit. pecu.

Certe affirmat, l. si noxale. in fin. ff. de noxal. & quod ait. in fin. ibid. l. iusturandam. vltima, de iur. iuran. Vel exponunt quidam pro saltem, per l. si seruus. ff. de assignat. libert. ibi, vel certe intellexerit, non quasi seruum cum legasse, sed quasi liberum assignasse. vel certe intellexerit, id est certo, planē intellexerit, interperari possumus, non pro saltem, vt quidam dicunt.

Certi conditio generalis, est actio, quæ datur ad perendum quodcumq; certum, l. certi cōdictio. ff. si cert. pet. Certi cōdictio vero specialis pro mutuo tantum competit, vt ibi, & l. si quis certum. ibi dem. dicam fufius in l. conditionales. infra eo.

Incerti conditio ad omne incertum, id est ad facta & alia datur. l. tribus. ff. de usufructu ear. rer. quæ vsu cōsumuntur. Aliis modis dicitur certum, & incertum vt scripti in interpre. l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest. in glo. quantitate.

Certare pro pugnare, contendere, l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad legem Aquil. ibi, quoniam ingenii solent certare. Et certare habet vel pila, in lege secunda, ff. de alex. lusu.

Certamen, id est pugna, colluctatio, d. §. si quis in colluctatione. Et vbi certamen pro virtute fit, licet sponsonem facere. l. quibus. de alex. lusu.

Certiorare est certiore facere, faire à sauoir, l. 3. & l. si heres. ff. de minorib; & item veniunt. §. petita. 2. de petitione heredit. l. fideiusor. 1. §. hoc idem. manda. Certioratur, l. iusturandum & ad pecunias. ibi, sparium dandum, vt certioratur. ff. de iur. iuran. l. 1. in fi. ibi, non videtur celatus, qui scit, nec certiorari debuit, qui non ignorauit. de actio: empei, & regula iuris, Eum qui certas est vt certiorare non oportet. Et plene de hoc scripti in tracta. nominatio. q. 1. 1. num. 117. & seq.

Datum, pro concessa expofui in l. sæpe. infra eo.

vbi plenissime tracto. Amplectitur. Hoc verbum dum ad personas refertur, significat manibus circumnectere, embrasfer, vel accoler, vulgo dicimus: & inter viros in Francia est consuetudo, vt seipsos amplectantur, cum salutarur de nouo venientes: mulieribus vero mos est vt inter se, & à viris osculentur, vt scribit patruus meus Iacobus Rebuffus, per illū textum in l. 1. C. de domesticis, lib. 12. Si vero referatur ad res vt hic, pro recipere accipitur, vel admittere, cōplecti: vt electionem non amplectitur, id est non recipit, non admittit, inde Paul. ait duobus legatis relictiis vnum quidem repudiare, alterū vero amplecti posse, in l. 5. ff. de leg. 2. facit l. non dubium. C. de legib; ibi, non dubium est in legem committere eum qui verba legis simplex, contra legis nititur voluntatem. Alia in hac alienationum materia licet videre in compendio meo alienationum, quem tractatum palam feci, ne plura.

§. Oratio quæ neque coniunctionem, neque disjunctionem habet, ex mēte pronuntiantis vel coniuncta, vel disiuncta accipitur.

Vult dicere iste text. quod oratio, quæ non habet coniunctionem, nec disjunctionem, quæ aliās vocatur soluta, in l. sæpe. infra eo. ex mēte pronuntiantis pro coniuncta accipitur, aut pro disiuncta pariter ex mente eius: vt si testator dicat, Mæuius, Titius heredes sunt. hi duo coniunctim heredes erunt, quilibet in dimidia parte: & ista mens ex verbis elici debet, vel coniuncturis, l. non aliter. ff. de delegatis. 3. l. si seruus plurium. in fine. de legat. 1. scripti in l. nominis. in fin. supra eod.

Si tamen de proferendis mente non appareat tunc in dubio soluta accipitur regulariter pro coniuncta. textus iuncta glof. Bart. & Albert. in d. l. sæpe. vbi dicam, infra eo. Vnde tantū est dicere, proccedas summarie, de plano, sine strepitu, figura iudicij, ac si copula apposita fuisset. glof. singularis in verbo figura. in clementina, sæpe. de verborum significatione: quia punctus est loco copulae, glo. in l. triplici. §. videamus. infra eod. & in lege pretia rerum. ff. ad legem Falcidia. & ibi Alexander, colū. secunda. Baldus in lege, placet. in fine. C. de sacrosan. eccles. Dinus, de regulis iur. in regula, in alteratiuis. quod probatur in dicta lege, sæpe. in princip. ibi, interdum soluta pro separatis, & c. nisi velletis dicere esse phrasim in d. l. triplici. infra eo. & l. metum. §. sed quod prætor. ff. quod merus cautā.

Teneat tamen primā opinionem, et si contrariū tenet glof. quam sequitur ibi Decius, per illum text. legis. in eod. §. vbi verba coniuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum. infra de regulis iuris. Quæ respondet ad §. videamus, quod ibi constat de mente propter subiectam materiam. Sed hoc diuinare est, ideo dicitur dictum. §. vbi loqui de disiunctiua, siue alternatiua, in qua alterū sufficit: non autem loquitur ille §. in soluta: & sic potest recte intelligi, alioqui iste §. esset superfluus in eo quod dicit, neq; coniunctionem, neq; disjunctionem habet. nam si illa verba, neq; cōiunctionem, intelligeretur de soluta, frustra essent apposta sequētia verba, neq; disjunctionem: quod nō est dicendum, quia in iure nihil debet esse superfluum, nec otiosum. l. 1. ff. quod met. caus. l. Gallus. de liber. & posthu.

Et ideo verba neque disiuncta, neq; coniuncta, dicuntur soluta, vt hic. Verba autem quæ non sunt coniuncta, sunt alternatiua, & disiunctiua, vt in dicto §. vbi. Et hæc faciunt ad intellectū multorū iurium: de quibus in lege, si is qui ducetā. §. vtrom.

Amplecti.

Mens pronuntiantis in soluta oratione attenditur.

Soluta in dubio pro coniuncta accipitur.

Intellectus ad §. vbi ne.

ff. de rebus dubiis. & cap. 2. de rescript. & inferius dicitur in l. saepe. Itaque interea haec notare, quonia à doctoribus non inuenietis tractata: nempe Alcia ti intellectus & aliorum hic nil ad rem pertinet.

Notanda est glossa singularis huius §. oratio. ad hoc, quod verba debent intelligi secundum mentem proferentis, lege, quisquis. infra eod. sine loquamur in legibus, l. in generali. infra eodem: siue in statutis, siue in ordinationibus, siue in iudiciis, siue in sententia: non autem in contractibus. Hanc glossam dicit ad hoc singularem Angelus in prælu diis ad titulum de exceptio. columna secunda, in Institutio. Nam vna dictio pro altera potest poni: & aliquando ponuntur proprie, aliquando impro prie secundum subiectam materiam. glossa ordinaria in l. cas causas. ff. de conditioni. & demonstra tionib. facit l. sed & si possessori. §. primo, de iure iurando. lex, infulam. de præscriptis verbis. Dixi in lege, nō aliter. (quam in primo meo ingressu Tho losæ in studiis antiquis interpretatus fui) ff. de lega tis tertio. Plene Stephan. de Federicis in tractatu de interpretatione. legum, tertia parte. Quæ mens quomodo cognoscatur, scripti in l. nominis. §. 1. supra eodem.

Verba in telligi scū d im men zē profren vis debent.

Oratio qd significet.

Oratio hic accipitur pro clausula, siue locutio ne, sermone, & genere dicendi, & in l. hæc verba il le. infra eodem. & omnis locutio oratio est, teste Cicero. de orat.

Dicitur etiam apud Iuriconsult. oratio, consti tutio ad consultationem senatus facta. Nam interdum quod Principes sua poterant statuere autho ritate, vltro ad senatum referebant, ipsumq; ora tione, seu literis, vel sola propositione consulebāt: vnde oratio de petitione hereditatis, l. si & rem. §. illud. ff. de petir. heredit. vbi ait Iuriconsultus in oratione diui Adriani ita est. Dispicite patres con scripti nunquid sit æquum, &c. Et hæc oratio, cum senatus postea censuerat, dicebatur etiam senatusconsultum, l. item veniunt. §. pridie. & §. apandam. l. illud, & l. vtrum. ff. de petitione heredit. dilucide probat text. in l. cum hic status. ff. de do natio. inter virum & vxorem. Interdum verò ora tio illa recitabatur tantum in senatu, quam pro lege Imperatores esse voluissent, vt lege, cum hi. de transactio. l. diuus. de seruis fugitiu. lege prima, de rebus eorum. ac alibi in iure. Et confirmant Imperatores Theodo. & Valent. in lege tertia, C. de legi bus. dum aiunt, leges ab omnibus æqualiter obser uentur, quæ vel missæ à nobis ad venerabilem cœ rum oratione conduntur, & in l. licet. de excusat. rutor. l. oratio. de sponsalib. lege penult. ad Tertul. lege prima, de rebus eorum.

Oraculum.

Oratio apud Oratores quoque latissime patet, vt apud eos legere licet. Et pro precatione Theologi vsurpant. Sed sequar tantum quæ iuris sunt nostri. Inde oraculum Principis rescriptū, viua ipsius voce concessum, l. & si legibus. C. si contra ius. l. fin. de diuersis rescript.

Oratores, qui, in l. lege Iulia. i. ff. ad legē Iuliam de vi publ. scripsi ibi in nouo intellectu contra Budæ. & alios.

Neque. Hanc dictionem elucidabo in l. verum. infra eodem.

IDEM LIBRO SEXAGESI mosexto Ad Edictum. Lex xxix.

Coniunctionem enim nonnunquam pro disunctione accipi Labeo ait, vt in illa stipulatione, MIHI HEREDIQVE MEO: TE, HEREDEMQVE TVVM.

Coniunctio interdum accipitur disunctiue, vt si promiseris mihi, herediq; meo centum aureos, si mihi dederis, non teneberis dare iterum heredi meo, nec heres habebit dimidiam: sed debet intelli gi si mihi non dederis, dabis heredi, & sic mihi aut heredi dare teneris. Et si pollicitus fuero me, heredemque meum daturum centum, si ego dede ro, ipse heres amplius non tenetur: & ideo disun ctiue capitur, que: vel si ego non dederō, heres meus dabit, vel faciet. Et adiectio vnus heredis, cum omnes teneantur, superuacua est, dicit Iurif con sultus in l. eum qui ita. §. i. ff. de verb. obliga.

Text. de claratur.

Hoc limitat glo. quando factum vtriusque intelli gerent contrahentes, vt in illa stipulatione, habere licere, vbi & promissor & heres obligantur ex mente contrahentium, l. stipulatio ista, habere licere. ff. de verbo. obliga. Idem si promiserō me & heredem meum non facere vim, l. si stipulatus fuero per te. de verbo. obliga. Et dicit Alciat. exem plum verum esse cum in stipulationem id deductū non est, quod tractum nō habeat, vt si decem mihi heredi que meo promittas.

Regula de consuetudine.

Et sic coniunctio regulariter coniunctiue capi tur: probatur per verbum nonnunquam, quod de notat regulam in contrarium esse, vt scripsi in Lin terdum. infra eo. quod vtile ad sequentia erit. Regu la ergo est, quod coniunctio regulariter coniun git, l. si heredi plures. ff. de conditio. in l. i. vbi sic dicit Paul. si heredi plures conditiones coniun ctim datæ sint, omnibus parendum est, quia vnus loco habentur: sed si disunctim, cui libet. l. quod vulgo. ff. de manumiss. testam. cap. 2. de rescript. clem. in plerisque. & ibi gloss. in verbo populo. de electio. §. penult. Infit. de hered. in fit. & hoc ad multas allegationes trahi potest, quibus nunc su per sedeo, breuitatis amans.

Coniunctio & equi principaliter consuegit.

Et sic ex isto textu colligi possunt sequentia requisita, antequam sylua caedua dicatur. Primo quod in hoc habeatur, vt caedatur. si ergo gratia amoenitatis, non dicitur caedua, vt probatur hic. Et huius sententiae est Alciatus, & alij iuris interpretes. Secundò requiritur vt ex stirpibus & trunco renascatur. si ergo non renasceretur, vt cupressus, non diceretur caedua, nec caedi posset, vt abunde profertur Paulus. Piccus in repeti. l. Titia. §. Titia. q. 36. ff. de legat. 2. Tertio quod suo tempore cedatur in triennium, vel quinquennium, pro consuetudine syluae, vt dictum extitit. Ex stirpibus, Stirpes teste Alciat. sunt ferulae seu virgulae, quae de radicibus nascuntur. Ea & geminata dicuntur: hinc & geminalis arbor, l. diuortio. §. puto. ff. soluto matrim. Ego vero differentiam esse inter gemina & stirpem arbitror, quia stirps dicitur truncus siue origo & radix, ex qua proueniunt gemina, virgulta & ferulae: sed gemina sunt virgulta ex trunco producta. probat lex, si seruus, §. idem & in sylua. ff. ad legem Aquiliam. ibi, quod si salictum maturum, ita ne stirpes ledere, sulteris cessare Aquiliam. & lex prima, §. i. ibi, à stirpe excidentiam. ff. de arboribus cedent. vnde dicimus ex stirpe & stirpis caedere, id est radicitus, in l. 3. §. quod si quis. ff. arborum furtum causa. ibi, ex seminario, id est stirpitibus arborem transfuleat. & idem dicitur in l. furtum. ibi, si quis radicitus arborem euulserit, vel extirpauerit. ibidem. vulgo, à la racine. & Grece omne germinas δαλλορ appellauerunt, δαλλο germinio, vireco dicitur: vnde Galii, estallons seu balsiuans, vocant arbores relictas in amputatione syluae, ad germinandum iterum, & renouandam eam. nam statutum est lege Regia, vt in quolibet iugere, quod arpentum vocant, decem istae arbores iuuenes, vel saltem octo relinquuntur, in rubr. des eaus & fore est, ordinatio. 2. art. 37.

Et sic ex isto textu colligi possunt sequentia requisita, antequam sylua caedua dicatur. Primo quod in hoc habeatur, vt caedatur. si ergo gratia amoenitatis, non dicitur caedua, vt probatur hic. Et huius sententiae est Alciatus, & alij iuris interpretes. Secundò requiritur vt ex stirpibus & trunco renascatur. si ergo non renasceretur, vt cupressus, non diceretur caedua, nec caedi posset, vt abunde profertur Paulus. Piccus in repeti. l. Titia. §. Titia. q. 36. ff. de legat. 2. Tertio quod suo tempore cedatur in triennium, vel quinquennium, pro consuetudine syluae, vt dictum extitit.

Quot requirantur, tanquam sylua caedua dicatur.

Ex stirpibus, Stirpes teste Alciat. sunt ferulae seu virgulae, quae de radicibus nascuntur. Ea & geminata dicuntur: hinc & geminalis arbor, l. diuortio. §. puto. ff. soluto matrim. Ego vero differentiam esse inter gemina & stirpem arbitror, quia stirps dicitur truncus siue origo & radix, ex qua proueniunt gemina, virgulta & ferulae: sed gemina sunt virgulta ex trunco producta. probat lex, si seruus, §. idem & in sylua. ff. ad legem Aquiliam. ibi, quod si salictum maturum, ita ne stirpes ledere, sulteris cessare Aquiliam. & lex prima, §. i. ibi, à stirpe excidentiam. ff. de arboribus cedent. vnde dicimus ex stirpe & stirpis caedere, id est radicitus, in l. 3. §. quod si quis. ff. arborum furtum causa. ibi, ex seminario, id est stirpitibus arborem transfuleat. & idem dicitur in l. furtum. ibi, si quis radicitus arborem euulserit, vel extirpauerit. ibidem. vulgo, à la racine. & Grece omne germinas δαλλορ appellauerunt, δαλλο germinio, vireco dicitur: vnde Galii, estallons seu balsiuans, vocant arbores relictas in amputatione syluae, ad germinandum iterum, & renouandam eam. nam statutum est lege Regia, vt in quolibet iugere, quod arpentum vocant, decem istae arbores iuuenes, vel saltem octo relinquuntur, in rubr. des eaus & fore est, ordinatio. 2. art. 37.

Stirpes qd dicantur. Reprehenditur Alci.

Stirpes si ad homines referatur, dicitur origo. genus seu cognatio, & frequentius generis est eximium: si vero ad arbores referatur, masculini, vt per grammaticos. licet vtroque genere pro arboribus apud auctores reperitur. Vnde dicimus successione per stirpes, vt quando tres filij vnus fratris succedunt cum patruo, & huius non habent plus, quam alter solus patruus eorum, l. in successione. C. de suis & legit. heredibus. Tunc enim dicuntur in stirpes succedere, quia qualibet stirps seu origo, ex qua descendunt siue plures siue vnus tantum, siam capit portionem. Nam quamuis ex fratre decem sint liberi, non plus habebunt quam vnus ex alia stirpe, vel patruus solus habet, §. cum filius. de hered. quaer. ab intesta. deferuntur. in Instit. Per capita successio est, quando quodlibet caput succedit, & pro virili datur successio non per cognationes secundum stirpem ex qua descendunt. authent. post fratres. 2. Cod. de legit. hered. Et multi per capita stulti sunt, non per stirpes, vt est paroenia. Inde fordida stirpes dicuntur viles, & nullius existimationis & famae splendide, clarae, & fulgentis, l. super statu. C. de quaestio. ibi, ne alienae fordidae fore stirpes splendidis & ingenuis natalibus audeant subrogari. Et quid appellatione stirpis veniat, est text. & ibi Bald. & alij in lege, si quis in suo. C. de inoffic. testamento, & Philippus Perus. in ca. primo. col. penultima, de testamentis. in sexto, vbi dicit comprehendere descendentes ex aliquo, sed non consanguineos ex parte matris. ibidem videtur reliqua.

Estallons à Greco vocorbo dicit.

Successio per stirpes quid sit.

Successio per capita.

Quid appellatione stirpis veniat.

Salus & lucus & sylua quid, & differentia.

vel sunt vasta & syluestria loca, vbi arbores in altu exiliunt, teste Isidor. in libro etymolog. 14. & 17. re- fert Lucas in rub. de fundis rei priuatae ac possessio. & saltibus diuinae domus lib. 11. C. Et sic differre a sylua ait Valla, lib. 4. cap. 56. quod sylua generalius nomen sit, praeterca solet esse caedua, vt supra dictu est. Lucas est locus diis sacer, separatus, & Graece *κλυδω* vocatur, & nequaquam caedua est, quin potius manu consitus, religiosusque, atque vel alicui deo, vel alicuius hominis cineribus consecra- tus, Ouid. in fastis: *Inonius magni nomine lucus erat.* & a *lucua*, vocabulo Aramaeo, quod *Hæruici* vtantur, vt Samuel, & reliqui Talmudista referunt, & signifi- cat fenem, & seniore: hinc Lucumones nomen senatoriae dignitatis. Saltus vero est sylua inuia, nec transeuntibus peruia, in qua pacis, ac aestiuare pecudes solent, aut si locus aerque patiat, hyema- re, l. 1. §. quod vulgo. ibi, aestiuorum, hybernorum- que saltuum. ff. de vi & vi armata. l. testatrix. §. 1. ibi, saltum communem, vt ius compascendi haberent mercari sunt. ff. si feruit. vindicet. Nemora autem voluptatis causa comparata sunt, & amoenitatis plena. Hec Valla. His tamen vocabulis passim vno pro alio vtimur. Interdum enim saltus pro sylua capitur, & pro agro quoque: inde fundi saltuenses, id est in quibus sunt pascua, exponit glo. in l. nulli. C. de fundis patrimon. lib. 11. Ego puro fundos sal- tuenses dici, in quibus sunt saltus, & colonos, sal- tuenses, qui istos conducunt, in rubr. de mancip. & colo. lib. 11. C. & titul. seq. de fund. patrimon. & salt. rei domi. & sequent. declarat Pyrrhus in consuetu. Aurel. rubr. de feudis c. 71. Interdum in his saltibus est habitatio, vt probat. l. ex duobus. ff. de neg. gest. & l. 1. de seruis fugit. l. creditor. de actio empit.

Lucumones.

Nemus.

Saltuenses fundi coloni saltuenses.

Saltus aestiuus & hybernus.

Saltuarium.

Custodes syluarum.

Arboresque plantare vult iuxta fundum vicini, quid obseruare debeat.

de rerum diuis. in Instit. Si vero prope confinium posita arbor fuerit, etiam in vicinum fundum radices egerit, communis erit, l. adeo. in fin. ff. de acq. rerum domin. l. idem Pompon. §. de arbore. de rei vindicatio.

Tertius casus est quando arbor aliena dependet supra domum meam, stirpitus euellenda est l. 1. §. primo, de arbo. caedend. ff. quia nocua est domui, tñ propter vmbra, & pluuiam, tum propter frondium, ramorum, & florum caducitatem, quae impedirent stillicidiorum cursum, teste Salice. in l. 1. col. 3. C. de interd. nec sufficeret frangere illam partem arboris, quae supra domum dependet, si alia sit conti- gua, quia ex illa parte etiam poterit stillicidij cur- sus impediri, cum per rigorem venti frondes, & rami supra domum cadere possint: quod non est quando arbor dependet supra fundum, tunc suffi- cit tollere, quod est supra fundum, vt coelum libe- rum habeatur, etiam si agatur negatoria, l. fin. ff. de seruitutib. & l. fin. de arbor. caedend. Vel si interdico agatur, quindecim pedes altius rami arboris circumcidi debent, ne vmbra arboris vicino praedio noceat, d. l. 1. §. deinde, & seq. de arbor. caedend.

Arbor supra domum alienam dependens est stirpitus euellenda.

Quartus casus est, si arbor tua immittat radices intra domum, vel fundum meum, euelli debent & frangi. l. 1. C. de interd. ne labefactentur parietes domus meae. l. decernimus. §. 1. C. de aquaeductu. l. 1. & ne fabricam formae corrumpant, l. 1. ibidem.

Quintus casus est, non licet arbores impenden- tes supra rem meam, vel radices intra meum praedium existentes propria autoritate succidere. l. si plures. §. 1. ff. arbor. furt. caesa. sed permitti potest a iudice, l. 1. §. 1. de arbor. caedend. ff. & d. l. 1. de interd. C. ibi, praesens ad suam aequitatem rediget, ergo per- tinet ad praesidium, & non ad partem. Angel. in §. 1. Titius. de rerum diuis. in Instit. Cepol. in tracta. de seruit. vrbano. praediorum, cap. 81. de arboribus: vbi concludit, immisum naturaliter, vt in radici- bus, non esse tollendum propria autoritate, sed si facto hominis: vt in l. quemadmodum. §. si pro- ceptum. ff. ad legem Aquil. & Per. Jacob. in sua praedica rubr. de actio. finium regundo.

Autoritate propria arbores alienas non licet excidere.

Sextus casus, sufficit etiam ante denuntiatio- nem extra iudicium factam porrigere supplicatio- nem iudici contra partem, vt arborem excidar, vel excidere pariat, & tollere, per dicta l. 1. de arbor. caedend. & ita Salice. scribit in dicta l. 1. Cod. de in- terdictis. Cautius tamen est, vt pars denuntiet parti extra iudicium coram tabellione & testibus, vt succidar, vel permittat: & hoc docet Speculator in titu. de causa propria. §. priuata. versic. est insu- per. & Rosiedus in titu. de arbor. caedend. in 2. parte. & Lucas de Penna in lege 1. col. penult. Cod. de aquaeductu. l. 11. Etiam post istam denuntiationem sine iudicis autoritate non licebit parti succidere arborem alterius, & tollere; quia non est singulis concedendum, quod per magistratus publice pos- sit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi. l. non est singulis. ff. de regul. iur. & per iura allegata in proxima conclusione supra, quamuis contra- rium doceat Cepola in dicta l. tracta. in rubrica. de arbor. Tamen prima opinio seruat in praxi, vt etiam post denuntiationem parti factam requi- ratur iudicis autoritas, & permissio saltem in Francia. & ista permissio non potest fieri inau- dita parte, nec per libellum concedi, lege, nec quicquam. §. vbi decretum. vbi scripti. ff. de offic. proconsul.

Denunciatio prius sit facienda, quod succidar radices vel arbori.

Praxis.

Habens arborem impendentem in alienam solu non inuasur praedictum.

Septimus casus est, quod etiam si arbor steterit per triginta, vel quadraginta annos supra rem meam, adhuc non poterit dominus arboris praescri- ptione obicere, quia non est semper in vno statu, cu quolibet anno crescat, ergo non currit praescriptio, l. quod

l. quod autem. ff. de seruit. vrb. praedio. & argumē- to legis, proponebatur. in fin. ff. de iudicis. Et ideo illud, quod creuit a triginta annis & quotidie, non est praescriptum: ideo agi potest. ab initio enim cuiusque anni computanda est haec praescriptio, l. cum notissimi. §. vlt. C. de praescriptio. 30. anno. Et quod nondum natum est, sed quod quotidie nascitur, praescribi non potest. l. 1. §. nemo. C. de anna- li exceptio. Et ita concludit Lucas de Penna in l. 1. col. vlt. C. de aquaeductu, lib. 11.

Octauus casus est, quod licet domino arboris excidere ramos suae arboris, vel radices etiam in fundo alieno, & lignum ex eis factum tollere. d. l. 1. ff. de arbo. caedend. Alia possunt videri per Rosiedum in tracta. libello. in 2. parte rubr. de arbo. caedendis. & per d. Feron. in consuetu. Burdegali. rubr. de iurib. arbutio. §. 1. & quia vidi ista facius in forei iudicio euenire, & parum ab aliis elucidata, ob id praedicta hic congerere vobis volui.

Nasci ad multa referuntur.

Nasci refertur ad arborum.

Ad lapides.

Ad aqua.

Nasci obli- gatio dicitur.

Natiuitas quid sit, & quotuplex.

Renascitur.

Nascitur, id est oriatur. sic patet istud verbum referri non solum ad homines, vt si mihi intra decem menses filius natus, natave erit, heres esto. l. Gallus. ff. de liber. & posthu. l. ostentum. infra eo. sed etiam ad animalia. l. idem Pompon. §. idem scribit, si equam meam equus tuus praegnantem fecerit, non esse tuum, sed meum, quod natum est. ff. de rei vindica- tio. Et ad arbores, vt hic, & in l. si plures. ff. arborum furtim caesa. l. arbor in confinio nata est. commu- diuidundo. Et ad syluam, si conuenerit. 2. §. si quis. in fin. ibi, quaeque ex sylua facta, natave sunt, de pi- gnora actio. & ad alias res, vt in l. i. re si fundi vsu- fructus legatus sit, quicquid in fundo nascitur, de vsufr. Etiam ad lapides, l. diuortio. §. si vir. ibi, nisi talis sit, vt lapis ibi renascatur. ff. sol. matr. Inde dicitur, omnis res per quascunq; causas nascitur, id est contrahitur & concipitur, per eadē & dissolui- tur. cap. 1. de reg. iur. Et insula nata dicitur in flumi- ne, vel mari, id est orta, vel facta, in litem si fundi. §. 2. ff. de vsufructu. l. adeo. §. insula. de acq. rer. dom. Et ad aquam refertur, l. 1. §. caput aque illud est, vt de aqua nascitur, si ex fonte nascatur, ipse fons. ff. de aqua quotidiana & aestiua. l. qui duo. de seruitutib. rustico. praedio. Oleum natum & collectum, l. si debitor. in fin. ff. de contrahend. emptio. Respicit etiam obligationes, l. si is qui. in fi. & l. seq. ff. com- moda. ibi, plerunq; id accidit, vt extra id quod agitur, tacita obligatio nascatur, id est oriatur. l. si mulier. §. si dos, quod metus causa. l. si tibi. 3. de praescript. verb.

Nascitur actio, d. l. si mulier. §. si metu. ibidem, & nata actio, in l. doli verbum. in fin. ff. de seruo cor- rupto. & lex, cum autem. §. haec actio. ff. de adilit. edict. dicit, actiones oriuntur, de hoc abunde scripsi in l. saepe. infra eodem. de actione natiua & factiua, vbi reprobaui sententiam interpretum & com- munitatem. Natiuitas dicitur ipsa origo, seu ortus: inde Iurisc. ait in l. 1. ff. ad municipalem, municipem aut natiui- tas facit, aut manumissio, aut adoptio. Et haec natiuitas triplex est, natura, vt quando quis in mun- du nascitur, de qua supra: gratia, quae fit per bap- tismum, cap. qui in matris. de consecra. dist. 4. & in euangelio, nisi quis renatus fuerit, &c. Et natiuitas gloriae, quae est post mortem, cap. post baptismum. ibidem. Inde mors sanctorum natale ipsorum dicitur, vt scripsi in l. pronuntiarum. §. 1. infra eo. glo. in §. fin. de ingen. in Instit.

Renascitur vindicatio in l. & si forte. in princ. ff. si serui. vindice. vbi glo. & docto. exponunt, nam primò quis adificium exultit, postea deposit. vi- dere in l. verbum reddendi. infra eod. nam ego ex- ponerem proprie pro denuo oriatur, seu renoua- bitur. de his haetenus.

§. Stipula illecta, est spica in messe deie- cta, nondum lecta, quas rustici, cum vacauerint, colligunt.

Duobus modis intelligunt hunc tex. iurium in- terpretes, primò vt stipula in neutro genere sint spicae in messe deiectae, quas spicas rustici cum vacauerint colligunt: sed ex mente Alciati melius es- set legere in messe relictae, quam deiectae, quod probat ex Deuteron. vbi praecipitum est ne stipulam il- lectam, oliuas relictas, racemisque remanentes dominus colligat, sed aduenae, pupillo & viduae permittat, vnde spicilegium & racemationem fa- cere possint, id est spicarium & racemorum colle- ctionem. haec Alciatus.

Intellectus duo ad text. per doct.

Iste intellectus quia per eum verba text. mutantur, non mihi placet: primò dicit verbum stipula, neutri esse generis: sed ego non memini me legisse in hac significatione, ideo potius dicerem, stipulae illectae sunt spicae, &c. quam stipula illecta in neutro. Etiam Alciatus mutat deiectae, quod verbum est valde accommodum textui: & si voluisset Iurisc. loco illius dicere relictae, ita sicut deiectae scrip- sisset, probatur in l. vna. §. fin. autem ad deficiens. C. de caduc. tollend. cap. ad audientiam. de decim. Ideo iste prior intellectus parum mihi arridet.

Intellectus Alciati im- probatur.

Secundus intellectus, quod relatiuū quas hic re- feratur ad stipulas, & non ad spicas, videlicet vt cum rustici vacauerint, colligat stipulas, id est post mael- les factas: verū quia in quibusdam regionibus eas comburunt, vt in Montepestulano, & ibi eas, sicut Romae, non colligunt, ideo videndus est alius in- tellectus, cum haec leges Romae editae sint.

Secundus intellectus.

Ego autem arbitror verba text. non mutanda, & relatiuū quas ad vtrunq; verbum referri posse, scilicet tam ad spicas relictas, quam ad stipulas, & antiqui codices habebant ita: Stipula illecta est spicae in messe deiectae, nondum lectae, quas rustici cum vacauerint, colligunt. & ita habetur in Paul. Florent. & spicae erit genitiui casus, & deiectae, & nondum lectae. & iste erit sensus, quid sit stipula il- lecta: & respondere Iurisc. Stipula illecta est spica, id est ex spica in messe deiecta, & deposita, & euulsa, nedum lecta quas videlicet spicas deiectas, & stipu- lam, cum rustici vacauerint, id est cu feriati a mes- sibus fuerint, colligunt.

Intellectus auctorior.

Dubitatio esse poterat, an appellatione stipulae illectae comprehenderentur spicae deiectae: & respon- det comprehendi, quia rustici stipulam cum spicis deiectis & relictis colligunt.

Dubitatio ad text.

Vtilitas esse potest. Nam vidi aliquando locari stipulam talis fundi, vbi erant herbae, & gramina, & dominus volebat spicas relictas colligere. Respo- dit non posse, quia stipula illecta comprehendit spicas deiectas, vt conductor haec omnia colligere habeat.

Vtilitas huius legis.

Ad haec si consuetudo existat (vt in restortu Tho- losano) quod frumento de fundo extracto, oves & alia animalia possint ingredi fundum, non poterit dominus antequam colligat spicas relictas prohibere, & antequam fecerit spicilegium, quod vo- cant, sed antequam dominus manipulos frumenti colligat, seu fasciculos, prohibere poterit po- stea non.

Dominus non potest animalia prohibere, ne fundum suum ingre- diantur.

Et sic hoc spicilegiū, seu spicarium collectio non- debet fieri, quandiu manipuli frumenti sunt in agro, quia possent spicilegia, id est collectores spicarum deiectarum ex fructibus accipere, & daretur mate- ria surandi: quod permitti non debet, l. iurigen- tiana. §. si pacificar. ff. de pactis.

Spicilegiū qd. & quan- do sit faci- endum.

Ita patet quod iste text. stipula illectam declarat, & dicit, stipula est spica deiecta, id est spica remota fit, & dicitur stipula. Illecta autem dicitur nondum lecta

lecta, sicut si dicerem pileum intindum esse lanae tonfae, non dum tincta: & sic stipula & spicae deiecitae, vt intelligatur calamus spicae deiecitae: sed si declares illectam, dices stipula illectam esse calamum spicae deiecitae non dum lecta, quas cum rustici vacauerint, colligunt. Nec placet Cepol. sententia dicentis stipulam illecta esse, donec spicae sint collectae, quod dicit cōferre ad statutu, quo quis tenetur decimam frumenti soluere, simul atque collectum fuerit, vt non teneatur soluere, donec frumentum recollectum fuerit, quod probari potest in l. interdum. ff. de verb. oblig. & hoc est verum, sed non quod stipula illecta non dicatur, si spicae deiecitae fuerint, licet non collectae. nam quadiu stipula non est lecta, dicitur illecta, per istum text. quamuis spicae collectae sint, quia hic iurisc. non tractat de spicis colligendis, sed tantum de stipula. Varro de re rustica lib. 1. c. 53. sic ait: Messis facta ad spicilegiu venire oportet, aut domi legere: aut si sunt spicae ratae, & operae carae, compacti, summa enim spectanda, ne in ea sumptus fructum superer.

Stipula quid, & vnde dicitur.

Cōstatigitur stipulam esse calamum spicae deiecitae, & simul atque spica est euulsa à calamo dicitur stipula, à stipa forte, vel stupa, quod stupae infarvratur, vel (vt alij dicunt) quod ea rimae rectorum stipari cōsueuerint: quod Grammaticis relinquo, sed Gallicè vocatur *chaufme*, seu *raffouble*.

Palea nomine fructus continetur.

Vnde facit text. in l. si usufructuarius. 1. ff. quibus modis usufruct. amitta. ibi, stipulam, quae in messe iacet, heredis usufructuarij esse, quem tex. Lud. Roma. singul. dicit, singul. 549. ad hec, quod fructus nomine venit palea, & stipula, ac foenum. Ideo si quis locauerit fructus fundi, non poterit colligere stipulam, sed ad conductorem pertinebit.

Comburens stipulam de damno tenetur.

Ad haec si quis in stipulam suam, vel spinam comburédi eius causa ignem immiserit, & ulterius euagatus & progressus ignis alienam fegetem, vel vineam laeserit, si die ventoso id fecit, culpae reus est, l. qui occidit, §. in hac. ff. ad legem Aquil.

Manu satum non cōpro: dicitur in stipula natum.

Et quando excipitur in venditione manu satum, non comprehenditur id, quod in stipula natum est, quia non est manu satum, sed prouenit ex spicis relictae, l. qui fundum. §. 1. ff. de contrah. emptio.

Ex stipula cognoscere.

Inde ex stipula cognoscere quem dicimus, quando ex aliquibus fenecae indicis indicat cuiusmodi in adolescentia fuerit: vt si senio cōfectus mulieres quarat, vel verba foetida proferat, praesumitur quod in iuuentute non caste vixerit, cap. penult. de praesump. e contrario ex studiis suis puer cognoscitur, cap. ex studiis. ibid. vbi scripsi.

Messis vnde, & palea.

De messe Varro lib. 1. de re rustica, cap. 50. sic ait. Tertio modo metimus, vt sub vrbe Roma, & locis plerisque: vt stramentum medium subsecet, quod manu sinistra summumprehendunt: à quo medio messem dictam puto. infra manum stramentum, quod terrae haeret, postea subsecatur. contra quod cum spica stramentum haeret, corribus in aream deferunt: vbi discedit in aperto loco palam: à quo nominata potest esse palea. haec ille.

Spica cum maturus fecatur, remanet stipula.

Spicae in messe, id est tempore messis solent subsecari spicae, & remanet stipula: si tamen alio tempore fieret. forte belli tempore, & maturius colligantur spicae, non minus dicitur stipula. nam quod frequentius fit, non excludit aliud non tam frequens, auth. cassi. C. de sacros. eccl. gl. in verbo praesidentes. cle. 1. de rescript. scripsi in tractatu nomina. in §. q.

Duplex istius collectionis spicarum.

Sciendum est duplex esse tempus collectionis spicarum: primò spicae inter metendum in manipulos & fasciculos rediguntur, & illi solent tempore messis in aream vel domū deferri, nec expectatur tempus quo rustici vacent. Interdum messores solent relinquere aliquas spicas secado frumentum, & haec solent misceri cum stipula: possunt verò

colligi cum rustici vacauerint, de quibus hic text. potest intelligi. facit text. in l. si usufructuarius. 1. ff. quibus modis usufruct. amitta. ibi, spicam autem, quae terra teneatur, domini fundi esse, fructumque percipi: spica autem foeno caeso, text. in l. adeo. §. cum quis ex aliena. ff. de requir. rer. dom. & §. cum quis ex aliena. de rerum diuisio. in Instit.

Fruges autem dum in spicam producuntur, spem hominibus praebent, & ideo spicae dicuntur. postquam ventilarum est frumentum, ac cribratum, vnam atque alteram diem aut omnino vnam noctem, illud in area relinquere oportet, & deportare ante solis exortum, vt adhuc perfrigeratus fructus in horreum reponatur. hoc enim multum ad diuturnitatem confert, vt docet Dionys. Vticens. li. 2. de agricultur. cap. 23. in fin.

Deiecitae spicae dicuntur, quando in terram è manibus messoris eiecitae sunt, & quodammodo elapsae è manibus ac fluxe & demisse, *misses par terre*. Est autem cōpositum à iacio, de quo in rubr. ff. ad legem Rhod. de iactu. vbi iacio pro emitto, ietter, accipitur. facit l. 2. ff. de alex. lusu & alcaior. vbi senatusc. vetat in pecunia ludere. praeterquam si quis certer hasta, vel pilam iaciendo. Interdum pro ponere sumitur, vt ieci fundamēta. De verbo iactare scribam in l. fugitiuus. infra eod. l. refectionis. in fin. communi praed.

Deicere est in terram iacere, dimittere seu deorsum mittere, vt deicere arbores, vulgò *setter en bas*, *abbatre*. l. 2. ff. si usufr. perat. l. si putator cum ex arbore ramum deiecerit, vel machinarius hominem praereuntem occiderit, &c. ad legem Aquil. Idem deicere de equo, l. fin. ff. ad legem Aquil. Deiecitae arbores vento, l. Proculus. in fin. ff. de usufructu. l. si post inspectum. de periculo & comod. rei vend. vel vi ventorum. l. arboribus. de usufr.

Siue deiectum cadat in terram, siue in mare, l. 3. & l. cum depressa. ff. ad leg. Rhod. de iactu, vbi depressa nauis dicitur rupta, *effondree*, deiecta in litus. Et sic patet melius esse in hoc textu deiecitae, quam relictae, quia simul atque spicae emissae & deiecitae sunt, statim stipula illecta dicitur.

Deicere est etiam decidere, proicere, cadere, l. 1. & per totum. ff. de his qui deiecer. vel effude. vt is qui ex domo sua aliquid in alium deiecit, id est proiecit, reuertitur, l. 1. ibidem. publice enim vile est sine metu & periculo per itinera commeari, d. l. 1. §. summa. ibidem, nisi clamauerit ter, caue, *garde*. arg. l. si putator. ff. ad legem Aquil. nec sufficit dicere semel, *garde trois fois*, nec dicere ter, caue, nisi sit tanta distantia inter vnum & aliud verbum *garde*, vt sibi poterit is, in quem deiectum est, praecauere, arg. l. si conuenerit. ff. de pignor. actio.

Deicere de domo est expellere & eicere. Inde praetor ait: Vnde tu illi vi deiecisti, aut familia tua deiecit, iudicium dabo l. 1. & per totum. ff. de vi & vi arm. Deiecit qui vel iussit, vel mandauit, vel ratum habuit. ibidem, & l. hociure. ff. de reg. iur. cap. fin. 28. distinct.

De verbis abicere, & adicere, scribam in l. haec adiecitio. infra eod. Eiectum colonum, id est deiectum, expulsum, scribit Iuriscōsultus in l. penult. ff. loca.

Item eicere pro expellere, & excludere accipitur, seu deturbare. vnde Spiegel. ait, deicimus ingressum, eicimus non ingressum, id est turbamus ne ingrediatur. haec tamen differentia non tam exacte à Iuriscōsul. seruatur. saltem ipse non probat, & videtur text. cōtra eum in l. ossa semel sepulta non licet eicere, nec extrahere sine decreto Pontificum, seu iussu Principis. ff. de religiof.

Eicere est etiam immaturum partum abigere, l. si feruus feruum. §. si mulier pugno, vel equa icu à te

Spica vnde dicitur.

Frumentum quo tempore in horreum deponendum, & seruetur.

Deiecitae spicae.

Deicere. Iacio pro emitto, & pono.

Deicere pro deorsum mittere.

Deiecitae arbores.

Melius legatur in text. deiecitae quam relictae.

Deicere pro decidere, cadere.

Deicere pro expellere.

Eicere etiam ingressum.

Eicere pro abicere immaturum partum.

à te percussa eiecerit, Brutus ait Aquilia teneri, quasi ruperit. ff. ad leg. Aquil. l. Quintus. ibi, quod praegnans erat eiecit, & l. boues alienos in angustum locum coegisti, eoque effectum est vt eiecerentur. ibidem.

Nondum lecta, id est nondum collecta, & sic legere pro colligere hic capitur, vt in rubr. & l. vnica. ff. de glande legenda. l. qui pendentem. de actio. empti. glof. in §. sed si instrumenta. in auth. de instr. cautela & fide. collat. 6. Et oliuam immaturam lectam in fructu esse, inquit Iuriscōsul. in l. si absente. in fin. ff. de usufr. inde Hebraei *balis* dicunt, pro legit, colligit: quod nos vulgo accipimus pro scopā, quae etiam colligit.

Lego aliquando pro dispono accipitur, in l. verbis legis 12. Tabul. vti quisque legasit. infra eod. Interdum lego significat legatum do, siue relinquo, vt per totum titu. fere ff. de legat. 1. 2. & 3. de annuis legatis, & in materia vitimarum voluntatum. Et an importet institutionem, tradunt doctores. in c. Raynutius. & cap. Raynaldus. de testam. Come. consil. 151. & consil. 183. colu. 2. vol. 1. Olim quatuor modis legatum fiebat, per vindicationem scilicet: do, lego, capito, sumito, siue habero: per damnationem verò his verbis, damnas esto dare, dato, facio, heredem meum dare iubeo. Item per sinendi modum, vt heres meus damnas esto sinere Lucium illam rem sumere, sibi que habere. Per praecipionem sic, illam rem praecipito, vt Vlpian. ait in titu. de legat. hodie nil interest.

Legomultis sumitur modis.

Quatuor modis legatum fiebat olim.

Legatarius

Legatum.

Legare, id est in legationem mittere.

Legatio. Legatus pro vicem gerente magistratu.

Legatus triplex.

Legatum.

Legare pro decernere. Delegare. Delegatum.

Legere.

acutissimi. colum. 71. C. de fideicom. Item legere pro eligere. exponit gl. in l. qui mittuntur. ff. ex quibus causis maior. ibi, qui mittuntur vt milites ducerent, aut reducerent, aut legendi curam darent, recipub. causa absumt: sed ibi pro colligere videtur potius sumendum, vt inferi dicitur. facit l. fina. ibi, sed veterani, qui sunt pasci se in ordinem legi. ff. de priuileg. vetera.

Prælegare est vni pra aliis relinquere, l. filio. ff. ad leg. Fal. & pro portionibus hereditariis solui debet as alienū, non pro pra legatis, & modo emolumenti, l. 1. C. si cer. per. Praelegatum vulgo praecipuum vocamus, praecipionem, l. cum parer. §. fidei iura. ff. de lega. 2. l. cum virū. vbi doctores. de fidei. C. iuncta l. ex facto. §. vnde scio. de hered. instituen. ff. Praelegata rationes, l. Pomp. ff. familia. erciscund. Praelegata dos, quae legata est, vt pra, id est ante tempus iuris debeat: olim dos restituatur annua, bima, trima die, si testator legauerat dotem soluendam statim à testatoris morte, praelegata dos dicebatur, vt per totum titu. ff. de dote praega. quicquid glo. & doct. dicant ibi: saltem vno modo sic accipitur praelegatio, in l. 1. §. adeo. ibidem.

Quas cum rustici vacauerint. Rustici qui dicuntur, scripti in l. vrba familia. infra eod. Aliqui in hoc text. legit occauerint, vt Alciat. quod rustici primò messes faciant, deinde occurrunt, fodiantque vineas quo opere tāquam magis necessario perfecto vaccinationem faciant. folere enim post messes occari vineas. haec Alciat.

De verbo Occare sic Varro lib. 1. de re rustica, ca. 31. Tertio interuallo inter Virgiliarum exorum & solstitium, haec fieri debet: vineas nouellas fodere, aut arare, & postea occare, id est cōminuere, ne sit gleba: quod ita occidit, occare dicitur. haec Varro. & sic glebas cōfringere occare est, & iterum vineas fodere, & cultum aliquem praebere. vnde Horatius lib. 2. epist. ait: *Cum segetes occat*. & occat est qui illa facit oceanem. Vt quidā dicunt occare, id est operire: sed vtunque sit, sensus huius §. colligitur, qui primò declarat, quid sit stipula illecta, vt superius dictum est: secundo quādo colligi debeat, & dicit, tunc demum cum rustici vacauerint, quod est statim post messes, tunc enim colligi solet. Nam quando nihil negotij est rusticis, solent illam stipulam colligere, saltem iuxta Aurelianos: sed colligi non solet in plerisque aliis locis, vt in Mōtepeffalano, vel raro. Ideo melius cōuenit verbum vacauerint. Nam si collectio spicarum differatur, postquā rustici occauerint, iam spicae nihil grani habebent, sex excussa essent omni frumētō. at si intelligamus quod eas rustici colligunt, dū vacauerint, id est cōfauerint à metendo, & secundo, nam primo spicae secadae sunt, & celeriter, quia in his dispendiosa est cunctatio in regionibus calidis, teste Columella in lib. de re rust. 2. c. 21. refecatis frugibus colligere spicas, & in manipulos colligere decet: iste text. recte intelligi poterit de spicis, id est de omni frumento secato, quod colligi potest, cum rustici vacant secando, vt illud colligere debeant, vel de stipula, vt dictum fuit superius, vel de vtroque, scilicet quod spicae relictae tempore messis, & stipula colligi poterunt, dum rustici vacauerint.

Legare idem est, quod decernere, mandare: vnde & delegare dicimus, teste Alciato in l. verbis legis. infra eod. qui nudus testibus nullos comites adduxit. dicam in l. verbum exacta. infra eod. Inde delegatum munus, in l. si quis sepulchrum. §. funus. ff. de relig. Item legare pro allegare, & legata allegata, l. humanū. ibi, tunc legata dictam. C. de legib. licet glo. ibi exponat pro delegata. sed non conuenit text.

Item legere est oculis prospicere, quae scripta sunt. l. 1. §. legi autem sic accipiendo est, non intelligi, sed oculis perspicere, quae scripta sunt. ff. de his quae in testam. delent. Barba in repetitione. l. cum

Prælegare.

Prælegatum.

Prælegata rationes.

Declaratio ad rub. de dote praega.

Occare quod & occat.

Vacare varie sumitur in iure. Vacare pro cessare.

Vacatio militis.

Vacare pro dare operā.

Vacare pro carere.

Vacare pro excusari.

Vacat quod non detinetur.

Iure quando dicatur beneficium vacare.

In bonis vacantibus si quis non domini territoriorum succedunt.

Consecratio officij, aut alia bona vacantia ante adiudicationem dari non possunt.

Vacans mulier. Vacans episcopus.

sunt sectionum cessationes, & intermissiones. Secundò dicitur vacare dare operā: unde dicit Iurisc. in l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de arbit. facris sacerdotibus vacare oportere. sic clem. dudum. in princip. de sepult. Tertio pro carere, vt ecclesia vacat pastore, cap. fin. per totum, ne sede vacante. Quarto vacare est vacuum superfluumque esse, l. si cōsuetudo. ff. de manumiss. vacat causa probatio, vbi glo. exponit non esse necesse probare causam inde superuacuum, superfluum, vt inferius dicemus. Quintò vacare munēribus, est excusari, vel cessare, & immunem esse, in rub. & l. i. C. qui. mune. excus. lib. 10. iuncta rub. ff. de vacatio. muner. & rub. C. de his qui à Princip. vaca. acceperunt. & in rub. seq. lib. 10. & regulariter in materia munerum sic accipitur, vt in titul. C. de excusatio. mun. lib. 10. iuncta l. procuratores. ibidem, vbi in rub. dicitur de excusatio. munerum, in d. l. procuratores. vacatio, & in & in aliis multis locis. Vacatio, excusatio, immunitas, l. cui muneris publici vacatio datur, non remittitur ei, ne magistratus fiat, quia id ad honorem magis quam ad munera pertinet. ff. de muner. l. vacatio. ibidem, & in dicta rub. ff. de vacatio. & excusatio. mun. & l. munus. supra eo. vacationem id est priuilegium dicit Budæ. in forens. sed hoc non probat. credite (si libet) illi.

Vltimò vacare dicitur, id quod ab alio non detinetur. Ideo littora iuregētium omnibus vacant, l. littora. ff. de contrahen. emptio. & quod non tenetur de iure nec de facto, dicimus proprie vacare, vt beneficium, in rub. de concessio. præbendæ & ecclesiæ non vacant, vt cōsultit Oldrad. cons. 208. quoniam ex tempore col. 1. & triginta modos, quibus vacare potest, scripsi in gloss. vacantibus. in §. monasterijs. de Regia ad præla. nomina. in concordatis: & tunc etiam dicitur ecclesiæ vacare, vt in rub. ne sede vacante. & Ioan. Francisc. in tracta. de officio & potestate capituli sede vacante, in vltimo præludio.

Interdum dicitur vacare de iure, vt quia iure nō est alicui collatum, sed de facto aliquis illud detinet, & est in possessione colorata. cap. cum nostris. de concessio. præben. Hostiens. in summa, de concessio. præbendæ. facit c. licet episcopus, de præbendis, in 6. Roma. cons. 350. in casu. col. vlt. scripsi abunde in præxi beneficij. vbi hoc reprobaui.

Inde bona vacantia dicuntur, quæ nec de iure nec de facto detinentur ab aliquo, nec occupantur: & tunc si semel fuerint occupata, in his vacantibus & oberrantibus fidei succedit, & nō ciuitatis, nec domini territoriorum. Idem si quis decedat sine legitimo herede, l. i. & l. vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. scribit Pyrrhus in rub. de successio. cap. 14. in consuet. Aurelia. plene Benedicimus in cap. Raynutius. in verbo & uxorem. num. 307. cum seq. de test. Hodie in Regno confiscatio data alicui à Rege, seu officium, aut beneficium, aut alia vacantia bona, antequam sint declarata, & Regi adiudicata, non valet, etiam si motu proprio concederentur, licet contrarium de iure esset, in l. 1. & 2. de peti. bono. subla. lib. 10. C. & hoc in ordinat. Regi. rubr. de ne donner benefice. usque, ne confiscation auant la vacation, & declaratiun. Ita statutum est, & in stylo Parlamen. rubr. de confess. beneficio. §. 1. & hoc seruatur in hoc Regno: nisi illi cōstitutioni fuerit derogatum, vt alibi plenius dicam.

Vacantem mulierem dicit Iuriscōsultus illam, quæ virum non habet, quia forte vacat in instrumētum inferius, l. qui coetu. §. qui vacantem. ff. de vi public. Et episcopum vacantem alibi, qui non habet episcopatum in sua manu, sed ab alio detinetur. ca. si quis episcopus vacans. quaest. 2. dist. 1. & vacans dicitur tribus modis, vt scribit text. in §.

quod autem, in Instit. de vsucap. vbi vacans locus dicitur propter absentiam domini, sicut sunt fere omnes archiepiscopatus, & abbatie Regni.

Item vacua possessio est, quando res à nemine possidetur, neque corpore, neque animo. docet gloss. in l. cum res. C. de probatio. & l. non idcirco. de fide instrumentorum. l. fin. C. vnde vi. & de vacua possessione loquitur l. vbi. §. id quod. & l. in conuentionalibus. §. 1. de verborum obligationib. cuius legis intellectum dixi in l. rei appellatione. 2. supra eod. l. sequitur. §. si tu vi. de vsucapio. l. cum fundum. de vi & vi armata. l. 3. §. hoc interdicitum. de itinere. l. non distinguemus. §. penult. de arbit. l. sed si communis. de contrah. empt.

Vnde vacua possessio emptori tradita nō intelligitur, si filius in ealegatorum fideicommissorum, vt seruandorum causa in possessione, sit aut creditores bona possideat, l. 2. §. 1. & l. seq. §. 1. ff. de actio. empti.

Vacua traditio non est iuris, id est seruitutis, quia seruitus apprehendi, & sic tradi non potest, l. quoties. 2. ibi, quia nulla huiusmodi iuris vacua traditio esset. ff. de seruit.

Vacui nummi dicuntur, qui sine lucro & vsuris sunt otiosi, l. Quintus. ff. de post. ibi, primū nummi prospiciam, ne vacui sint tibi, id est vt vsuras eorum accipias, curæ habebō. Et vacuam pecuniam sic dicit Iuriscōsultus in l. Titius. ff. de præscript. verb.

Vacua prædia, in quibus nihil est satum, nihilque habent, & regulariter vacuum dicitur id in quo nihil est: vt tabule vacue, in quibus nihil est scriptum, l. si binæ tabulæ. ff. de iniurto testamento. ibi, posteriores tabulæ vacuæ inuentæ, id est nihil scriptum habentes omnino.

Vacuus locus dicitur, in quo nihil est edificij, l. prætor. §. siue autem locus vacuus sit, vbi nuntiarum est, siue edificatus. ff. de no. oper. nuntiat. Vel vacuus locus dicitur non plenus, lege secunda, §. 1. ibi, sed & si locum plenum inuenierit, expectet donec locus vacet. ff. de decurionibus.

Vacuum ministerium, quasi nullum & vile, vel modicum exponit glo. in l. si pendentes. §. si seruit. ff. de vsur. ibi, si serui vsufructus legatus est, cuius restator quasi ministerio vacuo vtatur: si eum disciplinis, vel arte instruerit, vsufructuarius arte eius, vel peritia vtetur, dixit quasi ministerio vacuo, pro seruitio quasi nullo, vel modico vtatur restator: sed postquam legatarius illum seruum instruxit, peritia illius vtitur: & tunc non est vacuum ministerium, vel vacuum dicit, qui certā operam indictam non habebat, sicut vicarij serui, vt dixi in l. vrbana, infra eod.

Vacuum tempus Iurisc. in l. nūquam. §. vacuum tempus, ff. de vsucapio. dicit esse, quod ante aditam hereditatem, vel post aditam intercessit, in quo heres possessionem non accepit. In summa verbum vacuū valde generale est, congruens rei cui adiungitur, & secundum illam declaratur: vnde superuacuum, superfluum dicitur, l. quem admodum. ff. de inoffic. test. l. sicut. §. superuacuum. quibus modis pigno. vel hypothe. sol. l. cum quita. §. 1. de verb. obli. & in iure nil debet esse superuacuum, vt in l. vnic. C. de nouo Codic. faciend. & in proœm. decreta.

Colligunt, id simul legunt, vulgo dicitur amasser. de quo verbo non pauca collegi in l. ager. §. 1. supra eodem.

§. Noualis est terra præscissa, quæ anno cessauit, quam Græci *veaxiv* vocant.

Noualia est terra præscissa, id est ante scissa: quæ anno postea cessat, quam Græci *veaxiv* vocant *veaxiv* *veaxiv* *veaxiv*

Vacua possessio.

Vacuata ditio.

Vacui nummi.

Vacua prædia.

Vacuus locus.

Vacuum ministerium.

Vacuum tempus.

Colligere.

Alc. pro sciss.

Noualis.

veaxiv, id est à iuuetute. *veaxiv*, & *veaxiv*, est iuuenor, aut iuuenesco, iuuenis sum: *veaxiv* & *veaxiv*, innouo terram, vel nouale facio: & *veaxiv*, nouus in omni officio, ac *veaxiv* iuuenis: & quia noui & iuuenes vt plurimum su perbiunt, ob id Græci dixerunt *veaxiv* superbiam, & interdum audacem hominem, vt superbi sunt, vt est in cōmentariis linguæ Græcæ Budæ legere: qui tamen hic legit, pro *veaxiv*, *veaxiv*: alij etiam *veaxiv*, alij *veaxiv*, in Pand. Floren. est *veaxiv*, sed vtunq; sit, dum tamen non mutetur sensus, mihi perinde est: vos qui Græcas calletis literas, diiudicate magis sensui accōmodum verbum: Græci *veaxiv* nouale appellant: alij *veaxiv* legunt, sed non videtur conuenire. *veaxiv* enim dicitur nuper acutus: & hic sensus non quadrat.

Noualis terra de iure canonico est illa, quæ de nouo ad cultum redacta est, de qua non extat memoria, quod aliquando culta fuisse. tex. in cap. quid per nouale. de verb. signifi. de iure vero ciuili est terra præscissa, quæ anno cessat, vt hic. Et sic iurij interpretes inter ius pontificium, & ciuile constituent differentiam. sic Budæ. & alij, dicentes duobus modis dici nouale, scilicet vt sit terra quæ de nouo cultura tradita sit, & quæ alternis seritur annis. Tamen ego intelligo nullam esse inter hæc iura quoad huius vocabuli significationē, vel modicam differentiam, si recte intelligatur tex. sic vide licet: Noualis siue nouale dicitur terra de nouo ad cultum redacta, quæ anno cessat: nempe ex illo vrbano præscissa patet Iurisc. velle dicere, nouale esse terrā præscissam, id est ante scissam, quam in ea mandentur femina, sed anno cessat, postquā præscissa est, & antequam primò culta sit, vt terantur grandiores glebæ. & ita canonistæ in cap. 1. aiunt: nouale est ager nunc primū præscissus. idem in c. quid per nouale. illo titul. Budæ. tamen pro præscissa legit profcissa, & idem Alciat. quod in idem incidit. Nam terra profcissa dicitur, quæ primum aratum experta est, grandioribus glebis relicta. Vergil. lib. 1. Georgic. *Et qui profcissa, quæ suscipit aquor- vterga*. Varro de re rustica lib. 1. cap. 29. sic ait: *Teram cum primum arant, profcindere appellant: cum iterum, offringere dicitur: quod prima aratione glebæ grandes solent excitari, cum iterum, offringere vocant. facit l. vsufructus legatus. §. denique de vsufructu. ibi, nam qui agrum non profcindit, qui vites non subserit, &c. & vt unque verbū siue præscissa, siue profcissa conuenire huic tex. potest, quicquid aliqui dicant. Itaque noualis terra dicitur, quæ de nouo redacta est ad culturam, profcissa verò quasi primum scissa, vel præscissa, quasi præ, id est ante scissa, quam seratur: ergo canonista non differunt à Iuriscōsultis. facit textus in l. finali, ibi, aut ex sylua cædua nouale faciunt. ff. de termino moto.*

Nec obstat verbum, quæ anno cessat. nam postquam de nouo scissa est, solet cessare anno ad glebas grandiores aptandas, & cōmuenendas, alioqui nihil fere emolumentum afferret, si quis illic sereret statim atque profcissa est, propter rot & magnas glebas, quæ mouentur, dum primum scinditur. Ideoque Iuriscōsultus ait: Noualis est terra præscissa, id est ante scissa, quæ præscissa anno cessat, antequam seratur: vt vult Varro lib. de re rustic. cap. 27. Terram rudē, inquit, profcindere oportet: quæ sunt ex ea enata, priusquam ex his quid seminis cadat, vt sint extradicata.

Et sic terra præscissa, quæ anno cessat, dicitur noualis, tam de iure ciuili quam iure canonico, etiā inspecta vocabuli deductione: nam noualis à nouo deducitur. Sic ager, qui alternis annis sereretur, non posset dici à nouo, quia nō est nouus: nec potest dici à nouando, quia nihil innouatur in eo,

sed seritur vt erat cōsuetum. Et ita intelligere hunc tex. quod suaderet. viles. ff. de petit. hered. vbi vtiles impensæ sunt & necessaria, quæ sunt reficiendorum ædificiorum gratia, aut in nouale. nam si intelligeremus de terra, quæ alternis colitur annis, non diceretur necessaria impensa. tex. ibi æquiparatur refectionem, & nouale facere. Alias non diceretur noualis. nam noualis est nouum quoddam, quod non esset, imo omnes sic fere agri essent nouales. Et propter istam dubitationem apud Iuriscōsultos Papa declarauit, nouale esse, quod primum ad culturam redactum est, nec esset primum profcissum vel præscissum: quod tamen vult iste tex. Et quando dubium est de iure ciuili, & certum est de iure canonico, tunc stari debet declarationi in iuris pontificij, cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. vbi doct. de testa. Reicidit aliorum sententiis ista videtur applaudere verbis tex. ob id tamen affigenda. Etiam decisiones iuris de nouali loquentes non possent conuenire agro alternis annis culto, vt inferius explicabitur plenius.

Et quamuis postquā est profcissa, cessare anno agricola non procuret, tamen non minus dicitur noualis, quia primum præscissa est. Et hæc verba quæ anno cessat, remouit Papa: sed Iuriscōsultus respexit rusticorum vtilitatem, vt cessare anno illam terram profcissam faciant. Ita enim erant soliti facere boni agricolæ veteres Romani, vt ex his quæ ex Varrone diximus supra patet. Et licet rustici intra annū possint serere cōminutis glebis, tamen non sine magno negotio, necita vtiliter fiet, sicut post annum non nego tamēquin Plinius lib. 18. cap. 19. & alij quidam rhetores nouale dixerint, quod alternis seritur annis. & sic duobus modis accipi apud eos potest, sed non hic.

Ex his inferitur, quod laicus, cui fuerint concessa decima ante concilium Lateranense, de quo per Panor. in cap. cum apostolica. de his quæ sunt à prælat. non potest percipere eas ex noualibus, c. tua. §. fin. de deci. secus si fuerint concessa viris ecclesiasticis, quia tunc & nouales recipiēt, nam vbi maius conceditur, & minus concessum videtur, c. ex parte. 3. de decimis. cap. 2. illo titul. in 6. quod an sit verum scripti abunde in tract. de dec. q. 14. vbi dedi nouum intellectum ad illa iura hæctenus forsitan perperam elucidata, & sustinui contrariam sententiam.

Secundò notanda sunt requisita, antequam dicatur nouale quo ad tex. in cap. quid per nouale. eo. tit. secundum Panor. ibidem. Primò quod terra de nouo ad culturā redacta sit, vt ibi, & hic præscissa, vel profcissa. hoc etiam probatur.

Tertio quod à memoria hominum culta non fuerit, nempe licet appareant sulci quidam, & sic aliquando cultam fuisse terram, tamen si non fuerint facti memoria hominum, nec homines post sunt de his sulcis deponere, quando facti fuerint, dicitur noualis, cap. 1. eo. titul. in 6. vbi Helias Reimier. Etiam quia inter transeundum ducendo aratrum potuit agricola illum sulcum facere, tamen hoc non probat fundum cultum fuisse memoria hominum, vt debet esse, & hoc addit ius canonicum ius ciuile declarando.

Quartò requiritur, quod ille locus fuisset antea desertus, & incultus: & desertum intelligimus, qui non habitatus penitus, neque cultus fuerit: vel vltima memoria hominum sub potestate detentus, c. 1. eo. tit. in 6. Ista tria sub hoc nomine noualis seu nouale continentur. Si tamen pars agri fuerit nouiter culta, dicitur totus ager noualis, quia pars culta trahit ad se incultam. singula enim glebæ colendæ nō sunt, l. possideri. ff. de acq. possess. hoc scribunt Ancha. & Cardina. in cap. 1. eod. titul. in 6.

¶ *veaxiv* *veaxiv* *veaxiv*

¶ *veaxiv* *veaxiv* *veaxiv*

¶ *veaxiv* *veaxiv* *veaxiv*

¶ *veaxiv* *veaxiv* *veaxiv*

¶ *veaxiv* *veaxiv* *veaxiv*

¶ *veaxiv* *veaxiv* *veaxiv*

¶ *veaxiv* *veaxiv* *veaxiv*

Necessaria impensa in nouali faciēdo.

Laicus cui decima concessa sunt, ex noualibus non recipit.

Requisita antequam dicatur nouale quo ad ius pontificium.

Pars culta an faciat totum nouale.

Nouus possessor. Nouus possessor, l. si cui. r. ff. quibus modis pig. soluit. §. si debitor forte concessa venditione rem deserit possidere, & nouus possessor vendiderit, id est de recenti factus, nouus dicitur. Noua possessio dicitur illa, quae est post sententiam acquisita, in l. sed et si postea in potestate eius habere coeperit seruum, tenetur ex noua possessione. ff. de noxal. actio. & de nouo acquisita, ante annum, vt dictum fuit superius.

Nouus dominus. Nouus dominus est is, qui ex dolosa alienatione rei iam obligatae effectus est dominus, vt serui noxalis, l. de illo. cum lege sequen. idem. ff. de noxal. actio. vel nouus dominus de recenti factus, l. penult. in fin. ibid. l. & ancillarum. §. si seruus de pecul. Noua charta, in qua nihil vquam scriptum fuit, l. charta appellatio etiam ad nouam chartam refertur. de bonorum possessio. secundum tabul. ff. Vltimo dicitur nouum vel antiquum secundum subiectam materiam, & secundum intentionem proferentis, dicta lege, rem non nouam. C. de iudic. l. apud antiquos. C. de furtis. Sic consuluit Bald. con. sil. 370. verba rescripti. in tertio volumine. Multa in hanc rem scribit Ludo. Roma. in repetit. l. si vero. §. de viro. in §. fallent. col. 46. solut. matr. & doctor. in praesud. ad Digest. nouum. Ista tamen ibi non inueniuntur descripta. Ipsi enim doctores allegant: nos vero quantum possumus iuribus conamur probare ea, quae scripsimus, & sic accipi in illis legibus, quas citauimus, dolentes inficiari in aliis locis forte aliter accipi posse.

Nouari. Nouari pro innouari, in rub. ff. nihil nouari appellatio. interpos.

Renouare. Renouare, rem veterem reparare, sarcire, renouare. l. dies cautioni praestitus si finitur, praeoris, vel praedis officium erit ex causa, vel renouare, vel protelare. ff. de damno infecto. Renouatus contractus, in l. r. ff. de rescind. vend. Interdum tamen Iuriconsult. dicit iterum renouare, in l. fructuario ff. si visusru. peta.

Nouatio. Nouatio est prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem vel naturalem transfusio, atque translatio, l. r. ff. de nouat. vnde si decem debeam ex vendito, quae promittit per stipulationem Aquilianam, agatur contra me ex stipulatu, non ex vendito. Aquiliana enim stipulatio est, quae ab Aquilio inducta, omni modo omnes praecedentes obligationes nouat, & perimit. l. Aquiliana. ff. de transact. Per nouationem enim a pristina recedimus obligatione. l. liberti. §. Lucius. ff. de annuis lega. Alia per totum titulum de nouationibus discutitur. Meum enim non est omnem iuris materiam hic pertractare, sed vocabulorum tantum significationes, vt rub. exposulatur. Vos boni consuleris egregij Principes: alioqui in immensum nostrum cresceret opus.

Nouatione pensionis caueri. Nouationem pensionis caueri a fundi vestigialis possessore. Nunc nouum titulum exposcere docet Budae. in forens. demander nouveau titre. multa dicit sine probationibus morte forte praecipitata, quae longe videntur petita.

Nouellum, & nouellum. Item ex nouali venit nouellum, de quo in l. veluti. ff. de impens. in rebus dotal. fact. vbi gloss. primo dicit nouellum esse terram nouam facere. Quod non est mihi ex sententia. Ideo dicere nouellum esse vineam ex nouellis vitibus costitam, & planratam, vt & adiungit: & ita vtilis impenfa vocatur, quia res vtilior redditur ex plaratione vineae. Et aliquando dicitur nouellum, in l. vir in fundo. ff. de fundo dora. & hoc nouellum Galli vocant, *neue vignes*, Occitani, *plantier*, & vineam nouellam vocauit Caro de re rustica, cap. 33.

Nouellae. Iustinianus post suam codicis compilationem, ex aliis nouis constitutionibus librum, quem nouellarum nominauit, conscripsit, qui liber saepius a gloss. citatur, vt in §. r. in verbo si non sufficeret. in authen. de restitutio. & ea quae parit in 11. mese. colla. 4. §. in his vero. in authen. de instu. cautela. & fide. collat. 6. in verbo non fiat. cum similibus. Verum quia in illis nouellis constitutionibus multa erant, quae in forensi iudicio non seruabantur, Iustinianus alium conscripsit librum, & ex libro nouellarum elegit constitutiones tantum, quas voluit esse authenticas: & ob id librum authenticorum nominauit, teste Cepola in repetitio. authenticae, sed nouo iure. col. 4. C. de seruis fuitiuis. Vel quia est magis authenticus, quam liber nouellarum. Alber. in lege vnica, C. de emendatio. Iustinian. Codicis. Forte dici potest liber authenticorum, quasi inter libros iuris ciuilibus authenticus, & approbatus, vt alibi dixi de authentico in §. r. in verbo *authentique*. tractat. de literis obliga. in primo tomo commenta. in consil. Reg. Gallicae. Et multos nouellarum libros fuisse editos, tradit Harmenopol. Graecus author in epito. iuris ciuilibus in primis vnus tantum habemus librum, quae alio nomine volumen appellamus. Ex his conitat librum nouellarum differre a libro authenticorum, & hunc approbatum, illum vero improbatum a Iustiniano: vnde nec nos tenet, quamuis quidam potius illum allegent, quam librum authenticorum.

Cessat anno. id est non colitur vno anno: & cessare dicitur homo, quando ab opere abstinet, quod superius dicit vacauerint rustici, hic dicit cessat.

Cessat querela. Cessat querela, id est excluditur, non datur, l. Papin. §. Papinianus iuncto §. quoniam autem. ff. de inofficio testamento, vbi in vno loco dicitur cessare querelam, in alio excludi. l. 3. §. verum. & l. verum. §. Iulia. ibi, cessare in integrum restitutionem. de minor. l. auxilium. §. r. ibidem.

Cessat edictum. Cessat edictum, id est locus non erit edicto, l. 1. in fin. iuncta l. 3. §. si filius meus. ff. quod quisque iuris. quod in vno loco scribitur cessare, in altero exponitur non habet locum. & in l. r. in fin. iuncta l. 3. & seq. ff. ad Macedo. facit. l. ergo. circa finem. §. planè. ff. de fideicom. libera. quamuis gloss. ibi exponat, non valet, tamen sit ex. videatur, expositio superior coenire illi melius iudicabitur. Cessabit edicti poena, idem, in l. 3. §. ne quis cum qui in ius vocat. est. v. exi. ff. Cessat obligatio, si adhuc durat & competere potest: extincta dicitur, cum competere non potest, vt potest quia mortua. probat. l. qui res. §. aream. ibi, vt videatur magis cessare obligatio quam extincta esse. ff. de solutio. l. inter. §. facram. de verbo. oblig. Cessat crimen, id est non est delictum, l. si quis in pignore. in fi. ff. de pigno. actio. ibi, dici debet cessare non solum stellationatus crimen, sed etiam pignoratitiam.

Vnde nouel le constitur. dicantur.

Cur vocetur liber authenticorum.

Cessat querela.

Cessat edictum.

Cessabit edicti poena.

Cessat crimen.

Cessare pro in mora esse.

Cessat actio.

Cassare repetitio.

Duae species cessationis.

Regula in materia mora.

Cessante causa cessat effectus.

Integrum apud Iurisconsultos variis modis sumi.

Integrum ius.

Integra actio.

Integra de sensu.

Integrum onus.

Integri fructus.

Integrata.

Integrum legatum.

quando quis cessat propter iustum impedimentum, vt in l. 2. ff. si quis cautio. de quo iusto impedimento scripsi in §. r. de collatio. in concord. Alia est propter rerum naturam cessatio, vt quia natura non producit, quod producere solebat, vt si promissero decem modios vini ex tali vinea, quae nihil produxit, dare nihil teneor, l. interdum. ff. de verb. oblig.

Ex his notanda est regula: in materia penali non dicitur cessatum, nisi ob culpa cessatum fuerit ab eo, qui cessare voluit. probat lex, is cui. §. cessatum. ff. vt in possessione legat. vbi sic dicitur, cessatum non accipimus, si pupillus tutorem non habeat, nec curatorem furiosus, vel adolefens. Nam frustratio non debet huiusmodi personis nocere, quae sint in defensione. facit. l. r. §. si cum duobus. ff. de colla. bono.

Et cessationem a diuinis tractat textus in capitul. si canonici. & capit. quamuis. de officio ord. in sexto. scripsi quomodo intelligatur in titulo de interdictionibus non leuiter ponendis. in concordia.

Cessante causa cessat effectus, lege, quod dictum. ff. de pact. l. adigere. de iure patronatus. capitulo, cum cessante. de appellatione. de quo plene scripsit dominus Andreas Tiraquel. in suo tracta. cessante causa. & hic calamus cessabit quoad §. noualis.

§. Integra autem est, in quam nondum dominus pascendi causa pecus immisit.

Dominus vendidit integros prati fructus, vel syluae, non dicitur integra sylua, vel prati fructus, si venditor animalia immiserit in eam, pascendi gratia, & animalia ibi paucierint: quod fecisse praesumitur, si immisit probetur. Ergo dicitur sylua integra, si pecus non immisit.

Animaduertendum est quod variis modis Iuriconsulti accipiunt hoc verbum integrum. Primo dicitur, quod sine diminutione ex omnibus suis partibus constat: & ita accipitur in l. locus. infra eod. ibi, integram rem suam habeat. & l. fin. de requirendis reis. & capitulo, non est. cum capitulo sequenti. & capitulo, commissum. de decimis. capitulo, dilecto. de praebendis. capitulo, cum inter. de verborum significatione. & sic in sequent. accipitur.

Integrum ius, l. haec autem iura. in fin. ff. de seruit. vrba. praed. Integra actio, l. cum fundus. §. seruū ff. si certum pet. l. confessionis. in fin. de interrogator. actio. l. eum qui. in principio. de iur. iuran. l. in iudicio. familiae etc. scunda. Integra sic accipitur defensionis, l. sepe. ibi, nam alteri integra defensionis est ff. de re iudica. Integri fructus, ex quibus nuclei non sunt amori, l. carbonum. in fin. infra eod. Integra dotem, id est non diminutam, l. si filia. §. r. ff. fam. erisc. Integra res, id est non diminuta per iactum, sed salua, l. 4. §. cum autem. ff. ad legē Rhod. de iactu. Integra onus, pro toto accipit Iuriconsult. in l. nauis. 2. ad legem Rhod. ibi, onus integrum per tulit. Et studentes fructus suorum beneficiorum integre etiam in studio existentes recipiunt, capitul. licet. de praebend. Scripsi abundantius in scholastico. priuilegio 31. Et integros fructus ait Iuriconsult. in l. 2. ff. quibus modis visus fruct. amitta. Priuilegium integre exhiberi debet, cap. cum personae, de priuilegiis. in sexto. Expensas integraliter satisfieri, cap. fin. de offic. deleg. in 6.

Scundo integrum dicitur sine Falcidia detractione, l. r. §. cum dicitur. ibi, vt si heres offerat id integrum, quod relictum est, audiat. & §. sequenti. ibi, dummodo legata, quae praesenti die sunt, integra soluantur. ff. si cui plusquam per legem Falcidiam. Vnde qui promittit integra solvere legata,

vel si testator hoc disponit, tunc Falcidia non detrahitur, lege fin. C. ad legem Falcidiam. lege decem. in fin. vbi gloss. singula. ff. de fideicommissa. liberata. secundam Constantium in singula. incipiente. integra. & Romanum consilio trigesimo secundo, & septuagesimo quinto, & septuagesimo nono: & Alexandrum consilio quinto, numero decimo, in tertio volum. & consilio centesimo trigesimo tertio, in quinto volum. & consil. 201. in sexto volum. & Barba. in cap. Raynaldus. colum. 144. de testam. lafon. in lege, is cui. ff. de conditio. indebi, quia non essent integra legata, si Falcidia detraheretur. Et si maritus Tholosanus promiserit integram dotem soluto matrimonio restituere, excluditur a lucro doris, quod ei ex consuetudine competit, vt asserit Bald. in dicta lege fin. C. ad legem Falcidiam. & Francif. Cremenf. singulari 24. statuto. plene Deci. in capitulo fin. in quinto nota. de confirmatio. vt illic hoc tamen non firmo simpliciter in illo articulo. Et qui duobus legatariis integra legata soluerit, aliis quoque tenetur, §. non autem. in authen. de hered. & Falcid. colla. r.

Tertio mandatum re integra, morte domini finitur, id est antequam ad aliquos actus peruenerit, vel aliquid fecerit, l. mandatum. C. manda. vbi plene declarant doctores, & in lege. ita demum. C. de procurato. lege, mancipiorum. ibi, si omnia integra sint, ff. de optio. lega. l. diuus. 2. ibi, quasi re integra. ff. de custod. reo. l. in summa. in fine. ibi, vt in re integra. de re iudica. Et negotium integrum, l. iudicia. C. de rei vindicatio. & l. quoties. §. r. ff. de pecul. vbi glo. exponit.

Quarto integrum vas praestare venditor tenetur, id est sanum, & non cassatum, nec ruptum, l. tenetur. §. sed si vas mihi videris, ita vt affirmares integrum, si id integrum non sit, etiam id, quod eo nomine perdidit, praestabis mihi, & l. quicquid venditor accessurum dixerit, id integrum ac sanum tradi oportebit: veluti si fundo doctia accessura dixerit, non cassata, sed integra deberi dare. ff. de actio. empti. dixi in interpretat. l. vnica. C. de senten. que pro eo quod interest. in glo. dupli.

Quinto integra domus dicitur antequam ruat, demolaturve, lege, hoc amplius. ff. de dano infecto. ibi, quod enim re integra custoditur, hoc non inique etiam post ruinam adium praestabitur. l. qui bona. §. si quis quia. ibi, Iulianus scribit, is qui vitiosus aedibus cesserit, si integras retinuerit, & c. ibidem.

Sexto integrum animal est, habens omnia corporis membra integre formata, l. quod dicitur. ibi, quid tamen si non integrum animal editum sit. ff. de liberis & posthumis. vbi lafon declarat.

Septimo integra optio salua manet, quando ex omnibus rebus, quae optari possunt, facta non est: ideo noua fieri potest, ac si prima facta non esset. l. scyphi electione data, si omnibus scyphis non exhibitis legatarius elegerit, integram optionem manere placet. ff. de optione lega.

Octaudo integra dicitur mulier, incorrupta, & iniuolata, cap. final. de frigid. & malefic.

Nono integrum, non solum, nec diuisum, non implicitum, nec mixtum, sed per se, l. rerum mixtura. §. quid ergo. ibi, vt nunquam permancat integrum, ff. de vltimo capio.

Decimo integrum est iudicium, quod plurimorum sententia confirmatur, id est validum, & firmum. cap. extra. 64. distinct.

Vndecimo in integrum restituere est restituere honoribus, & ordini, & omnibus ceteris. l. r. & fin. C. de senten. pass. facit ad intellectum rubr. quae in fraud. cred. facta sunt, in integrum restituatur. scripsi in tract. de restit. in ord. Reg. in 2. tomo comment. q 3

Integram dotem sine re promittens, licet non consistit.

Mandatum reintegratum, morte finitur.

Integrum vas.

Integra domus.

Integrum animal.

Integra optio.

Integra mulier.

Integrum pro nudo & simpliciter.

Restituere in integrum.

Duodecimò minor in integrū restituitur, quādo totum ius suum recuperat, l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minorib. & quando omnia ad bonum & æquum rediguntur. §. primo, ibidem. lege, cum autem. §. hæc actio nes. ff. de aditio edicto. ibi, emptorem & venditorē in integrum restituere debere. & l. facta. ibid. sic dicitur, facta redhibitione omnia in integrum restituntur, perinde ac si nec emptio, nec venditio intercessisset, l. diuus. ibi, in integrum causam restituendā. ff. de re iudica. & nō solum per ærarem quis meretur restitutionem in integrum, sed propter aliam iustam causam, l. ait prætor. §. si quid in fraudem. ff. quæ in fraudem credito. & per totum titulum. ff. quæ in fraudem credito. in integrum restituntur. ff. & C. & de his restitutionibus abunde scripti in dicto tractu. meo de restit. & releuamentis super constituto. Regiis in 2. tomo commentar.

Integritas mentis & corporis.

Decimo tertio, integritas mentis, non corporis finitas in testante requiritur, id est quod sani sit iudicij, non alienatae mentis. l. 2. ff. de testa. l. 1. de testam. militari. ibi, integritudine animi. Et proprie integritas est incolumitas mentis & corporis: unde integritas præsentium dicitur salus subiectorum, cap. miramur. 61. dist. in 6.

Integritas facultatis.

Decimo quarto, quis dicitur integritas facultatibus, id est plenis, & non dissipatis nec obligatis, l. 2. de debitor. ciuita. lib. 11. C. ibi, apud eos, quos superstitites integritas facultatibus esse pronideris, nec in aliquo mutilatis. l. 1. de periculo nomina. li. 11. C.

Integra pecunia.

Decimo quinto, creditor pignus vendere potest, quando integra, id est omnis pecunia non est illi perfoluta, l. quandiu. C. de distractio. pignor. iuncta l. si rem. §. omnis. ff. de pigno. actio. ibi, omnis pecunia soluta esse debet, antequam pignoratitia computet. Socin. consi. 224. in 2. vol. l. quandiu. C. de distractio. pigno.

Integra professio.

Decimo sexto, integra professio, vera, de omnibus rebus quæ vehuntur facta dicitur, in lege tertia, C. de agricolis & censitis, libro vndecimo. exposui in l. eum qui vendit. supra eodem.

Integra fidei.

Decimo septimo, integra fidei, in l. vnica. C. de suffrag. id est sincera & perfecta. Lucas de Penna in lege, hac lege. col. 1. de prox. sacro. scrini. libr. 12. C. Hinc dicitur quod integræ personæ permittitur actio popularis, hoc est cui per edictum postulare licet, utpote qui non est infamis, l. popularis. ff. de popul. actio. Et integræ frontis homo, l. quæ situm. in fi. ff. de testibus, id est sincerae vitæ & commendatæ, qui frontem omnibus exhibere potest nō labefactum, nec maculatum. Et is qui in reatu de cedit, integri status de cedit. lege fin. ad legē Iuliam maiesta. Integer enim status esse videtur pro uocatione interposita, l. vna. nihil nouari appellatione interpos. Et integræ opinionis, id est fama, l. si à bonæ fidei. ff. de re iudic. vel integræ opinionis, eo quod nunquam fugerat, & omnium voce iudicabatur non fugitiuus. ibid.

Integra opinionis & status hominis.

Decimo octauo, ex integro, l. ait prætor. §. exitus. ff. de his que in fraudem credito. ibi, stipulatio, quæ accepta facta fuit, ex integro interponitur: id est denuo, ac in solidum, in totum, ac si acceptatio facta non esset, l. diuus. 2. ibi, ex integro audiendi. ff. de custodia reo. Et ex integro fundum perere, l. si is qui heres. §. fin. ff. de exceptio rei iudicatae. lege, eū qui. in fi. de v. suff. l. admonendi. ibi, ex integro causam agere. de iurei. & l. qui per salutē. ibi.

Ex integro.

Decimo nono, integrā causam non sublatā pacto, sed saluam, & totam remanentē in statuto suo incolumem, dicit Iuriconsultus in l. si instituta. in prin. ff. de inoffic. testa. ibi, si instituta de inofficioso testamento accusatione, de lite pacto transactum est, nec fides ab herede transactioni præste-

Integra causa.

tur, in officioso causam integram esse placuit. Vice simo, integro statu donare, est rem cum omnibus adiacentibus concedere & dare, l. si quādo. C. de bonis vacatib. lib. 10. Et omnibus integris exponitur in l. a diuo Pio. §. si super. ff. de re iudic. & in l. actio. §. itē si alicui pro socio. & l. si debitor. de contrahen. emptio. l. pacta. ibid.

Integrum dominium. Dominus quid sit, & unde dicatur.

Integrum dominium. Dominus. Domini appellatione continetur, qui habet proprietatem, et si usufructus alienus sit. l. 1. §. dominus. de senatuf. Siliano. Etiam pro parte dominium contineri dicit Iuriconsul. ibi in §. domini. 2. Et a domo deducitur: nam antiquo proprio Graeci dicunt, & ἀνὸς οἴκος, id est a domo deriuant, teste egregio viro D. Viglio in tit. de here. qual. & differ. Hoc nomen largissimè accipi scripsi, pluraque de hoc in proœm. cōcordato. in verbo dominus. quæ hic non repetam, & in l. recte dicimus. supra eod. & in l. litus. t. infra eod.

Integrum dominium.

Dominus quid sit, & unde dicatur.

Integrum dominium. Dominus. Domini appellatione continetur, qui habet proprietatem, et si usufructus alienus sit. l. 1. §. dominus. de senatuf. Siliano. Etiam pro parte dominium contineri dicit Iuriconsul. ibi in §. domini. 2. Et a domo deducitur: nam antiquo proprio Graeci dicunt, & ἀνὸς οἴκος, id est a domo deriuant, teste egregio viro D. Viglio in tit. de here. qual. & differ. Hoc nomen largissimè accipi scripsi, pluraque de hoc in proœm. cōcordato. in verbo dominus. quæ hic non repetam, & in l. recte dicimus. supra eod. & in l. litus. t. infra eod.

Integri nummi.

Vice simo secundo, integri nummi, non comixti cum aliis, nec consumpti, l. si is cui nummos debitor soluit alienos, nummis integris pergat peccare, quod sibi debeat, nec offerat, quod accepit, exceptione doli mali summo uebitur. ff. de solut.

Peritio integra.

Vice simo tertio, integra peritio totius rei, vel de bitu, nō diminuta, tota, solida, l. eum qui. in fi. ff. de inoffic. testa. ibi, & ideo peritio integra debiti heredi instituto aduersus eum, qui superauit competere. facit l. Lucio. ff. de actio. & obligatio.

Integra præbenda.

Vice simo quarto, integra præbenda, non diuisa, nec diminuta, capitul. cui de non sacerdotali. de præben. in sexto. Inde integrare præbendā est integram reddere, cap. cum causam. & cap. vacante. de præbendis. vel instaurare, l. neminem. C. de suscepro. prepof. & Archid. lib. 10. l. quamuis. de tutel. & ratio. distrahent.

Integer riuus.

Vice simo quinto, integer riuus dicitur, qui refectione non indiget, l. 1. §. purgandi verbum perique putat ad eum riuum pertinere, qui integer est, & palam est ad eum riuum pertinere, qui refectione non indiget. ff. de riuus.

Integra fama.

Vice simo sexto, integra fama & dignitas est nō corrupta, laesa, aut diminuta aliqua nota vel crimine, l. & tantum. §. 1. ff. de seruo corrupto. ibi, & pau periorum se esse factum dominus probare potest, dignitate & fama domus integra ei manente. & l. capitalium. §. si. ff. de pœnis. & l. hæc enim. de iust. tutoribus.

Integrum pro toto & solido.

Vice simo septimo, integrum, id est totum, solidum plenū, l. procuratoris. §. 1. ff. de tributo. actio. ibi, cum si seruus ordinarius ignorasset deducere tur integrum, quod vicario deberetur. & §. fin. Integra porrio, ibidem. l. venditor. 3. de hered. vendita. l. Iulia. §. offerri. de actio. empt. Et integrum die, in l. 3. supra eod. Integram summā, in lege, qui Romanæ. ff. de verb. oblig. Integram poena, l. si seruus. §. 1. ff. si quis cautio.

Integer pro valido.

Vltimo, integer dicitur validus, firmus, vegetus, liber: & alius capitur modis, ut est videre apud Grammaticos.

Redintegrare.

Redintegranda sunt omnia iura, id est restituenda & reddenda spoliatis episcopis, ap. redintegranda. 3. quæst. 1. De quo remedio redintegranda scripti in tracta. de sentent. executio. artic. 4. in 1. tomo comment. in constit. Reg. Gallic.

Redintegrare.

Item postquam captus ab hostibus rediit, redintegratur consensu matrimonium, id est instauratur, reconciliatur. l. cum dux. ff. de capti. l. fin. ff. rerum amotarū. ibi, redintegrato rursus matrimonio soluitur iudiciū, & præterita die præcarij, non redintegratur præcarij. l. sed & si manente. in fin. cū l. seq. ff. de preca. iudic. l. cum maritus. §. 1. de pactis dotal. vbi quod dixerat redintegrati, reconciliari postea vocat. Redintegratur obligatio, l. illud. §. si. ibi ut in tua persona redintegratur obligatio. ff. quod met. cau. Et cum his habetishunc §. integrū.

Nondum.

Nondum, refertur ad tempus contractus, ut si vendam nunc vineam, & dico nōdum fructus aliquos recollectos,

recollectos, debet intelligi vsque ad tempus venditionis. ideo si aliquis ante venditionem iam collegerat fructus, tenetur venditor ratione illius dictionis nondum, l. Iulia. §. si fructibus. ff. de actio. empti. & sic respicit tempus ante contractum, non verò post. & cap. de eo, quod fit postea, non tenetur. facit etiam quod ait. 14. dist. Nondum quasi non adhuc, non encores.

Dominus quid sit, & unde dicatur.

Dominus. Domini appellatione continetur, qui habet proprietatem, et si usufructus alienus sit. l. 1. §. dominus. de senatuf. Siliano. Etiam pro parte dominium contineri dicit Iuriconsul. ibi in §. domini. 2. Et a domo deducitur: nam antiquo proprio Graeci dicunt, & ἀνὸς οἴκος, id est a domo deriuant, teste egregio viro D. Viglio in tit. de here. qual. & differ. Hoc nomen largissimè accipi scripsi, pluraque de hoc in proœm. cōcordato. in verbo dominus. quæ hic non repetam, & in l. recte dicimus. supra eod. & in l. litus. t. infra eod.

Reprehensiuo glo.

Pascendi verbum elucidatur in §. fin. infra eod. & gloss. in verbo pascendi addit, impinguandi, volens dicere illam terrā nō dici integram, quādo dominus immisit pecus gratia impinguandi illam: sed hoc est falsum, quando aliquid non est in illa terra ad pascendum. nec enim eo minus dicitur integra. ideo si pecus immisit sit gratia impinguandi, seu stercoreandi, non perdidit illa terra nomen integritæ. Nempe quod prohibetur in loco sacro fieri, intelligitur ad deformitatem rei, vel ad incommodum, l. 1. ff. ne quid in loco sacro: non verò prohibetur causa ornamentis, vel com modi, vtrique. Sic dicemus integrum illum fundum, si dominus causa stercoreandi illud pecus immiserit. Ideo non sine causa text. adicit. pascendi gratia. ergo in prædio vel prato erat res ad pascendū: & quia herba depasta non potest dici terra integra: sed si in fundo non erat frumentū, vel alia res ad depascendum, sed terra nuda, si dominus immisit pecus gratia stercoreandi, & pingue faciendū, tūc terra non minus dicitur integra, imo magis: quod est notandū. Licet Alciat. dicat Accursium exponere pascendi pro impinguandi. Sed in meo libro non exponit, sed addit, & impinguandi. Alia in §. si. dicuntur.

Gratia pro occasione.

Gratia, id est causa, occasione, siue ratione, vt scripsi in l. rei appellatione. 2. in verbo causam. supra eod. & alij in text. habent causa, alij gratia, sed in idem recidit.

Gratia iurifurandi facere.

Gratiam iurifurandi facere pupillus non potest, id est iuramentum remittere. l. iurifurandi. ff. de iureiurando.

Gratia pro dono dei, et prouisione.

Gratia pro dono dei quod gratis datur, cap. gratia. vbi Archi. l. q. 1. Item gratia delinquenti datur, id est indulgentia, venia, vnde grace, in rubr. ff. ad senat. Turpil. Et sapius in iure canonico accipitur pro prouisione apostolica, vt in c. gratia. de rescriptis. in 6. vbi etiam exponit pro fauore, & alijs modis. ibi videre, si non grauemini, poteritis. Et de hac gratia scribam abunde in ordinatio. Regiis in rubr. des graces & pardons & remissions, si per ærarem liceat.

Pecoris nomine quid veniat.

Pecus. Quid nomine pecoris, seu pecudis veniat, docet Iuriconsul. in l. 2. ff. ad legem Aquil. dicens illas quadrupes venire, quæ pecudum numero sunt, & gregatim habentur, veluti oues, capræ, boues, equi, muli, asini. sed an & sues pecudum appellatione contineantur, quaritur. Et rectè Labeoni placet, contineri. Sed canis inter pecudes non est, longe magis bestia: in eo numero non sunt, veluti vrsi, leones, pantheræ. Et pecudibus legatis ait Modestinus boues & cetera iumenta contineri, in l. feruis legatis. ff. de lega. 3. Et Marcel. pecoribus legatis quadrupes contineri, quæ gregatim pascuntur: sues autem pecorum appellatione continentur, quia hi gregatim pascuntur, l. legatis ser-

uis. §. pecoribus. ibidem. Alia dicuntur in l. boues. infra eod. Et quamuis d. l. 2. aquet quadrupes feruus, tamen vocans hodie hominem pecus, Gallicè bestie, illi infert iniuriā, quia quo ad illam legem ista erant exæquata, & quo ad seruos, secus in hominibus liberis. ideo vidi iniuriam agi, non in hac patria, in qua nil faciunt iniuriam verbalem, vt scripsi in interpre. arthen. habita. in scholastico. priuileg. vbi allegari senatuf. cons. ad hoc accommododum.

Vocans hominem pecus, bestie, iniuriarū.

Pecuarium adiectiuum, ad pecus pertinens. inde canis pecuarius, custodiens pecus a luporum rabie, vel pecuarius generis masculini, is qui curam pecoris habet, le bergier.

Pecuarium & pecuarium.

Immisit, de verbo immittere abunde scribam in l. malum. §. 1. infra eod.

§. Glans caduca est, quæ ex arbore cecidit.

Caducum Græce dicitur ὀλίγον, quod cecidit: vnde Iuriconsul. inquit, Licet cui libet intra triiduum glandem suam caducam legere, id est colligere, l. vnica. ff. de glande legenda. ob id glans caduca declaratur hic, vt stilla, quæ ex arbore cecidit, siue casu, siue ex hominum factu, & sic quomodocunq; cadat. Vnde si glans ex arbore tua in meum fundum cadat, eamque ego immisso pecore depascam, Aristot. scribit non sibi occurrere legitimam actionem, quæ experiri possit. Nam neque ex lege duodecim tabularum de pastu pecoris, quia non in tuo pascitur, neque de pauperie, neque de damno iniuriæ agi posse: in factum igitur erit agendum, lege qui seruant larum. §. fin. ff. de præscript. verbis. Alciatus istam Iuriconsulti expositionem in verbo caduca, id est quæ cecidit, ex proprietate sermonis non esse testatur. quoniā, inquit, caducus non qui cecidit, sed qui facile casurus est, ruinamque minatur, significat. vnde paries caducus. hæc Alciatus. Sed quæsto, quid aliud est proferre, nisi quod Iuriconsul. perperam dixit? quod nemini etiam Iurisperitorum licet. Dicamus itaque glandem caducam esse, quæ cecidit, & hoc proprie dici: alioqui Iuriconsul. dixisset per abusionem, & tamen dicit, est, vt in l. bona ciuitatis. supra eod. Nempe caducus verbum non tantum significat eum, qui casurus est, sed etiam eum, qui cecidit: vnde mortuum, caducum Virgilius vocat libr. 6. Aeneidos: -Hic multum fleti belloque caduci.

Declaratur rñtus de glande legenda.

Caducum duobus fuitur modis, & Alciat. reprehenditur.

vbi Seruius exponit nomen caduci, mortui, qui cecidit. Sic & glans caduca proprie dicitur illa, quæ cecidit, vt colligi possit. Nempe dum casura, & in arbore est, non dubitatur an dominus eam supra suam possit colligere arbore, sed postquam cecidit in alienum solum, dubitatur: ideo dicitur, vt etiam illam, quæ cecidit, colligere possit. Et glandis nomine omnes fructus continentur, l. qui venenum. in fin. infra eod. vbi multæ sunt arborum species. Potest etiam alia significacione caducum dici, quod casurum est. Et morbum caducum, id est comitalem dicimus, quod cadere faciat habentem, l. qui tertia. ff. de adili. edicto.

Inde legata caduca dicuntur, quæ mortuo testatore deficiunt: nam quia semel steruerunt, & ceciderunt, ideo caduca vocantur. Lex enim Papia introduxerat, vt legata non deberentur, nisi ab apertura tabularum, & quæ medio tempore a morte testatoris vsque ad apertionem testamenti deficerent, sisco deberentur, utpote si legatarius moreretur, legatū sisco applicabatur, quod hodie correctum est, in l. vnica. §. cum igitur. C. de caduc. tollend. Legatum enim a morte testa. cedit, vtrique dicitur. verum quia illud legatum a sisco capiebatur sine onere, ideo Iunen. satyr. 9. contra illam legem Papiam, & siscum scribit ita:

Caducum legatum.

Dulce caducū quod sine onere capitur.

Legatum omne capis, necnon & dulce caducum. Vocat dulce, quia sine onere (vt dixi) à fisco capiebatur: etiam si testator onus legato adieciſſet: quamuis hodie cum onere capiat non à fisco, ſed ab illis, de quibus in §. pro ſecundo. C. de caduc. tollend. Sed Vlpia. in Inſtit. tit. de caducis, ſic ſcribit, Quod quis ſibi teſtamento relicto, ita vt iure civili capere poſſit, aliqua ex cauſa non ceperit, caducum appellatur, veluti cecidit ab eo, &c. & ſic conuenit cum hoc tex. ſi Vlpia. illud opus dici poſſit.

Alia erat legata, quæ in cauſam caduci fieri conſuebat: ea iuris interpretes quaſi caduca vocant: & ſunt illa, quæ viuo deficiunt teſtatore, licet is cui relicto erat viuere: ſed quia moritur, vel deficiebat conditio, ideo legatum non debetur, ſed ſubſtitutus applicatur, vel conuictus, aut apud heredem manet. §. pro ſecundo. d. l. vnica. Pro non ſcriptis legata ſunt, quæ mortuis relicta ſunt: & iſta apud heredes remanent ſine onere, §. & cum triplici. d. l. vnica. Et hæc tria olim capiebat fiscus, ideo dicit Iuuenalis: *Legatum omne capis.* non faciens diſtinctionem horum legatorum, ſed omne vocat caducum. Et grammatiçi illum explicantes locum vix intelligunt authoris mentem, vt ibi patet.

Item Iuriſconſultus caduca bona, vocat bona illius, cuius heredum nomina inducta eſſent & delata: ob id illius bona capiebat fiscus, in l. proxime. ff. de his quæ in reſta. delent.

Partes caducas, in litem veniunt. §. pridie. & §. ſenatus. ff. de pet. hered. dicit illas, quæ in fſicum ceciderant, quas ſcilicet fſicus capiebat.

Dos caduca, in l. dote propter illicitum matrimonium caduca facta. ff. de ritu nuptiarum, dicitur Regi applicata. idem ſi dicamus, bona caduca, & pecuniam caducam, quæ cecidit, & conſecrata eſt.

Caduci iure ſacerdotium impetrare, vulgo deuoluto iure impetrare. Budæ. in forenſ. vbi etiam caduci iure magiſtratum inire, eſt commiſſum magiſtratum inire, eſt re pouruue d'office vacant par forſaiture. Bud. vbi propria ſunt vocabula, quid opus eſt alia emendicare?

Caducaria Et caducaria iura Pontificum, & caducariæ obventiones archidiaconorum, de portus vocantur, iuxta c. ſi propter. de reſcrip. in 6. & aquas caducas hiſtoriographi vocant, ex caſtellis aut fiſtularum emanationibus effluentes.

Librarij caducorum apud Iuriſconſultum in l. fin. ff. de iure immun. dicuntur illi, qui iſta bona caduca in fſicum delata ſcribebant. Et munerum vacationem habebant, vt in d. l. ſi ſcribitur.

Caduceum. Caduceum virga Mercurij, qua pax ſignificabatur: & Caduceatores, legati pacem petentes, ab illo caduceo: & forte vniuerſitatum miniſtri, quos bidellos vocant, ſic dici poterunt.

Cecidit, cadere pro decidere, vulgo *tomber, cheoir.* l. i. in princip. ibi, aquam pluuiam dicimus, quæ de cælo cadit. ff. de aqua plu. arcenda. Non licet in veſtro fundo lapides cadere, vt in meum fundum fragmenta cadant, l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſeruit. vindice. Cepola in tracta. de ſeruit. vrba. præd. c. 31. quaest. 3. Inde cadere ſtillicidium in tuum ædificium ſcribit Iuriſconſultus. l. ſi domus. & l. ſeruitutes. & l. fin. ff. de ſeruit. vrban. prædio. Cecidit in mare, l. ſi ſeruus. §. de manu. ad legem Aquil. Cadere in quaſtionem, pro quarere, venire in quaſtionem, incidere. l. 3. §. i. ff. de appel. vbi dicit quaſtionem eſt, poſtea cecidit in quaſtionem. Cadit in periculum, id eſt incidit, venit, l. 2. in ſi. ibi, niſi ex hoc temporalis actio in periculum cadat. ff. de cuſtod. reo.

Cadit in ſpeciẽ, vel cauſam donationis. Cadit in poteſtatẽ.

mod. ius patri poteſta. ſol. in Inſtit. l. i. ff. de vulgar. Nulla cadit obligatio in perſonam ſeruilem, id eſt non obligatur ſeruus, l. in perſonam. ff. de regul. iur. Scilicet ciuilitur, l. quod attinet. ff. de regul. iur. & in eum non incidit obligatio.

Cadere in ſeruum, conuenire, incidere, pertinere. l. hos accuſare. §. omnibus. ibi, bonorum publicatione puniuntur, quæ poena in ſeruum nõ cadit. ff. de accuſ. l. illa verba, arbitrato. & l. illa verba, optimus. infra eo. l. nomen filiorum. ac lege inter ſtuprum. §. i. ibidem.

Inde Iuriſconſultus ait, metum accipiendum, non vani hominis timorem, ſed qui in hominem conſtantiffimum cadat: Caius in l. metum 2. ff. quod met. cauſa. Et dolus non cadit in eam ætatem, ſcilicet in impuberem, l. impuberem. ff. de falſi.

Cadere cauſa pro ſuccubere, amittere cauſam, l. in fraudem. §. idẽ ait. & l. quotiens. ff. de iure ſiſci. ibi, ſi vſus is contra interdictum fuerit, cauſa cadat. authen. habita. C. ne fil. pro patre. c. ſi diligenti. de foro comper. Eſt creditor à debitore ſuo petens, culpa ſua cauſa ceciderit. ff. de ſolutio. id eſt ſua negligentia ſuccubuerit. l. ſeruum. de pigno.

Cadere pro republica, eſt mori. Hi enim qui pro republica ceciderunt, per gloriam viuere intelliguntur, §. i. de excuſatio. mto. in Inſtit. & cadere in bello, eſt mori in bello, l. ſi. ff. de his qui noran. in ſa.

De caduere quod vermibus cadat, vt quidam dicunt, l. ar. ſi quis. §. ſed interdum. ibi, quis enim ſine pietatis intentione alienum cadauer funerari? ff. de reli.

Cadere in computationẽ pretium dicitur, id eſt computari, l. liberum. ff. de religioſ. ibi, in quam computationem cadit loci empti pretium.

Cadere in cauſam pignoris, eſt pignori obligari, dari pignori, l. Paulus. §. i. ff. de pigno.

Cadere comode, id eſt contingere, & aliis modis, vt per rhetores.

Cadat, ſcilicet ipſo iure, dicit glo. Bar. Bal. & Iaſ. in l. fin. C. de iure emphyteu. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Fel. in c. ex renore. & c. Rodolphus. de reſcriptis. glo. & doct. in d. c. ſi diligenti. de foro comperenti. Tamen quod verbũ cadat non importet ipſo iure, niſi addatur aliquod aliud verbũ, probat l. fin. ibi, ſine aliquo facto, vel aliqua ſententia cadant militia. C. locari. glo. & doct. in authẽ. habita. C. ne fil. pro patre. & in authen. ad hæc. de vſur. niſi contrarium ſuaderet materia, vt in allega. prædict.

Inde caſtare, frequenter cadere. l. ſeruitutes. §. ſi ſeruitus ſtillicidij impoſita ſit, non licet domino ſeruientis arẽ ibi ædificare, vbi caſtare coepiſſet ſtillicidium. ff. de ſeruit. vrban. prædior. & in §. ſequenti dicitur, ſi antea ex tabulato, vel ex alia materia caſtare non poteſt.

Caſus, actus cadendi, *cheute*, l. ſi vero. §. prætor. l. i. ibi, cum caſus nocere alicui poteſt. ff. de his qui deiecerunt vel effuder. Caſus pro cauſa, l. i. §. i. ff. de poſſiti. iuncto §. ſequens. de actio. in Inſtitu. Scripſi fuſius in l. rei appellatione. e. ſupra eo. facit l. itaq. de ædilitio edicto, vbi quod in prin. cauſam, poſtea caſum ſcribit.

Caſus pro fortuna, periculo, l. ex cõducto. in ſi. ibi, propter caſum incendiij repentinum ceciderit. ff. loca. l. ſi in vẽditione. §. i. ibi, chaſmate, aliove caſu pars fundi interierit. de pericu. & comod. rei vend.

Inde dicitur caſus fortuitus, euentus in opinatus, qui præuideri non poteſt, l. quæ fortuitus. C. de pigno. actio. l. i. §. læpe. ff. de poſſiti. Et Imperator eos numerat in §. itẽ is cui. quib. modis re contrahen. obliga. ibi, ſi fortuito caſu amiſerit, quod accepit, veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum, hoſtiumve incurſu. l. ſi quis fundum. §. i. ibi, ſi quidem caſus fortuitus incendiij cauſam intulerit. ff. loca. & §. ſeq. & l. qui inſulam. in fin. ibid.

Obligatio nem cadere quomodo dicatur. Cadere in ſeruum.

Cadere cauſa.

Cadere pro mori.

Cadere in computationem.

Cadere ipſo iure.

Caſtare.

Caſus.

Caſus pro cauſa.

Caſus pro fortuna.

Caſus fortuitus.

Aliquan

Vis maior. Aliquando vis maior appellatur ille caſus inopinatus, in l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca. & d. §. item is cui. Elucidat in l. liberationis. infra eod.

Caſus pro poſſiti ſpecie. Caſus pro poſſitione, euentus, ſeu pro ſpecie facti, *le cas*, l. penult. infra eod. ibi, hoc eſt, an de eo quoque caſu contrahentes ſentiant. l. pacta. ibi, quo caſu de contrahend. emptio. l. multum. cum l. ſeq. ff. de hered. vend. vbi in vna l. dicitur caſu. in altera poſſitione. Et l. ſi tibi pecuniam. ſi cert. pera. l. ſi ſeruum. in ſi. ff. de actio. empti. l. in nau. in l. loca. facit quod ſcribit Lucas de Penna in l. vna. C. de theſauris. lib. 10. & in l. caſus. C. qui morbo. ibidẽ. Vnde quidam interpretes caſum proferunt in legibus interpretandis, quod non eſt contẽnendum.

Compoſita huius verbi cadere ſunt ſequentia: primo verbum accidit, quod exponitur in l. in vulgari. §. i. infra eod. De verbo abſciſe loquitur Iuriſconſultus in l. ſemper. §. demonſtratur varie, nec abſciſe numerum liberorũ ad excuſationem municipium munerum prodeſſe. ff. de iure immun. vbi glo. exponit diſtincte, vel præciſe: ſed forte melius eſt pro eo, quod dicitur truncatẽ, mutilatẽ.

Concidere. Verbum concidit aliquando à con, & cado componitur, & tũc ſignificat ſimul, vel minutatim cadere, conſringere, *conſper en pieces, hacher menu.* Eſt ic intelligi debet tex. in l. lectos emptos ædilis, cum in via publica poſiti eſſent, concidit. ff. de periculo & commod. rei vendi. vbi notare debetis, quod magiſtratus poteſt frangere ea, quæ in via publica inueniuntur, ne illa occupentur. præhibent enim eſt ne quid fiat in via, loco ve publico, in rubr. nequid in loco publ. ff. quod tamen intelligerẽ, poſtquam præceptum eſt factum habenti merces in via publica, antea non. Concifa oratio, non continua, ſed veluti membratim caſa apud grammatice ſapientum legitur. Concido à cado compoſitum, in totum vel ſimul cadere ſignificat: de quo alibi.

Decidit, elucidabitur in l. cedere. infra eod.

Excidere ſignificat cadere deorsum, vel ex loco alto in declinẽ, ſi componatur ab ex & cado: ideo Iuriſconſultus, ſi rem eſſe eum, qui id quod de vehiculo exciderit, tulit, in l. 3. in princ. ff. de incend. ruina, naufrag. l. ſi vero. §. penult. ibi, nam cum pictor in pergula clypeum, vel tabulam expoſita habuiſſet, eaque excidiſſet, & tranſeuntũ damnũ dediſſet, Seruius reſpondit ad exemplum huius actionis dari oportere actionẽ. ff. de his qui deiecerunt vel effuder. Sed vbi excidere componitur ab ex & cado, ſignificat deſtruerẽ, perimere, ſeu frangere, l. i. §. i. ibi, arborem impendentem in arẽ alienas ex ſtirpe excidendam. ff. de arbo. cadent. l. ſi quis cum totum. §. idem ſi quis cum fundum petierit, mox arbores. exciſas ex eo fundo petat. ff. de exceptio. rei iudica. l. forma. §. quod ſi. ibi, exciderit arbores. ff. de cenſibus. l. legatẽ. §. non ſolum. ibi, excidit arbores. ff. de dolo. l. & ſi non ſolum. §. penult. comu. diuid.

Incidit in hominem idoneũ, id eſt cadit, l. probum. in fin. infra eod. vbi abunde hoc elucidatur verbum.

Intercido. Intercido ex inter & cado compoſitum, pro interm pereo. Intercidit legatum, ſi ea perſona deſceſſerit, cui legatum eſt ſub cõditione, l. intercidit. ff. de conditio. & demonſt. l. penult. de capit. deminutio. Et maioriſtis crimine tenetur is, cuius opera dolo malo conſilium inuim erit, quo obſides iniuſſu Principis intercideret, l. i. §. i. ff. ad legem ſul. maieſta. vbi glo. exponit, pro fugerent: ſed ego ſumendum putarem pro periret & occideretur, vel de medio tolleretur, quoquo modo id fiat, vel ſiga, vel cade, vel aliter. Inde Impe. dicit in l. i. C. etiã ob chirographa. pecuniã pignus, quod pignus interciderit, ſi nouatione facta in alium ius obligationis tranſtulit. vbi gloſſ. exponit pro extinguitur.

idem in l. 3. ibi, rebus conſeſſam immunitatẽ non debere intercidere, reſcripro Imperatoris noſtri ad Pellianum recte expreſſum eſt: quippe perſonis quidẽ data immunitas cum perſona extinguitur, rebus nunquam. quod prius dixerat intercidere, poſtea dicit extinguitur. l. ſi decipiendi. ff. ad Velicia. & Iuriſconſultus ait, audiri bonafidei poſſeſſorem, ſi periculum erit, ne inter moras actiones intercidat. l. ſi bonafidei. ff. de peritio. heredit. l. his conſequenter. §. idem. ibi, vt volutas defuncti non intercidat. famul. erciſe. l. ſi ſeruus pignori. ibidem. l. i. §. ſemel autem. 2. bono. poſſeſſio. contra tabu.

Aliquando pro tollere ſumitur, vt quando creditor debitori ſuccedit, pro parte obligatio ratione conſuſionis interciderit, l. ſi debitori. 2. ff. de fideiuſſo. & l. Stichum. §. vſumfructum. ibi, facultas ſoluendi Titio non interciderit. ff. de ſolutio. idem ferẽ eſt ſicut præcedens, & illi conuenit. Lucas de Penna in l. 2. in princip. C. de præd. nauicula. lib. 11. dicit, intercipitur proprie, quod inter duo de medio tollitur, perit, deſtruitur, frangitur.

Interdum intercidere à cado deductũ pro frangere, & deſtruerẽ ſumitur, l. 4. ibi, cum quidã a patre heres inſtitutus codicillos intercidiſſet. ff. de falſi. quemadmodũ. §. i. ibi, iure ſuo poſſe intercidere: & merito. ff. ad legem Aquil. & l. ſi quis fumo. §. ſi. ibi, iuſto enim metu ductus, ne ad ſe ignis perueriret, vicinã arẽ interciderit. ibidem.

Præcidere idem quod vulgus, *quater*, id eſt deſignare quotumquẽque articulum, quotumquodque caput oppugnare velit litigator, ne in vniuerſum admiſſus licentẽ tergiuerſari, & identidem euariare poſſit: tracta metaphora ab fabris, qui id quod abſcindere volunt, ducta linea præcident: vel ab his, qui ex re communi partem ſibi eligunt, prius ſignantes, poſtea deſectam auferentes. hæc Budæ. in annotat. in Pandectas, in l. 2. de orig. iur. Vnde ſtatũ eſt in ordina. Reg. rub. de appellatione. art. 7. quod appellans à ſententia plura continente capi a tenetur præcidere, & declarare capita in quibus male iudicatum dicit: alioqui in omnibus reuocietur, & pro non appellante habeatur. Vbi ſuper illa ordinatione dubitari, à quo pars cogi poſſit, & quod à iudice à quo videtur: quia ſua in ereſt, vt ſententiam in aliis capitulis, in quibus nõ appellauit, exequatur, vt l. etiam. §. i. ff. de minor. doct. in cap. Raynurius. de teſtam. Panor. in c. ſignificauerunt. de exceptio. l. ſcire. ff. de verb. oblig. Eſt practica eſſe poteſt, vt inſtante parte quæ obtinuit, iudex victam partem interroget, ſuper quibus vult appellationem proſequi, & ſi declarare aliquos caſus, in aliis poterit non commex iudex exequi: ſi vero pars noluerit declarare, debet iudex ad quem eundem appellanem in omnibus non recipiendum pronũtiare, vt ſtatuit lex Regia. Vel alia eſt praxis. Nam cum iudex à quo nõ interrogat partem, tunc in conſuſione appellationis fieri debet, quã pars vel procurator eius coram actuario ſeu grapherio facit: & hoc eſt concludere in appellatione, quando pars dicit male iudicatum, & bene appellatum: & quibus caſibus non tenetur concludere appellans, ſcripti in tractat. de ſenten. prouifio. artic. 1. glo. 12. in 1. tomo. & iſta ſolent ſeruari, vt plene dixi in tracta. de appellatione. in 3. tomo commenta. in conſtit. Reg.

Præcidere etiam ſignificat amputare, & auferre, & nominatim declarare, vel ambigentem, & accipiente ſententiam ſerenti neceſſarim exprimere, deligendi vtram ſequi malit. Budæ. in forenſ.

Præcidere reſpondendi conſtationem, id eſt exigere reſponſum extemporale, *comraindre de reſpondre promptement.* Idem Budæ. Et alia ibidem licet videre, quæ omnia ſine iure ſcribit.

Profrangere.

Præcidere.

Declaratur lex Regia de appellatione.

Praxis contra nolentẽ declarare ſup quo appellauit.

Concludere in appellatione quod.

Præcidere pro amputare.

Præcidere reſpondendi conuſationem.

Præcisè fieri dicitur sine excufatione aliqua, sine rectorio, & fermone inuolucro. dicit Alciat. lib. 3. de verb. fignifi. Feli. & alij in c. 2. de reſcript. dicunt præcisè fieri, abſolute, ſine defectu, & cauſæ cognitione, vel omnimodo, & indiftincte: & ſic debet intelligi text. in d. ca. 2. & cap. contra Chriſtianos. de hæretic. in 6.

Præcisè habet vim clauſule de rogatoria.

Et quando ſcribitur quod præcisè ſtatutum ſeruetur, id eſt ad vnguem. Barba. in conſil. 39. clem. tiſſimi. col. 3. in 2. vol. & abſque eo quod violetur. Vnde dicit docto. in d. c. 2. quod illa dictio præcisè habet vim clauſulæ derogatoriæ, adeo quod non valebit ſtatutum ſecundum, niſi expreſſa fiat de primo mentio. quod ſequitur Barba. conſil. 13. illud in medium. col. 13. in 4. volu. Etiam non valent literæ conceſſæ contra ordinationē, quæ præcisè ſeruari debent, nec eſſent verificandæ, arg. athen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. venditio. vbi gloſ. & docto. & Pontifices ſummi ſæpius hoc verbo vtuntur, ſed iuriſconſ. non, vel raro.

Præcisè qui ſint, elucidat Cælius lbr. antiqu. lectio. 8. cap. 32.

Recidere.

Recidere à cado. Hinc reciderit ius omnium in vnum, l. ſicut. §. 1. ff. quod cuiuſq; vniuer. nom. ibi, ſed ſi vniuerſitas ad vñ recidit, magis admittitur poſſe eum cõuenire, & cõnenti, cum ius omnium in vnum reciderit: id eſt venerit, contigerit, incidit, reuerſum fuerit. Recidere enim eſt iterũ cedere, ex re & cado, *recidit*. l. 1. §. penult. ff. ad Macedo. ibi, ſi pendeat an ſit in poteſtate filius, vt puta quoniam patrem apud hoſtes habet: in pendenti eſt, an in ſenatuſconſultũ ſit cõmiſſum. nam ſi reciderit in poteſtate, ſenatuſcõſ. locus eſt: ſin minus, ceſſat, vnde in puberibus in poteſtate poteſt pater pupillariter ſubſtituere, ſi nõ ſint recuſari in patris poteſtatem, l. 2. in princip. ff. de vulg. & §. 1. de pupilla. in Inſtit. Inde recidium, quod recidit, iterum cadit, ſeu contingit, vt recidua febris, de qua per Galen. in lib. de different. februm. Recidere autẽ à cado, pro ſuccedere ſumitur, l. quemadmodum. §. ſi protectum meum, quod ſupra domũ tuam nullo iure habebam, recidiſſet. ff. ad legem Aquil.

Succidere ſuperius ſcripti in princ. huius legis. ad paſcuam ſyluam veniamus.

§. Paſcuam ſylua eſt, quæ paſcuus pecudum deſtinata eſt.

Paſcuam ſylua eſt, quæ deſtinata eſt ad pecudes paſcendas, ſicut ſaltus paſcuus, l. reſtatix. §. plures. ff. ſi ſerui. vindi. & ſuperius dixi in prin. huius legis. Notate quod quidã legunt, paſcuus pecudum deſtinata eſt: alij vcrõ, paſtui pecudũ: ſed vtrũque ſit, in idem recidit. in Pãdec. Flor. legitur, paſtui pecudũ.

Vtilitates huius. §. ſunt ſequentes. Prima quod ex his ſyluis paſcuus debet ſolui decima, cap. commiſſum. de deci.

Secundo quod ſi deſcribantur bona deportati, debet ſcribi, quod in paſcuus ſyluis inactum fuerit, & alia ſua bona, l. ſi quis intra. C. de bon. proſcript. quæ lex melius docet formam repertory ſeu inuentarij, quàm alia, quàm viderim.

Tertiõ quod ſi inueniã animal in hac ſylua paſcuam, dans mihi damnum, vel in alio loco meo, poſſum illud abigere, nec malum illi inferre debeo, ac ſi meum deprehendiſſem, quia actiones proprias contra dominum habeo, l. Quintus. & l. quamuis. ff. ad legem Aquil. Speculat. in titulo de actore, §. 1. verſic. ſed pone inuenio pecudẽ. & patruus meus Iacob. Rebuffus in l. ſeruos. C. de agrico. & cenſit. lib. 11. Bar. in l. 1. ff. de incend.

Derogatur, quando ignoto cuius ſit, d. l. quamuis. ibi, admonere dominum: ergo ſi neſciam, non potero admonere. Et Deutero. 22. c. habetur: Non

videbis bouem fratris tui aut ouem errantẽ, & præteribis, ſed reduces fratri tuo: etiam ſi non propinquus frater tuus, nec noſti eum, duces in domum tuam. Erunt apud te, quãdiu quærat ea frater tuus, & recipiat. Ideo debeo facere proclama per ciuitatem, vt quicumq; amiſerit tale animal, veniat ad Titium, & dando ſigna illud habebit, teſte Boer. in §. 1. de conſuet. prædio. in conſuet. Biturigum, poſt Bar. in l. hoc amplius. §. de his. ff. de damn. infecto. & l. ratio. de incendio. Iacob. in l. requirendi. C. de ſer. fugit. vel is qui amiſit, poterit curare, vt proclama de re amiſſa fiat.

Secundõ non procedit de cõſuetudine, Albert. de Gaud. in tracta. de poenis reo. verſ. pone ego inueni, & c. nempe de conſuetudine ſeruetur, quod ſi ego inueniam animal in meo fundo, poſſum illud ducere ad iuſtitiam cauſa mulctæ, ſeu emendæ. his verbis vtitur Benedic. in repetit. cap. Raynutius. in verbo & vxorẽ. nu. 328. de teſta. & interpres cõſuet.

Item creditur iuramẽto capientis animal, ſi illud adduxerit ad iudicem, niſi contrarium probetur & in paruis, teſte Maſue. in rub. de expenſis. in princ. niſi is, qui iurat, deberet habere lucrũ conſignationis animalium, vel aliquã partem. Maſue. ibidem. §. item ſi quis in fundo. videre Cepol. in tracta. de ſeruit. ruſtico. prædio. rub. de ſeruit. iuris paſcendi, fol. 74. Et ſcripti in arbore ſeruitutũ in fin. Abunde D. Feron. in conſuetu. Burdegal. rubr. de animal. inuentis in alienis agris. §. 1.

Ex hoc igitur tex. habetis, quod duplex eſt ſylua, quãdam cædua, & quãdam paſcuam, de quibus in princip. huius legis dictum eſt.

Item paſcuorum quãdã dicuntur publica, quãdam priuata, vt in rubr. C. de paſcuis public. lib. 11. & l. ſi quis intra. de bonis proſcripto. Publica paſcuam quãdam ſunt deputata gratia depaſcendi animalia Principis, & nullus alius poteſt in ea abſque Principis conſenſu ſua immittere animalia, vt ibidem probatur de paſcuis publicis. Alia ſunt paſcuam communia, deputata cõmunitati ciuitatis, vel municipij, vt Burdegalæ & Blayæ iuxta Burdegalam: & nulli licet ea priuati occupare, vt ſtatuitur in l. 1. C. de paſcuis publicis. lib. 11. vbi cauetur quod non poteſt augeri penſio antiqua paſcuorum.

Notandũ eſt quod hæc paſcuam vniuerſitatis ſunt, l. omnes. 2. C. de oper. publi. ideo non poteſt dominus loca locare, vel vendere; ſeu alias de his diſponere. l. 2. vbi docto. C. de paſcuis. lib. 11. ſic conſuluit Bertrãd. cõſil. 37. quamuis. in 1. vol. & conſil. 1. in 3. vol. ſecundum primam editionem: & Aymo Crauette cõſil. 154. viſo proceſſu. Et ideo clerici vt poſſunt paſcuus communis loci, in quo degunt: & idem in religioſis, quia ciues & incolæ ſunt, vbi habitant, Bar. in l. 1. ff. ad municip. Panor. in c. fi. de parochi. ſic conſuluit Bertrãd. pro Chartuſianis Villæ nouæ Aquinio. in conſil. 92. ſi verum eſt. in 3. volu. ex 1. editio.

Et quis non debet paſcuam ſiſci, vel priuatorum mutulare: alias debet puniri poena duodecim librarum auri, d. l. 2. ibidem. Hodie noua poena ſtatuitur in ordin. Regijs in rubr. *des eaus & fireſtz*. Imo ſi in his paſcuis ſunt aliqua animalia morboſa, per quæ alia animalia poſſunt ſimili morbo affici, poterunt eo caſu quãdã paſcuam limitari, & deputari his morboſis, & præceptum fieri dominis illorum animalium, ne limites tranſcendant, & ne depaſcant cum ſanis. hoc pulchre docet patruus meus Iacobus Rebuffus in l. ſi qua. col. vlti. C. de ſpectac. li. 11. & in l. penult. de paſcuis publ. ibidem. Et an ſufficiat paſtori deferre pelles mortuorum animalium ſibi commiſſorum, & ouium, ſcribunt docto. in l. ſi paſcenda. C. de paſtis, vbi Iacobi. dicit non ſufficere, niſi paſtor probet caſum fortuitum, argumen. l. ſi quis

Inueniens animal ali quod in ſuo ad iudicem poteſt illud ducere.

An credatur inuentori animalis cum iuramento.

Duplex ſylua.

Publica paſcuam & priuata.

Paſcuam cõmunita non poteſt dominus vendere.

Clerici & religioſi paſcuus cõmunitatis vtuntur.

Animalia morboſa ſeparantur à ſanis.

Pelles animalium an ſufficiat do miniſtrari à paſtoribus.

Præcisè probandimortua anima lra.

quis fundum. §. Imperator. ff. loca. & ideo paſtor debet vti præcisè, quam Bart. ſcribit in l. 2. etiam Rebuffus, C. de naufrag. lib. 11. vbi ſi quis pariatuſ caſum fortuitum, debet coram iudice illius territorij producere teſtes, quos examinare iudex de illo caſu debet, & poſtea illæ probationes facient fidem, ſecus ſi coram duobus notariis, vel coram notario & teſtibus ſint factæ, vt ſcripſi in l. ſubſignatum. §. arteſtari. infra eod. quia paſtores hodie peſſimi ſunt, & conãtur perſuadere dominis mortua eſſe animalia peſte, vel alio morbo, cum ipſi interſciant baculo vocato *peſte*, vel *picore* & poſtea comedant, & ita inter eos accepi ſeruari ſolitam. Sanè his temporibus fronti raris fides, & perquam exigua eſt inter malos homines, quorum in finitus eſt numerus.

Præterea adde ius paſcendi eſſe ſpeciẽ ſeruitutis realis, l. pecoris. ff. de ſeruitu. ruſtico. prædio. Bertrãd. conſil. 75. quis dicitur in 2. vol. ex prima editio. & l. ſi in edibus vbi Bar. C. de ſeruit. & aqua. glo. in l. ſicuti. §. ſed ſi queratur. ff. ſi ſeruit. vindicet. Dec. conſil. 483. pro reſolutione. col. 2. Etiam ſi quis eſſet in quali poſſeſſione ſeruitutis, ad huc eũ probare oportet & quomodo præſcribitur, ſcribit Carol. Ruinus conſil. 118. viſa in 4. volu.

Ad hæc quando paſcuam ſunt omnibus communis in eodem loco degentibus, ſi vnus modica habeat bona, & velit magnum numerum animalium ibi depaſcere, poterit communitas intencare vtile communi diuidendo iudicium, vt is vtatur pro modo poſſeſſionũ, & ſine aliorum iniuria, quod notandum dicit Alberic. in l. Imperatoris. ff. de ſeruitutibus ruſtic. præd. & abundantius conſuluit Bertrãd. conſil. 240. viſo renore. col. 3. nu. 10. & ſeq. in 3. vol. ſecundum nouã editio. & conſil. 37. quamuis. in 1. vol. ſecundũ antiq. editio. & conſil. 75. quis dicitur in 2. vol. ibidem. Aymo Crauette conſil. 60. ex omni capite. nu. 3.

Vltimõ notandũ eſt valere conſuetudinem, vt vnus vel plures poſſint incidere ligna, ſeu animalia paſcere intra limites alterius caſtri, vel in fundis alienis vacuis, dummodo conſuetudo non ſit inducta per violentiam, c. ſuper quibusdam. de verb. ſignific. hoc nominatim decidit Panor. in c. dilecti. in gloſ. 1. de arbit. Tamen vbi ligna vel paſcuam non poſſent omnibus ſufficere, tunc domini præferendi ſunt: nec valeret cõſuetudo, quod excluderetur dominus ab extraneo, vt pulchre docet Panor. ibidem, quem ſequitur Rochus Curtius in cap. fin. de conſuet. in gloſ. vlt. in 4. cõcluſio. de iure gentium.

Paſcendi. Paſco ſeu paſcor beſtiarum eſt. comedere & veſci ad homines reſertur, teſte Valla lib. 4. cap. 53. inde ſeruitutes paſcendi pecoris, in l. 1. 3. & 4. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. & actio de paſtu pecoris, l. qui ſeruandam. in ff. de præſcript. verb. datur, quãdo glãdem meo pecore in tuo fundo depaſco.

Paſtus hominibus competit, pabulum eſt pecudum, ſecundum eundẽ Vallam. Iuriſconſul. tamen paſtum hic ad pecudes reſert, dum dicit ſecundum Floren. lectionẽ, paſtui pecudum: ſed eo forte quia pecudes expreſſit, non verõ ſimpliciter. Ideo non tam pertinaciter ſeruamus has differentias, ſed declarat apud Iuriſperitos materia vim vocabuli: vnde paſcere ſeruum, veſtire, curare, poſſeſſorem oportere ait Vlpian. in l. ſed etſi hereditas. §. 1. ff. ad exhiben. & frequentius ad animalia reſertur, l. cum duobus. §. damna. ff. pro ſocio.

Inde paſcuus adiectiuum, & paſcuam ſylua hic: paſcuum ſaltum ſcribit Iuriſconſul. in l. ſed ad des. §. 1. ff. loca. & ius compaſcendi, in l. reſtatix. ſi ſeruitus vindicet. Et hoc paſcuum, locus eſt in quo paſcuntur animalia, *paſturage*, vt in rubr. de paſcuis publicis & priuatis, lib. 11. & in rubr. præcedente de

Valens plura animalia in communibus paſcuis habetis, prohibetur.

Valeat conſuetudo depaſcendi animalia extra territorium, & in fundis alienis.

Paſco diſſert à veſtor, & in quo.

Paſtus, pabulum.

Paſcuus, Paſcuum.

fundis limitrophis, & terris, & palud. & paſcuus, & limita. & caſtello. ibidem.

Paſtor is dicitur, qui pecoris paſcendi curam habet, & non poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedat, & paſtor neſcit, c. penult. de reg. iur.

Paſtoralis, quod ad paſtores pertinet, vt paſtoralis habitus, paſtoralis cura, de qua frequentius ius canonicum loquitur, c. cura paſtoralis. de iure patron. & de hac ſcripti in verbo paſcere. in titul. de conſtitu. in concordã. Et quo cibo debeat paſcere quilibet prælatus gregem ſuum, ibidem videri poteſt. Alia videte per Petrum Iacob. in ſua prælica rubr. de ſeruitu. pecor. depaſcend. & per Cepolam in tracta. de ſeruit. ruſtico. prædio. rubr. de ſeruitu. iuris paſcendi: quæ materia eſt in iudiciis frequens, & parum tamen ab interpretibus tractata.

Deſtinata, id eſt deputata, & deſignata: & ita capitur in l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. ff. de lega. 1. ibi, fundo Titiano deſtinaret. l. 2. §. ad frum etũ. ibi, quam quibus deſtinata eſt. & l. fin. §. iudem reſcripſerunt, pecuniam ad annonam deſtinatam. ff. de adminiſt. rerum ad ciuitatem perti. l. item apud. §. ſi quis virgines. ibi, vt ſequeretur deſtinatum. ff. de iniur. l. ſi mihi. 2. de ſeruit. vtrãque prædio.

Aliquando deſtinare eſt in animo conſtituere, proponere, & deliberare. l. tres tutores. in fi. ibi, aut cum deſtinatum haberet mutare teſtamentum, id non feciſſet. ff. de adminiſt. tuto. Et quando deſtinatio habeatur pro facto, & attẽdatur, abunde ſcribit Felinus in c. cum adeo. col. 2. verſ. de deſtinato. de reſcript. & laſin repe. l. admonedi. col. 10. nu. 53. cum ſeq. ff. de iure iurand. D. Tiraquellus in tracta. de lega. conubial. 15. l. conubia. vbi concludunt deſtinatum ad clericatũ haberi pro clerico, vt gaudeat priuilegiis clericorum: ſed in forenſi iudicio non ſeruetur: nempe vix clerici hodie gaudent poſſunt. ergo & deſtinati non gaudebunt. alioqui omnes dicerent ſe deſtinatos ad tonſuram, vt poenam enitarent iudiciũ ſeculariũ. vtrãque plenius ſcripti. Et quo deſtinauerit quis perferre, ſic accipiendum eſt, quò deſtinauerit eo die manere cum eo furto, l. 4. cum l. ſeq. ff. de ſurt. l. quaſitum. de adult. l. cum hi. §. vult igitur. de tranſactio. ff. l. inde Neratius. §. ſed & ſi ſeruus. ibi, de quo quaſtionem habere deſtinaueram. ff. ad legem Aquil.

Deſtinare puellã & promittere ſe daturum eam, & eam alicui aſſignare in matrimonium, vulgo, *acorder, luy bailer*. l. qui pupillam. ff. de adulter. vbi ſic ſcribitur: Qui pupillam ſuã duxit vxorẽ, contra ſenatuſconſ. nec matrimonium eſt hoc: & poteſt accuſari adulterij, qui tutor, vel curator fuit, & infra 26. annum duxit vxorem non à patre deſponſatam, vel deſtinatã, vel teſtamento denominatam.

Deſtinare pro eligere, decernere, l. ſi ibi, non paſter dominusve, ſed filius ſeruusve deſtinare de alterutro debet. ff. de verb. oblig. vbi prius deſtinare, & poſtea eligere ſcribit. l. ſi. pari modo. iuncto §. præcedẽti. ff. de minor. quia prius diſponere, quam facere quis debet.

Deſtinare, id eſt mittere: inde iudices deſtinati in prouinciã, l. 2. §. legatis. ibi, vel in prouinciã deſtinati. ff. de iudic. l. ſi longius. in fin. ibi, quod ad ſumptus pater ei deſtinauerit. ibidem. l. minor autem. §. penult. in fi. ibi, niſi à Principe qui iudicem deſtinauit. ff. de minor. Deſtinare, addicere, l. inter publica. ſupra eod. quaſi dedicare. ibi dixi.

Deſtinatus muneribus, cui data ſunt munera, id eſt electus ad munera, ideo in l. incola. dicitur, incola iam muneribus publicis deſtinatus, niſi perfectõ munere incolatui renuntiare non poteſt, ff. ad municipal.

Concubinam ex ſola animi deſtinatione aſſignari oportet, l. penult. ff. de concubi.

Paſtor.

Paſtoralis.

Deſtinatus, & deſtinare.

Deſtinatum ad clericatum nõ gaudet priuilegiis clericorum.

Deſtinare puellam.

Deſtinare pro eligere.

Deſtinare promittere.

Deſtinare pro dedicare.

Deſtinatus muneribus.

Ex animi deſtinatione.

Ex ſyluis paſcuus decima ſolui debet.

Animal in meo inueniõ quando poſſum retinere.

Præcisè animalium ob errantium.

Destinata pro parata.

Destinata, id est parata & assignata. litē legato. §. fin. ff. de leg. 3. ibi, hoc legatum filio & filiae relinquitur potest. Quae eius gratia parata sunt: & continentur, quia ipsi sunt attributa vel destinata. Et quia pascua in pratis esse solent, ideo videmus de prato, quid est, & vnde dicatur.

VLPIA. LIBRO DECIMO OCTAVO Ad Edictum. Lex xxxj.

Pratum est, in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est: ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum.

Pratum magnum non desiderat laborem.

Duo vno velu cōplexu scribitur hic Iurisconsult. primum pratum quid sit, secundum vnde dicatur, elucidat. Et pratum esse dicit, in quo falce duntaxat opus est, ad fructum percipiendum, & dicitur ex eo quod paratum sit ad fructum capiendum, nec magnum laborem desiderat, nec tempestatibus affligitur, vt alia ruris partes, minimiq; sumptus egens per omnes annos præbet redditum.

Duplex est pratum.

Duo autem sunt genera pratorum, alterum siccanum, alterum rignum, læto pinguique campo: non desideratur influens riuus, meliusque habetur fœnū, quod suapte natura succoso gignitur solo, quam quod irrigatum aquis elicitur, teste Columella de re rustica lib. 2. c. 17. & c. seq. adiciēs quoque, veteres Romanos primas agricolationes prato tribuisse. & hic text. de viroque intelligi potest, quia indefinitelocatur.

Locato pratorum vel venditorum, & arboribus in eo contenta videtur locata vel vendita.

Notandum est, si quis pratum vendiderit, & arbores in eo contentas vendidisse, vel locasse receptum esse, l. Quintus. ff. de actio. empti. quia arbores non sunt separatim corpus à prato, vt ibidem dicitur, sed vna res, hoc est vnum pratum, l. si fructus. ff. quæ in fraud. cred. & quia sunt accessoria ad pratum. l. quantitas. §. ea verò. & sequi. ff. de fundo instructo: & dicuntur pars rei, l. fructus. ff. de rei vindica. Ita tenuit Alber. hic: quod intelligi verum, si locaret ad annum fructus prati, scilicet si herbam prati, quia fructus arborum sunt, herbæ prati: ideo non censentur venire in locatione, vt sapius vidi: ob id ex primi debent, & arborum fructus.

Dans damnum arboribus prati, & ipsi pratorum dedisse videtur.

Et sic dans damnum arboribus in prato existentibus, ipsi prato dedisse videntur, per l. diuortio. §. si fundum. ff. soluto matri. Terræ enim & quodammodo solo ipsi corrumpe manu inferit, l. si alius. §. notauimus. ff. quod vi aut clam. Licet Alciat. hic asserat, ex vi verborum non videri damnum dato prati arboribus, sicut pro damno dato prato videre text. in l. si duorum. ff. de act. empt.

An appellatione fundi veniat pratum.

Et an veniat pratum appellatione fundi, videte text. in l. Seia. §. Tyrana. ff. de fundo instructo. quod sic, quando coniunctum est fundo, & vno nomine vocantur: alioqui contra. nec ex consuetudine loquendi in Francia nomine campi, champ veniat pratum.

Statutum vel ordinatio loquens de prato de quo intelligi debeat. Quando animalia ingredi possunt.

Ad hæc statutum vel ordinatio loquens de prato, intelligi debet de eo, quod per decem annos proximos sectum fuit, & falce tonsum, per legem, forma. §. pratum. ff. de censib. Tamen ex communi vsu loquendi sufficit, quod semel vel ad summum bis sectū fuerit. Item animalia non debent ingredi pratum à primo die Martij vsq; ad festum natiuitatis virginis Mariæ, ex consuetudine Burdegal. vt patet in rubr. de animal. iumentis & alienis agris. §. vlt.

vbi ferro. Aliquando longius vel recisus tempus pro locorum cōsuetudine datur. Et in quibusdam locis nunquam animalia ingrediuntur, nec pascunt in pratis, nisi dominus sua immiserit animalia.

Nota ex glof. quod nemo potest in prato meo animalia depascere me inuito, quia quod ex re mea nascitur, meum est, l. solum. ff. de rei vindic. l. qua ratione. & l. adeo. de acquir. rer. dom. sic consuluit Bertran. consil. 1. in 3. volu. ex antiqua editio. Nisi consuetudo repugnet: & si quis velit defendere pratum suum, ego meum illi potero defendere. Et sic melius est, quod cōmuniter animalia depascant tēpore permisso in singulis pratis & fundis.

Ad fructum. Text. habetis multos de fructibus loquentes in hoc tit. in l. plus est in restitutione. supra eo. in l. hæc verba. in stipulatione. & l. impense. in fin. & l. vsura. §. pecunie. 2. §. 1. & in l. Censoria. infra eod. Et sic fœnū est fructus prati, sic dictum, vel quod eidem perpetuo manentes herbæ quotidie nouæ fiant, teste Festo: vel quod multum fœnoris quotānis proueniat: grammaticis relinquo: sed nomine fructuum fœnum venit: vnde si quis vendiderit, vel locauerit fructus hereditatis, & fœnum & alios prati fructus vendidisse, vel locasse videtur, per hunc text.

Percipere. Percipere ex per & capere, quasi perfecte capere, vt hic: & sæpius pro simplici sumitur, videlicet pro capere, vel recipere, l. vsura pecunie, quam percipimus, in fructu non est. infra eod. Vnde maritus fructus omnes percipere debet, qui onera dotis sustinet. l. dotis fructus. ff. de iure dotium. l. vna. C. de his qui se deferunt. lib. 10. l. si usufructuarius messem. §. 1. ibi. fructumque percipi. ff. quib. mod. vsufr. amit. & l. bona fidei emptor non dubie percipiendo fructus etiam ex aliena re, suos quidem interim facit. ff. de acquir. rer. dom. l. qui bonis. ibi, ex quo tantum percipiuntur, quantum nomine alimentorum fati est. de cefcio. bono. l. fin. §. item eos. ff. quæ in fraudem creditorum. vbi & verbo recipere & percipere fructus vtitur text. Et qui conducit à fisco possessionem, eamque paulatim pluribus locauit maiore quantitate, quam ipse perciperet, hoc iniquum & inutile fisco videbatur. l. Moschis. §. si. de iure fisci. Et percipere, & recipere pro eodem videtur Iurisconsult. accipere in l. si de iure fisci: sic & in l. postquam. vtitur verbo, accepit legatū. & in l. seq. verbo, percipit, ff. de peti. hered.

Percipere pro intelligere, vt percipere leges, dignoscere, l. 2. ibi, eorumque nomina. & nota, & cuius se seruum quis esse dicat, ad magistratus deferantur, vt facilius agnosci & percipi fugitiui possint. ff. de ser. fug.

Percipere debitū dicitur quis, non solum quando pecuniam, vel etiam rem debitam recepit, sed etiam si ius exigendi illud debitum habuerit, & cessum fuerit, l. Herennius Modestinus respondit, eius temporis, quod celsit, postquam fiscus debitum percipit, & c. ff. de vsur.

Percipere pretium ex aliena re, pro capere, l. si & rem: ff. de peti. hered. ibi, dispicite patres conscripi, nunquid equum sit possessorem non facere lucrum, & pretium quod ex aliena re perceperit, reddere.

Percipere fructus, id est recepti & collecti, l. fructus non modo. & l. emptor. ff. de rei vindi. Et perceptionem fructuum accipere debemus, non si perfecte collecti, sed etiam cepti ita percipi, vt terra continere se fructus desierint. l. si eius fundi. ff. de rei vindic. facit l. plenum. ibi, percipiēdos fructus, de vsu & hab. l. ait prætor. §. per hæc. ff. quæ in fraud. credi. l. semper. §. itaq;. quod vi aut clam. l. sed partus. quod met. causa. Et fructus, non quos perceperunt (inquit) sed quos percipere debuerunt, præstaturos;

Sint pratum, & an licet ibi de pascere.

Fœnum vnde dicitur, & an nomine fructuum comprehendatur.

Percipere.

Percipere pro intelligere.

Percipere debitum.

Percipere pretium.

Percipere fructus.

Perceptas vsuras.

Percipere verbum dicitur est.

turos, l. sed & si lege. §. quod autem. ff. de petito. hered. l. heres. & l. cum hereditas. ibidē. l. fundus. famil. ercisc. Perceptas vsuras ex pecunia aliena, l. atqui. §. non tantum. ff. de nego. gest. pensiones perceptas. l. ancillarum. ff. de peti. hered.

Percipere verbum directum est, quia dirigitur ad legatarium, nec alterius factum trahit, l. Centurio. vbi docto. de vulga. ff. Et non diceretur perfecte capere; si non caperet propria autoritate, Nempe heres vel alius præbens operam suam vellet aliquid pro ea consequi, si ē manibus eius perciperet: & sic perfecte non caperet, contra huius verbi significationem, facit l. Lucius. 2. ff. de lega. 2.

Limitatur quādo ex aliis verbis appareret, quod ab alio accipere deberet, vt in l. libertis. 1. ibi. Libertis meis dari volo prædia quæ in insula Chio habeo, ad hoc vt quæcumque viuent me acceperint, constituantur eis cibarij vel vestitarij nomine, & c. ff. de aliment. & ciba. lega. vbi apparet per verbum constituantur, quod alius debet constituit: & sic ab illo legatarius accipere debet, alias à seipso reciperet, & sic directum esset. Et ita conciliarij opinionones diuersæ possunt, quæ super hoc inueniuntur.

Non refragatur l. Titia cum testamento. §. 1. ibi, volo enim à seipso accipere. ff. de lega. 2. quia ibi Iurisconsult. narrat factū. Et ex verbis narratiuis partis non potest argui, c. si Papa. de priuileg. in 6. glo. in l. vna. C. quando non peten. part. & ibi ita dispositum & expressum fuerat.

Nec mouet me etiam quod Alcia. hic tradit, vt accipere sit de manu alterius: quia hoc nõ videtur verum, nisi exprimatur, vt à Titio accipiat: alioqui si dicat, accipiat fundum, potest propria autoritate intelligi, vt dictum extitit, nec ad præpositum sumetur pro iuxta, vt Alcia. scribit, nec etiam quicquam probat.

Et ideo dicemus esse directum, quamuis moderatim ad vttranque partem plura cumulent, iudicium tamen nullum interponunt, contenti recitatione sola: lingua tamen Gallica solent hæc verba simul iungi, scilicet capere & accipere, sic, *prendre & percevoir*, capere & percipere. dicitur fufius in l. aliud est capere. infra eod.

Percipere pilam, l. si ex plagis. §. cum pila complures luderent, quidam ex his seruulum cum pilam percipere conaretur, impulit, seruus cecidit, & crus fregit. ff. ad legem Aquiliam. ibi, percipere pro retinere, vel percutere, seu accipere: quia ludens ita facit, interdum pilam percutit, aliquando retinet, vt ludentibus est satis notum, & non nunquam eam accipit, vt alteri tradat.

Perceptio pro acceptioe, vel captioe sumitur, l. pactum inter in si. ibi, cum liceat sui iuris perceptionem, aut spem futuræ perceptionis deteriorationem cōstituere. ff. de pactis. Inde si plures in eodem coenaculo habitent, vnde aliquid deiectum est, in quemuis actio in factum datur, in l. §. si. ff. de his qui deiecer. vel effude. si cum vno fuerit actum, cæteri liberabuntur, l. 3. ibidem. intelligere tamen cæteros liberari non litis cōtestatione, id est si lis fuerit contestata contra vnum ex pluribus habitantibus, sed si damnum passus perciperit damni estimationem, tunc cæteri liberabuntur ab illo, nec poterunt ab illo amplius conueniri, quia non est amplius in damno: sed quilibet ex illis habitantibus tenebitur pro virili soluere actione vtili id, quod deiectum est: scilicet si sciretur à quo: quia tunc is, qui fecit, soluet. l. 1. & l. perceptione. cum l. sequen. ff. de his qui deiecer. vel effuder. quamuis ibi gl. aliter intelligat. De verbo præcipere & aliis dicam in l. aliud est capere. infra eod.

Notandum est quod nomen fals est generale:

& pro instrumento capitur, quo frumenta secantur, & dicuntur messoria falces, vel quibus secatur fœnum, & vocantur fœnaria, & alia putatoria, ad secandas vineas. l. instrumento. ff. de fundo instructo: alia vineatica, syluatica, arboraria, vt docet Varro de re rustica. lib. 1. c. 22. Fals autem à falce ducitur, litera commutata, vt vult Varro.

Vnde quidam Falcidiam à falce dictam putant, vt glo. in l. 1. ff. ad l. Falcid. quia refecit, vt fals. idem sentit Harmenopolus Græcus in sua epitome iuris: sed à Falcidio tribuno plebis inducta scribit text. in c. quaedam. 2. dist. Qua sancitum fuit, vt vltra dodrantem legare non liceat. Quod si vltra dodrantem legatum fuerit, heres quartam partem ex legatis detrahit per legē Falcidiam. d. l. 1. & per totū, ff. ad legē Falcid. Licet text. in l. filius fa. ibidē, dicat legem Falcidiam inducta à diuo Pio: sed hoc elucidat gl. ibi intelligendū esse in Trebellianica, quod probat text. ibi, propter fideicommissa: nempe Trebellianica interdū vocatur Falcidia, etiā legitima, vt athen. vnde si parens. C. de inoff. testa. & glo. in c. responsa. 2. dist. Et ante hanc legē Falcidiam erat lex Furia, à C. Furio tribuno plebis inducta, vt Cicer. pro Cornel. Balb. ostendit, qua cautum fuit, ne cui plus quam mille nūmos legare liceret: alioqui quod amplius legatū esset, quadruplū restitui deberet, vt Theoph. docet in tit. de lege Falcid. in Insti. sed huic est derogatū per legē Falcidiam, quæ nouissima fuit, per l. pacta nouissima. C. de pactis.

Falcare est falce abscindere, & lex Falcidia defalcata legata, quia ista lege coarctantur, vt per totum tit. ff. & C. ad leg. Falcid. & Insti. de lege Falcid.

Falcarij, qui falce metūt: etiā coniurati falcarij apud Cicero. vocātur, quod ciuitatē omnē, adeoque ipsa vrbis ædificia, tanquā metere velint, id est ferro igniq; cōvastat: uti sunt. Spieg. in eo verbo.

Duntaxat, dictio taxatiua est, significans idem quod tantum, solum, l. non est ferendus. ff. de transactio. l. nõ solum. §. quæritur, de procura. l. 3. §. inter dum. de neg. gest. l. si ego. ibid. l. si ex causa. §. nunc videndum. de minorib. l. idē Pomponianus. in princ. & l. sed interpellatur. de arbit. l. impensa. §. voluntaria. infra eo. l. in lege censoria. lege, qui fundum, & l. mouentium. & lege, Herennius. & l. hæc adiectio. & l. cum in testamento. & l. ferre. infra eo. facit l. 3. §. miratur. nautæ. caupo. stab. l. contractus. ff. de regul. iuris.

Item limitat & restringit & excludit. Bar. in l. 1. in princ. ff. si quis ius dicenti non obtempera. glof. in verbo consanguineis. §. 1. de Regia no. in cōcorda. non tamen ita excludit, quin cōstita ad se pertinētia includat. cle. exiui. §. cū autē natura. de verb. signif. Feli. allegatur in c. contingit. col. 1. de fide instru.

Tantum idem, in l. armorū. infra eod. l. appellatione parentis. ibidē. l. propemodū. l. si ita à te. & l. vrbana prædia. l. in lege. & l. vinculo. infra eod. l. contractus. de reg. iur. l. & nõ tantum. ff. de peti. hered. Aliquando tantū significat idem quod in tantum, eoufque, l. si ades. 2. ibi, si mea ades à tuis tantum distent, vt prospici non possint, seruitus imponi non potest. ff. de seruit. vrb. præd.

Tantummodo limitat, in l. Iulianus. ff. de peti. tio. hered. ibi, hoc tantummodo eum præstare debere. vide in l. inter illam. infra eod.

Solum, in l. 1. §. ait prætor. ff. de postu. l. si ex causa. §. nunc videndum. de minor. l. idē Pomponianus. de arbit. l. bonorum. 1. infra eod.

Solummodo, in l. 3. §. interdum. ff. de neg. gest. l. inde Neratius. §. 1. ad legem Aquil. l. 1. §. 1. cōmoda.

Regula est, quod dictiones exclusionis seu taxatiuæ excludunt omnes casus præter expressos, per supradicta iura: & plene doct. in l. vnica. ff. si quis ius dicenti non obtempera.

rare nomē messoria fœnaria putatoria, &c.

Falcidia inducta, & à quo inducta.

Lex Furia qua.

Falcare.

Falcarij.

Duntaxat.

Tantum.

Tantummodo.

Solum, solummodo.

Dictiones taxatiuæ excludunt.

Amplia sine sit vna dictio sola, siue geminata, vt solum, & duntaxat, vt consil. Alex. consil. 130. in causa. nu. 8. in 4. volu. & Deci. consil. 281. in fin. quia postquam per vna omnes casus sunt exclusi, ergo multo fortius per duas.

Ius accrescendi impeditur per taxatias dictiones.

D. taxatiua tacita.

Ratione contrarietatis vel absurditatis taxatiua non excludit.

Heredes non excluduntur per taxatiuam.

Promittens de suo facto an de facto heredes teneatur.

Pactum praedecessoris quando heredi proficit.

Ius etiam accrescendi impeditur per taxatias, vt si testator instituat duos heredes in duobus viciis tantum, alterum in decem, vno repudiante pars alteri non accrescet. text. singul. in l. Lucius. §. quae habebat. in fin. ff. ad Treb. l. aso. in l. vna. col. 2. ff. si quis ius dicens. non obtempera.

Extende etiam in taxatiua tacita: vnde si duobus sint fructus relictis ad alimenta, vno repudiante vel mortuo non accrescit alteri. l. dominus. §. per fideicommissum. ff. de usufruct. quia legatum alimentorum tacitam habet taxatiuam, secundum Bald. ibi. ideo impeditur ius accrescendi, & quando fit mentio de summa dispositiue, intelligitur dictio taxatiua, secus si enuntiatue. doct. in lege, rogasti. §. si tibi. ff. si cert. peta. Carol. Ruynus in consil. 50. casus. nu. 4. vol. 3.

Limitatur ratioe contrarietatis, vel absurditatis viranda, vel quando sequeretur nullitas actus, vt plene docet Ias. in l. vna. col. 3. & seq. ff. si quis ius dicenti non obtempera. nec approbo quod per ista tutum vltimum, in quo est dictio taxatiua, non inducatur legum correctio, quia vltima derogant prioribus, l. pacta nouissima. de pact. C. l. si mihi. l. §. in legatis. ff. de lega. 1. quicquid dicat Bar. in l. 3. §. cum Titio. ff. de adimend. legat. idem censet Ias. in l. 1. col. 5. de offi. eius. & Catellia. Cotta in 2. parte memoria. in verb. solus. & in verb. tantum.

Secundo limitatur in heredibus, quos non repellit taxatiua, l. stipulatio ista. vers. sed si se obligat. ff. de verbo. oblig. lege, si necessarias. §. de vendendo. ff. de pign. actio. ibi. sed & si creditoris duntaxat persona fuerit comprehensa, etiam heres eius iure venderet, si nihil contrarium esset actum: quia heres & defunctus vna persona censentur. text. in authen. de iur. iurand. a morien. praesit. collatione 5. §. 1.

Vnde si quis permiserit velle teneri de suo facto tantum, tamen tenebitur si ex facto authoris, vel heredis res euincatur, vt docet Bar. in l. si seruus. in secunda. ff. de conditio. furtiua. Francisc. Cremon. singul. 31. saepe. Carol. Ruynus consil. 41. proponitur. nu. 12. volum. 1. Bal. in l. fin. C. de actio. empiri. Alexand. consil. 18. attentis. col. 3. nu. duodecimo, in quinto volu. Deci. consil. 281. vifo puncto. col. 3. num. 4. & 5. quia factum heredis reputatur factum defuncti, cum ad eum omnes & actiuae & passiuae obligationes transferantur. l. 1. ff. ad Trebel. Hippol. singul. 475. non est tibi: & quia daretur materia heredi petendi postea rem venditam. vnde cum praedecessor obligatur ex venditione ad euictionem, & non vult teneri nisi de suo facto, non excluditur heres.

Quod non procedit, quando quis prohiberet petere a solo Lucio Titio, quia illa prohibitio non extenditur ad heredem, cum praedictae rationes cessent: & ita intelligatur text. in l. non solum. secunda. §. tale. ff. de libera. legat. quia negatiua solum aufert illi potestatem, quem repellit. Nam qui vna repellit ex duobus, vel multis, alterum permittit, lege, cum prator. ff. de iudic. facit lex, iurifgentium. §. pactu. & lex, si tibi. §. si quis. & sequen. & lex, & heredi. de pact. quia personale pactum est, vt ibi: & licet in dubio quis sibi prouideret censeatur, & heredi, lege, si pactum. ff. de probat. tamen nocere non censetur velle heredi: vnde cum promittit a tali non petere, petat a suo herede, lege, Aurelio. in principio. ff. de liberation. legata. ibi, Modestianus respondit, ipsum debitorem, si con-

ueniatur, exceptione tutum esse: diuersum in persona heredis eius esse.

Istud non procedit, quando ista dictio taxatiua esset apposta inter personas obligatas & ad hoc adstrictas: vnde si Rex statuat, quod soli consiliarij ingrediantur quotidie ad palatium, gratia administranda iustitia, non comprehenduntur ipsorum heredes, per text. & ibi Lucam de Penna in l. 2. C. de curios. & statio. libr. 12. cum solum loquatur & intelligatur de officialibus, & heres non est talis: sed ista limitatio fere extra oleas est, licet eam interpretes adducant. Ad haec non habet locum in authore particulari, pro quo non tenebor, si promisero pro meo facto tantum. glo. in l. si cum fundum. infra eod. Francisc. Cremon. singul. 137. vnus ex. Etiam quando in lege hoc exprimeretur, quod non transiret ad heredem, vt in ingratitudine reuocanda, quam solus ille, cui fuit facta, reuocat. l. his solis. C. de reuocand. dona. & non reuocando videtur nolle reuocare, sed remittere. in l. si. C. de reuocand. dona. doc. in c. si. de dona.

Tertio taxatiua non excludit extensionem, quae fit per alia iura. l. 1. §. per seruum. secundo. ff. de acquirenda possessione. & ibi Iason. in secundo notabili. facit lex, qui pignoris. §. l. ibidem: quam ipse allegat post Aretin.

Quarto limita, vt dictiones exclusiuae seu taxatiuae non excludant casus similes, l. si tamen. §. si emptor. ff. de adilitio edicto. ibi, aut ceteris rebus similibus. glo. in l. contractus. ff. de regu. iur. & in l. ob as minorum. C. de praedijs minoru. Nec etiam excludit similes exceptiones. nam si vna tantu sit apponenda, similes non reiciuntur, lita nobis pudor. vbi glo. C. de adult. c. cum dilecta. de confirm. vtili. glo. in l. 1. C. de condi. indebiti. Angel. in d. l. si tamen. de adilitio edicto. Minus etiam excludit personas similes, teste Aretin. in l. stipulatio ista. col. 3. ff. de verb. obliga. Barbarias sic consiluit consil. 2. a Ioue. col. 10. nu. 9. in 4. vol. & Dec. consil. 218. in fi. Intellige quando similitudo induceretur per aliam legem, vt docet Paulus Castr. in l. si mora. col. 1. ff. solur. matri. facit l. 1. §. si quis seruum. ff. de positi. & lex, Publica. ibidem. secus de consuetudine: quia haedictiones non excludunt ea, quae de consuetudine nobis comperunt, vt docet textus in l. viros. C. de diuersis officiis. vbi Bart. & Rebuffus lib. 12. & sequitur Deci. consil. 2. & Carellia. in verbo tantum.

Vltimo dictio taxatiua non excludit ea, quae veniunt de natura verborum, quibus adheret textus in clemetina, eximi. §. cum autem natura termini restrictiui hoc habeat, quod sic excludit ab ipso extranea, quod cuncta ad ipsum pertinentia concludit. de verb. signif. Ias. consil. 84. verba. col. 2. in 3. vol.

Vnde si quis tantu de dolo teneatur, lata culpa non excluditur, l. 1. §. hęc actio. ff. si mēsor fals. modum dixerit. Alexā. consil. 130. in causa. nu. 78. in 4. vol. allegat rex. in l. si mora. iuncta glo. ff. solur. matrimonio. ibi text. dicit maritum teneri duntaxat de dolo, tamen etiam de lata culpa tenebitur, quae comprehenditur sub dolo. l. quod Nerua. ff. de pos. l. in actionibus. vbi Ias. de in litem iurand. Vnde si dicatur, quod solus episcopus possit hoc facere, non excludetur capitulum sede vacante. glo. in ca. nullus ordinetur. 24. distin. Alia de his dictionibus taxatiuis licet videre per Iaso. & alios in d. l. vna. si quis ius dicenti non obtempe. multa tamen dico quae ipsi non docent.

Paratum, id est preparatum, apparatus, vulgo apprestē. Idem in l. carbonu. & l. pronuntiatio. circa fin. l. in l. Cenforia. l. malū. in fi. & l. penult. infr. eod. facit l. 3. §. & si heres. ibi, parato parre. ff. de minor. lex, intra. in fin. ibi, paratum promptum auxilium. ibidem. Paratur nauis ad hoc, vt nauigetur. l. arboribus.

Authar particularis an teneatur p successore. Per ingratitudinem praedecessoris heres non reuocat. Extensio p alia iura fit.

Similes casus non excluduntur per taxatiuam.

Exclusiua dictiones non excludunt ea, quae de consuetudine comperunt.

Taxatiua non excludit naturā verborum.

Paratum, & eius pbratio.

ribus. §. 1. ff. de usufructu. Paratus emere, l. eū qui. in fin. ff. de in diem addict. paratus plus adicere. l. licet. ibidem, id est expeditus, praesto, promptus. Paratus omni tempore tradere, l. ratio. in fin. ff. de actio. empiri. Paratus est dominus aliam habitationem, non minus commodam praestare. l. si quis domum. ff. loca. Paratus soluere, l. si debitor. vbi scripsi. ff. de iudic. l. fideiusfor. 2. de pigno. l. potior. in fi. qui potio. in pigno. habeant. Paratus satisfacere, l. item liberatur. §. 1. ff. quib. mod. pignus vel hypo. soluit. doct. in l. 4. §. ait prator. de re iudi. paratus satisfacere, in l. prator. de re iudi. paratus satisfacere. de noui oper. nuntiat. Paratus offerre. l. quarebarur. qui potior, in pignore habe. Paratus debitor reddere pecuniā, l. si creditor. ff. de distractio. pignor. Paratus dare, l. sicut. §. si debitor. l. ff. quib. mod. pignus vel hypo. sol. Parata causa vxoris. in l. si quid. §. inter. ff. de lega. 3. & l. hoc legatum. ibidem. Parari pecunia, id est comparari, l. prope modum. ibi, quamuis is fundus hereditaria pecunia parari potest. infra eod. Parari pro acquiri, l. filius. ff. de in offic. testam. ibi, quoniam alij commodum victori parat. Parare societate pro coire, contrahere, l. nemo potest societatem hereditario sic parare, vt ipse heres socius sit. ff. pro socio. Alia liberum esset iura super hoc parare, sed detinere vos longa verborum serie nolo.

PAVL. LIB. VIGESIMO QUARTO Ad Edictum. Lex xxxij.

Minus solum intelligitur, etiam si nihil est solum.

Minus soluere dicitur, qui nihil soluit, vel qui totum non soluit: & hoc probat dictio etiam: vnde sicut non liberatur pignus, nisi toto soluto debito, etiam si pars pretij soluta fuerit, l. si rem. §. omnis. ff. de pignorat. actio. & C. de distractio. pigno. lege. quantiu. sic quando nihil solum est, vt hic. facit l. verbum amplius. infra eo. Item minus apprens, (vt Gallice loquar) dicitur titulus, si etiam nullus sit, vt scripsi in artic. 3. titul. de causis benefic. in 3. tomo consit. Reg.

Gloss. tradit exempla, sed non conueniant huic rex. quia l. amisi. ff. de fideiusforib. loquitur de dictione quantominus. & text. in l. si ita te stipulatus. infra eod. loquitur de dictione simplici minus, ideo dicit vt supra. Paulus Castr. in l. illud. §. si cuius. ff. de tribu. inducit isti text. ad questionem, de eo qui sponsionis causa aureum deposuerat, quem amittere volebat si minus cureretur, quam alter socius: si nolit alter currere, dicitur praedictisse, quia minus dicitur currere, qui nihil currit.

Secundo, si statuto caueatur, vt habentes centum in bonis, soluant decem, si minus habeant, quinque, etiam illi qui nihil habent, intelliguntur comprehens: teste Bald. in l. fin. in fine princip. ff. si certum petat. quem sequitur Iason in l. vbi autem. in primo nota. quam legit cum §. fin. legis praecedentis. de verb. oblig. & in authen. praeterea. columna vlti. C. vnde vir & vxor. Catellia. Cotta in 2. parte memor. in verbo minus. quibus facile in hoc non assentirem, tum quia repugnat meti statuentium, qui verisimiliter voluerunt taxare bona, & non personam illius, qui nihil habet, cum inanis sit actio, quam inopia debitoris excludit, l. nam & his. ff. de dolo. l. quoties. §. 1. ff. de pecul. & l. 1. §. si apud. 2. de positi. Et sic statuentes voluerunt intelligere comparatiue, vel saltem vt tantum habeat bonorum, ex quibus solui possit talis summa imposita. probatur etiam ex sequentibus: alioqui bonorum mentio non esset habita, & iniquum esset, quod nihil

habens adstringeretur, ac si bona haberet. Et vulgus dicere solet, *la ou n'y a rien, le Roy perd son droit*. Nec refragatur iste textus, quia limitatur quando ex hoc sequeretur absurdum. nam absurdum esset, quod nihil habens soluere collectas ex bonis, quae non habet. & Iuriconsult. saepe ab absurdo interpretatur, vt in l. nam absurdum. ff. de bon. liber.

Nō habens bona an collettas soluat.

Tertio si promiserim domum tibi vendere centum minus quā aliis, si domus depretiatur, vt nunc non valeat nisi centum, non teneor illam dare, sed debeo remittere pro rata parte pretij. Nam si tunc valebat mille, decima pars remittebatur: sic & nunc ex centum decem remittenda sunt, argu. l. si heres. & l. apud Iulianum. de lega. 1. ff. & l. poenales. in fin. ad legem Falcid. & lege si ita scriptum. de liberis & posthumis.

Promittēs vendere centum minus quam aliis.

Quarto refragatur l. fin. §. penult. in gloss. minore. C. de donatio. ante nuptias. vbi non ponitur pro nihilo, nec in l. maiorē. ff. de pact. Respondet quando dictio minus ponitur ad positionem maioris, tunc fiat comparatiue, vt ibidem. Et in Euangelio Luca 7. Cui minus dimittitur, minus diligit. & in l. cum hi. §. si quis de alimentis. ff. de transactio. Et minus audiens immunitate ciuiliū munerum non habet: id est parum audiens. textus iuncta gloss. in l. 2. §. minus audiens. de excusatio. munerum. facit l. iurifgentium. §. fin. ff. de pact. ibi, vt minus soluatur. l. item apud. §. si quis virgines. ff. de iniur. l. & post. de iudic. l. si nō mortis. de inoff. sicio testamen. & in l. si cui. §. fin. supra eod. vbi dicitur, minus soluit, qui tardius soluit. l. non potest. infra eod. l. cum auus. ff. de coditio. & demonstratio. §. 1. Instit. de vsu & habita. l. errore. C. de testam. cap. penult. de rescript. secus quando nihil reperitur, ad quod fiat comparatio. Bart. in l. si feruus legatus. §. si ita scriptum. ff. de legat. 1. in fin. Decius consilio 184. & pro tenui. num. 4. & sic loquitur lege tertia, & lege si cui. supra eod. & l. non potest videri minus soluisse. & l. cum in testamento. infra eod.

Minus quā do comparatiue ponitur.

Aliquando comparatiuum ponitur pro abnegatione, & tunc accipitur pro nihilo, vt hic, & l. si quis ab alio. in fin. ff. de re iudic. ibi, si minus, quia non facit. & ita tenet Alber. in dicta lege, illud. §. si cuius. Et quando comparatiuum exponatur pro positio, dixi in interpret. l. vnica. in glo. 4. in verbo melius. C. de senten. que pro eo quod interest. glo. & doctores in c. consilium. de celebratio. missar.

De actio. quanto minoris.

Quinto si quis egit quanto minoris pro equo, qui nullius est pretij, eo quod non poterat agere rehditoria, quia lapsus erat tempus lex mensium, intra quod talis actio moueri debet, l. 2. C. de adilitio. an debeat ei rotum pretium restitui: & esse restituendum probat l. bouē. §. aliquando. ff. de adilitio. Roffred. in tractatu libello. rubr. de actioni. quanto minoris ciuili. post princip. & Ioan. Moñā. in cap. ab eod. de electio. in 6. quia minoris etiam intelligitur, quando nullius est momenti & pretij, vt hic.

Argumentum de minori ad maius quod procedat affirmatiue, tradit gloss. in cap. cum in cunctis. de electio. authen. multo magis. C. de sacrosanct. eccles. regu. cui licet. de regul. iuris. lib. 6. De maiori autem ad minus arguitur negatiue, Si doctor non possit soluere fortissimam iuris antinomiam, ergo nec discipulus eius, cap. si ergo. 8. quaestio. 1. & cap. si Paulus. 32. quaestio. 5. Et plene Nicol. Euerardus in locis legal. folio 82. & in dialectica legali.

Sexto argumentum de minori ad maius quod procedat affirmatiue, tradit gloss. in cap. cum in cunctis. de electio. authen. multo magis. C. de sacrosanct. eccles. regu. cui licet. de regul. iuris. lib. 6. De maiori autem ad minus arguitur negatiue, Si doctor non possit soluere fortissimam iuris antinomiam, ergo nec discipulus eius, cap. si ergo. 8. quaestio. 1. & cap. si Paulus. 32. quaestio. 5. Et plene Nicol. Euerardus in locis legal. folio 82. & in dialectica legali.

Minus concessum.

Septimo minus concessum dicitur, quando non est concessum ab illo, qui concedere poterat, l. 1. in princip. ibi, hoc interdicto prospexit prator, ne

derivationibus minus concessis flumina exarefacant. ff. ne quid in flumine publico. vbi potest intelligi minus quam debeat, vel possit, concessis. hoc elucidatur in §. sequen. ibidem, & sic quando iure non est concessum.

Minus idoneus.

Minus idoneus, qui nullo modo est idoneus, l. qui aedes. ff. de inced. ibi. si verò casum, aut noxam sarcire iubetur: aut si minus idoneus sit, leuius castigatur. Item si hereditate minus lucrosam adierit minor, succurritur ei, vt se possit abstinere, l. air prator. §. 1. ff. de minorib. Minus dubitatur, l. peculium autem. §. sed & creditor. ff. de pecul. Alias huius dictionis phrasen nunc omitto.

Minusculum, in l. hac adiectio plurive. in fi. infra eod. elucidatur.

Multominus, de hac dictione videte text. in lege item apud. §. si quis virgines. ff. de iniur. Alia dixi vobis in §. minus. l. si cui. in fin. supra eod.

Intelligitur.

Intelligitur, hoc verbu proprietatem denotat, nempe quod intelligimus, id proprie fit per aures, vel per intellectum, & mentem, dum percipimus aliquid. Legi autem, inquit Iuriscōsultus, sic accipiendum est, non intelligi, sed oculis perspicere, quae scripta sunt, l. 1. de his quae in testamento delentur. ff. l. restituere. i. infra eod. & tunc potest exponi pro dicit, interpretari, vel accipi, l. si debitori. ibi, intelligendum est. ff. de iudic. nam non ita arcte apud Iuriscōsultos accipitur, vt apud Philosophos, qui principum scientiae esse volunt, vt apud Aristot. in posterio. legi potest, & in ethicis: & videte quae scribam in l. dedisse. infra eod.

Derogatur quando ex ipsa materia, vel ex verbis iunctis huic verbo aliud demonstraretur, vt in §. 1. de excusatio. tutor. in Instit. vt filij mortui in bello intelliguntur viuere, non dicit simpliciter, sed per gloriam viuere intelliguntur, id est finguntur. videte quae plene scripti in l. dedisse. infra eod. & in l. 1. supra eod.

Etiā, de hoc verbo scriptum est in l. mulieris, supra eod.

Solutum, de dictione solutionis dicā in lege, quicunque. in fi. & l. solutionis. infra eod.

VLPIA. LIBRO VIGESIMOPRIMO Ad Edictum. Lex xxxiiij.

Palam est coram pluribus.

Pala multis modis accipi.

Hac dictione multis modis accipitur: nempe qui vult reuocare infitorem, debet eum palam proscribere, palam sic accipimus, claris literis, vt de plano recte legi possint, ante tabernam, vel ante eum locum, in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, sed euidenti, l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de infitro. actio. Et habetur in Euangel. Ioan. 18. Ego palam locutus sum mundo. Et palam dicitur coram pluribus: dictione vero coram in vno etiam consistit, l. coram. infra eod. Et palam verbis exprimi est manifestis verbis, & planis exprimi, l. quicquid. de verborum obligatio. ff. vbi glo. l. aediles. 2. de aedil. edicto.

Coram & palam dixerunt.

Palam etiam dicitur fieri, quando fit, vt possit peruenire ad notitiam eius, cuius interest, gloss. & Bar. C. de his qui ex publ. rat. mut. pec. accep. l. 10. Barb. consil. 46. praclare. col. 4. in 1. volu. vbi etiam dicit clam factum, si praesentia iudicis requiratur, & non interuenit, licet testes sint praesentes: sicut in alienatione reru in minorum, & in matrimoniis, in l. fin. in fin. ff. de ritu nupt. e. cum inhibitio. de clandest. despon. Et idem tradit Ias. in l. clam. in princ. 2. notab. ff. de acquir. possessio. cum concord. l. heredes palam nuncupandi sunt, ita vt exaudiri possint. ff. de testamen. vbi palā dicitur fieri, quando exaudiri potest is, qui testamentum facit.

Palam fieri dicitur, quando exaudiri potest.

Item palam quaestū facere dicemus, non solum eam, quae in lupanari se prostituit, verum etiam si qua, vt solet, in taberna, caupona, vel quo alio loco pudori suo non parcat. palam autē sic accipimus, passim, hoc est sine delectu, l. palā. ff. de ritu nuptia. vbi probatur in tabernis solere esse meretrices.

Palam pro passim.

Palam est etiam dicitur pro certum, & manifestum est: vt palam est, planum est, l. familiae appellatione. infra eod. l. naturalem. §. gallinarum. ff. de acquirendo reru domi. l. adeo. §. 1. & §. aliud. & l. 1. §. purgandi. de riu. l. 3. §. si tamen. de libero homine exhib. ibi, palam erit. & l. 2. de doli exceptio. l. 1. §. si id quod. de actio. & obligatio. l. stipulatio ista. §. 1. de verb. oblig. l. iam tamen. §. nunc videamus. ff. iudica. solui. l. 2. de crimin. expil. hered. l. qui domum. in fi. & l. miles. §. focer. de adulter. l. 1. §. propriam. quando appellandum sit.

Palam est pro certum est.

Pluribus. Hac dictione duos ad minus requirit, e. is cui. de praben. in 6. & c. non potest. ibidem. c. fi. de testamen. c. 1. & ibi Bal. de notis feudorum. regula. pluralis. de regu. iur. in 6. quāuis tres ad minimum requiri dicat Panormit. in cap. ad nostram. de reb. ecclies. non alienan. & Alexander in l. & si post tres. ff. si quis cautio. & Barba. in proemio cle. §. sane. Quod intelligatis verum, vt ad minus dictione plures duos significet: potest enim multo plures continere, etiam mille: nempe coram pluribus factum censetur, etiam si sex milia adessent. Et ista dictione pluribus refertur ad personas hoc in loco, vt in l. in vsu. ibi, plures heredes. infra eod. interdum ad res seu materiam, vt in l. plus est. supra eod.

Plures dicitur quod requiritur.

Dictione verò plurimum ad minimum tria requirit, c. Christiano. 34. distinct. ca. quomodo. 31. qu. 1. Imol. in clem. saepe. in princ. de verb. signific. gloss. in authen. de triente & semille. §. & quod saepe. in verbo & quod filioru. colla. 3. facit l. continuus. §. item qui insulam fieri sponderit, non vtrique conquisitis vndique fabris, & plurimis operariis adhibitis debet festinare. ff. de verborum obligatio. Idem in dictione compluribus, vt in l. eum qui vectigal. supra eodem.

Plurimum dicitur.

Primo derogatur praedictis, quādo materia subiecta requirit numerum maiorem, l. veluti. §. 1. ff. de edendo. tunc enim in his dictionibus, & aliis, legis declaratio frequenata est, l. prospexit. ff. qui & à quib. Feli. in c. exceptione. col. penul. de except.

Secundo non procedit, quando constaret de mente proferentis. Illam enim nos sequi oportet, l. non aliter. ff. de leg. 3. Domi. in ca. cum plures. de officio deleg. in 6. l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonstratio.

Tertio limitatur, quando ista verba essent geminata, vel vnum poneretur cum altero, vt pluribus. Nam tunc quatuor ad minus requiruntur, vt si dicat, semel & pluries, saltem tria requirit. Bar. in l. si gemina. ff. arbo. furtim caesaru. Roma. consil. 490. in proposita. Georg. Natan. in repetit. d. cle. saepe. col. 2. de verborum signifi. Ex re ergo cognosci poterit, quomodo istae dictiones intelligantur, vt scribam in l. saepe. infra eod.

Declarat hic Alcia, quādo dicatur notorium, vel manifestum, seu liquidum. Alibi quando modum erit, vobis elucidabo: Interea videre poteritis Io. Fab. in proem. Instit. gloss. & docto. in cap. vstra. de cohabita. clerico.

PAVL. LIB. VIGESIMO QUARTO Ad Edictum. Lex xxxiiij.

Actionis verbo etiam persecutio continetur.

Actionis nomine venit persecutio: nam actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, l. nihil. ff. de actio. & §. 1. illo titu. in Instit. Et generale

rale verbum actionis esse dicunt iuris interpretes, per l. pecuniae. §. actionis. infra eo. l. quo enim. §. 1. rem ratam haberi. ff. Ideo actio persequendi continet, vt hic. actio enim in personam confertur, petitorio in rem, persecutio tam in rem quam in personam rei persequenda gratia. l. actio. ff. de actio. & obligatio. Igitur persecutio rem, & personam persequimur. & sic mediante actione, vel in personam vel in rem (vt inferius plenius explicabitur) agimus. Limitatur iste text. quando actio & persecutio exprimerentur: tunc enim expressum facit cessare tacitum, vt nomine actionis persecutio non contineatur, l. cū filio. §. filio. ff. de vulg. l. cū quid. si cert. petita. & ita exprimitur in l. creditores. supra eo. & in l. 2. §. peruenisse. ff. de hered. vel actio. vendit. l. bonorum. i. infra eo. l. miles. r. de castres. pecul. & hoc ad vberiore elucidationem quandoque fit: nisi dicatis quod omnis actio habet persecucionem, id est ius persequendi in iudicio, vt d. §. 1. & sic persecutio actionis nomine venit. Ideo actione persequenda rei vocat Iuriscōsultus in l. Labeo. 1. §. rem amisisse. supra eod. & poena persequucionem, in l. illud. ad legem Aquiliam. ff. & bonorum possessio est ius persequendi, retinendi; patrimonij. l. 3. §. bonorum. ff. de bonoru possessio. etiam proprie, quicquid dicat gloss. hic, quia Iuriscōsult. proprie locutus est, non per abusum, nisi hoc dicat, vel vtatur verbo denotante fictionem, vt alibi dixi.

Differentia inter actionem, persequucionem, & persecucionem.

Persecutio duplex, & non est officium iudicis.

Persecutio ad partem refertur, officium iudicis ad iudicem.

Sciendum est, quod haec iurium interpretes multa miscuerunt, & confuderunt vocabula, quibus separatis plura iura renascuntur, & facile intelligentur: imprimis officium iudicis & persecucionem confundunt, dicentes persecucionem officium iudicis esse: quod maxime à iure alienum est. Nam persecutio duplex est, quaedam extra iudicium fit, vt cum quis persequitur seruum fugientem, vel aliud animal, & illa nihil commune habet cum officio iudicis. probatur in l. qui cum vno. in fine. ff. de re militari. Ista factum magis quam ius respicit, quando coram iudice non fit, & de ista persecucionem loquuntur iura in titul. ff. & C. de seruis fugit. & in l. omnes vtraque. C. de agricol. & censit. lib. 11.

Alterā est persecutio quae a parte fit coram iudice, vel mediare aliquo iure, actione, vel debito, seu aequitate, quae parti competit, ad persequendum illud ius: & illa persecutio partem respicit, lege, sed & si alienare. §. 1. ibi, nam & tunc domino erit fideicommissi persecutio. & §. sequ. ff. de fideicommiss. liber. & doli est, si quis noluit persequi, quod persequi potest. l. doli. ff. manda. l. si quis quenquam. si quis cautiōni. & l. 3. C. de praed. minor. Et vbi genus actionis id desideratur, ibi (ad quemuis persecutio eius deuenerit) non deficiat ratio auxilij. l. in omnibus causis id. ff. de reg. iur. Persecutio itaque est imploratio officij iudicis, vt docet Alcia. & par tatur aduersus partē. l. & vno. §. 1. ff. de acceptila. & l. minor annis 25. cui fideicommissum. ff. de minoribus. & haec persecutio aliquando fit mediante actione, vt in sententia, ex qua oritur actio, l. Iulia. ff. de condit. indebit. & tamen persecutio etiam competit, per quam iudicis officij imploramus. Bar. in l. intra. ff. de re iudic. Aliquādo sine actione, & tunc persecutio est extraordinaria petitorio, non habens iuris ordinarij executionem, l. pecuniae. §. persecucionis. infra eod. Vnde dominus proprietatis potest persequi sibi cautionem ab usufructuario dari, & iudicis officio praestabitur, l. si cuius. de usufruct. l. harum. & l. 1. §. 1. ff. de iudic. Et persecutio altera perpetua, altera temporalis. §. 1. de perpetuis & temporal. action. vt plene explicat D. Berenga. Fernad. doct. Tholof. excellens in repeti. l. naturaliter. §. nihil commune, in 1. praefatio. ff. de acquir. possessio. vbi egregie tradit.

Officium autē iudicis generalissimum dicitur docto. omnia continēs, quae per iudicem expediri possunt, in l. 1. ff. de iurisdic. omnium iudic. & ideo persecucionem officium iudicis esse docent, quod tamen vt dixi alienum est, quia persecutio respicit partem, sicut actio, officium autem iudicis ipsum iudicem, & respicit exercitiu iurisdictionis, quod iudex habere potest ratione sui magistratus: ergo persecutio non est officiu iudicis. quod probatur in l. in fraudē. §. qui pro alio à fisco conuentus debuit exoluit, nō inique postulat persecucionem bonorum eius, pro quo soluit, in quo etiam persecutio adiuuari per officium iudicis solet. ff. de iure fisci. Postquam persecutio adiuuatur officio iudicis, ergo persecutio & iudicis officium sunt diuersa, quia officium iudicis ad iudicem, & non ad partem pertinet. l. Mauia. ibi, officio tamen iudicis compellēdos restitucis iurisdictionibus parere. de manum. testa. l. 4. in prin. ibi, pratoris, vel praesidis erit. de damno infect. l. si reus. de pro cu. vnde sic Vlpia. ait: Iudici enim, statim atque iudex factus est, omnium rerum officium incumbit, quae cunque in iudicio versantur. ea autem quae ante iudicium contingunt, non valde ad eum pertinent, nisi fuerit ei nominatim iniuncta, in l. aediles. r. §. item sciendum. ff. de aedil. edict. & quod in priuatis iudiciis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus est persecutio. l. 3. ff. de crimine stello. facit l. si quis putās. commun. diuid. Et officio iudicis iubet iudex, persecucionem rem pars persequitur, l. si priuquam. ff. de no. oper. nūtiar. facit l. si cuius. ibi, dominus potest in ea re satisfactionem desiderare, vt officio iudicis hoc fiat. de usufruct. l. seruo. in fin. de lega. r. l. harum. si serui. vindi. facit l. penult. ff. si usufruct. para. ibi, quid ergo officium iudicis erit, quam hoc vt securus consequatur fructuarius fruendi licentiam, & proprietatis dominus non inquietetur?

Officium iudicis generalissimum.

Itaque omnia ista sunt diuersa & varia, & ea quae varia sunt origine, varia sunt & effectu, l. obligatorium. ff. de actio. & obligatio. sed actiones sunt de iure ciuili. l. in commodato. §. sicut. ff. de comoda. docto. in §. 1. Instit. de actio. & officium iudicis de iure gentium est, vt in lib. Iudic. in Bibl. constat, & Gomef. in d. §. 1. facit l. 2. ff. de origin. iuris. Ergo actio & officium iudicis sunt diuersa etiam origine.

Ex his inferitur, quod officiu iudicis non potest esse actio, nec e contrario. probat l. 3. §. ex quibus. ibi, vt hac actione officio tantu iudicis consequatur actor. ff. de alien. iudi. alioqui si actio esset officium iudicis, pars agere & condēnare posset, quia haberet & actionem & officiu, quod est absurdum: nam vna iudicem, altera partem respicit. & Bald. in c. querelam. col. 2. de elect. ait officium iudicis esse potius actum, quam actionem quia maxime in facto consistit, & in exercitio iurisdictionis iudicis, qui iudicando interponit suum officium.

Officium iudicis actio esse non potest.

Secundo patet ex iure non esse, distinguere officium in nobile & mercenarium, cum nullibi hoc legatur in tex. & erubescimus (vt dicitur) cū sine lege loquimur, l. dissentientis. C. de repud. l. illam. de colla. Etiam qui quodlibet fere officiu iudicis deseruit actioni, vel persecucionem, d. l. actio. & l. in omnibus causis id. de regul. iur. ff. ibi, vbi genus actionis id desiderat, ibi (ad quemuis persecutio eius deuenerit) nō deficiat ratio auxilij. Alioqui sequeretur, quod in nobili officio, vt dicunt docto. quis sine aliquo iure ageret: quod est iniquum, quia nemo sine actione experitur, vel persecucionem. l. si pupilli. in fin. ff. de negotiis gestis. & quod iudex & officio partis, & iudicis fungeretur, quod est difficile: vix enim est vnus homo vicem duorum sustinere possit, l. si plures. ff. de pact. Et sic vnū iudicis officium est, quod tunc demū datur, quando iusta

Officium nobile, vel mercenarium non potest dici.

est partis petitio, vel alias ex bono & aequo persecutio. Ideo in d.l.1. dixi quoddam officium iudicis esse merum, alterum mixtum, reprobis nobile & mercenarium.

Tertio in irritum cedit differentia, seu differentia inter actionem & officium iudicis, cum non sint sub eodem genere: quamuis Bar. & alij contrarium teneant in d.l.1. ff. de iurisdic. omn. iudicium: sicut si quis veller facere differentiam inter partem & iudicem, & officium iudicis & partis. partis autem est persecutio, iudicis vero officium est cognoscere, & iudicare, de qua re. ff. de iudic.

Primam differentiam, quod obligationem officium iudicis non praesupponat, reprobis in l. pecunia. §. verbum debuit. infra eodem. Quia debitum est, quod persequimur, ut ibi, & in l. creditor. supra eod. & l. vel obligatus. de liberali causa.

Secunda non valet, quia etiam in his quae debentur via actionis per interpellationem extra iudicalem, non semper constituitur quis in mora, in l. cum fundus. ff. si certum petat. Bart. in l. denuntiaste. §. r. de adilitio edicto. Alexand. in l. vinum. col. 1. ff. si certum petat. Iaf. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 12. num. 75. de officio proconsul. & in d.l.1. vbi Purpura. col. 10. nu. 103. & sequi. vbi plenius videtur, quia ut ipsi dicunt, nihil debetur parti. l. cum postulasset. ff. de dam. infecto. Sed hoc est falsum: nam illud quod persequi possum, est debitum, l. creditor. supra eod. alias non daretur iudicis officium, ut dictum fuit superius. sed in l. cum postulasset. quis non teneretur damni infecti nomine, si radera relinquere velit, antequam caueat, vel illi iudex praeciperit, l. cunctis. & d.l. cum postulasset. Sed ibi hoc non est, quod officio iudicis fiat, sed quia ira à l. statutum fuit, in d.l. euenit. ut fufius dicam in intellectu ad illa legem, cum postulasset. in meis no. interpret.

Illam etiam differentiam, quod officium iudicis dicitur remedium extraordinarium, non probatur: nam quando accommodatur actioni, est ordinariū: si accommodatur tantum perfectioni, erit forte extraordinarium, d. l. pecunia. §. persecutionis. infra eod. Nam quae religiofis adherent, religiofa sunt, l. quae religiofis. de rei vindicat. ff. Sed & iurisdictionis vocat restitutionem extraordinarium auxilium, in l. in causa. 2. ff. de minor. quia si actio daretur, quae est auxilium ordinarium, non daretur restitutio: ideo persecutio, quae datur ad restitutionem petendam, dici forte potest extraordinarium auxilium, quia extra ordinem actionum iudex succurrit, & restituit: ut scripsi in tracta. de restitutio. in 2. rono commet. ad constit. Reg. Gallicas, & in l. pupillus. §. munus. infra eod. & in d.l. in causa.

Alia differentia inferius reprobatur, quia si non datur actio, vel persecutio, officium iudicis non implorabitur: alias esset iniquum, si daretur (ut dictum extrit) sine iure, & aequitate. Alias differentias non persequor à doctores etiam reprobatis in d.l.1. de iurisdic. omn. iud. ff. vbi etiam scripsi fufius.

Quarto differentiae etiam inter persecutionem & officium iudicis cessant, super his scriptae in §. r. de actio. in Instit. & quicquid ibi docto. scribunt.

Quinto si lex vel statutum tollat, vel denegat actionem, & persecutionem actioni inhaerentem denegare, vel tollere videtur: & idem e contrario, si concedat actionem, in l. omnes. C. de praescriptio. triginta anno. vbi post praescriptionem sublatae sunt actiones, ergo & persecutiones, quia rem praescriptam persequi non potero. hoc exprimitur in l. si cur. ibid. quia sublato genere, omnes eius species sublatae sunt, ut dialecticis norum est, & doct. scribunt in l. si quis qui dicitur. §. vtrum. ff. de rebus dub. & si persequeretur, frustra facerem, quia iudex non impartiretur suum officium, nisi ex bono & aequo, ut dicitur, quod non est in hoc casu, l. fin. C. de his

qua vi metusve causa fiunt. Sine actio sit ordinaria, sine extraordinaria, quia negatio totum negat, l. si quis ita stipulatus fuerit, decem. vbi Iaf. notat. ff. de verborum obligat. & plus tollit negatiua, quam ponat affirmatiua. glo. in l. hoc genus. ff. de condit. & demonstra. & in ca. cum dilectus in verbo à suspensis. de consue. probatur in l. quemadmodum. in fin. ibi, nulla datur actio. ff. ad legem Aquil. l. non omnis. si cert. petat. l. si remunerandi. §. Maurus. & l. si procuratorem. §. si liber. manda. quibus Alcia. contra in lib. 2. paradoxor. cap. 10.

Nec refragatur l. 2. C. de dolo, vbi dicit nullam dari actionem, & tamen de dolo extraordinaria datur, l. naturali. §. quod si faciam. de praescript. verb. ff. respondeo, quia ibi de dolo actio excipitur à lege, ideo illa extraordinaria datur: secus si lex vel consuetudo diceret simpliciter nullam actionem dari, tunc nec quidem actio alia extraordinaria dabitur, nisi de dolo, quia illa semper excepta est à lege, si dolus interuenierit. in l. & eleganter. §. non solum. & §. seruus. ff. de dolo. ne detur occasio committendi dolum, & alium dolo decipiendi. l. iurisdictionem. §. si pacificat. & l. si vnus. §. illud. ff. de pact.

Sexto prohibita persecutione non poterit quis agere, nec recipietur agere volens: quod pulchre probat l. 3. ff. si ex noxal. causa agat. & lex Regia in rubr. de restitutio. & releua. artic. 2. vbi post triginta quinque annos prohibetur minor persequi, pour-suyure, cassationem & annullationem contractus, ratione aetatis. ergo nec poterit postea agere, cum persecutio sit sublata: quia persecutio est actionis exercitiū, d. §. 1. de actio. in Instit. An possit postea agere beneficio l. 2. C. de rescind. vendit. & quando decem anni ordinationis computentur, dixi ibi, & in tracta. de rescisio. contractuum, in ordin. Reg. artic. 1. tomo 2. comenta. in constit. Reg. nam persecutio quatenus exercitiū & factum respicit, comprehendit actionem, quae est ius persequendi, quia actione persequi rem oportet: sed quatenus persecutio est ius, id est ordinaria petitio, continetur in actione, ut hic: & actio & persecutio in bonis nostris sunt, l. bonorum. infra eod.

Septimo si lex indulget actionem, & persecutionem, glo. hic, quia actio est ius persequendi, & actio vocatur interdum persecutio, in §. 1. de exceptio. in Instit. & quia sine persecutione non posset quis agere, & cui vnus est concessum, omnia censentur esse concessa, sine quibus iurisdictionem explicari non potest. l. 2. ff. de iurisdictione. omnium iudicum. Alioquin inutilis esset actio apud partem, si iudex non posset suum impartiri officium, quicquid Cepol. & alij adhaerent. Imo vbi lex dicit dari officium iudicis, tunc etiam persecutio parti dabitur, per l. plane. ff. de perit. hered. Quia officium non datur regulariter, nisi peritum fuerit. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. Et hoc in praxi certissimum est. Et quamuis in d. l. plane. denegetur exceptio doli, quia dominus rei nihil doli commisit, ideo non erat necessaria, glo. ibi: tamen persecutio non denegatur: quia necessaria, alioquin iudex non petitus elinguis esset cum suo officio. Na sicut axis rotam mouere facit currum trahendo, sic & partes iudicis officium, si persequantur.

Octauo vbi tollitur actio, denegatur etiam officium iudicis, actionem & persecutionem respiciens, & sic partem. probat l. si pupilli. in fin. ff. de neg. gest. quia non potest iudex impartiri officium suum, vbi nulla est actio, vel persecutio, ut dixi supra, licet apud iudicem semper resideat suum officium. Et ideo reprobatur glo. in lege prima. C. qui admitti. dicens, quod etiam filius familias non potest sine patris consensu agere, lege fin. §. necessitate. C. de bon. quaer. liber. tamen potest implorare officium iudicis

Actio extraordinaria quando sublata censetur, contra Alcia. tum.

Quando persecutio est prohibita, agere quis non potest.

Declaratio legis Regia.

Vbi datur actio, & persecutio.

Praxis.

Sublatiōe officium iudicis sublata videtur.

iudicis quod non est verum, si non habeat persecutionem: sed si habeat persecutionem, iudex non potest ei denegare officium suum, l. filiofam. ff. de vfu & habit. ibi, filiofam. vel seruo aediu vfu legato, & vile legatum esse existimo, & eodem modo perfectionem eius competituram, quo competeret, si fructus quoque legatus esset, & c. l. plane. de petit. hered. ff. Bar. in l. non solum. in fin. de iureiuran. alioquin iudex iniuste ageret interponendo officium in eo casu, in quo interponere non debet, forte si nihil filio debeatur, etiam suppleret de facto, contra rubr. vt quae desunt aduo. part. iudex suppleat. Imò poterit pars implorare agendo, seu persequendo officium iudicis: quauis doct. esse dicant extraordinarium, & vbi ordinariū remediū cōpetit, cessare extraordinariū. l. causa. ff. de min. Sed hoc non videtur verum in hoc casu, quia actio cōpetit parti, & imploratur officium iudicis, vt cōdēnatio eius, quod deducitur in iudicium, fiat. Ideo periclitatur illa doctrina Bart. in l. de vfu. ff. de var. & extraor. cogni. quā probat Guid. Papa in decis. Delphi. q. 362. vtrum. vbi vult quod si imploretur officium iudicis, non est necesse probare rem pertinere ad me iure domini, vel quasi, sed sufficit probare se possidere illam rem, ante occupationem de illa factā. Sed ibi hoc non est, quia petitur officium iudicis, sed quia apparet rem meam esse occupatam salte summarie, & ob id loquitur illa decisio. Et in possessione regulariter recuperanda non est opus probare dominium, vt in c. cum ecclesia. de causa possessio. & proprietaria. & c. saepe. de restitut. spolia. & c. redintegrande. 3. questio. 1. nec etiam in retinenda possessione, si neuter probet: sed sufficit probare possessionem, l. si duo. vt possidetis. ff. Tamen si milies officium iudicis implerem, & alius probet se esse possessionem verum dominum, manutenebitur ipse in possessione dominus, & iudex in occupata possessione proferet, vt docet c. cum ecclesia. de causa poss. Ad haec probatur in l. Quintus. ff. de annuis leg. vbi si testator filius in annos singulos, & in singulos pueros, puellaeque aureos decem cibarij nomine dari voluerit, atque illos ibi esse, vbi mater vult, si mater eos esse apud Titium velit, is non habet actionem, nec persecutionem legati, vt illos decem aureos pro singulis consequi possit, quia prouidentia filiorum, non Titij gratia hoc factum fuit. Et sic officium iudicis etiam denegabitur, quia non habet persecutionem.

Declaratio l. Quintus. de annuis leg. vbi si testator filius in annos singulos, & in singulos pueros, puellaeque aureos decem cibarij nomine dari voluerit, atque illos ibi esse, vbi mater vult, si mater eos esse apud Titium velit, is non habet actionem, nec persecutionem legati, vt illos decem aureos pro singulis consequi possit, quia prouidentia filiorum, non Titij gratia hoc factum fuit. Et sic officium iudicis etiam denegabitur, quia non habet persecutionem.

Idem dicit ibi lex, si testator grauet heredem, vt sibi testanti certa pecunia monumentum faciat. nullam enim obligationem ea scriptura recipit, sed ad auctoritatem testatoris confirmandam fieri monumentum poterit. Igitur videte, quod vbi non est actio, nec persecutio: cessat regulariter etiam iudicis officium, alioquin iniustum esset dari.

Item hoc declarat illa lex in versiculo, ad auctoritatem scribentis haec quoque pertinent, cum quis iussit in municipio imagines poni. Nam si non honoris municipij gratia id fecisset, sed sua: actio eo nomine nulli cōpetit, nec persecutio. Itaque si testator legauerit hoc gratia honoris municipij, tunc persecutio municipio cōpetit. Et sic multum interesse arbitror, cui voluerit testator esse prospectū, cuiusque contēplatione & gratia fecerit, l. fideicommissa. §. interdum. ff. de leg. 3. Et sic intelligi doctrina Barto. debet in d. l. Quintus. quod quamuis fratres minores non possint iure actionis petere id quod est eis relictum, per cle. exiui. de verborum significat. tamen possunt secundum eum implorare officium iudicis, hoc est dicere eos posse persequi sua legata corā suo iudice, qui si viderit mentem dicitur ipsorum ob hoc non tolli, cōpelleret heredem ad praestandum legatum, alioquin non.

Imploratio officij iudicis non est opus probare dominium

Declaratio l. Quintus. de annuis leg.

Medicantes quod legata habere possint.

Præterea vbi cuique à iure datur actio, vel persecutio, iudex non potest mihi denegare suum officium, alioqui me grauat, & ab illo appellare possum. per glossam & docto. in cap. bonae. 1. de postula. prelati. Bar. & alij in l. 1. col. 3. ff. de iurisdic. omnium iudic. & in l. 1. §. permittitur. de aqua quodid. & aetna. Felin. in cap. at si clerici. §. de adulteriis. col. 7. de iudic. quia habet munus publicum, l. pupillus. §. munus. infra eod. quod non potest denegare iure persequenti. nam iudicis officium pro actione proponitur. c. fi. de offic. iudic.

Non refragatur l. non quicquid potestari iudicis permittitur, subiicitur iuris necessitati. ff. de iudi. l. 1. C. quo. & quando iudex. Respondeo ibi loqui iurisc. quādo aliquid relinquatur potestati iudicis. tunc enim nisi magna ratio subsit, iudex non tenetur suam impartiri potestatem. text. in l. saepe. ff. de offic. praesid. & seq. & ibi doct. Sed si pars persecutio habeat à iure, alimentorum forte, vel aliam, tunc non est in facultate iudicis suum denegare officium: imò tenetur petenti illud impartiri: alioquin puniri poterit à superiore, ex negligētia, & ipsi iudici intimari, vt scripsi in §. 1. in rubr. de friuol. app. in cōcor. facit l. diuus. in fin. ff. de offi. praesid. Et superior supplebit, c. nullus. vbi Pan. de iure par. ea quae incubunt officio iudicis, ipsiq; sunt necessaria.

Itaque sciendum est, quod interdum ius relinquunt simpliciter facultati iudicis, & tunc non tenetur iudex necessario officium suum impartiri, vt d. l. non quicquid. nisi denegando rationem excedat, l. hodie. ff. de poen. Interdum lex relinquunt arbitrio iudicis, vel officio, tunc iudex non potest illud denegare persequenti parti. Nec rationem excedere debet, quia intelligitur de arbitrio boni viri. text. in l. haec venditio. ff. de contrahend. emptio. docto. in l. societatem. §. arbitrorum. pro socio. Bart. in verbo videbitur. in extrauag. ad reprimendū. quo. in lesa maiesta. cri. proceda. l. si quis putans. §. idē Julia. ff. com. diuid. Etiam si liberum habeat arbitrium, l. 1. ff. de effracto. quia habet facere ea quae suo incumbunt officio: alioqui est in culpa, l. si filiusfam. ff. de iudic. l. diuus. de offi. praesid.

Aliquando ius cognitioni praetoris, sine iudicis relinquunt, videlicet an restituere minorem debeat: & tunc si minor restitutionem iuste petat, vt pote quia est laesus, & sua facilitate, vt l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiuran. tunc iudex non poterit ei restitutionem denegare, l. quod si minor. §. fin. ff. de minor. Ideo ius simpliciter non cōcedit iudici, vt restitueret minorem, sed ita demum, si iuste petatur restitutio. officium ergo iudicis est ad videndū, an iuste restitutio petatur necne: ergo restitutio non cōceditur sine probatione iusta restitutionis, non ex officio nobili sine petitione, vt doct. dicit in l. causa cognitione vtraque. ibidē, quia vbi relinquuntur cognitioni praetoris, vel arbitrio iudicis, videtur dari persecutio parti: alioquin non relinquuntur arbitrio iudicis, vel cognitioni: nec est ibi maius officium, quā cōmuniter in aliis iudex impartitur, sed ius cognitionem huius restitutionis iudici tribuit: si tamē minor dormiret, iudex cum restituere non teneretur: igitur oportet vt persequatur. Et sic mediante persecutione, iudex officium suum impartitur: ideo nobile non potest dici potius, quam alio nomine.

Nec obest l. nec quicquam. §. aduocatos. de offic. proconsul. ibi, vel si nemo sit, qui petat, vltro eis dare debet. Et sic dicitur docto. ex officio nobili, nemine etiam petente, iudex impartitur officium suum. Respon. iudex regulariter non impartitur officium suū, si non petatur, nec nisi is qui petit persecutionem habeat, l. 4. §. hoc autē iudicium. ff. de dan. infe. hoc non procedit, quādo is non potest petere, vt

Iudex non potest suum officium, quando persequitur comperit.

Potestati iudicis quādo aliquid relinquatur potestatem denegare potest.

Cognitioni praetoris quando relinquuntur, iudex debet cognoscere.

Iudex quādo suum impartitur officium non petitus.

Differentia inter officium iudicis & actionem irrita sunt.

Officium iudicis an sit remediū extraordinarium.

Officium iudicis extraordinarium quid.

Differentia inter persecutionem & officium iudicis reprobatum.

furiosus, vel pupillus. tunc enim iudex poterit ex bono & æquo supplere per suum officium. Ideo poterit dare tutorem pupillo etiam invito. l. illud. c. l. seq. ff. de tut. & cura. datis ab his: quia ipsi pupilli laborant frequenter contra propria comoda, sicut mulieres. l. si. C. de sponsal. & arris. Et in casibus à iure expressis iudex vltro procedit: sed in praxi comunitur est aliquis vel consanguineus, vel procurator fisci, aut alius, qui petit & persequitur. Alioqui iudex iuxta uxorem cum tranquillitate quiescit, nec in syndicatu postea punietur, si nulla facta petitione non impartitus fuerit officium. in pluri bus casibus tamen suum non denegat officium, sed vltro concedit, quando ex debito officij tenetur, vt pote in causa coram ipso liquidanda, quæ non potest iudicari, nisi reaudiantur testes. tunc enim ex suo procedet officio, vt iterum examinentur, cap. per tuas. vbi doct. de testib. & alias cum videt ex sua discretione hoc esse necessarium, & iuri conforme, tunc etiam vltro iure eum cogente procedit: & sic iudex non prosequente parte ex iusta causa suum præstat officium, lege super hoc disponente, vt hoc faciat ex bono & æquo. Bald. in addi. ad Specul. in titul. de offic. iud.

Praxis.

Vbi verba ad iudicem diriguntur.

In criminalibus & civilibus iudex non petitur nisi in partibus suum officium.

Persecutio in criminalibus dicitur, vbi res persequitur, quæ communiter à partibus in Francia fit.

Item quandoq; ius verba dirigit ad iudicem, vt curet, vt in l. i. ff. de offic. præf. vrbis, vbi præfatus vrbis curare debet, vt numularij probe se agant circa suum negotium, & tēperant ab his quæ sunt prohibita. Et tunc iudex debet facere omnia, quæ ad bonum spectant magistratum, vt nil desit, etiam condere statuta, & regulas illis tradere numularijs, & aliis artificibus, vt talia faciant: & alia inhibere iudex, imò ipse ad persecutionem aliquorum maxime fisci procuratoris procedere debet. & hoc probat ibi lex, dum ait, Mittat stationarios, qui ci referant, &c.

Et sic tam in civilibus, quæ criminalibus iudex non petitur regulariter non impartitur suum officium. Nam Deus opt. max. dixit: Descendat, & videbo an clamorē, qui ad me peruenit, opere compleuerit. Genes. 18. & c. Deus omnipotens. 2. q. 2. c. qualiter. 2. de accusa. l. i. §. cū patronus. ff. de offi. præf. vrbis: ergo ante clamorē non dicit descendam. Et in criminalibus aut proceditur per denuntiationē, accusatōnem, aut inquisitionē, d. c. qualiter. Et non inquiretur, nisi ad denuntiationē alicuius, vt instigante parte, aut procuratore Regio, qui omnia crimina persequitur quo ad poenam in hoc Regno, teste Benedic. in cap. Raynutius. in verbo mortuorum. num. 200. de testa. Et sic intelligi debet l. congruit. de offi. præf. alioqui in vanum esset creatus procurator fisci, si iudex habeat facere ea, quæ illius incumbunt officio, vltro.

Persecutio etiam in criminalibus dicitur, quando quis rem persequitur, non poenam, l. 2. ff. de re milita. Et iurisc. ait, hæc actio non est poenalis, sed rei persecutionem arbitrio iudicis continet, l. non solum. in si. ff. de aliena. iud. mut. causa facta. Et in hoc Regno Franciæ omnes actiones poenales sunt rei persecutoriæ quo ad partem: nam ipsa rem & interesse persequitur, procurator autem Regius poenā, vt dixi. facit §. sequens. de actio. in Institut. Aliquando parti aliquid debetur, quod ipsa persequi vellet, sed forte tunc deficit actio, & bonum & æquum est parti succurri: tunc iudex persequente parte ex officio succurrere ipsi potest, quod misericorditer est implorandum, ait glos. in rub. ff. de interroga. actio. & Ias. in l. arbitro. col. 2. qui satisfacere cogat. Quod non sic misericorditer, vt dicit iuris interpretes, implorandum est, vt lacrymis & vultibus moueat iudicem, sed ex bono & æquo eius postulet operam, & ministerium. Et si ratio & æquitas dictauerit, iudex suum officium impartietur: & sic debet intelligi gloss. scilicet ad partis persecutionem.

tur: & sic debet intelligi gloss. scilicet ad partis persecutionem.

Ad hæc si per statutum sublata sit omnis exceptio, & omne partis remediū, tunc non censentur sublatum officij iudicis, ipsum respiciens iudicē, quod præstare iudex poterit, si æquitate viderit: tū quia remedia partis sublata sunt, non iudicis: ideo illo casu conuentus poterit implorare officij iudicis, vt præceptū actori fiat, quod à persecutione iniusta cesset, & à petitione. Ira scribit Angel. per illum tex. in l. vlt. in fin. ff. de petit. here. Et sic contra instrumentū Regio sigillari nihil potest opponi: implorabitur tamen officij iudicis, si iniusta sit executio, vt dixi in tracta. de literis obligatorijs, art. 1. in fin. in 1. tomo comment. in constit. Reg. Gallicæ. facit l. plane. vbi Barr. & d. l. fin. ff. de petit. here. Iason in l. i. num. 9. col. 6. ff. de iuridict. omnium iudic.

Sublata exceptione in officium iudicis sublaturum censetur.

An officij iudicis præscriptione tollatur.

Et ideo periclitatur illa glossa, quam doct. singularem clamāt, in l. sicur. in verbo persecutio. C. de præscript. triginta vel quadraginta ann. dicēs præscribi officij iudicis triginta annis: quod non est verū, quia vbiq; est iudex, & æquitas in parte, & sic persecutio, nūquā eius officij tollitur, quia nō potest esse iudex, quin habeat officij ratione magistratus: quod si iuste petatur, non potest denegari, vt superius dictū extitit: sicut de Papa dicitur in c. dudū. de præben. in 6. & licet partis tollatur actio, & persecutio, tamē iudicis officij superest ad alia.

Et dum dicit doct. quod tunc demū potest implorari officium iudicis, vbiq; actio deficit, & ab eo, qui nō potest agere, in l. Quintus. ff. de ann. leg. Bar. in l. si deposita. C. de pos. Ancha. in c. ad apostolicā. de simo. per l. hereditas. ff. de petit. here. dicite quod officij iudicis concurrere potest cum actione, vt superius dixi. alioqui si nō daretur, fieret iniuria parti agenti. sed vbi ista deficiūt, ex bono & æquo persecutio dabitur parti, & cessat actio, tunc iudex interponit auxilium suum persequente parte. d. l. hereditas. & l. 4. §. hæc autē. ff. de d. inno. infecto. Alia videre poteritis per doct. in l. i. ff. de iuridictio. om. iudic. vbi forte tractabo, quæ nunc omitto. Ista sunt subtilia & vtilia, per quæ multa intelliguntur iura, hæc tunc perperam ab alijs elucidata. Laus Deo.

Cessante actione persequitur datur ex bono & æquo.

Actio. De actione loquitur tex. in l. verbum oportebit. in si. & l. creditores. supra eo. & l. litis no men. l. bonorum appellatio. in si. & l. conditionales. ac l. meorum. & l. non potest videri. & l. pecuniæ. 2. §. actionis. infra eod.

IDEM LIBRO DECIMO SEPTIMO Ad Edictum. Lex xxxv.

Restituere autem is intelligitur, qui simul & rem, & causam actori reddit, quæ habiturus esset, si statim iudicij accepti tēpore res ei reddita fuisset, id est & vscapionis causam, & fructuum.

Restituere is censetur, qui rem & causam restituit. Rem autē principale accipimus, causam vero pro accessione, & omni eo quod habiturus esset actor, si res fuisset eidē reddita tempore iudicij accepti. vnde causa vscapionis attenditur, si forte eo quod res non fuit restituta, est vscapta, quanti ea res fuerit agam, vel quod non vsciepi, vt dicit Alcia. per l. Iulianus. §. fin. ff. ad exhiben. sed si eo quod non vsciepi, non sum eam lucratus, hoc nō considerandum placet Iurisc. in l. si is cui. in si. ff. de furt. Quia est lucrum cum iniuria alterius, vt ait gl. in l. si quis vxori. §. pen. ff. de furt. & dicite vt plane scripsi in interpre. l. vnica. in gl. vlt. C. de sent. quæ pro eo

Declaratio text. in qua reprehenditur Alciatus.

pro eo quod interest. Causa etiam fructuum attenditur, l. præterea. ff. de rei vindi. l. cum fundus. ff. si cert. peta. Abundantius de causa tractauit in l. rei. 2. supra eo. & de restitutione in l. plus est. supra eo. & l. cum prator. §. si. infra eo. vbi reliqua inferam.

Restituere natalibus quid sit, nec capitur pro nobilitate, contra Budanum.

Restituere natalibus est libertum pristinae libertati & ingenuitati, in qua omnes homines de iure naturali fuerunt, non in qua nascitur, remittere. Et tunc quantum ad ius pertinet, perinde habetur, ac si ingenuus natus esset: nec patronus ad successione venire potest sui liberti natalibus restituti, l. 2. de naral. resti. ff. Nec assentior Bud. in annota. in Pandectas in l. si. ff. de senato. dicenti, natalibus restituere hodie nobilitate vocamus. Nā cū plebeius ad nobilitatē asciscitur, non restituitur ad nobilitatem, quam nunquam habuit, & sic nō potest dici restitui eo modo, quo libertus restituitur natalibus, quia quod attinet ad ius naturale omnes homines liberi nascebantur, l. quod attinet. ff. de reg. iur. sed de iure gentiū seruitus est introducta, §. 1. Instit. de iure perso. Igitur cōuenienti vocabulo restitui naturalibus libertus dicitur: sed in aliquo, qui nunquam fuit nobilis, nō potest proprie dici restituitio. fateor tamen quod si quis natus ex nobilibus, viles artes exercuerit, & ob id nobilitatē amiserit, vt Bar. & alij scribunt in l. i. C. de dignita. lib. 12. si postea Princeps velit illū gaudere sua nobilitate, restituere eū natalibus recte dicitur: quod perbelle declarat Imperator in l. Imperialis. C. de nupt. Nisi quisquam velit dicere, quod ab Adā omnes homines nobiles nascuntur. Sed videt responsum per Bonum de Curtili in tract. nobilitatis. 3. parte, & differentiam inter restitutum natalibus, & eum qui ius aureorum anulorum accepit, in l. sed si hac. §. sed si ius. ff. de in ius vocand.

Spoliatis non sufficit sola restitutio sententia.

Item dicit tex. in cap. episcopi. §. 1. in 3. q. 1. quod spoliatis non sufficit sola restitutio sententia, nisi præsentialiter omnia iudicis officio restituantur, vt eictus vel spoliatus etiā naturalem possessionem recipiat, cap. fin. de iudic. vbi Panor. & alij.

Ad hæc restitui per actionē ad iudicem debet etiā id, quod ei seruo in venditione accessit. l. quod si nolit. §. restitui. de adilit. edicto. ff. Præterea in publicanum datur iudicium de eo, quod ipse, vel eius familia publicani nomine vendidit, si id restitutum non erit in duplum, aut si post annum agatur in simplum, l. 1. ff. de publica. Restitutum non diceretur, nisi omnis causa restituta esset, vt hic. Quæ nunc omitto, vobis restitua iuri. cum prator. infra eo.

Simul dicitio congregat rem & causam.

Simul. Hæc dicitio congregat, videlicet & rem & causam, vt quis vtrunq; restituere debeat. Et interdum respicit plures res vt hic, & tunc congregat eas: si verò vnā, tunc actionem coniungere vult, vel aliud illi parti. l. quæ de tota. ibi, quæ simul cum parte restitui debent. ff. de rei vindi. & l. vt sit. in fin. ff. pro soc. & tunc simul potest ibi dici de tota re, & non denotat ibi tempus. l. si venditor. ff. de seruis export. l. si debitor. de pigno. & l. si fundus. §. pen. ibidem.

Simul aliquando ad tempus refertur & datur intel lectus ad l. in operis.

Aliquando refertur ad tempus, & significat eodem tēpore, l. hæc verba ille. infra eod. l. in operis duobus simul locatis conuenit priori conductor ante latius fieri. ff. locati. vbi glossa intelligit in eisdē operis: tamen rectius intelligit, si dicaris Titium locasse operas suas Caio, & simul, & sic eodem tēpore Sempronio, vt qui prius conuenit, præferri debeat. Et simul dicitur factū, licet vtrius post alium cōduxerit, quicquid dicat glo. & doct. Nam simul nō significat ibi idem momentum, sed idem tēpus, licet vnus post alium, eodem tēpore tamen, l. si qua multa. infra eod. l. qui duos. ff. de vulg. & l. qui duos. de reb. dub.

Quandoq; respicit locum, & tunc accipitur pro in eodem loco, vt in tēplo simul congregati sunt sacerdotes, id est in eodem templo, vulgo dicimus ensemble. Nonnunquam respicit personas, & tunc significat, quod omnes personæ nulla omiſsa hoc fecerūt, l. si plures serui aliquem simul ceciderint, aut cōiurium alicui fecerint, singulorum est proprium maleficiū. ff. de iniur. Et ista dictio simul refertur ad personas, sufficit, si personæ singulæ ad actum interuenierint, licet nō eodem tempore, sed vnus post alium. Bar. in d. l. si plures. vbi dicit esse notandum ad saluandos testes, dum dicunt simul factum, vt intelligatur de actu successiuo cōtinuato. l. sed & si. §. itē si plures. ff. de instito. l. quoties, §. si creditor. ff. de pecul.

Simul refertur ad locum. Ad personas.

Pro correptione restitui.

Ad actum.

Interdum refertur ad actum, & tunc dicitur simul factum, licet vnus post alium fecerit. nam si in eodem actu concurrant, & plures occiderunt Titium, dicuntur simul occidisse: licet non eodē momento, nec eodem tēpore. Bar. in l. in operis. ff. loc. Et simul actum est possessoriū & petitoriū, id est in eodem iudicio & libello, licet prius facta mentio possessionis, quam proprietatis fuerit, cap. cum dilectus. vbi Bald. de causa possessio. & propr. Doct. in l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acq. posses. & in l. hac consultiſima. C. de testa.

Ad res & tempus.

Aliquando respicit & res & tempus, vt debitor simul debitum soluit cum vtrius, id est sortem & vtrius, & eodē tempore. l. si non sortem. in princ. ibi, quod si simul soluerit, poterit dici, & tunc repetitionem locum habere. ff. de condic. in debi. cap. 1. de cōsue. in 6. vbi canonistæ solent iungere inſimul, licet opus non sit, cum idem significet simul, sicut inſimul: nec præpositio facile iungi debet aduerbio. Interdum & tempus & locum. l. quid duos. ff. de reb. dub. Nam simul pro eodem tempore, & in eodem loco, vt in eadem nauis potest accipi.

Ad tempus & locum.

Simul vtriusq; dandus est seruus pro noxa, id est tam vni, quam alteri, l. in re communi. ibi, aut officio iudicis simul vtriusque noxa dandus. ff. de noxal. id est non vni, sed duobus totus seruus noxa dandus. Simul pro eadem venditione & pretio, & in eodem actu, l. cum eiusdem. & l. adiles. de adilit. edicto. ff. Cum iudicatur rem meam esse, simul iudicatur illius non esse. l. Pomponius. §. 1. in si. ff. de procurat. vbi simul, id est in eadem sententia, in eodem actu. Simul, id est eadem accusatione, & eodē tempore, l. 2. in fin. ff. de adult. iuncta l. si maritus. i. ibidem. Simul etiam, pro atq; etiam. l. qui mittuntur. §. fin. ibi, simul etiam qui agere rem publicam cepit ad similitudinem absentis, ff. ex quib. caus. maior.

Simul pro vno atque altero.

Simul pro eodē actu.

Simul pro eadem accusatione.

Simul pro atque etiam.

Simul libertatem vscapias, elucida iurisc. in l. hæc autem iura. ff. de seruis vrb. præd.

Simul libertatem vscapias, elucida iurisc. in l. hæc autem iura. ff. de seruis vrb. præd.

Simul admittuntur omnes depositarij, id est nō habita ratione ordinis, videlicet, vt vnus post alium recipiatur, l. si hominem in fin. ff. de pos.

Simul admittuntur depositarij.

Simul & quantitates & estimationis significatio est, l. hæc enumeratio. infra eo.

Simul & estimationis significatio.

Simul atque, id est statim atque, l. si is qui negotia. ibi, simul atque ratum haberet. ff. manda. l. quod saepe. §. in his. de contrahen. emptio. l. i. de reg. iur. l. hæc stipulatio iudica. fol.

Simul & estimationis significatio.

Patri datur ius occidendi adulterū simul cum filia, quā in potestate habet, id est vno actu & vno impetu ambos necare debet. l. quod ait. in si. ff. de adult. sicut Phinees num. 23. & cap. occidit. 23. q. 8.

Simul, id est vno actu.

Simul fecit, id est cum alijs, exponit glo. in l. 3. ff. si famul. furt. fecit. dica.

Simul, id est vno actu.

In simul, id est coniunctim, l. quod saepe. in fin. ff. de contrahen. emptio. licet in nouis libris scribatur, semel. Ego tamen in antiquis in simul, & simul legis, quod text. magis conuenit, videte & indicat.

Simul fecit.

In simul in l. quod saepe in fine.

Simul

Simul pro vno impetu exponit tex.in l. Arefcu fa. ff. de star. homi. ibi, nec enim natura permittit simul vno impetu duos infantes de vtero matris procedere.

Simul id est eodem momento, eodem actu, eadem obligatione, l. si debitor res suas simul pignori obligauerit. ff. de pign. vbi vult ostendere, quod coniunctim obligauit duobus, non vni post aliu: pariter pro simul dicitur iuris sufficere.

Item dictio vna, cōnexitate & congregationem significat, & æquipollet huic dictioni simul, l. fin. vbi doct. C. de impub. ibi, Titius vna cum filiis heres esto, vel simul cum filiis. Tunc filij coniunctim admittuntur cum Titio. Sic consilium Petrus Paris. consil. 79. vidi presentem. col. penult. in 3. volum. Stunt & alij modi eius dictionis simul, vt apud Aristot. in prædica. videri potest.

Statim, id est innox, cōfestim, sine mora, l. si cum exceptione. §. in hac. ibi, quia non statim quadrupli est actio, sed si res non restituitur. ff. quod metus causa. l. si dolo. ff. de dolo. l. redemptores. ff. de rei vindic. De hac dictione & aliis, quæ tempus significant, scribam in l. anniculus. infra eod.

Judicium acceptum vel ceptum quãdo dicitur, Iudicij accepti tempore. Acceptum iudicium, vel ceptum dicitur per litem contestationem, l. qui se obtulit. ff. de rei vindic. l. 1. & 2. C. de iudic. tamen illis casibus, in quibus quis tenetur à tempore moræ ad restituendum fructus: vt si rem meam mihi restituere quis tenetur, non attenditur litem contestata: tempus, sed mora, l. cum fundus. vbi doct. ff. si cert. per. l. videamus. de v. sur. & æstimatur, quod restitui oportet, id est quod abest, l. si mulier. §. 1. ff. quod met. causa. Alia scripti supra in l. plus est.

Aliquando etiã ceptum iudicium dicitur per citationem, pro subiecta materia, in l. vbi ceptum est iudicium. ff. de iudic. l. iacob. in d. l. cum fundus. Dicã fufius in l. aliud est capere. & quicquid igitur illud dicemus, huc erit transferendum, vt verbis vtur Iurifcon. in l. adiles. §. causa autẽ. ff. de adil. edicto. Mora lis dicitur contestata, c. ex parte. 2. de verborum significat. cap. penult. de except.

Mora lis, Actori. Actor dicitur, qui agit, de quo abunde scripti in l. labeo. 2. supra eo. de actore etiam loquitur. l. restituere. infra eod. & l. cum prætor. & l. prænaricatores. ac l. quos nos. §. 1. ibid.

V L P I A N V S L I B. V I G E S I M O tertio Ad Edictum, Lex xxxvj.

Litis nomen omnem actionem significat, siue in rem, siue in personam sit.

Lis ad sit. Lis dicitur siue agatur actione in rem (quã realem vocant iurium interpretes) siue in personam (quam personalem etiam dicunt) & sic lis omnẽ significat actionem, etiam mixtam, & officium iudicis, vt firmat glo. vlt. id est controuersiam.

Actio in re & actio in personam definitur. Actio in rem est, per quam rem nostrã, quã ab alio possidemus, petimus: in personã verò est, quã cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum, vel dandum aliquid. Vlpian. in l. actionũ genera. ff. de actionib. & oblig. & §. omniũ, de actio. in Insti. facit. l. si calumniatur. infra eo. vbi lis dicitur, siue in causis criminalibus, siue in pecuniariis. Et vñari litibus dicitur etiam in criminalibus causis, quamuis quidam contra teneant, nisi Iurifc. ad maiorem expressiõnem vtrunque exprimat, in l. 3. ff. de testib. & alibi sapius.

Secundo Iurifconsulti. Caius his verbis ait, Lis nulla nobis esse potest cum eo, quem in potestate habemus, l. lis nulla. ff. de iudic. Et postquã liti quis

cesserit, eam reassumere non potest, l. postquã. C. de pactis. quã iura intelligi debent, vt hic, siue in ciuilibus, siue in criminalibus, siue in rem, siue in personam. nam lis proprie est forensis contentio. & sic filius non poterit officium iudicis contra patrem implorare, nisi persecutionem habuerit, vt in l. actionis. supra scripti.

Tertio dicitur lis siue super possessorio, siue super petitorio, cum hic non distinguatur: imo liti nomine continetur controuersia, tam super petitorio, quam super possessorio, vt not. in rub. de pacifi. possessio. & ego scripti in eodem tracta. meo in 3. limitat. nu. 164. & seq. cõtra Gomef. Et solet Gallicis verbis vocari plaiderie. & sic poni in cõstitutio ne procuratoris post specialia enumerata vidi: Et generalment de faire, ou dire ce, qu'en fait de plaiderie peut & doit appartenir, appeller des griefs, l'appel releuer, pour suir, & renoncer si mestier est, substituer audit fait de plaiderie, &c. Et il s'ã cõtentione litiis prius nomẽ sumptit, quia forte de limitibus prima fuit forensis no. contentio inter vereres. Vergil. Limes erat positus. litem vt discerneret agris. tex. in c. forus. de verb. sig. Lis aliquando est ipsa iudicaria cõcertatio: causa verò dicitur illud, cuius gratia lis mouetur, vt scripti in l. rei appellatio. 2. sup. eo.

Quarto proprie lis dicitur per istum text. quando actio competit, nempe aliquis sine actione in iure non experitur, l. si pupilli. in fin. ff. de neg. gest. nisi speretur actionem oriri in contestatione. l. si Titius. ff. de verb. oblig. Si tamen prohibeatur lis, etiam illa quæ de facto moueri potest, continebitur, & multo magis, vt doct. scribunt in l. causas. C. de transact. scripti in tracta. nomi. q. vlt. quia negatiua totũ negat, l. hoc genus. ff. de cond. & demon.

Quinto in centiua lites sunt aurum, argentum, & pecunia. Ideo dominus noster Iesus suos discipulos ad euangelisandũ sine his misit, vt in centiua litis, & instrumẽta eriperet vltionis, vt ait tex. in cap. ira. 11. q. 3. Et inter superbos maxime versantur lites & iurgia. Prouerb. 13. c. Vnde ecclesiastici 28. cap. scribitur, Abstine te à lite, & minues peccata. Videte quã tradit Lucas de penna in l. in litibus. C. de agri. & cõsi. lib. 11. & quã scripti in verbo sumptibus, cum gl. seq. in procem. concord. & in procem. legum Reg. in r. 1. tomo commenta.

Sexto quamuis communiter doctores in l. causas. C. de transact. dicant litem dici post contestationem, causam ante, tamen hoc improbat Alcia. lib. disunctio. 2. cap. 14. & hic, dicẽs etiam ante iudicium acceptum litem esse, quod verius viderur, facit l. 2. §. sed si iudex. ff. de iudic. vbi iudex datus, vt litem dirimat intra certa tempora, poterit post tempora ex consensu partium cognoscere: & sic lis dicitur etiam ante contestationem, & l. destitit se ibidem. Nec diceretur quis contestari litem, sed superflue diceretur, si lis diceretur post cõtestationem tantum. Et tamen dicitur litem contestatus, in l. si à me. de iudic. cũ aliis: & lis inchoata & cepta, in l. is autem. ff. ex quib. caus. maior. cui dedi nouum intellectum in l. aliud est capere. infra eo. facit l. post rem iudicatum. ff. de transact. vbi post rem iudicatum transigi potest, si negetur iudicatum esse, quia adhuc lis subesse potest.

Quid sit litem suam facere, declarat text. in l. si filius fami. cum l. seq. ff. de iudic. dico in l. verbum faciendi. infra eo. Et quamuis quidam dicant differentiã esse inter iurgium & litẽ, vt lites inter inimicos dicantur, iurgium verò inter beneuolos & propinquos: allegat Cicer. de republ. lib. 4. Admiror (inquit) nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam. si iurgant, inquit, beneuolorum cõcertatio, non lis inimicorũ, iurgium dicitur. & paulò post: iurgare igitur lex putat inter se vicinos, nõ litigare.

Lis dicitur tam super possessorio quam petitorio.

De procuratoris cõstitutione.

Incentiua qua Christi discipulis fuerit prohibita.

Litem ante litem contestationẽ recte dicit.

Iurgium à lite non differt apud Iurisperitos.

litigare. Tamẽ Imperator iurgium litem appellat, in l. qui quis. §. præterea. ibi, iurgium aduocati nõ protelent. C. de postuland. l. nulla. de procura. l. penult. ibidem. l. cum antiquitas. de v. sur. C. Et sic apud Iurisperitos illa non seruatur differentia. Et dicitur iurgium quasi iuris garrum, eo quod hi, qui causam dicunt, de iure disceptant, vt vult text. in c. forus. §. iurgium. de verb. signific. & sic aduocati iura in postulatione allegare debent, nisi ea in cõfessione habeant, quã reuelare non audent.

Septimo litigiosa res est, de cuius dominio causa mouetur inter petiorem & possessore iudicaria cõuentione, vel precibus Principi oblaris, & iudici insinuatis, ac per eam futuro reo cognitio, in auth. litigiosa. C. de litigios. l. 1. de iure fisci. Et res litigiosa alienari non potest, nisi in casibus descriptis per Angel. in auth. de litigios. in fin. prin. & Socin. in tract. fallentia. regul. 341. & 23. casus descriptos reperies in constitut. Neapol. fol. 248. scripti abunde in tract. de effectib. litem contesta.

Litigiosum prædium, l. bona fide. ff. ad Velleia. est, de quo est contentio inter partes. Litigiosos seruos, in l. ob quã vitia. §. 1. ff. de adilit. edict. dicit Iurifconsultus eos, qui faciles sunt ad lites, & in ipsis versantur, frequentẽsque in ipsis sunt, ac controuersis & rixis.

Vltimo quãdo rem dubiam nondum decifam ostendere volumus, dicimus litẽ esse sub iudice, vt dicit glo. in l. lex consensu. §. fin. ff. de appellatio. Et sunt verba Horatij, quia dum res coram iudice petitur, & pars negat, res per negationem efficitur dubia. l. 3. c. quibus ad libertatem proclamare nõ licet. l. post rem. vbi glossa. ff. de transactio. Igitur antequam iudex illud dubium diluat per sententiam, res dubia est, quãdiu res est sub iudice. Dicit etiã solet in rixosos, & litiũ cupidos. dicitur vnde dicitur, res dubia sub iudice: id est litem lis parit, & noxam noxa. o m u n g e t e a p p r o s v n u m a n d g l o r i a p l e y a y d u a r a i n u o e s t e r i d e s t à p a r u o i n i t i o l i t e s m a g n a s h o m i n i s l i n g u a p d u c i t.

Iurare in litem quid sit, videre in rubr. & per totum, ff. de in litem iurando: elucidauit in interpre. l. vnica, in gloss. l. c. de sentent. quã pro eo quod interest profere.

Litem excipere, l. 1. ff. de distractio. pigno. vbi glo. pro suscipere exponit.

Litem amittere est perdere, succumbere in lite, l. qui occidit. §. 1. ad legem Aquil. ibi, soluẽdo non sit, aur quod litem tempore amisit. Dicitur tempore litem amittere, qui per triennium eam non persequitur, l. propterandum. C. de iudi. Vel in curris Francia per annum, interrumpitur processus, & sine litem Regiis non potest quis postea persequi, nec in possessorio postea etiam cum literis admittitur, vt dixi in præfat. ad leges Regias in primo tomo commenta.

Litis euentus dubius est, l. quod debetur. ff. de pecul. facit l. si remunerandi. §. penult. manda. sicut belli euentus varius. 2. Regum cap. 11.

Liti renuntiare expresse, qui illam se nõ amplius persequitur pollicetur, & nulla ratio permittit postea litem instaurari, l. postquam. C. de pact. Tacitẽ verò, si quis accepit legatum testamento relicto, contra tabulas bonorum possessioni mota renuntiare videtur. l. si filius. ff. de minor. & aliis modis, vt in d. l. postquam haberur.

Inchoare litem, & lis inchoata, l. si fundus. §. in venditione. ff. de pigno. & l. cuius de v. sur. Alibi dicitur iudicium accipere, l. vbi acceptum. ff. de euctio. vt declarauimus supra. Et lis cepta & inchoata, l. is autem qui de statu. ff. ex quibus caus. maior. Litem instituere, & lis instituta, l. 3. ff. de pigno. dicitur pro inchoata, ordinata.

Litem ordinatam relinquere, id est instructam,

l. Papi. ff. de inof. testa. §. si quis post rem inofficiosi ordinatam litem reliquerit, postea non adiecit.

Litem preparasse dicitur, qui accusationẽ cominatus, vsq; ad denuntiationẽ, vel libelli dationẽ processit, l. quem admodum. ff. de inoffic. testa.

Litis dominus, l. fin. an per alium cause appellata dicitur is, cuius res est seu cuius nomine lis instituta est: non vero procurator, sed is cui procuratorum constituit, l. vulgo. de in litem iurando. ff. nisi ipse procurator litẽ contestatus fuerit, l. procuratoribus. & l. nulla. C. de procuratorib. Et vbi iura respiciunt rem in iudicium deductam, vt in duabus prioribus legibus nunc citatis, tunc dominus rei vocatur litem dominus: quantum verò attinet ad persecutionem litem, ipse procurator litem contestatus dicitur litem dominus, dicta lege, procuratoribus. ibi, non habeant facultatem negotia persequendi. & l. 1. C. de sent. & interloc.

De lite pactus, l. 1. §. si cui. ff. de variis & extraordin. cognitio dicitur, quando litigator pacificatur de dimidia, vel alia parte litem procuratori, vel aduocato danda, & hoc non valet lege, sumptus. ff. de pactis: & vocatur pactum de quota litem in lege, litem. C. de procuratoribus.

Litem redimere dicitur, qui pecunia lites mercantur, vt abundantius scribã in lege, sãpe. in verbo redimeret. infra eodem. vbi declaratur quis sit litem redemptor.

Lis contestata, l. si post. de exceptionibus, declaro in l. destitatio. infra eodem. omitto etiam hic contestationis effectus, quos doceo, & alia multa de lite, in tract. meo de effectib. litem contesta.

Litis æstimatio quid sit, in l. hac enuntiatio. infra cod. scribam.

Lis æstimata, ibidem, & in l. sed & si. de Publ. in rem actio. ff. Lis pendere quando dicatur, in clem. vlti. vt litem pendente, plene elucidatur, & abunde tractaui in tract. de exceptio. in exceptione litem pendente.

Litis præscriptio est, qua excipit reus actori iudicium vel actionem dandam non esse, id est non esse admittendum, Gallicẽ fin de non recevoir. Budã. in forent.

Litium hereditatem cernere ad rãque, vel eam aperte repudiare dicitur vulgo. reprendre ou de laiffer le proces par le defunct commencẽ. Idem Bud. alibi dixi esse vocabula longe petita.

Lis incerta vel dubia, l. 1. ff. de transactio. Lis improba, in l. Papiianus. §. meminisse. ff. de inof. testa. dicitur, quã contra ius mota est ab improbo litigatore.

Litigium pro lite capitur, l. si interpellatur. de arbit. ff. ibi. ad huc litigio pendente. Iacob. Curt. refert lib. coniectura. 2. c. 17. Et sic litigare est litem exercere, contendere, l. si idem. in fin. ibi, de parte sua litigat. ff. de iurif. om. iudic. & l. non solum. §. ceterum interdictum erit per procuratorem litigare. & litem. ff. de alie. iud. mutandi causa facta. l. iustissimẽ. de adil. edicto. ibi, ne cogereur empro cum multis litigare. inde litigans, est qui litem exercet, agit, l. non distinguemus. §. item non est cogendus. ibi, nisi posteriori casu aliquid litigantium intersit. ff. de arbit. Et hocce Martial. dementes & miseris vocat, his versibus:

Ab miser & demens viginti litigat annos, Quisquam cui vincti Gurg alane liber. Scripti in si. procem. ad ordi. Reg. in commentar. in r. tomo nocumenta litem, quã multa sunt.

De his qui lites fingunt, ne promoueantur ad sacros ordines, vel alias, est tex. in l. cum hi. §. cum lis. ff. de transactio. Nec tales nisi excusati, imo vacat beneficiũ, vt notant doctõ. in c. cõmissa. de elect. in 6. & ipsi sunt fares & latrones, vt ibi dicitur,

dinatur re lingue. Litem pro parasse.

Litis dominus quis dicitur.

De lite pactus & de quota litem.

Litem redimere.

Lis pendere quando dicatur.

Litis præscriptio.

Litium hereditatem cernere ad rãque.

Lis incerta.

Litigium.

Litigare.

Litigans.

De his qui lites fingunt, ne promoueantur ad sacros ordines.

dicitur, quia beneficij ad eos non spectatis fructus capiunt, vt plene scripsi in praxi benefic. in dispen- sa. de non promouend.

Litigator.

Item litigans frequenter vocatur litigator, l. si cum dies cōpromissi finiretur, prolato die litigatores denno in eum cōpromiserunt. & l. dicere. & l. die n. proferre. §. si quis litigator. cum alijs nullis legibus illius tituli. ff. de arbi. l. i. §. inter litigatores. vti possit idcirco. l. si quod quisque iur.

Sine quo modo accipiatur.

Sine. Hęc dictio distinguit verba, & sensum coniungit, & solet duplicari, vt hic, & in l. creditores. & l. labeo. 3. supra eo. & l. cognoscere. in fi. l. alienatum. in fi. & l. quantū. & l. habere. & l. in lege Censoria. & l. Paulus. infra eod.

Aliquando accipitur pro &, per text. in l. cum quis decedens. in fi. ff. de lega. 3. vbi Bart. & Franc. Cremenf. singul. 56. lego digestum. Potest tamen ibi dici capi pro vel: sed vbiunque de mēte disponentis apparet, sic capi potest. Bar. in l. si quis ita. ff. de auro & argen. lega. Quandoq; ordinem significat, text. in l. cum parer. §. penult. ff. de leg. 2. facit lex, heres. in fi. ff. ad Trebellia. Lucas de Penna in l. 3. C. de execut. & exact. lib. 12. Vide de dictione seu in l. inter publica. supra eo. Ad alia pertransio lites relinquens.

PAVLVS LIBRO VIGESIMOSEXTO Ad Edictum. Lex xxxvij.

Verbum oportere non ad facultatem iudicis pertinet, qui potest vel pluris, vel minoris condemnare: sed ad veritatem refertur.

Si intelligere velit istam tex. verbum oportere non ad facultatem iudicis pertinere tantū, qui ex facultate sibi data potest pluris, vel minoris condemnare, vt in arbitrarijs, sed ad veritatem refertur: & sic quod in text. suppleatur dictio tantum, nihil intrerit, sicut plene probaui in l. hęc verba quanti. infra eod.

Nec me mouet, si dicatur verbū oportere non posse pertinere ad facultatem, cum necessitatem denotet, vt itam dicitur. nam respondeo, oportere iudicem iudicare, non solum in arbitrarijs, sed etiam in non arbitrarijs. Ergo ex suo officio iudex ad hoc tenetur, cum iudicandi munus sit necessarium. l. si §. iudicandi necessitas. ff. de maner. ob id verbum oportet non tantum pertinet ad iudicis facultatem, vt ipse debeat tantum in arbitrarijs iudicare, sed ad veritatem, vbi non est arbitrium, & vbi vere debetur. Et sic iudex & in arbitrarijs, & in non arbitrarijs iudicare tenetur. Et sic intelligi secundum quosdam potest hęc lex.

Potest etiam intelligi sine suppletionē, sic. Verbum oportere veritatem notat, non iudicis facultatem, & arbitrium: quod si iudex habeat, poterit pluris, vel minoris condēnare: sed si oporteat Titium dare decem, iudex non potest pluris, nec minoris condemnare, quam ad decem, quia verbum oportere refertur ad veritatem, non ad iudicis facultatem.

Alciat. sententia respicitur.

Alciat. hic intelligit istum text. pone quod in libello dixerim, te mihi decē dare oportere, tamen si ea mihi vere debentur, licere tamen iudici vel pluris, vel minoris condemnare. Hincque apparet arbitrium iudicis eonsequi proferendi, vt ab eo, quod vere debetur, possit recedere, & ex causa condemnationē augere, vel minuire: auger in arbitrarijs, l. 1. & l. in actiōibus. ff. de in litem iurand. & in multis alijs casibus hic per Alciat. traditis. Sed hic intellectus mihi quidē non placet. Primum quia lo-

quitur contra hunc tex. dicentē verbum oportere non referri ad facultatem iudicis, sed ad veritatem, quæ non adesset, si iudex non condemnaret partē ad id, quod vere deberetur. Etiam sequeretur, quod in omnibus casibus vbi pars vere debet, iudex habeat facultatē: quod non est verum, nisi in arbitrarijs: illud quoque absurdum eueniret, vt iudex illa, quæ eum facere oportet, omittere possit. Ideo hic text. tollit istud dubium, an iudex teneatur condēnare ad id, quod vere deberetur, & sic ad id quod dare, facereue oportet. Mouet dubium, quod in arbitrarijs potest iudex pluris, minorisve condēnare. Tamen hic statuitur, verbum oportere non referri ad iudicis facultatem, sicut actiones arbitrariæ, sed ad veritatem. Alioquin iudex leges veritatem sequētes transgredi possit, & leges superioris infringere, & partis ius auferre: quod iuri contrarium est. Vnde siue verbū oportere referatur ad iudicem, siue non pertinet ad eius facultatē, sed vt hoc necesse habeat facere. l. Falcinius. §. sed & si curator datus eum non defendat, tunc remouēdum eum esse, & oportere prætorē dare curatorem aliquē ex creditoribus, vt non amplius quam necesse est ex bonis furiosi veneat. ff. quibus ex causis in posse. ear. & l. nec quicquam. §. aduocatos. ibi, sed & si quis per potentiam aduersarij non inuenire se aduocatum dicat, æquē oportebit eum aduocatum dare. ff. de offic. proconf.

Obviate ferri & ad iudicem & ad partem.

Et sic patet, verbum oportere interdum referri ad iudicem, vt si lex dicat iudicem oportere facere, vel condēnare, vel dare aduocatum: tunc enim iudex ad id tenetur, & eius successor, & non pertinet ad eius facultatem, l. mortuo iudice, quod eum iudicare oportuerat, idem cum qui subditus est, sequi oportet. ff. de iudic. l. si tamen. ibi, poterit dici prætorē ei succurrere oportere. ff. de minor. & l. at si quis. §. sed interdum. ff. de religiof. & sumpt. funer. & iuribus proxime deductis.

Siue referatur ad partem, vt Titium dare oportet decē Sempronio, & tunc necesse habet Titius hoc præstare. Nec iudex potest pluris vel minoris condēnare, l. qui sic stipulatur. quod te mihi illis calendis dare oportet, id dare respondet: videtur nō hodie stipulari, sed suo die, hoc est calendis. ff. de verbo. oblig. l. si à colono. & l. si stipulatus. §. cum stipulamur. ibidem. l. 1. si manusifero. ff. quarum rerum actio non detur. l. penult. de condic. causa. data. c. si pro clericis. de præb. in 6.

Verbum legis intellectum.

Verus ergo legis intellectus est, quod verbum oportet veritatem significat, vt verē fieri, vel dari debeat id, quod dari, vel fieri oportet: adeo quod facultas iudicis, vel arbitrium cessat, quādo oportet facere vel dare.

Secundus casus est, quando facultas cōceditur à lege iudici, vt in arbitrarijs, per totum, ff. de eo quod certo loco. in §. præterea. de actio. in Institutio. Tunc potest iudex pluris vel minoris condēnare ex arbitrio suo.

Vbi lex concedit facultatem iudici, quid agere debent.

Item si lex dicat iudicē æstimare oportere, vt in l. nonnunquam. ff. de iudic. & vbi quæ datur facultas iudici, l. proponēbatur. in fi. ibidē. & generaliter quoties princeps ad præfides prouinciariū remittit negotia per rescriptiones, veluti, Eum qui prouinciæ præsit adire poteris, vel cum hac adiectione, æstimabit quid sit partium suarum, nō imponitur necessitas iudici suscipiendæ cognitionis, l. generaliter. ff. de off. præf. sed si semel susceperit, tenetur facere necessaria, & in illis quæ facere eum oportet, facultatem non habet, vt dictum extitit: imò arbitrium iudicis regi debet secundum regulas iuris & cōstitutionum, non ex proprio cerebro sine iuris fundamēto. docet in c. ne innitaris. de cōstit. per illum tex. Hippol. confi. 42. in causa. col. 2.

Item

Lex xxxvij. In tit. de verborum signific. 205

Item quando parti daretur facultas, vt in edicto quod metus causa, l. si cum exceptione. §. r. ibi, satis elementer cū reo prætor egit, vt daret ei restituendā facultatem, si vult pœnam euitare. ff. quod met. causa. tunc iudex illam partis facultatem sequatur.

Verbum oportet necessitatem significat.

Et sic ex iusto text. notabiles casus separandi sunt & distinguēdi. Quia verbum oportet necessitatem notat, & id quod verum est, vt hic: vt si dicatur, procedere sine temporali damno oportet, l. 2. in fin. ff. de iud. & non simulatque in carcerem ductus quis est, spoliari eum oportet, sed post condēnationem, l. 2. de bon. damnato. ff. & l. diuus. verfic. nec Iulianus. ibi, succurri oportet. de in integrum restitutio. l. 2. de priuileg. vetera. ff. ibi, onera solennia omnes sustinere oportet. & in l. notationem. §. r. infra. eod. primò dicitur debemus, & postea oportet, ad notandum quod idem significat: probat l. triplici. §. r. & l. inter illam conditionem. l. fugitiuus. & l. ex illa parte. infra eod. Ex his patet verbum oportere necessitatem denotare: vnde est paroe. apud Gallos, *Quand oportet vient en place, il conuient que on le face.* Idem dicerem in verbo debet, l. si prætor. §. Marcellus. ibi, debere querelam rei admittere. & in §. si. ff. de iudi. imò cogēdus erit iudex hoc facere, quod oportet, l. de qua recognouerit iudex, de ea quoq; pronuntiare cogendus erit. ff. de iudic. l. prætor. de edicto. ff. gl. in clem. attendētes. de statu monacho. Panor. in c. super. de præben. Idē in verbo tenetur, clem. exiui. in §. item ordo. de verb. signific. Scripsi etiam de alijs verbis in gloss. teneantur, & in verbo debeat. §. r. de coll. in concordia. Et sic ista verba ad veritatem referuntur, non ad facultatē iudicis: qui dum istam facultatem habet, potest pluris minorisve condēnare, sed eam non habet, quando adest verbum oportet: tunc enim debet, vel tenetur, vt prædixi: & aliquando ponitur pro consentaneum est, vel opportunum, vt in l. 1. ff. de iustit. & iure, vbi scripsi.

Debet necessitatem denotare.

De verbo tenetur.

Verbum oportet, debet & tenetur honestatem & decorem amportant. Facultas quid dicitur.

Aliquando ista verba decētiā, & honestatem, large tamen importat, & hoc ratione subiectæ materiæ, glo. in cap. fin. de litis contestatione. in 6. c. r. de rescriptis. ibidem. & cap. penult. de re iudic. ibidem. gloss. in l. vna. de raptu. virgi. Socin. pulchre in cap. r. col. 2. de libelli oblatio. Bart. & alij in l. 1. ff. de iustit. & iure. gloss. in cap. 1. de sponsa. impuber. Felin. in cap. si quis testium. de testib. alibi dixi.

Facultatem. Facultas dicitur, quasi facilitas, & potestas seu commoditas, l. potestatis verbum. infra eod. quod facile sit haberi bona, facere quodlibet, vt scribam. in l. bonorum. prima, infra eod. Et quæ iure facultatis alicui competunt, non præscribuntur: ideo viam publicam populus non vrēdo amittere non potest, l. viam. ff. de via publica. Et si iure amicitia vel facultatis recepero quenquam domi, etiam centies, ex hoc cogi non poterō, etiam super possessione, l. qui iure. ff. de acquir. possessi. & in l. Iulianus. ff. de restitutio. in integr. de Ripa in c. cum ecclesia. de causa possessio.

Facultatē repetendi habere & alia phrasæ.

Facultatem repetendi habere est, si dominus habeat pecuniam, ex qua liberari possit, l. si seruus depositus. ff. de noxal. actio. & hoc quo ad illam materiam noxalem. Qui exhibendi facultatem habet, id est potestatem ad exhibendū, tenetur. l. Celsus. §. r. ff. ad exhiben. Item si quis facultatem restituendi non habeat, licet possideat, ad exhibendum tamen non tenetur, vt puta si in fuga seruus sit, ad hoc plane solum tenetur, vt caueat se exhibiturum, si in potestatem eius peruenit, d. l. Celsus. §. item si quis. ff. ad exhibendū. l. 3. heres. commoda. l. in bonæ fidei. in fin. de peculio.

Datur & alia facultas reo, vt si malit referat iusiurandum, l. iusiurandum & ad pecunias. §. datur. ff. de iureiurando. Alio loco, quam in quem sibi dari

quis stipulatus est, non videbatur agendi facultas comperere, l. r. ff. de eo quod certo loco. Facultas habendi spectanda, l. r. in fi. ff. de pecul. ibi, nec magis dōminium seruorum esse spectandum, quam facultatem habendi eos. Facultas percipiendi fructus, l. Iulianus, §. possessionem. ff. de actio. empti. Facultas erit, id est potestas, l. 2. ff. de distractio. pig. ibi, offerendæ pecuniæ, quam fideiusor dependit cum vsuris medij temporis facultas erit, Facultatem petendi habere dicitur, cui opponi non potest exceptio, l. ob res. in fin. ff. de pact. dotalib. Facultatem pecuniæ non habere, in l. si reus paratus. ff. de procura.

Aliquando facultas capitur pro licentia, vt plene scripsi in l. potestatis. infra. eo. per l. sed addes. §. si inquilinus. ff. loca. Quandoque iurifcōsultus dicit liberā facultatē, non impediatam, l. item si vnus. §. item Pomponius. ibi, libera facultas sententiæ non est futura. ff. de arb. l. si. ibi, eum liberam facultatem ad eundem, vel remanendū haberet. ff. de liber. exhib.

Facultates pro diuitijs.

Facultates in plurali pro diuitijs, bonis, opibus, fortunis alicuius dicimus. l. cū hi. §. in persona. ibi, quibus sit facultatibus. ff. de transactio. l. si quis crediderit. de pact. ibi, nec enim improbandum est, si quis hæctenus desiderat conueniri, quatenus facultates eius patiuntur. l. si debitoris. ibi, si tales tamen facultates acquisitæ sunt debitori. de ecclio. bono. l. eos. de decurio. l. honor. §. de honoribus. de mun. & hon. l. r. ff. de custod. reo. l. vlt. in fi. ibid. l. quæro. & l. seq. de iure dot. l. si quis locuples. de manu. rest. Inde l. abi facultatibus, id est venire ad inopiam, & bonis diminui. l. 1. §. si magistratus. ff. de magistrat. conueniendis. ibi, quamuis facultatibus lapsi sint tutores, vel fideiussores.

L. abi facultatibus.

Excusare facultates.

Excusare facultates, est discutere, disquirere, an quis soluendo sit, l. r. §. si inter magistratus. ff. de magistr. conue. ibi, prius tamen arbitror cōueniendum eum, qui hoc suscepit, deinde excusis facultatibus veniendum ad collegium.

Facultates suspectas.

Facultates suspectas dicit Iurifcōsultus, quando dubitatur an sufficiat ad solidam debitum soluendum. lege, quidam. ibi, quoniam facultates eorum suspectas habebat. ff. ad Velleia. Aequas facultates, id est eiusdem æstimationis, pares probat l. socieras. §. socieras autem coiri potest, & valet etiam inter eos, qui nō sunt æquis facultatibus, cum plerunque pauperior operis suppleat, quantum per comparationem patrimonij ei deest. ff. pro socio.

Æquas facultates.

Homo mediocrium facultatum, qui patrimonium nec pingue, nec rene habeat, l. cum & forte medioerium facultatum. ff. de actio. empti.

Homo mediocriū facultatum.

Pro modo facultatum, id est secundum quantitatem bonorum, vulgo *selon les biens*, dos constitui debet, & pro dignitate natali viri. l. quæro. & seq. & l. cum post. §. gener. & seq. ff. de iure dotium.

Pro modo facultatū.

Aliquando etiam in singulari facultate pro bonis vsus est Nera. raro tamen, in l. cum vir. ff. de iure dotium. ibi, si quid debitori ad soluendum facultatis accesserit, periculum ad eam summam, quæ accesserit, creticit.

Facultas in singulari pro bonis aliquando.

Condemnare est oppositum absoluerē: sed qui condēnare potest, is & absoluerē quoque potestatem habet, l. 3. ff. de re iudic. vbi scripsi.

Condemnare.

Condemnatio personarum, quæ fit in id quod facere possunt, non significat rotum, quod habent exorquendum esse, sed vt ipsarum ratio habeatur, ne egeant, l. in cōdemnatione. ff. de reg. iur. & alibi dicit text. in l. si seruus depositus. ff. de noxal. actio. non enim debet quis cogi viderē res suas vt soluat pecuniam. vide l. nepos. infra eod.

Condemnatio.

Condemnatum accipere debemus eum, qui rite condēmnatus sit, vt sententia valeat: ceterum si aliqua ratione sententia nullius momenti sit, dicen-

Condemnatus.

Genitum factumque. & sic antequam sit ostentum, requiritur quod sit genitum, secundò quod sit factum, & in rerum natura productum, per istu text. aliàs non esset ostentum, quia non se ostenderet.

Genera pro speciebus. Quoties, num. meralis dicitio.

Genera, duo genera, id est species, de quo plura scribam in l.igni. infra eod. Quoties, numeralis dicitio est, & significat (vt vulgus dicit) quor vicibus, & Gallice dicimus combien de fois: & hoc quando sola est, l. 3. ibi, quoties quis c. minutus erit, do, lego. ff. quib. mod. v. usufr. amir. ta. Quandoque coniuncta est cum dictione toties tacite, licet non sit expresse, & regulariter, vt hic, & l. quoties vitiose cautum est, pro nò cauto habendum est. ff. qui fatid. cogan. l. sed & si. §. quoties. ex quib. caus. maior. l. quoties. de seruit. in vtraque.

Toties quoties.

Quandoque & frequētius est religiosa dicitio, id est comitata instar religiosorum suo comite toties, & runc iuncta significat vulgo, toutes quantes fois, l. liberorum. infra eod. l. 2. §. ignominiosa autem missio toties est, quoties is, qui mittit, addidit nominatim ignominia causa se mittere. de his qui notant. infam. l. qui de in officio so testamento. ff. de inoff. testam. l. si filiusfam. si cert. per. vnde si quis promiserit sistere reum toties quoties requisitus fuerit, vltra bis tenetur, etiam post sententiam, per text. in l. quod si nolit. §. si quid ita. verfic. si verò conuenierit. ff. de ædilit. edict.

Quotiescunque.

Idem significat quotiescunque, quod toties quoties, l. si tibi decem. §. de pignore iure honorario nascitur ex pacto actio, tollitur autè per exceptionem, quotiescunque paciscor ne petam. ff. de pact. l. sed & si. in fin. ibi, & generaliter quotiescunque quis ex necessitate non ex voluntate abfuit, dici oportet ei subueniendum. ex quib. caus. maior.

Si quis pro miserit remendere toties quoties anteneatur post triginta annos.

Et effectus istarum dictionum est, quod si quis promiserit reuendere toties quoties, vt in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendito. non tenetur tamen reuendere post triginta annos lafo. in l. petens. C. de pact. & plene dixi in d. l. vnica. C. de senten. que pro eo quod interest. Si quis tamen promiserit vendere quoties præscriptio impleta fuerit, tunc post triginta annos venire poterit: per text. singu. in l. 3. ff. quib. mod. v. usufr. amitta. Cepola hanc tradit cautelam nume. 65. in multis casibus, quam non vidi seruari in forensi iudicio, nam præscriptioni, quæ currit contra negligentes, non possunt partes renuntiare, quod videretur hic fieri. Bart. & docto. in l. nemo. de leg. 1. Cepola caute. 75. cautela est. Ideo difficile est post triginta annos succurri, cum ista clam etiam censetur esse præscripta, & illi renuntiaru. si ira triginta annos pars nò petierit. l. omnes. & l. sicut. C. de præscriptio. trig. vel quadrag. anno. Alibi forte examinabitur abundantius, & scripsi in interpret. l. vnic. in l. not. C. de senten. quæ pro eo quod interest.

Fortè, fortassis & fortis an dubitationis nota aliquando afferri non.

Nascitur, elucidatum fuit hoc verbum in l. sylua. supra eod. Forte, dubitationis nota est hic, & in lege, vrbana prædia. & l. absentem. infra eo. Et per verbum forte respondet sæpe periti. gl. in l. si duo. ff. de arbit. Idem in verbo fortassis, l. carbonum. infra eo. l. 1. §. si quis nesciat. ff. de iur. & facti ignor. & l. lege lulia. 2. ff. de ritu nuptia. Idem in verbo fortitan, l. Gallus. §. fortitan. ff. de liber. & posthu. Interdum istæ dictiones assertionem significant: vt si dicatur, Conferimus tibi talem ecclesiam, quæ forte vel fortassis ecclesia parochialis existit: mens Papæ est, vt illam velit conferre, siue sit ecclesia parochialis, siue non, vt scripsi in glo. concord. in forma manda. in verbo dispensationum: in fin. & in praxi benefic. in bulla dispensat. in 2. parte.

Pes pro membro.

Pedibus. Hic accipitur pes pro membro hominis, & est inferior pars illius, gloss. in rubr. C. de peda-

iudicib. l. si fugitiui. ibi, aut pe de amputato debilitentur. de seruis fugit. Vnde si quis malitiose clericum pede percusserit, est excommunicatus, sicut si manibus, per text. in in cap. si quis sua dente. vbi post glo. scripti, 17. quaft. 4. De his qui pedibus scripserunt, & ligna considerunt, ac fila neuere, scribit Cælius lib. 3. cap. 44.

Pes est etiam spatium quindecim digitoru, scripti in l. 3. supra eod. Et via constituit vel latior octo pedibus, vel angustior potest, l. via. ff. de seruit. rustic. prædio. l. quinque pedum. C. finium regundor. l. fina. ff. illo titul.

Pes etiam, vt notum est grammaticis, est in carminibus, vt dactylus, & spondaus: docet Lucas de Penna in l. podagra. C. qui morbo se excus. lib. 10. post grammaticos.

Pedes ire, est iter suis pedibus facere, non equo, vel curru, vel vehiculo: vnde dicit gl. in l. idem que. §. idem Labeo. ff. manda. quod si rusticus velit, vt sibi taxentur expensæ, quia eques iuit ad iudicem, non eidem taxari debebunt pro equo, quia pedes incedere debet, nisi fuerit senex, vel valetudine detentus. iter enim est, quo quis vel pedes vel equos commeari potest, l. inter actû. ff. de seruituti. rustic. prædio. Inde pedestre iter, quo quis potest sic commeari, ad differentiam itineris nauigij, vel dicitur pedestre, per quod pedites ire solent, l. 1. §. si pedestre iter impediatur, nò ideo minus iter nauigij detentus fit. ff. de fluminib.

Pedaneus iudex, qui prætor in consilio erat, & ad pedes tribunalis assidebat, sicut cancellarius ad Regis Franciæ pedes, si ex eius delegatione causas cognoscebat leniores, teste Alciato in l. penult. C. de pact. Etiam pedaneus dicitur minor iudex, qui minores causas iudicabat, eo forrè dictus, quod pedibus, non curru, velequo ad forum proficisceretur, vt doct. in rubr. Ce ped. iud. interpretantur. facit. text. l. 1. §. item senatusconsulto etiam apud iudices pedaneos postulare prohibetur calumniæ publici iudicij damnatus. ff. de postul.

Pedamentum est vitis sustentaculum, & fulcimentum: Galli schalats vocant. Inde pedatas vitas vocat Caro dere rustic. vide in l. pali. infra eo. facit l. 1. de signo iniuncto. est in ord. Reg. rub. que les schalats ne se font de quartier de chesne. Latini vocat ridicus, in l. is qui. §. si quis. ff. quod vi aut clam.

Pedules fasciæ sunt tegumenta, siue calciamenta, quibus crura cum calceis cooperiuntur, & Galli vocant tricoufles seu Guefres, & rustici vtuntur in patria Occitana, maxime quando fodiunt vineas, nec terra ingrediatur intra calceos: de quibus loquitur Iurisconsultus in l. argumento. §. 1. ff. de auro & argen. lega. ibi, fasciæ crurales pedulesque, & pilei vestis loco sunt: quia corporis partem vestiunt. crurales à cruribus, pedules à pedibus dicuntur, quod crura & pedes vestiunt. Alij crinales, quod crines vestiunt, vt Carell. Corra in 2. parte memora. in verbo fasciæ: sed primæ sententiæ hærerem.

Pediculi dicuntur sustentacula quadam tribus forte pedibus, vel quatuor facta, supra quæ veteres lances apponere solebant in mēsa, ne lances mappam foedarent, l. pediculis argenteis. ff. de auro & argento lega. loco quorum hodie Parisienses vt orbibus vimincis solent, quos chapelets vocat. Ea etiam, quibus pira, poma, & huiusmodi fructus sustinentur, pediculos vocamus: atq; vermes capitis, quod legere est maxime apud Plin. natur. histo. li. 22. c. 23.

Aut, disiunctiua est dicitio, ad veritatem cuius sufficit alteram partem esse veram, l. si heredi plures. ff. de conditio. instit. & quæ dixi de dictione vel in lege proxima supra, & de alternatiua in l. sape. infra eod. habent etiam locum in hac dictione.

Alia parte corporis, puta cum sex digitis, vt scribitur 2.

Pes pro spatio 15. digitorum.

Pedes ire. Expense equo non taxande rustic.

Pedestre iter.

Pedaneus iudex quis dicitur, & vnde.

Pedamentum.

Pedules fasciæ.

Crurales fasciæ.

Pediculi.

Aut, disiunctiua.

tur 2. Reg. 21. de homine qui fuit vir excelsus, senos in manibus pedibusque digitos habens, id est 24. & erat de origine Arapha in Gets.

Corporum tria genera. Anus.

Corporis. Corporum tria sunt genera, vnū quod vno continetur spiritu, & Græce ψυχή vocatur regē σωμα, vt homo, lignum, lapis & similia, lege, rerum mixtura. ff. de vscapio. & de statua dicit Iurisc. quod tota statua vno spiritu continetur, l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vindic. glo. exponit in d. l. rerum. vno spiritu, pro elemētatione, seu compagine, id est vna structura. & Carellia. Corra in 2. parte memora. dicit vocari σωμα, de quo loquitur Iurisc. consultus in l. 2. in fin. ibi, in corpore aliquo coercitio pœna est. ff. de public. iudic. l. si quis. de iurisd. omni. iud. l. 1. §. illud. de muner. Et corpora mortuorum dici possunt, licet cadauera proprie vocentur. l. 1. & per totum. ff. de cadauer. punito. & l. 2. §. sepulchrum. de religiof. & l. 1. §. illud. ibi, cum corporibus. de munerib. & quidam dicunt corpora eorum, qui aliquid strenuè egerunt, cadauera eorum, qui nihil.

Σωμα.

Alterum, quod ex contingentibus se, hoc est ex pluribus inter se coherētibus constat, quod σωμα σύνθετον Græci vocant: sed ibi Cælius legit σωμα σύνθετον à σωμα πνο, quod coniūgo significat, & coherere, quia ista simul coherent, vt ædificium, nauis, armarium.

En dicitur.

Tertium, quod ex distantibus constat, vt corpora plura non soluta, sed vni nomini subiecta, veluti populus, legio, grex, familia, d. l. rerum. Et quāuis illic Iurisc. omittat quomodo Græce vocetur, poteris dicere vocari εν δυνάμει, ex discretis, vt classis, exercitus, & alia superiora expressa, de quibus idem Cælius lib. antiqua. lectio. 15. cap. 23. licet lib. 1. c. 26. quinquæ genera corporum scribat. De hoc loquitur Iurisc. in rubr. de colleg. illicit. & in l. 1. & per totum, quod cuiusque vniuersita. not. & l. sed est hac. §. qui manumittitur. in fin. cum l. seq. de fideicommissa. lib. 1. metum. §. animaduertendum. quod metus causa. & in l. tigni. §. item municipes. ad exhibend. l. iustitiam & ad. §. 1. de iureiur. & aliis in ceterum locis, quos, ne stomachum vobis moueam, prætermitto.

Corpus pro substantia. Pro corporali re.

Et sic corpus interdum accipitur pro substantia, vt in l. mulieris. supra eod. ibi. quarum corpus manet. & ibi dixi. Interdum pro re corporali, ad differentiam iurium, vt in l. plus est in restitutione. l. vsura. l. pecunie. & l. vlt. infra eo. l. qui heredis. de conditio. in deb. l. qua ratione. §. 1. de acq. rer. dom. l. nuper de legat. 3. l. si ipsa. quod metus causa. l. nam & si parentibus. de inoff. testam. l. hereditas. de petitione hereditatis. ibi, sine vlllo corpore, id est sine vlla re corporali. l. fundus. in fin. famil. ercisc. & sic sapissime in iure accipitur.

Pro humano corpore.

Aliquando pro humano corpore, quod physicum dialectici vocant, de quo hic text. loquitur, & in l. fin. de his qui notant. infam. l. 1. §. remouet. de postulando. l. vltus. cum l. seq. & l. inter. §. verum. & l. Masturius. & l. in lege Censoria. & l. potestatis. cum l. seq. isto tit. Et huic corpori conducit bona habitudo, & formæ dignitas, aut vires, & bona vale tudo: animo verò sapientia, prudentia, temperantia, iustitia: his autem vtrisque pecunie, & amici, vt docet Aristot. in fin. rhero. Scripsi de corpore mystico in rub. de conclusio. Lateranensis concilij in concordia. Franciæ. Inde dicimus corpus liberum non recipere affirmationem, l. 3. ff. si quadrup. paup. fecisse dica. Quandoque corpus dicitur pro opere aliquo, vt corpus inris, corpus Homeri, l. libroru. §. sicuti. & §. seq. ff. de legat. 3.

Anima & corpori quod conducit.

Corporalia dicuntur, quæ corpus habent: ob id tægi, videri, & palpari possunt: & sic intelligitur rub. de reb. corpora. in Inst. & per iudicium communi diuidendo corporalium rerum fit diuisio, l. 4. ff.

Corpus liberum.

Corporalia.

comm. diuid. Incorporalia, quæ sine corpore sunt: ideo nec tangi, palpari, viderique possunt, vt seruitutes, actiones, & similia: ob id traditionem, & vscapionem non recipiunt, l. seruis. §. incorporales. ff. de acq. rer. dom. quia nec possideri possunt. l. 3. ff. de acq. possessio.

In corpora lia.

Corporaliter dare.

Corporaliter dare, est ipsam rem præstare, ac tradere, l. 2. §. per seruum corporaliter pignori datum. ff. de acq. posse. & tenere corporaliter l. 1. C. eod. m. de vscap. Corporalis possessio, est rei corporalis detentio, & ad differentiam incorporalis. & eius que animo acquiritur, de qua in l. 3. & l. quemadmodum. ff. de acq. possess. & in l. debitor. §. soluta pecunia creditor possessionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat, restitueri debet. ff. de pign. actio. que etiam naturalis vocatur in l. 1. per docto. ff. de acq. possess. licet Bart. alio modo corporalem ibi intelligat: scripsi in 3. tomo commenta. ad consit. Reg. Gallicæ, tit. de marer. possess. in præfa.

Corporalis possessio.

Corporatus.

Corporatus dicitur, qui in corpore aliquo scriptus est, glo. in l. vna. C. de priuil. corpora. lib. 11. vel corporati, id est decationes illius terræ, gl. in l. vna. C. de Alexan. primat. lib. 11. Ego verò dicerem corporatos dici, qui eiusdem sunt corporis, seu collegij. hoc probat etiam rub. de suar. & successoribus vini, & ceteris corporatis. ibidem. lib. 11. vnde qui est de corpore lanionum vel suariorum, dicitur corporatus.

Corpore vitiatu.

Corpore vitiatu dicuntur, qui membris mutilati, vel capiti sunt, vt claudus, cæcus, surdus, & ceteri id genus. & de his habetur in rubr. de corpor. vitia. & an possint promoueri, dixi superioribus vitiatibus huius legis, & in praxi benefic. in dispensat. cum corpore vitiatu.

Alterum de duobus, aliud de pluribus.

Alterum. Ex hoc text. colligit, qd Alteru de duobus dicitur, Aliud verò de tribus, aut pluribus. Ideo hic vsus est voce alia, quando locutus est de parte corporis, cū plures sint corporis partes, & mēbra, vt apud medicos & Galenum de vsu partium constat. imitatur Iurisc. in Letiam. r. infra eod.

Alterum secundum.

Alterum interdum significat secūdo, vt in l. minus. supra eod. & l. habere. infra eod. & in l. in lege Censoria. ac l. seq. infra eod. Aliquando feruat significationē pro eo, quod Gallice dicimus, l'autre, & sæpius vnum ex duobus significat. quod demōstrat hæc verba ille aut ille. ibi, quorum posito altero necesse est tolli alterum. Aliquando ponitur pro dictione alius, vt in l. qui venenum. ibi, vnde adiectione alterius nominis distinctio fit. infra eo. videte quæ scripti in §. si quis verò. in gl. ad alium. de colla. in concordia. & in Letiam mulier. infra eo.

Videtur, qd denotet.

Videtur. Notanda est Iurisc. phrasia in hoc verbo, vt sæpius in affirmatione dicat, videndum est, & an integram actionem ex compro dominus habeat, licet alio modo non respondeat: sed tunc videtur sententiam suam affirmatiue exprimere, si affirmatiue loquatur: si negatiue, negare videtur: quod probatur in l. cum fundus. §. 1. ff. si cert. petat. & in l. videamus. de adil. edict. ac in l. triplici. ibi, videamus autem. infra eod. ac l. habere licere. de cuius. l. nos videamus. loca. & rhetores hanc figuram aposiopesim, id est reticentiam vocant.

Quando Iurisc. videtur de dicitur per hoc verbum videamus.

Aliquando etiam prolatum hoc verbo sententiam suam exprimit, & tunc maxime, si dicitio quemadmodum, vel quomodo, vel vtrum, vel alia interrogatio sit, l. 1. §. si pecunie. 2. ff. de positi. l. 1. §. primo. pro dote.

Idem si interrogatio sit duplex, vel multiplex: videndum est an caueri debeat, an verò non, l. 4. §. illud videamus. & §. illud videndum. ff. de fideicom. liberta. l. videamus. quod met. causa. l. videamus. loca. Vel quando referuntur duæ opinionones, l. si quis locuples. ff. de ma. testa. Et alius quones Iurisc.

consulto visum est, per l. decem. ff. de fideic. liberta. & in l. si hereditas. in fin. de statu liber. l. in persona. de pactis. l. postquam. de petit. hered. l. Iulianus. de rei vendic. Aliquando Iurifconsultus decidit his verbis, visum est agere posse, l. Quintus. in fin. ff. ad legem Aquil. Visus teneri, in l. ita vulneratus. in principio. ff. legem Aquil. l. si quis ingenuam. de captiuis. Acqui pratori visum est, l. r. ff. de infito. actio. l. r. quoru leg. Videamus, id est perspiciamus, disquiramus, tractemus, l. pronuntiatio. §. r. infra eod. l. r. ff. de interdictis, ibi, videamus de quibus rebus interdicta competant, l. videamus. de in litem iurand. l. videamus. de fur. l. Gallus. §. nunc de lege Velleia videamus. de liber. & posthu. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. & hoc facit Iurisc. interdem, vt reddat lectorem beneuolum & attentum, sicut facit orator auditorem.

Videtur, pro conspicitur, vt hic, & lege, si quis in seruitute. ff. de furis. ibi, etia si vidisti. & ibi, si cum vidiffes: & hic visus pro omni interdū certitudine accipitur, l. testium. C. de testib. abunde scripti in tracta. de reproba. & excusa. testium. in verbo sensus corporis.

Videtur etiam capitur pro eo, quod Gallice dicimus *semble*. sic scribunt consilia Parisiens. ex tempore facta, quae si in aucta deliberatione fierent, dicerent sic, de iure est dicendum. & verbum videtur *vale poco*, sed dubito *niente*, vt Itali dicunt.

Interdum notat fidionem, l. r. de eo quod certo loco. l. fin. ibidem. l. scriptus. §. r. de religio. l. si remunerandi. §. pen. manda. dixi in tracta. meo de fictio. post docto. in l. si is qui. ff. de vsucapio. Et notat arbitrium boni viri. Barr. in extrauagant. ad reprimendum. in verbo videbitur. & las. in §. in bona fidei. nu. 16. de actio. in Instit. l. si sic. de legat. r. Tamen interdum ad vberiore elucidationem dicitur, quodammodo videor experiri, & causa dubitationis tollendae, l. seruus. circa fin. ff. de in rem verso.

Videtur, id est videri poterit, exponit Iurifconsultus in l. Labeo. ff. de statulib.

Videtur veritate interdum significat, quandoque & decisionē, vt in §. rem amississe videtur. l. Labeo. r. supra eo. & l. 5. ibi, magis est vt iniuria fecisse videtur. ad legem Aquilianam. & naturaliter possidere videtur is, qui vsu fructum habet. de acquir. eod. & l. fin. de eo quod certo loco. in fin. l. si pro patre. §. in rem. de in rem verso. Alia nunc addere de hoc verbo nobis scriptu digna minime visa sunt: ob id nec latius extendere libuit.

PAVL. LIB. QVINQVAGESIMO-tertio ad Edictum. Lex xxxix.

Subsignatum dicitur, quod ab aliquo subscriptum est. nam veteres subsignationis verbo pro subscriptione vti solebant.

Hæc lex quatuor partes habet, prout quatuor dicta continet. Secunda ibi, bona. Tertia ibi, attestari. Quarta ibi, incertus. Prima pars dictum ponit cum ratione.

Præsupposito intelletu gloss. quod subsignare tribus modis accipitur, primò pro subscriptione, vt hic. gl. allegari. l. non subscripsisti. id est signasti, exponit. C. de admin. tuto. & ibi subscribere, & signare pro vno accipiunt: sed hic est subsignare, & subscribere. Secundò pro sigillare, l. ad testium. §. si quis. ff. de testa. sed ibi loquitur de verbo signauerit, non de verbo subsignauerit: sed de composito idē forte potest dici, quod de simplici, per d. l. si nō subscripsisti. Tertio pro obligari, l. semper. §. conductores. ff. de iure immun. l. si. §. defensionē. C. de

Videtur interdum fidionem de notat, & notat arbitrium boni viri.

Videtur interdum veritatem significat, & decisionem

Subsignare tribus modis. Pro subscribere. Pro sigillare. Pro obligari.

administ. tuto. glo. hic, quam docto. sequuntur.

Itaque ex text. iuncta glo. colligitur, quod subscribere & subscribere idem significat. Ex quo inferitur, quod tantum operatur subscriptio, quantum scriptura, & tantū est subscribere chirographo, siue subsignare, quantum scribere totum chirographum sine subscriptione. Et sicut obligatur quis scribēdo, vt rub. de litera. oblig. in Instit. & in l. fideiussor. 2. §. pater. ff. de pign. ibi, cum neque consensum suum accōm odauerit patri, aut signo suo, aut alia scriptura, & c. ita & subscribendo, l. sicut. §. nō videtur. ibi, sed si subscripserit forte in tabulis emptionis, consensisse videtur. ff. quib. mod. pignus vel hypothec. soluit. l. si ego. §. dotis. ibi, vt is subscribat, quasi res acceperit. ff. de iure dotium. c. si quis presbyterum. cum gl. de reb. eccl. non alie. ideo si ex statuto, vel consuetudine scriptura priuata manu alicuius habeat executionem paratam, habebit etiam locum in scriptura à tertio facta, dummodo fuerit à parte subscripta. Alex. & alij in l. si ita stipulatus. §. Chrysofonus. ff. de verb. obli. f. cit. l. diuus. §. subscribere. & §. plane. ff. de falf. Alex. consi. 147. ponderatis. col. 2. in 2. vol. & sic habet locū etiam subscribente. authent. contra qui propriam. C. de non numerata pecu. quæ loquitur in negante scripturam à se subscriptam, secūdum Bal. in d. auth. licet Salic. tenent ibi cōtra. Sed Bal. opinionem veriorē dicit Angel. in §. idem iuris. col. 17. Instit. de exceptio. Qui subscribo, quia tātum operatur subscriptio, quantum scriptura, vt dictum superius & probatum fuit.

Item sicut ex ordinatione Regia art. 92. de publica. anno 1539. quæ est in rub. de chirog. recognitio. art. 1. tenetur. quis recognoscere scripturam à se scriptam coram illo iudice, coram quo inuentus fuit: ita tenetur subscriptionem suam, qua recognita idem est, ac si eorum recognouisset, vt scripti in tracta. de chirographo. recognitio. art. 1. in 1. tom. commenta. ad const. Reg. Gallic.

Limitatur quando subscribetur se vt testis, vel vt notarius, quia tunc vt robor instrumentum deur fit subscriptio, & non vt executionem habeat contra subscribentem. l. Caius. ff. de pign. actio. l. Titia. §. Lucia. ff. de legat. 2. Bart. in l. sicut. §. nō videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. & in l. quæ dotis. solu. matr. text. in c. ex literis. de transac. faceret tamen fidem scriptura contra notarium, vel testē, si aliquis esset contra eos, quod ipsi approbassent.

Secundò quando subscribit se scripturæ, antequam eam vidisset, vel legisset, tunc eam approbare non videtur. text. & ibi Bald. in l. fin. C. plus valere quod agit. Nam actus agentium non operantur vltra eorum intentionem, l. non omnis. ff. si cert. petat. Vnde si in consilio, quod antequam legatur, solet subscribi, quidā apposuerit clausulam obligatoriam, non adstringentur subscribentes, vt Soci. scribit in tracta. fallētia. in regula 385. subscribēs. Sit tamen quis cautus, vt nunquam subscribat, nisi prius legerit, ne incidat in processum, quia oportet probare, quod non legerit. esset tamen præsumptio pro eo, qui subscripsit, si illa clausula obligatoria esset in medio, & principio, & in fine erat materia consilij.

Tertio derogatur, quādo scriptura requireretur pro forma. Aret. in d. §. Chrysofonus per illū text. las. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. Alber. Brun. in tracta. de forma & solen. actus. rub. ex quibus consistit forma & solen. ver. itē quæro an subscribens. Sed cū est subscriptio, nō potest negari, quin sit scriptura debitoris. Alias limitationes tradit Socin. in tract. fallētia. reg. 385. subscribēs. & Fel. in c. quoniā. col. 19. de probatio. & ego ipse in d. tract. de chirog. recognitio. in const. Reg. in 1. tom. abū de tractauit.

Ex quibus causis apponatur subscriptio: Respō-

Subscriptio an obliget, sicut scriptura.

Tenetur as recognoscere subscriptionem sicut chirographum.

Subscribit se vt testis, vel notarius an tenetur.

Subscribit antequam legat, an approbare videtur.

Propter quas causas subscriptio fiat.

de, interdum apponitur ratione obligationis, vt vt quando subscribitur literis obligatoris, vel chirographo, vt hic, vt dixi in tracta. meo de chirog. recognitio. in præfatio. in 1. tomo commenta.

Secundò subscribitur aliquando ratione testimonij, vt l. Caius. ff. de pigno. actio. & superius dictum exiit. probat. l. scripturas. Cod. qui potio. in pigno. habeant.

Tertio in signum autoritatis, cū redemptor. in fin. r. q. 2. Nempe notarius subsignat instrumento, vt robor instrumento & autoritatem illi det. l. hac consultissima. C. de testam. ibi, finem autem testamenti subsignationis, & signacula testium esse decernimus. Et tutor vel curator instrumento facto per minorem. l. si subscripsisti. C. de adm. tuto.

Quartò in signum consensus, vt in alienatione rei ecclesiasticae, c. non liceat Papæ. & cap. cum redemptor. & cap. sine exceptione. r. q. 2. vbi dixi in compendio alienatio. retur ecclesiæ hanc hodie non requiri subscriptionem.

Quintò concessiois ratione, vel confirmationis, vt in iudice, vel Papa subscribēte se applicacionibus sibi factis, videlicet, Concessum vt petitur, vel fiat vt petitur, vt in praxi benefic. plene scripti in forma signaturæ. facit l. diuus. circa fin. ibi, vt puta charitaticum quibusdam officialibus inde subscribere. ff. de bon. damnato.

Sextò ratione consilij: vt si doctor, vel aduocatus subscribat se consilio à se edito: & ideo debet exprimi ad quid apponatur, teste Specul. in titul. de probat. in 2. parte. §. nunc dicendum. ver. apponitur in verbo subscriptione. gl. in rub. de authorita. generalis concilij, in pragma. sufficit quod ex contentis appareat, cur se subscripserit.

Septimò apponitur subscriptio in criminibus, ne facile quis prosiliat ad accusationem, cum sciat, inultam sibi accusationem non futuram. l. si cui. in princ. ff. de accusa. hodie subscribitur in accusatione falsi, & parum in aliis, nisi iudex hoc præcipiat ex causa: & ita seruat forensis vsus.

Vltimò subscribitur etiam, vt sciatur cuius sit illa scriptura, & hoc solet fieri in epistolis. l. Nefennius. de negot. gest. ff. & l. Publia. de pos. & solent aduocati curiarum supremarum articulis, & aliis scriptis subscribere, vt si quæ ab eis perperâ scripta sint, puniri possint, & vt scripta recipiantur. fufius in titu. de aduoca. in const. Reg.

Subscriptio etiam actus dicitur subscribendi, in l. si cui. in princ. ff. de accusat. Et aliquando pro ipsa scriptura, l. si ibi, procurator Seij misit subscriptionem ad argentarium. iuncto ver. ibi, non propterea quod ea scriptura. ff. de actio. & oblig. vbi subscriptionem postea vocat scripturam. Sic scribere aliquando pro rescribere, in l. r. in princ. ff. quando appel. sit. Et quia solebant Principes his, quæ concedebant, subscribere, ob id iura interdum vocant subscriptionem illam cōcessionem, & scripturam, qua aliquid concessum est, l. si quis obrepserit. in fi. ibi, subscriptione vti non potest. ff. de falf. quamuis glo. ibi exponat pro sententia.

Subsignatio. Notate quod veteres subsignare pro scribere accipiebant: licet hodie rarò vtiatur, sed pro subscribere, vel pro eius simplici signare. Nam signare testamentum est vel subscribendo notare, vel aliud signum imprimere, l. r. ibi, qui testamentum amouerit, signauerit, recitauerit. ff. de falf. l. lege. r. ibi, scies dolo malo falsum signauerit, signarive curauerit. ibidem: & signatum testamentum, in l. Lucius. ff. de petit. hered.

Signarent pro sigillarent, exponit glo. in l. Paulus. ibi, cætera falsa signarent. ff. de falf. sed potest etiam ibi accipi pro subscribere.

Signare pecuniam forma publica, est pecunia

signum imprimere, *marquer*, l. sacrilegij. l. §. qui cum in moneta operaretur, extrinsecus sibi signant pecuniam forma publica, vel signaram furantur. ff. ad legem Iuliam pecula. Et is qui suo signo, vel nomine signat pecuniam sine Principis autoritate, dicitur falsam fabricare monetā, in extrauag. prodiens. de crimi. falsi, in extra. Ioan. 22. & nota. in c. quanto. de iureiur. Alibi de his scripti abundantiis.

Signare est signum rei imprimere, l. si iniuria faciendæ gratia, Scia domum absentes debitoris signasset sine autoritate eius, qui concedendi ius, potestatem ve habuit, iniuriarum actionem intendi posse responsum est. ff. de iniuriis. Inde prohiberetur est in rub. vt nemi. liceat sine iudi. author. signarebus imponere alienis. Et si fuerint apposita, licite detrahantur, vt l. r. ibidem. In forensi tamen iudicio seruat, vt si quis Regia stemmata, florem fortelilij, in re sua imposita inueniat, non liceat ei detrahere sine iudicis autoritate, propter honorem, & autoritatē Regis: alioqui graui afficeretur poena. facit l. 2. C. de nauib. nō excus. lib. r.

Signatum dolium, indicio vel signo notarum, *signé & marqué* vulgo, l. r. §. si dolium signatum sit ab emptore, Trebatius ait traditum id videri: Labeo contra, quod & verum est. Magis enim, ne summuetur, signari solere, quam vt traditum videatur. ff. de pericu. & commodo rei vendite. Secus in aliis rebus, vt tradite videantur. si emptor eas signasset, l. quod si neque. ibidem. quam notat Roma. singu. 28. r. t. scis. & las. in l. traditionibus. col. 2. de pactis. C. De sacculo signato. in l. r. §. si pecuniam. ff. de positi, & l. si sacculum. ibidem.

Signum pro imagine, nostri Iesu Christi humi, vel in silice, vel in marmore, aut in sculpe, aut pingere.

Item signum, quoddam indicium vel ostensio, l. sacrilegij. r. ibi, is autem qui signum furanti præberit, perinde habetur, ac si manifesti furti condemnatus esset. ff. ad legem Iul. pecula. & de signis Regum loquitur Lucas in l. vna. col. 2. Cod. de reis postul. l. 10. Inde Gale. in libro prædicto. de signis, quæ in vultu existunt, sic ait: cōsiderati conuenit in hunc modum, per morbos acutos principio vultū agroti, sitne similis bene valentibus, potissimum sui: ita enim optimus erit: si vero quam maxime contrarius simili sit exitiofissimus est.

Signum dare, est signis ostendere, l. r. circa si. ibi, quivc hostibus populi Romæ nūtiū, literas ve, signum ve dederit. ff. ad leg. Iul. maie. Per signū cognoscitur signatū, l. stemmata. C. de fabricen. lib. r.

Signata pecunia pro consignata, in l. si solutus pecuniam tibi iussu tuo signatā, eam apud nummu larii, quoad probaretur, deposuerim. ff. de solutio.

Signaculū pro signo capitur, in l. r. §. si pecunia. 2. depositi. ff. ibi, coram quibus signacula remota iunt: & aliquando diminutiuum est.

Signare differentiam, id est assignare. Signator qui signat aliquid, l. mulier. ibi, signis signatorum. ff. de lege commissio. Signator qui signū testamenti imponit, l. si quis ex signatoribus. & l. si quis ab initio. ff. quemad. testam. aperiant. l. 3. §. exhibere. ff. de tabul. exhibend. Vel, vt author est Peditanus, Signator dicitur qui testamento, aut aliis in instrumentis & contractibus nomen suum subscribebat, vt hodie notarius.

Signatorius quod signat, vel quo ad signandum vtiatur, l. signatorius anulus. infra eod.

Signatura est scriptura à Papa, vel ab eo cui hoc datū est negotium, signata, in papyro scripta. Et an probet, plene scripti in praxi benef. in forma signa. in fine.

Sigillum pro deorū atque hominū simulachris capitur, & pro paruis statuis, in l. cætera. §. penult.

Signare pecuniam forma publica

Signare signum rei imprimere

Praxis, vt signum Regis demere non liceat.

Signatum dolium. Res signata ab emptore videtur tradita.

Signū pro imagine. Signū pro indicio.

Signum dare.

Signata pecunia.

Signaculū.

Signator.

Signatorius. Signatura.

Sigillum.

ff. m. ad. & tunc ex bono & æquo iudex procedit, quando ex prudentia sua se rationi causæ accomodat, flectendo legem ad causam, non causam ad legem, teste Spiegel. in suo Dictione. vbi Ludouicum Viuum in additionibus ad August. de ciuitate Dei citat. & facit l. eorum. ff. de dam. in fact. & l. at si quis. §. hæc actio. ff. de relig. & sumpt. funer. Budæ. in annotatio. priorib. in Pandectas in principio aliter declarat, vbi bonum & æquum coniungit: & Zasius in l. i. ff. de iustit. & iure. facit l. in noxalibus. de noxal. actio.

Bonum pro expedit. Vnde dicitur bonum est, id est expedit, vtile est, congruit, l. hac l. C. de pact. conuent. ibi, quamuis enim bonum erat, &c.

Bonus vir pro iudice. Duodecimò bonus vir frequentius pro iudice in iure sumitur, in l. cōtinuus. §. cum ita. ibi, & magis est, vt totam rem ad iudicem, id est virum bonum remittamus. ff. de verb. oblig. l. seruum. §. ait prætor. ibi, viri boni arbitrati. & l. non cogendum. & l. penult. & l. si. ff. de procurat. & in l. sed si vnus. §. prætor ait arbitrati iudicis vtique quasi viri boni. ff. de iniur.

Bonus iudex & stultus. Interdum tamen vocatur bonus iudex, l. in fundo. ibi, bonus iudex varie ex personis, causisq; consistit. ff. de rei vindic. Et bonus prætor, in l. diuus. in fin. ff. de in integrum restit. l. 3. §. heres. ff. cōmod. quod omnis iudex bonus & vtilis esse omnibus & singulis dicitur, l. pupillus. §. munus publicū. infra eod. quamuis multi suos subditos expilent, & contra iura iudicent, quos stultos & iniquos vocat Vlp. in l. 3. §. duæ. ff. de Carb. edict. ibi, aut stulti, aut iniqui prætoris erit, rem in tēpus pubertatis differre.

Arbitrati boni viri. Interdum bonus vir, id est bonus paterfamilias exponitur, in l. item si fundi. in princ. ff. de vfruct. ibi, usufructuarius debet suo usufructu vti arbitrati boni viri, id est quasi bonus paterfamil. l. fundi. in fin. ff. de vsu & habitato. Et satisfacere debet se vsurum arbitrati boni viri, id est quasi bonus paterfamil. l. in usufructu legato. ff. de usufruct. elucidatur in l. 1. & si. ff. usufructu. quemad. caueat. iuncta l. quod sepe. §. si res. ff. de contrahen. emprio. Et quandoque bonus vir pro honesto, bonæque conscientie accipitur, in l. si venditor. in fin. ff. de ser. exportan. l. si pater. §. quedam de fideicom. libertat. l. semper in contractibus. ff. de regul. iur. vbi glo. dicit non licere bono viro aliquem decipere. Et quandoque ex consuetudine loci bonus vir vocatur cornutus, & ibi vocas teneri actione iniuriarū, dicit Card. in c. ex literis. 3. not. de consue. quod fit bonus fatuus, racens & dissimulans vxoris suæ peccatum, & omnia quæ vider ab ea facta boni consulit. Neuisa. in sylua nuptial. per glo. in cap. absit. u. q. 3. *Dolus & ad calcicem est vigilanti sterere naso, vt Luuenal. ait.*

Boni mores. Boni mores, in l. 3. ff. quod met. cau. declarat Bal. in l. pactū quod dotali. C. de pact. & alij docto. post eum, & in c. quamuis. illo titu. in 6. & in regula, non est obligatorium. de regul. iur. ibi. dem. hoc plene docui in interpretatio. l. si quis pro eo. ff. de fideiuf. dicam in l. pronuntiatum. §. fin. infra eod.

Bonis cedere. Bonis cedere, est bona sua ob æs alienum creditoribus dimittere, vt per totum titulo. ff. de celsio. bono.

Bonis conditionibus, l. actioni, ff. de ædilitio edicto. §. fin. de his qui sunt sui vel alien. iuris. Alia hic non addam: ista si lubet boni consulitis, cum reliquis, quæ scribam in l. bonorum. infra eod.

Deductio. Deducere interdum dicitur, de loco ad locum ducere, vt qui furem deducit ad præfectum vigilum, l. interdum. 2. §. qui furem. ff. de fartis. l. si si quadrup. pauper. fecit. dicat. ibi, agaso cum in tabernam equum deduceret. Et in publicum deducti intelliguntur, qui magistratibus municipalibus traditi sunt, vel publicis ministerijs, l. 2. de ser. fugiti. Et

interdum est vi, vel per fraudem ducere, seu labi, vt in l. Cesar. ff. de public. ibi, relatus tempestate in insulam deductus esset. l. ne piscatores nocte lumine offenso fallant nauigantes, quasi in portu aliquem delaturi, coque modo naues in periculum, & quæ in eis sunt deducant. ff. de incendio. Interdum deducere in colonias, in l. 1. §. est & Palmyrena. ff. de censib. elucidatur in l. pupillus. §. decuriones. infra eod. Et de materia in materia ducere, quasi nouādi animo, vt perit priuilegium dotis, & tutela, si post diuortium dos in stipulationem deducatur, id est si dos per stipulationem promittatur animo nouandi. l. aliam. & l. à te. ibi, in posteriorem deducitur stipulationem. ff. de nouatio. l. sin autem. §. sed & si is. de rei vindicatio.

Interdum pro traducere, l. 2. in fin. ibi, idem putodendum, si minor 12. annis in dōmum, quali vxor deducta sit, licet nondum vxor sit. ff. de priuili. creditor.

Deducere ad exitum, ad finem vsque perducere, & ideo non potest boni viri arbitrati defendere litem is, qui actorem frustra dō efficiat, ne ad exitum controuersia deducatur. l. fin. ff. de procurat. Deducere in iudicium, l. in causa. 1. §. i. ff. de procurat. ibi, ceterum si mandatum non est, cum neque in iudicium quicquā deduxerit, id est adduxerit, egerit, proposuerit, *aura mis en proces*, vt inferius dicitur. & facit l. fin. in princ. ff. de eo per quem factum erit. l. 1. ibi, rem in iudicium deductam controuersam. de in litem iurando. & in stipulationibus aliàs species, aliàs genera deducuntur, l. in stipulationibus. ff. de verbor. obligat. id est in stipulationibus aliquando genera interueniunt, id est promittitur genus, interdum species.

Ad exiguam summam deducitur, l. final. de prætor. stipul. ff. pro adducitur, reducitur. In periculum deduci, idem. l. milites. ff. de eo qui amiserint custodias, ipsi in periculum deducuntur. ff. de custo. reor. id est adducuntur, quod vulgo dicimus, *sunt mis en danger & peril*. Deducere vitium mentis, adducere, adiungere, l. fugitiuus. infra eo. In fidiis deductus, l. cuiusque. ff. ad legem Iuliam maiestat. ibi, cuiusve dolo malo exercitus populi Roma. in fidiis deductus, hostibusve proditus erit. Ad præsidia hostium deduci, l. postliminij ius. §. ibi, antequam ad præsidia deducatur hostium, manet ciuis. ff. de capri.

Deducere rem in obligationem, l. 1. §. sed aut proprio. ff. de actio. & obligat. ibi, dū curamus, vt quod in obligationem deduxerimus, id est obligauerimus, tutius nobis debeat. l. via, itineris, & actus, aqueductus pars in obligationem deduci non potest. ff. de seruit. id est pars seruitutis nō potest obligari. In obligationem deducit, l. cum qui ita. §. qui proprietatem sine usufructu habet, recte usufructum dari stipulatur. id autem in obligationem deducit, quod non habet, sed habere potest. ff. de verborum obligatione, lege, si ita stipulatus fuero decem. ibidem. In stipulatum deducta, id est promissæ per stipulationem, lege, ait prætor. §. præterea. ibi, dum vsura non præstantur, si in stipulatum deducta non fuerint. ff. quæ in fraudem cred. l. si à colono. & l. quotiens. 3. in fin. ff. de verbor. obliga. l. 4. de transact. In petitionem deducta non sunt, l. de rebus. ff. de arbit. id est non sunt petita: vel deducere in petitionem, id est petere. In posteriorem deducit, pro adducit, quod ex prima consecutus sit, lege prima. arbor. furt. ca. ff. lege, facienda. ibidem. In condemnationem deducta, l. fina. si. de re iudica. ibi, vsura pecuniæ in condemnationem deducta, id est condemnationem fuit in vsuris pecuniæ. In intentionem condemnationemve deductum est, l. de exceptio. ff. abunde elucidati in tracta. de except. in 2. quæst.

Deducere pro de materia in materiam ducere.

Deducere pro traducere.

Deducere ad exitum.

Deducere in iudicium.

Ad exiguam summam deducere.

Deducere in obligationem, & alia phras.

Riuos

Deducere riuos. Riuos deducere, pro diuertere, l. de interdico. ibi, placebat igitur aquam ob has duas res, id est ob naturam suam, vtilitatemque locorum, in quæ deducitur, appellari. ff. de aqua quotidiana & æstiuā. Riuos deducere diebus festis nulla religio vetuit. Virgilius in Georgicis.

Deducere, pro trahere. Deducere, pro trahere, l. diuus. §. pannicularia. ibi, quibus indutus est quis, cum ad supplicium deducitur. ff. de bonis damnato. l. si non defendantur serui à dominis, non statim ad supplicium deducuntur. de pœn. quia ad supplicium raro solent volentes duci, nec ad vincula, & carceres, l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci, ideo necesse est, vt trahantur.

Deducitur id est, incidit. Deducitur, pro incidit. l. 3. ibi porro qui in eum statim deducitur, sicut omnia pristina iura, ita & bona amittit. ff. ad legem Iuliam pecula.

Deducere rem in litem. Deducere rem in litem, seu in iudiciū, pro agere, & mouere controuersiam super re, l. si quis rem, de qua com promissum sit, in iudicium deducat. ff. de arbitr. & l. si rem. §. 1. ibi, & vnus in iudicio petunt totam rem in litem deducere. ff. de nouatio. l. rei iudicata exceptio tacite continere videtur omnes personas, quæ rem in iudicio deducere solent. de exceptio. rei iudica. ff. l. si mater. §. hoc iure. & l. si cum testamento. ibidem. Inde deductam litem in iudicium, pro cōtestata exponit glo. in l. liberto. §. litem in iudicium deductam. ff. de nego. gest. tamen potest litem esse deducta in iudicium, & non erit cōtestata, l. si eum, §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. quamuis res in iudicium deducta nō videatur, si tantum postulatio simplex celebrata sit, vel actionis species ante iudicium reo cognita. l. i. C. de litis cōtestata. Deducta causa & finita dicitur inchoata & perfecta, in l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. actio.

Deducta litem in iudicium.

Deducere, detrahere, separare.

Deductio.

Supereff multas modis exponitur.

Supereff diminutionem significat.

in authent. coll. 8. & in authent. contra. C. ad Trebel. Vt rogatus restituere, quod superfluerit, vel reliquum erit, vel inuenietur tēpore mortis, quartam tenerunt tantum restituere, & tres partes apud heredem remanere debent. Adeo quod si tempore mortis nihil fuerit diminutum de hereditate, nō restituitur nisi quarta pars, & heredes onerati tres habebunt partes, sicut ipse poterat. rex. ita loquitur in dicto titu. de restitutio. fideicom. & gloss. in dicta authentica, contra. argu. l. quanquam. C. ad legem Falcid. licet quidam intelligant totū quod superest tempore mortis restituendum: quod nō est verum, nempe daretur occasio delinquendi illi, qui deberet restituere quod superest: quia consumere vellet vsque ad quartam partem: ob id Imperator statuit ibi, vt tres vnciæ apud heredem remaneant, non remanent si postea ad fideicommissarium perueniret, quarta autem fideicommissario non minuat. subinde ait text. in dicta auth. de restit. sed hoc omnino relinquere fideicommissum: aliis omnibus in eius positus potestate, & licentiam habere cum his, sicut voluerit, vt quæ admodum perfectis dominis competit. Ecce verba text. quæ volunt vt heres qui teneret restituere, quod superfluerit, possit de tribus partibus disponere, sicut perfectus dominus. ergo non tenetur totum dimittere fideicommissum, sed sicut voluerit relinquere poterit. Imo dicerem quod si moreretur heres intestatus, consanguinei & proximiores illi succedere possunt, in eo quod est ultra quartam, quia postquam quarta pars fideicommissarij est taxata, & limitata, nihil ei accedere potest, per l. in agris. ff. de acq. rer. domi. ne præbeatur delinquendi occasio, & postquam est perfectus dominus, vt dicit ibi text. in titu. de restit. plus addens sufficienter existeret quartam fideicommissi, his verbis, oneratus fideicommissi restitutione non potest aliquid penitus ex illa minuere sufficientes existens: sed heredi quidem superfluit tres partes, illi autem quartæ solius relinquatur ratio. Igitur si tres debent superesse partes heredi, etiam si nō fuerint diminutæ tempore mortis, heres istius grauati quartam restituere, & tres partes retinebit, quod probat ille text. ibi, quartæ solius relinquatur ratio: ergo non potest nisi quartam habere fideicommissi hodie. Nec obest quod verba referantur ad tempus mortis, quod illo tempore superfluerit. Respondeo propter hoc legem esse factam, quæ taxauit, quod superfluerit ad quartam: nec est diuersa ratio in alio herede, qui teneretur restituere, vt dodrantem restituere debeat, & quartam retinere: & istam quartam transmittit heres intestatus moriens, sic istas tres partes hic heres.

Nec refragatur text. ibi, prohibens donationibus vti. Respondeo causa interuertiendi fideicommissi, vt quarta minuat. & ita loquitur ibidem text. in d. §. 1. in auth. de restit. sed de tribus partibus hereditatis poterit & in vita, & in morte heres disponere, & si nō disposuerit tres illas partes ad proximiores venient, quia alienatio facta per legem cōtestatur: & ita teno cum glo. in dicta auth. cōtra. quamuis Bald. & Salic. & alij in dicta authen. contra. aliter sentiant, dicentes text. in l. Titius. ad Trebell. ff. dicere torum restituendum. Sed quamuis illa lex diceret, tamē per ius nouissimum hoc est elucidatum, & decisum, cui iuri stari debet, non antiquo. & ista taxatio Imperatoris facta censetur tam fauore heredis, quam fideicommissarij, vt patet.

Ex istis subtilis scholasticus sustinere sequentes conclusiones poterit. Rogatus restituere, dodrantem retinere potest: & ista conclusio probatur in auth. de restitutio. colla. 8. & in dicta auth. contra vt supra dixi. Nec obest l. 1. & totus titulus, ff. ad Trebel. vbi

Restituere rogatus id quod superfluerit, quid restituere debeat.

Ab intestato succeditur ei qui rogatus est restituere quod superfluit.

Conclusiones pulchre & subtiles.

vbi quartam tantum teneretur restituere. Respondeo verum quando simpliciter rogatus esset restituere, vt si moriatur sine liberis restituat bona Titio: diuersum est si grauatus fuerit restituere, quod tempore mortis reliquum fuerit, vel quod superfluit repute mortis, tunc dodrantem retinebit, & quartam restituet. Ideo altera potest sustineri conclusio, Imo quartam tantum, & hoc regulariter, sed interdum nihil retinet, vt pote quando totum restituitur rogatus est absque detractioe, l. decem. iuncta glo. ff. de fideicom. libertat. Et poterit etiam alia sustineri conclusio, Sed & totum restituendum esse defendimus, quando hoc testator dixit. Videte tamen docto. in l. nemo. ff. de legat. 1.

Imo dimidiam hereditatis partem retinere rogatus potest. Hæc conclusio procedit in filio, qui rogatus sub conditione, si sine liberis decedat, poterit detrahere duas quartas, primo legitimam, & postea Trebellianicam, ca. Raynutius, & c. de testa. & cap. si pater. illo tit. in 6. Hec breuiter ad acuenda ingenia scripsisse sufficiat, silius pertractemus, si materia propria & commoda esset.

Superesse pro superfluum esse. Superesse rebus suis.

Superesse, superfluum esse, & interdum totum significat, vt in l. potest reliquorum. infra eod. vbi scripti, & lafon consil. 129. consilui. in 4. vol.

Superesse rebus suis non possunt, id est presentis esse, quasi super suis rebus esse, & tractare res suas posse, l. i. in fine. ibi, vsus autem procuratoris perquam necessarius est, vt qui rebus suis ipsi superesse, vel nolunt, vel non possunt, saltem per alios possint. ff. de procurat. l. in eadem causa. ex quibus causis maior.

Superest, id est superest.

Superest accipitur pro eo quod est superstes est, viuens, in columis, vt adhuc superest amicus noster, id est viuus, & superstes est, quasi saluus, qui non obiit, l. qui superstitis bona repudiat, nihil agit. ff. de acquir. hered. l. quod dicimus. infra eod.

§. Attestari est absenti denuntiare.

Attestari. Attestatio.

Attestari dicitur is, qui absenti aliquid denuntiat, siue hoc fiat per nuntium, siue per procuratorem, vel per epistolam. Et aliquando vocatur attestatio: vnde si filiusfa. quasi patris mandato recepta mutua pecunia patri scribat, vt eam soluat, attestari dicitur: & ideo si pater hoc non approbet, statim proreari debet, alioquin pater tenebitur soluere filij debitum, si literas recipiat, & nihil dicat, l. si filiusfa. patre absente. ff. ad Senatufc. Macedo. vbi addidi illum text. ad hoc notasse Matthæum singula. 22. & Corset. in verbo taciturnitas. & de denuntiatione dicam in l. seq. De testatio.

Item denuntiantes litrem presentes quosdam habebant antestatos, coram quibus iudicij denuntiatio fiebat. l. duodecim tabularum: ei autem coram quo contestabantur aures vellebant, vt memores esset: inde Plautus in Gurgulio ait, *Ita in ius me moramini antestare me, atque duce.* de quo meminit Budæ. in commenta. linguæ Græcæ. Et forte hodie testes ad citationes, vel alia acta sic vocari possunt, quos *recors* Gallicè vocamus, de quibus in tract. de citat. diximus in tertio tomo comment. in consil. Reg. Gallicæ.

Attestatio res que dicantur, & quando p. bent.

Notandum est, quod attestaciones dicuntur quædam probationes factæ in absentia partis, vt si equus mihi comodat, vel locatus, fato quodam in itinere moriatur, faciam attestacionem, quod culpa nrean non sit mortuus. Et regulariter attestaciones istæ, cum in partis absentia factæ sint, & ea non citata, non probant, l. Lucius. ibi præfectus fide non habita restationi. ff. de his qui notan. infam. cap. 2. vbi nota. de testibus. Quod verum est plene: sed cum aliis adimniculis sic: argu. l. instrumenta. C. de probatib. l. in autem. de rei vindic. ibi attestat.

tionem probauero. Vnde Notarij in his attestacionibus dicere solent, *Ledit vel à requis aux Notaires soubscrits auoir lettres, lesquelz luy ont otrouy ces presentes, pour luy seruir & valloir, ce que de raison.* Quæ verba vltima in aliis instrumentis scribi non solent: tamen falsi tenentur facientes falsas attestaciones, l. lege. i. ff. de fals. ibi, ite qui falsas attestaciones faciendas falsave testimonia dolo coercent: & aliquando vocantur testationes, interdum attestaciones, & per has denuntiatior absentis, quod eo absente factum fuit.

Limitatur, quando aliquis patitur naufragium, vel alium casum in aliquo loco, tunc practica est, quod is faciat examinare à iudice testes de illo casu, & illæ attestaciones postea faciunt plenam fidem coram iudice competente: per text. & ibi Bart. in l. 2. C. de naufrag. lib. 11. Et in illo casu non erit necesse partem absentem citare, sed sufficit ex naturali iustitia probare, l. scire. §. sufficit. ff. de excusatio. tutor. Corset. in singul. incipiente, testis in loco. Et attestaciones etiam vocantur Pontifices depositiones testium, & dicta, quæ parte presente, vel vocata factæ probant, cap. constitutus. & cap. extenore. & cap. veniens. 2. de testibus. c. attestaciones. de desponsa. impub. quas testimonia vocat Lurifc. in l. 3. §. idem diuus Adria. ff. de testib. & alibi sæpius.

Quæro quomodo debeat fieri ista attestatio absentis: respondeo regulariter quando absenti denuntiatum est, tunc illa nuntiatio debet fieri vel per procuratorem, vel per nuntium, vel per epistolam: per procuratorem, probatur in l. i. §. nuntiaro. verum item nuntiacionem & nostro & alieno nomine facere possumus. ff. de noui ope. nuntiaro. Vnde cum nominationes debeant nuntiaro collatoribus, debent insinuari per nominatum, aut eius procuratorem. §. teneantur. vbi scripti, de collatio. in concordia. & idem in mandato scripti in forma mandati, in verbo presentatæ. Nec sufficeret denuntiare, vel presentare per alium, vt plene scripti in tracta. nominatio. quest. 14. cap. si capitulo. de concessio. præben. in 6.

Item per nuntium potest fieri nuntiatio, vel per epistolam, l. i. ff. de contrah. empt. Ex quo inferitur quod donatio facta absenti valet, l. absenti. ff. de donation. dummodo illa donatio fuerit notificata per nuntium donantis. gl. approbata. in l. nec ambigi. C. de donatio. vel per literas. & ista est communis opinio, teste Guido. Papa in decisio. Delphi. quest. 222. in donatione. Bart. & docto. in d. l. absenti. hoc etiam approbant. vel per procuratorem, vt supra dictum fuit.

Et sic oportet donatium probare nuntiacionem per nuntium, vel epistolam facta, aliàs quauis acceperit possessionem & saisinam à domino, non sufficit, d. l. nec ambigi. ibi, maxime si ex donatium voluntate possessionem nanciscatur: & vult dicere tex. donationem factam absenti valere, maxime si adipiscatur possessionem de voluntate donantis: quia si per nuntium donantis donatio sit eidem notificata, videtur postea adipisci possessionem de donantis voluntate, secus si non fuerit eidem donatario sic nuntiata. Etiam interest donantis, vt ipse huntiet per literas, vel per nuntium, tum vt fiat an donatarius acceperit donationem, & illius onus, vt postea donator provideat, tum etiam ne in suspensio sit donatio ob defectum non acceptantis. nam forte si per extraneum nuntietur, postest donatarius postea dicere se nunquam onus acceperit: ob id ista de iure sunt introducta, vt procurator eius, nuntius, vel epistola donatario denuntiare debeat: & non est perfecta donatio, antequam ista denuntiatio, & vtriusque consensus interuenierit, sicut consiluit Bart. consil. 72. queritur vtrum procurator.

Falsus attestaciones facientes falsi tenentur.

Praxis.

Attestaciones, id est, depositio, nos testimonia.

Quomodo debeat fieri attestatio absentis.

Donatio an absenti fieri possit.

Donatario debet probare nuntiacionem.

Mandatam antequam notificatum sibi fuerit, procurator exercere non potest.

De constituto procuratore, vt non possit exercere mandatam, antequam ei sit notificatum per nuntium domini, vel epistolam, concludit Hippolyt. in l. si quine. num. 64. cum seq. ff. de quas. plus in quibus: quod si quis constituit procuratorem ad capiendum præceptum iudiciale de pecunia mutuo recepta, is procurator non poterit præceptum capere, antequam à suo constituyente eidem mandatam fuerit, quia interim soluiße potuit, & tunc non sufficit denuntiationem à quolibet fieri, teste Bald. in c. 1. col. 4. de milite vassallo dixi in præfatio. ad tracta. de liter. obligat. in princ. in consil. Reg. in primo tomo. Et regulariter vbi iura voluit actum aliquibus absentibus fieri posse, intelligunt ita demum si denuntiatio illis fiat per nuntium, vel epistolam. l. i. ff. de procurat. d. l. i. de contrahend. empt. l. qui autem. §. ff. de cõstit. pecunia. l. precario. de precar. l. 2. de actio. & obligat. l. ff. de cõfessio. bono. & sic debet vtraque opinio conciliari. Videte. Alex. consil. 138. viso. in 7. vol. & Ludo. Roma. consil. 295. donatio. Corne. consil. 254. in 3. vol. Barbat. cõf. sil. 80. in 3. lib. & lafon consil. 13. in fin. vol. 1. Bertrã. consil. 156. num. 7. & consil. 296. volum. 3. secundum nouam impresio.

Elucidatio ordi. Reg. de insinuandis donatibus.

Acceptari beneficium per procuratorem, literas & nuntium potest.

Duo Notarii an requirantur in acceptatione.

Hodie autem extat lex Regia in rubric. *que toutes donations seront insinues.* artic. 2. vbi in presentia etiam donantis & Notariorū acceptacione fieri debere censet. Purarem tamen sufficere, si donatarius per procuratorem acceperit, dummodo hoc fiat in presentia Notariorū. nam perinde est facere per alium, ac si ipse faceret: per regulam iuris, & l. certe. §. i. ff. de precar. Et dicta ordinatio requirit, quod acceptetur à donatario: sed acceptatur satis ab eis, si per procuratorem ad hoc specialiter constitutum acceperit, vt etiam extat declaratio in dicta rubr. *que les donations pourront estre acceptees par les donataires, ou procureur par eux.* in eisdem ord. Reg.

Et hic non est casus specialis requirere acceptacionem per se: imo etiam beneficium sic posse acceptari firmarem, quamuis in beneficij acceptacione requiratur mandatam speciale. glossa & docto. in clemen. vna. in verbo presentis. de cõfessio. præben. docum. in verbo speciale. in rubric. de elect. derogat. in concordia. vbi 45. casus scripti, in quibus mandatam requiritur speciale. Item hac acceptatio in presentia donantium fieri debet, non dicit in presentia donatium vel donatiorum, sed donantium tantum presentiam requirit: & sic non valebit acceptatio facta extra presentiam donantis, quia presentia requirit sensus corporis: etiam coram dormiente fieri non possit, argum. l. i. §. i. ff. de verb. oblig. clement. dudum. in verbo huiusmodi. de sepultu. nec acceptatio presentis eius caduere fiet, per ea quæ dicam in l. coram. infra eo. Potest tamen fieri acceptatio donationis coram procuratore donantis ad id specialiter constituto, vt patet in d. declaratio.

Præterea lex Regia requirit presentiam Notariorū, & sic duorum. regula, pluralis. de regulis iuris, in sexto. & l. vbi. ff. de testibus. Quod verum intelligerem in his locis, vbi est consuetudo, quod actus fiant à duobus Notariis: vbi non est illa consuetudo, arbitraret vnum Notarium sufficere cum duobus testibus presentibus, quia duo testes æqui pollent Notario. capitul. quoniam. de probationib. Et quia istæ ordinationes fuerunt editæ in loco, vbi erat consuetudo, quod duo Notarij in actibus reciperentur, si fuisset Rex interrogatus de loco, vbi consuevit vnus Notarius recipere actus & instrumenta, an vnus sufficeret, vique respondisset quod sic, vt est verisimile. sic nos debemus respondere, lege, Titius. §. Lucius. ff. de liberis & posthumis. Nec videtur voluisse inducere duo specialia, &

quod acceptetur donatio, & quod duo Notarij vbi non debent interesse, cõuocentur. l. i. C. de dot. promissio. l. singularia. ff. si certum per. etiã in spectata ratione: nempe lex Regia acceptacionem vult interuenire, vt donans sciat voluntatē donatarij, vt si sit in donatione onus, an acceperit: & quod hoc possit probari, vt supra dictum extitit: sed hoc potest scire ex procuratore. Ergo sic fieri potest, & probari ex instrumento coram vno Notario cum duobus testibus conscripto, inspecta solennitate. gl. in l. generali. C. de tabulariis. lib. 10. Igitur acceptatio facta in presentia donantis coram Notario & testibus valet. Item si in parria iuris scripti donatio fiat, valebit coram Notario & testibus. cap. 1. de fide instrum. quod est maius: ergo & eius acceptatio, quæ est minor, valebit coram Notario & testibus: nec maiorem solennitatem voluit conditor ordinationis requiri in acceptacione, quam in donationis confessione.

Ad hæc in hac acceptacione etiam alius Notarius, vel Notarij sufficiunt, extra illos qui interfuerunt donationi, vt patet in dicta declaratione, eadē rubr. *que toutes donations serit insinues.* in ordina. Regiis. vbi abunde scripti in secundo tomo constituti. Regia. in commenta. meis.

Vltimò si fiat donatio posthumo, cum de cõmodo eius tractetur, habetur pro iam nato, l. qui in vtero. ff. de statu homi. & valebit donatio, teste Guido. Papa in quæstione 267. pactum. & eius quæritur sine alia acceptacione, vt cõsultit De eius cõf. sil. 245. in causa. col. 2. Nam silentium his personis imputari non potest, l. si heres. in fine. ff. famil. erciscun. Sic consiluit Bertrand. consil. 240. ex themare. col. 3. num. 7. in 3. volu. secundum nouam editionem. Ego verò putarem dandum curatorē ventri, qui acceptabit nomine ventris, vel infantis, vel mater etiam nomine infantis acceptare poterit. Item tutor seu curator furiosi acceptare tenetur, vt ordinationi satisficiat. Patet in rubr. de curat. bonis dando: quod si factum non esset, possent ipsi literis Regiis releuari, seu restitui ex bono & æquo. Videte Boer. quæstione centesima septuagesima secunda, dominus. in decisione Burdegalens. Alia in tractatu de donatio. insinuand. scripti in secundo tomo commenta. in consil. Reg. Gallicæ, quæ ibi videri poterunt: ne plura. In Pandect. Florent. legitur: *Detestari est absenti denuntiare, vt dicam in l. detestatio. infra eod.*

Donatio fit et posthumo, vel furioso an acceptari debeat, & quomodo.

§. Incertus possessor est, quæ ignoramus.

Incertus possessor hic dicitur, quæ ignoramus: certus est, quem scimus, quod est vtile, nẽpe si citari debeat certus possessor, nominatum citari debet: si verò fuerit incertus, tunc poterit generalis fieri citatio, vt cõpareant, qui sua interesse putant, capitul. de electio. in sexto. auth. si omnes. C. si minor ab hered. se abstineat. facit l. hæc autem. §. i. ff. quibus ex caus. in posses. eat. Scripti plene in titulo de constituta. in verbo Gallicos prælatos. in concordia. Franciæ.

Corus & incertus possessor quis dicitur, & utilitates.

Secundò ille dicitur pater incertum habere, quæ ignoratur à quo genitus fuerit, vt pote vulgo cõceptus, l. quia. iuncta gl. ff. de in ius vocan. Bart. & doct. in l. filiū. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. ob id cognomen patris deferre non potest.

Pater incertus.

Tertiò incerta persona potest dici, & incertus homo, quem ignoramus, l. quæ ratione. §. item si quis merces. de acquirendo rerum domin. ff. cui legari non potest, nisi fauore pauperū, lege, id quod pauperibus. de episcopis & clericis. Et quando legaretur vni de certis, & in aliis casibus traditis in lege, cum incertus. ff. de legatis primo, & lege, Paulus. 2. & lege, quidam. vbi Bar. & Socinus, ff. de

Incerta persona non potest legari.

rebus dubiis. Vel incerta persona dicitur, quā incerta opinione testator animo suo subiciebat: veluti si quis iradicat, quicūq; filio meo filiam suam in matrimonium dederit, heres meus illum fundū dato. §. incertis. de legat. in Instit. Alber. in l. si. col. r. C. de episcop. & cler.

Incertus tutor non datur.

Quartō tutor incertus testamēto dari non potest, l. tutor. ff. de testamentar. tutel. vt sit tutor, qui prius palatium ingrediatur, quia certo iudicio debet pro tutela quis suā posteritati cauere, §. tutor. de lega. in Instit. & quia inhabilis & pupillo inimicus sic potest tutor esse. Et incertā personā etiam tutor dari non potest, vt illi aut illi filiis meis vtri eorum volet Titius, tutor esto. l. tutor ita. ff. de testam. tute.

Incerta res qua dicitur.

Quintō incerta res, & pars dicitur ratione loci, vel quotae: vt tradito tibi quicquid iuris in eo fundo habeo. l. 3. §. incertum. & l. locus. ff. de acq. posses. Bar. in lege secunda, C. quando & quibus quarta pars debetur. libr. 10. vnde assignationē factam filia in certam non trāsferre possessionē, consuluit Iason consi. 147. circa. 2. quæst. in 2. vol. per l. si fur. in fi. ff. de vlti. l. quæ de tota. §. 1. de rei vindica.

Incerta confirmatio, vel incerti iuris an valeat.

Sextō confirmatio incerta, vel incerti iuris non valet, vt consuluit Oldradus consi. 164. vltio priuilegio. vbi confirmatio non valet, si sic fiat, Quicquid iuris habet, confirmamus: doct. in l. & quia. ff. de iuridict. omnium iudic. Felin. & alij in cap. dilecta. de rescript. capit. porrecta. de confirmatio. vtil. & inutil.

Præditio vel donatio iuris quæ quis habet in re, an valeat.

Idem si quis donauerit, vel vendiderit quicquid iuris in illare habet, inutilis est dispositio, nisi de iure cōcedentis appareat teste Iason. in d. l. 3. §. incertam. col. pen. & nisi nominauerit locum, vt ibi, & l. qui tabernas. ff. de contrahenda emptione.

Incertum pro dubio.

Septimō incertum dici potest dubium, obsecrum, non manifestū, vel non apparens, l. 1. §. quod autē. ff. quorum legato. vt si dicimus incertum est, l. incerti iuris. C. de interd. l. 1. de bonor. posses. secundum tabulas. Vel in incerto est, id est dubiū est, lege, vbi. §. qui illud. ff. de verb. oblig. l. filius. fa. in fin. ff. de castren. pecul.

Incerta stipulatio quæ sit.

Octauō stipulatio incerta dici potest, quando non apparet quid, quale, quantumve sit in stipulationem deductum, l. stipulationum. cum l. seq. ff. de verbo. oblig. Certa autem est, cuius species, aut quantitas, quæ in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ea demonstratione, quæ nominis vice fungitur, qualis, quantaq; sit ostenditur. l. certum. ff. certum peta. Et si stipuletur decem mihi dari, aut Titio, vtrum velim, quo ad Titium incerti stipulatio est, in l. liber homo. 2. §. fin. ff. de verb. oblig.

Incerta persona an possit heres institui.

Nonō incerta persona penitus nō potest heres institui. l. quotiens. §. si quis tamen. & melius in l. in tempus. §. fin. ff. de heredibus instit. Et incertus dicitur, quoties non apparet quis institutus sit. dicta l. in tempus. §. quotiens. ibidem. Et ideo heredis heres incertus dicitur, l. sciendum. infra eodē. Quod limitatur per Bar. & alios in l. quidam. de reb. dub. ff. dicitur in d. l. sciendum. infra eodē.

Incertum, quod probari non potest.

Decimō incertum dicitur, quod probari non potest, §. vt autem. iuncta glo. in authen. vt hi qui obligati. & c. colla. 6.

Incertum, non habens certam quantitatem.

Vndecimō incertum dicitur, quod non habet certam quantitatem, vel ratione sui vel adiuncti. Bar. & ibi plura scripta in interpre. l. vnica, in verbo quantitatē, C. de senten. quæ pro eo quod interest profertur.

Incertus dies.

Duodecimō incertum dicitur glossa, cuius effectus non est certus, in l. ne in arbitris. in fin. C. de arbit. l. si Titius. de fideiussor.

Decimotertio incertus dies appellatur conditio, l. talis scriptura. ff. de lega. 1. l. dies incertus. ff. de

condi. & demonstratio.

Decimoquartō incertum dicitur conditionale, vt si qua sit hereditas, illa sit tibi vedita, l. nam hoc. ff. de hered. vel actio. vend.

Decimoquintō incertum est, quod nullis finibus demonstratur, l. forma. ff. de censib. Bal. consi. 337. in primis. vol. 1. & l. demonstratio. ff. de conditio. & demonstrat.

Decimosexto incertum cōditionis, pro incerta conditione, exponit glo. in l. r. C. de pact. vel potest dici incertitudo conditionis: & illam incertitudinem, quæ ex illa conditione oritur, alibi incertum successione vocat Iurisc. in l. controuersia. in fin. ff. de transactio. Alcia. in lib. 9. Parer. cap. 20.

Decimosextimō incertum aliquādo dicitur re, vt si quis consistatur corpus in genere, vel si consistatur Stichum, cum plures sint quantitate, si cā non exprimat certam, l. certum. §. 1. ff. de confes.

Decimooctauō incerti conditio generalis est actio competens ad omnia incerta, siue quæ non sunt certa, l. sed & si. §. ff. de condit. indeb. & Instit. de verb. oblig. in princ. vbi plene Angel. Sed si certum petatur, certi conditio generalis datur, l. certi conditio. ff. si certum peta. si igitur quid petatur, quod non est certum, quale, quantumq; sit, sed tantum quid sit, conditio datur incerti, l. si. ff. si quis in ius voc. non ier. l. qui sine. de condit. sine causa. l. in causa. 2. §. 1. ff. de minor. vbi scripti.

Decimononō contractus incertus regulariter non valet, l. cum post. §. gener. de iure dotium, & ibi Iacob. Bar. & doct. in l. si cui. de annu. lega. l. ita stipulatus. ff. de verb. oblig. Specula. in tit. de loca. §. nunc aliqua. vers. 59.

Vigesimalō si poenam stipulatus sim, si pecuniā mihi non credidisses, certa est, & utilis stipulatio: quod si stipulatus fuero pecuniam te mihi crediturum, incerta est stipulatio, quia id venit in stipulationem, quod mea interest, l. si poenā. ff. de verb. obligat.

Vigesimoprimum incertū dicitur id, quod promissor dare voluerit, l. qui ex pluribus. ff. de verbo. obliga.

Vltimō certum & incertum aliis multis modis dicuntur pro subiecta materia, vt tradunt doct. in l. certum. ff. si certum peta. Abundantius scripti in d. interpre. l. vnica, in glof. quantitatē, C. de senten. quæ pro eo quod interest. ista tamē sic non inuenietis scripta.

Addendum est, quod si incertum sit, cui facienda sit restitutio, debet id dari pauperibus pro salute illius, cui restitutio facienda erat, siue is viuat, siue mortuus sit, cum tu. vbi Panor. de vltur. Et inter pauperes elegi debet pauperior, & inter aequales iustior, quia ceteri omnibus debeat misericordia, iusto tamen magis, cap. non satis. 86. distin. c. 16. q. 1. Quæ restitutio si semel fuerit facta dando pauperibus, licet appareat postea cui sit restitutio faciēda, non tenetur iterum illi facere, si facta prius fuerit diligentia inquirendi eam, cui fieri debeat: alias secus, teste Angelo de Clauas. in sua summa, in verbo, in verbo restitutio. 2. §. 11. & sequē. Feder. consi. 33. Et quid incertorum nomine veniat, scribit Ancha. consi. 306. effi. cax.

Item quando dominus rei est incertus, de consuetudine Regni Franciæ res oberrantes, quæ espauas vocantur, applicantur Regi, vel dominis locorum, vt docet Ioan. Faber in §. examen. de rerum diuisio. in Instit. & Chassa. in consue. Burgundiæ in §. 1. rubr. des iustices, vbi plene tractat.

Quando incertitudo vitiet vel non, plenissime de more scribit Hyppol. de Marsil. in rubr. de probat. ne in incerto vagemur, perlegere eum decet. Et si quaratis differentiam inter incertum, & occultum, ambi

Incertum pro conditioali.

Incertum, quod nullis finibus demonstratur.

Incertum cōditionis.

Incertū re.

Incerti conditio generalis, & certi conditio generalis.

Contractus incertus an valeat.

Certa stipulatio & incerta.

Cum incertum est, cui faciendæ sit restitutio: & an semel facta si iterum faciēda.

Res incerta cui applicentur.

rum, ambiguum, notorium, & manifestum, vide glof. & doct. in c. vestra. de cohabitatio. clerico. & mulie. & in c. 1. de iudic. in 6.

Ignorare.

Ignoramus. Ignorare est nescire, vt hic, & in l. bona fidei. in fra eo. & nemo est qui ignoret, l. pecunia. in princ. infra eod. Alibi pro eo dicit Iurisc. nemo est qui nesciat, in l. nemo. ff. de duobus reis.

Ignorantia duplex iuris & facti.

Ignorantia duplex est, videlicet iuris & facti. iuris est, si quis ignoret ea, quæ iuris sunt, vt pote si quis cum minore cōtrahat, cum prodigo, vel furioso, & postea dicat se ignorare contractum factum cum minore, & aliis similibus non valere, is in iure errat. facit regula, ignorantia. de reg. iur. in 6. l. qui cum alio. ff. illo titulo. Sed stignorem quis primo natus fuit, dicitur ignorantia facti, l. Arefcusa. ff. de ita. hom. vel an talis primo ingressus fuerit palatium, vel insinuauerit.

Et quædam est ignorantia facti alieni, vt si ignorem an Titius testatus fuerit, & error in alieno facto tolerabilis est, l. fin. ff. pro suo. Quædam est ignorantia in facto proprio, & ista non recipitur, l. quamquam. ff. ad Velleia. Nisi sit factum longinquum, l. peregre. ff. de acqui. posses. Alia in rub. ff. de iuris & facti igno. licet videre. Ideo nunc super sedeo, quia ea abunde explicat post Bar. Ioan. Francisc. in reperit. l. Celsus. col. 14. & seq. ff. de vlti. capio. & multa scripti superius in l. Labeo. 1. §. 1. ob id nunc digito compescam labellum, & calamum.

VLPIANVS LIB. QVINQVA- gesimosexto Lex xl.

Detestatio est denuntiatio facta cum testatione.

Hæc lex quatuor habet partes, prout quatuor dicta continet. 2. ibi, serui. 3. ibi, familia. quarta ibi, vnicus.

Testatio quæ sit.

Principium huius legis dicit, Detestationē esse denuntiationem factam cum testatione, id est cum testibus, vt inferius dicā. In primis Alcia. dicit testationem generale nomē esse, quo quomodo animi sui sententiam quis declarat. Specialiter verō eo nomine dicitur, quæ cum testibus facta est. Vnde & testatō cōuenire, & testatō ad monere dicimus, l. fin. ff. pro derelicto.

Detestatio, quæ ad absentem mittitur, vt hic: & hæc præpositio de ostendit, cuius natura est auge- re, efficaciorēq; actum demonstrare: quod & in verbo deprecor. Aul. Gellius lib. 36. c. 16. declarat.

Alcia. reprehenditur.

Attestatio videri esse, quæ præsentī sit declarandi animi causa, l. fin. C. de nego. gest. hæc Alcia. tus. Hanc tamen sententiā vix approbare possum, tum quod hic tex. non dicat denuntiationē absentī fieri debere: sed quæcunq; denuntiatō facta cum testatione: etiam præsentī detestatio dicitur, vt in l. capite quinto. ff. de adulter. dicitur testatō, & postea in quibusdam libris detestandæ, ad denotandum idem significari. Item Alcia. loquitur contra §. attestari. supra in l. proxima, vbi attestari est absentī denuntiare: ergo non præsentī, vt ipse asserit. Nec secum facit l. ff. C. de nego. gest. quia loquitur ibi tex. in testatione, dum dicit, sed ex quo ea testatio ad eum facta est, vel in scriptis, vel sine scriptis. Nec inuat dicere §. attestari. esse corruptum, quia sic etiam inueni in exemplis Vieto. Parisien. vbi sunt libri vetustissimi: & ita in Florētini habetur, vt asserit Catellia. Cotra in 1. parte memorialiū, in verbo attestari, licet in Florent. nūc excusis sit detestari: & tunc sententiā Alciai sustineri possit.

Ex his patet denuntiationē tam absentī quam præsentī fieri posse, sed quando coram testibus sit detestatio dicitur: si verō denuntiatō absentī fiat, etiam sine testibus, forte per literas, nuntiiū, vel epi

stolam, poterit attestatio vocari. d. §. attestari. Alia vocabula declarantur in l. non solum. §. morte. ff. de no. oper. nuntia. & in c. cum Martinus. de confit. vbi fulsissime tractatur protestationis materia, quam alibi vobis pertractabo, cum commodum & aptum fuerit.

Protestari pro testificari.

Hinc protestari, quod interdum accipitur protestificari, vt in proœmio Institutio. patet, in §. quorū. ibi, protestatur de nobis victoribus à coelesti numine præstitis. ibi alia dicuntur: videte ea quæ scripsi in l. verba contraxerunt. supra eo.

Contestari.

Contestari est simul testari, & sic est plurimum, l. 1. §. 1. ff. quod iusti. ibi, & ideo si sic cōtestatus sit, & c. facit l. honores. in fi. de decurionib. l. domicilium. ad municipales. Vel contestari litē dicuntur duo, vel plures aduersarij, quod ordinario iudicio vtraq; pars dicere solebat, Testes estote, vt docet Festus. Vnde litis cōtestatio dici potest, quasi actoris & rei simul testatio in iudicio facta, quia vterq; in contestatione sua testatur mentē: nempe actor quod decem ei debet reus, ipse verō testatur se nō debere, & sic cōtestatur, vt in rub. de litis contestatio. C. habetur. Scripti in tractatu de effectibus litis contestat. secunda quaestione.

Litis contestatio vnde dicitur, & quid sit.

Denuntiatio. Alcia. hic dicit, nuntiationem in edicto pratoris de noui operis nuntiatione ff. significare prohibitionē. Ego autem puto nuntiationē ibi accipi pro denuntiatione, quæ tamē continet in se prohibitionē: quæ admodum si nuntiam tibi, ne emas talem fundum, in l. si fundum. C. de rei vindica. vbi est vera nuntiatō: sed continet prohibitionē, ne emas. licet sint quædam nuntiationes, quæ non cōtinent prohibitionem: vt si denuntiet, vt me defendas, & in iudicio assitas, tanquam author rei mihi vedita, in l. auctore. & per totum. C. de euid. hoc etiam probat l. 1. in princ. ibi, per nuntiationem inhiberetur. & §. nunc videamus, quibus ex causis fiat hæc nuntiatō, & quæ personæ nuntiant, quibusque nuntietur, & quis effectus sit nuntiationis. ff. de noui ope. nuntiatio. l. de pupillo. §. meminisse autem oportebit, quotiens quis in nostro edificare, vel in nostrū immittere, vel proiicere vult, melius esse eum per pratorē, vel per manum, id est per lapilli iactū prohibere, quam per operis noui nuntiationē. facit l. si opus nouum. & l. prator. cum omnibus ferme legibus illius tituli. ff. de no. oper. nuntia.

Nuntiatō & denuntiatō.

Et per hoc tollantur difficultates Cumanī, & Iaso. in dicto §. meminisse. videlicet, quod nuntiatō est ea, quæ fit simplici verbo: prohibitō verō, quæ fit per pratorē, vel iactū lapilli, cum illa opinio non sit vera. nā nuntiationis effectus est prohibitio, ibi, quomodo cunq; fiat nuntiatō: nec Iurisc. distinguit in l. sic dicens, hoc edicto permittitur, vt sine iure, siue iniuria opus fiat, per nuntiationē inhiberetur: deinde remitteretur prohibitio eate- nus, quatenus prohibēdius is qui nuntiasset, non haberet: & §. 1. ibi, ne fiant. & in toto tit. dicitur de noui operis nuntiat. non de prohibitione: præsertim in d. l. 1. §. nuntiatō fit aut iuris nostri conseruandi causa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia. ibidem.

Difficultates Cumanī & Iaso. sublate.

Aliquādo tamen non possum nuntiare edificari opus nouū, forte sociō, qui rem cōmunem meū habet, ob id potero ei prohibere per pratorē, non per noui operis nuntiationē, quæ ad istum casum non se extrahit. hoc pulchre decidit tex. in l. in prouinciali. §. 1. ibidē: declarat Zasius in intellectu ad illā legem. Et hodie exercetur nuntiatō, quæ fit per pratorē, quia imperatur literæ à Seneschallo, vel alio magistratu ordinario, per quas fit prohibitio edificanti, & in casu oppositionis assignatur dies. Hæc est Regni practica. Potest etiā quis edificanti

Praxis Regni quoad noui operis nuntiationem.

nuntiari, sed tutior est praxis predicta: vel potest supplicatio dari iudici, per quam pars petat inhiberi facienti nouum opus, & conceditur.

Nuntiatio pro accusa- tione.

Secundò in l. Iulia de annona, nuntiatio accu- sationem denotat, per gloss. in l. fin. ff. ad legē Iuliā de anno. ibi, et si non solent hoc genus nuntiatio- nis mulieres exercere; &c. sed forte accipi potest pro denunciando deferre, vt mulier hoc crimē de- nuntiare, seu deferre possit, cum regulariter pro- hibetur. l. mulier. ff. de accusatio. Et crimina in iure tripliciter promouentur, per inquisitionē, de- nuntiationē & accusationem. cap. qualiter. de acu- satione. & Bar. in extra. ad reprimendum.

Nuntiatio nes irenar- che facie- bat, qua no- toria dice- bantur.

Tertiò erant & nuntiationes, quas publicè con- stituti Irenarchæ præsidibus faciebant de delictis, quæ vbicumq; fiebant. hæc & notoria Latine dicitur, l. ab accusatione. ff. ad Turpillia. iubetq; lex vt hi notorii suis assistant, & quæ derulerunt, ita esse probent. l. ea quidē. C. de accusatio. Buda. in annot. in d. l. ab accusatione. dicit nuntiatores eos esse, qui reos deferunt per notoria (notoria autē testificati genus esse intelligit) & si crimina tantum notoria deferrebant. Est & denuntiatio quæ ad alium mittitur. & maximè incitatoriā continet, vt cum aliquē moneo, vt ab emptione desistat, & vt defendendæ causæ adsit, vt à matrimonio legis causæ exercen- dæ abstineat, l. si cōtrouersia. l. emptor. de euictio. C. Fit & testibus, vt in iudiciū perhibendi testimo- nij causa veniat, l. lege Iulia. ff. de testibus. cū alio- qui sponte venientes suspitione non careant. Al- ciatius hic. facit l. plebs. §. i. infr. eo. & l. quæ omnia. §. i. ff. de procurat. ideo solent hodie testes citari.

Nuntiatio pro admo- nitione.

Denuntiare testimoniu, est diem dicere testimo- nio ferendo, & ad iudiciū testimonij ferendi causā euocare, vel testificari, seu ante prædicere. Buda. in Forens. pius dicens, Denuntiare multam curiæ verbis, nisi decreto eius parcarur, & denuntiationi multatæ cedere, esse, respōdere denuntianti in officio se futuram, non se cōmissurum, vt iure corrip- ti possit, dicto curiæ audientem futurum, quod vulgo respon dere solemus, *ie me garderay de mesprēdre.*

Denuntia- re testimo- nium.

Denuntiationes sunt non præconia, vt exponit glo. in l. absentē. ff. de pœnis: sed præsidij, & vadi- monia, teste Budaō in secundis annot. ad Pande- ctas, rub. de cōfessionibus, per legē eadem lege. ff. ad legē Iuliam referendarū. Denuntiationibus & edictis, id est edictis denuntiat, quia ante nuntia- tionē edicta non ligant: ob id dicit denuntiationi- bus & edictis, in lege, cum verò, §. perinde. ff. de fi- deicōmissar. libertatibus. l. Aemilius. ff. de mino- ribus. vel quod vulgo dicimus, *à son de trompe, & cry public.* Alia de nuntiatione non persequor, sed lice- bit videre in rubr. de noui operis nuntiatione.

Denuntia- tiones pro præsidio.

§. Serui appellatio etiā ad ancillā refertur.

Nomen serui continet ancillam, quia cōmune nomen est, l. inter. stuprum. §. si. infra eod. quod fa- cit ad Regiæ constitutionis intellectum, in rub. *des loyers & gaiges des seruiteurs*, vbi plene scripti, in 2. to- mo conitit. Regia. artic. vnico, vbi loquitur de ser- uis, *Que les seruiteurs demanderont leur loyers & salaires dedans un an, à compter du iour qu'ilz seront sortis hors du seruice*, vt etiam ancillæ eadem ratione salariū post annum petere non possint: tum quod eodem no- mine serui cōplectitur ancilla, tum quia cōmune nomen est serui, vt *seruiteur* Gallicè, cum ancilla seruire dicatur, sicut seruus: & quia eadē est ratio in vno, quæ in altero, & sic eadē iuris decisiō, l. illud. ff. ad legem Aquil. Item si quis corruperit seruum tenetur, idem si ancillam, l. r. & per totum. ff. de ser- uo corrupto. Derogatur huic text. quando in lege vtuntq; exprimitur, l. i. ibi, alieno seruo seruauē. ff. de plagia. l. cū quæretur. §. l. ff. de legatis tercio. l.

Declara- tur ordin. Regia de sa- lariis seruo rum.

seruus seruauē. ad legem Aquiliam. l. i. de seruo corrupto. Alias limitationes elicite ex l. i. supra eo. vbi plene scripti.

Notate etiam quod ad dominum pertinet cor- rigere seruos, ad dominam autē ancillas. l. 2. in fin. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. quas istæ iuuenes domina, si ipse seruire solita fuerint, ex leuissimis causis atrociter tractant, vt dicit text. ibi, in fin. de Vmbria matrona Romana. Probatur etiam Ge- nesi. 16. cap. ibi; Ecce ancilla tua in manu tua est, in- quit Abraham, vt ere ea, vt liber: vel vt haber He- braica lectio, Fac ei quod bonum est in oculis tuis. pro verbo placet vtuntur Hebrai bonum est in oculis meis, id est mihi placet: bonum est in oculis tuis, id est tibi placet.

Ad domi- num perti- net corrig- gere seruos, ad domina- ancilla. Phrasitile braica.

Serui, à seruando dicuntur, quia olim Impera- tores in bello eos captiuos seruare, & non occide- re solebant, & sic mitius inter Gentiles agebatur, quam hodie inter Christianos. lege, pupillus. §. i. infra eo. l. libertas. de statu homi. & in §. serui. de iure perso. in insti. & de his seruis fit mentio in l. in- ter publica. supra eod. & in lege, illa verba, arbitra- tur. & lege, vrbana familia. & lege, patrem. & l. in lege Cenforia. cum l. sequen. & in lege, potestatis. ac in l. pronuntiatio. infra eodē. Seruulus nomen diminutiuum, l. si ex plagis. ff. ad legem Aquiliam, in lege, seruus. de conditione indebiti. Seruile cap- put, lege 3. ff. de capitis deminutio. pro ipso seruo accipitur, vt ibi probatur: quia primo dicit serui, postea seruire caput: pars pro toto propter nobili- tatem, l. cum in diuersis. de religio. Vel dicebant quidam seruire caput, quia serui plures solent ha- bere caput stolidum & durum instar mulierum. Ideo dicitur caput seruire, quo nil fortius, dem pro mulieris (vt dicunt cōiugati) capite: sed prima sen- tentia in hærerem.

Serui vnde dicti.

Seruulus.

Seruile ca- put.

Refertur. Variis sumitur modis hæc dictio. Re- fertur, id est pretenditur, l. mariti. §. quod ait. ff. de adulter. l. 3. ibi, ad vtrumq; sexum refertur. ff. de ne- gotiis gestis. dixi in l. i. in verbo cōplectitur. supr. eo. & in l. pronuntiatio. infra eo. dicit porrigitur.

Refertur va- rius modis sumitur.

Refere in censum, pro deferbere, l. forma cen- suali cauetur, vt agri sic in censum referantur. ff. de censibus. Refere in nomina, idem pro adferbere, l. fiscus. i. ff. de iure fisci. ibi, an postea cum relatum est inter nomina debitorum. & ibi, puto tamē ex- inde privilegio esse locum, ex quo inter nomina debitorum relatum nomen est. Adria. de fermone Latino hoc declarat. Refere in rationem impen- sarum, idem, l. Nefennius. in fine. ff. de negotiis ge- stis. ibi, maxime si etiam in rationem impensarum retulisse omnia apparebit, id est adscriptissit. l. non solum. in fin. ff. de peculio. ibi, si dominus in ratio- nes suas se debere referat seruo suo, id est in libro rationū scribat se debere, illa nuda ratio, id est scri- ptura rationis non facit eum debitorem. Refere pro tradere, solucere, l. si vrbana. ibi, nam si seruus non locatus mercedē vt domino prædoni retulit, non fiet accipiētis pecunia. ff. de condiēt. indebiti.

Refere in censum. Refere in nomina.

Refere in rationem.

Refere iusurandum, est conditionem iusur- randi delatam ei, qui delulit, deferre, vt ipse subeat iusurandum, quod alius derulit, l. iusurandum quod ex conuentione. & lege, iusurandum & ad pecunias. in princ. & §. ait prætor, qui text. ita vide- tur exponere. & l. manifesta turpitudinis & con- fessionis est nolle iurare, nec iusurandum referre. ff. de iusurand. l. illud. in fin. de constituta pecu. Remittere verò iusurandum, est gratiam facere parato iurare, l. remittit. ff. de iusurand.

Refere ius- turadum.

Non relatione criminum, sed innocentem reus purgatur, l. is qui reus. ff. de publicis iudic. vt si ego accuso te homicidij, & tu referas in me, id est accu- ses me prodicionis, non propterea purgatus eris referens

Relatio cri- minis reum- nō purgat.

referens crimen, & me accusans: sed innocētia pur- gaberis, si probes te innocentem. nam reus purga- tur innocentia, non relatione criminum, vt ibidē: & Quintilia. explicat, eum de statu causæ agit.

Refere in tempus.

Refere in illud tempus, id est reicere in illud tempus, qui autem in fin. ff. si quis cautio. ibi, ad illud tempus referenda est, quo fuit debuit. l. item illa. ibi, & puto hæc ad diem constituti referenda esse, de constit. pecu.

Refere in alienum in- iuriam.

Refere in alienam iniuriam, retundere, refle- tere, l. 3. ff. de trans. ibi, non debet negligentiam suam ad alienam iniuriam referre, id est negligē- tia eius non debet alicui nocumēto esse & iniurię.

Refere se ad iniuriam.

Refere se ad iniuriam, est vulgo *se rapporter*. l. quid ergo. in princ. ff. de his qui notan. infra. ibi, prætor enim ad iniuriam nuptiarum se retulit. l. liberorū. §. i. ibidem. & l. quia. & l. sed Iulianus. §. mutua. ad senatuscon. Macedo. l. in depositi. ff. depositi.

Refere in utilitatem.

Refere in utilitatem domini, reponere, l. penul. in fine. ff. si quis cautio. ibi, nō ad ipsius, sed ad do- mini utilitatem relatum interpretemur.

Refere in proprietatis questionē.

Refere proprietatis questionē, pro obicere, opponere, excipere, l. eum qui fugiuum alienum suscipiuit, & cecasse doceatur, ex eo quod proprie- tatis questionē referret, crimen si probetur, euita- re minimè posse. ff. de plag. l. si conductio. C. lo- cari, vbi conductor, vel alius, qui rem alieno nomi- ne possidet, non potest illi, qui locauit, vel à quo habuit, questionem dominij referre. videre ibi ple- nius. facit l. Lucius. ibi, cum in residaam quantita- tem hæres emptoris conuenitur, questionem re- tulit, dicens, &c. de euictio.

Refere quæstum.

Refere quæstum parti, id est adfert, l. prætor. §. sed & filius familias. ff. de edendo. ibi, cum patri quæstum refert. Refere in medium est communica- re, in communionem ferre, l. actio. §. penult. ff. pro socio. & l. si socius. §. filia. in fine. ibi, non esse referendam pecuniam societati. ibidem.

Refere in medium.

Refere pro reponere.

Refere, reponere, recludere, l. hac lege. ibi, si in arculam iterum referret. ff. ad legē Iuliam pecula. Refere pro narrare, recitare, l. si quis obreperit. ibi, si iusticiarius vnum argumētū causæ referre. ff. de fall. l. i. §. causam. ff. de postulan. l. i. ad legem Aquil. ibi, quas leges nunc referre non est necesse. l. item ve- niunt. §. prætor. ff. de petitiō. hered. l. certi condi- ctiō. §. quociens. si cert. pet. l. i. de contrahen. em- ptio. Relata ruina, lege, emptorem. §. fundi. ff. de actio. empt. Refert opinionem, l. fundi. §. si rata. ff. de actio. empti. & lege, si seruus. §. i. ibidem. Refere, dicere, renuntiare, lege tibi, ex his quæ retuli- mus. ff. de maner. & honoribus. & si quis, ne sup- plicio afficiatur, dicat se habere, quod Principi re- ferat, salutis ipsius causa, ad Principem remitten- dus non est. l. si forte. ff. de pœnis. & ista duo præmissa coniuncta & coherentia sunt.

Refere pro narrare.

Refere pro reponere.

Refere pro dicere.

Relati apud Labzo- nom.

Relatum apud Labzonem, id est scriptum in li- bris Labzonis, l. in causa. §. item relatum est apud Labzonem. ff. de minor.

Relati apud Labzo- nom.

Declara- tur l. iura si fundi. ff. de iusur.

Ad modum enim referendum est, non ad qua- litatem vtendi, l. item si fundi. in fi. ff. de vstuti. id est ad moderationem, vt cum moderatione, & si- cut bonus paterfamil. fructuarius vtatur vstuti- clā sibi legato: non verò inspicienda est qualitas vtēdi patris. id est qualiter ipse paterfamilias vte- retur, an vendere solebat, necne. sic debet intelligi ille text. licet sit in verbis difficilis.

Declara- tur l. iura si fundi. ff. de iusur.

Refere pro exigere.

Refere pro exigere, repetere, l. si vnus. §. i. ff. pro socio. ibi, sed si pretium cōmunicari sit sine cautione, & aliquid præstiterit is, qui vendidit, an si non omnes socij soluendo sint, quod à quibusdā seruari non potest, à cæteris debeat referri. & in quibusdā eod. sic scribitur: licet in libris nouis scriptum sit ferre.

Refere pro exigere.

Refere ad Principem

Ad Principem referre, in consultationem Prin- cipis ferre, & ipsum consultare, vt iudicet, vel con- stituat, quid iudicandum sit, l. moris. §. sed enim. ibi, ad Principem referre debet. ff. de pœnis. l. geram. §. ex facto. ff. de minorib. ibi, Decius Senatus quia dubitabat, ad imperatorem Severum referat. & Deuteron. cap. i. sic scribitur: si vobis difficile vi- sum aliquid fuerit, referite ad me, & ego audia. ait Moyfes. Et referre ad senatum, cap. denique. fer- ta, quæstio. tertia.

Relatio quæ sit.

Inde relatio in rub. de relationib. Cod. & est iudicis de iure dabitatis ad Principem missa consulti- tio, vt scribit Speculator in tit. de relatio. §. i. vbi istam materiam plenè tractat: & Vitalis de Cana- ba. in tracta. clausula. in clausula, nihil noui relati- ne pendente. Præpositus & alij in rubr. de appella- tion. in decretal.

Refere in consilium.

Præfès ad consilium retulit, id est petiit opinio- nem curiæ. Buda. in forens. vel ego dicerem ad cō- silium remisit, l. amis au conseil.

Refere in literas pu- blicas.

Refere in literas publicas, in actis publicis pre- scribere, *enregistrer au greffe*, & ferre in codicem, vel in commentarium, vt ibidem Buda. scribit.

Refere pro interesse.

Refere pro interesse, disserre, l. i. §. parui referre. ff. nante, cap. stabu. l. 2. §. parui. de priuileg. creditor. l. Pædus. ff. de arbit. l. i. §. accusatio. ff. ad Turpil. l. i. in fin. de pœnis. l. item coru. §. i. ff. quod cuiusque vnuerf. nomi. & l. licet. §. i. ibidem. & l. nam & Seruius. §. i. ibi, ideoque nihil refert. ff. de nego. gest. l. mandasti. & l. actio. ibid.

Refere pro constituto.

Refere, constituere, vel soluere, l. Paulus. 2. in- dā. l. i. ff. de solutio. vbi in vna lege vtitur iurificonf. verbo referre, in altera constituere: ibi, cum autem creditor pignus distraheret, licere ei pretium inde acceptum referre, etiam in eam quantitatem, quæ natura tantum debebatur. lege; seruus qui testa- mento. ibi, mercedem referre pro operis suis sole- bat. ff. de statuliber.

Refere, re- troferre.

Refere, retroferre, reportare vulgo *rapporter*, *vendre*, vnica, C. ne filius rem, quam vendiderit, euincat, lib. no. vbi Lucas sic ait, Proprie autē refert qui replet, conspiciat, inspirat, narrat, representat, reportat, dicit, prædicat, & testatur. videre ibi per eum ego tamē allego. tex. in l. i. vt certo. §. si deme petiisses, vt trichinum tibi sternerem, & argentum ad ministerium præberem, & fecero. deinde petiis- ses, vt idem sequenti die facerem, & cum cōmode argentum domi referre non possem, &c. ff. com- moda. & l. cum qui. §. sed & si dum referretur pe- ruit. ibidem. l. apud. in fi. ff. de præscrip. verb.

Refere in ad imatio- nem.

Refertur in estimationem id est confertur, l. 3. §. in hoc interdico cōdemnationis summa refer- tur ad estimationem rei ipsius. ff. vt possidet. l. i. §. alienatio. quando actio de pecul. est annal. vulgo dicimus se referre. l. sciōdum. §. i. ff. de edil. edicto.

Refere pro pecuniam ac- ceptam.

Refere pecuniam acceptam, id est habere pro accepta, l. si. §. item si mulier creditorum fundum vendiderit, & tradiderit ea conditione, vt emptor acceptam pecuniam viro referret. ff. ad Velleia. l. tali. §. focer. ff. de iure dot. ibi, exactā, acceptam le- gatis referri, quāuis glo. ibi pro asimilari exponat.

Refere pro deserre.

Refere pro deserre, delabi, l. Casar. ibi, tamen eū qui ante idus Martias profectus ex portu esset, & relatus tēpestare in insula. ff. de publica. & veci.

Refere ra- tionem suam ad ararium.

Rationem suam ad ararium referre, id est com- putum reddere, vt nunc loquitur, teste Buda. in l. i. ff. de offic. quæsto. & in l. si prior. ff. qui potio. in pigno. habeat. vbi dicitur referre esse rationibus adscribere, hoc est impensam vel receptā facere, vt vulgus loquitur. Aliis etiam Adria. Cardi in libro de seruo. Latino, & in plerisque authoribus legi po- test: sed legibus nemo probat, vt ego probauit: &

Refere ra- tionem suam ad ararium.

Refere ra- tionem suam ad ararium.

Refere ra- tionem suam ad ararium.

Refere ra- tionem suam ad ararium.

Refere ra- tionem suam ad ararium.

Refere ra- tionem suam ad ararium.

Referenda-rij.

hoc ex re discerni potest, id est p subiecta materia. Referendarij sunt aduocati in curia Principis, ex eo dicti, quod hominum vices referant. gloss. in authen. de referendariis, colla. 2. Ego arbitor referendarios illos fuisse, qui libellos partium & supplicationes Principi referebant, quos magistros libellorum, & vulgus requasaru appellat. Patruus meus Rebuffus ita sentit in l. eos. C. de excusatio. muner. libr. 10. Licet quida dicant eos secretarios. Sed cum secretarij non sint ad referendum positi, illos pro referendariis vix haberet. Vel referendarij sunt qui iussiones Principum iudicibus referebant vt scribitur in §. quia vero. in authen. vt litigantes iurent. col. 9. vide alia in authen. de referenda. col. 2. & per Gomef. in compendio signaturarum, in regu. cancellariae. Vel referendarios dicimus vulgo rapporteurs a la chancellerie, secundum quosdam eligite.

§. Familiae appellatione liberi quoque continentur.

Familia appellatio- nis quid con- teneatur.

Familiae appellatione quid contineatur, dicitur auspicante Deo in l. pronuntiatio. §. 1. infra eo. ff. de acqui. hered. ideo si dominus in aere famuli loquitur, & postea famulus statim occidat, dominus quasi mandasse videatur, tenetur, teste Bar. in l. si ventri. §. fin. ff. de priuileg. credito. vel quando dominus potuit prohibere, regula, culpa. infra titul. i. Bald. in c. veritatis. de dolo & contu.

Miles an possit ducere familiam suam ad bellum.

Miles enim ad bellum non potest ducere familiam suam, alioqui hoc frustra impetraret, si de iure ducere posset, l. vna. C. de thesau. lib. 10. & mulieres in castris interesse, aut cum militibus turpi co- stitutum verari non decebat, & mulieres castra sequi apud maiores magne erat turpitudinis, & seuerissimae animaduersionis, teste Alex. lib. genial. 1. cap. 12. Si tamen quis a Principe impetrauerit, vt familiam secum ducat, non poterit incontinentes mulieres ducere, sed coniugem, liberos, & seruos & ancillas habere poterit. l. quicumque. de re militari, lib. 12. C. Germani tamen solent plures, videlicet uxorem & familiam ad exercitum ducere: Heluetij etiam, sed quia inter belli impedimenta nuncupantur, ideo ducentes eas deserunt, vt scribam in ord. Reg.

Dominus familiam corrigere potest.

Familiam suam quis corrigere potest, l. vnica, C. de emenda. propinq. & in rubr. de emendatio. seruor. C. imo etiam ad bonum adhortari & incitare eam debet: alioqui punitur poena tam corporali, quam diuino supplicio, maxime episcopus. c. sicut hi. in §. necess. 47. distinctio.

Privilegium concessu alicui an ad familiam extendatur.

Notandum est, quod priuilegium concessum alicui, extenditur ad familiam, l. 1. & 2. C. de episc. & cler. l. 2. §. si cum seq. & l. imo. & l. non solum. ff. de vsti & habita. l. uxorem. §. 1. de auro & argen. lega. facit c. ad liberandum. de iudicis, & c. ecclesiarij seruos. 12. q. 2. & c. indicatum. 89. distinctio. Nor. in authen. habita. per illum tex. ne filius pro patre. Et dixi in scholasticorum priuileg. 166. vbi conclusi priuilegia scholasticis data competere eorum famulis: sed quomodo, ibi licet videre.

An quis de delicto fa-

Item quando quis prohibetur aliquid facere, & eius familia censetur prohibita: alioqui prohibito nil, aut parum prodesset, l. si habitatio. §. fin. ff. de vsti & habitis.

De multiplici familia, religiosa, mercenaria, perperua, & profana, tradit Lucas de Penna in l. quicumque. col. 2. de re milita. lib. 12. C.

Regula est, quod quis de delicto familiae non tenetur, l. 1. C. de ser. fugi. c. cum ad sedem. de restitui.

spoliati. Bal. in l. ad inuidiam. C. quod met. causa, l. apud. in fin. de furtis. l. 1. si rector prouinciae. quia peccata suos autores tenere debent, nec ulterius progrediatur merus, quam reperitur delictum, l. sancimus. C. de poenis.

Limitatur quando familiares erant improbi, & vilis conditionis & famae, quia tunc imputatur domino, qui facile poterat talia de eis cogitare: per regu. semel malus. de regul. iur. in 6. Cardin. in cle. ne in agro. §. porro. in 4. nota. per illum tex. de statu monacho. facit glo. in c. peruenit. 18. dist. vbi dicitur, quod malus praesumitur praeceptor, qui habet malum discipulum, quia illum corrigere debet.

Secundo non procedit, si delictum haberet causam continuam successiuam, vt in rebellionem pluribus diebus continuata, secus si delictum momentaneam haberet causam, vt homicidium. tex. singu. in c. constitutis. 1. de testib. las. in l. ciuitas. ff. si cert. peta. & consi. 139. vol. 4. quia in primo casu poterat prohibere, in secundo non: & error, cui non resistitur, approbatur. c. error. 83. dist.

Tertio dicitur, nisi de scientia domini apparet, l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit. vers. pater. ff. de acqui. hered. ideo si dominus in aere famuli loquitur, & postea famulus statim occidat, dominus quasi mandasse videatur, tenetur, teste Bar. in l. si ventri. §. fin. ff. de priuileg. credito. vel quando dominus potuit prohibere, regula, culpa. infra titul. i. Bald. in c. veritatis. de dolo & contu.

Quarto derogatur regula, quando paterfamilias haberet famulos selectos ad aliquod officium: ideo thesaurarius pro suo famulo, & dux belli pro suis militibus & armigeris tenetur, l. 1. ff. de publica. quod declarate, vt per Felin. in cap. Petrus. de homicid. videlicet ciuilitate. Bart. in l. ne quid. ff. de incend. & sufficit illum exhibere, quando quis habet officium publicum, l. 1. ff. de publica. secus quando est officium priuatum, vt in nauta, & caupone. l. vna. furi aduers. nautas. ff. Aufreri. decisio. 164. & q. 195. Alia reicio ad l. pronuntiatio. §. familiae. infra eodem.

Quoque pro etiam ponitur hic, & in l. verbo vitus. & l. locus. in fin. & l. interdum. l. si quis sic dixerit. l. quareret. l. meorum. l. triplici. in fine. & l. carbonam. versic. fulfurata. cum aliis multis legibus, infra eod. & l. seruum quoque. ff. de procura. Archi. in cap. quorundam. col. 2. de electio. in sexto. Bartol. in l. Labeo. 1. ff. de pact. vbi dicit esse dictionem ampliatiuam, & ibi las. dicit includere, per l. vnam. Cod. de capira. ciuium censib. eximenda, lib. 11 Angel. & las. in l. si arrogator. col. 3. ff. de adoptio. facit l. hereditatis appellatio. infra eod. scripsi in §. statumus. 2. de colla. in concordia. Inde infert las. in l. iusurandum quod ex conventionione. §. fin. ff. de iureiuran. naturam dictionis huius duplicem esse, primo vt stet implicatio, seu copulatiue pro etiam, vt dictum fuit, post Bart. in l. 1. ff. de eo quod certo loco. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legem Aquil. Lucas de Penna in l. neque. C. de decurio. lib. 10.

Secundo natura huius dictionis est, vt cum sit copula, denotet quod eadem sit qualitas in casu illo, sicut in praecedente, & econtrario. d. §. fina. vt si donem domum Titio cum erit doctor, fundum quoque, non habebit fundum Titius, nisi cum qualitate domus, videlicet cum doctor erit. Bart. in l. Seio. §. Caio. ff. de fundo instruc. gloss. in l. si sic. in princ. quemad. seruit. amittant. quod limitat Alex. consil. 120. volu. primo, & Bolog. consi. 24. de hoc scripsi in l. alienationis. §. si supra. eo.

Tertio quoque die, id est singulis diebus tertiis, l. 1. §. irem quatuor. ibi, & si dum putat tertio quoque die habere se ius aquae ducenda. ff. de aqua quorid. & aestiua,

milita tenetur.

Dominus pro improbiis famulis tenetur.

Thesaurarius pro suis famulis tenetur.

Quoque multis modis sumitur, & eius natura.

Dubitatio ad tex. & decisio.

Tertio quoque die.

Declaratur ius de glande legenda.

& aestiua, l. vna. ff. de glande legenda, vbi gloss. dicit non solum primo die, & secundo, sed etiam tertio. sed non videtur verum, quia si singulis diebus liceret glandem legere, esset fundum vicini deteriorem facere, & pro vno piro, vel pomo frumeta vel alia conculcare, & nocere satis. ideo Iurisc. fultus praesentit, vt tertio quoque die ingredi liceat fundum, & glandem colligere, quia fructuum maior pars erit supra terram tertio die quam primo. Vnde intelligit Sebastianus Brand. ibi, quod vsque ad tertium diem colligere tantum liceat, quia collectio glandis vix durat ad tertium diem: sed multi sunt fructus, quorum collectio ad mensum durat, vt oliuæ, quae non statim omnes colliguntur, sed per mensum, antequam omnes colligantur: illae quae cadunt interim legi solent. Ideo potest habere locum tex. in l. vna. ff. de glande legenda, vt tertio quoque die legere liceat, id est singulis tertiis diebus. Gallice, de trois en trois iours: vel si intelligamus de fructibus ab arbore vno tempore excussis, vt tertio quoque die, id est vsque ad tertium legere liceat. ideo prohibet Iurisc. consul. vim fieri illi domino fructuum: post tres vero dies poterit quidem ad exhibendum agere, & vindicare fructus, sed non vtetur interdictione illo de glande legenda. facit l. Iulia. §. glans. ff. ad exhibendum. Igitur ille titulus de glande legenda potest habere locum, siue tertio quoque die, siue vsque ad tertium diem. videte & iudicate. Et dicitur secundo quoque die, de deux en deux iours. Gallice, primo quoque die, de iour en iour.

Quoque pro similitudine.

Quarto, quoque capitur pro similitudine, glo. in l. qui legatorum. §. filium quoque. ff. pro herede. l. verbum amplius. infr. eo. vbi sic exponi potest: vel pro etiam. videte vtra expositio magis ardeat text. Quinto, pro aequaliter exponit gloss. in l. eadem. §. sed si quis. ff. de duobus reis. sed ego exponerem ibi pro etiam vel similitudine, dum dicit, sed si quis in deponendo penes duos pacificatur, vt ab altero culpa quoque praestetur, verius est non esse duos reos, à quibus impar suscepta est obligatio. in secunda parte non reicerem sententiam glo. ibi, dum dicitur, non idem probandum est, cum duo quoque rei culpam promississent: vel pro pariter ibi exponi potest, & melius. Alia nunc missa facio.

Dubitatio ad tex. & decisio.

Vnicus quid significet.

§. Vnicus seruus familiae appellatione non continetur: nec duo quidem familiam faciunt.

Sensus est, quod vnicus seruus non continetur tantum nomine familiae, nec duo quidem faciunt familiam, videlicet integram, si in familia alij sint. Dubitatio est, quia familia est corpus quoddam, plures significans, l. pronuntiatio. §. familiae. infra eo. ergo vnum & duos continebit, postquam plures. Responder tamen Iurisc. quod vnus non continetur nomine familiae, nec duo quidem familiam faciunt. Ratio decidendi est, quia familiae nomen ad corporis significationem refertur, d. §. familiae. ideo continet omnes de familia. Non ergo vnum solum, sed nec duo familiam faciunt: sed omnes qui sunt de corpore familiae. Et caute iste text. dicit, vnicus seruus non continetur familiae appellatione, quia plures continentur, & non vnicus seruus tantum, sed nec duo quidem familiam faciunt inregram, si plures sint in familia.

Nec obest, quod iste text. non dicat vnus tantum, magis enim accommodum est verbum vnicus, quod ex propria significatione denotat vnus tantum, l. 2. ff. de libe. & posthu. Ob id noluit text. exponere quod vnicus seruus familiae appellatione non continetur tantum: quia hoc esset superfluum, cum dictio vnicus hoc denotet, cap. vno. de cleric.

coniuga. in 6. & l. in vulgari. infra eodem.

Aduertendum est, quod postquam vnus non continetur tantum familiae nomine, sed omnes, qui sunt in illo familiae corpore, si quaelibet familia debet dare hominem ad custodiendum portam ciuitatis tempore belli, si duo sint in familia, isti tenentur. Imò si in vna domo omnes extra vnum mortui fuerint, iste vnicus tenetur: tum quia ius familiae in vno retinetur, vt dicit gloss. hic, sicut ius collegij, l. Neratius. infra cod. tunc etiam quia hoc onus respicit patrimonium familiae, & postquam iste solus habet patrimonium totum familiae, tenetur. Nam maius habet commodum, quam si essent duo, vel plures. igitur & hic tenetur: alioqui illi, qui plura haberent bona, quam alij, non tenerentur ad illa onera ciuitatis, quod esset absurdum. & ita obseruatur, quicquid iurij interpretes dicant.

Non refragatur tex. in l. 1. §. familiae. ff. de vi & vi arma. vbi sic scribitur, familiae appellatio seruos continet. Sed queritur quem numerum seruorum continet, vtrum plurius, an verò duos, vel trium? Sed verius est in hoc interdictione, Etiam si vnus seruus vi deiecerit, familiam deiecit videri: ibi dicit in hoc interdictione, in alijs diuersum erit, sed non debet sumi argu. à contrario ad correctionem iurium, vt docet las. in authen. ex testamento. C. de colla. & facit authen. cassa. C. de sacro sanc. eccles. Vt ista intelligantur, notate sequentia.

Sciendum est, quod vbi nominatur familia, comprehenditur tota, & quaelibet eius pars, vt in l. pronuntiatio. §. familiae. infra cod. ideo ego super hoc constituerè duos casus. Primus est, si familia prohibeatur deiecere, prohibetur tota familia: ideo & vnus etiam in prohibitione continetur: quia prohibito genere, & singulari species, ac indiuidua, vt dialectica docuit: & facit l. si is qui ducenta. §. vtrius. ff. de reb. dub. vnde cautum est in interdictione vnde vi, his verbis: vnde tu illum vi deiecit, aut familia tua vi deiecit, iudicium dabo. itaque si vnus de familia deiecerit, dicitur familia deiecit, quia ille vnus de familia est, licet non tota sit familia: ergo tenetur, vt ibidem Iurisc. docet, dicens videri familiam deiecit.

Præterea si rebelles cum familia expellendi sunt de ciuitate, nec quidem vnus seruus remanere debet: alioqui familia non expelleretur, quandiu vnus esset. Et idem si quis cum sua familia prohibeatur remanere in tali loco, quem voluit prodere: quia non poterit eius vxor ibi, vel alius quiuis de familia illius remanere, cum exclusa sit familia, & vnus, quia negatiua totum negat, l. hoc genus. ff. de conditio. & demonstra. l. si quis ita stipulatus fuerit. ff. de verb. oblig. vbi pulchre las.

Secundus casus est, si quis vocetur ad legatum, vel fideicommissum cum sua familia, omnes etiam continentur, quos declarat l. si. C. de verb. sig. & ibi dicat.

Vnde si data fuerit immunitas habitanti in tali castro cum sua familia, immunitatem non consequetur is, qui cum vno habitauerit: quia non est ibi cum sua familia: quod est verum, si alibi vxorem, vel alios ex familia sua habuerit: secus si vnum tantum habeat, quia tunc cum familia sua esse censetur, cum nil aliud in familia sit, per text. à contrario in l. 1. §. familiae. versic. proinde. ff. de public. Bald. in l. iubemus. §. si autem. in fin. C. ad Trebel. & hoc docet Albert. Brunus in tract. statu. in verbo familia. alioqui absurdum esset, quòd is, qui non haberet nisi vxorem, vel vnum famulum, non censetur habere familiam.

Adhuc domicilium non censetur habere, qui residet cum vno famulo in ciuitate: ob id bona eius possunt sisti, & (vt dicunt) arrestari, tanquam bona extranei. Et hoc censuit senatus anno 1537. die 22.

Portas ciuitatis custodire tenetur, etiam si vnus tantum sit in familia.

Familia prohibita, & singuli prohibentur.

Expellendi cum familia, nec vnus quidem remanere debet.

Habitans in ciuitate cum vno famulo an gaudeat illius priuilegijs ciuitatis.

Domicilium non habet, qui cum vno famulo tantum degit.

Novembris contra quendam, qui apud Turones habebat familiam, domū autem Parisiis, qui cum fuisset Parisiis illius equi creditor arrestare fecit, & ex eo debitor appellavit. Appellationem illam annullavit senatus, ipsū ad solutionem condemnans, & ad expensas: quia non gaudet omnibus privilegiis civium, qui domum tantum habet in civitate, si ibi cum familia non habitet.

Et sic non est verū, quod dicunt doctores, quod familia continet tres, sicut collegium. Nam de collegio hoc est expressum in l. Nerarius. infra eod. de familia non sic: quot ergo continet? respondet text. in d. s. familia. infra eod. tot contineri, quot sunt in familia: si centum sint, illos continet, si tres æquē, si duos, & illos tantum. Alias sequeretur, quod possent esse meliores conditionis, vel deterioris, non habens nisi unum in sua familia. Nam si diceretur, quod occidens cum familia aliquem, expellatur à civitate, & puniatur, si quis occiderit cum vno famulo, & non expelleretur, vel non puniretur, quod quā ridiculū sit, nemo est, qui non videat. Quinetiam si relinqueretur legatum Titio & familia: si non haberet nisi unum, hoc legatum non confereretur, quod est contra text. & not. in l. fin. C. de verbo. signific.

Et quando familia est prohibita alienare, non extenditur ultra quartum gradum. s. nos igitur. in authen. de resit. fideicō. colla. 9. Videte super hoc Ias. in l. si. nu. 5. C. de hered. instit. & in cōsil. 4. col. 3. vol. 1. & Deci. consil. 321. & 48. & 624. & per doct. in l. si. l. i. ff. de leg. 1. Alia hanc materiam concernentia dicuntur deo auspicante in d. l. pronuntiatio. s. familie. infra eod. his nunc contentus.

Quidem hic affirmatiue pro certe idem in l. Labco. supra eod. & in l. qui neque. in fin. infra eod. & lege locus. & l. si calumniatur, in fin. infra eod. hic non multa notabo de hoc verbo, quia Grammaticos vidistis, & parum ad Iurisprerium respicit. Sed ad arma veniamus, quia bellum instat.

CAIVS LIB. VIGESIMOPRIMO.

Ad Edict. Prouinciale. Lex xlj.

Armorum appellatio non vtique tantum scuta, & gladios, & galeas significat, sed & fustes, & lapides.

Armorum appellatio adeo generalis est, vt contineat fustes, & lapides, vt hic, & in §. recuperanda. Instit. de interd. Arma enim ab arciendo secundum quosdam, quod his hostes arceamus, nomen acceperunt, vel ab armis, id est humeris, quod ab his pendant: vel à verbo Græco ἀρμα, quod est continere, quod maxime corpori conuenire debent: de quo verbo Græco Buda. in commentariis lingue Græcæ. & Iuriscō. ait, Arma sunt omnia tela, hoc est & fustes, & lapides, non solum gladij, hasta, & fræcæ, id est rhomphææ, in l. 3. §. armis. ff. de vi & vi arma. Et armatos non vtique tantum eos arcepere debemus, qui tela habuerint, sed etiā eos, qui habent aliud, quod nocere potest, armatos. ff. de vi publi. & armatos eos vocat Cicero in oratione pro Aulo Cæcina, qui scutis, telisque parati, ornati que sunt. Quod si glebis, saxis, aut fustibus quis deiecit, tunc valet, quasi armatis simi fuissent, si reperirentur ita parati fuisset, vt vim vita, aut corpori potuerint asserre. Aliquando tamen rhetores vtique exprimit ad vberiore, & certiore elucidationem, vt arma tela, &c. non tamen volunt ex hoc inferre, quā armorū appellatio sola non significet etiā tela, vt sapias dictum extitit, sicut masculinum continet femininum,

Familia quot continet.

Prohibitio alienationis familia non extenditur ultra quartum gradum.

De dictione quidem.

Arma que, & unde dicantur.

Armati q. dicantur.

l. supra eod. aliquando tamen vtique exprimitur, in l. penult. ff. de fideicō. Et arma quedam ad nocendum, quedam ad tegendum, vel ad vtique parata tradit Cicero pro Cæcina. Cum ergo arma quedam sint ad defensionē parata, vt scutum, clypeus, parma, vmbō, thorax, cilicium, lorica, subarmale, cassis, galea, & similia, de quibus Laza. de republ. Roma. lib. 8. cap. 16. quedam verò ad nocendum, vt balista, colubrina, & alia machinæ: alia verò ad vtique, vt ensis, gladius, spatha, hasta, pugio, dolones, parasolium, acides, plumbata, sica, & alia similia: nunquid hæc omnia comprehenduntur in hoc text. respondeo contineri. Nam cum iste text. dicat armorum nomine contineri non solum arma, videlicet ad protegendum parata, vt scuta, & galeæ, & sic ad defensionem, sed etiā alia ad nocendum, vt gladij fustes, & lapides: sic loquitur contineri omnia armorum genera. Vnde armamentarium ab armis nomen accepit, & est omnis generis armorum, tormentorum & machinarum repositorium: de quibus apud Titum Lium & Cornelium Tacitum. De armamentis scripsit Iuriscō. in l. Marcellus. in §. i. ff. de rei vindic. & ego in proem. consil. Reg. glo. s. nu. 97. in 1. rom. cōm.

Scuta, id est clypei, vulgo boucliers dicuntur, & d. p. oxbrous, id est à pelle, quod non sine pelibus fiant: vel à sectura, quod minurē confecta tabellis sint, vt Varro ait. & puto hic contineri scuta, siue parata, siue magna, & rotunda, quæ vulgo rondelles appellat, siue longa ad tegendum totum hominis corpus, Gallice panois, & targes, & parmas, quæ quadrangulares erant, ac alia huiusmodi. Indefinita quippe vniuersali æquipollet, l. si pluribus. ff. de leg. 2. c. generali. de elect. in 6. & de his scutis loquitur Iuriscō. in l. qui commeat. in fin. ff. de re milit. ibi. lorica, scutum, & galeam, &c. Et grecorum legibus multa damnabatur miles, nō qui ensē, aut lanceam, sed qui clypei amittebat: quod oportet magis militem curare, vt non accipiat, quam vt det incommodum, vt Plutarchus in vita Pelopidæ ait: & apud Germanos inualuit, vt in militia scutum reliquisset, præcipuum esset flagitium: author est Cornelius Tacitus in libro de morib. Germanorum. Inde scutarij fabri, qui hæc scuta fabricabant: vel qui in postrema acie scuta ferebant: de quibus Sucto. in August. & Laz. in lib. 4. & 8. de republ. Roma. vel scutati dicebantur, qui plumbatis, vel gladiis, & missilibus accincti erant, teste Vegetio de re milita. lib. 2. Schola scutariorum erat societas militaris, ad exercendos illos, qui scuta in bello portabant: de qua Marcelli. lib. 26.

Gladios accipit hic generaliter pro ensibus, & pugionibus, & spathis, non pro gladiis, quibus in mensis vti solemus, vel pro gladiolis illis, quibus pennæ parantur ad scribendum. Vnde prohibitus portare arma non prohibetur hos cultellos deferre, per glo. singu. in authen. de armis. in verbo minores. colla. 5. quam singularē notat Aeneas de Fala. in additionibus ad Panor. in c. 2. de vita & honesta. clerici. & alij quos scripsi in d. gloss. sed de illis gladiis loquitur Leum vt nubit in foeminam. ibi. gladio virore. C. de adul. Et dicitur à quibusdam gladius à clade, c. litera in g. mutata: quod hi ad hostium cladem fiant: & de hoc gladio loquitur Iuriscō. etiam in l. aut damnum. in prin. ibi. si damnatur aliquis, vt gladio in eum animaduertatur. ff. de pœnis. Audite quid Tibullus Poeta lib. 1. elegia. 10. eleg. scribat contra inuentorem ensis:

Quis fuit horrendos primum qui protulit enses? Quam serus & vere ferreus ille fuit: Tunc cides hominum generi, tunc prælia nata, Tum breuior dira mortis aperta via est. Aut nihil ille miser meruit, nos ad mala nostra

Arma que dam ad defensionem, & alia ad nocendum in ducta.

Armentarium.

Scuta unde & qua sint.

Graue crimen clypei vel scutum amittere.

Scutarij scutarij.

Schola scutariorum.

Gladij nomine non continentur cultellus.

Contra inuentorem ensis.

Veni

Verimus, in sauis quod dedit ille serus. Quis furor est aliam bellis accerere mortem? Imminet, & tacito clam venit illa pede.

Norandum est ius gladij apud Romanos fuisse ornamentum Romani pratorij: dabatur enim gladius pro insigni, sicut hodie Franciæ in coronatione: etiam ducibus pro insigni gladii tradi ab Imperatore solet, vt docet Laz. in libro de republ. Rom. 2. c. 3. Ideo ius gladij habere, est merum imperium habere. nā cui dabatur gladius, is merum imperium, id est gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines consequatur, l. imperium. ff. de iurisdic. omn. iudic. Et hoc ius gladij tria cōtinebat, videlicet gladij gestationem, cognitionem criminum, & executionem. ideo nemo poterat hanc gladij potestatem in alium transferre, l. nemo. ff. de regu. iur. vt abunde probauit in meis no. interpret. ad l. imperium. ff. de iurisd. omn. iudic. per que multa iura declarantur, quæ adhuc ferre valde interpretibus obscura, & de quibus varia sententia ortæ sunt, quas omnes ibi concilio.

Item gladius etiā pro iurisdictione capitur, qui duplex est, spiritualis & temporalis, seu spiritualis & materialis, c. autoritatem. 15. qu. 6. & in c. nouit ille. de iudic. & c. dilecti. de sententia ex cōmunic. in 6. §. 1. 23. q. 8. & in euangelio dicitur: ecce duo gladij. satis est. vbi theologi pro potestate & iurisdictione interpretantur.

Inde gladiatores dicitur, qui gladiis dimicant, & qui cum bestiis pugnant, & plerunque lanati luctum miserabilem mouebant spectantibus: quod prohibet Imperator in l. vnica. C. de gladiato. l. 1. vbi Pyrrhus declarat, & Cælius lib. lect. antiq. c. 32. & seq. & Alci. lib. 2. parergon c. 45. & Cicero ait gladiatorum esse stonachari contra eos, qui leui ex causa ad bilem vertuntur.

Galeas. Galea est regumetum capitis ferreum, ad similitudinem pilei factum, caput à vulneribus & ictibus defendens. Et dicit Plin. lib. 7. c. 56. galeam, gladium, & hastam Lacedæmonios inuenisse: Galce dicimus. armet. bassinet, siue heaume. Inde galeatos milites, galea indutos, vel galearios genus calorum, id est ministrorum militum dicit Veget. lib. 3. c. 6. & sub hoc verbo galea generali comprehenduntur qualibet capitis munimenta, prout loquitur Iuriscō. in l. qui commeat. §. si. de re milit. vbi miles qui alienauit scutum, galeam, gladium, vel alia arma, defertori similis est, & graue crimē committit: de hac loquitur Polybius in lib. de castram. Roma. & Veget. lib. 1.

Fustes. Fustis dicitur lignum, seu baculus, quo solebant olim fontes mulctari, maxime milites, qui excubias nō recte obissent, vt est apud Polybium. Et fustis nomine venit omne lignum, etiam si illi adiunctum ferrum sit, vt sunt sagitte, dardi, lancee, pernis, & aueline, spicula, & similia: vt or verbis Berberij in viator. iur. de homicid.

Norandum est veteres olim vel fustibus, aut virgis, seu flagellis cedere nocētes solitos, lege, vel iuri. ff. de pœnis, vt est apud Lamprid. in Alexandro, ibi, si quis de via in alicuius possessionem deflexisset, pro qualitate loci aut fustibus subiciebatur, aut virgis, & solebant delinquentes interdum ad decem, vel viginti, vel quinquaginta percussiones condemnari, aut ad alia arbitrio iudicis, vt est in l. saliqua, quinquaginta percussiones accipiat, &c. Et has percussiones fustuariū, seu fustuarium Cicero appellat, quasi fustigationem, in 3. Philip. Fustuarium, inquit, meruerunt legiones, quæ confitentur: reliquerunt. Idem docet Lilius lib. 5. ab vrbe condita, & Polybius.

Inde ait Marcellus in l. in feruorū. ff. de pœnis, in feruorū, inquit, persona ita obseruatur, vt exem-

Ius gladij quod sit, & potestus.

Ius gladij vna continet.

Gladius p. iurisdictione.

Gladiatores qui.

Galea, galeary, galeati.

Fustium nomine quid cōtineatur.

Fustuarium, seu fustuarium, aut fustigatio. Qui fustibus aut flagellis ceduntur.

plo humiliorum puniantur: sed ex quibus causis liber cæditur, ex his seruus flagellis cædi, & domino reddi iubetur: & ex quibus liber fustibus cæsus in opus publicum daturatur, ex his seruus sub pœna vinculorum ad eius temporis spatium flagellis cæsus domino reddi iubetur. Et non omnes fustibus cædi solent, sed hi duntaxat qui liberi sunt, & quidem tenuiores homines: honestiores verò fustibus non subiiciuntur, l. capitalium. §. non omnes. ibidem: nec veterani milites, l. 1. & 3. ff. de priuil. vetera. Maiores enim nostri in omni supplicio feruere seruos, quā liberos, famulos, quā integra famæ homines punierunt, d. l. capitalium. in fin. ff. de pœn. Vnde Vlpia. distinguit pœnas, in l. si quis forte. in fi. cum l. seq. ff. de pœn. dicit enim aliquas adimere vitæ, alias seruitutē adiungere, alias civitatem auferre, vt exilium, alias coercionem corporis continere, veluti fustium admonitio, flagellorum castigatio, vinculorum verberatio: & sic non vult, vt vita fustibus adimatur: tamen olim fustibus cæsus sapius moriebatur: ideo aboleretur est hodie per desuetudinem vsus fustium, id est baculorum percussio: sed flagellorum, vel virgarum percussio adhuc remanet, quam antiqui scoparium vocabant, quando milites, vel alij scoparium fasciculo manuali tegora nudati cædebantur, vt est apud Suetonium in Nerone, & Lium. lib. 7. decadis primæ, & lib. 8. decad. 3. de pœna in seditiosos milites à Scipione African. in castris Hispania irrogata.

Et quamuis sola fustium admonitio non contineat corporis pœnam, sed ita demum, quando admonitus non paret: tamen si sub pœna fustigationis præcipitur alicui, vt non faciat quicquam, vel faciat: si hoc contemnat, iudex hanc pœnam declarat, & tunc coercionem corporis continebit: & sic intelligitur ille text.

Hodie fustigatio fit secundum morem patriæ: Parientes virgis vt solent, Tholosani & nostri flagellis de funiculis, vt in c. ex multis. 1. q. 3. ne ita cor recti statim moriantur, sed respiciant. imò Imperator Constantinus prohibet equos publico cursui deputatos lignis, vel fustibus agitari, sed flagellis tantummodo, in l. 1. C. de cursu publi. lib. 12.

Itaque fustibus cedere, est hodie virgis vel flagellis castigare, & verberare, l. 3. ff. de offic. præfecti vigilum, l. 1. §. cum patronus. ff. de officio præfecti. vrb. l. leuia. ff. de accusa. d. l. in feruorū. de pœnis. l. fin. de effra. l. penult. de variis cognitio. l. prædus. de incendio, rui. & naufrag. In de fustigationis pœna, l. veluti. ff. de pœnis. l. fustibus. ex quib. caus. infra. irrog. doct. in l. imperiū. ff. de iurisd. omnium iudic. l. qui cum vno. §. si in pace fustibus cædi iubetur. de re milita. Interdum etiam Iuriscō. sultus dicit, fustibus castigatur: vt in l. sacularij. §. 1. ff. de extraord. crimin. l. leuia. de accusa. l. 2. §. in filiis. ff. de decurio. l. si duo. in fin. ibi. fustibus cum castigatum dimittere. de iureiurand.

Lapides, siue sint plūbei, ferrei, siue lapidei, quia de communi vtū loquēdi lapides etiam vocantur. Vnde prohibitus portare lapides ad inimicos, incidit in pœnam, si hoc de ferre causa proiciendi, siue à colubrinis siue à bombardis. essent enim hæ sine illis lapidibus fere inutiles: & sic omnia ista armorum appellatione comprehenduntur, c. ita quorundam. de Iudæis. scripti in bulla cœnæ domini, artic. 5.

Interdum tamen Iuriscō. sultus telum & lapides separatim exprimit, & tūc teli nomine lapides non continentur, l. 1. ibi, quo armati homines cum telis, lapidibusve in vrbe sint. ff. ad legē lul. maieft. Et si quis commilitonē lapide vulnerauerit, militia reuocetur: si gladio, caput amittit, l. omne delictum. §. si

Ius fustis aboleretur. Scoparium p. fustigatio.

Admonitio fustium an contineat pœnam.

Fustigatio pro more patriæ fieri debet.

Fustibus cedere & castigare.

Fustigationis pœna.

Lapidum nomine quid veniat.

§. si quis commilitonem. ff. de militari. Ista sunt vtilia ad sequentia.

Primo armorum vsus in scio Principe est interdicitus. rubr. vt armoru vsus. lib. 11. C. & solus Rex, & eius officiales in hoc Regno armoru vsu concedunt, pro quo facit text. in authen. de armis. in princ. colla. 6. ideo cum ipse solus prohibeat armorum delationem, in ea solus offenditur, & solus de his cognitionem habet, vt scribitur in stylo parliamenti, in 1. parte, rubric. quoru cognitio spectet ad Regem, & ad eius officiales. teste Petro Iacob. in sua practica, rubr. de successio. Regni. & Boer. in tract. suo de seditionis in 6. praesuppositio. Ideo iudices baronum, aut alioru dominorum de his non cognoscunt. Quamobrem an. 1330. die 1. Decemb. fuit remissus quidam delinquens ad officiales dom. matris Francisci Regis: tamen fuit illis prohibitum ne de portu armoru cognoscerent. Etiam ex consuetudine iudices tantum Regij cognoscunt super portu armoru contra clericos, quia in his que publicam concernunt vtilitatem comprehenduntur in statutis laicoru. l. addictos. C. de episc. audient. & ibi Ioan. Fab. & in l. ex ea. ff. de postul. sed portare arma publicam vtilitatem respicit, tex. in d. authen. de armis. in princip. & §. si rusticus. de pace tenen. & eius viola. Iraque ex delatione armorum possit turbari status publicus: igitur iudices in hoc Regno vsurparunt, vt cognoscant etiam contra clericos de armorum portu, & gestatione, licet de iure contra: quamuis praxis hoc habeat, donec concilium generale hoc reuocauerit, vt asserit Bened. in reperit. ca. Raynurius. in verbo & vxorem. de resta. ait enim clericis maxime arma portare prohibitu esse, & portantes excommunicandi sunt, c. clericus arma. de vita & honestate clerico. & fere 23. qu. 8. per totum, & si ter moniti in armis prehensi fuerint, non erunt postea ab ecclesia defendendi. ca. in audientia. & c. contigit. 2. de senten. excomm. nempe clericorum arma sunt orationes, & lacrymae, cap. non pila. & c. conuenior. 23. q. 8. & ca. si. 36. distinct.

Secundo intelligit quod iudices seculares, qui sic in hoc Regno cognoscunt de portu armorum contra clericos, poterunt tunc demum cognoscere, quando illi clerici ferret arma offendibilia, & vltra enses & gladios & scuta & lapides: nempe in odiosis armorum appellatione offendibilia tantum comprehenduntur, c. ne in agro. §. quia. de statu monacho. & quando statutum, vel ordinatio punit arma portantes, comprehenduntur tantum illi, qui offendibilia portant. Bar. in l. 1. ff. de vi publica. Angel. in tractatu de malefic. in glof. & ad hoc colloquium. versu. quaro statutum. post Alber. in tracta. statuto. in 2. part. q. 15. item querit.

Ergo non poterunt iudices de omni armorum portu cognoscere contra clericos, sed quando in forma belli arma deferuntur: vt si ciuitas contra ciuitatem, natio contra nationem insiliat, & si deferant arma, vel trahat longa: secus si enses tantum vt testatur Ioan. Ferrald. in 19. Regis priuileg. tract. de iuribus Regni Francorum, & Masuer. in rub. de remissio. versu. item si aliquis. & si vnus verberaret alium ense, vel pignone, no diceretur quod ob hoc portus armorum crimen incurreret, vel si clericus domi se defenderet etiam bombardis, non debet puniri a iudicibus secularibus de hoc vsu armoru, seu portu: secus si publice portaret, teste Aufre. in tracta. de potesta. secul. super ecclesia. reg. 2. fall. 13.

Item si aliquis memoriderit alium, non debet puniri, ac si armis eum offenderit, vt expresse dicit Matthae. de Afflict. in constit. Neap. libro 1. rub. de percussio. illicita. col. 2. sed id incumbit officio iudicis pro vulneris qualitate.

Tertio intelligit, quod clerici non solent cor-

porali poena puniri a iudicibus laicis pro hoc crimine, sed ciuiler tantu, & postea remittuntur ad iudicem ecclesiasticum pro delicto communi puniendo. ita vidi seruari, quamuis sit contra text. in c. vnico. de cler. coniuga. in 6. vbi nec ciuiler, nec criminaliter clerici a laicis puniri debent: sed protegunt se Regij officiales, dicentes clericum, qui arma contra prohibitionem Regis detulit, commississe crimen contra eum, quod vocant priuilegiarum, ob id pro illo condemnant clericum: & quia adhuc non est punitus pro crimine communi, si forte illis armis aliquem vulnerauit, vel occidit, ideo pro illo remittunt ad officialem. Quomodo autem quis debeat puniri pro portu armorum: respondeo, arma sunt Regi confiscata, vt Bal. notat in §. si quis rusticus. de pace tenenda, & eius viola. & ita fuit decisu aresto huius senatus, vt scribit Aufre. in stylo parlamet. aresto 233. videte Bar. in l. 1. ff. de vi publica: & alias arbitrio iudicis puniuntur.

Quarto ex communi vsu loquendi armorum appellatione non veniunt lapides: & ideo hodie in ordinationibus Regis vix comprehenderent, nisi arma offendibilia, & pro subiecta materia, teste Pyrho in rubr. vt armor. vsus. lib. 11. C. vbi dicit lapides ita demum contineri, si consuetum fuerit vt lapidibus pro armis vteremur: alioqui secus, quia communis vsus loquendi insequendus est, & secundum eum actus intelligendus, l. Labeo. ff. de suppellectili. legara. & vbi communis vsus loquendi vobis caret lapides arma, non esset tunc dubium contineri, vt in lapidibus machinaru, alioqui non, teste Felino in proemio Decretalium, numero sexro: allegat Cardinal. in clementina, ne in agro. §. quia vere de statu monacho. & per hoc intelligitur lex, qui commentus §. arma. ff. de re militari. vbi miles arma alienans, grauius delinquit, non intelligitur de lapidibus, sed de ceteris hic expressis: & sic pro subiecta materia, armorum nomine continebuntur praedicta: vt in rubrica de fabricen. lib. 11. C. & post factum dicit glo. in d. cle. ne in agro.

Quinto excommunicatus est, qui arma ad infideles defert, c. ita quorundam. & c. ad liberandum. de iudicis. & armorum appellationem intelligo, vt hic glof. in extrauagan. quorundam. de iudicis, in extrauagan. Ioan. 22. scripti in bulla coena domini, artic. 5. vbi amplior fit prohibitio. & sic qui deferret lapides bombardaru, esset excommunicatus: si vero alios lapides, cotem forte, non nisi illis vteretur ad fundendum contra Christianos: nam tunc etiam armorum appellatione comprehenderentur, vt ibi dixi.

Sexto arma pro instrumentis quarumcunque artium capiuntur: vnde studioforum arma sunt libri, graphium, penna, pugillares, vulgo *tablettes*, atramentariu, cultellus, & forcicula, teste Crapal. lib. de partib. aediu 2. facit glo. in l. Nepos Proculo. infra eo. vbi haec arma scholasticis sunt relinquenda. Inde dicimus arma rusticorum, arma pastorum, arma cocorum. De primo vsu armorum, & qui prius arma inuenerint, tradit Polydor. Virgil. lib. de inuento. rerum 2. c. 1. & seq.

Inde Armarium dicitur locus, in quo libri, ceteraque cibaria, pecuniaeque reponuntur: & qui possidet armarium, non possidet singulas res in armario existentes, l. qui vnuerfas. in princ. ff. de acq. possessio. l. 3. de offic. praefec. vigil. vbi scripti.

Septimo prohibitio generalis est, vt non liceat arma alicui deferre, per rubr. C. vt armo. vsus. qua non procedit in Regis officialibus, & magistratibus, seu in eius familia. l. 3. §. si. de offi. praefec. vigil. ff. glo. in c. statutum. in verbo directe. de haereticis, in 6. idem in nobilibus, vt enses ex consuetudine ferre possint: ballistas vero, *pistoletis*, vel alia arma offen-

Praxis de punitis clericis propter arma in crimine priuilegiato.

Arestum, quomodo p portu armoru quis puniatur.

Ex communi vsu loquendi lapides non dicuntur arma.

Excommunicatus est, qui arma ad infideles defert.

Arma pro instrumentis artium.

Armariu. quid.

De prohibitione armoru, qui possunt gestare arma, et qua.

offendibilia, non: quia in alterius lesionem hoc redundare possit, & bello potius haec arma conueniunt, quam vt passim vt quis possit, nisi in itineribus, text. in l. f. C. de praepos. sacri cubiculi, lib. 12. Lucas de Penna in d. l. vna, col. penul. Nec possunt nobiles in aliorum lesionem arma ferre, vt sentit Bonus de Curtili in tracta. de nobilitate, in 5. parte, priuilegio 19. Item nobiles effecti monachi vel sacerdotis suis armis, id est orationibus intendere debent, non ensibus, vel aliis armis, vt est in d. cle. ne in agro. §. quia vero. imo si in cubiculo teneret etiam enses, essent excommunicati, vt ibi dicitur: & quis possit illos tunc aboluere, an abbas? quod non, tradit Federic. in consil. 14. monachus.

Item licet doctoribus arma portare, glo. & Bar. in l. medicos. C. de profess. & medic. lib. 11. Bonus, vbi supr. priuilegio 39. Sed an scholastici arma deferre possint, scripti in scholasti. priuilegio 129.

Hodie vero edicto Regio omnibus prohibitum est etiam in itineribus portare colubinas, *pistoletis*, & alia arma ibi expressa, etiam nobilibus, vt patet in ordin. Reg. rub. de n. alter. *armes, masques, ne deguisez, & ne portez hacquebuttes, pistolets & autres armes.* & hi quibus permittitur deferre enses, illos portare non possunt in palatio, §. ad palatium. de pace tenend. quod hodie seruatur in magno auditorio, vbi causa publica deciduntur.

Idem in viatoribus, per tex. in §. si quis rusticus. de pace tenend. & eius violato. quib. tex. dicit singu. Roma. sing. 263. prohibitum, vbi viatoribus arma portare non est prohibitum, nisi in armis in edicto Regio expressis.

Octauo arma pro insignibus saepe dicimus, quorum materiam si plene & ad amulsim videre cupiris, praesules dignissimi, legere decebit libros insignium D. Ioan. Ferronei, qui in istis est singularis. Nempe scripti Phoroneus Rex Graecis primus leges iudiciaque constituit. c. Moyses. 7. dilin. ita & hic insignis Ferroneus insigniu omnem materiam in artem fere redegit, & velut in aceruum congestis, post Bar. in suo tract. de insign. & armis, & Alcia in lib. 5. parerg. cap. 13.

Nono portantes arma praesumuntur habere animam maleuolum. §. si autem. versu. hoc enim factu. in authen. de armis, colla. 6. gl. in l. licet. C. de pact. & qui se armis munit, praesumitur cogitare de crimine, vel de bello, vel de vi. Bal. in margar. in verbo auxilium. q. penul. ideo non audietur, si postea dicat, quod fortuito hoc perpetravit crimem, & si illud dicat in gratia, allegabitur subreptitia: nempe de crimine iam committendo cogitauerat, qui arma assumpterat. quod non procederet, si iustam portandi causam haberet, forte quod aliquod esset profecturus, vel in his, qui arma portare soliti sunt. tunc enim si ius deferendi habebat, non praesumitur animam maleuolum ex hoc habere, quia non praesumitur malicia, vbi est ius, l. 1. ff. de iniuriis: quod est notandum. Etenim aliquando defendi quendam ex his & aliis.

Idem putarem, si iudex ex causa, vel magistratus arma deferre alicui permitteret. quod potest, vt po te pro defensor. e personae, & quando non potest prouidere per securitatem, & (vt dicunt) saluagardiam, inspecta qualitate personarum, & exacto iurcurando ab eo, cui permittit, & cum adiectione poena, quod aduersarium non inuadet: alias non conceder: & tutius est iudici sub dissimulatione transire, quam permittere. & hoc seruant iudices Francia, vt ait patruus meus Iacob. Rebuffus in d. l. vna. vt armo. vsus. vel nisi propter bellum permittit, aliam iustam causam, teste Baldo in rubr. C. qui accusa. non possunt. & in lege. obseruare. §. proficisci. versu. primo quaro. ff. de offi. proconf. &

quando permittit vni, & aduersario ac consorti videtur permittit, vt possit se tueri, vt docet Cepol. hic. alias limitationes tradit Socinus in tractatu fal lent. reg. 30. arma. facit glo. singu. in authen. de armis. in fi. colla. 6. secundu Ioan. de Platea in rubr. C. de fabrices. lib. 11. Barb. in tracta. de prestant. card. 5. q. 2. part. las. in §. ex maleficis. nu. 83. In fi. de actio. & Cottam in 2. parte memorab. in verbo armotu. scripti in scholastico. priuileg. 100. Et tenere quod si portantes arma abutantur ipsis, poterit eis interdici delatio: vt si iuuenis nobilis multos passim laedar fito ense, arg. l. 2. in fi. de priuileg. scholast. l. 12. C. Hippolytus in practica in §. pro complemento. col. 2. nu. 8. & seq. & hoc postea a principe impetrare poterunt, non obstante prohibitione, vt alias vidi seruari in practica. priuilegiu enim meretur amittere, qui permittit sibi abutuntur potestate, ca. vt priuilegia. de priuilegiis. & quia ius arma propro sunt ideo sequitur l. probrum.

VLP. LIB. QVINQVAGESIMO SEPTIMO Ad Edictum. Lex xli.

Probrum & opprobrium idem est. Probra quaedam natia turpia sunt, quaedam ciuiler, & quasi more ciuitatis: vt puta furtum, adulteriu natura turpe est. Enimvero tutela damnari, hoc non natura turpe est, sed more ciuitatis. nec enim natura probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere.

Tres habet partes haec lex. in prima dicit probrum & opprobrium non differre, sed idem esse, quatenus probrum ignominiam significat. secunda ibi, probra, diuidit, dicens quaedam esse natura turpia, quaedam more ciuitatis, seu iure ciuili. Natura turpia sunt furtum & adulteriu: more ciuitatis probrum est, quem tutela damnari. & in hac secunda parte probrum pro furto & adulterio sumitur, & sic pro crimine: licet pro ignominia accipiatur quandoque: & tunc idem erit probrum & opprobriu. Et in hoc text. dicitur, quaedam probra, non dicit omne probrum. nam probrum dum significat ignominiam, tunc accipitur pro opprobrio, & idem est: quando vero pro crimine, differt, & ideo dicit quaedam. In Pandec. Florent. legitur probrum & opprobrium, id est, probra quaedam natura turpia, & c. & sic cessant contraria.

Quod autem Alcia ait furtum non esse natura probrum, quia impune Aegyptiis furari licebat, & Lacedaemonij laudi sibi adscribebant fures esse, nec deprehendi, quia cautiore diligetioresque ad hoc sunt iuuenes: no ob id sequitur: nam datur instantia, quam iurisperito dare satis est, cap. sicut vgeriu. 1. q. 1. Valdenses non reputant, dum bacchanalia celebrant, turpe, adulteriu committere: ergo non erit natura turpe. sed adulteriu est natura, id est ratione naturali improbatum, & l. euangelica, sicut furtum, licet ab adulteris turpen non putetur, nec probrum.

Item Fulgos. de factis memorabilibus lib. 2. de Insit. antiquis, narrat aliquos nihili facere filias venales exponere. ergo non erit turpe, si illis adhaeratis. quod hic improbat, dico in l. Masurius. infra eo. Sed vos intelligite furtu naturali quadam ratione reprobatur esse, l. 1. in fi. ibi, lege naturali prohibitum. ff. de fur. Exod. 20. non furtum facies, eo ne videlicet rem alienam habeas, & ne facias alius, quod tibi fieri non vis: vt in princip. Decreti scriptum est. & sic per hoc patet, tam furtum, quam adulterium natura probrum esse: & quamuis aliqui, vt graffatores itinerum, & alij id genus fures, non

Delatio armorum nobilibus interdici potest.

Declaratio text. & diuisio.

Non probraur sententia Alcia.

De armis quis cognoscat, & qui portare ea possint.

Iudices Regij contra clericos de armis cognoscut, & quando. Arestum.

Praxis.

Armorum nomine in odiosis quid veniat.

Mordendo aliu ledens an dicatur armis illu offendere.

non accipientis, aut vt accipientis duntaxat, non etiam dantis, aut vtriusque. & ibi explicatur per totum titulum. Inde turpia legata, quae notandi magis legatarij gratia scribuntur, odio scribentis pro non scriptis habentur, l.turpia ff.de lega. 1.

Turpia legata.

Rei turpis nullum mandatum est, & ideo mandati non agetur, l. si remunerandi. §. rei turpis. & l. si mandauero. §. qui ad em. ff. mand. §. illud. eod. titu. in infiru. Delictorum turpis atque foeda est communio. l. quod autem. ff. pro socio.

Res turpis.

Turpis est actio, videlicet iniuriarum, vi bonorum raptorum, serui corrupti, & similes actiones turpes dicuntur, quae infamant, l. nec quicquam. ff. pro socio, eo quod turpem, reddidit illum, id est infamem, qui aliqua istarum actionum condemnatus fuit, l. 1. ff. de his qui not. inf. non quod ipsa actiones turpes sint, sed ab effectu nominantur turpes.

Turpitud.

Hoc intelligitur posse, quod sine turpitudine & infamia fieri potest, l. auus. in fin. ff. de iure dot. scripti in l. nepos Proculo. infra eod.

Turpia verba.

Qui turpibus verbis vitur, non tentat pudicitiam, sed iniuriarum tenetur, l. item apud. §. qui turpibus. ff. de iniur. Turpissimo exemplo, dicit iurif. conf. si socer cum nulum adulterij accusatum testatus praefidi fuisset, maluit postea ab accusatione delistere, & lucrum ex dote magis petere, Papinianus in l. miles. §. socer. ff. de adulter. alibi dixit, mali exempli res est, in l. si quis aliquid. §. qui abortiouis. ff. de poenis. & exemplo turpissimum est foeminum ovocabulo etiam masculos contineri, l. si ita scriptum. ff. de lega. 2.

Turpis persona quae dicitur.

Turpis persona dicitur meretrix, l. Pantonius. ff. si quis a pariete manumissus. vnde Ovidius ait: Turpe thori reditu census augere paternos, Et faciem lucro prostituisse suam. Sic & leno, & is qui meretrices sectatur, & alios actus turpes exercet, vt abunde scribit Perrus Iacob, in sua practica, rubr. de authen. ex causa praerogativa. in fin. quod prodest, vt apud illam filius non debeat ali pendente processu super filiatione, l. 3. §. item si is qui. ff. de liber. exhib. & propter status turpitudinem ad accusandum non admittuntur, l. 1. §. accusationem. ff. ad Turpill. Pater turpis & vilis non potest remittere iniuriam sui filij honesti, quia facile remitteret, & paruo dato, l. sed & si. §. filiosamil. ff. de iniur. doctor. in l. in persona. ff. de pact. Et frater germanus querela inoffic. iosis inuari potest, si frater instituerit turpem personam, eo neglecto, l. fratres. C. de inoffic. testam. ideo si instituat meretricem, turpiter fratris testamentum: si vero instituat filium ex illa, non tamen ex se natum, puto institutionem valere, quia filius meretricis non dicitur turpis persona, nec dicitur fieri in fraudem, sed potius compensanda iniuria gratia, quam is faciebat, qui cum matre agebat: quod non est prohibitum, quamuis filius nihil sciret. Alioquin sequeretur magnu absurdum, quod si mater Baronis, aut illustris cocat, quod faciat filium suum inhabilem ad sic accipiendum bona, & institutione ab illo, quem nescit sibi esse dedecori: quod quam sit ridiculu, nemo est, qui non videat. Filius enim non portabit iniquitate patris aut matris. rubr. C. ne fil. pro patre. & in Theodosia. C. in d. l. fratres. erant ista verba, Institutos heredes, quibus iniustas constituit esse notas detestabilis turpitudinis. facit l. fin. C. de natura. liber. vbi licet non possit spurio relinqui, tamen filio suo sic. facit l. si is qui. ff. de vulg. & non prohibetur quis relinquere capaci, si non grauetur restituere incapaci, l. non intelligitur. ff. de iure fidei. Et quamuis is qui prohibear testantem instituire, & testari sit inhabilis, non tamen is, qui ad suasionem illius erit institutus, quia hoc permittitur in l. 1. & si. C. si quis aliquem testa. prohib. & qui non est turpis, ibi non est incapax:

Instituta turpi persona quando querela agi potest, & quid in filio meretricis.

ergo illa dispositio odiosa non est extendenda ad personas non turpes: ita consultas respondendi nisi is esset adulterij, vel mali particeps, vtriusque dicam.

Turpe lucrum vocat datum ob falsum testimonium, vel ob gratiosam sententiam, vel alias male acquisitum, in l. in herede. ff. de calumnia. ibi, constitutum est turpia lucra ab heredibus quoque extorqueri. vnde Ovidius,

Turpe lucrum quid dicatur.

Non bene conducti vendunt periuria testes, Non bene selecti iudici archa patet.

Mercali vxor.

Et mercalem vxore habere vtriusque turpitudine est, l. mercalem. C. de condit. ob turpem causam. id est vendibilem, quae pecunia data coit. Si quis in pignore dato auro a se subiecisset, furti teneri: quod si in dando a se subiecisset, turpiter fecisset, non furem esse. l. si quis in pignore. ff. de pign. actio. l. cum a se. de furt. quae leges fuerunt adductae ad excusationem quorundam Aegyptiorum, seu Boemorum, qui tamen a furto non fuerunt excusati.

Turpiter.

Turpiter pactus, ff. de calumniator. Turpiter accepta pecunia, in l. si tutor. i. ff. de tutel. & ratio: distrah. in fin. Turpiter arma amittuntur, & ideo postliminio reuerti negatur, l. 2. in fin. ff. de captiuis.

Turpitud.

Turpitudinis manifestae est nolle iurare, nec referre, l. manifesta. ff. de iureiur. Turpitudinem suam allegans non est audiendus, l. transactio. C. de transactio. l. in iuratum quod ex conventionione. in fin. ff. de iureiur. vbi plene Bar. & Ias. cap. cum super quaest. de coe. sio. praebend. Stuprum etiam intelligitur in his mulieribus quae turpiter viuerent, & quantum facerent, etiam si non palam, l. stuprum. ff. de ritu nuptia. Non est ignoscendum, qui obtemperanti paupertatis turpissimam vitam elegit, l. palam. §. non est ignoscendum. ff. de ritu nupt. Ista turpia omittamus, ad ciuilia accedentes.

Ciuiliter declarant in tract. de liter. ciuilib. in ord. Reg. in 1. tomo commenta. phrasas dicam in l. an nictulus. 2. infra eod.

More ciuilitatis, elucidabitur in l. pronuntiatio. §. primo. infra eod.

Damnari quid significet, quando cum genitio vel ablatio iungitur.

Damnari, pro condemnari, & saepius simplex pro composito apud Iurifconsultum ponitur, vt probat l. fin. ibi, accusator damnatur. ff. de calumniat. & neque quemquam inaudita causa damnari aequitatis ratio patitur. Marc. in l. 1. in princ. ff. de reuocandis reis. & alibi dicitur, absentem in criminibus damnari non debere, in l. absentem. ff. de poenis. Et quando iuratur genitio, significat rem propter quam quis damnatur: vt damnatus furti, iniuriarum, l. 1. §. 1. ff. de his qui not. inf. & l. liberorum. §. Neratius. ibi, perduellionis danati. ibid. Si vero ablatio addatur, poenam significat, secundum Grammaticos: vt capitali damnatus crimine, l. 1. §. remouet. ff. de postul. Tamen id non perpetuo obseruatur Iurifconsulti, sed interdum vtroque in differenter vtuntur, vt probat l. 2. §. si publico. ibi, nam Claudius Gorgus vir clarissimus vxorem accusans, cum detectus esset vxorem in adulterio deprehensam detinuisse, sine accusatore lenocinio damnatus est. ff. de adulter. l. marito. §. qui leno. ibi, iudicio ve publico damnatus. ibidem. l. 1. §. praererea. de sca. l. rei capitalis damnatum. ff. de poenis. Et interdum dicunt in ablatio suo nomine, vel alieno damnatum, l. athletas. in fin. de furt. l. furti. §. si quis alieno nomine. & §. illud. ff. de his qui not. inf. & in fin. ibi, contrario iudicio damnatus.

Aliquando tamen in accusatio ponitur cum praepositione in, vel ad, vt ad bestias damnati, l. ad bestias. ff. de poenis. & hi dicebantur, qui inuiti sic in venatione

Ad bestias damnati.

venatione instituebantur. Bud. in l. aut damnum. ibidem, & alibi dicemus. In metallum damnati, l. aut damnum. §. est poena, quae adimat libertatem, huiusmodi vt pote, si quis in metallum, vel opus metalli damnetur. l. moris est. & l. in metallum. ff. de poenis, & passim in illo titulo.

In metallum damnati.

Damnatus pro damnato, seu grauato veteres vtentur frequenter per syncopen, vt scribit Alcia. lib. 4. de verb. signific. & maxime Iurifconsulti, vt damnas esto dare, l. 2. ibi, tantum a se dare domino damnas esto. ff. ad legem Aquilae. & l. si seruus seruum. §. alteri. ibi, tantum a se domino dare damnas esto. ibidem, l. danas. de usufructu. leg. l. Quintus. de annuis leg. Quamuis Nebricens. dicat in suo Lexico Iuris mendum esse, vbi cumque legitur damnatus, nihil verbum, cum legi debeat damnatus: quod non est verum, vt etiam probat text. in l. in repetendis. ff. de leg. 3. & Iametus doctor Aurelianus in addi. ad Nebricensem, cum eo in hoc non conuenit.

Damnatus esto dare.

Damnatus pro condemnato, l. 1. §. qui in iudicio. ibi, de dolo malo & fraude suo nomine damnatus erit. ff. de his qui not. inf. l. 2. in fin. de praeo. stipulationi. l. si is qui se obtulit fundi vindicationi damnatus est. l. fin. autem. §. penult. ff. de rei vindic. Sic intelligitur rub. de bonis damnato. ff. & titulus de bon. proscripto. & dana. C. licet glo. in l. diuus. 2. de culto. rco. exponat pro confesso.

Damnatus.

Damnari de suspicionibus, quis non debet, id est per suspensiones, vel ex suspicionibus, & praesumptionibus in criminibus. Vipia. in l. absentem. §. 1. ff. de poenis, quia probationes in criminibus debent esse luce meridiana clariores, l. si. C. de proba.

Damnari de suspicionibus.

Damnare herede, pro grauare, quod grauando ad hoc danetur, & damno afficiatur. Vnde Caius Iurifconsultus ait, l. potest quis in testamento etiam heredem suum damnare, ne altius a se datus tollat. ff. commu. praed. l. si heres testamento quod vendere damnatus sit. de actio. empri. l. si in lege, in fin. locat. Quamuis Nebricens. dicat accipi pro obligare, si dicam, heredem mihi dare damnauerit: quod non est verum, sed pro grauari, & ibi corrupte duas allegat leges, quae secum non faciunt, etiam si verae eas citasset. Nam damnandum eum quanti mulier in litem iurauerit, pro condemnandum sumi videtur: & in l. si filiosa. §. 1. ff. solu. matr. & in l. si mihi. §. 1. de leg. 1. ibi pro grauari.

Damnare pro grauari.

Damnium pro detrimento, iactura accipit Iurifconsultus. Paul. in l. 2. §. 1. ff. ad leg. Rhod. de iactu, vbi primo vocat detrimentum, postea damnium, in l. 4. in fin. & l. nauis. ibid.

Damnium.

Damnium infectum, est damnium nondum factum, sed quod futurum veremur, l. 2. ff. de dam. infect. Damnium & damnatio ab ademptione, & quasi diminutione patrimonij dicta sunt, l. 3. ff. de damn. infect. Et pro qua parte dominus est, donationem fieri Praedius ait, in l. sed non esse. ff. de iniur. vbi pro condemnatione, & in l. 2. in fin. de poen. l. qui vltimo. ibidem.

Damnium infectum.

Damnium pati, est damno affici, souffrir damage, l. is qui. ff. ex quibus causis maio. l. ex madato. mandati. iuncta l. mandatum. vlti. ibid. l. cum in plures. §. seruum. locati. Damnium autem pati videtur, qui commodum amittit. ff. ne quis in loco publ. l. 2. & alibi Iurifconsultus pro eode ait sentire damnium, in l. de illo. in fin. ff. pro socio. Et esse damno, in l. si hereditatem. madati, l. 1. de periculo & commodo rei venditae. l. ex conducto. §. 1. loca.

Damnium pati.

Dare damnium est inferre, l. & eleganter. §. si quadrupes tua dolo alterius mihi damnium dederit. ff. de dolo. l. sed si damnium seruo dominus dederit. ff. de pecul. & l. qui domum. in fin. ff. locati. Et facere damnium pro eodem, in l. si quis fundum. §. 1. & l. si tibi. ibid.

Dare damnium.

Damna esse salua domino lex statuit, in l. liber homo. l. §. 1. ff. ad leg. Aquilae. id est damna farciri domino, vt saluus a damnis sit.

Maius damnum, l. vi vxori. in fi. ibi, si creditor pecuniam non delister, maius damnū mulier passura fuerit. ff. ad Velleia.

Damnium praestare, id est facere detrimentum, l. si hereditatem aliter aditus non essem, quam cautum mihi fuisset damnium praestari. ff. mandati. lege. cum in plures. §. seruum. loca.

Damnium praestare.

Damnium petere intelligitur, id est petere farciri sibi damnum. l. de illo. in fin. ff. pro socio, ibi, si damnum petit. Nec enim quis petit, vt sibi damnum inferatur, sed vt datum, & illatum farciatur, restituatur, quod ademptum mihi, diminutum ve est.

Petere damnum.

Damniosum, quod damnium infert, l. Imperatores. ibi, quod si damnose sint conditiones reipublicae, obseruari non debere Papinianus ait. ff. de pollicitat. Damniosus socius, l. si conuenerit. in fin. ff. pro socio. ibi, quid si tam iniuriosus, & damnosus socius sit, vt non expediat eum pati? Damnofa hereditas, l. si hereditate. ff. manda. ibi, interdum damnofa, &c. Damnofa nouatio, l. patri. §. si minor. ff. de minorib. ibi, si danofam sibi nouationem fecerit. Damnofa res, l. & ancillarum. §. si quis cum seruo. ff. de pecul. Damnofa mora posterior, l. illud. ff. de pericul. & comodo rei vendi. Damnofa negligentia, l. rem hereditariam. in fin. ff. de cuiusio.

Damniosum.

Indemnis, id est sine dano, l. de illo. ibi, an vero indemnes eos praestare debeat. ff. pro socio. Inde fideiusor indemnitatis, qui aliquem indemnem reddere promissit: & is non conuenitur nisi principali excusso, l. 1. C. de conuenien. fisci debito. l. 10. plene Hippolytus in rub. de fideiusso. q. 44.

Indemnis, & fideiusor indemnitatis.

Commodum cum damno compensari, in l. de illo. §. 1. ff. pro socio: & sicuti lucrum omne ad emptorem hereditatis respicit, ita damnium quoque debet ad eundem respicere, l. 2. §. sicuti. ff. de heredit. vendita.

Iniquissimum est genus societatis, ex qua quis damnium, non etiam lucrum expectet. l. si non fuerint. in fin. ff. pro socio. l. secundum naturam, de reg. iur. Lucrum non intelligitur, nisi omni dano deducto, l. Mutius. ff. pro socio: & de damno loquitur l. aliud est capere. & l. cum prator. & l. quareret. in fin. infra eod. ne plura.

Idoneus, idoneus homo dicitur duobus modis, sicut probrobus. Primo natura, quando est bonis moribus praeditus: vnde magistratum oportet creare morum tutorum inuestigare, neque enim facultates, neque dignitas est ita sufficiens ad fidem, vt bona electio, & benigni mores. Modestinus. in l. scire. §. penult. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Et suspectum eum putamus, qui moribus talis est, vt suspectus sit: enimvero tutor vel curator quamuis pauper sit, fidelis tamen, & diligens, remouendus non est, quasi suspectus. §. si. Instit. de suspect. tuto. & Imper. Constan. ait in l. 1. C. de offi. mag. offi. sic: Idoneus, probitate morum, ac bonis artibus praeditus.

Idoneus quot modis dicatur, & phrasae.

Secundo idoneus dicitur more ciuilitatis, & de iure ciuili, & hoc multis modis. Primo tutor dicitur idoneus facultaribus, quando est loco cuples, & sol uendo, l. cum ex pluribus tutoribus vnus, quod ceteri non sunt idonei, conuenitur. ff. de quibus rebus ad eundem iudic. eatur. Interdum quis dicitur vtroque modo idoneus, si materia hoc exposcat, videlicet & moribus & facultatibus, vt in §. interdum autem & pupilli curatores accipiant, vt puta si legitimus tutor non sit idoneus. Instit. de curat. & in l. 1. §. ite solet non idoneus tutor. ff. de offic. praefe. vbi. l. quones. §. quod si dies. ibi, si idoneus tutor fuerit. ff. de adm. tut. l. 2. §. sed & si filius. ad muniti. ibi, sed & si filius tutoris dare non curauerit, vel mi-

nus idoneos elegerit, nec satis exegerit, vel nō idoneum acceperit, ipse quidē quin sit obstrictus, nulla dubitatio est. l. diuus. ff. de tut. & curat. dat. ab his.

Idonei homines, id est locupletes, qui soluentio sunt, l. diui Scuerus & Antoninus rescripserunt, pecuniam relictam ad alimēta puerorū, legi Falcidiae subiectam esse, & vt idoneis hominibus collocetur pecunia. ff. ad legē Falcid. l. fin. ibi, itaque in aede sacra interim deponendā sunt, aut apud virum idoneum. ff. de tabul. exhibend.

Idco si à iure ciuili dicatur idoneus, debet intelligi pro materia, sed regulariter de idoneo facultatibus, quia de moribus vltima sit quæstio, vt dicit Iuuenal. & sic intelligit Iuriscōsul. in l. 2. §. idoneus. ff. ad senatuscōs. Tertullia. vbi sic scribitur: idoneos autem vtrum facultatibus, an moribus eos petere debeat, dubitationis esse potest. Puto autem facile ei ignoscere, si locupletes sunt hi, quos petit, laufferur. ibi, sane pro non idoneis, qui sunt idonei, conueniantur. ff. de iure fisci. l. si pupilli. ibi, nam si vterque idoneus est, electio locum non habet. ff. de administratione tutor. Et quāuis Bar. in d. §. idoneos. & glof. in l. paupertas. ff. de excusat. tuto. intelligit illum tex. dicentes, in parem oneri adiuncto ratione paupertatis excusandum, si non habeat tantum in bonis, quantum pupillus, quia est impar secundum eos: non tamen id probat, quia dicitur impar oneri adiuncto, quando onus adiunctum ex aliqua causa completere nō potest, vt pote quia est pauper, & vitā sibi propriis manibus querere habet, & in diem vivere, ob id non potest sufficere sibi & pupillo, & sic dicitur impar oneri adiuncto. Nec requiritur, quod tutor tantū habeat in suo patrimonio, quantum pupillus, vt vidi in forēsi iudicio seruari: nempe non est verisimile, quod tutor omnia pupilli bona deglutiat: sed si aliqua, bona sua respondere pro consumptis poterunt.

Dicitur quis, quod ad istum text. quomodo est idoneus damnatus tutelae, cum sit in famia. l. r. ff. de his qui notantur infamia. & si sit idoneus, quomodo damnari potest? vt in simili arguitur textus in capitulo septies, de poenit. dist. 1. Respōdeo, idoneus natura esse dicitur tutelae damnatus, quia natura probum non commisit, vt pote adulteriū, vel furtum, sed non est idoneus ciuilitate. Idoneus enim natura est, qui probū natura turpe non admittit: ergo hic dicitur idoneus natura, quamuis iure ciuili non sit idoneus.

Adnotandum est, quod idoneus multis sumitur modis, vt multae sunt eius phrasēs: Debitor enim idoneus est, qui solidum soluere potest, l. patri. §. si minor. ibi, & hoc intelligimus, si damnosam sibi nouationem fecerit, forte si ab idoneo debitore ad inopem nouandi causa transferat obligationem. ff. de minor. l. si quis vxori. §. idem est. in versi. namque hic nihil amplius quam idoneum debitorem se affirmat. de furt. & in ops per contrariū dicitur.

Idoneus promissor videtur cum satisfatione, alias non. l. in eo quod plus. §. r. ff. de regu. iur. §. r. Infit. de satisfat.

Pariens idoneus dicitur, quando satis aptus est oneribus ferendis, & si vtrunque aedium onera, quae modo iure imponantur, sustinere possit, l. in parietis. cum l. seq. ff. de damn. infecto, vbi hoc expressim scribitur. facit l. harum. si seruitus vindice. & qui idoneum parietē iustulit, damni iniuria domino eius tenetur, l. sciēriam. in ff. ad leg. Aquil.

Hereditas idonea vocatur, quae debita soluere, & creditoribus satisfacere potest, l. fin. ff. de dolo. ibi, is qui decipit aliquem, vt hereditatem non idoneam adiret, de dolo tenebitur. Et si creditores hereditarij separationem bonorū impetrauerint, & inueniant non idonea hereditas, heres autem ido-

neus, non poterit reuerti ad heredem. l. si creditores. ff. de separ. bon.

Heres idoneus, locuples, in l. si creditores. ibi, heres autē idoneus. ff. de separatio. bonor. l. plane. §. quādiu is qui à minore rem accepit, aut heres eius idoneus sit. de minoribus. ff.

Bona idonea dicuntur, quae sunt ad soluendum creditoribus sufficientia, l. i. §. item sciendum. l. ff. de separationibus. ibi, si cum essent bona idonea heredis.

Nomina idonea dicuntur, à quibus id quod debetur exigi potest, l. Caius. ibi, etiam si nomina idonea sint. ff. de vfuris. l. tutor sine curator nomina, quae iuste putat nō esse idonea. & l. tutores. in prin. ff. de admini. tut. l. tutor. §. deniq. ibi, quod parum idonea nomina deberentur. ff. ad Velleia. l. creditor. in princip. ff. de solutio. ibi, itē pupillaris pecunia, vt possit idoneis creditoribus credi. seruata est, & c. lege, liberto. §. Lucius. ibi, elegit idonea nomina. ff. de annuis legat. scripsi in l. nominis. supra eod. Et bonum nomen vtilis debitor dicitur, in l. i. in fi. prin. ff. ad Macedo. ibi, vt scriēt, qui pessimo exemplo foenerarent, nullius posse filiam. bonum nomen expectata parris sui morte fieri. scripsi in lege subfignatum. §. bona. supra eodem: & in illius legis interpreta. dixi aliter etiam accipi.

Idonem pignus, quod saltem rei debita acqui-pollet, l. creditor, qui non idoneū pignus accepit. ff. si certum petat. l. si pro mutua. C. eod.

Satisfatio idonea dicitur cum fideiussoribus, vel pignoribus, l. i. §. si pecuniam. z. ibi, sed & si res sint, quae diuidi non possint, omnes debent tradere satisfatione idonea à petitore ei prestanda. ff. de posi. l. i. qui satisf. cog. scripsi in l. satisf. d. i. inf. e.

Idonea cautio vel fideiussio, idem. l. 4. §. ad iici. ff. de fideicommiss. liberta. ibi, ergo cauendum est idonee. Quid est idonee? satisfatione vti, aut pignori datis. facit l. prior. §. r. ibi, idonea cautio. de administratio. rerum ad ciuit. pertinent. l. Imperator. ff. de pact. l. quicumque. r. vbi Rebuffus, C. de omni agro deserto. libr. ii. l. vniuersa. C. de precib. Imper. offeren. idem si dicatur bona, aut sufficientis cautio, vt abunde scripsi in tractatu de senten. executor. artic. i. in glof. 16. *bonne & sufficiente caution.* in primo tomo commenta. ad const. Reg. Idonea etiam cautio dicitur, quando debitum ab ea exigi potest, l. Imperator. ibi, alioqui si persona aut cautio sit idonea, vel soluendo fuerit. ff. ad municip.

Procurator idoneus confertur ad matrimonium quando habet speciale mandatū illud contrahēdi, c. procurat. de procurator. in 6. & alias non dicitur idoneus, etiam in illis casibus in quibus requiritur speciale mandatū, quos scripsi in titu. de electio. derogat. in fin. in concord. Et sic dicitur idoneus respectu constituentis, quando ab illo data est ei potestas sufficientis, qui dare potuit.

Secundò dicitur idoneus respectu constituti, vt sit is, qui velit & possit negotiū, cui praepositus est, exercere, vt loquitur Papa in c. si. ibi, dimissis procuratoribus idoneis eccles. vestris. de voto.

Tertio ex facilitate conueniendi, l. z. vbi Bar. & alij, qui satisf. cog. ff.

Quartò ex legalitate & fide dicitur quis idoneus: text. not. in l. si quis stipularus sit Stichum. in fin. ff. de verb. oblig. ibi, nisi quod plerunque idonei non tam patrimonio, quam fide quoq; affirmarentur. l. qui non tam idoneum. ff. cōmod. iuncta glof. ibi, & glof. penul. in c. r. de iudic. in 6.

Idoneus fideiussor dicitur locuples, & qui sufficientis est ad soluendum totum debitum, l. referi. pro. §. plane. ibi, fideiussoribus idoneis caueat. ff. de munerib. l. 3. §. plane. si non idoneum fideiussorem dederit, magis est vt satisfactum sit, quia qui admittit

admisit eum fideiussorē, idoneum esse comprobauit. ff. de fideiussor. nam sibi impotent, cur fideiussores minus idoneos acceperint, l. i. §. item queritur. de separatio. & l. penul. ff. de pericul. & commodo rei veditae. ibi, nisi fideiussores idonei à venditore eius electionis nomine offerantur. Possem allegare l. generaliter. r. C. de episco. & cleric. sed quia magis iura Digesti interpretamur, iuribus fideiussoribus hoc nostrum opus. in titulo Cod. iura Codicis interpretabimur, si per atatem nobis liceat.

Astor idoneus dicitur, vt de procuratore idoneo statim diximus, l. cum alicui. ff. de nego. gest. vbi plene probatur, nec refero verba: & debet esse idoneus pro rei qualitate, l. si vero. §. si. & l. si fideiussor. ff. qui satisf. dare cogan. l. licitatio. in princ. & §. debitoribus. de publica.

Testis idoneus dicitur, cui exceptio opponi non potest, nec à testimonio ferendo repelli. l. idonei. l. testis. cum l. seq. ff. de testib. cap. i. illo tit. Dicitur etiam testis omni exceptione maior, cui nihil opponi potest, nec vlla obici exceptio, & sic superat omnes exceptiones, ideo illi dicitur maior. glof. singu. in c. r. de consang. & affinit. & in §. item verborum. de inutil. stipula. in Instit. Idoneus etiam dicitur, qui est sufficientis officio, cui praeficitur. l. Imperator. de iuramento calum. C.

Idonea causa pro legitima, in l. 4. §. si. ibi, si idoneas causas allegare possit. ff. de adul. & in l. si cum exceptione. §. post annum. ibi, idonea causa esse debet. ff. quod metus causa, & dicitur à Iuriscōsulto iusta, in l. si plures. ff. de accusatio. & de hoc scripsi in l. iusta. infra eod. & in l. i. in fin. si pars heredit. petat.

Idoneus accusator, cui non obstat atas, vel alia iusta exceptio, l. si maritus. 2. §. lex Iulia. ff. de adult. ibi, nec enim visus est idoneus accusator, qui nondum robusta atatis est.

Idoneus defensor non est, cui & fideiussori eius per in integrum restitutionē succurritur, l. minor. ff. de procura. Neque foemina, neque miles, neque qui rei publ. causa abfuturus est, aut morbo perpetuo tenetur, aut magistratum initurus est, aut inuitus iudicium pati non potest. idoneus defensor intelligitur. l. neque foemina. ibid. & nemo alienae rei expromissor idoneus videtur, nisi cum satisfatione, l. in eo. §. nemo. in fra titulo proximo.

Iuriscōsultus etiam aliquando simul vocat idoneos, & sufficientes, in l. rescripto. §. r. ff. de muner. & honor.

Idoneus fundus, quo ali quis possit, l. mutus. ff. de iure dot. ibi, manente matrimonio non perditura vxori ob has causas dos reddi potest, vt se suosque alat, vt fundum idoneum emat: videlicet ad praedicta fundus idoneus esse debet. Idoneus venditor, qui soluendo est, l. ab executore. §. quid enim si veditor, qui appellare noluit, idoneus non est. ff. de appel. Vnde si lege municipali caueatur, vt praferantur in honoribus certa conditionis homines, sciendum est hoc esse obseruandum, si idonei sint. l. vt gradatim. ff. de mune. & hono. & si eo tempore quo quis nominatus est, idoneus fuerit, postea lapsus facultatibus, procurator nihil praestare debet, l. 2. §. si eo tempore. ff. de administra. rer. ad ciuita. pert. l. fin. §. penul. illo titu.

De iure canonico beneficia sunt idoneis personis conferenda, c. graue. de praeben. Idoneus dicitur quo ad beneficia, moribus, grate, & scientia praeditus, c. cum in cunctis. de electio. scripsi in praefatio. ad rubr. de collatio. in concord. & in §. praefatiq; ordinarij. in verbo idoneis, de collatio. ibid. & in praxi mea beneficia in r. acquirendi beneficia parte.

Idoneum iuramentum dicitur omne licitum,

per quod voluit quis sibi iurari, l. non erit. §. r. ff. de iurcur. & hoc idonee tractasse nōc sufficit. Videre in l. 2. ff. de popula. actio. verbum idoneior, & quibus praesumitur idoneus quo ad mores, l. cum quidam. 2. ff. de lega. 2. glo. in cap. si forte. de elect. in 6. doct. in l. sciendum. ff. de verb. oblig.

Incidere. Incidere ex in & cadere fit, & fato quodam & casu cadere significat, & fortuito, & quasi ex improviso, vt Grammatici dicunt: alij in text. legunt incurere, & idem est sensus, sed communis lectio habet incidere, & incurere significat.

Incidit in valetudinē eam, vt ciuilia officia subire non possit, planum est, l. penult. ff. de vacatio. mune. & l. penult. de rei vindic. ibi, si non prius is homo in eam valetudinem incidit: pro incurterit, id est agronus factus fuerit. facit lege, & si qua. ff. de arbit.

Incidit in laqueos, l. quemadmodū. ff. ad legem Aquili. ibi, & pecus vicini in eos laqueos incidisset. & ibid. idēque Labeo & Proculus circa piscatorum retia, in quae naus piscatorum incidit, aestimarunt, & c.

Incidere in captionē, l. i. ibi, praetor hominibus circumscriptis subuenit, siue metu, siue calliditate, siue atate, siue absentia incidit in captionem, id est decepti sint. ff. de in integrum restitut. Incidit in eā causam, quae ex edicto perpetuo infamiae causa numeratur, l. penult. §. minuitur. ff. de variis cognitionib. & pro cecidit, seu casu venit, capitur ibi.

Non quidem prout res incidit, id est de re temporali, quae casu contigit, & transit, sed de rebus perpetuis, l. si quis id quod iurisdictionis perpetuae, causa, non quidem prout res incidit. ff. de iurisdic. omnium iudic. l. verum. ibi, ita etiam ex facto cum incidisset dixi. ff. de furt. id est cum cōtigisset, cum casus (vt dicunt) occurrisset, l. 2. de reb. eor.

Illi debet permitti poenam petere, qui in ipsam non incidit, id est qui ad poenam non tenetur, & non est in poenā lapsus, is eam petere potest. l. cum per delictum. §. si. ff. de regulis iur. l. communis liberus. de in ius vocan. l. impuberem. §. adimenda. de fals. facit l. cū pater. §. cum libertis. vbi Bar. de leg. 2.

Incidit in legem, qui contra legem, vel in ea disposita facit, l. isti quidem in legē Iuliam incidunt, quicquid pro comperto stupro acceperit. & lege, sed & partus in fin. ibi, quamuis negari non possit eum in legem Iuliam videri incidisse, & ius crediti amisisse. ff. quod met. caus. Incidit in edictū, idem, l. 3. §. haec poena aduersus omnem statuitur, qui in edictum incidit. ff. quod quisq; iuris. l. vbi. de edendo. ibi, is autem, qui in hoc edictum incidit, hoc praestat, quod interfuerit mea. l. 3. de incend. ruina, & naufra. In senatuscōsultum incidit, idem, l. impuberem. §. qui codicillos ante testamentū factos, in quibus legatum adscriptum erat, confirmat, in senatuscōs. incidit.

Incidit in tempestatem, vel in vim fluminis, id est orta est, & superuenit ei tempestas, contigit ex improviso, l. 2. §. si quis tamen. ff. si quis cautionib. ibi, si quis tamen cum posset non incidere in tempestatem, id est tempestatem fugere & euitare. Incidit in latrones. l. cū duobus. §. quidā. pro socio. Cum coherede non cōtrahat, sed incido in eum, id est quod casu improviso accidit, vt ego cum ipso sim heres institutus, & in eum incidi potius quam contraxi, quia facto testatoris euenit, vt cū eo sim heres, l. heredes. §. non tantum. ff. famil. circiscum.

Incidimus in communione in re duobus legata, l. vt sit. pro socio. ff. quia nos ipsi non cōtraximus, sed ob rem legatam cōmunio facta est inter nos. Contraetus minoris quando incidit in tempus, quo maior effectus est, l. 3. §. r. ff. de mino. & l. Aemilius. ibidē, vbi exposui. Incidere, pro interuenire, lege,

Idoneo pro locuplete.

Tutor an tā locuples quā pupillus esse debeat.

Imper one ri quādo tutor dicitur

Praxis.

Damnatus tutela quomodo sit idoneus.

Idoneus de bitor. & promissor, & phrasēs.

Pariens idoneus.

Hereditas idonea.

Heres idoneus.

Bona idonea.

Nomina idonea.

Testis idoneus quis dicitur.

Bonum nomen.

Idoneum pignus.

Satisfatio idonea.

Idonea cautio.

Procurator idoneus.

Venditor idoneus.

Ad beneficia idonei.

Idoneus iuramentum.

Incidere qd significat, & phrasēs eius.

Incidere in captionem

Incidit in poenam.

Incidere in legem, edictum, senatuscōsultum.

Incidere in tempestatē, in latrones.

Incidere in coheredem

Incidere in communione nem.

Incidere pro interuenire.

cum hi. §. causa. ff. de transactio. ibi, aut si qua alia causa fuit, vt plures solent incidere. l. penult. in fin. ibi, quod si postea iusta causa incidat. ff. de vaca. muner. id est interim veniat, incurrat. Incidit controuersia, l. item eorum. §. sed si ita. ff. quod cuiusque vniuersit. no. ibi, sed si ita decreuerint, vt quacunq; incidisset controuersia, eius pendenda negotium Titius haberet. Incidit in commissum, id est cedit, vel res confiscata est, l. si ex causa. ff. de minor. §. si in commissum incidisse vctigalis dicantur, erit in integrum restituito. Si quid aduersarium incidit, pro acciderit, l. habitatores. in princip. ff. loca. ibi, ea enim conditione habitatores esse, vt si quid aduersarium incidisset, vbi glossa exponit pro casu fortuito, vel alio casu emergenti. Ego vero dicerem, si quid aduersus locationem contigerit, ob hoc non ager conductor, si modicum fuerit id, quod accidit.

Incidit in commissum. Si quid aduersarium incidit.

Incidens.

Incidens, id quod contingit, & venit, & durante processu maximo. de quo & de emergenti scripti in interpreta. l. quod iuris. in gloss. mag. ff. de re iudica. post glo. & doct. in c. ruan. de ordine cognitionis. & in l. i. C. de ordin. iudicio.

Incidere ex in & ca do copositi

Incidere interdum componitur ex in & cedere, & significat frangere, secare, cadere. l. si. ibi, & qui syluam incidit, & qui arbores cadunt, ac torrent. l. ff. de iure immuni. Scripti in l. sylua. supra cod. ista sunt, quae victum hominibus praebent: videamus quid victus nomine contineatur.

IDEM LIB. QVINQVAGESIMO OCTAVO Ad Edictum. Lex xliij.

Verbo victus continetur, quae esui, potui, cultuique corporis, quaeque ad viuendum homini necessaria sunt, &c. Vestem quoque victus habere vicem Labeo ait.

Summari- um, & text declaratio

Quinque docet haec lex venire victus nomine: primo illa quae eduntur, vt panis, caro, & alia, ibi, esui: secundo necessaria ad potum, vt vinum, ceruicia, & alia potionis genera, ibi, potuique: tertio necessaria ad cultum & ornatu corporis, vt pilens, indusia, & alia ad id pertinentia, ibi, cultuique: quarto omnia alia ad viuendum homini necessaria victus nomine continentur: quinto vestem vice victus fungit, & loco victus haberi Labeo ait. Et hoc fit summarij loco.

Victus.

Inde dicimus, quod si debeatur victus alicui, tunc debentur ei ad edendum, & bibendum necessaria, & ad corporis cultum, & curam, vt pote ignis, candela, & quicquid adhiberi potest ad corporis curam praeter cibum potest cultus vocari, & alia necessaria ad viuendum venient, vt vestimenta: & licet victus adiectiuum dicatur superatus, a verbo vinco, vt in l. ab exccutore. §. i. ff. de appella. & l. si qua poena. vbi scribitur, infra eod. tamen hic dicitur victus a viu. facit. l. in lege Cenforia. infra eod.

Esui prius quam potus dari solet.

Esui, id est ad edendum, & sic ponit prius necessaria ad edendum, quam ad bibendum: & prius melles sunt, quam vindemia: qui ordo cum sit naturae argumento est vt prius parada sit seruis esca, quam potus. aqua enim commune poculum vix deest, sed esca plerunq; licet Galliam diuersorij & hospitibus magis bonum vinum, quam panem quaerant: panis enim ibi vix deficere eis solet. prius tamen est curandum de esca, quam de potu, & prius edendum, quam bibendum.

Esculentu.

Inde esculentu, quod edi solet, l. plebiscito continetur, ne quis praesidium munus, domumve caperet, nisi esculentu, poculentive, quod intra dies

proximos prodigatur. ff. de officio proconsulis, id est consumatur, siue consumi possit: vt dicit Papa in cap. statutum. §. insuper. de rescriptis. in sexto scripti in tract. de salar. taxatis pro visita. processus in tertio tomo commenta. in constitutio. Regias Gallicas.

Edilis, & edulis.

Edilis, pertinens ad esum, & edulis, quicquid edimus, vel ad prandium, vel ad cenam nobis comparatur: Valla in Raudens. & dicitur est ab adili, qui magistratus est, & dicitur ab adibus, vt declarauit in l. boues. §. inter. infra eod.

Edacitas.

Edacitas, ingluuius, consumptio, & voracitas. l. excepta edaci locustaru pernicie. C. loca. & edax vorator dicitur, & qui se ingurgitat. Inde penus esculentu, id est ad edendum parata, l. 3. §. plane. ff. de penu legata. ea autem quae vini loco paterfam. habuit, poculentu vocantur. ibidem. §. poculentu.

Potus. Poculentu.

Potui, id est potioni, vel ad potandum, & his verbis vtitur l. 3. ff. de penu lega. ibi, penu legata contineri, quae esui, potuique sunt. Inde poculentum, quod solet potari: & index a partibus non debet recipere nisi esculentu & poculentu, d. l. plebiscito. ff. de offic. proconsul. & lega.

Potoria va sa, & argenti potorium.

Potoria vasa, quibus potamus: & potorium argentum, in quo bibi potest, vel est preparatum ad bibendum. l. in argeto. ff. de auro & argen. legato.

Ad potus aquales bibere.

Ad potus aquales bibere est, quod Gallice dicitur, boire d'autant. vnde prohibet Papa ne ad bibendum quisquam incitetur, & illum abufum damnat, quo ad potus aquales suo modo se obligant potatores: & illo iudicio talis plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fecundiores exhaurit, c. a crapula. de vita & honesta. cleric. quod est valde perniciosum, & damnandum: & tales sunt deteriores, & magis animales, quam pecora, quae non cogunt alia ad bibendu, nec vltra quam deceat assument.

Cultus nomine quid significatur

Cultus corporis, id est, ornatu, seu ornamento corporis, & sic omnia quae ad ornamentum corporis accedunt, hoc verbo continentur: & a colere verbo cultus ducitur.

Colere varie accipitur.

Colere autem multis modis accipitur, vt colere Deum pro venerari, adorare. inde cultus Dei non debet diminui, cap. ex parte. de constitutio. & super his solet prouideri, vt dixi in tracta. de senten. praedicial. seu prouisionalib. in praefation. in l. tomo comment. in constit. Reg.

Colere iustitiam.

Colere agrum, est laborare arando, vel fodiendo, vel alio modo, l. i. §. de eo. vers. sed & si quis arare. ibi, licet colendi agricausa videatur fecisse. ff. de aqua pluuiaria. l. haecenus. in fi. ff. de usufruct. l. in lege cenforia. infra eod. Et quid debeatur, si colere quis agrum promiserit, declarat Iuriscos. in l. cum quaereretur. §. fi. ff. de leg. 3. & Decius consi. 420. quaeritur. colum. 2.

Cultura.

Colere iustitiam, est equum & bonum profiteri, l. i. ff. de iustitia & iure. ibi, iustitiam nanque colimus, boni & aequi notitiam profiteremur.

Cultura.

Cultura, ipse cultus, l. quotiens. §. si colono. ibi, quas in culturam fecerat. ff. de usufruct. §. si quis a non domino. de ressi diuisio. in Instit. ibi, naturali ratione placuit fructus, quos percepit, eius esse, pro cultura & cura. & sicut diligenti cultura praedia praediorum ampliantur, ita si negligentius habitata sint, minui ea necesse est. l. 3. §. diui. ff. de iure fisci.

Vtilitates tex.

De colonia & colonis dicam infra in l. pupillus. §. decuriones.

Colligite ex hoc text. ibi, necessaria, quod is qui tenetur ad victum, tenetur ad necessaria esui: ergo ad scribitas, & farcimina, & ad voluptaria non est adstrictus, quia non sunt necessaria nisi in festis doctoratus, & aliis festis. Item ad necessaria ad potum tenetur: igitur ad nectar danda non adstringitur, nisi in festis, vt dixi: quia non est necessariu, postquam habemus

Quae iure necessaria ad cultum.

habemus vinum. idem in aliis necessariis ad cultum: sed quae sunt illa necessaria? Respondeo, pileus est necessarius, tam nocturnus, quam diurnus, thorax, indusium, tunica, & alia vestis statui persona necessaria, tibialia, & calcei, chirothecae quibusdam sunt necessariae, crepidae autem sic in regione frigida: tamen pro qualitate persona etiam chirothecae debentur, vt inferius dicitur, & secundum consuetudinem regionis. Ideo ista duo inspicere debent, & persona qualitas, & regionis consuetudo.

Habitatio victus nomine continetur.

Ex his sumere utilitates sequentes. Prima est quod regulariter appellatione victus, de la vie, seu du viure, venit & vestitus, & alia ad viuendum necessaria: vnde qui est obligatus ad victum, a donner la vie, vestitum etiam dabit, per istum text. & gloss. in l. fina. ff. de aliment. & ciba. lega. Sic consuluit Romanus consi. 146. ista. columna prima, & Bertrand. consi. 159. viso publico, in fin. volum. 7. secundum nouam editionem. Item continetur habitatio, l. legatis alimentis vestitus, & habitatio debetur: quia sine his alii corpus non potest. ff. de aliment. & ciba. lega. & sic ab ecclesia patrono ad inopiam redacto ista debentur, cap. nobis. de iure patronatus. gloss. in cap. quicunque. 2. in 16. q. 7. plene Paulus de Citad. in tract. iuris patro. in sexta parte, artic. 4. Idem venit sub verbo viuere, se donneray a viuere, l. quos nos. §. final. infra eodem. vnde text. cibum, potum, vestitum & lectum in victu connumerat, in l. i. §. mulier. ff. de vent. in possessio. mitten. Virtualium tamen nomine non venit vestis, l. praesenti in fin. princip. C. de his qui ad eccles. confug. De vita vide in cap. conquerente. de cleric. non resid. & per Bald. in rubr. de vita & honesta. cleric.

Promittis dare impedi famulo ad quid tenetur.

Secundo si quis promitteret alicui famulo, vel alteri impensas dare, vel impendia, vt vulgo dicimus, les despens, tunc promittens omnia impendere tenetur, quae illi sunt necessaria ad victum, cap. statut. in §. insuper. de rescript. in 6. l. de bonis. §. non solum. ff. de Carbo. edito. l. diuortio. §. impendia. ff. solut. matrimo. Nam vulgus Francia les despens pro victu habet, quando ad operarium se referit: sed de iure venit ea, quae cibam & potum respiciunt. doct. in cap. si episcopus. de officio ordina. in sexto, & Cepol. hic, col. 1. secus quando respiciunt id, quod est iam impensum.

Appellatione sustentationis quid veniat.

Tertio appellatione sustentationis venit victus & vestitus, vt si quis dicat, iele promets entretenir en la maison, cap. omnino. & ibi Card. & Alex. 31. distin. l. si cum dotem, §. si autem in sauisimo. ff. solut. matr. ibi, necessitas marito imponat omnem talem mulieris sustentationem suffere, & alimenta praestare, & medicinae eius succurrere, & nihil praetermittere, quod maritum vxori adferre decet secundum dotis quantitatem. l. heres. ibi, nisi alia esset sufficiens substantia furioso, ex qua sustentari potest. ff. de pet. here. l. mutus. in fi. ibi, fororemve sustineat, id est alar. de iur. dot. nisi sustentationis qualitas exprimitur, vt cum pane doloris & aqua angustiae sustentetur, in cap. nouimus. in fin. eod. titul. de condemnato ad perpetuos carceres.

Sustinere victum.

Sustinere victum dicit Iuriscos. pro viuere, victitare, l. rescripto. §. i. ff. de munerib. & honoribus. ibi, sed & vix de suo victum sustinere possint.

Alimentorum nomine quid veniat.

Quarto idem venit appellatione alimentorum, quod victus. l. legatis. l. i. §. final. & per totum. ff. de aliment. & cib. leg. l. fin. §. camelesia. ibi, nam ratione habita & alimentorum & camelorum, de mun. & hono. Er Galli vocant, les alimens & nourriture, & alimentes, & nourrir: inde si quis receperit ex alimentaria causa pecuniam, id est ex pecunia publica pertinet ad alimenta, vel destinata ad alimenta, &

in usum suum conuertit, lege de residuis tenetur. l. 4. §. lege lul. ff. de resi.

Quinto alimonia appellatio, vulgo nourriture, ad victum omnia necessaria denotantur, cap. 2. vbi Dec. in 2. notab. de praebend. cap. haec huius. cap. ecclesiarum seruos. & cap. aurum. 12. quaest. 2. & Iuriscos. ait, Nutrices ob alimonia infantium apud praesides, quod debetur, perunt, l. i. §. ad nutricia. de var. cognit. ff. l. mutus. ibi, in insulam relegato parenti praestet alimonia. de iure dotium.

Alimonia appellatio quid veniat.

Sexto idem patet in verbo nutrire, siue nutrimentum. vtriusque enim nomine, nourrir, ou nourriture, continetur, lege penultima, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. licet glossa tradat ibi differentiam inter ali & nutrir: nam ali est maiorum, nutrir est paruulorum. facit textus in capitulo, ad haec. de Iudae. lex, is qui natus est. infra eodem. Inde nutrix, quae infantes alit, l. alumnos. ff. de manumif. vindicta. tamen ista differentia tollitur per rubricam ff. de liberis agnoscend. & alend. vbi tam maiores quam minores alendi sunt & nutriendi. Etiam partus dicitur ali lege prima, & secunda. C. de infant. expositis. & lege prima, §. primo. ibi, alatur & educetur. ff. vbi pupill. educar. debeat. Et sic passim iura his videntur duobus vocabulis, siue in maioribus siue in minoribus: & in dicta lege secunda, C. de infant. expositis. sic dicitur: vniuersum quod sobolem suam nutriet, siue sit parua, siue sit magna, eam nutrire debet. Ideo nutrire & ali qui parantur in lege, Fulcinius. in principio. ff. quibus ex causis in possessionem eatur: vbi Fulcinius existimat creditores rei seruanda causa in possessionem missos, ex his rebus ali non debere. Quaeo quando ignoratur pater, quis expositos alere tenetur: videte Iacobi. in lege, heres. §. primo, in fine. ff. de iudic. vbi dicit pertinere ad episcopum, seu ad rectorem, vel curatum parocia, vel ad abbatem, quando in abbacia inuenit expositos, & alios nutriuntur secundum consuetudinem regionum, in quibus exponuntur. doctores in lege prima, & per totum. C. de infant. expositis, & in decretalibus in cap. vno de infantibus languid. & expositis: sed quibusdam episcopis vix sufficiunt bona ad alendum familiam suam, & suos canes, & aues, licet episcopatus praebet eis plures mille libras: quae malum tanta voracitas?

Nutriendi verbo quid comprehendatur.

Improbatur differre iuglof. inter nutrire & alere.

Expositi a quibus alendi.

Septimo idem si quis teneatur educare, vt in dicta lege penultima, & in rubric. ff. & C. vbi pupill. educari debeat. In qua rubrica dicitur educari, in legibus vero alio edo victus, alimentu, & educatio exaequanda sunt, & parum admodum inter se differunt, vt constat in l. fin. de alimentis & ciba. lega. ff. l. 3. §. item si quis. de libe. exhiben. l. semper. §. & si non. de iure immunitatis.

De verbo educare.

Et sic videntur Notarij Galliae, tel. N. a promis donner la vie, id est victum, siue luy a promis donner a viuere, ou proumis nourrir, id est nutrire, ou la nourriture, nutrimentum, seu educationem. & ista videtis hic elucidata. Et is qui mihi tenebatur dare alimentu, si dederit aliquam habitationem, poterit variare, & dare aliam domum commodam, l. si sterilis. §. final. ff. de actio. empti. hoc probat Mattha. de Adiectis in constitutionib. Neapolita. rubric. de adiuo. pro milit. frater. in fin. & decisio. 146. dominus.

Praxis.

Primo perdit officium suum regula huius text. quando quis renuntiarer alimentis, tunc non videtur renuntiare habitationi: & sic victus vel alimentorum appellatio in odiosis habitationem non continetur: vnde si quis transigat de alimentis, non videtur de vestiario, neque de habitatione transigere, lege cum hi. §. qui transigit. ff. de transactio.

Habitatio non debens an una dare alia dare possit.

Limitatio nes ad tex.

Cibi & cibariorum nomine quod veniat.

cap. si episcopus. de offic. ordina. in sexto. cap. 1. §. procuraciones. de censib. ibidem.

Secundo non procedit, quando legatur alicui cibus. Nam cibi appellatione venit id, quod edi solet, l. quos nos. §. fin. infra eodem. Idem in cibarium nomine, Gallice, de la viande, non venit vinum, vel alia portio: probatur in rubrica de alimentis & cibariis legatis. ff. quod verum existimare, si Gallice la viande diceretur, propter loquendi communem usum: sed si Latine cibaria, tunc etiam pro ratione materiae venit potus. textus in capitulo, in quibus. de consecratio. distinctione secunda, vbi Archidiaconus notat, & in capitulo. omnino. trigessimaprimum distinctio. facit l. diuus. versiculo, sed & propter familiae cibaria necessaria erit diminutio. ff. de petitione heredita. & facit l. & si. §. si cui. ff. de auro & argento legat. lex, libertis. 2. §. primo, de fundo instructo. lex, mortuo. de stuliber. Et pro hoc videte textum in lege secunda, §. cum in eadē. & lege, quemadmodum. §. magistratus municipales. ibi, dum non petitur de eis cibaria adferre. ff. ad legem Rhod. de iactu. & litem si ferui. §. finali, de adilitio edicto. & lege, sed si vir. in fine, de donat. inter virum & uxorem.

Tertio spectatur regula, quando vterque exprimitur, vt caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, dicto capitulo. in quibus. de consecratio. distinctio. 2. lege tertia, §. quamuis. ibi, alimentorum & vestiarum. ff. si cui plus quam per legem Falcid. & dista l. libertis. §. si. & l. suo victu & vestitu. de operis libertorum. l. 1. C. de fideicom. cap. vbi. §. in conclau. & §. si vero. de electio. in sexto. l. 1. §. aequae. ibi, ad exhibendum cibum, potum tectum, & similia. ff. de muneribus & honorib. l. cu. antiquitas. C. de testamentis.

Quarto derogatur quando communis usus loquendi aliter se haberet: vnde ex Francie communi appellatione loquendi de boire, venit etiam cibus, quia ne vinum noceat stomacho cibis dari solet: vt quando inuitamur ad bibendum, fieri consuetum est. Idem si quis inuitet aliquem ad comedendum capone, de manger un chapon, & jambon, vel aliam rem, etiam venit potus, per dictam l. legatis. & l. seruo. §. i. ff. de lega. 1. vbi nomine cibarium veniunt illa, quae nomine alimentorum, l. actione. ff. de depositi. & ita respondit contra primarium, qui promiserat pueris donner a boire le matin, vt teneatur dare panem illis pro consuetudine praescriptum, & vinum dilutum, vt moris est in collegiis praestari.

Tamen appellatione ciborum non veniunt vestimenta, nisi consanguineo, vel seruo deberentur, d. l. libertis. secunda. §. 1. & sequen. ff. de alimentis & cibariis legatis. & d. l. seruo. §. 1. gloss. in cap. episcopus. 10. q. 2. & videte textum in cap. licet. de poenis. & cap. tertio, de statu monach. Ideo vidi ad tollendum dubium exprimi a notariis in instrumento locationis famuli sic: tel a promis liurer & donner le diet an de louage a tel ses necessites de boire & manger, de seu, liest, hostel, luminaire, vesture, chaussure, & routes autres necessites quelconques, honestement, & siffisamment selon son estat: videte quomodo haec intelligere debeatis per praedicta, quamuis permulti notarii non intelligant, quae scribunt: vt pica, & pistracus, qui loquuntur: teste Ludouico Romano singula. §. quid operatur.

Quinto restringitur, quando de contraria voluntate disponentium appareret. etenim voluntati agentium, si iusta sit, per omnia obediendum est, l. cum antiquitas. C. de usufructu. l. non omnis. ff. si certum petat. & non aliter recedendum est a verbis, nisi de contraria mente constet, l. non aliter. de lega. 3. ff.

Sexto vitatur, si in lege exprimeretur victus

quotidianus, tunc pro materiae qualitate intelligitur de cibis tantum & puro, & non de vestitu, vt in iudicibus, qui nullum munus recipere possunt, nisi victus quotidiani causa, l. solent. in fine. ff. de officio procon. Nempse ipsi vestes, vel pannum, seu fericum a litigantibus recipere non possunt. Idem si quis diarium consequi debeat, l. diarius. ff. de alimentis & cibariis legatis. Et de quotidiano victu loquitur Iuriscōsultus in l. fin. §. item episcopi, qui praesunt pani & ceteris venalibus rebus, quae ciuitatum populis quotidianum victum vsui suggerunt. ff. de muneribus & honorib. l. sed & l. §. quod autem. 2. ibi, aliquid tamen ad victum quotidianum erogasset. de petitione heredita. & victus quotidiani nomine vocamus ordinarium, l'ordinaire: in quo non est tantus ciborum apparatus, sicut in conuiuio, nisi in quibusdam voracibus praelatis.

Notandum est, quod victus per excellentiam dicitur hominum, & non equorum. Ideo is qui habet victum, non habebit victum suorum equorum. Bald. consil. 192. quidam nomine. in quinto volu. Quod facit pro curialibus, qui alunt homines, non tamen equos. Et idem si quis inuitat consanguineum equitem, non videtur inuitare consanguinei equos, quia equus non est consanguineus inuitantis. Et hoc bene seruatur in hac patria consuetudinaria, vbi qui inuitat dominum, vix alit famulum, neque equum, nisi quando inuitaret in loco, vbi esset taberna ad alendum equum: tunc enim is qui vult personam, & equum velle debet. quod facit pro inuitatis ad nuptias: vt si nuptiae fiant in loco, vbi sunt hospites, quod inuitati debeant relinquere equos in hospitio: diuersum est, vbi nulla sunt hospitia, tunc inuitans debet de hospitio providere tam hominibus, quam equis, & iumentis. De consuetudine Parisiensium est, vt inuitati ad nuptias soluant pro prandio septem solidos cum dimidio, nisi fuerint literatorum, nobilium, & aliorum diuitum nuptiae, quas vulgus fracas appellat, in quibus solis xeniis seu frenis quis oneratur: in aliis vero nuptiis & frenis & prandio inuitatus grauat.

Limitatem nisi ex qualitate persona, vel ex coiecturis aliud appareret, cap. cum apostolus. de censibus. Vnde si quis teneatur alere doctorem, tenebitur & eius equos alere, nisi consuetudo contraria sit: & postquam hic dicit omnia necessaria venire, & equi etiam venient, si sibi sint necessarij, cap. & si quaestiones. de simon. secus in rusticis, qui pedites ire possunt. gloss. in l. idemque. §. idem Labeo. ff. mandati. Vnde si quis locat famulum, vt ei seruiat in curia Regis, quae frequenter sicut rota mouetur, debet dare equum famulo, vt dominum sequi possit, qualitate tamen famuli inspecta, & in obligatione necessaria, secus in voluntaria, argumento legis prima, ff. de fundo dotali. Ideo licet inuitans dominum in ciuitate non teneatur ad alendos equos, tamen si iudex vel alius causa audiendi testes foras proficiscatur, qui alit iudicem, & equos, & omnia necessaria ministrabit, cap. statutum. §. pro ferendo. de rescriptis, in sexto. in Fracia salarium eorum est taxatum etiam pro victu, licet non seruetur, vt scripsi in ordina. Regis in tertio tomo commentariorum, tracta. de inquisito. seu commissa.

Septimo, quando materia tantum conueniret victui, vt si dicatur, quod vsuarius, quae ad victum pertinent, ex fundo capiat: non accipiet ea, quae ad vestitum conducunt, l. plenum. §. idem Nerua. ff. de viu & habita. & si quis de voluptate, quae gula concipitur, loqueretur, tunc in victum negat venire vestem Stephani Forcat. in suo libro penus iuris, cap. 3.

Octauo

Vestis hominum est proprie, & non equorum

Consuetudo Parisiensium in nuptiis.

Consuetudo in alimentis inspecta.

Index in commissio nibus alendus, & eius equi.

Vestimenta quando famulis debeat.

Vestis & vestes pro qualitate personarum dari debet.

Octauo moderatur, nisi consuetudo sit in contrarium, vbi qui promisit victum, la vie, non dabit indumenta famulo, si aliunde habere possit, vt potest a patre. minime enim mutata sunt, quae certam semper interpretationem habuerunt, l. minime. ff. de legib.

Intelligere victum praestandum pro qualitate personarum: videlicet quis rustico caseum, rapas, & fabas dabit, l. seruis vrbanis. ff. de legat. 3. vbi gloss. quam intellige, si consuetudo regionis hoc habeat: alioqui debetur rusticis victus, secundum consuetudinem patriae. nam in quibusdam locis non solet vti frequenter his cibis delicatioribus, sed lardo, carne bubula, suilla, veruicina, & gallinis. Debet etiam quis alii pro facultate bonorum, l. penultima, ff. de alimentis & cibariis legat. & pro dignitate eius qui praestat ea, & illius cui datur, lege prima, §. mulier. ff. de vetre in possessio. mitem. Igitur Rex, vel Baro melius debet suum commissarium tractare, quam rusticus. Et nobili, & doctori debentur, aut diuiti magis delicata cibaria, quam vili apparitori. capitulo, non cogatur. quadagesimaprimum distinctio. Cardin. & alij in cap. nobis. de iure patronatus. etiam pro aetate debentur alimenta, & species. l. cum vnus. §. si. & ibi Bar. ff. de alimen. & cibarij. Iga. Idem dicendum in vestibus. nam meliores vestes debet habere scholasticus in decretis, quam in Grammatica, & Baccalareus, quam scholasticus, & doctor quam praedicti. lege, sed & si quid. §. sufficienter. ff. de usufructu. Et contra scholares deferentes vestes congruentes doctoribus loquitur gl. in c. vt apostolicę. de priuilegiis in sexto. Et quibus vestibus, & quo colore debeant esse induti scholastici, attigi in scholastic. priuileg. 94. ibi videre.

Nec refragatur sententia Laurentij Vallae libri sexti capite 36. vbi dicit victus appellatione vestes non venire, quia dicimus victu & vestitum. & pro eo facit d. §. sufficienter. ibi, alere & vestire. nam & inter diuersa ponitur, gloss. in rubr. ff. de iur. & fact. ignoran. & in cap. episcopus. 10. quaest. 2. dicitur victum & vestitu. Respondeo enim vtrunq; aliquando exprimi maioris elucidationis, & dubitationis tollendae gratia: & quae dubitationis tollendae causa apponuntur, ius non laedunt. l. qui mutuum ff. mandati. & regul. quae dubitationis, & c. de regulis iuris. ff. Et quae superabundant, non solent vitare scripturas. l. testamenta. C. de testam. l. non solent. de regulis iur. ff. Et puro adiles (vt Iuriscōsultus) tollendae dubitationis gratia bis idem dixisse, ne qua dubitatio superesset, in lege 1. §. sciendum. ff. de adil. edicto. Quia non omnes sciunt (vt Laurent. Vallae) vestes venire victus nomine: ideo aliquando vtrunq; exprimitur, victus scilicet & vestitus, nec ob hoc dicitur superfluum. Nam quamuis pupillaris expressa comprehendat vulgarem tacitam, tamen aliquando exprimitur vtraque, & tunc expressum facit cessare tacitum, l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulg. Item hic textus dicit, vestem victus habere vicem, id est loco victus est: non ergo victus est, sed loco victus succedit, vt inferius dicitur: & propter simplices, & nominis significationis ignaros, ad illius verbi interpretationem hoc adici solet. text. valde accommodus in cap. vno, de noua forma fidelita.

Nec obest, quod victus venit a viuendo, sed viuere possumus sine vestibus, vt in Aethiopia, & plaga aequinoctiali soli proxima: sed sine eis non, nisi odore viuunt, vt Scythae ait Plinius lib. 7. cap. 2. Respondeo, licet aliqui possint sine vestibus viuere non tamen Laurentius Vallae sine eis vixisset: & esto sane potuerit, tamen non sequitur ob hoc alios posse: & illud singulare est in illis regionibus propter nimum aetum, & feruorem solis: vnde

non est trahendum in consequens, l. ius singulare. cum duabus legibus praecedentibus. ff. de legibus. Et illud casuale nobis non est considerandum, l. questum. §. fin. ff. de legat. 3. Bald. in lege, oleo. per illud textum, C. de vsuris. Nam sine vino quida, vt abste mij, viuere possunt: ergo vinum appellatione victus non veniet: certe hic dicitur contrarium. Responder hic Alciarius Vallae, vt potestis videre, quod Aethiopum leges hic nos non interpretamur: sed hoc non diluit contrarium. Ideo dicite, viuere sine vestibus communiter non possumus. textus in l. legatis. ff. de alimentis. & cibarij. legal. quos nos. §. fin. infra eo. & licet quidam viuunt, tamen hoc non tollit regulam, & legislator perspicit ea, quae frequenter & facile fiunt, l. nam ad ea. ff. de legib. & saltem aliquo operimento indigemus, ne belluas imitari velimus.

Ex his inferitur, quod priuatus prohibens victu inferri in carcerem iudicato, tenetur actione iniuriarum, lege, si victum. ff. de re iudica. quia carcer de iure ciuili non datur ad poenam, sed ad custodiam, l. aur damnum. §. solent. ff. de poenis: secus de iure canonico, quod non vult mortem imponere, sed illius loco poenam perpetui carceris imponit, capitulo, quamvis. de poenis. in sexto. Et vtrunq; ius in suo seruatur foro respectiue: licet de iure ciuili non possit poena perpetui carceris imponi, l. in re dibile. C. de poenis. & ibi Bal. Et in criminalibus debeat in carcere detenti habere victum de suo, si habeant: alias de publico eisdem provideri debet, l. iudices. C. de episcopali audientia. Alber. & alij in dicta lege, si victum. facit textus in l. lege Cornelia. ff. de senatuscons. Silan. hodie Rex in hoc Regno alit hos pauperes in carceribus inclusos, vel alij domini terrarum, qui percipiunt emolumenta iurisdictionis, & territorij. Et cauere debent commentarienses, ne pro his alimentis percipiant ab eorum consanguineis sine iudicis decreto, ne ipsi veneno eos interficiant. In ciuilibus vero expensis creditor alit debitor carceri mancipatus, si nihil habeat. glossa singularis in lege fin. in verbo agnoscere. C. de erogat. milita. anno. libr. 12. Iason in §. item si quis in fraudem. num. 93. de actio. in Instit. imo si creditor eum alere nolit, tunc index postquam parti praecerit, vt eum alat, potest cum a carceribus relaxare. Fab. in d. l. iudices. Iason in d. l. si victum. dixi in interpreta. legis, diuus. ff. de senatusc. Silania. Et nolo omittere quod aliquando apud Hebraeos obseruauit, vt merito hay, pro viuere dicant: quasi oporteat illum qui velit bene viuere vt habeat, qu'il aye. & illud Hebraicum alludit ad Gallicum sermonem. idioma enim patrio dicimus hay, habeo. quod si aliquod commercium Gallicum cum Hebraeis fuisset, dicerem ab eis id natum esse. Item illud hay quo vtimur clamantes, dum ledimur, pungimur, vel vapulamur, ab Hebraeis videretur desumptum. etenim Hebraei hay viucentem, & sentientem appellant: & nos viuere & sentire significamus. eo verbo Hebraico dicentes hay.

Insuper notandum est, quod si debeantur alimentum, vel victus ex dispositione hominis, non habentur expensae studij, l. legatis. & ibi Bar. ff. de alimentis & cibariis legat. Panor. consil. 63. quaedam domina. colum. 2. volum. 2. secus si ex dispositione iuris, & ex iure natura, l. qui filium. ff. vbi pupill. educa. debeat. lege, de bonis. §. non solum. & ibi Bar. de Carbo. edicto. Socin. consil. 161. in fine, volum. 2. & tunc debet adhibere pater impensam necessariam, videlicet, vt dicat filius legere, & scribere, & Grammaticam, sed ad scientiam legalium non tenetur. Bartol. in dicto §. non solum. & lege prima. §. nec castrense. ff. de collatione bono. quia haec magnam requirit impensam & memoriam. Dicerem

Poenae perpetui carceris non imponitur a iure ciuili.

Habeo ab Hebraeis descendat necne.

Si debeantur alimentum, an expensae studij, & an ad eas pater teneatur.

De usu communi loquendi Fracia.

Ciborum nomine non veniunt vestimenta.

Instrumentum locationis famuli.

Vestis quotidiani nomine quod veniat.

Dicerem hoc verum si pater esset pauper, secus diues, quia ita debet filios instruere, vt inopē possint defendere vitam : & sic contribuere etiam ad scientiam legalem, vt dicit Caro, & Iacobi, in lege, cum hi. §. qui transigit. ff. de tractatio. In qua scientia debeat filius studere, est textus in lege, Stichus. ff. de lega. 3. videlicet secundum qualitatem ingenij, vt plene scripsi in scholastico, priuileg. 53.

Praxis quo ad iuueos & pupillos.

Item vidi aliquando sic fieri instrumenta, le tueur, &c. à promis & promet nourrir, & entretenir, & gouverner les ditz mineurs ses enfans, bien & deuement, comme appartient; c'est assçavoir leditz tel usques à l'age de vint cinq ans, & ladiete telle, usques qu'elle ait trouuè son bien, en estat de mariage, ou autrement les enuoyer à l'eschole, leur faire appredre le seruice, mettre leditz tel à mestier, payer son apprentissage, & durât iceluy l'entretenir, & payer durant iceluy temps les arrearages, &c. per prædicta ista intelligentur.

Vestem quoque victus habere vicem Labeo ait. Colligite quod vestis vice victus est, id est loco victus: ideo qui debet victu, vestes præstare tenetur, quia vestes loco victus sunt, vt hic.

Phrases dictionis vice.

Vice alienius fungit.

Vicem. Subiiciã multas phrases huius dictionis, quibus vtuntur Iurisconsulti: vt vice eius, qui iurisdictionem mandauit, fungitur delegatus, I. solet. ff. de iuridict. omnium iudic. id est loco & iurisdictione illius, qui delegauit, l. i. §. qui mandat. ff. de offic. eius cui mand. est iuridict. & vicem gerere in rubric. C. de officio eius qui vicem alterius gerit. scripsi in rub. de offic. eius cui manda. est iuridict.

Vice poenæ quidam vsuris vtuntur, id est loco poenæ, l. qui sine. circa fin. ff. de nego. gest. Vice pignoris, idem, l. his consequenter. in fi. ff. fam. ercif. Vice diuisionis, l. quæ pater. ff. famil. ercif. sibi, post datas actiones vice diuisionis ad singulos pro hereditaria portione pertinent.

Vice mutua declaratur in l. si paterfam. ibi, non aliter partem suam coheres præstare cogetur, quã si vice mutua partem nexu pignoris liberam consequatur. id est vltro citroque. famil. ercif. cum. & l. communi diuidendo. §. cum de usufructu. comm. diuidendo. l. in rem. de compensatio. l. pen. de præscrip. verb. l. cum filius. §. i. de lega. 2. Vice nominis fungitur, l. certum est cuius species, vel quantitas, quæ in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ea demonstratione, quæ vice nominis fungitur, qualis, quantaq; sit, ostenditur. ff. si certum petat. Vicem mutui habet, id est loco mutui est. lege 3. §. penult. ibi, quod ita demum erit dicendum, si nõ fraus senatus cons. sit cogitata, vt qui credere non potuit, magis ei venderet, vt ille rei pretium haberet in mutui vicem. ff. ad senatusconsultum Macedo. Viceturoris vtitur, qui munere eius fungitur. l. i. ff. de eo qui pro tutor. Vicè heredis obtinet emptor hereditatis, l. 2. §. cū quis. ff. de heredita. vend. Imputare sibi debet creditor, qui satisfactione admittit vice solutionis, id est pro solutione, loco solutionis. lege, item liberatur. in fi. ff. quib. mod. pigno. soluit. & alibi Iurisconsultus ait in l. iururandum. ff. de iurur. loco solutionis credit. & datio in solutum vicem venditionis obtinet, l. si prædium. C. de euictio. Vicem personæ defuncti sustinet hereditas iacens, l. hereditas. ff. de acq. re. dom. §. i. de stipul. seruar. exponit Iurisc. in l. mortuo. ff. de fideiuss. id est personæ defuncti vice fungitur. Vicem exhibent testamenti codicilli, l. ab intestato. ff. de iure codicillo. Vicem prostritæ sustinet, quæ passim & sine delectu se committit quibusque, l. palam. §. i. ff. de ritu nuptiar. Vicem duorum difficile est, vt vnus sustineat, l. si, plures. ff. de pactis. id est, vix potest quis duobus sufficere, & duorum officio fungi, l. fin. C. de assesso. Vicem instrumentorum obtinet epistola, l. fin. ff. de proba. ibi,

Vice heredis.

Vicem duorum sustinere.

epistolas vicem instrumentorum obtinere decretum est. Vicem, id est ordinem, l. pronuntatio. §. i. vers. iure enim proprio. ibi, quiq; deinceps vicem eorum sequuntur, vtputa nepotes & neptes. infra eo. Et reddam tibi vicem, se te vendray la pareille.

Vice versa, id est e contrario, l. i. §. si quis simpliciter. ibi, & versa vice si interrogatus sub conditione responderit pure, &c. ff. de verb. oblig. §. vice versa. de inutil. stipulatio. in Institut. l. i. ff. de liber. caus. Per vices temporum, id est alternis annis, in l. 2. ff. quibus mod. v. usufruct. amitra. de his hæctenus.

Vice versa.

Per vices.

GAIVS LIBRO XXII. AD Edictum Prouinciale. Lex xliiij.

Cetera quoque, quibus tuendi, curandive corporis nostri gratia vtimur, ea appellatione significatur.

Sensus huius legis est, quod victus appellatione veniunt non solum esus, potus, & alia necessaria, vt in proxima lege dictum est, verum etiam cetera quibus vtimur ad viuendum, & ad corporis curã. hæc dictio cetera abundantius elucidabitur in l. ceterorum. infra eodem.

Intellectus ad hæc legem.

Nec refragatur text. in l. non omne. ff. de penu. lega. quia ibi poenoris appellatione hæc nõ veniunt, sed victus sic. Alij legunt in hoc text. Cetera, quibus viuendi. pro quo tuendi inueni in quodã exëplari anriquo collegij Aeduenf. Parisiis, & forte magis conueniens est, quam verbum viuendi, quod erat supra satis à Iurisc. elucidatum: nec voluisse Iurisc. hic repetere verisimile est: vnde sensus erit, quod victus appellatione non solum veniunt ea, quæ esui, & potui sunt necessaria, vt supra in proxima lege, sed etiam cetera, quibus tuendi corporis nostri gratia vtimur, vt l. 4. in fin. ff. de pactis dotal. & ita habetur in Pandectis Florentinis. facit l. in lege Censoria. infra cod. & §. si rusticus. de pace tenèda, & eius violat. in vsibus feudorum. ideo qui debet victum, baculum, ensẽ, & pallium dabit, item ocreas & alia in itinere necessaria ad tuendum corpus, pro qualitate tamen & conditione personæ: & ideo dicit vtimur, siue vtamur in itinere, siue domi, siue alio iusto modo.

Secundo inferitur, quod is, qui debet victum, si dederit habitationem periculofam, debet dare balistas, colubinas & alia id genus instrumẽta, quibus tueri incola corpus possit: quia non minor est virtus querere, quam parta tueri: & quod tuitio appellatione victus cõtineatur, probat tex. in l. penult. & vlt. ff. de in rem verso. ibi, sine quibus aut se tueri, aut paternos seruos exhibere nõ possent. & Cicero primo Officio. ait: Principio generi animãm omni à natura est tributum, vt se, vitam, corpusq; tueatur, &c. sed is qui victu debet, nõ tenetur tueri illum, cui victum debet: verum ad tuendum necessaria ministrare oportet, argu. l. fin. C. de actio. empt. & l. 2. vbi in rem actio exerceri debeat. Et vterq; intellectus sustineri potest, siue in tex. sit, cetera quibus viuendi, siue tuedi: sed vltimus magis conuenit. nam etiam tueri significat alere, tolerare, l. pen. & vlt. ff. de in rem verso. l. inter. §. conuenit. de pactis dotal.

Curandive corporis nostri gratia vtimur. &c. Ex hac parte text. colligite, quod victus nomine veniunt ea, quibus vtimur ad curandum corpus, vt medicina, & ita accipitur curare.

Curare corpus dicimur, id est mederi corpori, l. medicus cui curandos oculos, qui eis laborabat, cõmiserat. ff. de variis cognit. l. sed an vltro. §. i. ibi, vel seruum agrum curauit. de negot. gestis. l. diuortio.

An victum nomine tuitio cõtineatur.

Curare corpus quomodo capiatur.

l. diuortio. §. impedia. soluto matr. ibi, agrum seruum curandum. l. sed & si hereditas. §. plane. ad exhibendum. l. prator. §. his verbis. ibi, siue in alèda, curandave. ff. de bonis author. iud. possid. l. qui iniuria. in fin. de furt. De hoc verbo curare, cura, curator & aliis scribam in l. quibus. infra eod.

An victus nomine medicina conueniatur.

Annotate præterea ex hoc textu victus nomine medicinam contineri, si ea vtamur, cum omnia, quibus vtimur corporis curandi gratia, veniãt per hanc legem: etiam quia magna pars hominũ sine medicinis viuere non potest, vt videmus per experientiam: licet aliqui, de quibus inferius dicã, sine medicinis viuãt in eorum patria. ideo ego dicere, quod si medicinis vtamur, tunc appellatione victus illæ veniunt: si verò ex consuetudine regionis homines eis non vtantur, tunc non debentur. & ita debet intelligi iste tex. & l. si cum dotem. §. sin autem in fauisimo. ff. solut. matr. nam impensæ, quæ in valerudinem serui sũt, inter impensas necessarias numerantur in l. i. in fin. cum l. seq. ff. de impens. in res dota. fact. & l. sicut impendit. ff. de usufruct. possunt etiam maiores impensæ reperti à cõmodante per commodatarium, qui eas exposuit. l. in rebus. §. possunt. ff. cõmoda. Et quæ sunt impensæ ratione valetudinis magis necessaria, quam medicina: ergo & illæ veniunt: & huius sententiæ est Bartol. per hunc text. in l. legatis. ff. de aliment. & ciba. lega. Et ista faciunt ad intellectum eorum, quæ dixi in tracta. de senten. præiudicia. seu proouisional. in consil. Reg. i. cõmenta. tom. art. i. Vel potest intelligi curandi corporis, quod omnia, quibus ad corporis refectionem vtimur, appellatione victus contineatur: quæ quidem superius in proxima lege expressa fusiis sunt. ideo prior intellectus magis conuenit.

Vtilitates huius legis.

Vtilitates igitur harum duarum legũ sunt, primò faciendo regulam, quod victus appellatione, nutrimentorum, sustentationis, alimẽtorum, educationis, & expensarum, vestimenta, & medicamenta, & alia necessaria continentur: quæ adduxi in proxima lege supra: hoc etiam docet Bart. in d. l. legatis. Alex. per illum text. in l. si cum dotem. §. sin autem in fauisimo. ff. solu. matr. Scripsi in tracta. de senten. præiud. art. i. gl. medicamẽs. in l. tom. cõmenta. ad consil. Reg. Gallic.

Primò derogatur huic legi, si de contraria mente constet: arg. l. nisi. ff. de aliment. & ciba. lega. quæ semper attendi debet, cap. intelligentia. extra eod. l. cum antiquitas. C. de usufr. l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonstra. Sed quæro quomodo hæc mens elici possit: respondeo ex verbis: nõquam enim à verbis discedi debet, nisi de mente constet, l. non aliter. ff. de lega. 3. vel aliis ex coniecturis, quas scripsi in l. nominis. §. i. supra co. forte si alimenta & medicamenta expressa sunt, vt in l. cum antiquitas. C. de testam.

Mens quædo elici possit, & ex quibus.

Secundo ex cõsuetudine regionis, vt pote mōtani rustici in pagis degẽtes non solent vti medicamentis, & sic in illis locis victus nomine non debentur, cum eis non vtantur per istum tex. ibi, vtimur. facit l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. i. ibi, cõsuetudo regionis. & supra dixi in verbo curandi: maxime verò serui & plebs non solent medicinis vti, licet nobiles & ciues ditiores sic: & qui debet cibum, cuius medicinis vtentibus, illis debentur medicina, non vtentibus, minime: & sic rusticis non debentur.

Tertiò elicitur mens ex consuetudine personarum, tam debentium victum, quam eorum, quibus debetur, per hũc text. ibi, quibus vtimur. nam si inueniatur rusticus fœcis armiger induratus, qui mallet mori, quam medicinis accipere, cum nunquam assumpserit, imò beatum vetricem existimat,

qui non nouit medicinam, tunc putarẽ illius consuetudinem inspiciendam, d. §. si. nam Romani circiter sexcentos annos sine medicinis sola brassica vixerunt feliciter, vt narrant historiographi.

Quartò ex quãtitate pecuniæ siue mercedis cognoscitur, quis contractus sit factus, per glo. singu. in l. i. §. i. in verbo agendo. ff. de superfl. cib. quam notat Corset. in singul. incipiente, contractus. in l. & Iason in l. i. col. 5. nu. 23. C. de iure emphyteu. & in lege, seruum. §. qui chirographum. ff. de leg. i. & consil. 45. in 2. vol. Vnde si primarius collegij promittat, vel alius alere pueros per annum, vel biennium, non debet ex quãtitate paruè pecuniæ istis puicris dare vestimẽta, nec medicinas, sed portionem suam iuxta cõsuetudinem aliorum tradere debet, & valetudinario ex melioribus cibis. nam si veller tradere vestimenta forte in vno vestimento, vel duobus requireretur rota summa. quã ob id in hoc casu debetur etis & potus, cubile, & lectũ, secundum cõsuetudinem collegiorum, l. i. §. mulier. ff. de ventre in posses. mitten.

Victus quãdo à primario collegij debetur, an de medicinis intelligi debeat.

Quintò ex ratione contractus. nam si debeantur alimenta famulo, non debentur medicina, si is habeat salarium: si verò non habeat, tunc debentur, qualitate famuli inspecta: & vbi famuli soliti sunt recipere, Bar. in l. legatis. ff. de aliment. & ciba. lega. per l. omnino. ff. de impens. in res dota. fac. l. sicut. de usufr. l. in rebus. §. possunt. ff. cõmoda. nẽmpe si veniat ex illis montanis partibus, potius lacte & speciebus, aut vino forti nutrietur, etiam in infirmitate, quam medicinis, vt Germani aliqui solent, & Flandri.

Famulis dũ medicina debeantur.

Sextò quando ad modicum tempus deberentur alimenta, vt pote ad vnã hebdomadam, vel mensẽ, tunc non deberentur vestes, nec quidem medicina, per d. l. in rebus. §. possunt. ff. cõmodati. Vnde iudici vel cõmmissario non debentur vestes, nec medicina, sed solum cibaria. Alex. in d. §. sin autẽ in fauisimo. col. i. nec aliqua medicina his dari solent, nec cõmissariis, sed ex honestate offerri possunt. Si tamen aliquis medicamina præstiterit cõmissario, siue iudici, potest computare eadem in salarium, quando est taxatum, vt in Francia: sed melius est non præstare, quam postea repetere.

An cõmissario medicina debeatur.

Vltimò notandum est, quod si quis teneatur alere aliquem, non potest ponere eum in hospitali, vt ibi alatur, sed potest procurare, vt habeat præbendam, vel officium, alias ipsũ necare videtur, l. necare. & ibi glo. ff. de liber. agn. of. Nisi is, qui debebat victum, non habeat ad alendum eum, & is alendus erat persona viliissima, l. i. §. sed scimus. C. de Lat. libera. tollend. & ibi Bal. Prapof. in c. cum haberet. col. 2. in fi. de eo qui duxit in matrimonio. Boer. in addit. ad Plumbi. in l. Gaij. Cod. de fidei. cõmiss. libert. Sequitur Ioan. Lupus in repeti. cap. per vestras. fol. 97. col. 2. §. 23. de donatio. inter virum & vxorem. Quæ vestes veniant in victu, vide quod sequitur.

An qui debet alere, in hospitali possit collocare alendum.

V L P I A N V S LIB. Q V I N Q V A. gẽfimo octauo Ad Edictum. Lex xlv.

In stratum omne vestimentum contineri, quod iniiciatur, Labeo ait neq; enim dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium, περὶ στρωμα. in victu ergo vestem accipiemus, nõ stragula: in strato omnem stragulam vestem.

Quaror hic dicuntur: primò quod strati nomine omne vestimentum continetur, quod sternitur, siue iniicitur: secundo appellatione stragula vestis

vestis venit omne pallium, ad sternendum paratū, quod probat textus ibi, omne pallium quod Græci *παιδα* vocant: ergo non omne, sed illud tantū pallium, quod Græci *παιδα* vocant. Tertio lex tradit inter victum & stratum discrimē hoc, videlicet vt victus appellacione non veniat stragula, id est omne quod sternitur, sed strati nomine omnis stragula vestis continetur. Et hoc sit loco summa. Videtur autem repetere quod initio dixerat, quia primò elucidat quid strati nomine veniat: secundo differentiam inter victum & stratum repetit, &c. nec hoc est superfluum, vt Iurisconf. ait in l. i. ff. de edil. edicto.

Sententia legis, & intellectum quorūdam improbat.

Diversa lectio text.

Sensus huius legis est, vt appellacione strati continetur omne vestimentum, quod sterni solet: vnde Varro de lingua Latina ait, in stragulo quicquid sternebant contineri, & stragulam ad sternendum veteres appellabant. Martia. epigram. vlt. *Stragula purpureis lucent villosa tapetis*, de qua Lilius lib. 9. decad. quarta, & Cicero in Tuscul. Alex. libro genial. 3. c. 19. Vnde qui legat stragulam, vel stratum, non dubium, quin leget omne quod sternitur: & sic videtur legare stragulam vestem, quia dicitur non dubium est, quin stragula vestis sit, ad sternendum videlicet parata: omneq; pallium paratum ad sternendum stragula nomine venit. Et sic quidam legitur istum tex. alij verò alio modo legunt, & intelligunt quidam, quod strati appellacione, vel straguli contineatur omne, quod sternitur, siue sit vestis stragula, siue alia res. Si verò dicatur coniunctum, quod vestis stragula sit omne pallium, id est omne vestimentum: propter illā coniunctionem vestis, non videtur verū, quia vestis, quæ non sternitur, non potest dici stragula vestis. Ergo hic intellectus non videtur verus: sed potest dici, quod si vestis stragula nominetur, illius nomine venit omne pallium, quod sternitur, siue sit solitum sterni, vt stragula vestis, siue non, dum tamē quandoq; sternatur: nempe apud Græcos pallium sternebatur, & antiqui vestes habere solebant, quibus lectos sternebant: quos Gallicæ *robes de lit* vocamus, vel *robes de chambre*, quibus etiam hodie vtuntur. vel quia pallia supra lectos sternere interdū solemus, ne plumis maculetur bonæ vestes, quas gerimus, ideo text. dicit omne pallium strati nomine contineri, quia omne pallium quandoq; tempore huius sternitur. Alciatius autem legit: neq; enim dubium est, quin stragula vestis sit omne *παιδα*, id est omne quod infernitur. Sed hoc in loco Alciatius Lesbia regula vsu arbitrio restituerit. Ideo legi arbitror, non dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium, quod Græci *παιδα* vocant. Et sic vult dicere text. quod vestis appellacione venit omne vestimentum, quod sternitur: neq; dubium est, quod stragula vestis sit omne pallium, quia omne pallium secundum Budæ. hic dicitur habes in extra animalia, vulgo *fourré de peaux*, vt hodie sunt vestes nostræ, quæ pallia dici possunt. Itaque non est dubium, quin nomine stragula vestis, veniat omne pallium, quod sic conduplicatum sterni supra lectum solitum est, quia appellacione strati etiam continetur omne quod sternitur. Sternere enim pro extendere accipiunt, quod qui sternat, extendat. Ideo illi cui datum est stratum, debentur tapeta, lodices, lecti, coopertoria, & alia, quæ solent sterni, siue in terra, siue iuxta parietes, vel supra mensam, vel scamna, seu alio modo, inspecta tamē personarum qualitate. Et ideo dixit vestimentum, quia in l. vlt. dictū fuit vestem victus habere vicem: vnde hic docet differentiam inter stratum & victum, nam in victu non venit vestis stragula, in strato omnis continetur vestis stragula: ideo forte legi posset

Sternere quid.

in tex. quod Græci *παιδα* vocant, nempe quod nos stratum dicimus, Græci *παιδα* dicitur. vel tex. potest legi, Omne pallium, quod Græci *παιδα* vocant: est enim *παιδα* genus penulæ. ob id Iurisc. dicit, quod pallium Græci vocant *παιδα*: & adhuc Vascones illo nomine vtuntur, *mandil*, pro illo vestimento, quod supra thoracem deferunt. Si verò referas, quod stratum vocatur *παιδα*, tunc bene erit: tamē vtunque sit, nil vilitatis fere adest. ideo legere quod lubet.

Legato videtur an vestis stragula debeatur.

Ex hoc elucidatur, quod qui legat victum, non censetur legare vestem stragulam. In victu ergo vestem accipimus, non stragulam, quia sine illa quis viuere potest. Nec obest sine stramentis viuere quem non posse, vt ait Iurisc. l. quos nos. §. viuere. infra eod. respondeo, quod stragula, & lectus, & ipsius operimēta sunt necessaria ad vitam, & sine illis non potest homo viuere, vt ibi: sed sine veste stragula potest, nepe maior pars hominum vestem non habet stragulam, & tamen viuunt. Nam potest quisq; coopertire lectum sua veste causa induendi facta vel alio coopertorio: sed nudus belluarum more incedere non potest. Alioqui si sine stragula veste quis viuere non posset, victus appellacione contineretur, & etiam si ea vteretur, cetera supra eod. Sed nos videmus diuites non semper deferentes, nec indutos veste stragula, maxime in longo itinere, & viuere sic posse: & pauperes viuunt sine veste stragula, non tamen sine lecto, vel strato, vel veste induendi causa facta: imo etiam carcerari habent stramen, paleas & cetera id genus: & qui prohibet hæc ad eos deferri, iniuriarum tenetur, l. si victum. ff. de re iudica. & de stramentis est tex. in lege, fundi. ff. de actionib. empti. nisi consuetudo patriæ & qualitas personæ aliud suaderent.

Stramentum quid, & vnde dicitur.

Et stramentum est stipula, palea, seu aliud, quod subter sternitur. vnde cum stramenta ardentia trāsfilirent (vt in vigilia S. Ioannis fieri solet) duo concurrerant, amboque ceciderunt, & alter flamma consumptus est: nihil eo nomine agi potest, si non intelligitur vter ab vtro euerfus sit, l. scientiam. §. i. ff. ad legem Aquil. Item vsuarius stramentis vti potest, l. plenum. §. idem Nerna. ff. de vsu. Stramentum à sternendo, vt stramen, quidam dictam putant: alij à stratu, quod id substernatur pecori, teste Varrone lib. de re rustica. l. e. 50. in fin.

Legato videtur an stramentum comprehendatur.

Præterea qui legat vestimentum, vel vestes, videtur legare tam vestes induendi, cingendi, amictiendi, quam infernendi causa paratas, l. vestis. ff. de auro & argen. lega. & sic venit vestis etiam stragula, quia quælibet vestis etiam venit, l. quæ sit. §. sed et si fructus. ibi, vestis non solum stragula, sed & qua vti solebat. ff. de fundo instructo. Postquam vestis est generale nomen, ob id comprehendit omne vestimentum, vt dico in l. vestis. infra eod. probatur in l. de tapetis. ff. de supell. lega. & non solum vestes, sed etiam quæ superadduntur ex regionis consuetudine. Bart. in l. vnic. C. nulli licere in frænis. lib. 11. & pro qualitate personæ, si vti consueverit. Si vero quis leget vestes stragulas, non videtur legare eas, quæ non sternuntur, quia stragula non sunt: & cui non conueniunt verba, nec conuenit eius dispositio, cap. in demnitate. §. supradicta. de electio. in 6.

Aliquando tamen stragula vestis, seu stragulara dicitur omnis vestis, etiam si non sternatur, Proverbi. vlt. cap. Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius, quod in terpretatur mysticè theologici, vt per eos videre potestis.

Et sic ex prædictis concludendi sunt tres casus. Primus est, si promiserit quis, vel donauerit victum, non tenetur dare vestem stragulam, nisi pro qualitate personæ aliter iudicetur: quia ea vtebatur, vt dixi

dixi in lege præcedente. Secundus, si quis promiserit dare vestimenta, tenetur dare etiam vestes stragulas, si is cui promissio facta est, illis vtebatur, d. l. cetera supra proximi.

Tertius, si quis promiserit dare vestes stragulas, non tenetur ad alias vestes non stragulas, forte factas causa induendi, vt superius dictum fuit: quia stragula non sunt, cum non sternantur.

Si verò quis donet, vel leget lectum, debentur culcitæ & alia lecti ornamenta, l. librorum. §. ff. de legat. 3. & ibi docto. & hoc facit pro consuetudinibus locorum, vt sponsa dari solitus sit lectus, vt in Auerunia nempe dabitur (vt hic dixi) si vtantur culcitris. Si tamen quis legaret domum instructam, veniret grabatus auro & argento textus pro qualitate personarum. l. Seie. §. ff. de fundo instructo. videre tamen ibidem. Item in victu venit lectus, vt firmat Bart. in l. legatis. ff. de aliment. & ciba. legat. l. olog. consil. 48. confortus. col. vlt.

Lectio legatorum quid debeatur.

Sternere triclina.

Ad stragulam quid dicatur.

Via sternenda immunitas, & via sternere.

Iniicere.

Iniicere manus.

Quin.

Quinimo.

Sternere triclina dicitur Iurisc. in l. si vt certo. §. si de me. ff. commoda. vbi glo. exponit pro parare: & potest dici sternere, instruere, adornare. & quid sit triclina, scripsi in l. vrbana familia. infra eod.

Et stratum lapidem, in l. si prius. §. i. ff. de aqua pluuiæ, arcenda, id est adornatum, & instructum. Vnde in passione sic legitur: Pilatus autem sedit pro tribunali in loco, qui dicitur *ἀββατος*: *ἀββατος* enim Græce lapidem significat, *στρωτός* verò stratum, quasi locus esset stratus lapide, inde *στρωτός*, sterno dicitur, *στρωτός*, quod sternitur. De machina stramentaria videre in l. quæ sit. §. item ostiarum. ff. de fundo instructo. Inde stratores, in rubr. de stratoribus, lib. 12. C. plenius elucidatur, variè tamen, facit. l. fin. ff. de iure immunitatis.

Via sternenda immunitatem veteranos non habere scriptum est à Iurisc. in l. via. ff. de privileg. vetera. Sternere via lapidibus, est, quod Gallicè dicimus *paue*, quod tenentur etiam milites facere pro magnitudine domus, & ante eam, in l. adiles. ff. de via publica. l. i. §. si item. de muner. & honor. l. sunt munera. de excusa. munerum.

Iniicatur, hic pro simplici ponitur, videlicet iaciatur, seu mittatur, quia non potest facile res sterni, nisi iaciatur super lectum, vel solum, ob id dicitur iste text. quod iniiciatur, quasi in locum, in quem sterni debet, iaciatur.

Iniicere manus est propria autoritate rem apprehendere. Titius seruum ea lege vendidit, vt si Romæ moratus esset, liceret manus iniicere. ff. de seruis exportat. l. sed si hac. §. i. de ius vocan. Et manus iniicere plerumque auxilij ferendi causa interuenit, l. causam. §. i. ff. de manumissio. Iniicere manus pro facere Galli accipiunt, Budæ. in adnotatione. in pandectis in l. fin. ff. de senator. dixi in l. Labeo. supra eod. §. i. Iniicere manus in aliquem, vel in eius bona, vel merces aliquas est, quando inde ille abire, vel res inde moueri aliqua autoritate vetatur: quod nos arrestare dicimus. Budæ. ibidem. Historici vallum iniicere castris pro eo dicunt, quod est vallo circumdare, vt est apud Liniuum li. 5. deca. 3.

Neque dubium est. Ex hac lege colligitur legem fieri de dubio: sed an semper, scripsi in l. inter publica. in verbo proculbio, supra eodem. inder Iurisc. consulti solent sæpe dicere, nemo dubitat, vt ibi scripsi.

Quin, pro quod non, cur non accipi potest hic, & in l. iura te stipulatus. infra eod. & l. certi conditio. §. si nummos. ibi, nec dubitari, quin si meam pecuniā tuo nomine voluntate tua dederis, tibi acquiratur obligatio, si certum petat. ff. l. videamus. §. i. de in litem iurando. ibi, auctoritas iuris non refragabitur, quin iudicio, quod inter ipsos acceptū est cuiusmodi possit adhiberi.

Quinimo pro quantum, lege, iuris gentium. §.

quinimo, de pactis. ff. l. athletas. in fin. ff. de his qui notan. infam. l. i. §. i. si pars hereditaria petat. l. & si de noxalibus. C. l. communi. in fin. commu. diuid. vide de Archidiacon. & Alexan. de Aurillain cap. tibi qui, de rescriptis. in 6. vbi aliis modis capi scribitur, & alij iuris interpretes in d. §. quinimo, vbi etiam scripsi. Quin etiam pro vterius, insuper, l. quinetiā. de arbit. & l. nihil. de in offic. testam.

παιδα quid sit.

παιδα significat omne, quod infernitur, teste Alciato, quasi circum strati. Sunt enim *παιδα* genus cortinae, quibus parietes, & aula reguntur, etiam circumvallationes, sunt etiam peristromata picta & versicoloria. Vnde apud Plutarchum legitur Regi Persarum Themistoclem respondisse, sermone hominū peristromatis versicoloribus per similes esse. etenim in illis cum extenduntur, ita in his formas figuræque apparere: cum verò contrahuntur, abscondi easdem, atque corrumpi. quare sibi tempore opus esse, vt de rebus Græciæ diceret quod refert Crapaldus in lib. 2. de part. ædium. De varietate stragularum scribit Volaterra. li. 27. c. vlt. & Eras. in chiliad.

IDEM LIB. QUINQUAGESIMO-nono ad Edictum. Lex xlvj.

Pronunciatum & statutum dici idem potest. promiscue enim & pronuntiasse, & statuisse solemus dicere eos, qui ius habent cognoscendi.

Pronuntiare & statuire id est esse.

Hæc lex duas partes habet, prout duo dicta docet. secunda est ibi, matrem fam. &c. Et hoc in summa vult hoc principium, Pronuntiare & statuere potest passim dici in his, qui cognoscendi ius habent. nam quod ad eos attinet, pronuntiarum & statutum idem significant. vnde solemus dicere iudicem pronuntiasse libertatem debent, l. diui. ff. de pœnis. & in l. absentes. ibidem dicitur, aduersus absentes contumaces pronuntiare oportet: & non solent præfides ea quæ pronuntiarint, retractare, l. diui. l. iudicatum. 2. ibi, iudex pronuntiauerit. iudicatum solui: & probat l. penult. §. Labeo. de exceptio. rei iudicate, vbi primo dicit secundū actorem pronuntiarum, & demum nihil in suo iudicio de iure eius statutum: & sic idem est pronuntiare cum verbo statuere, l. i. §. idcirco. ibi, liberum erit arbitrium statuendi ei, qui cognoscit. ff. de effracto. l. 2. §. lenocinium. ibi, an is, qui de adulterio cognoscit, statuere in maritum ob lenocinium possit: & puto posse. ff. de adulter. l. i. ibi, cui de ea re statuendi potestas fuerit. de his qui notan. infam. l. 2. ibi, appellari à legatis proconsulis, & si multam dixerit, potest de iudicatura eius proconsul cognoscere, & quod optimum putauerit, statuere, quis & à quo appelle. & in rubr. C. quom. & quand. iudex. iuncta l. i. vbi iudex non semper cogitur aduersus absentes pronuntiare. & l. fin. ibidem, & in l. 2. si. de sentent. ex libello recitand. & aliis multis legibus illius tit. & l. ex stipulatione. & l. seq. ac l. cum Papinianus. C. de sentent. & interl. omnium iudic. l. i. & 3. si à non competentis iudice pronuntiat. fuer. l. herede. & l. sequen. ff. de fideicom. libertat. l. in summa. & l. seq. de re iudic. Et de qua re cognouerit iudex, de ea pronuntiare & statuere tenetur, l. de qua re. ff. de iudicis.

Sed dicit quis, quomodo iudex cogi possit pronuntiare. Respondeo per superiorem text. in arch. vt differentes iudic. in princ. & in §. i. collat. 9. facit cap. nullus. vbi Panorm. extranea de iure patro. Poterit enim is, qui ter requisit iudicem, vel appellare ad immediatam superiorem, & iudici intimare, & non parti, quia per eam non stat. text. in §. i. de

frivol. appellatio. in concord. vbi scripsi: vel requisitionibus ostensis impetrare poterit literas Regias à cancellaria, quibus precipietur iudici sub magnis pœnis, vt intra certum tempus causam iudicare habeat. & ita vtiur in hoc Regno Francie quo ad indices seculares. Et sic quo ad indices id est pronuntiare, & statuerè, quia statuendo pronuntiant, & pronuntiando statunt.

Item pronuntiare dicitur, quod vna voce profertur, l. i. §. i. ibi, nam si quidem ita pronuntiauerit, non probasti, pepercit ei: sin autem pronuntiauerit, calumniatus es, cõdemnauit eum. ff. ad Turpillia. l. i. §. cum quidam. de questio. l. i. de re iud. l. i. §. i. de his qui notant. infam. l. 2. in fin. ff. de bon. eorum. ibi, neque cuiusque in tui bona, antequam de eo Romæ pronuntiatum sit publicata sunt. vnde solent iudices dicere, in his scriptis pronuntiamus. glo. hic & prius pronuntiare iudex debet, vter possideat, vt is qui victus est, petitoris partibus fungatur. l. exitus. ff. de acq. possessio. l. is qui. de rei vind. Et interdum hoc verbum pronuntiare ad arbitros refertur, cap. i. de arbit. in 6. ibi, pronuntiat. & ideo Iurisconsult. aliquando ad vberiore elucidationem addit, pronuntiatione iudicis. Et eo ipso quod pronuntiat, rem meam esse, ex diuerso pronuntiatum videtur, tamen non esse, l. si inter. ff. de exceptione rei iudicate.

Hinc pronuntiatum, quod aliquando tamen pronuntia capitur, in l. i. in fin. ibi, quia prouocationis remedio condemnationis extinguitur pronuntiatum. ad Turpil. ff. Interdum generaliter pro omni eo, quod probatum exitit, vel statutum, vt in l. eos, qui inter se diuersa testimonia præbuerint, quasi falsum fecerint præscripto legis teneri pronuntiatum est: id est statutum est ex forma legis scripta. ff. de fals. l. qui Romæ. §. penult. & vlt. de verbo. oblig. l. i. ff. si libert. in ge. esse dicat. l. 2. §. si seruus. in fin. ff. de acq. possessio. & pronuntiauit Imperator, in l. cum quærebatur, infra eod. Aliter interdum accipitur pronuntiatum apud dialecticos, & rhetores, vt vobis notum est.

Inde pronuntians, is qui profert, l. oratio. supra eod. ibi, ex mente pronuntiantis.

Pronuntiatio pro pronuntiato, l. pronuntiatio. infra eod. vbi elucidatur.

Recitare verò est ex scripto, vel ex libello profere. l. 2. & seq. C. de senten. ex libello recitandis, & ibi legi debet ex libello, propter d. l. 2. quæ optime hoc probat ibi, iudices sententias forment, & emendas statim in libellum secuta fidelitate conferant, scripsitque ex libello partibus legant, probat etiam l. Semproniana. ff. de fur. ibi, Lucius Titius tribunali eos libellos recitauit. & plura de hoc verbo scripsi in interpr. l. vnica. notab. vlt. C. de sent. que pro eo quod interest profertur.

Refertur aliquando verbum pronuntiare ad partes, & tunc pronuntiare est prædicere nominatum, ac præfari, præmonere; vt is, qui mancipia, vel animalia vendit, pronuntiare debeat, quis fugitiuus, erròve sit. l. i. & l. sciendum. §. dictum. ff. de adil. edict. Et qui vendunt mancipia, nationem cuiusque pronuntiare debent. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ibidem, & qui non pronuntiauit rei qualitatem, quam emptor desiderasset sciri, de euictione tenetur. l. qui libertatis. ff. de electio. & in si dicitur modus pronuntians. Item pronuntiare est nuntiare, & dicere, l. i. §. dolum. ibi, aliquid pronuntiauerit tritte. ff. de eo per quem factum erit. Item index pronuntians contra absentem, vel presentem, dicitur statuerè. l. si præses. & seq. C. quo, & quando iudex lege, nulli. de sententiis & interlocutionibus omn. iud. Et quod per verbum statuo possit diffinitua præferri sententia, probat vltra supradicta

iura cap. in his, eod. titu.

Nec obest l. præses. C. de sentent. & interloc. om. iudi. vbi sententia debet condemnationem, vel absolutionem, continere; responde, sufficit condemnationem fieri per acquipolles, vt statuo quod des, vel alius verbis, l. in summa. ff. de re iud. cum cetera verba non sint de substantia sententia, vt scripsi in interpr. l. quod iussit, in præfatio. ibidem, & iudex dicitur statuerè, non solum quando profert sententiam, verum etiam quando aliquid aliud constituit. Et inde dicuntur statuta leges municipales: quem sensum non habet verbum pronuntiare secundum glo. hic, vt in rub. de statu. & consuet. contra liberta. eccles. colla. 10.

Vnde Alciat. infert ad intellectum l. nulli. C. de sentent. & interloc. om. iudic. vbi sic dicitur, Nulli qui statuendi non habet facultatem, interdiciere patria cuiquam permittitur: vt sic intelligatur: Qui in vniuersum pro certo delicto constituit interdictionis pœnam non potest, is nec priuatiuam ea pœna multare aliquem potest: quia à quo remouetur totum, & pars, lege, si quis cum totum. ff. de exceptio. rei iud. l. appellatione partis. infra eod. Que sententia parum mihi placet, & quia de indubitable esset ille intellectus, nec ibi loquitur de parte, vel de toto: ideo poterit forte nouiter sic intelligi, quod is, qui potestatem non habet statuendi, id est pronuntians sententiam, sed tantum cognoscendi, & referendi postea ad superiorem, vel ad eum, qui illum delegauit, iuxta l. solent. & l. si quid. ff. de officio proconsul. iudices. Cod. de iudic. non potest alicui interdiciere patria, quia hæc interdictione fit per sententiam, vt in rub. de interd. & releg. ff. & is non habet facultatem statuendi, & sic pronuntians sententiam: ergo nec interdiciere patria potest. Dubium erat ibi, quia postquam ius cognoscendi habet, videbatur quod patria interdiciere poterat, postquam de illa cognouit, iuxta l. de qua re. ff. de iudic. Sed contrarium ibi statuitur: ratio est, quia postquam statuerè & pronuntiare non potest, ergo nec patria interdiciere: quod fit per sententiam & pronuntiationem. Vel nulli permittitur interdiciere patria, qui non habet potestatem statuendi, scilicet in illo loco: quasi velit dicere, nemo potest relegare vltra prouinciam, in qua nõ habet iurisdictionem: vel bannire aliquem de patria non debet, in qua iurisdictionem non habet; intellige, vt docet Iurisconsult. in d. l. relegatorum. §. scilicet. ff. de interd. & relegat. & §. seq. & hic intellectus potest esse verus: tamen eligite: & secundum primum, is qui potest cognoscere, sed non statuerè, non potest interdiciere alicui patria: vel nemo potest defendere patriam, in qua non habet iurisdictionem.

Et statuta dicitur pœna legibus, id est assignata, descripta. l. in seruorum. in fin. ff. de pœnis. ibi, qui maiore pœna afficitur, quam legibus statuta est, infamis non fiat.

Item statuerè interdum ad priuatos refertur, & tunc capitur pro constituit, animaduertere, disponere, vel vendendo, castigando, seu legem imponendo; vt pater, & dominus habent potestatem statuendi in filios, & seruos, l. serui. ibi, neque enim qui potest in furem statuerè, necesse habet aduersus furem litigare. ff. de furis. hoc exponitur in §. hi qui. de obligatio. que ex delicto nascuntur, in Insti. rursus, Paul. in l. ne cum filiofamil. ff. de furis, vbi sic habetur: Ne cum filiofam. pater furti agere possit, non iuris constitutio, sed natura rei impedimento est, quod non magis cum his, quos in potestate habemus, quam nobiscum ipsi agere possumus.

Statutum tempus, præstitutum, constitutum, præfixum, l. 2. ibi, sed pœrao intra statutum tempus sententia exequuntur. ff. de re iudic. Et Iurisconsult. Papin.

Sententia qua continere debet absolutionem vel condemnationem, quomodo intelligatur. Statuta, leges municipales.

Intellectus Alci. ad l. nulli. C. de sentent. & interlo. im. probatur, & nouenda iur.

Sententiæ ter mini.

Destitue-re.

Ecclesia destituta.

Præstitue-re.

Præstitui dies.

Prostitue-re.

Statuta pœna.

Statuerè interdum ad priuatos refertur.

Statutum tempus.

Papin. pro eo dicit, determinatum, in l. Imperator. in fin. ff. de postulando, l. 2. quem ad. feruit. amittat. Et statui termini idem, l. si. ff. de termin. moto, vbi sic scribitur: Agraria lege, quam Caius Cæsar tulit aduersus eos, qui terminos statutos extra solum agrum, sine se mouerint dolo malo, pecuniaria pœna constituta est. Statutus sumptibus, in l. sed & si lege. §. quod autem. 2. de peritio. hered. ff. ibi, in statutis verò suis sumptibus videatur factus locupletior.

Constituire, in l. locus. infra eod. exponitur. Destitue pro repellere, l. i. §. casum. ibi, refert etiam Labeo Publium cæcum Asprenatis Nonij patrem auersa sella à Bruto destitutum, cum veller postulare. ff. de postul. Destitue, priuare, c. i. vers. illum autem spoliatum intelligi volumus in hoc casu, cum criminaliter accusatur, qui tota sua substantia vel maiori parte ipsius se per violentiam destitutum affimat. de restitutio. spolia. in 6. c. vlt. in fin. ibi, cum non constitutio, sed destitutio, vel destructio dici possit de reb. eccles. non alie. Hinc ecclesia dicitur destituta pastore, quod prælatum non habet, cap. ecclesia. 1. & cap. Cum ana ecclesia pastoris solatio destituta. de electio. Destitue, deserere, seu deserere: vt destitue, de studio. §. his ita. de milit. & iur. in Insti.

Instituere verbum abunde enucleabitur in lege, verbis legis in verbo instituendi, infra eod.

Præstitue, id est prius statuerè, & pro simplici frequenter ponitur, vt præstitue tempus, l. vnus ex creditoribus. ibi, si alter ex heredibus intra tempora præstituta deberet adire hereditatem. ff. quibus ex caus. in possess. eat. l. i. §. si quis tutor. ibi, sed intra tempora præstituta excusationem allegadam habet. ff. quando appelland. fir. l. si iudex cui certa tempora præstituta erant. de iudic.

Præstitutum diem, l. ex consensu. in fin. ibi, ante diem præstitutum. ff. de appellatio. Alibi Iurisconsult. vocat præstitutum, in l. ab accusatione. §. destituisse videtur, qui intra præstitutum accusationis à præfide de tempus reum suum non peregit. ff. ad Turpil. & l. emptor. ibi, præfinita tempora. de pact. l. 2. de collusio. de agenda. Vel præscriptum tempus, l. intra. §. i. ibi, quadriennij tempus, quod bonis vacatibus nuntians præscriptum est. ff. de diuers. & tempera. præscriptio. scripsi in tit. de præscript. & in l. pupillus. §. de iuracione. infra eod.

Prostitue, meretricari, luxuriari, se dedere scortationi, & exponere ad meretricandum. Inde ancilla prostituta, quæ arti meretricia se dedit, vel à domino tradita quæstui meretricia fuit. lege, Imperator. ff. qui sine manu. ad libertat. peruc. sic dicens, Imperator noster cum patre suo constituit in eo, qui cum poster abducere prostitutam ancillam, pecunia accepta manus iniectionem vendidit, vt libera esset. nihil enim interesse, ipse abducas, & prostitutas, an patiaris eximere. & sic intelligitur rubr. C. si mancipium ita veniat, ne prostituat. l. athletas. §. ait prator. ibi, prostituta mancipia. ff. de his qui notant. infam. Et palam quæstum facere dicimus non tantum eam, quæ in lupanari se prostituit, verum etiam si qua (vt solet) in caupona, vel qua alia taberna pudori suo non parcat. l. palam. ff. de ritu nuptiar.

De verbo restituo scripsi in l. restitue. supra eo. & de substituere in l. in vulgari. infra eod.

Ferre sententiam, dico in l. ferri. infra eod. Promere sententiam est pronuntiare, profere, l. diem profere. §. si quis. ff. de arbi. ibi, vel vtroque absente sententia promatur. Magna quippe est iudicari auctoritas & pronuntia. habetur enim pro veritate, l. ingenuum. ff. de statu hominum, & l. res

Promere sententiam.

iudicata. ff. de regu. iur. l. si non sortem. §. heredi. de conditio. indebiti. Inde sufficit dicere ita iudicatum fuisse, instar Iurisconsult. in l. i. §. eodem. ff. de senatuscon. Silan. ibi, & ait Sextus sic esse sepius iudicatum: quod est verum, si à Principe, vel à senatu, quia Princeps non aliter esset iudicaturus, l. vna. ff. de offic. præfedi præto. Quamobrem sepius allego iudicatum senatus, maxime in consil. Reg. nulla alia adducens iura, rarus auctoritatem eius sufficere: quia antequam senatus sic iudicauerit, verisimile est, quod multæ leges, & iura tanquam in acerrimum fuerunt adducta ad hoc licet videtur contra text. in l. nemo iudex. C. de sentent. & interloc. quia non procedit in iudicatis à Principe, vel senatu, l. milites agrum. in fin. ff. de re milit. dixi in proem. concordat. iudicari esse triginta: scribam in lege, vt sunt iudicio. infra eod.

In summa notandū est pro iudicibus, vt quatuor potissimum habeant. Primum quod facile non credant, nec leuiter, l. tribuni. C. de re milita. lib. 12. nempe vitio adscribitur nimia credulitas, l. i. §. i. ff. de eo per quem factum erit: & hoc vitio magni viri, & Principes maxime laborant.

Secundò, quod exquisitè desentiant, l. quoties. C. de naufrag. lib. 12. l. iudices. C. de iudic. cap. iudicantem oportet cuncta rimari. 30. quæst. 5. inde extat pulchra Menandri Græci sententia: Ο σπουδαίη πρόστασις ἢ τῶν ἀποκρίσεων ἢ τῶν ἀποκρίσεων, ἄδρὸς τῶν πρὸς τῶν ἀποκρίσεων, id est, Qui prius cõdemnat quam causa luculenter audierit, is est malus, qui malè crediderit.

Tertiò, vt neque gratia, aut pretio corrupti, neque odio, in iudicibus iudicent: vt in auth. vt iud. sine quo. suffrag. & in l. i. & auth. ibi posita. Cod. de pœna iud. qui malè iudica. & iudex sine affectione partium esse debet, considerato tantum iure. nam sicut iudicat, ita iudicabitur, cap. i. de re iudic. lib. 6.

Quarto, vt cum deliberatione pronuntiet, l. 2. C. de sentent. ex libello recitant. Lucas de Penna in l. 3. col. fin. C. de cursu publico, lib. 12. Inde præfides curiæ supremæ dicere in aresti pronuntiatione solent, à curia suprema visum processum cum grandi & matura deliberatione, ita: *Lequel proces a esté ven auec grande & meure deliberation, &c.*

Aliquando iudex vocatur iuridicus, quasi iura dicens, vel iure sententiam dicens, l. Thais. §. Lucia. ff. de fideicommissariis, libertatibus, & in rub. ff. de officio iuridici Alexand. scripsi. inde Gallico idiomate dicimus, *chose iuridique*, id est, *selon le droit faicte, & letres iuridiques, ciuiles.*

Promiscue idem est quod indifferenter, communiter, vt probatur in duabus legibus, vbi in vna dicitur promiscue, in altera indifferenter, in l. inter. §. i. ibi, lex Iulia stuprum & adulterium promiscue appellat. de adult. ff. & in l. inter. ibi, sed lex Iulia de adulteris hoc verbo indifferenter vtitur. infra eo. inde veteres emptioinum venditionumque appellationibus promiscue vtebantur, lege, veteres. ff. de actio. empit.

§. Matrem familias accipere debemus eam, quæ non inhonestè* domi vixit. Matrem enim familias à ceteris foeminis mores discernunt, atque separant. Proinde nihil intererit, nupta sit, an vidua, ingenua sit, an libertina. Nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matrem familias, sed boni mores.

Quatuor continet hic §. primò quod materfam. est, quæ vixit honeste. honestas enim tam in verbis, quam in factis consistit. vnde dicitur Paulus l. ad

Authoritas senatus quanta sit.

Iudices quatuor pro se ferre debent.

Aresti pronuntiatu verba.

Iuridicus.

Promiscue.

* Alciat. in domo sua vixit.

Text. elucidatio breuius.

Honestas in quibus consistat.

Praxis vt cogatur iudex iudicare.

Vna voce pronuntia re dicuntur etiam arbi tri.

Pronuntia tum profert sententia.

Pronuntians.

Recitari dicitur in recita ex libello.

Verbi pronuntiare ad partes refertur.

Corinth. 14. cap. in fin. ait, omnia honeste & secundum ordinem sicut in vobis. Et haec duae negationes, videlicet non inhoneste, aequipollent affirmationi, in l. duobus. infra eodem. Secundo, mores separant matremfamilias a ceteris foeminis, quoniam materfamilias dicitur bonis praedita moribus. Tertio non refert, an ea quae moribus est honestata bonis, sit ingenua, vel libertina, an sit nupta, vel vidua. Omnis enim foemina bonis decorata moribus quo ad hoc materfam. dicitur: quia nuptiae non faciunt materfam. nec natales etiam generosi. nam mulier ex nobilitate orta pariter peruersa viuens, non dicitur materfam. quia boni mores tantum eam matremfam. faciunt. Et hoc pro summa fit.

Et vacat hic argumentum a contrario. nam si domi mulier bene vixerit, & extra domum non peruerse, luxuriose, & turpiter, non dicitur materfamilias: sed ideo text. secundum aliquos dicit, in domo sua vixit, quia extra domum suam mulier non debet vagari: & sicut piscis sine aqua, ita mulier sine domo sua esse non debet, vt monachus in claustris, in cap. placuit. 16. quaest. 1. inde ait David, vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae. adeo quod sub lateribus domus suae debet se continere, l. consensu. §. vir. C. de repud. quamuis mala pars mulierum, non dico bonam partem, sed plurimam, quia bonas non audeo appellare vagas, hoc non feruar. Vnde aliqui text. non habent in domo sua, sed simpliciter, quae non inhoneste vixit: scilicet vbicumque, et si habeatis domum.

Hic text. domum pro habitatione accipit, vt in l. qui domum. ff. de adulte. & intelligite tam de domo propria, quam conducta, etiam si mulier gratis eam habitauerit, l. lex Cornelia. §. domum. de iniur. nec obest verbum sua, quia hic potest accipi, prout in l. 2. in princip. ff. de orig. iur. in glo. non quia Papius dicam de hoc verbo suum, in l. pupillus. §. si. infra eod. Interdum domus ponitur pro patrimonio, seu substantia, vt in l. lecta. in princ. ibi, de domo. ff. si cert. perat. ideo qui constituit vxorem totius domus usufructuaria, sic intelligitur, secundum Purpura. ibi, quia allegat Barb. in repetitio. l. cum acutissimi. col. 6. de fideicom. C. facit text. in l. 1. de ingen. manum. Iacobi. in l. num. 3. C. ne liceat potentio. & continet eos, qui sunt de familia domini, l. r. vbi interpretet. ff. de senatus. Silan.

Materfamilias. Materfamilias significat non tantum nuptiam, sed etiam viduam, l. materfam. ff. de adult. itidem capitur in l. Massurius. & in l. pronuntiatio. §. 1. ac in l. Censoria. & l. malum. vbi plene dicitur, infra eodem. Et sic materfamilias capitur pro foemina honeste viuente, & bonis moribus insignita, vt hic.

Secundo materfamilias dicitur, quae suae est potestatis, siue pubes, siue impubes sit, l. nam ciuium. ibi, patresfa. sunt qui suae sunt potestatis, siue puberes, siue impuberes, simili modo matresfamil. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. vbi licet hoc expressim dicitur, tamen non esse verum arbitratu Alciat. nisi adsint boni mores; sed contra eum loquitur d. l. nam ciuium. & l. qui domum. iuncta l. materfa. ff. de adult. vbi sic dicitur, Materfam. vocatur, quae praebuit domum, vt stuprum committeretur, & etiam illa, quae committit: & ibi adultera vocatur materfa. vel laena, & tamen est malis moribus praedita: ob id necesse est stare huic sententiae, Nec refragarur, quod dicit exemplum viduae, quia exempla non astant regulam: nempe vult text. dicere, quod siue sit vidua, siue nupta, siue ingenua, siue libertina, materfam. dicitur vno modo, si bonis moribus sit praedita: sed non negat, quin secundo modo, id est

suae potestatis dicatur illa, quae est sui iuris, licet bonis moribus ornata non sit, vt prope quia est adultera, vel laena, vt d. l. materfam. & in iuribus adductis superius.

Tertio pro foemina notae autoritatis dicit Iurisconsultus in l. 3. in fin. ff. de lib. exhib. ibi, cum audis matremfamilias, accipe notae autoritatis foeminam. Sequitur Lucas de Penna in l. 3. in fin. de fide instrum. & iure hastae fiscalis, l. 10. C. & de iure foeminarum videte text. & doctores in cap. mulieres. de iudiciis, in 6. & quibus casibus deterioris sint conditionis, quam viri, glo. scribit, & doctores in l. in multis. ff. de statu hominum, & abunde vltra alios Dec. in l. 2. de reg. iur. ff. scripsi in l. mulieris. supra eod.

Vtilitates huius legis sunt, quod mulieres etiam nobiles inhoneste non admittuntur ad multos actus, de quibus inferius, ad quos matresfam. id est honeste viuentes admittuntur. Nam boni mores nobilitati praeseruntur, per istum text. qui parum hoc probat, licet eum ad hoc singularem dicat Bal. in cap. penult. in fin. de probatio. & Barba. conf. 54. illud. col. 11. in 1. vol. & consil. 46. scripsit in princ. in 2. vol. & conf. vlt. col. 5. eo. vol. melius tam probat text. in l. scire. §. penult. ff. de tutor. & curato. datis ab his. ibi, neque enim facultates, neque dignitas est ita sufficiens, vt bona electio, & benigni mores. Et multa super hoc scribit Bonus de Curtil. in tracta. de nobilitate per totum.

Secundo quando mulier dicit se praegnantem, non creditur ei, sed debent adhiberi matresfam. id est honestae foeminae, quae hoc videant, & discernant, l. 1. ff. de ventre in spiciendo. docet Speculator in tit. qui filij sint legitimi. in versic. cum vir.

Tertio quando puella traditur custodienda pendente matrimonij disceptatione, debet dari matrisfamil. id est honestae mulieri, c. cum locum. vbi docto. de sponsalib. & interim doceat eam nuptialia munera exercere.

Quarto virginitas alicuius mulieris probatur per matresfam. prouidas & honestas, ac prudentes foeminas, cap. causam matrimonij. & cap. propositum. de probatio.

Quinto nemo iudex alicuius officialem ad eam domum, in qua materfamilias degit, cum aliquo praepro existimer esse mittendum, vt eandem in publicum protrahat, l. nemo. C. de officio diuerso. iudicum. & sic materfam. non debet pro debitis fiscalibus, vel priuatis includi in carcerem detruendi, si honeste viuat, sed meretrix non coniugata sic, quia non dicitur quo ad hoc materfam. & ita consuluit Barba. conf. 27. col. 2. in 1. vol. & Hippolyt. in l. vna. num. 30. C. de raptu. & in practica, in §. attamen. nu. 66. licet hodie parum hoc feruetur, vt scripsit prooem. ordin. Reg. in meis commentar. in 1. tom.

Sexto adulterium vel stuprum commissum cum ancilla meretrice non est puniendum, quo ad ciuile forum, l. si ea. C. de adult. secus si cum matrefamilias, cum ab his foeminis pudicitiae ratio requiratur, quae iuris nexibus detinetur, & matrisfamil. nomen obtinet. haec autem immunes in iudicialia seueritate, & stupri & adulterij praesentur, quas vilitas vitae dignas legum obseruationem non credit, l. quae adulterium. Cod. eodem.

Vltimo ferè in casibus vbi mulieribus fauetur, quos scribit glo. in l. fin. C. de iur. & facti ignorant. intelligitur de honeste viuentibus, nisi eis indulgeatur propter sexus fragilitatem tantum, vt in Velleia. vt in l. 1. & per totum. ff. ad Velleia. glo. & docto. in l. in multis. ff. de statu homi. docto. in l. 2. de reg. iur. quod est notandum.

Discernunt. id est distinguunt, diiudicant atque diuidunt a ceteris foeminis, Discernere est diuidere, distincte cognoscere, vel distinguere, diiudicare, l. 1.

Legis utilitas.

Boni mores nobilitati praeseruntur.

Si mulier dicat se praegnantem, an ei credatur

Custodiri puellam apud matremfam. debet.

Materfam. non debet in carcerarij debitis fiscalibus, vel priuatis.

Adulterium vel stuprum commissum cum ancilla, an puniendum.

Discernere.

re, l. 1. in fin. ibi, sic aliud est pretium, aliud merx, quod in permutatione discerni non potest, vter emptor & venditor sit. ff. de contrahen. emptio. & in l. 1. de rerum permuta. facit l. alioqui. de contrahenda emptio.

Discretio. Inde discretio, illa distinctio & diuisio, l. usufructuarium venari. in fi. ff. de usufructu. ibi, commo- distime tamen, ne per singula animalia facultatis fructuarij propter discretionem difficilem ius incertum sit.

Discretus. Inde discretus dicitur, qui qualitates, ac rerum momenta discernit, atque diiudicat: & hic confiteri tenetur semel in anno, vt ait text. in cap. omnis vtriusque sexus. de poenit. & remissio. vbi scripsi. & discretos indices dicit text. in cap. 1. de consang. & affi. Et in discretis personis contra, quarum defectus per alios suppletur, cap. pastoralis. de iudic.

Indiscretus persona, atque diuisio. Atque. Haec dictio coniungit, vt in lege in lege Censoria. in fin. infra eo. l. item que. §. 1. ff. de actio. empti. l. fundum. §. penult. de euctio. l. videamus. 2. §. item. de vltimis. vnde si quis donauerit domum, atque fundum contiguum, vtrumque debebitur, per praedicta.

Aliter atque. Aliter atque, id est aliter quam, l. qui re sibi commoda, vel apud se deposita vsus est aliter atque accepit. ff. de furt. Et iuris & facti diuersitatem notat a praecedenti casu, l. 1. §. si reus. ibi, aliter atque si ab alio sit impeditus. ff. de eo per quem factum erit. l. qui seruum. de interrogat. actio. l. Pompon. de rei vindic. l. quoties. 1. de seruit.

Atqui. Atqui, pro sed, in l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo. ibi, atqui si maiora pondera commodauit. licet gl. pro certe exponat ibi, sed non conuenit illi text. facit l. Julia. ff. de petit. heredita. & in l. 1. si seruit. vindic. vbi glo. exponit pro sed: tamen in l. filiusfam. de in rem verso. pro certe. in l. atqui. vbi gloss. ff. de negot. gest. l. Barbarius. de off. pratoris.

Perinde atque. Perinde atque, pro eo atque, seu ac si, id est ita, l. si ab emptore usufructus peratur, perinde est venditori denuntiare debet, atque is a quo pars petitur. ff. de euctio. id est ita, vel sicut. l. si pater. 2. de iure dotium, vbi glo. scribam & de verbo proinde in l. porus. infra eod.

Separare. Separant, id est segregant, hoc in l. locus. infra eo. dicitur.

Interesse quor modis sumitur. Interesse, id est referet, l. non interest. ff. de fideic. heredita. petit. l. adhuc interesse vnde sit pretium numeratum, de usufructu. sic capitur hic.

Interesse, in re mea est. Inde interesse, quod in damno & lucro cessante consistit: de quo abunde scripsi in interpret. l. vnica de sentent. quae eo quod interest. Cod. Interesse, pro adesse, l. 1. §. casum. ibi, Appius denique Claudius caecus consiliis publicis intererat. ff. de postulando.

Interesse pro disferre, l. sed & si quis, §. fin. & ibi glo. puta interesse. ff. si quis cautio. l. isti quidem. in fin. ff. quod met. caus. l. inter haec verba quanti. & l. licet. 1. l. inter stuprum. & l. aliud est fraus. §. 1. & l. inter diuortium. infra eod.

Interesse, vtile est, ad rem est. inde actio negotiorum gestorum datur illi, cuius interest, l. actio. ff. de neg. gest. Alia dixi in praesario. ad d. l. vnica. q. 3. Et nuptiae adieci quaedam, quibus responderem quibusdam calumniantibus scripta nostra, forte parum ea intelligentibus, vt moris est.

Nupta qua dicitur & an sponsa nupta nomine contineatur. Nupta hic accipitur pro coniuncta matrimonio. idem in l. inter stuprum. & lege malum. §. viduam. infra eod. Et ideo nupta nomine non venit sponsa, neque ex iure, nec ex communi vsu, nisi eadem ratio in eadem consideret, vt probatur in l. non sine. C. de bonis quae liber. plene docto. in auth. praeterea. C. vnde vir. & vxor. & ad id centum si vellem adducerem autoritates: etiam communis Fran-

cia vsus loquendi facit differentiam inter *francoe & maricoe*. quod prodest scire Tholosanis, qui lucrantur dotem nuptae praemortis, vt est in eorum consuetud. sed non sponfa.

Libertina est quae ex iusta seruitute manumissa est, §. 1. de libertinis. in Institutio. Et inter libertinam & libertum differentia est: quia per libertinum significamus conditionem hominis, sicut per ingenuum: per libertum autem significamus priuatum quendam respectum, sicut per patronum: ideoque libertinus adiectiuum est, sicut ingenuus. libertus substantiuum, sicut patronus: etiam sunt distincti tit. de libertis & libertinis: quam differentiam qui ignorat (communes aures Leguleij ignorant) plurima & capitalia in ipso iure ciuili committunt. Haec Valla lib. 4. c. 1. qui plane decipitur, quia libertus in iure accipitur pro libertino, & contra: probat l. 3. §. liberti. ff. de muner. & honor. & l. circa. de probatio. vbi quem libertum, statim libertinum & contra appellat: & l. libertinus. de ritu nuptiarum. idem in rub. ff. de operis libertor. vbi postea in l. qui libertinus. ibidem, in substantiuo vitur pro libertino. idem habetur in rub. de bo. liberto. iuncta l. libertinus, vbi vocatur libertus, & idem libertinus. facit l. si in libertinum animaduersum erit. ibidem, de bo. liberto. l. fin. de iure auro. an ulor. vbi sic scribitur: Libertinus, si ius auro an ulor impetrauerit, quamuis, &c. Caius in l. libertini sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt. ff. de statu hom. Nec sunt distincti tituli, vt ipse falso asserit: ideo capitalia crimina non committunt Leguleij, qui differentiam Vallae ignorat, tanquam inuilem, & nullius momenti apud Iurisperitos, sed ipse potius, qui libenter dicit.

Tamen interdum apud Iurisconsultos inuenitur libertinus adiectiuum, vt libertina persona, in l. 2. ff. de oper. liberto. ibi, vt premeret libertinas personas. & non negamus eo casu hominis conditionem significari: sed frequentius ius ciuile libertum pro libertino & contra accipit, ideo videtis periculosum esse praesari de iure, ignorantibus: & culpa rei se immiscere, &c. regula. culpa. de reg. iur. ff. sicut sunt hodie, qui quaedam vocabula in iure declarant, sed vtilitatem, quam ignorant, dimittunt.

Libertinitatis causa imposita, in l. si patronus non aluerit libertum, lex Aelia Sentia admittit eius libertinitatis causa impositum. ff. de bo. liberto. in l. sepe. inf. eo. in verbo, imposita dicemus, l. circa eum, qui se ex libertinitate in genum dicit. ff. de probat.

Nuptia hic accipiuntur pro coniugio, & matrimonio. idem in l. boues. §. hoc sermone, dum nupta erit, prima nuptiae significatur, l. nepos. & l. Massurius. in fin. infra eod. Secundo accipitur pro festo seu apparatu nuptiarum, vt in l. inter donum. in fi. infra eod. Et in euangelio nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae. cap. foeminae. & cap. nostrates. 30. q. 5. Tertio pro commixtione, & coitu, c. quod autem. & c. genuit. 30. q. 5. vbi gloss. & Archid. & Panor. in c. 3. loco. col. vlt. de praesumpt. Et in nuptiis, funere, & cum nascuntur, ter duntaxat Daruani in vita lauant, vt aiunt, contra Iudaeorum morem.

Natales. Natales in plurali tantum conditionem sanguinis & familiae denotant: vt generos natales, de noble lignee, obscuro natales, de pauvre lignee, teste Valla lib. 4. cap. 10. inde natalibus restituere, de quo dixi in l. restituere. 1. supra eod. seu ingenuitatem, vt non officere natalibus. §. si. de ingenuis. in Institutio.

Natalis masculini, vel natalis neutri sumitur pro die, quo quis natus est, ab adiectiuo natalis, vt ibi Valla scribit. Vnde quia sancti ad gloriam nascuntur per mortem, ideo mors illorum vocatur natalis sanctorum, & illo die eorum celebratur festum. gl. in d. c. fi. & in d. cap. non licet natales martyrum in quadragesima celebrare. 33. quaest. 4. gloss. in l. cum

Libertinus quis & re. prehendi- tur Valla.

Nuptia multis modis accipitur.

Natales substantiuum.

Natalis & natale.

Domus quae modis accipitur.

Materfamilias tribus modis dicitur.

Sententia nuptiarum probatur.

quod cum vis pariat interdictum possessorium retinendae, vel restituendae, §. sequens. & §. seq. de interdict. in Institut. si quaeratur de vi, & possessione, ratione illius vis, prius est cognoscendum de vi, occasione possessionis illata, quam de proprietate rei. & sic videtur intelligenda illa lex, quicquid ibi dicant doctores, intelligentes de violenta possessione, nam hoc est nimis restringere illud text. ob id quod idem est in alia vi, quam violenta. Quare sic intelligendum videtur, quia potest agi & quaeri de vi sola, ut si quis per vim me verberavit, tamen non agitur de possessione, ideo iurisc. volunt, quod si quaeratur de vi, & de possessione simul. Alium intellectum tradam in interpret. ad illam legem.

Phrasos verbi habere.

Et sic patet phrasim iurisc. esse, dum ait, Habet vim, & idem in l. nepos. infra cod. Notate phrasim huius verbi habere in hoc tit. posita: quingentas alias ponerem, quae passim in iure occurrunt, nisi putarem lectorem offendere. Habere ius dicendi vel cognoscendi, id est posse cognoscere, l. pronuntiatum. & l. nihil aliud. supra cod. l. pupillus. §. territorium. infra eodem. Agrum habere, in l. pupillus. §. incolae. infra cod. Actionem habere, l. Labeo. r. in fin. supra cod. l. id apud. ibidem. Satis idonee habere, l. quos nos. §. r. infra eodem. Conductum habere, l. eum qui. supra eodem. Consilium habere malignum, l. saepe. in fin. infra eodem. Proconiunctis habetur, l. saepe. in princ. infra eodem. Spem habere traditur, in l. conditionales. infra eo. Sedes & tabulas habere, exponitur in l. in lege Censoria. infra eo. Habentur causa colendorum agrorum, d. l. in lege Censoria. infra cod. Habere animo fundi, l. locum. infra cod. vbi explicabitur. Accipere ut habeat, l. aliud est capere. infra eo. Qualiter se habere, l. quid aliud. infra eo. exponitur. Supremae tabulae habentur etiam sola, l. illa verba optimus. infra cod. Centum auroes habere dicitur, qui tantum in praedii ceterisque similibus rebus habet. l. propomodum. infra cod. Habet significationem, vel significationem, id est significat, l. verbum reddendi. infra eodem. l. facere. ibidem. Habere filium, l. etiam. r. infra eodem. Habet liberos, qui vnum habet, l. non est sine. cum seq. infra eodem. Proprium genus habere, in l. Carbonum. infra eo. Definitionem eandem habere non potest, declaratur in l. patrisfam. infra eo. Domicilium habere in provincia, id est habitationem, l. provinciales. infra cod. Pars navis habetur malus, l. malum. infra cod. Habens communiter, in l. litrus. r. infra cod. facit l. Paulus. ibidem. Habere pellicem, in l. Massurius. infra cod. Quandiu vinum haberent, vinaria vasa dicuntur, l. vinaria. infra eodem. Publica habemus, vel inter publica habemus, in l. inter publica. supra cod. Ad hoc habetur, l. sylva. supra cod. Alia de hoc verbo dicentur in l. habere. infra eo. vbi utilitates tradam.

GAIUS LIBRO ADEDICTVM Pratoris Urbani, titulo, qui neque sequantur, neque ducantur.

Varij intellectus legis.

Glossa scribit tres intellectus. Quidam arbitrantur primo ista verba usque ad §. solutum, fuisse rub. in libro Gaij, ut inferius dicam, & hoc verum puto. Secundo, qui neque sequantur, videlicet iurisdictionem iudicis, neque ducantur, id est, qui non sunt de iurisdictione alicuius iudicis, non debent ad illum duci per citationem, vel alias, nisi sequantur per prorogationem, in crim. C. de iurisdic. om. iudic. & hoc est verum, sed non probatur hic.

Tertio, qui est in domo, cum citatur, non debet inuitus duci, si non sequatur vocantem, cum nemo de domo inuitus extrahi debeat. regul. iuris. ff. l. nemo. & l. plerique. de in ius vocan. August. post

Accurrit in lib. r. de emendat. iuris, cap. 4. dicit in libris Florent. inscriptionem sic esse: Gaius libro ad edictum pratoris urbane, qui neque sequantur, neque ducantur: & sic non est opus hic legem describere, nec significationem quaerere: licet quidam sic intelligant, qui neque sequantur videlicet virutes, neque ducantur, id est aliantur & desectentur in eis. Cicero in Verrem actio. 2. Si quis honore aut gloria ducitur, sed hoc nihil ad rub. istam seu legem.

Alij vero interpretantur, qui neque sequantur crimina, neque ducantur ad supplicium, id est non patiantur poenam, quia poena suos auctores tenere debet, l. sancimus. C. de poenis. cap. cognoscetes. de confit. Nam ducere ad supplicium dicitur proprie, l. non tantum. ff. de appell. Et sic ex delicto alterius non punietur quis, ut hic patet secundum istum intellectum. Ista tamen parum conveniunt. Alij etiam dicunt, ut Seneca, sata volentem ducunt nolentem trahunt: ob id Iurisc. consultus ait, qui neque sequantur sponte neque ducantur, id est inuiti trahantur, nempe dicimus eum sequi, qui sponte sequitur: si igitur non sponte sequitur, non ducitur, sed trahitur: & pro hoc facit text. in l. 2. ff. de in ius vocan. vbi non licet vocare in ius ducentem sanus familiaris, neque eum qui cadauer sequitur. In contrarium tamen est text. in lege vnica. §. r. ibi vindicari a se non est passus, sed duci vel auferri. ff. si quis ius dicenti non obtempera. l. is qui. ff. de noxal. Extra oleas ista videntur.

Alciatus dicit tutius esse intelligere, quod ducere & sequi eiusdem correlationem sunt: quia si alium sequatur, ipse me ducere dicitur, l. si is cui. in fin. ibi, sequantur legatarium. ff. quemadmodum seruitu. amittan. & qui non sequitur, non ducitur. Ducere enim & sequi correlatiue se habent, ut bellissime probat text. nondum a docto. ad hoc expensus, in l. si partem fundi. & l. cum fundo. ff. de seruit. rusti. praedio. ibi, aqueductus eius, etiam si alterius partis causa plerumque ducatur, te quoque sequatur: sicut non potest duci quis, nisi sequatur: & non potest sequi, nisi aliquid praecedat. vnde ait Iurisc. consultus, si iumenta tibi commodauero, quorum sequela erat equulus & pullus, in l. cum qui. §. item si iumenta. ff. de furt. & l. non potest praes. provincie efficeret, ut furti damnatum non sequatur infamia: sententia furti ducit infamiam, ergo infamia sequitur sententiam. Ex quo apparet, quod si quis ducatur, est quod sequatur, & si sit, qui sequitur, est qui ducit: & e contrario, si non est, qui ducit, nec ergo qui sequatur, si ducere pro praecedere intelligamus, non solum pro ducatur praestare, & praebere se ducem. facit lege, item apud §. comitem. de iniur. ff. comitem accipere debemus eum, qui comitetur eam, & sequatur, lege, vna. §. r. si quis ius dicent. non obtempera. l. sequetur. infra eodem. l. cum legitime. de stat. homin. l. si extraneus. ibi, in casibus, qui matrimonium sequantur, de condic. caus. dat. facit l. damus. de condic. indebiti, & l. id vestimentum. de peculio, l. Mutius. ff. de rei vind. l. in causae. r. in fin. de minor.

Item per hoc elucidatur tit. de liber. exhibend. vel deducendis, ut si quis detineat filium meum, vel filium in potestate existentem, agam contra eum, ut illum mihi exhibeat, & cum exhibitum ducere liceat, lege r. & l. deinde. §. r. & seq. ff. de libert. exhib. lege Pomponius. in princ. de procuratorib. Pulchre docet illius practicae tit. Speculator in tit. de conuersio. in fidel. versic. r. & vers. exhibitio. & rub. de aqua quotid. & astia, vbi interdictum illius tit. datur ei, quia quam ducit per annum, & ducere, illam demum impeditur, l. r. & per totum. ibi dem, & l. de fluminib.

Declaratio tit. de liber. exhib.

Ad hac

Ad haec si aliquis agebat contra apparitorem, eo quod cum duxit ad carceres, & dum apparitor illum ducebat, euaserit, non dicitur eum duxisse, eo quod non est sequutus eum. Et si is qui ducit homines armatos, & vim facit, tenetur lege lulia de vi publica, l. r. & per totum. ff. de vi public. si tamē ipse non duxerit, sed casu armati adfuerint, non dicitur vis armata. l. 3. ff. de vi & vi arma. Quod facit ad intellectum vocabuli Gallici, il a amenē des gens d'armes, ut requiratur, quod duxerit, & sequuti eum fuerint proxime, siue longe, ut Perrus Christum: de quo in Euangel. nam, etiam sequi dicuntur, & duci: & ideo si semel fuerit conuentum, ut aliqui venirent mecum ad verberandum aliquem, tamen ego praecessi, si postea veniant, ego dicor eos duxisse, postquam conuētio ita facta est: nam ipsi sequantur me iuxta conuētionem, & sic puniri debent: ut vidi in facto de quodam, qui impetrauerat gratiam, & non dicebat se duxisse aliquos, quia postea venerunt. nam ob hoc procurator Regius illam gratiam subreptitiam esse proponebat, ratione conuētionis, ut illi homicidio interessent, & interfuerint: quamuis simul non venissent cum isto homicida, nam oportebat exprimere, quod ita conuentum inter illos fuerat: & ille dicitur eos duxisse, & isti cum sequi, & ille intellectus hoc modo erit vitilis, quamuis alter prior, quem gl. & Augu. tradunt, ut sit rub. Gaij. Legi in quibusdam collegij Aeduenf. exemplaribus ita: Vacca pratoris urbane titulo seruatur, ut neque sequantur neque ducantur. sed quorsum tendant haec verba. ipsi videte.

De gratia delinquenti data.

Phrasos verbi sequi

Notanda sunt phrasos huius verbi sequitur, quae maxime in hoc describitur titulo: ut supremus est, quem nemo sequitur, l. proximus. infra cod. Sequi aliquos, id est illis obtemperare, voluntarii eorum annuere, l. sequetur. ibi, aut quasi sequenti eos. infra cod. & interdum comitari, ut infra. Sequi figuram verborum, exposui in l. quifquis. infra cod.

Vicem filiorum sequuntur nepotes, id est ordinem. l. pronuntiatio. §. r. infra cod.

Filij patris non matris familiae sequuntur, in l. familia. infra cod. elucidatur. Sequitur, id est inferitur, l. si calumniatur. inf. eo. ibi, itaque sequitur, &c.

Recte Nerarius scribit, si medij loci vltus fructus legetur, iter quoque sequi, l. 2. §. recte. ff. si fructus vindicet. id est legato vltus fructus loci medij, iter ad illum debetur locum: & illi vltus fructus iter accedit, seruitus sequitur praedium, cui imposita fuit, l. cum fund. ff. de seruit. rustic. praedio. id est insequitur.

Illud ius sequitur rem, id est cum re venit, accedit rei, l. restatix. in fin. ff. si seruit. vindicetur, ibi, quareo an in venditione etiam ius illud sequutu sit praedia. Seruitutes ab herede impositae legatarium sequuntur, l. si is cui. ff. quemadmodum. seruit. amittan.

Sequi domiciliu.

Sequi domiciliu debitoris conuenire, l. heres absens. §. proinde. ibi, bona possideri, sed domiciliu sequatur eius &c. Sequitur condemnatio, nisi restitutio fiat, id est eodemnatio fit, si res non restituitur, l. arbitrio. ff. de dolo. Damnum te sequetur, id est pertinebit ad te damnum, teneberis ad damnum faciendum, patieris damnum, l. si negotia. ff. de negot. gest. ibi, nam si quod damnum ex re sequuntum fuerit, te sequetur, lucrum vero absentem, id est pertinebit ad absentem lucrum, cuius negotia gesta sunt.

Sequi nomen.

Sequi nomen, l. si mandato. x. §. si fideiussor. ibi, tunc enim liberatur is, qui debitorem delegat, si nomen eius creditor sequutus est, non cum periculo debitoris ab eo stipulatur. ff. manda. Sequi nomen debitoris ibi dicitur, quando creditor illum recipit, & delegando illum acceptat, sine periculo debitoris. l. tutor. §. cum haberes. ad Velleia.

Delicta & noxae caput sequuntur, in l. r. §. si apud. ff. de positi, exponitur in l. plebs. in fin. infra cod.

Mortuo patre matrimonium & filij ipsum sequuntur filium.

Mortuo patre quadam filios sequuntur, etiam antequam fiant heredes, ut matrimonium, ut liberi, ut tutela l. si maritus. ff. famil. erciscun. id est quaedam comitantur filium, & trahunt mortuo patre ad eum, licet non sit patris heres, ut matrimonium quod contraxit filius, non dissolueretur per patris mortem, sed illum sequitur, & tutela legitima, & liberi eius qui filij eius sunt, etiam illum sequuntur.

Is sequi integram actionem dicitur, cui totus fundus adiudicatus fuerit. Iurisc. con. ait in l. in iudicio familia erciscunda. ff. famil. ercisc. ibi elucidatur. Iustus index aequitatem sequi debet, l. ar si quis. §. & generaliter. ff. de relig. & in lege, quod si Ephefi. in fin. de eo quod certo loco. dicit aequitatem ante oculos habere eum oportere.

Sequi alienam fidem

Alienam fidem sequi exponitur pro credere, in l. r. ff. si certum petat. Sequi pretium illius loci, id estimationem amplecti illius loci. l. vinum. ff. si certum petat. Sequi debet absolutio, id est absoluti debet, l. si seruus. ff. de condic. furt. Dolum sequi, id est prosequi, l. r. §. si quis seruum. ff. de positi. ibi, at si cibaria tantum dabit, dolum dumtaxat sequemur, id est de dolo tantum tenebitur, & de dolo agemus.

Sequens, prator, pro cedens.

Sequens, in l. si is qui. ff. de in off. restam. l. sequens gradus. de senatufc. Siliano. Sequentem pratorum dicit Iurisc. con. in l. sed & si. §. actio. ibi, apud sequentem pratorum: pro quo Imperator dicit, a procedente pratore, in l. a procedente. C. de dilatio. & in transitu, in §. serui. de libert. in Instit. non pro tribunali.

Sequela.

Sequela, in l. eum qui. §. item in menta. ff. de furt. Pars & sequela paterni testamenti pupillare testamentum. §. liberis. Instit. de pupill. De verbo Persequi, dicam in l. quibus. infra cod. in fin. & de verbo Exequi, in l. hac stipulatio. cod. Sequitur nunc videre verbum ducatur, ut Iurisc. con. verbo vtar in l. seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig.

De verbo duco quod multis modis capiatur & phrasa ses.

Animaduertendum est verbum duco variis in iure sumi modis. Primo ducere vxorem, est matrimonium contrahere, & vxorem accipere, l. libero. infra cod. l. in libello. §. medio tempore. ibi, vxorem ducere. ff. de captiuis. l. 2. de in ius vocand. ibi praeterea in ius vocari non debet, qui vxorem ducit, & l. adoptiuum. §. fin. ibidem. cap. de illis. de sponsalib. quam indotaram quis, si specie dementiae captus non sit, non ducet, l. fin. §. si vero. ff. quae in fraudem creditorum. l. r. in fin. ff. de his qui notantur infamia. & proprie vxor ducitur in domum viri. l. mulierem. ff. de ritu nuptiaru. l. r. C. de praed. ramiacis. lib. r. vbi Lucas. facit l. sed est quaesitum. ff. de liber. & posthu. l. liberorum. in fin. & l. quid ergo. ff. de his qui notantur infam.

Secundo ducere domum, vel vsu suo ducere declaratur per l. in lege Censoria. infra cod. vbi abunde.

Ducere funus.

Tertio ducere funus, est exequias mortuorum agere, l. 2. ff. de in ius vocando. ibi, neque sanus ducentem familia, iustave mortuo facientem obsequia in ius vocare oportet.

Ducere in ius.

Quarto, ducere in ius, est aliquem in ius trahere, lege, si vero. in fi. ibi, quia sane non sine qualibet iniuria est duci in ius eum, qui satis idoneum fideiussore dar. ff. qui satidare cogant. facit lex, iniuriarum actio. §. si quis quod decreto pratoris non obtemperauerit, ductus sit, id est in carcerem detrusus, non est in ea causa, ut agat iniuriarum, propter pratoris praecipuum. ff. de iniuriis. Et dum absolute dicitur, quod aliquis ducatur, intelligitur vel ad carcerem, vel ut sub fida custodia contineatur, ut ibi, & in lege secunda, in fine, si ex noxal. causa

causa agatur. & vocabulo Gallico dicimus, que l'on l'ameine.

Ducere pugnum. Quinto, ducere pugnum, est erigere, porrigere, percussio, vel extendere pugnum, l. si cu seruo meo pugnum ducere vellem, in proximo te statem percussurim, iniuriarum non teneor. ff. de iniuriis.

In carcere. Sexto, ducere in carcerem, adducere & trahere, quia volentes, si sapiunt, ire voluntarie, non solent, lege, secunda, ff. de bonis damnatorum. sic dicens, non vt quis in carcerem ductus est, spoliari eum oportet, sed post condemnationem: id est non statim atque in carceres quis est missus, spoliandus suis bonis est, sed post condemnationem, & in executione. quod facit contra spoliantes captos detruendo eos in carcerem, vt soliti sunt facere apparitores, & grauibus poenis essent puniendi.

Duci errore. Septimo, duci errore, pro labi, & errare, l. iusto errore ductus. ff. de vscap. l. de etate, de interroga. actio. §. qui iusto errore ductus negauerit se heredem, venia dignus est.

Iustis rationibus duci. Octauo duci iustis rationibus, pro moueri, lege prima, in fin. ibi. vere putauit sua iustis rationibus ductus. ff. de abigeis: & qua mente ductus ad accusationem processit, l. i. §. i. ff. ad Turpil.

Duci misericordia, et alia phrasa. Nono, duci misericordia, pro moueri, flecti, l. & eleganter. §. item Labeo. ff. de dolo. ibi, si non misericordia ductus fecisti.

Ducimur. Decimo, duci amicitia, pronocari, excitari, & moueri, l. is qui amicitia ductus. ff. de negot. gest. & ista fere in idem reuincuntur.

Ducitur. Vndecimo, pietate ductus, idem, in l. qua pater. ibi, pietate debita ductus. ff. fam. c. r. c. ff.

Ducitur. Duodecimo, ducere necessarium, l. liberorum. ibi toties enim leges necessarium ducunt: id est necessarium arbitrantur. infra eod.

Ducitur. Decimotertio, duxi originem ex hac ciuitate, id est natus sum in hac ciuitate, traxi originem. l. affumptio. §. filius ciuitatem, ex qua pater originem naturalem duxit, non domicilium sequitur. ff. ad municipales.

Ducitur. Decimoquarto, ductus aquae dicitur seruitus, qua permittitur mihi ducere aquam, l. i. de seruitutibus rusticorum praediorum. ff. & in rub. de aqua quotidiana. lege prima & secunda, & per totum, ac Cepola in tracta. de seruitutibus rusticorum praediorum. rubr. de seruit. aq. duct. Idem est dicere aq. ductum, vel ductum aquae. l. i. & z. ff. de aqua quotidiana & aestiua.

Ducitur. Decimoquinto, ductio est ducendi actus, vulgo conuictio, l. 3. §. si aquam. ibi, qui locus torus fluminis seruiat ductio. ff. de aqua quotidiana & aestiua. Et aliquando vocatur ductus, in l. 3. §. si aqua, de riuis. & ius habere ductiois dicit Vlpian. in l. deinde. §. hac autem. ff. de liber. exhib.

Ducitur. Decimo sexto aduertendum est quod Imperator saepius hoc verbo ducere vitur, & tunc accipitur pro iudicare, existimare, statuere, & reputare: vt necessarium esse duximus, id est existimamus necessarium esse, l. eos. §. i. C. de vsc. l. illam. de collatio. l. vna, C. de caducis tollend. & grauisimum verecundia mea duxit, l. i. C. ne fiscus rem quam vend. euincat. Et tollendum censuimus, id est tollimus, Infit. de lege Fufia Can. tollend. & iustissimu, & piissimum duxi, in l. alumnar. §. fin. ff. de adimen. lega.

Ducimus amouendū. Item Papa saepius hoc verbo vitur duximus perpetuo amouendum, id est amouemus, seu decernimus amouendum, cap. fin. de etate & qualitate, & duximus condemnandum, id est condemnamus, cap. veritatis. in fin. de dolo. Non duximus admittendum, id est non admittimus, c. post cessionem. de probationibus. Duximus absoluendum, id est absoluiimus, cap. inter. de fide instrument. in fin. Duximus ab omni beneficio & officio eccle-

siastico deponendum, id est decernimus deponendum, deponimus. cap. cum super. de confessis, & aliis pluribus in locis.

Ducere causam. Decimo septimo, ducere causam, est protelanda litis occasiones alias, atque alias neccere, nec tam litigare, quam litem extrahere, prolonger un proces par futes & delais, sine iure & ratione. Buda. in Foren.

Ducitres naues. Ducitres naues, in l. ligni. §. lignorum. ff. de leg. 3. ibi, Graeci lignum, id est naues lignorum ducitres appellat, quae hac de paludibus deducunt. in libris nouis ista non habentur.

Ducenarij. Decimo octauo, ducenarij dicuntur, quibus exigendi potestas super ducetis data, l. i. C. de exacto. tributo. libro decimo, vbi Lucas de Penna: sicut centenarij, qui a cetum exigere possunt, vt ibi. Vel ducenarij dicuntur, qui ducentis praesunt militibus, l. mariculam. C. de agent. in reb. libro duodecimo, & centenarij qui centum, vt ibi. Vel dicunt quidam, vt Pyrrhus de magistratibus Romanis libro primo, quod ducenarij sunt equites legitimi, id est iudici, quorum ordo ius dicebat, & in censu habebant quadraginta festeria, ab Augusto creati, vt apud Suctonium legitur, qui de leuioribus causis cognoscebant: inde dicti quod ducenarij essent, vt centenarij a centum. Vel ducenarij dicuntur a ducenorum solidorum quantitate, de qua cognoscebant, & non vltra. hac Pyrrhus, vbi supra Declarat fufius Alciat. in l. mariculam. vbi dicit fuisse dictos a censu ducenorum festeriorum, vel quia dimidium census equestris possidebant, teste Buda. in adnot. ad legem final. ff. de muneribus. vel capiuntur pro exactoribus publicanis, vt supra dixi. Eligere: quia vulgo centenarios illos vocamus, qui centum praefecti sunt: & equites ducenarios vocat Plinius eos, qui ducenta habebant: & procuratores ducenarij erant, qui ducentesimam partem de rebus venditis fisco procurabatur, vt est apud Tranquil. in Claudio.

Ducenarij. Decimonono, Dux vocatur a ducendo, siue ducat milites, siue dux belli fuerit, lege, conuentionu. in fin. ff. de pactis. lege. fina. Cod. de officio milita. ind. Et dux etiam dicitur a ducatu: est enim ducatus dignitas, vt declaratur in rubr. quis dicatur dux vel marchio, vbi ille qui est inuestitus ducatu, dicitur dux; & ducatus, est ipsa dignitas, capitulo, vno. de feudo marchiae. Et de multiplici ducate loquitur lex secunda, C. de officio praefect. praetorio Africa. & Iacobi. in suo feudo. tracta. in principio, in verbo dux. Et appellare ducem est, quod dicimus in ducatum erigere alicuius potentatum, eriger en duche. Buda. in Foren. longe tamen est petium, vt alibi dicam.

Abducere. Abducere est a persona, seu loco abstrahere, remouere, auertere, traducere, destourner, ou retirer. Vnde Iuriconsultus ait, Si quis filiam suam, qua mihi nupta sit, velit abducere, exceptio danda erit, lege prima. §. final. ff. de liberis exhibend. lege prima in principio, ibi, quominus ei, qui pignoris nomine eum induxit, inde abducere liceat, vim fieri veto. de migrando. Et fufius declarat Vlpianus Iuriconsultus in lege, item apud. §. si quis virginis. ff. de iniur. ibi, abduxisse is videtur, non tantum qui per vim abstulit, verum is quoque, qui per suam comiti, vt eam desereret. facit lex quarta, ibi, sed si eo loco detinuerit, & non abduxerit, his verbis tenetur. ff. ne quis eum, quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat: vbi eximere dicitur, qui detinuit, licet non abduxerit: id est, a loco non amouerit, seu corpus non exemerit. lege, Imperator, qui siue manu. ad liberta. parue. ff. & si publicanus pecus meum abduxerit, lege secunda, §. si publicanus. vi bonorum rapti. Et qui puero stuprum, abducto ab eo vel corrupto comite, per suaserint, capite puniuntur:

Ducere causam.

Ducitres naues.

Ducenarij, & centenarij.

Dux, ducatu.

Appellare ducem.

Abducere.

Adducere.

Circumducere.

Circumducere edictum.

Acta circumducere quomodo dicantur.

niuntur: Paulus in l. i. §. qui puero. ff. de extraord. crimin. facit l. si quis sub hoc pacto. de contrahen. emptio. l. adium. de pecul. l. emptor. & l. habere. de euitio. l. emptori. ibidem. facit l. etiam. & l. si abducta. C. de furt. l. i. de abigeis. ff.

Adducere. Adducere, id est adducere, l. qui venenum dicit, adducere debet, vt vtrum bonum esset. infra eod. alij in text. habent, adducere. ibidem.

Adducere. Adducere, mouere, allicere, l. quidam. §. fin. ibi, ego quoque adducor, vt putem. ff. de fideicom. liberta. vbi glossa.

Adducere. Adducere, est trahere, quasi inuitum: vt adducere te in meam sententiam. l. si in tres. ff. de recept. arbit.

Adducere. Adducere, cogere: vt, nullo vitae exemplo adduci potest ad recte viuendum: & aliis multis modis apud rhetores capitur, ad quos vos reiticio, cum meo tantum profequi curem.

Conducere. Conducere elucidaui in l. rei appellatio. i. in fin. supra eodem.

Circumducere. Circumducere, est circa ducere, inducere: inde accipimus pro delere & abolere, quod is qui delerit, hinc inde pennam ducere solet. l. si quis libertatem. ff. de petitorio. here. vbi glossa. & dixi in proemio concordia. in verbo inducitur. l. vna. §. supra dictis. C. de emendatio. Iustitia. Cod.

Circumducere edictum. Circumducere edictum dici debet, quod nunc lingua vernacula rebarur defectum appellat, lege, & post edictum. §. i. de iudiciis. Budaus hoc asserit in adnota. ad l. z. ff. de origine iuris, quod non approbo. nam vt mihi videretur, circumducere edictum est, inducere, abrogare, & edictum pro non facto habere, nempe quando actor impetrat citationem quam Iuriconsulti vocant edictum, & non comparet in die dicta & assignata, coparente reo circumducitur edictum, & pro non facto habendum est, quia facultas remigrandi reo conceditur, & discedendi cum expensis, quod nos dicimus, le defendeur a cong i aye de dephens: & hoc probat d. l. & post edictum. ibi, quod si is qui edictum peremptorium impetrauit, absit die cognitionis, is vero aduersus quem impetratum est, adfit, tunc circumducendum est edictum peremptorium, neq; de causa cognoscitur, neq; secundum praesentem pronuciabitur.

Circumducto edicto. Circumducto edicto, an amplius reus conueniri possit, an vero salua quidem lis est, verum instantia tantum edicti perierit: & magis est, vt instantia tantum perierit edicti, ex integro autem litigari possit. ibidem.

Circumducere edictum. Et circumducere edictum est perimere, vt ibi, quia perit illud edictum, & instantia coepa per edictum circumducendum, quod si actor postea conueniat reum, a veoir rebatire le defaut, tunc statuit iudex vt non obstante edicto circumducto, quod deinceps reus se defendat, & actor soluit expensas illius circumductionis, & absentia: & sic aliud est rebarur defectum, & aliud circumducere, vt satis est notum dicanicis: ob id amplius non insistam, quicquid scribat Buda.

Acta circumducere quomodo dicantur. Et acta apud se habita, si partes consentiant, & iudex hoc permiserit, potest iudicare ea die circumduci, l. acta. ff. de re iudica. vbi glossa. dicit, id est destrui, aboleri, ac si facta non essent, probat etiam l. diui. §. si ea persona. ff. de lib. causa, vbi sic scribitur: Si ea persona desit cognitioni, quae alicui status controuersiam faciebat, in eadem causa est, qui de sua libertate litigat, qua fuit priusquam de libertate controuersiam pateretur. Sanè hoc lucratur, quod is, qui eam status controuersiam faciebat, amittit suam causam: nec ea res ingenuum facit eum, qui non fuit. nec enim penuria aduersarij ingenuitate solet tribuere: sed recte atque ordine iudices putofacturos, si hanc formam fuerint sequuti, vt vbi de-

est is, qui in seruitutem petit, electionem aduersario deferant, vt vtrum malit cognitionem circumduci, an audita causa sententiam proferri, &c. Et paulo post: Quod si ex seruitute in ingenuitatem quis se allegat, melius fecerint si cognitionem circumdixerint, ne sine aduersario pronuntiet, aduersarij ingenuum videri. Per praedicta arbitror exponendum pro obliterare, abrogare, & ad nihilum ponere: & in commentariis linguae Graecae exponit Budaus pro inducere. facit etiam l. ad Principem remissa cognitio ab eo circumduci potest, qui remissit. ff. de appellatio.

Circumducere interdem pro decipere. Circumducere interdem pro decipere: quod is qui decipit, multa ducit circum illum, quem decipere vult: & aliis etiam modis accipitur, quos Grammatici scribunt.

De verbo deducere scripti in l. sub signatum. De verbo deducere scripti in l. sub signatum. §. bona. supra eod.

Inducere, in introducere, quasi intra domum, vel locum aliquo ducere, adducere. Inducere, in introducere, quasi intra domum, vel locum aliquo ducere, adducere, l. quod ait. §. quare. ibi, illa ratio tantum redditur, quod maiorem iniuriam putauit legislator, quod in domo patris aut mariti causa fuerit filia adulterum inducere. ff. de adulte. l. verum. versi. & ideo etiam eum qui fores meretricis effregerit libidinis causa, & tures non ab eo inducti, sed alias ingressi meretricis res ciecerunt, furti non tenent. ff. de furtis. l. tria praedia. ibi, in quem aquam induxerat. de feruit. rusticor. praedio. & in fine vitur verbo ducatur in suam maceriam.

Inducere iusuradum. Inducere iusuradum, l. sed & si lege. §. perinde. versi. vtrum. ibi, hac verba senatusconsulti etiam aduersus eum, qui non possidet, iusurandum inducunt. ff. de pet. hered. id est illa verba senatusconsulti introducunt iuramentum in litem contra eum, qui dolo desit possidere, & contra possidentem.

Inducere de nouo statuere. Inducere de nouo statuere, l. Gallus Aquilius sic posse institui posthumos nepotes induxit. ff. de liber. & posthum. vbi glo. & doct.

Inducere nouam sententiam pro inuenire. Inducere nouam sententiam pro inuenire. l. si. §. sed cum vtraque. ff. de iure fisci. ibi, Papinia. & Melsius nouam sententiam induxerunt.

Inducere legem. Inducere legem, est adaptare ad aliquod propositum, l. non solum. §. qui primipilum. ff. de excusatio. tuto. ibi, quam adaptans recte omnium similibus capitulis, &c. quem text. allegat Ludouicus Roma. singul. 637. nunquid in fin. & 631. tu scis bene. quod vis legum stat in inductione.

Inducere querelam. Inducere querelam, pro adducere, mouere, instituire, l. Papinianus. §. si filius. ibi, filius vero in modum contradictionis querelam inducat, ff. de inoffic. testa.

Inducere actionem, & exceptionem. Inducere actionem, & exceptionem, l. duobus. in fin. ff. de iureiurando. ibi, item cum ex hac parte iusurandum & actionem & exceptionem inducat, id est producat, statuat.

Inducere pueros primis literis. Inducere pueros primis literis, est docere, instruire, l. vt gradatim. fin. ff. de muner. & hono. ibi, eos qui primis literis pueros inducunt, non habere vacationem diuus Antoninus rescripti. Iuncta l. z. §. qui pueros primas literas docent, immunitatem a ciuilibus muneribus non habent. de vaca. muner. Scripti in scholastico. priuileg. vltimo.

Inducere decretum, aut sententiam, annullare. Inducere decretum, aut sententiam, annullare, vulgo ad nihilum ponere, mettre au neant: quomodo & circumducere edictum, vt superius dixi. Est enim inducere proprie ducto per ceras stylo tege re, aut interlinire, & memoriam scriptorum obliterare. Buda. in annot. ad l. i. ff. de senato. facit text. in l. si quis libertate. ibi, sed & diuus Traianus scripsit differendum de libertate iudicium, donec de inofficio iudicium aut inducatur, aut finem ac-

Circumducere pro decipere.

Inducere, & eius phrasa.

Vis legum eo fuit in inductione.

Inducere querelam, actionem, & exceptionem.

Inducere pueros primis literis.

Inducere pro annullare.

cipiat. ff. de petitorio. hered. vbi gloss. dicit inducere esse per medias literas calamum trahere. Et cæcellauerat, vel induxerat scribit Iurifcons. pro eodem in l. 2. ff. de his quæ in testamento delentur. facit l. Lucius. ibi. Quæro an putes extincta rea cognitionem appellationis inducendâ. ff. de iure fisci. l. inducitur. C. de solutio. Et superinductiones has cancellationes vocat Iurifcons. in l. 1. §. & ideo. ff. de his quæ in testam. delentur. & lege pecularis tenetur, qui quid in publicis tabulis deleuerit, vel induxerit, l. qui tabulam. in fi. ff. ad legem Iuliam pecu. Et pro non facto habere, quod annullare dicimus, *mettre aut neant*, spectat tantum ad supremas curias, vt scripsi in proœmio concord. in verbo summas.

Inducere pro adducere, afferre, adicere, l. eum qui Calendis. ff. de verb. oblig. ibi, si autem nõ ad dat quibus Calendis Ianuarij, facti questionem inducere. & ibi in fi. quotiens in obligationibus dies non apponitur, præfenti die debetur, nisi locus adiectus spatium temporis inducat.

Inducere in bonorum possessione.

Inducere in bonorũ possessionem filios emancipatos, est eos admittere ad bona, & ius eis petendi bona concedere, l. 1. §. si ex tribus. ibi, & sui iuris factos liberos in possessionem inducit prætor, ff. de bonorum possessio. contra tabul.

In possessionem bonorũ inducere, est simpliciter in vsum rei & possessionem mittere, *mettre en possession*, l. fi. ff. de appellatio. recipien. ibi, non permittitur appellare, ne scriptus heres in possessione inducatur. l. fundi venditor etiam si mandauerit alicui, vt emptorem in vacuum possessionem induceret. ff. de acqui. possessio. iuncta l. seq. quæ dicit: si me in vacuum possessione fundi Corneliani miseris, & in rub. ne vis fiat ei qui in possess. missus est. facit l. fi. ibi, species inducendi in possessionem alicuius rei est, prohibere ingrediendi vim fieri. de acquiren. possessio. & l. si rerum. ibi, in possessione induceret. de vi, & vi armata. & sic est differentia inter verba transposita, in bonorum possessionem, quod est iuris, vel in possessione bonorum, quod facti est, vt dictum fuit superius.

Inducere rem nomine pignoris, est rem intra domum ferre, & introducere, vt obligata pignori fit, l. 1. ibi, quominus ei, qui pignoris nomine eam induxit, inde abducere liceat. ff. de migran. & l. 1. de Salaria. interdicto. ibi, si colonus ancillam in fundũ pignoris nomine induxerit.

Inducta & illata.

Inducta & illata Iurifconsultus vocat omnia, quæ conductores intra domum attulerunt, l. eo iure. & l. in prædijs. ff. in quibus causis pignus vel hypoth. tacite contrahitur. Et aliquando dicitur inuecta & illata pro pessione domus locare obligata esse, l. item quia. ff. de pactis. §. item Seruiana. Infit. de actio. l. potior. §. si colonus. ff. qui potiores in pignore habeantur. Istam materiam doqui in tractatu de literis obliga. articul. 4. in primo tomo commentar. in constit. Reg. Gallic.

Inducio.

Inducio dicuntur, quas ius Pontificum treugas vocat, in rub. de treuga & pace, Gallice *treues*: & sunt induciae, cum in breui & in præfenti tempore conuenit, ne iniucem hostes se lacefferent, & quasi pax temporaria, vt est l. postliminium. §. induciae. ff. de capti. quod in diem ducatur, id est differatur. Hodie euenit vt inducias vocemus etiam dilationes, l. vnica. C. de plus petitiõ. & auth. offeratur. de litis contentat. & quinque induciarum genera ponit glo. in summa 3. q. 2.

Inducia annales, moratoria præscriptio.

Et inducias annales vel quinquenales, quas vulgus *respit* vocat, Imperator moratorium dilatione nuncupat in l. quoties. C. de præcib. Imperatori offeren. l. fi. qui bonis cedere possint. Et istam materiam scripsi in tracta. de literis dilator. annal. & quinquennial. in 2. tomo ordinat. Reg. in cõment.

Introducere, inuenire, inducere, cõstituere, instituire. l. ex hoc iure. ibi, exceptis quibusdam, quæ à iure ciuili introductæ sunt. ff. de iustitia & iure. Et nulla iuris ratio paritur, quæ salubriter pro utilitate hominum introducitur. l. nulla. ff. de legibus. & l. quod non ratione introductum est. ibidem, & l. 1. §. origo verò introducta est. ff. de postulan. l. si quis stipulatus. ibi, officium prætoris est introducere vtilem actionem. ff. ex quibus caus. maio. Intra ducere actionem, idem, in lege, si quis stipulatus. ff. ex quibus causis maiores.

Introducere.

Introducere, intra locum aliquem ducere, & immittere, vt in Euægel. est: introduxit & Petrum.

Obducere.

Obduco, ob eam causam duco, vel subduco, vel induco: pro auferre exponit gl. in l. vna. in verbo obductas. §. supradictis. C. de emendatio. Cod. Iusti. sed ego exponerem ibi, obductas, velatas, coopertas.

Reducere.

Perducere, de hoc verbo, & de verbo producere, scribam in l. natura cauillationis. infra eod.

Reducere est iterũ vel retrorsum ducere: quod interdum formam, seu materiam respicit, l. lacus. in fi. ibi, quia cum diuersa materia æs atque argentum sit, ab artificibus separari, & in pristinam materiam reduci solet. ff. de acquiren. rerum domin. pro reuerti exponit Iurifconsultus in l. adeo. §. cum quis. ff. de acquirendo rerum domi. pro deduci & separari, in l. idem Pomponius scribit, si frumentum. §. si plumbum. de rei vindicatio. Et reficere est in pristinam formam reducere, l. 1. §. reficere. ff. de itinere actũq; priua.

De loco ad locum.

Interdum respicit locum, & significat de loco ad locum iterum ducere, vulgo, *ramener*. Item possunt iustæ causæ interuenire, ex quibus cum eo qui commodasset agi deberet, veluti de impõsis in valitudine ferri factis, quæ ue post fugam requirendi, reducendique eius causa factæ essent. l. in rebus. §. possunt. ff. commoda. l. si apud. de præscript. verbis. ibi, si fugitiuum meum reduxisset.

Iterum ducere, vel reassumere.

Reducere milites idem, l. qui mittuntur, vt milites ducerent, aut reducerent, aut legendi curam agerent, reipub. causa absunt. ff. ex quib. causis maior. Et desertor est, qui per prolixum tempus euagatus reducitur, l. 3. §. desertor. de re militari. ff.

Interdum respicit actum, & significat iterũ ducere, reassumere: vt reducere ad administratione, qui perperam erat à prætore excusatus, iubet Iurifconsultus in l. verum. §. ex facto. in fin. ff. de minorib. & si qua mulier repudiata mox reducta sit, ac eufari nõ potest ex priore adulterio. aboleuit enim prioris matrimonij delicta reducendo eã. l. si vxor. in fi. ff. de adulte. & l. quæ situm. in fin. ibi, eandem reduxit vxorem, & semel remissus adulter, reduci non potest. ibidem.

Reducere ad arbitriũ boni viri.

Reducere ad arbitrium boni viri, est ad iudicem referre, vt corrigat grauamen, vel arbitrorum, vel proborum virorum: de qua reductione abũde traditur in l. societatẽ. §. arbitrorum. per Bart. & alios. ff. pro socio, & in cap. Quintraualis. de iureiur. & ego praxim conscripti in tracta. de arbit. in constit. Reg. in tomo 3. comment.

Retroducere.

Retroducere, id est retrorahere, exponit glossa in lege, seruitutes. §. stillicidium. ibi, eadem causa retroduci potest stillicidium. ff. de feruit. vrbani. prædio. id est retrahi, *retirer, le tirer en arriere*.

Seducere.

Seducere, decipere, quod is qui decipit, seorsum à veritate & recta via ducat: quo verbo sepius vtuntur Romani Pontifices, cap. ad nostram. de regula. ibi, eremita de monte Folio quosdam pueros seduxerunt. Et aliquãdo separatim ab alijs ducere, vt cum volumus de secretis colloqui cum aliquo, eum seducimus & separamus. Alijs etiam modis apud oratores accipitur, sed legales factum & frequ

& frequentes significationes prosequor.

Subducere.

Subduco, remoueo, subtraho, l. 2. §. diuus. 2. ff. de iure fisci. ibi, non vt delatori poena subducere-tur, si mandatore haberet, sed vt mandator quoque perinde atq; si ipse delulisset, puniretur. l. prospere legislator, ne mæcipia per manumissionem quæstioni subducatur. ff. qui & à quibus. l. si de pigno. actio. ibi, responsum si operam non dedisset, vt instrumentum facultate subducatur, debitor capere-tur. l. sed & si vsucapio. ff. famil. erciscund. ibi, rem de iudicio subducit. l. si ex plagis. §. in clino. ff. ad legem Aquil.

Subduco, furtim, vel clam subtraho, l. pupillus. §. 1. ibi, & interea res deterior facta sit, vel mortalitate, vel subductis rebus mobilibus. ff. quæ in fraudem creditor. l. filius. §. 1. ibi, si quasi falsum nomẽ serui subducitur, de falsi. Saccularij qui veritas in sacculos artes exercentes partem subducunt, id est clam ducunt, partem subtrahunt. l. saccularij. ff. de extraordi. cognit. quasi sub alijs mercibus ducunt, & ponunt.

Traducere.

Subducta muliere, idem, in l. quidam. in fi. ff. ad Velleia. ibi, si non tantum in personam subducta muliere in principales debitores dederit actione, id est remota muliere, quæ non erat obligata, quia intercedere videbatur.

Consuetudo Tholosana, vt maritus vxore præmorta dotem lucratur.

Traducere, de loco in alium locum ducere, l. si ego. §. 1. ff. de Publicia. ibi, vel per patientiã forte, si per domũ quis suam passus est aqueductũ traduci. l. 4. §. 1. ibi, veluti vt equo duntaxat, vel certum põdus vehatur, vel vt grex ille traducatur. ff. de seruit. l. 3. §. item videamus. vt possid. Inde extrat confuetudo in ciuitate Tholosa. in rubr. de dotibus, quod maritus vxore sua præmorta cognita per eũ carnaliter, vel traducta, lucratur dotem, & e contrario vxor donationem propter nuptias: de his alibi. De hoc verbo traducere, scribunt Theologi in cap. 1. Matth. vbi alter accipitur, ad quos nunc reicio his contentus.

Traducere est transferre, l. textoribus. ibi, sed ad alium vsum traductus esset. ff. de legat. 3. Traduci damnatos sine permisso Principis ex prouincia in prouinciã non licere diuus seuerus & Anto. rescripterunt, l. ad bestias. ff. de pœnis. id est de loco in aliũ duci non permittitur condẽnatos, vt ibi noui libri habent legẽ, antiqui verò paragraphũ: sed vt cunq; sit, idem est, dũ modo intelligatur materia.

Solutum non intelligimus eum, qui licet vinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur: ac ne eum quidem intelligimus solutũ, qui in publico sine vinculis seruatur.

Duo expressim negatiue iste text. docet, & vnũ tacite affirmat: primum, quòd ille qui vinculis liberatus est, & manibus tenetur, nõ dicitur solutus. Secũdo, nec quidem solutum dicit quis eum, qui in publico custoditur, & seruatur sine vinculis, id est in publica custodia, l. succurritur. ff. ex quibus caus. maio. Tertium text. tacite hic vult affirmare, quòd qui neque vinculis, neque manibus tenetur, nec quidem in publico custoditur, solutus dicitur, & qui libere discedere potest. Hoc autem ad quid proficit, audite.

Vtilitas text.

Vtilitas huius tex. est, quia succurritur ei, qui in vinculis est, vel fuit tempore actus gesti, l. succurritur. & seq. ff. ex quib. caus. maior. Et in quibus, declaratur in l. 1. ibi. vbi dicit in integrum esse illum restitutum, si quid amissit, dum vinculis tenebatur: ideo à Principe iste literas impetrabit, vt rem suam petere possit, non obstante venditione, vel

donatione, quam in carceribus, vel vinculis fecit: vel quod possit petere rem, non obstante sententia, in qua succubuit id tẽporis, quo in vinculis apud hostes erat, vt abunde scripsi in trac. de restit. in 2. tomo constitu. Regia. in commentar.

Item qui in vinculis tenentur, repelluntur à testimonio, l. 3. §. lege Iulia. ff. de testi. quod est verũ, quãdo sunt mala vitæ, secus si pro leuioribus criminibus detinerentur, vel pro debito, teste Iacobi. ibi. scripsi tamen in trac. de reprobat. & saluat. testi. abundantius.

Ad hæc is non potest liberari vinculis, qui in eis detinetur, nisi iudicis autoritate, l. custodias. ff. de public. iud. Requiritur etiã consensus procuratoris Regij ac partis in criminalibus, & in ciuilibus partis, vt plene dico in repetit. l. diuus. ff. de senatuscon. Silan.

Præterea qui in vinculis detinuit aliquẽ per tritium, vt nõ inquietaret eum super beneficio, non gaudebit decreto de pacificis possessoribus, vt scripsi in eodẽ tractatu, in 19. limitatio. etiã si non fuerit protestatus, si protestari non poterat. literas tamen Regias hoc narrantes in hoc Regno impetrabit, vt ibi plenius docui. nam quod per me nõ stat, mihi non est imputandum, l. in iure. ff. de reg. iur.

Item inferitur, quod cõtractus factus ab eo, qui est in carcere, non valet, l. qui in carcerem. ff. de eo quod met. causa. Hippolyt. conf. 125. intelligite, vt inferius dicitur. Idem si habet ciuitatem pro carcere, vt firmat Angel. in lege, si à bonafidei. ff. de rei vindic. l. nec non. in princ. ex quib. caus. maior. vel si esset apud apparitorẽ, vel ostiarium (quẽ nos vocamus *huysier*) custodia causa, vt quandoq; fieri solet, etiã si extra carcerem ratificaret, lege, in eadem. & lege, nec non. §. 1. ff. ex quib. caus. maior. Guido Papa singul. 840. vbi cõcludit illum restitutum, etiam si iurauerit, habita tamen iuramentũ dispensatione: nec tenentur pro isto fideiussores, vt concludit Matthæ. in decisio. 149. in causa. vide Capyt. q. 154. in decis. Neapol.

Idem dicam in eo, qui domi seruientes habet ad custodiam, vt solutus non dicatur: sed hi apparitores non debent apponi in vna domo pro debito priuato, sed pro crimine & calumnia, ac vt dicunt, subterfugijs: vt est statutum in lib. consi. curia: supermæ, fol. 70. quia salubrius esset aliquãdo habere domi immundos spiritus, qui in uomine lestu, & per asperione aquæ benedictæ fugiunt, nec hominibus, nisi dei voluntate & permisso nocent, quãm hos, qui aliquando illis deteriores existunt: & vocatur comedores, quia breui comedere possunt, quæ intra domum inueniunt, vt scripsi in tracta. de liter. oblig. in fi. in primo tomo consi. Reg.

Intelligite instrumentum aut cõtractũ factum à carcerato non valere, quãdo esset iniuste detentus: secus si debite. Bart. hic: & probat. l. qui in carcerem. sic dicens, Qui in carcerem quẽ detrusit, vt aliquid ei extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est. Intellige igitur istã l. siue fuerit cõtractus factus pro parte, siue pro alio, vt inferius tamen dicitur. Ideo si tyrannus aliquem carẽtem pecunia in carceribus detinere fecit, vt daret ei pecuniam, qui detẽtus cogitur vendere domum, vel aliam rem, vt liberaretur, poterit ab illo emptore recuperare possessionem vel domum sic venditam, etiam non restituto pretio, si emptor fuerit fraudis conscius, vt docet Paul. in l. non est verisimile. col. 1. per illũ tex. ff. de eo quod metus causa. Nam custodia præsumitur hoc facere metu. Cynus in l. 2. C. quod metus causa. Bald. in l. falsus. colũ. penult. de furt. sequitur Hippolyt. singul. 306. materia carcerati, dicens milites cõuenisse in Italia.

Testes an esse possint in carceribus detenti. Carceribus non potest sine iudice liberari detentus in carceribus.

An cõtractus factus à carcerato valeat. Ciuitas pro carcere cõstitutui potest.

Apparitores non possunt pro debitis in domibus poni.

Lex, qui in carcerem, declarat.

ibi, an quia pignori tener. ad exhibendum. l. penes. infra eod. l. filiusfa. in fi. ibi, si seruus vel filiusfa. res hereditarias tener. de petit. hered. l. iusto. §. si cum apud. de usufructu. l. si ancilla. §. si pater. pro suo. l. 1. ibi, quia naturaliter tenetur ab eo, qui insitit. & l. possessio. ff. de acquir. possess. l. officium. in fi. ibi, quia hi omnes non possident, vindicari non posse: puto autem ab omnibus qui tenent, & habent, restituenti facultatem peti posse. ff. de rei vindica. l. 2. ibi, possessores non conuenit appellari, qui ita tenent. & l. pen. C. de praescriptio. triginta vel quad. anno. l. nunquam. §. si seruus. ff. de usufructu. authen. minoris debitor. qui dare tuto. possint. §. item per acceptilationem. Instituit. quibus mod. tollit. oblig. l. 2. §. quod ait prator. ff. quorū lega. l. illad. quae in fraud. creditorum. inde Iuriscōf. ait, quod res peculiaris tenetur à seruo, l. 1. §. item acquirimus. ff. de acq. possessio. l. 1. §. quod ait. ibi, neque usufructus neque usus possidetur, sed magis tenetur. ff. quor. legato. Et alibi ait Iuriscōf. quod seruus civiliter possidere non potest, sed naturaliter tenet, id est detinet, l. quod seruus. de acq. possess. l. 1. §. quod seruus tenet, dominus videtur possidere. ff. de vi & vi armata. l. & vno. ibi, & habes, tenes, & possides. de acceptilationibus quem tex. vide pro notariis, qui iusta verba solent apponere in instrumentis, vt excucentur à superfluitate, ibid.

Not. pro excusatio- ne notario- rum.

Differen- tia inter possidere, et tenere.

Differētiam inter tenere, & possidere tradit tex. in l. stipulatio ista. §. haec quoq; ff. de verb. obli. Nā possidere ad ius referē, tenere vero ad nudū factū, vt ibi, & in l. possessio. ff. de acq. possessio. ideo dici mus, tenet seruus, possidet dominus, l. cum seruus tenet aliquid. ff. ad exhib. & in d. §. quod seruus tenet. & d. l. & vno. superius alleg. etiā. abunde scripsi in tract. nominatio. q. 9. ver. 6. quare. nu. u. Et quā uis differat tenere & possidere, tamē potest dici ta lem precario possidere, l. qui à seruo. ff. de actio. & oblig. Et vi possidet, l. r. de vi & vi arma. licet simpli- citer nō diceretur possidere, sed tenere. Et ideo hāc differētiam docet tex. in l. in actione. in fi. ibi, possi- deti siue tenēti creditori pignus auferat. ff. de furtis.

Vltimō, teneri manifestō dicimus illum qui cō- uictus est, qui iam inficiari nō potest, attaint & con- uaincu. Budae. in forens. quae non probat.

Continere, scripsi in l. notionem. §. continētes. infra eodem.

Pertinere quid sit, & quot modis accipiatur, scripsi in l. verbum illud pertinere. infra eod.

Retinere qd, & eius phrasia.

Retinere est detinere, l. 1. §. 1. ff. de eo per quē fac- tum erit. vbi sic habetur: fecisse autem dolo malo nō tātum is putatur, qui suis manibus vel per suos retinuerit, verum qui alios quoq; rogauerit, vt eū detinerēt, l. 2. in fi. ibi, ceterorum vero non oberit, qui dolo fecerint, vt retineretur, sed si priuatus eū detinuerit: si quis cautio. vbi in vno loco dicitur retinuerit, in altero detinuerit. Et retinere animo possessioem possumus, adipisci non possumus, l. qui vniuersas. §. penult. ff. de acq. posse.

Retinere pro reman- nere.

Retinere pro remanere, permanere, l. cū Aquiliana. ff. de manf. actio. ibi, lites, de quibus nō est cogitatum, in suo statu retinentur: quia ad illas non extēditur transactio. Retinere nepotem, & filium emancipare, est sub ditione & potestate sua serua- re nepotem, & filium extra potestatem ponere, l. pater filium suum emancipauit, & nepotem retinuit. ff. de inofficio. testa. & relegati in insulam li- beros suos in potestate retinēt. de inter & relegat. vulgo dicimus *retinir*.

Retinere p̄ conseruare.

Retinere idem pro cōseruare, *ret enir*, l. postquā. ff. de petitio. hered. ibi, cum sit iniquum eo casu possessorē hereditatis legatum, quod soluerit, reti- nere. l. hereditas. ibid. ibi, aut retēturum, aut actio- ne negotiorum gestorum repetiturū. l. ait prator,

quem liberum dolo malo retines, exhibeas. & l. 3. ff. de liber. homi. exhiben. & l. 1. de liberis exhiben. l. 2. de publicis iudic. ibi, ciuitas retinetur.

Retinere possessioem.

Retinere possessionem idem, l. filiusfa. ff. de reg. iur. l. clam possidere. in fin. cum multis aliis legib. illius tit. ff. de acq. possess. & in titul. vti posside. ac l. 1. §. idcirco. de vi & vi armata.

Retenta certa quantitate, l. etiam. r. §. idem erit. ff. de petit. hered. ibi, sed & si retenta certa quanti- tate restituere rogatus sit.

Retinen- dum est. Retentio.

Retinendum est, tenendum est, seruandum est, l. si duo. ff. de solutio. ibi, & quasi generale quid retinendum est.

Retentio, retinendiactus, *retention* Gallice: quae an & quando sit permissa, abunde tradam in l. non potest videri. infra eod.

Retentus à magistratu, qui ad iudicium sine do- lo malo venire non potuit, exceptionem habet. l. 2. §. si. ff. si quis cautio. Ista retinere poteritis.

Sustinere quot modis in iure capiatur, & phrasia.

Sustinere pro differre exponit gl. in l. interdum ex iustis causis, & certis personis sustinenda sunt cognitiones. ff. de iudicis. id est differenda: vulgo dicimus *tenir en surseance*, vt in literis status manda- tur, de quibus abunde scripsi in trac. de literis status in ordi. Reg. in 2. tomo commentariorum. facit l. diuus. in fi. & l. si quis libertatem. in princ. ff. de pe- tit. hered. Inde sustinenda, id est differenda praesta- tio, l. si. ff. de actio. empti. ibi, etiam si officio iudi- cis sustinenda esset praestatio, donec praestari possit.

Sustinere poenam.

Sustinere poenam idem, in l. si quis forte. in prin- cip. ff. de poenis, ibi, sunt plerique praesides tam timidi, vt etiam post sententiam de reo dictam, poe- nam sustineant, id est differant imponere: & postea in text. dicitur, quique pro salute ipsius habeant di- cere, propter quae aut sustineant poenam, aut non sustineant. Vel interdum sustinere poenam est pati, vt inferius dicitur.

Inde sustinere rem iam in calculos euntem, id est cum iam rogandae essent sententiae: libellū sup- plicem diplomati adnexum porrigere: Budae. in fo- renf. nihil adducit, ob id eum sic relinquo.

Sustinere vicem duorum.

Sustinere vicem duorum, pro subire, fungi, l. si plures. de pact. fi. ibi, nam difficile est vt vnus ho- mo duorum vicem sustineat, l. si consil. de adop.

Sustinere vicem vnus, idē, l. magistratus mu- nicipales cum vno magistratum administrant, etiam vnus hominis vicem sustinent. ff. ad mun- cipalem.

Sustinere honore, & munera.

Sustinere honore, l. 3. ff. quod metus causa. pro- gerere, & subire honore exponit Iuriscōf. in l. hon- or. & l. honore. ff. de muner. & honore. vbi in vna lege scribitur sustinere, in aliis gerere, subire, vel obire. Vectigalia & patrimoniorum solennia o- nera omnes sustinere oportet, pro subire, l. 2. ff. de pri- uileg. vetera. Sustinere munera, idem, l. 3. ff. de mu- ner. ibi, & qui originē ab vrbe Roma habent, si in alio loco domicilium constituerint, munera eius sustinere debent, l. semper. §. penult. de vacatio. mu- ner. ff. & in l. r. dicitur munera obant.

Sustinere pro pati.

Sustinere solitudinem, l. fin. §. qui ann onam. ff. de mu. & hono. ibi, exactores pecuniae pro capi- tibus personalis muneris solitudinem sustinent, id est ferunt, vel subeunt.

Sustinere, pati & obseruare, l. si pendentes. §. si. ibi, si qua seruitus est fundo, necesse habebit vtu- fructuarius sustinere, & postea dicit obseruare, ff. de usufru. l. acquisimū. §. & si forte, ibi, quae nō po- test sustinere proprietarius. ibid.

Sustinere onera peti- toris, vel rei, seu vni- cini.

Sustinere dolore corporis, pro pati. l. bouem. §. si seruus. ff. de aedilitio edicto. ibi, ne si dolore cor- poris sustinendo id fecerit.

Sustinere onera petitoris, l. inter litigantes. ibi, esse enim debet, qui onera petitoris sustineat. ff. de iudic.

iudic. pro eo quod sustinere partes petitoris, in l. sicuti. §. sed si quaratur. ff. si seruit. vindic. pro eo quod nos dicimus, agit, vel petit, & facit ea quae ad petitorum pertinent, ac fungitur vice actoris. Sustinere onera vicini, est pati seruitutem oneris ferendi. l. si. ff. de seruit. ibi, si usufructus tuus sit aediū proprietatis mea, quae onera vicini sustinere debeāt, mecum in solidum agi potest, tecum nullo modo. l. si fratres. §. item Meia. pro socio, quādo onus respicit ades vel parietē, accipitur pro illa seruitute: si verō simpliciter, tunc non agitur de seruitute, vt sequitur.

Sustinere vitium.

Sustinere onera, l. Lucius. in fi. ff. ad municip. ibi, tamen interim onera sustinere non cogeris: id est non teneberis ad aliqua onera, *ne seruas tenui à aucune charge*.

Sustinere vitium, l. i. ff. de periculo & cōmodo rei vendit. ibi, emptor periculum, vel vitium rei venditae sustinere debet, id est ad emptorē pertinet vitium rei, seu periculum, vel respicit, exponit l. si quis vina. & l. necessario. ibidem, quia emptor pati debet periculum emptione perfecta, sicut cōmodū ad eum pertinet, §. cum autē de emptione & vend. in Insti.

Sustinere onera mar- rimonij. Plausstrum sustinere.

Sustinere onera matrimonij, quia emptor pati debet periculum emptione perfecta, sicut cōmodū ad eum pertinet, §. cum autē de emptione & vend. in Insti.

Sustinere as alienū.

Sustinere as alienū, l. ex parte. in fi. ff. fami. ercif. pro soluere, ibi, & cauit, vt as alienum, quod vnū- quisq; habet, siue habeat, solus sustineret. id quod nos vulgo dicimus, *il seratem des debtes sol*.

Sustinere administra- tionem.

Sustinere as alienū, l. ex parte. in fi. ff. fami. ercif. pro soluere, ibi, & cauit, vt as alienum, quod vnū- quisq; habet, siue habeat, solus sustineret. id quod nos vulgo dicimus, *il seratem des debtes sol*.

Sustinere laborem.

Sustinere administrationem, l. ius iurandū quod. ff. de iur. iur. ibi, procurator quoque, quod detu- lit, ratum habendum est, scilicet si aut vnuerforū bonorum administrationē sustineat, id est habeat.

Sustinere iudicia.

Sustinere laborem, l. in. ff. commod. pro pati, durare, *endurer & souffrir*. ibi, nam ego in culpa ero, qui in tam longum iter equum commodauī, qui eum labore sustinere non potuit.

Sustentare.

Sustinere iudicia, id est tueri, perficit. l. nihil con- sensui tam contrarium est, qui & bonae fidei iudicia sustinet, quam vis atque metus, quem compro- bare, contra bonos mores est. ff. de reg. iuris.

Sustentatio.

Sustentare, seu sustentare est alere: vnde Papa di- cit, quod nulla ratio hoc verisimile reddit, vt quif- quam beneficium, multis forte expensis, & labo- ribus acquisitum, quo sustentari debet, facile sine magna causa, sua sponte resignet. cap. super hoc. de renuntiatio. scripsi in praxi benefic. in 3. parte de renuntiat.

Sustinere causam qd, contra Budaeum.

Inde sustentatio alimentorum, educatio, in l. vi- ctus. dixit supra eod. facit l. si cum dotē. §. si autem in sauisimo. ff. solu. matr.

Causam sustinere dicitur is, teste Bud. in com- ment. linguae Graecae, *δ δερλαρ υνδρυα*, hoc est, qui sus- pectus est, & crimine premittitur: quod probat per ver- ba. l. i. ff. de poen. quae hic subieci: Quoties de delicto quaeritur, placuit non eam poenā subire quem debere, quam conditio eius admittit eo tempore, quo de eo sententia fertur, sed causam sustinere, quam sustineret, si eo tempore esset sententiam pas- sus, cū deliquisset. vbi vix potest exponi, vt Budae. ait pro crimine premi, sed pro subire, vel in ea cau- sa esse, in qua esset tempore, &c. quod probatur ibi- dem in vericulo, contrarium. vbi dicit subire, & in principio. ideo intelligite tex. causam sustinere, id est poenam criminis subire, quia non premuntur cri- mine rei, sed poena debita crimini: nec ibi conue- nit dicere esse suspectum, vt Budae. ait. in his autem quae pro authoritate adducit, an sic accipiantur, vi- deant illi qui in eis versantur. Alia tradunt gram- matici, & oratores, quae quoniam nota vobis esse

scio, missa facio. *Seruatur*, id est custoditur. idem in l. si oleum. ff. de dolo. ibi, & tu hoc oleū deposueras apud Seium vt is venderet, & pretium seruaret. l. actione. §. La- beo. pro socio, ibi, semper enim non id quod pri- uatim interest vnus ex sociis seruari solet. l. si in venditione. ff. de pericu. & commodo rei venditae, l. bona fides. in fin. de positi. Inde seruari à seruando, §. serui. de iure personarum, in Institutio. quia Im- peratores in bello captiuos non occidere, sed ser- uare solebant, l. libertas. de stat. ho. §. serui. de iure perso. in Insti.

Seruare multis mo- dis, & phra- sis.

Seruare p̄ recuperare.

Seruare pro exigere, repetere, recuperare, l. di- uortio. vbi vtrunque exprimitur, ff. de nego. gestis. l. si quis putans. in fi. ff. commu. diuidendo. ibi, si vnus ex sociis ex hac causa dānatus fuisset, possem eam poenam à socio pro parte seruare. & l. de postquā. ibi, nam & cum qui mandato domini defensionem serui suscepit, omne quod bona fide praestiterit, ser- uaturum. ibidem iuncto principio, ibi, vtile erit iudicium cōmuni diuidendo ad recuperandam par- tem pecuniae. nam mihi seruo, quod ab alio exigo.

Seruare p̄ statuere.

Seruare p̄ salua esse, consequi.

Diuersum seruatur, id est statuitur, disponitur, custoditur, l. die fundo. ff. de offi. allef. ibi, scripsi.

Seruari res ab eo poterit, id est salua esse, vel eam cōsequi poterit, l. 2. & l. 4. ff. de dolo. l. si quis alicui. in fi. māda. ibi, sed si cum Titio egeris, ego quidem non liberabor, sed in id dūtaxat tibi obligatus ero, quod à Titio seruare non poteris. & l. si mandato. §. fideiusor. ibi, posse me agere tecum mandati in id, quod minus ab illo seruare poteris. ibidem: probatur etiam in l. si mandato. & l. si fideiusores. de fideiusorib. iuncta l. fin. si cert. peta. l. si decem. de solutio. ac l. si ita à te. infra: vbi in his tribus legibus est consequi, & in lat si quis. §. pleraq; de religiof. ibi, vt sumptum consequantur, & ibi, vt sumptus possint seruari. l. si vnus. in fi. pro socio. Partes fami- liae circumsunda iudicio seruabit, si vnus ex here- dibus omnem pecuniam soluerit. l. si stultas. §. si. ff. de contrahen. emptio. pro consequi exponit. l. si ex pluribus. de heredit. vel actio. vend. l. sed si res. commun. diuidendo.

Seruare p̄ referuare.

Seruare pro referuare, *garder*, l. si quis forte. §. si quos comitum, vel legari iureos pro consul inue- nerit, vtrū punire eos debeat, an successori seruare, quaeri potest. & l. qui vltimo. ff. de poen. ibi, saepe etiam ideo seruari solent post damnationem, vt ex his in alios quaestio habeatur.

Seruare in demnitate.

Seruare indemnitatem, est indemnem facere, reddere damnnum, l. si venditor. §. 1. ff. de actio. em- ptio. ibi, si per emptorē steterit, quominus seruus traderetur pro cibariis, per arbitriū indemnitatem posse seruari. id est iudex poterit emptorem, qui noluit hominem emptum recipere, condemnare ad aestimationem cibariorum, & reddere vendito- rem indemnem.

Seruare rē suam pro tueri.

Seruare pro tueri, vel consequi, conseruare, l. 2. ibi, si modo aliter rem suam seruare potest, id est aliter rei suae prouidere potest. ff. de iustitor. actio. Et seruare merces, id est saluas habere, vel facere. l. 4. iuncto §. sed si nauis. ff. ad legem Rhodiam de iactu, vbi primō dicit, saluas merces habere, postea seruare. & in l. nauis. ibidem.

Seruare p̄ conseruare.

Seruare pro conseruare, seu cōsequi, l. si in area. in fi. ff. de cōdictio. indebiti, l. si quis cum existima- ret se heredem esse, insulam hereditariam fulsisset, nullo alio modo quam per retentionem impensas seruare posset.

Seruare pa- eto.

Pacta seruabo, id est curabo, & faciam vt seruen- tur, & vim suam obtineant. l. iuris gentium. §. pra- tor ait. ff. de pactis. alibi tamen ista fufius tractabo, maxime in d. §. prator.

Seruare merces.

Seruanda merces, l. conseruanda, custodiēda, l. 1.

his videte Lucam de Penna in l. quicunque. 2. col. 2. & seq. C. de omni agro deserto, lib. 11.

Mea bona an comprehendant actiones.

Quidam obligavit bona sua, vel ego mea, vel tua, an actiones comprehendantur: quod sic, videtur decidere l. meorum. infra eo. sic dicens, meorum & tuorum appellatione actiones contineri dicendum est. l. si legatus. §. si quis. ff. ad Trebellia. Nam verbum meorum separatim comprehendit actiones, & verbum bonorum etiā separatim, ergo multo magis quando vtrunq; coniungitur, sicut dicimus de verbis denotantibus ipso iure, si duo verba cumulantur, vt tradit plene Felin. in c. Rodolphus. de rescript. & superius scripsi de Paris. ciuitate, vel alia, in l. 2. in glof. Quod intelligerem in appellatione bonorum ciuiliū, vt probat d. §. si quis omnia bona sua, vel omnia sua rogauerit restituere, fideicommissariam restitutionē esse intelligendum est: & sic de iure ciuili, cum fideicommissa sint à iure ciuili inuenta, l. 1. ff. ad Trebellia. & sic intelligitur opinio Cini & Angel. in l. 1. ff. de statu hominum, & Baldi in l. 1. C. de usufructu. Bar. in l. Quintus. §. argento. ff. de auro & argent. lega. scripsi in l. rei. 1. supra eod.

Secus est in appellatione bonorum naturali, quia antequam habeam bona non beant, dicitur textus in lege, hereditatum. ff. ad legē Falc. ibi, absurdum est locupletes nos dici, antequam acquisierimus. & ita intelligitur Bart. in d. l. 1. ff. de stat. ho. & consil. 50. Gillius. & las. in l. Gallus. §. videndum. in fi. ff. de liber. & posthu. Barba. in cap. relatum. 2. nota. 1. de testa.

Beatus quis.

Beatos faciunt. Et sic bona faciunt quem beatum quo ad homines. sed Phator. scribit, qui sponte à voluptate recedit, sapiens est: qui verò ipsam prorsus non desiderat, beatus. inde Menander Græcus: *Μακάριος, ὁ τὸ εὖ οὐκ ἐπιθυμῶν ἔχει.* id est, beatus est, qui simul opes & mentem possidet. hic enim omnibus recte vritur, vbi opus: sed nullus mortalium vbi que beatus est. dicebat Theognides, in louis tantummodo hortis beata felicitas colitur: & alibi Carcinus, exercenda virtus est, & bona fortuna diuinitus petenda est. Beatitudinē à domino nostro Iesu petamus, qui eam petentibus cum humilitate concedit. hæc tenus de beatitudine.

Procuratorium bonū quid sit.

Item colligi ex hoc verbo prodesse potest, quod is qui procuratorium bonū præstare debet ad resignandum beneficium, si illud iam resignauerit, vel in eo nullum ius habuerit, licet procuratorium ad resignandum dederit id, quod non habet, non valet, quia non est bonum, nec beat, nec prodest: & ipse est obligatus ad dandum procuratorium bonum, & validum: & ita alias consului. nam non est validum, quod nullum est, nec sufficiens, ca. ad dissoluen dum. de desponsa. impuber. & quotidie ista procuratoria sic solent permitti, & à malis præstari in permutationibus beneficiorum, contra quos deberent animaduertere iudices. Et sic bona non beant avarum, cum illi non profint, & eis vti non audeat: sed non minus bona dicuntur.

In bonis autem nostris computari sciendum est, non solum que dominij nostri sunt, sed etiam si bona fide a nobis possideantur.

In bonis nostris, que cōputantur.

Primo ergo computantur ea in bonis nostris, in quibus dominium habemus, siue directum sit, siue vtile: de quibus scripsi in l. rei. 1. supra eod. facit l. ait prætor in princip. & §. si fraudator. ff. qua in fraud. credito.

Secundo illa, quæ à nobis bona fide possidentur, quia pro eis actionem & exceptionem habemus, l. 1. ff. de Publicia. in rem actio. & præscribere ea possimus, vt in l. bonæ fidei. inferius dicitur. Et pro quibus actio & exceptio competit, ea in bonis nostris intelliguntur, l. rem in bonis. ff. de acq. rer.

dom. Et bona fide rem possideo, quando ignoro alienam esse, existimans meam, d. l. bonæ fidei. vbi scripsi. & de his quæ in bonis nostris sunt, dispone-re possimus, l. in rem adata. C. manda. videte quæ dixi in l. rei. 1. supra eod. Pignus tamen non dicitur in bonis creditoris, lege itaque. §. sed & si res. ff. de furt. Alber. in tracta. statuto. in 3. parte, quæstio. 14. & seq. sed dicitur quidam pecuniam debitam, cuius occasione datum est pignus, in bonis computari nostris.

Vel superficiaria sunt. Tertio illa quæ superficiaria sunt, in bonis nostris computantur: & alij legunt superficialia, sed verius est superficiaria dici: & dic, quod quamuis dialectici domum ex tribus consistat dicant, ex solo, parietibus & tecto, tamen Iurifconf. ex duobus tantum, videlicet ex solo & superficie, l. eum qui ædes. in princ. ff. de vsucapio. glo. in l. solum. de rei vindic.

Superficies dicitur illud, quod est super faciem terræ, & sic quod est supra solum, l. superficiario, id est qui in alieno solo superficiem ita habet, vt certam pensionē præstet. ff. de rei vindic. l. qui bona. §. & superficiarium. de damno infect. l. 1. §. generaliter. de vi & vi arm. forte Iurifc. secuti sunt Hebræos qui his præpositionibus super, & contra solent ad iungere faciem, vt Genes. 1. super faciem abyssi, & super faciem terræ, in cap. 2. ibidem: & Leuitic. 19. cap. non tondebis vsque ad solum superficiem terræ.

Et superficiarias ædes appellamus, quæ in conducto solo positæ sunt, quarum proprietates & ciuili & naturali iure eius est, cuius est solum. l. fin. ff. de superficie. Et illa bona superficialia vocantur, text. in litem prædia. ff. familiae ercisc. Et hæc computantur in bonis nostris, id est superficialia, vt hic: de quibus tractat Rosfredus in tracta. libello. in 2. parte in hoc titu.

Et idem possumus dicere in bonis feudalibus, & emphyteuticis, cum de consuetudine Regni in stat. patrimoniorum sint, vt plene scripsi in arbor. feudorum. Et licet quidam dicant emphyteusim non esse de iure Digestorum inuenta, tamen multi iura sunt in Digestis, quæ de emphyteusi loquuntur: text. in l. sciendum. §. 1. ff. qui satid. cogan. & in rubr. si ager vectiga. vel emphyteu. petatur. & in pluribus alijs locis: sed possumus conciliare, quod de iure Digestorum erat notus iste contractus emphyteuticus, sed non habebat propriam naturam, nec formam. ideo Zeno hanc statuit in §. adeo. Instit. de locat. Et an vsusfructus bonorum appellatione contineatur, scribitur in l. in venditione. ff. de bon. autho. iudic. possesid. quod non regulariter. Alia ibi videte.

Æque bonis adnumerabitur, & si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus. nam hæc omnia in bonis esse videntur. Quarto bonis etiam adnumerabitur, id est computabitur, si quid est in actionibus: nepe quod superius dixerat computabitur, hic dicit adnumerabitur, volens demonstrare vtrunque idem significare, & facit text. in l. 1. §. 1. ff. de leg. præstand. ibi, generaliter autem pariter & liberos prætor excepit, nec gradus liberorum parentumve enumerauit. Superius scripsi in l. rei. 1. in verbo computationem. In text. pro Æque bonis, alij legit, Æque nobis, & idem fere est sensus. Et si quid est in actionibus videlicet personalibus, petitionibus in rem. l. actio. ff. de action. & obliga. l. pecunia. infra eod. Ideo si quis debeat mihi centum causa mutui, contra eum actionem personalem habeo, & id computatur in bonis meis. idem si quis detineat rem meam, petitionem illius rei habeo, quæ dicitur etiam in bonis nostris. De verbis petere, petitio, & alijs dicam in l. in generali. infra eod.

Superficia ria.

Superficies.

Superficia ria ædes.

Emphyteu sis an de iure Digesti. inuenta sit.

Rem

Quando res in bonis nostris dicatur habere.

Rem enim in bonis nostris habere censetur, quando pro ea habemus vel actionem, si eam petamus, vel exceptionem, si à nobis petatur. Modestini in l. rem in bonis. ff. de acqui. rerum dom. vt superius dixi. vnde dotē in bonis mariti constante matrimonio computari tradit Iurifconf. Paul. in l. Lucius. §. idem respōdit constante. ff. ad municipia. licet naturaliter dos remaneat in vxoris dominio. l. in rebus. C. de iure dotiū. Itaque ius aduendi hereditatem dixi contra Alciatum non esse de iure in bonis nostris, in interpreta. l. vnica. in glo. duplic. nu. 23. cum sequ. C. de senten. quæ pro eo quod intercessit. facit l. fi. §. non solum, & sequ. ff. quæ in fraudem creditorum. Idem dico si persecutionem rei habeam, vt hic text. dicitur: elucidati in l. creditores. in verbo persecutione. & in l. actionis verbo. supra eod. Alia nunc vobis egregij Principes missa facio, ne vos prolixitas materia fastidiat: sed poteritis supplere reliqua ex his, quæ pulchre cōgerit Benedictus in d. verbo cetera bona. c. Raynuius. & per D. Tiraquel. in dicto verbo bona. in interpretatione d. l. si vnquam.

Ius aduendi hereditatis in bonis nostris.

Æque expositio, & eius phrasæ.

Peraquē.

Æquum multis modis, & phrasæ.

Ex æquo & bono.

Æque, similiter, pariter, vt hic, & in l. in vsu iuris. & in l. carbo num. infra eod. & l. si in venditione. §. penult. ff. cōmū. prædior. l. si ego. in fi. ff. de Publicia. l. si duo. in fi. si quis cautio. Et cum Iurifconf. nominat duos vel tres, postea dicit, æque tenebuntur, vel succedēt, tunc quilibet pro virili tenebitur, & tantum vnus sicut alius, in l. 1. §. idem erit. ff. de his qui deiecit. vel effud. l. quoties. ad Trebell. Peraquē, pro æquē. in l. omnes. ff. de iustit. & iure. l. 2. §. sub conditione. de bonor. posses. secundum tabulas.

Æquē commode, id est tam cōmode, l. si cui. ff. de seruit. ibi, non enim per villam ipsam, nec per medias vineas ire agere sinendus est, cum id æque commode per alterā partem facere possit. Æque bonum nobis reddatur, idem, l. 3. ff. si cert. peta.

Æquum pro plano, ab aqua deductū quidā putant, cum summa sit, dum quæscit, aquæ æqualitas.

Æquum pro iusto, qui in neutram partem pendat, sed æqualiter vni ac alteri faueat, cui opponitur iniquum, l. diem proferre. §. stari autem debet sententiæ arbitri. quam de re dixerit, siue æqua, siue iniqua sit. ff. de arbitris. Inde aqua mensura, non iniqua, iusta. l. item quæritur. §. si quis mensuras, ff. loca.

Inde æquum non est, in l. si de communi. ff. si seruit. vindicet. Aristot. in lib. 5. Ethico. c. 3. de hoc plene tractat.

Ex æquo & bono statuere, est bona fide censere, arbitrari, constituere: quod Græci *ἐπιεικῶς* dicunt, & quidam epicaizare. Bud. in d. l. de iust. & iur. ff. allego text. in l. in noxalibus. ff. de noxalib. ibi, in noxalibus actionibus eorū, qui bona fide absunt, ius non corrumpitur: sed reueris defendendi ex bono & æquo potestas datur. facit l. 2. §. quid enim, si quis cautio. Alciat. lib. 2. parerg. 1. c. 11. l. quæsitū, de sepul. viola. l. eum qui. de iuri.

Ex bono & æquo oritur, in l. si verò. §. hæc autē. in fin. ff. de his qui deiecer. vel effuderunt. l. eas. de capit. demin. l. in summa. §. quod ob rem, de condic. indebi. l. eorum. de damno infect. l. ex consensu. de actio. & oblig. l. iure. in fi. de iure dot. ibi, quia bono & æquo non conuenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnnum sentire pro alterius lucro.

Æquum autem accipitur ex dignitate eius, qui funeratus est, ex tempore, & bona fide, l. at si quis. §. æquū. ff. de religiosis & sumptib. funer. l. in summa. §. quod ob rem, de condic. indebit. & l. seq. ibidem. l. si verò. §. sed & si rem. ff. manda. Et quandoque Iurifcōsultus dicit æqua lance, in l. non tan-

tum. ff. de re iud. Interdum separatur, & dicitur iudicem debere constituere, vt æquum est. l. si irruptione. in fin. ff. finium regundo.

Ex æquo in pluribus locis negotiari, l. Labeo. ff. ad municipalem. id est tam in vno quam in alio, pariter. Acquō animo ferre, pro patienter, benigne, modeste, l. diem proferre. §. stari. ibi, minus probabilem sententiam æquo animo ferre debet. ff. de arbit. l. si merces. §. vis maior. locati.

Quantū æquum videbitur iudici, tanti condemnet, denotat arbitrium boni viri, l. 1. in princip. ff. de his qui deiecerunt, vel effuderunt. lege si. de var. & extra. cogn. Bonum virum iudicem dicimus, l. continuus. ff. de verb. oblig.

Æquius dici, in l. heredes. §. si filius. ff. fam. erci. Acquisitum, l. acquisitum. ff. de usufruct. l. cum hi. §. si quis de alimentis. ff. de transactio. l. com muni diuid. §. si duo. commu. diuidun.

Acquisitima huius edictatio est, lege prætor. in princip. ff. de edendo.

Æqualis, similis, vel quo ad dignitatē, ætatem, vel staturam, seu alias. l. est receptum. ff. de iurifdic. omn. iudic. ibi, maior vel æqualis. l. non enim. de tributoria. Quo ad naturā omnes homines sunt æquales, lege, quod attinet. ff. de regul. iuris. Interdum respicit quantitatem, & quandoq; qualitatem, vt in l. maiorē. ff. de pact. l. 1. de contrahen. emprio.

Æqualis ira est, in continenti, vno impetu, vno ictu, l. quod ait lex. in fin. ff. de adulte.

Æqualiter pertinebit, & tunc aqua fit distributio. lege fundus. 2. ibi, æqualiter ad omnes heredes pertinebunt. ff. fam. ercisc. Æqualiter, l. non satis. §. si verò. ff. quemad. seruit. amittan. ibi, neque multum differt, an æqualiter id factum est, an inæqualiter. Præfes prouincia secundum munerā & honores æqualiter, per vices secundum ætates, & dignitates, aut gradus munerum, honorumque, qui antiquitus statuti sunt iniungi, l. 3. §. præfes. ff. de muner. & hono.

Æqualiter, pro æquis partibus. l. si. ff. de usufruct. ibi, & ideo dubiū non est, quin æqualiter ad nos pertineat. iuncta l. 1. §. 1. de usufruct. accrescēd. vbi dicit, æquis partibus, & l. Pomponius. in princ. de rei vindic.

Æquis facultatibus, in l. 5. §. 1. ff. pro socio. l. si societatem. 1. & l. si non fuerint. & l. societatem. & l. quid enim. ibidem.

Æquitas, cui opponitur rigor, l. si de Publicia. lege, placuit. de iudic. l. in omnibus est æquitas. spectanda. ff. de regulis iuris. alias centum phrasæ adducerem, nisi timerem vos fastidire.

Æquitas naturalis elucidatur in l. 1. vt si. huius edicti æquitas naturalis est. ff. de pact. & l. 1. si quis resta. liber esse iuss. fuerit. l. Marcellus. de regul. iur.

Æquitate prætor motus, in l. si verò. §. sed & si quis. ff. de his qui deiecer. vel effud. l. vbiunque iudicem æquitas mouerit. de interrog. actio. æque oportere fieri interrogationem dubium non est. Æquitate cōpensationis, l. in rem. ff. de compens.

Æquum & bonum. Non semper autem ea, quæ à minoribus geruntur, rescindēda sunt, sed ad bonum & æquum redigenda sunt, l. quod si minor. §. non semper. ff. de minor.

Equus pro animali satis cognito, l. idem Pomponius. §. idem scribit. si equam meam equus tuus prægnantem fecerit, non esse tuum, sed meū quod natum est. ff. de rei vindicatio. l. 2. ibi, equo publico in causa publica transtuehatur. de in ius vocando. l. fin. ad legem Aquil. l. 1. §. quæ depositis. ibi, equus cum capistro. depositi. ff.

Equitare est equo vehi, l. si. ff. ad legē Aquil. ibi, equum tibi cōmodauit: in eo cum tu equitares, & vna cōplures equitaret, vnus ex his irruit in equū, teq; deiecit, & hoc casu crura equi fracta sunt, &c. Equilus

Ex æquo.

Quantū æquum.

Æquius, æquisimū.

Æqualis.

Æqualis ira.

Æqualiter.

Æquis facultatibus.

Æquitas.

Equus pro animali.

Equitare.

Equulus. Equulus diminutivum, l. cum qui. §. item si iumenta. ibi, quorum sequela erat equulus. ff. de furt. **Eques.** Eques, qui equo infidet, l. inter actum. ff. de feruitutibus rusticorum praeiorum. ibi, iter est, quo quis pedes, vel eques commeari potest. l. fin. ad legem Aquil. **Equi agminales.** Equi agminales, qui agmen exercitus sequuntur, ad conuocanda impedimenta, vulgo *les bagages*. l. fin. §. patrimoniorum. 2. ff. de muner. & honor. **Equitium.** Equitium, equorum numerus, & armentum, *en troupeau de cheuaux*. lege, quid ergo. §. 1. ibi, gregis vel armenti vel equitij. ff. de usufructu, & l. plenum. §. equitij quoque legato usufructu. de usu & habitatio. l. in fi. de rei vindicatio. His praestis bonis, ad bonas nurus transeamus, quae forte rarae sunt.

IDEM LIB. SEXAGESIMOPRIMO Ad Edictum. Lex l. Nurus appellatio etiam ad pronurum, & ultra porrigenda est.

Nurus & pronurus. Nurus est vxor filij, pronurus vxor nepotis, vel pronepotis, vt declarat Iurifconsultus in l. adoptiuus. in fi. de ritu nuptia. ff. & l. non facile. §. affines. de gradibus affin. ff. Nurus tamen appellatione & pronurus comprehenditur, vt hic, & non aliter deputanda est nurus, quam filia, c. si vir. 35. q. 3. tamen non dicitur in potestate focerij, sed sui patris quo ad reuerentiam tantum. Sed quo ad operas & debitum carnis, in potestate viri, glof. in l. si vxorem. de conditio. insert. §. 1. de senatusc. Tertul. in Instit. Bar. in l. rei. §. fin. ff. solut. matrim. l. filia licet. C. de collat. vbi etiam glo.

Socrus & focerij appellatio. Et sicut focerij appellatio venit vxoris matris mater, & focerij appellatio venit vxoris matris pater, & ego sum illius gener. d. l. nō facile. §. affines. ff. de gradib. ita focerij appellatio ad profocerum, pronepotem, proauum & proauiam extenditur, l. focerij. infra eo. & text. in d. l. adoptiuus. circa finē, docto. in l. Gallus. §. forsitan. ff. de liber. & posthu. c. infames. §. affinitates. 3. q. 7.

Contra Corneij, vt nurus appellatio comprehendatur pronurus. Sed an proprie pronurus contineatur, an improprie, quod improprie, per verbum hoc porrigēda, quasi hoc fiat extēsiōe, firmat Corne. in l. i. C. de successorio edicto, & in consi. 194. licet videatur in fin. vol. 4. & quia verba per prius intelligenda sunt, & nō per posterius, l. qui liberis. §. hęc verba. ff. de liber. & posthu. Alciā. & alij multi hanc Corneij sequuntur sententiam. Contrariū tamen tenet Bar. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postul. per illum textum dicentem, pronurus contineri nurus appellatione: sed responderet Cornuus verbum contineri accipi ex lata significatione pro porrigi, quod nihil est dicere. Ideo ego sententiam Bartol. tucor, dicentis nurus appellatione proprie venire pronurum: quia Iurifcon. hoc ita hic declarat, quae declaratio proprie facta censetur. nec obest verbū porrigēda hic positū, quia nurus appellatio extēsa est ad pronurum à Iurifc. Ideo dicit porrigēda est, sed ista extēsiō à lege facta proprie dici potest à rem pore huius declarationis: & quamuis non proprie diceretur, tantū ratione huius declarationis Iurifc. vbi erit mentio habita de nuru, pronurus continebitur, quod probat verbum continebitur in d. §. affinitatis. positum: de quo scripsi in l. i. supra eod. & in l. virilis. §. si quid vxori. ff. de legatis praestandis. & de verbo Porrigēda in l. pronuntiatio. in princ. infra eod.

Vtilitas legis est. quod si quis vocauerit in iudicium nurum, qualicumque fideiusfor sisteadi causa datus fuerit, pro rei qualitate recipi debet. Calistr. in l. 2. in ius vocati vt cant. & l. 2. §. prator ait.

ff. qui satisd. cogan. ibi, nurum & pronurum & deinceps accipere debemus, vt in pronuru etiam locum habeat.

Secundō, familiae appellatione continetur nurus, ac pronurus. l. fin. C. de verb. signific. vnde focer potest nurū adulterij accusare. l. miles. §. focer. ff. de adulter. & licet ille text. tantū loquatur de nuro, tamen ad pronurū porrigi debet, per istum text. quāuis hoc odiosum sit, cum declaratio Iurifcon. etiam ad odia protendatur, vt plene docui in d. l. i. supra eod.

Tertiō, testimonium contra focerum ferre non cogitur nurus, nec pronurus, l. lege Iulia. ff. de testib. quia loco filiae est. §. affinitatis. Instit. de nupt.

Quartō, prohibitus postulare, non prohibetur pro nuru & aliis affinitibus praesentibus. l. cui. §. affinitatis. & seq. ff. de postulatio. ibi, item Pomponius & generi appellatione & focerij & focerij vltiores etiā, quibus pro praepositio solet accedere, contineri ait, c. infames. §. permittitur. 3. q. 7.

Quintō, non potest quis ius dicere filiae, nec nurui, pronurui, vel aliis cognatis. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdictione. omnium iud. l. lex Cornelia. §. 1. ff. de iniur. sed tunc potest reici & recusari.

Sextō, si adulterium cum incestu committatur, vt puta cum priuigna, nuru, nouerca, mulier similiter quoque puniatur. id enim remotio etiam adulterio eueniret. l. si adulterium. ff. de adulter.

Septimō, legatum nurui prater dotem rupto testamento non debetur. l. virilis. §. si quid vxori. ff. de legat. praestand. Etiam donatio non valet, l. 3. §. videmus. ff. de donatio. inter virum & vxor. quod recte ad pronurum producemus.

Octauō, potest quis iniuriarum agere pro iniuria nurui facta, si filius erat in patris potestate. §. patitur. de iniur. in Instit. Idem in pronuru dicemus: & sicut non potest pater filio in potestate donare nurui, sic nec pronurui, l. 3. §. prohibetur. ff. de donatio. inter vir. & vxor.

Nonō, focer cum nuru habitabit, quae vsum domus habebat, quod vtique verum est, si cum viro iuncta sit: secus ergo si vidua. l. ceterum. in fi. cum lege sequenti, ff. de usu & habitatione.

Decimō, focer cum nuru incestum committit, l. fin. ff. de conditio. sine causa: & sic nurus appellatione continetur pronurus.

Vndecimō, tenetur focer alere nurū, sicut suum filium, l. si filia. §. 1. ff. fami. erciscun. glof. in l. quia. soluto matrim. l. si quis à liberis. & l. non tantum. de liberis agnoscen. & ibi Bar. etiam si dotem nullam habuerit, vt consuluat Carol. Ruinus. cōsi. 144. videtur in quinto volum.

Limitatur non procedere, quando esset diuersa ratio in pronuru, & materia esset penitus odiosa, vel forte illi non conueniret: tunc enim nurus appellatio non comprehendit pronurum. Alias contra, etiam in statutis & ordinationibus per supra dicta, & quae scripsi in l. rei. l. supra eod. & docto. in d. l. i. C. de successorio edicto. d. l. adoptiuus. §. penult. ff. de ritu nuptia.

Secundō, sponsa filij non est nurus. §. si vxor. de nuptiis, in Instit. continetur tamen si materia illi conueniat, l. Labeo. ff. de gradibus affin. & l. Seruius. ibidem. vnde si in conuiuiis nuptiarū debeat focer ducere nurum, poterit & sponfam filij ducere. l. non sine. C. de bonis qua. liber.

Tertiō derogatur quando nurus personam respicimus, vel eam nomine proprio nominamus, arg. l. si quis ita. ff. de testam. tute. c. si pater. ibi, praefata filia moreretur, de testam. in 6. A lex. consil. 2. volu. 2. & cōsi. 37. viso. in 6. volu. scripsi in l. libero. rum. infra eod. etiam limitatur vt in l. seq. dicitur. Et Hebraei nurus *cala* vocant, quod vulgari idiomate

Nurus contra focerij testimonium non dicit.

Postulare pro nuru etiam prohibitus potest.

Socer quando pronuru iniuriarū agere possit.

Socer nurū alere tenetur, vt filiu et filiam, etiā si dote carcat.

Sponsa filij non est nurus.

mate nostro materno significat, tace: forte quod obmutere cere debeat, quandiu focer & foceris loquentur, & illis honorem praestare. solēt enim esse garrulae istae iuuenes nuptae, & in superbia eriguntur, ac male ancillas tractant, l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. nam laqueus cōtritus est, & ipsae liberatae fuerunt.

Ultra, praeter, supra, en outre, d'auantage, facit l. impensa. ibi, vltra quam necesse fuerit. infra eod. l. seruuitutes. §. 1. de seruit. vrb. praedi. l. & tertiu. de iudic. l. 1. de edendo. l. si fratres. §. idem respondit. pro socio. ibi, vltra mortem, pro post: quod interdum refertur ad personas, vt hic, & in l. i. ibi, cognati enim proprii, qui sunt vltra fratres, & c. ff. de in off. testam. Aliquando respicit tempus, vt in l. si vnus. §. 1. ff. de pact. ibi, si cum reo ad certum tempus pactio facta sit, vltra neque reo, neque fideiussoarius prodest, l. non solum. in fi. ibi, non vltra tempus statutum. de in integrū restitutio. l. si. de poenis. Et interdum excludit, l. i. l. C. de modo multa. & l. eos. de vsur. licet regulariter contra, vt statim dicam.

Vltra diem, l. si quis vina. in fi. p. inc. ff. de petic. & commod. rei vendi. & sic ista dictio vltra includit: vnde si testator filio debitoris sui decem legauerit, dicens, si pater tuus centum, quae debebat, exsoluisset, vltra vel plus reliquisset tibi: videtur isti filio liberatio legata, si heres sit patri filius: per tex. in l. si. §. 1. qui loquitur de verbo amplius. ff. de doli exceptio. l. si sic. & l. si tibi pure. vbi Bar. & alij. ff. de leg. 3. Benedictus in cap. Raynuuius. in verbo Alterochaz. de testam. vbi plene limitatur, quando absonus redderetur intellectus: per tex. & ibi glof. in clem. 1. de vsur. Ideo inclusiue regulariter accipitur, nisi repugnet materia. Alia videri possunt: nam si vellem hic centum adducerem doctores: sed text. venari cupio.

Vltra dolum malum. l. qui furtu. ff. de condit. furti. *Vltra culpam.* ibi. *Vltra duplum.* l. cum forte. ff. de actio. empti.

Vltro, id est sine requisitione, vel sine mandato, l. liberto. §. penult. ibi, vltro egit. ff. de nego. gestis: vel sponte, vt exponit glof. in l. vxori. ff. de fals. & l. illud. §. si. de consi. pecu. & l. circa. de proba. l. qui hominem. §. si nullo. de solutio.

Vltro iurando, id est sine delatione & necessitate. l. si legatarius. ff. de dolo. iuncta l. 3. de iuriciuran. l. si pignori. in fin. fami. erciscun. ibi, vel vltro est etiam actio creditorij, qui sine necessitate impedit.

Vltro, sponte & sine necessitudine, exponit rex. in l. non omnes. §. item temporis. ff. de re milit. ibi, sed si fuerit vltro reuerfus non cum necessitudine. ff. de re milit. *Vltro, sine quaestione,* l. §. diuus Antoninus. & §. si quis vltro. & l. vnus. §. iudex. ff. de quaestio. *Vltro interpellat,* id est sine amicorum interrogatione, l. ergo. §. 1. ibi, ita enim absens defendi non videtur, si actor vltro interpellat. ff. ex quib. caus. maio. iunctis verbis praecedentibus. *Vltro competit actio,* id est sine poenitentia, sine exceptione, l. 3. §. 1. ibi, quinimo etsi nihil tibi dedi, vt manumitteres, placuerat tamen vt darē, vltro tibi competere actio. ff. de conditio. empta. l. seruus. mand. ibi, vltro conuenire. l. 1. in fi. ff. de vsur. & l. §. inde actio vltro possessori datur, vt possidet.

Vltro citroque, hinc inde, de qua & de qua, d'one parte

Vltro competit actio quia dicitur.

tie & d'outre, vt abunde in l. Labeo. 2. §. 1. supra eodem dixi.

Vlterior, in l. heredis. i. infra eod. l. i. §. quod ait. de cloac. vbi tam ad proximū vicinū hoc interdictum pertinet, quam aduersus vltiores, l. Iurifconsultus. §. parentes. de gradib. l. 2. §. interdum. ff. de suis & legit. hered.

Vltorius, in l. Imperator. in fin. ff. de postuland. ibi, ne cui scilicet poena tempore determinata contra sententiae fidem vltorius porrigatur. l. fin. ff. de pactis. l. patri. §. si pecuniam. de min. l. qui occidit. §. in hac. ad legem Aquil. l. si verō non remunerandi. §. si adolefcens. manda.

Porrigenda, id est extendenda: sed cum haec extensio fiat hic per Iurifcon. in omnibus habebit locum, sicut lex, quia lex est: vt scripsi in l. supra, & facit l. Imperator. in fi. ff. de postuland. vbi Iurifcon. vult vt sententia extendatur vltra tempus determinatum, & sic non porrigitur hoc à docto. reliqua dicentur in l. pronuntiatio. infra eod.

Hic elucidare quot modis capitur hoc verbum appellatio: verum quia iam scripsi in l. liberti. infra eod. ideo non repetam.

CAIUS LIB. VIGESIMOTERTIO Ad Edict. Prouinciale. Lex l.

Appellatione parentis non tantum pater, sed etiam auus, & proauus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater, & auia, & proauia.

Huius legis sensus est, parentis nomine auum, proauum, & deinceps omnes superiores comprehendendi, etiam matrem, auia, & proauiam: & quamuis Iurifcon. in fin. non addat, vltra proauiam, nec repetat deinceps, tamen etiam in infinitū veniunt ex vtroque sexu ascendentes per istam dictionem, quae coniungit omnia, vt supra dixi in l. alienationis. §. si. cū l. seq. & hoc decedit text. expressus in l. 4. §. 1. ff. de in ius voc. vbi sic habetur: Parentes hic vtriusque sexus accipe: sed an in infinitū. quatuor. quidam patres vsq; ad tritatum appellari, superiores autem maiores dici. Hoc veteres existimasse Pomponius refert: sed & Caius Cassius omnes in infinitum parentes dicit, quod & honestum est, & merito obtinuit. & quia honestum est quod veniat ex vtroque sexu, ideo ibi dicit honestum, quod etiam vtile est, vt in d. l. 4. quia parentes in ius vocari non possunt sine permisso pretoris, vt intelligatur in infinitum, & ex vtroque sexu, l. non solum. ff. de usu & habitatione.

Secundō prodest, quia legata rupto testamento per contra tabulas debentur parentibus de iure Digestorum, vt in toto titu. ff. de legat. praestan. maxime in l. 1. §. generaliter. sic dicente, Generaliter autem parentes & liberos prator excipit, nec gradus liberorum parentumve enumerauit, in infinitum igitur eis praestabitur: sed nec personas persecutus est, vtrum ex virili sexu an ex foemineo descenderent. Hodie legata etiam aliis debentur, in authent. ex causa. C. de liber. praeter.

Tertiō, parentes & liberi inuicem aduersus se, nec volentes ad testimonij admittendi sunt, l. parentes. C. de testib. Scripsi abūde in tracta. meo de reprobat. testam. & saluatio. in verbo. parentes.

Quartō, dandae sunt dilationes, & sustinenda, si filij parentes amiserint, l. interdum. §. 1. ff. de iudic. & ideo excusatur filius, qui non comparere propter parentis obitum, etiam si personaliter comparere tenebatur, vt scripsi in tract. de excusat. & exon. in ord. Reg. in 2. tomo comment.

Vlterior.

Vltorius.

Declaratio legis.

Legis effectus.

Personaliter citatus per obitum patris excusatur.

nitare. & tunc respicit ad tempus in d. l. cum bis sextus. Deinceps pro gradatim, per ordinem, quasi vnus post alium, l. pronuntiatio. §. i. vers. iure enim proprio familiam dicimus, plures personas, quæ sunt sub vnus potestate, aut natura aut iure subiectæ, vtputa patrem, matrem, filium, & quicquid deinceps vicem eorum sequuntur, vtputa nepotes, & neptes, & deinceps. facit quod scribit Lucas de Penna in l. 3. col. 2. C. de bon. vacant. lib. 10.

Superiores. Superiores, qui supra nos sunt, & ante nos fuerunt: posteriores contra, vt elucidatur in l. iurisconsultus. ff. de gradib.

Super, eius natura, significatio, & phras. Super, eius natura, significatio, & phras. Super, eius natura, significatio, & phras. Super, eius natura, significatio, & phras.

Super tali re denotat obligationem illius rei. Super tali re denotat obligationem illius rei. Super tali re denotat obligationem illius rei.

Arestum. Arrestum.

Elucidatur authent. sacramenta puberum. Elucidatur authent. sacramenta puberum. Elucidatur authent. sacramenta puberum.

Super pro prætor, et, in. Super pro prætor, et, in. Super pro prætor, et, in.

Super exactiones q. dicuntur. Super exactiones q. dicuntur. Super exactiones q. dicuntur.

prius dixerat super, postea dicit de. l. 3. in fin. de rebus. facit l. quod autem. §. si maritus. 2. ibi, super ea recogniturus erit. ff. de donatio. inter virum & vxor. id est de ea re, l. si patrona. de ritu nuptia. ff.

Superueniens. Superueniens hereditas, inopinata veniens, postea veniens, l. vel hereditas superueniens. ff. de procura. De his rebus & controuersis & rationibus iudicare arbiter potest, quæ ab initio fuissent inter eos, qui compromiserunt, non quæ postea superuenerunt. l. de his rebus. ff. de recept. arbit.

Veritate licet cum superfore, l. si. ff. de probatio. id est super esse.

Super scribere. Nec prædis quidem nomen operi publico super scribere licet, nec prædis. ff. de operib. publicis: vnde non licet scabinis vel consilibus seu aliis stenturata sua in edificio publico & insignia imponere, nec adscribere, alioqui puniuntur ibi.

Superponere. Muros autem municipales nec reficere licet sine principis vel prædis autoritate, nec aliquid eis coniungere, vel superponere, l. sacra. in fin. ff. de rerum diuisio.

Super sedere. Super sedit agere, id est cessauit, abstinuit, l. 1. §. idem Pompo. refert. ff. de dolo. l. si cum venditor. in princ. de euict. Super sedit facere suspectum, l. si. ff. rem pupilli. sal. fore. Super sedit exigere cautionem, l. Julia. §. si quis. ff. ad exhiben. Superius plastrum exponitur, in l. si ex plagis. §. in cluuo. ad legem Aquil. Superiores casus, l. naturalis. §. pen. de præscript. verb. ff. Superius iubetur, in l. itaque. ff. de ædilitio edicto.

Superindictum. Superindictum, quod ad indictionem adicitur, in l. vnic. C. de superindict. lib. 10.

Super hæc addere nunc, ne vos hic plus iusto remorem, mihi visum non est, alia mihi faciam.

De dictione supra scribam in l. quæstio. infr. eo.

VLP. LIB. SEXAGESIMOPRIMO.

Lex quinquagesima secunda.

Patroni appellatione & patrona continentur.

Huius legis intellectus facilis est, vt patroni nomine etiam patrona comprehendatur, quia masculinum concipit foemininū: de quo abunde scriptum in l. supra eod.

Notandum est quod patronus variis sumitur modis: primò pro aduocato, l. 1. §. ait prætor. l. ibi, citiā si quis alius sit, qui certis ex causis, vel ambitione aduersarij, vel metu patronum non inuenerit. ff. de postuland. vbi quod in principi. §. dicit aduocatum, in fine vocat patronum sine adiuncto. Et aduocatos accipere debemus omnes omnino, qui causis agendis quoquo studio operantur, l. 1. §. aduocatos. ff. de variis & extraord. cognit.

Interdum tamen frequentius cum adiuncto dicitur, vt patronus causa, l. 1. §. in honorariis. ibi, patroni causa. ff. de var. & extraord. cognit. l. rem non nouam. §. patroni causarum. C. de iudic. ad differentiam aliorum datur adiunctum. Et licet Valla lib. 4. c. 12. differentiam inter istos assignet, in iure tamen passim vtimur, vt dixi.

Non est omittendum, quod si vnus aduocatus plures à diuersis obtineat pensiones, tenebitur tamen seruire illi, qui prius illum super hac causa requisit, etiā si is nouissime ei dederit pensionem, & seruiet ei etiam contra eum, qui primo dederat ei aduocato pensionem, vt fuit pronuntiatum in hoc senatu anno 1384. in mense Martio, secus est in aduocatis Regijs, qui semper Regi adstricti sunt. ideo aliis contra Regem non seruiunt, nec pensionem ab aliis obtinere possunt, vt in ordin. Regul. patet, quia Rex est sufficiens ad præstandum salarium optimum illis.

Superueniens.

Super scribere.

Superponere.

Superindictum.

Patronus variis modis sumitur.

Patronus causa serui ei qui primus eum requisit.

Arestum.

Secun

Patronus liberti.

Secundò patronus dicitur, qui seruum manumittit, lege, & eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. ibi, sed si per patronum stabit: ob quam manumissionem libertus eidem subiicitur, l. adoptiuum. §. patronum. de in ius vocand. & ob id iura multa habet, quæ vocantur ius patronatus, vt in rubr. ff. de iure patr. & C. de bonis libert. ac de successio. libert. in Institut. Et hoc iure ciuili frequentius vtimur, & intelligimus de isto. l. 1. in fin. de postulan. ff. l. sed & hæ. §. i. de procurato. l. in eo iure. de ritu nupt. & in l. peruenisse. a. l. pronuntiatio. §. i. infra eod. & ita accipitur hic.

Patronus ecclesie & quotuplex laicus & ecclesiasticus.

Tertiò patronus ecclesie dicitur is, qui eam fundauit, construxit, vel dotauit, cap. nobis. & per totum. de iure patrona. cap. pia. mēris. 16. q. 7. & propterea acquirit ius patronatus, de quo ius pontificium loquitur in rubr. de iure patron. & alibi frequentius. Et laicus patronus est, qui ratione patri monij illud ius habet: patronus verò ecclesiasticus est, qui hoc nomine ecclesie possidet. clem. vlt. de iure patro. scripti in §. præfati que ordinarij. in verbo patroni. de collatio. in concordia. & in praxi benefici. in forma signa. in 3. parte.

Patronus templi.

Quartò etiam sanctus dicitur patronus, in cuius honorem est fundatū templum: vt diuus Andreas in ecclesia sancti Andrea Parisijs, aut Burdegale in æde diui Seuerini beatus Seuerinus, eo quod tutelares nostri sunt, teste Paulo de Citadi. in tracta. de iure patronatus, in secunda parte.

Patronus clientis.

Quintò patronus dicitur defensor eorum, quos in sua habet clientela, & primum locum in officio apud clientē obtinere patronus debet: vnde libertus sancta persona patroni videri debet, l. libertus. ff. de obseq.

Patronus nauis.

Vltimò patronus nauis dicitur gubernator nauis, l. vbi docto. C. de nautica. lib. 11. Vnde debet inspicere materia, si velimus distinguere, de quo patrono intelligitur dispositio: nempe si de patrono liberti loquamur, debet de eo intelligi, qui libertatem dedit, & communis in iure Cæsareo: si verò in iure Pontificio de patrono loquamur, communis de eo, qui ecclesiam construxit, intelligimus: & ideo bonum est aliquid adiungere, vt patronus causa, patronus ecclesie, vt melius dignoscatur.

Patrocinium.

Patrocinium, defensio, seu protectio, vt in rubr. C. ne liceat potior. patrocinium in lite præstare, vel actio. Vnde si litigantes accersant patrocinium potentiorum ad terrorem aduersarij incutiendum, causæ iacturam faciunt, vt ibidem statuitur. vide Lucam de Penna in l. ad splendens. C. de diuers. offic. lib. 12. & Matthæ. de Afflictis, in tractatu de iure protomis. §. prohibemus. tractati in tracta. de celsio. actio. artic. i. in 2. tomo commenta. ad constitutu. Reg.

Patrocinari.

Patrocinari est patrocinium præbere, prodesse, tueri, l. 2. §. penult. ibi, nonne indignus est, vt ei exceptio patrocinetur? ff. si quis cautio.

Vtilitates legis, & effectus.

Vtilitates huius legis sunt hæc, quod si patronus libertus donauerit omnia bona sua, vel maiorem partem, si postea susceperit liberos, reuocatur donatio: idem in patrona donante, & idem seruiamus in alio quocunque, l. si vnquam. C. de reuocand. dona. & ibi doct. maxime do. And. Tiraq. post Francisc. de Ripa.

Patronus causa serui ei qui primus eum requisit.

Secundò, si patronus ecclesie peruenerit ad paupertatem, ali ex bonis ecclesie debet, idem in patrona. cap. nobis. de iure patro. C. quicunque. 2. in 16. q. 7. & habere alia iura debet, quæ à Rocho Curcio cumulantur in tracta. de iure patronatus in verbo honorificum.

Patronus causa serui ei qui primus eum requisit.

Tertiò, non potest patronus in ius vocari sine venia, nec quidem patrona, per text. in l. 4. §. i. ff. de in ius vocan. l. 1. C. illo tit. aliàs punitur libertus vo-

cans, in l. penult. & si. ff. eod. nisi patronus adegerit libertum ad iurandum, ne vxorem ducat, & ne nubat: tunc enim impune in ius vocabitur, sed non filius patroni, quia innocens est, l. adoptiuum. in fin. ff. de in ius vocand.

Quartò, sicut patronus de dolo non accusatur à libertis, ita nec patrona, l. nō debet. ff. de dolo: imò libertis sancta debet videri persona patroni, & patrona, l. libertus. ff. de obseq.

Quintò, non condemnatur patronus conuentus à libertis nisi in id, quod facere potest, l. patronus. ff. de re iudic. sic nec patrona, per istum text.

Sextò, honor patrono debitus, & patrona debetur, d. c. nobis. de iure patron. l. 1. C. de in ius voc. Rochus in d. tracta. in verbo honorificum.

Septimò, patronus debet, si laicus fuerit, præsentare intra quatuor menses, cap. vno. de iure patron. in 6. idē in patrona, cum diuersum in ea non inueniam statutum, imò patroni appellatio conuenit patronæ, vt hic scribitur.

Octauò, omnia admissa in patronum, patroni-ve filium, patrem, propinquum, maritū, vxorem, ceterasque necessitudines grauius vindicanda sunt, quam in extraneos, l. capitaliū. §. omnia. ff. de pœnis. sed vxor patroni patrona non dicitur, licet honorari debeat, sicut patronus, per l. 1. C. de in ius vocan. Itaque intelligimus istum text. in vera patrona, quæ manumissit, vel fundauit ecclesiam, vt in illis casibus, vbi vocatur patronus, & patrona intelligatur, & iura loquentia in patrono, & in hac patrona locum habebunt.

Limita prædicta, quando qualitas, quæ ineffe debet patrono, conuenire non possit patronæ: tunc enim patroni appellatione non continetur patrona, quas qualitates scribit Decius in l. foemina. ff. de regul. iur. dixi in l. i. limitatione. supra eod. facit text. in l. si verò. ff. solu. matrim. vel si diuersa ratio esset in patrono, quæ in patrona, vel si lex separatim de vno, & de altero loqueretur. l. sicut. ff. de oper. libertor. l. i. de parricid. l. 4. de in ius vocan. l. adoptiuum. §. i. ibidem. Alias limitationes poteritis elicere ex lege præcedenti.

PAVL. LIB. QVINQVAGESIMONONO Ad Edictum. Lex liij.

Sæpe ita compertum est, vt coniuncta pro disiunctis, & disiuncta pro coniunctis accipiantur: interdum soluta pro separatis. Nam cum dicitur apud veteres, AGNATORVM GENTILIVM QVÆ, pro separatione accipitur. At cum dicitur, SVPER PECVNIAE, TVTELAE VE SVÆ, tutor separatim sine pecunia dari non potest. Et cum dicimus, QVOD DEDI, AVT DONAVI, vtraque continemus. Cum verò dicimus, QVOD EVM DARE, FACERE OPORTET, quoduis eorum sufficit probare. Cum verò dicit prætor, S I DONVM, MVNVS, OPERAS REDEMERTI: si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda esse. Ex re ergo pro coniunctis habentur, & si quædam imposita sunt, cetera non desiderabuntur.

Hoc principium duas habet partes. In prima generale dictum ponit, in secunda exempla. Se-

Vxor patroni non est patrona.

Diuisio legis, & summaria declaratio.

cunda ibi, nam cum dicitur. Iurisconsultus superius orationis coniuncta proprietatem explicuit, in l. coniunctio. cum l. precedere. verum quia saepius coniuncta capiuntur pro disiunctis, & disiuncta pro coniunctis, & soluta pro separatis, hac docet noster text. dicens, coniuncta saepe pro disiunctis accipi, vt cum dicitur apud veteres, agnatorum gentiliūque. Illa enim dictio, que, coniuncta pro disiuncta accipitur, scilicet pro vel. Item disiuncta pro coniunctis, cuius duo traduntur exempla: vt si detur tutor pupillo super pecunia, tutelaue sua, coniunctim accipitur, quia tutor dari non potest separatim super bonis sine defensione personae. Et cum dicimus, quod dedi, aut donauit, aut quoque pro coniuncta accipitur. Soluta interdum pro separatis, vt si dicatur: quod cum dare, facere oportet, promitto: sufficit probare, quod ille dare, vel facere tenebatur. & sic separatim ponitur. Et ista erit huius text. summaria elucidatio.

Sape, sepius, saepissime, & iterum, quot actus requirant, & an constituant regulam.

Colligite ex hac dictione Sape, quod duo ad minimum hoc verbum requirit, lege, iusta, & lege liberorum. verfic. filij enim appellatione saepe & nepotes accipi multitudine placere. infr. eo. c. con fideres. ibi, semel, vel saepe. de pœnit. distin. 5. §. quia vero. in auth. de restib. colla. 7. Dicitio saepius tres, l. seruos. C. de vi publ. veluti. §. si. ff. de eden. Saepissime, vt aliquid ad comparatiuum addat, quatuor requiritur ad ad minimum, l. vbi autem. in prin. ff. de verb. oblig. glo. in c. si quis erga. 2. q. 7. Relinquitur tamen arbitrio iudicis, quor actus istae dictiones denotent, inspecta materia, de qua agitur, l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obliga. Innocen. & alij in cap. cum oportet. de accusa. Card. & Georg. Nathan in clem. saepe. de verbor. significat. Cepol. in l. aliud est fraus. infra eod. idem dicens in dictione frequent.

Etiam dicitio iterum duos significat actus, per text. vbi doct. ponderant, in proœm. Instit. §. quorum. Et istae dictiones proprie non constituunt regulam, sed denotant regulam esse in contrarium, vt dico in l. interdum. infra eodem: & ratione subiectae materiae proprie vel improprie accipiuntur. Ex re igitur hoc cognoscitur, teste Panorm. per illum text. in cap. sua nobis. col. 2. de appellat. Quidam vero in hoc text. legunt, saepe comparatum est. de quo verbo scribam in l. questio. infra eod. Alij & melius legunt, Comparatum est, id est exploratum, & ex inuestigatione & opinione collectum. Valla libr. 5. cap. 22. & idem est sensus. nam saepe comparatum est, id est, constitutum, & c. & hoc vltimo modo legitur in Pandectis Florent.

Ve coniuncta pro disiunctis. Ex hoc inferri potest, quod saepe, id est in pluribus casibus coniuncta oratio capitur pro disiuncta. Et sic in aliquibus casibus regula est in contrarium, quam tractauimus in l. coniunctionem. supra eo. Ea hic contritus, alia prosequor.

Et disiuncta pro coniunctis accipiuntur. Colligite etiam potest, quod alternatiua, quae hic disiuncta vocatur, saepe accipitur pro coniuncta: sed regulariter pro disiuncta. Et sic regula est, quod vbi verba coniuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum.

Regula, ad veritatem alternatiua, & ca. cū limitat.

Et ad veritatem alternatiuae sufficit alteram partem esse veram, l. in eo quod plus. §. vbi. ff. de regu. iur. cap. in alternatiuis. illo eodem tit. in 6. cap. 2. & cap. inter. de rescript. §. si plures. 2. Instit. de hered. instituen.

Quod intelligitibi Marc. Bauer. quādo caderet in conditiones, vel res: secus quando ponitur inter genus & speciem, vt hic. tunc enim pro coniuncta debet exponi, vt dedi, aut donauit, id est dedi & donauit. Bar. in l. Quintus. ff. de auto & argen. lega. per istum text. glo. in rubric. C. de seruitur. & aqua. Socrinus in l. i. in fin. ff. de reb. dub. post Bar. in l. i. ff. de

institia & iure.

Secundo non procedit, quando disiuncta ponitur inter personas, quibus aliquid datur, aut relinquitur: vt ille aut ille heres esto, vterque heres erit, l. cum quidam. C. de verbor. significat. Quod tamen perdit officium in octo casibus ibidem traditis per laso. Vnde si Papa conferat beneficium illi aut illi, vterque beneficium habebit, teste Feli. in cap. inter ceteras. in fin. de rescript. Sed ego dicerem neutrius collationem valere, tum propter incertitudinem, l. duo sunt. ff. de testam. tutel. l. cum ex pluribus. de manum. testam. tum propter dubiam Papae intentionem, per not. in cap. pastoralis. & cap. Rodolphus. de rescript. Vincen. Hercula. in l. i. §. per procuratorem. num. 19. ff. de acquir. posses. nisi appareret, quod velle illud dare primo neminaro, & si illud nollet, secundo, per cap. mandato. de praebend. in 6. aut diuidere: alioqui ecclesia, sicut vxor, non potest esse plurimum. cap. cum non ignoret. de praeben. Et quamuis doct. dicant hanc disiunctam inter personas honoratas poni, videmus hoc non esse perpetuum, nempe quando testator dicit, ille, aut ille tutor esto, gerere tutelam est onus, & non honor. l. 3. & l. tria onera. ff. de excusat. tutor. Et sic nulla persona hoc casu est honorata, & tamē vterque tutor erit. Sed hoc fit fauore pupillorum, d. l. cum quidā. ibi, vt maior prouidentia pupillis inferatur.

Disiuncta inter personas posita, & coniuncta accipitur. Collatio ista Titio, aut Gaio an valeat.

Tertio, vitatur in alternatiua negatiua, vt si non feceris illud, aut illud, promitto centū. nam vtrumque debet esse non factum, & si alterum feceris, contra dispositionem venisse censetur. Bar. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Bauer. in d. §. si plures. per text. licet non allegent, in l. si quis ita stipulatus fuerit. ff. de verbor. obligat. vbi pulchre Iason & doctores explicant.

Alternatiua negatiua vtrumque requirit.

Quarto limitatur, quando resularet iniquitas, si non intelligeretur copulatiue etiam in disiuncta affirmatiua, l. generaliter. C. de instit. & substit. Bal. in cap. inter. col. 1. de rescript. vbi idem dicit quando sequeretur iniustitia, vt in interdico quod vi aut clam.

Quinto, non procedit, quando materia subiecta non pateretur, vtpote quando separari non posset, vt in hoc text. ibi, super pecunia tutelave suae, quia tutor separatim dari non potest bonis, omiſſa persona.

Vltimo, ſteſtitur regula, si de contraria disponentis mente appareat, per text. in l. non aliter. ff. de lega. 3. l. in conditionibus. de condition. & demonstratio. Alia necessaria ad huius regulae intellectum hic non video: sed ad eius ornatum multa iactant doctores in dicto cap. inter. de rescript. & in dicta l. cum quidam. C. eo. quae videri poterunt: sed per praedicta comprehenduntur.

Interdum soluta pro separatis. Oratio igitur soluta copulatiue sumitur comunius, sed interdum pro separata. quod ex mente pronuntiantis cognoscitur, per text. vbi scripsi superius, in d. l. alicnationis. in fin. Et Iurisconsultus interſerit exempla sequentia de hac soluta ibi, cum vero dicimus, & c.

Soluta oratio quomodo accipitur.

Nam cum dicitur apud veteres, agnatorum gentiliūque, pro separatione accipitur. Sicut Iurisconsultus superius proposuerat, coniuncta pro disiunctis poni, ita sequuntur ordinem text. prius inserit hic exemplum coniunctae orationis, vt dictio, que, coniuncta ponatur pro disiuncta, nempe veteres ad successiones & tutelae agnatos vocabant, & eis deficientibus cognatos: vnde text. istum declarat Alciat. ex loco Ciceronis libro primo ad Herenium: si paterfamil. moritur intestatus, familia pecuniaque agnatorum, gentiliūque esto. Ego vero puto hic Iurisconsult. voluisse legem duodecim tabularum elucidare, eius exempla adducētem, quae sic erant:

Lex duodecim tabularum.

SI FURIOSVS EXISTIT, AGNATORVM, GENTILIVMQVE IN EO, PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO. Vult enim dicere illa lex, quod si aliquis sit furiosus, potestas illius & tutela sit agnatorum, & gentiliū: id est prius furiosus sit in tutela agnatorū, & illis agnatis deficientibus, vel inhabitilibus existentibus, tutela sit gentiliū, id est cognatorū, & ad cognatos tutela & subſtituta furioſi spectet. Probatur in l. saepe. ff. de curato. furio. §. furio si. de curator. in instit. & de legitim. agnat. tutel. ibidem, ac C. illo tit. Sic igitur hereditas ad agnatos pertinebat, §. 1. Instit. de legitim. agnator. successio. quibus deficientibus ad gentiles & cognatos deuoluebatur. Instit. de success. agnator. Et sic coniuncta pro disiunctis accipiuntur, cum cognati simul nō admittantur cum agnatis.

Gentiles qui.

Nec ergo accipiemus hic gentiles pro idolorū cultoribus, vt in c. 2. de cōcessio. praebend. sed gentiles intelliguntur, qui ex eadē gente, vel eiusdē cognominis sunt: vnde inoleuit proverbium, cum fure re aliquē veteres, aut mēte captum esse significare volebāt, ad agnatos & gentiles illum ducēdum esse dicebāt, teste Varrone de re rustica lib. 1. cap. 2. facit de offic. praesid. l. cōgruit. & les sequēs. Et gentiles vulgo dicitur eiusdē gentis, vel eiusdē parentelae, Alciat. hic: & clariore familiae agnati: nam gentem in patris est, in plebeis stirpem: & gentiles proprie dicti sunt inter se patris, vt asserit Alciat. lib. 1. parerg. cap. 12. Cuiusmodi etiā gentiles Cicero definit lib. Topic. tertio, his verbis: Gentiles sunt, qui eodem nomine inter se sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorū maiorum nemo seruitutē seruauit, qui capite non sunt deminuti. haec ille. Qui sunt agnati, videte in l. in vulgari. infr. eod. vbi dica.

Ad agnatos & gentiles, paromia.

At cum dicitur, Super pecunia tutelave sua: tutor separatim sine pecunia dari non potest. Vnum tantum exemplum posuit superius de coniuncta oratione, quādo pro separata ponatur: hic duo scribit de disiunctis, quando pro coniunctis accipiuntur.

Gēs & stirps quomodo differant.

Primum est quādo alterum ab altero nō potest separari, vt hic, cum dicitur, Datus pupillo tutor est super pecunia, id est super rebus pupilli, & tutela sua, id est pro persona pupilli tuēda, §. certe. Instit. qui testamēt. tutor. dari possunt. iuncta. l. i. ff. de tutel. Et exponitur pecunia pro patrimonio & rebus, vt hic dicit glo. & idē in l. penul. C. de constit. pecun. vt scripsi in lege, pecuniae. supra eodem. Et intelligite istum textū, tutorem non posse separatim sine pecunia dari, videlicet vt vnus tutor detur persona, & alter rebus, quia hoc fieri non potest separatim: sed vterque erit tutor super pecunia, id est super patrimonio pupilli, & super tutela personae, id est tutore, l. vt vim. ff. de iustitia & iure. nec debet intelligi iste text. vt quidam intelligebant, quod non detur tutor, nisi pupillus habeat pecuniam, cum personae detur, vt dictum fuit. de hac tutela scripsi in l. Paulus. infra eo.

Tutor persona & rebus datur.

Cum vero dicimus, quod dedi, aut donauit, vtraque continemus. Est aliud exemplum, quando disiuncta pro coniuncta capitur, scilicet quādo ponitur inter genus & speciem, vt hic: nempe, quod dedi, aut donauit sic exponitur, quod dedi, & donauit confirmo: vel aliud verbum addatur, vtrumque enim cōtinetur. & sic dare accipitur pro donare, vt fortuna aliud dedit, in l. si is qui in aliena. §. quod si seruus. ff. de acquir. rerum. domi. & l. i. de precar. ibi, qui donat, sic dat, ne recipiat.

Donare quid.

Donare tamen proprie quis dicitur, quando ex mera liberalitate dat, & nullo cogente imperio, l. donari. infra tit. prox. & l. donari. ff. de dona. quāuis glo. aliter exponat in l. Nescennius. ff. de re iudi. Et lites donatas, id est cessas (quia cedendo donantur) non debet fiscus suscipere, l. res quae. §. lites. ff.

Lites donatae pro cessis.

De iure fisci. Inde praeruaricatores eos appellamus, quae causam aduersariis suis donat, l. praeruaricatores. infra eo. & Iurisc. interdum concedere & donare adiungunt, in l. 3. ff. si libert. ingen. esse dicatur. Et hoc recepit phrasia Gallica, sic dicens, donner & otroyer, quasi donner sit petenti: otroyer, non petenti, sed vitro concedenti.

Dare quid significet.

Dare verò dicitur ex quocunq; alio contractu, l. si debitor. §. i. ibi, vel donet, vel in dotem der. ff. quib. mod. pignus soluitur. l. iubemus. ibi, cuiuspiā liberalitate donari, aliōve titulo dari. C. de praepos. sacri cubicul. lib. 12. vbi etiam Lucas. & in l. si. post glof. de censib. lib. 11. l. in tantum. in fin. cum l. seq. ibi, & putē omne omnino, quod propter empionem vel dedit, vel permurauit, vel compēſauit eonimine: nam & is dedisse intelligendus est. & l. vti que. ff. de liberal. caus. facit l. si ego. i. ff. si certum perat. ibi, quasi donaturus dederō. & l. si. ibi. ibid. passim tamen saepius vnum pro alio ponitur. l. cū in corpus. in fin. ff. de acquir. rerū domi. vbi quod dixerat donandi, postea dixit dandi. Et hoc probat l. i. de donatio. & l. inter donum. infra eod. vbi donum à dando, vel à donando dicitur: & sic non fit differentia. Imò verbum dare generale est ad omnes contractus, & causas pertinentis, l. i. in princip. ff. de pos. vt inferius apparebit. hoc probat Alexā. consil. 7. attentis. col. 4. num. 14. in 7. vol. post. Bald. in l. non ambigitur. ff. de legib.

Dare est dominium transferre.

Ideo dicimus, dare est dominium transferre: nempe qui promittit dare Codicē, tenetur dominium illius transferre, §. sic iraque. Instit. de actionibus. & l. quae de legato. ff. de legatis primo. l. in fisci. de iure fisci. ibi, si modo pretium vel modicum dederint. intelligite autem quando verbum dare solum est: nam ex adiuncto eius declaratur intellectus, vt ex sequentibus verbis apparebit, vt dare commodari nomine, & c. Veluti datur interdum aliquid ob causam, puta quod filius emancipetur, qua causa cessante repetitio competit, l. 2. & per totum. ff. de condi. caus. data. & C. de condiēt. ob caus. dato. qui tituli ad idem tendunt. Donatur sine causa, & liberaliter, Alexand. in l. si pecuniam. colum. 6. ibidem: & vocatur donatio simplex, in authen. ex testamento. C. de collatio. Inde Episcopus dare praebendas dicitur, non donare, quia sine causa beneficia non debet conferre, id est nisi idoneis, cap. graue. de praeb. elucidauimus in praef. ad rub. de collationib. in concord. post glof. notab. in cap. fin. 23. q. 6. quam singul. no. Barba. in cap. cum accessissent. colum. 4. de constit. quia non ex mera liberalitate dat, licet liberalitas sit respectu illorum quibus beneficia conferuntur, vt scribit glof. in cap. relatum. de praeb. & in cap. quamuis. illo titu. in 6. putarem tamen nullam vel admodum parua liberalitatem esse in mēſibus nominatorum, cum teneantur conferre nominatis antiquioribus. §. statuumus. i. vbi scripsi, de colla. in concord. Franciam.

Cum causa datur, & sine.

Collatio verò facta non reuocatur praerextu ingratitudinis, doctores in cap. fin. de dona. Dec. in dicto cap. relatum. num. 4. quia collatio non est mera donatio, licet interdum vocetur donatio, cap. pro posuit. & cap. quia. de concessio. praeb. vide in praxi benefici.

Donatio simplex, q non habet causam dicitur. Conferri beneficia sine causa non debent.

Item dare, ius directum significat, per textum in §. sic iraque. Bart. in l. si ita legatum. ff. de lega. 1. Bal. nominatim in l. fina. columna vltim. C. de sacrosanct. eccles. siue in prima persona, siue in tercia fuerit expressum, teste Gomez. in d. §. sic itaque. vnde qui est obligatus ad dādum, ipse dare debet, & non abus, qui non potest transferre dominium: nam tradere diceretur, & non dare. doctor. in l. vbi autem. §. fin. ff. de verborum oblig. non enim videntur data, quae eo tempore, quo dantur, acci-

Collatio fr-textu ingratitudinis non reuocatur.

Dare, ius directum notat.

Soluens pro alio illum a poena liberat.

pietatis non fiunt, l. non videntur. ff. de regulis iuris. Quod non procedit in poenis, nepe in eis vnus pro alio soluens cum liberat a poena. Bar. & alij in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obli. & fauore libertatis, per tex. in l. si statulibera poena. §. si quis non dare. ff. de statuliber. Si tamen ego traderem rem mea Titio, vt daret Sempronio, tunc etia dare videor, & proprie, vt tradit Bal. in l. 1. col. 2. ver. in madante. C. de feruis fugitiuis. nam quando meo nomine & voluntate alius dat, ego breui manu dare videor, arg. l. singularia. ff. si cer. pet. l. 2. §. pen. ff. de dona. sume do argumentum a contrario. & ideo Iurifconsultus promiscue his verbis vitur in l. 1. & per totum. ff. de dona.

Dare pro concedere.

Præterea dare concedere est, l. si pater filiofam. liberam peculij administratione dederit, non videtur hoc ei concessisse, vt in fraudē creditorū alienaret. ff. quæ in fraudē creditor. l. 3. de censib. vbi primo concessam dicit immunitatem, & postea datam, l. alienationis. ibi, optionē intra certū tempus datā non amplectitur. supra eo. l. diuus. ibi, nec morbo eius data venia. de offic. præsid. l. penult. de offic. eius. l. tempus. de re iudic. l. debitoribus. ibidē. l. 1. de celsio. bonorum. l. 1. in fi. ibi, signumve dederit. ad leg. Iuliam maiesta. l. inter. de interd. & releg. par. celsime dare comeatum is, qui præst armato, debet. l. officium. §. 1. ff. de re militar. & alibi sæpius.

Dare bonorum possessionem.

Dare bonor. possessio. idē. l. 1. ff. de iurisd. omnium iudic. & bonor. possessio data est, in l. 1. ff. quorū bonorū. ibi, ex edito meo illi possessio data est.

Dare pro indulgere.

Dare, indulgere, quod fere in idē re incidit. Inde tutoris datio ei soli cōpetit, cui nominatim vellex, vel Senarusconsultū, vel Princeps dedit, l. muto. §. datio. ff. de tutel. iuncta l. 1. ibi, ob meritū indulserit. ff. de cōst. Princ. §. sed & quod Princip. Insti. de iur. nat. l. si procurat or ibi, si ab eo, cui ius distrahendi res fisci datū est. ff. de iure fisci. hinc datum a Principe beneficiū, l. simile. & l. magistratus. ff. ad municipal. iuncta regul. indultum. de regul. iur. in sexto.

Dare pro tradere.

Item pro tradere, l. Sēpronia libellos cōposuit, quasi datura centurioni. ff. de furt. vbi primò dicit dare, & postea tradere. facit §. nūc admonendi. qui bus alienar. licet. in Insti. l. si tibi rem vendendam certo pretio dedissem. de prescript. verb. l. Cassius. de solutio. l. prætor edixit. §. 1. de iniur. l. si ego. de negot. gest. verfi. ego hac mente pecuniam procuratori dem.

Dare pro reddere.

Det, id est reddat, exponit glo. in l. 1. ff. si cui plus quam per legem Falcid. quod probat §. Iulia. & §. seq. ac §. hæc verba. ibidē, & l. si mulier. C. de iure dotium. vbi quod in principio dixerat det, in aliis locis reddat.

Dare pro commodare.

Dare, cōmodare est, l. si vt certo. nunc videndū. l. ff. cōmod. ibi, & forte res estimata data sit. & hoc quādo profertur in illa materia: quāuis solet exprimi dare cōmodato, vt ibidē est videre. Et dare depositi nomine, deponere, tradere causa depositi, l. 1. & per totum. ff. de depol. & tunc cum adiuncto profertur.

Dare pro permittere.

Dare, permittere, vel cōcedere, l. 3. quod cuiusq; vniuersita. no. ibi, nulli permittetur nomine ciuita ris, vel curiæ experiri, nisi ei cui lex permittit, aut lege cessante ordo dedit.

Dare honori.

Datur honori, id est ad honorē tribuitur, l. semper §. conductores. ibi, non honori conductorum datum, & c. ff. de iure immunitat.

Dare negotium.

Dare negotium vni, id est cōmittere, l. in venditione. in fi. ibi nam & omnes possunt locare, & vni hoc negotiū dare. ff. de bonis authorit. iudic. pof. fid. l. cum plures. ibi, ne corrūpantur rationes, vni hoc negotiū a creditoribus esse dandū. item. §. 1. ff. quod cuiusq; vniuersita. no. Et cui iurisdicō data est, omnia concessa censentur, sine quibus iurisdicō

dictio explicari non potest, l. 2. ff. de iurisd. omnium iudic. vbi exposuit.

Dare aditum, id est præbere ingressum, donner entre, l. 1. §. hoc autem senatusconsultū aditum etiā dedit militi, vel pagano, ad inuestigandū fugitiuū. ff. de feruis fugit. Et an quis teneatur aditum præbere querenti rem furtiuam, videte l. requirendi. & ibi doct. C. de feruis fugit. Dare libellum, pro offerre, l. libertus. 2. ff. de in ius vocan. iuncta athen. offeratur. C. de litis contestata. vbi in vno dicitur dare, in alio tex. offerre.

Dare iudicium pro trāsferre interdū. l. si in rem. 3. ff. de rei vindicat. ibi, si in rem actum sit, & in here dem possessoris iudicium datum sit. iuncta l. si cū hominē. de fideiussorib. Vel dare iudicium siue actio nem, est concedere, vt iudicium moueatur contra aliquem: veluti cum prætor actori potestatem agendi faciebat, cum ad intendendum actionē admittens, l. sed & si restituatur. §. sed & si dies actionis exitura erit, causa cognita aduersus eum iudicium dare prætor debet. ff. de iudic. l. 1. de iurisd. omnium iudic. non enim dicebat, actionē dabo, quæ est iuris ciuilibis, sed iudicium: sicut bonorum possessorem facit, §. quos. de bonorum posses. in Insti.

Dare iudicem est delegare, & iudicem facere, vulgo dicimus, donner iuge. lege, sæpe. & lege sequenti. ff. de offic. præsidis. ibi, sed eum estimare debere, an ipse cognoscere, an iudicē dare debeat. facit l. legatus. de offic. proconsul. l. cum prætor. de iudic. ibi, iudices autem dare possunt. l. a diuo Pio. in princip. de re iudic. l. ex consensu. de appella. & l. 1. a quib. appellat. non licet. l. 1. quis & a quo appellatur. l. 1. ff. de iurisd. omnium iudic. Inde datus iudex, id est delegatus, l. 2. ff. quæ sentent. l. 2. §. sed si iudex ad tempus datus. & l. venditor. ff. de iudic. dicam in rub. ff. de offic. eius. & in l. 1. ibid.

Dare fideiussorem, præstare. l. 1. & l. si decesserit. qui satisdar. cogant. l. 1. si quis in ius voca. non erit. ibi, si quis in ius vocatus fideiussorē dederit. l. si cū exceptone. §. Labco. 1. quod metus caus. & l. 2. de donationib.

Dare libertatem, pro detegere, exponit glo. in l. manumissiones. ff. de iustit. & iure, & in §. 1. deliberti. in Insti. sed ego exponerem pro manumittere, id est extra manum & potestatem ponere. l. verbis legis. infra eod. Dare libertatē testamento, pro relinquere, vel præstare. l. si. de castrensi pecul. ff. iuncto versic. a patre relictam, & l. si quis cum. quæ in fraud. creditor. & l. si quis ita scripserit. de manu miss. testam.

Dare legatum, id est relinquere, legare, in l. cum tacitum fidei commissum is cui datum erat, se capere nil posse detulisset. ff. de iure fisci. l. cum filius. §. va riis. de lega. 2. l. cum ij. §. si eidem. de tranfactio. l. filius. de in officio. testamento.

Datur procurator, id est cōstituitur, creatur, l. 1. ff. de procurator. vbi in principio dicit cōstituitur in fin. datur. l. filiusfamil. in princ. & l. licet. §. ea. & §. seq. ibidem. l. penult. ne quid in loco publico. l. quod si nolit. §. si plures. ibi, dare vni procuratorē. ff. de ædilit. edict. l. q. populari. de popularib. actio.

Dare vsum fructuum, id est, in l. 3. ff. de vusu. vbi Iurifconsultus vtroq; verbo vitur. Dare dotē, in l. dedit. ff. de colla. bonor. & l. pater. 2. de colla. dotis. Soci. cōsi. 57. casus legis. col. 2. in 1. vol. Dandū tempus, l. sin autē. §. si per filiū. ff. de rei vindi. Dare suffragiū, eligere, litē eorum. ff. quod cuiusq; vniuersita. no. iuncta l. præceden. quæ hoc exponit. Dare consiliū pro cōsulerē: vnde Annio consilium omnes periti iuris dederunt, l. si quando. §. 1. ff. si feruit. vindicet. item Iurifconsult. ait in l. in furti. §. consiliū autē dare videtur, qui persuadet, & impellit, atque instruit cōsilio ad furtum faciendum. ff. de furtis.

Dare aditum.

Dare libellum.

Dare iudicium.

Dare iudicem.

Dare fideiussorem.

Dare libertatem.

Dare legatum.

Datur procurator.

Dare vsum fructuum.

Dare doti.

Suffragiū dare.

Dare consiliū.

Dare

Dare vicarios. Doctores legentes an possint filij substituere.

Dare dilationem.

Dare veniam.

Dare nomen.

Dare diem.

Dare in sorte.

Dare actionem.

Dare tutores, vel curatores.

Dare gratiam.

Pietati operam dare, respubl. causis, &c.

Dare operam ad iudicandum, vel iudicio.

Dare vicarios, id est sustinere & creare, l. sciendum. §. legati vicarios dare non alios possunt, nisi filios suos. ff. de legationib. ex quo probatur Doctores legentes posse substituere filij suum, licet doctrina sit minoris. quem text. ad hoc singularitē scribit Ludouic. Roma. singular. 663. Ille cuius. Ex causa tamen, & ad modicū tempus, aliās non, sine consensu eorum, quorū interest, vt scripsi in scholastico. priuileg.

Dare dilationē, tribuere, l. argētarium. ff. de iudic. ibi, nec in hoc dilationē, nisi ex iusta causa dari. & l. notione. §. instrumentorū. ibi, propter quæ dilatio danda sit. infra eo. l. si. ff. de feris. vbi quod in principio dixerat tribui, in fine dicit dari.

Det imprudētiam veniam, id est parcat ignorantiæ, l. senatus. ff. de iure fisci, ibi, & si errasse videbitur det imprudētiam veniam: vel det veniam, id est indulgere, l. cum quidam. ff. de appella. & l. uenal. Dat veniam coruis, vexat censura columbas. Dare veniā in antea actum, id est pro factis & delictis antea perpetratis indulgere. l. 1. §. 1. ff. de feruis fugitiuis, ibi, his autem, qui intra 20. dies fugitiuos vel dominis reddidissent, vel apud magistratus exhibuissent, veniam in ante actū dedit. vulgo, pardonner de ce qui est fait par auant.

Dare nomē in aliam militiam, id est inscribi in alia militia, se faire enuoler en vne autre bade, l. qui cum vno. §. qui post defertionē. ff. de re militar. vel dare se militie, est inscribi in militia. §. ad tempus. ibidē. vbi vide Buda. & in tit. de offic. consul. & qui controuersiam status patiūtur, licet re vera liberi sint, non debent per id tempus nomen militiæ dare, l. qui status. & l. si. ff. de re militar.

Dare diē, id est assignare, præstare, l. si debitor. ibi, dandumque diem. ff. de iudic. vbi scripsi, dādo nouum intellectum Tholofæ, quando in transitu ibi illam legem declarauit, publicē interpretando: & in l. si legatum. de oper. public. vbi dicitur præstare, & dare diem. l. certum. §. dabitur. de confess. Inde datas actiones, id est assignatas exponit gl. in l. que parer. 1. ff. fam. ercisc. l. si vnus. §. pa ctus. ibi, tēpore legibus dato dos reddatur. de pact.

Dare in sortē, & pro vsuris, est soluere tam pro principali debito, quā pro vsuris, l. creditor. §. cū de sorte data. ff. de solut. ibi, respōdi, si is qui dabat in sortē se dare dixisset, vsuris non debere proficere.

Dare actorē, est vndicum creare, & cōstituere, l. 2. ff. quod cuiusq; vniuersita. no. ibi, si municeps ad agendū det actorē. Datur actor, qui nostro nomine agit, scripsi in l. Labeo. supra eo. Dare tutores, vel curatores, ff. de cap. deminutio. l. 1. de testa. tutel. sic intelligitur in rub. Insti. qui testam. tutor. dari possunt, & C. illo tit. Ita quoque dicimus dare curatorē, vt in rub. ff. de curator. bonis dādo, id est de creādo curatore bonis videlicet vacātib; seu quando non est, qui ea administrat, l. 2. ibi, & vt curator datur. ff. de feris.

Dare gratiā, est in gratiam alicuius quicquam facere, l. 3. §. 1. ff. de arbitris. ibi, vel gratiæ dantem, vel fordibus corruptum.

Dare operā pietati, id est pietatē exercere, l. 1. ff. de appella. recipiend. ibi, sed cum mater filij rem per sententiā versam animaduertere prouocauerit, pietati operā dando. Dare operā rei publ. id est deseruire utilitati publicæ, laborare pro republ. in l. 1. §. lasum. & l. si qua. ff. ex quib. caus. maior. Dare operam castris, id est militare, l. 3. ff. de munerib. ibi, his, qui castris operam per militiam dant, nullum municipale munus iniungi potest.

Dare operam ad iudicandum, id est iudicare, cau sam forensē tractare, l. penul. ff. de vacatio. & excusa. muner. ibi, prætor eos, quocumque intelligit operā dare non posse ad iudicandum, pollicetur se

se excusaturum. Iudicio operā dare, idem, l. si longius. ff. de iudic. ibi, si forte occupatio aliqua iudicem non patiat iudicio operam dare, & c.

Data opera, id est ex industria, & proposito, non fortuito casu. l. & qui data opera. ff. ex quib. caus. maior. facit. Litrem si obtretrix. in fi. ibi, qui tamen data opera iaculatus est in eum. & l. si ex plagis. §. 1. ff. ad legem Aquil.

Dare operam pro niti, procurare vt quid fiat, l. 1. in princ. ibi, quive cum magistratus esset, publice iudicio præfess, operā dedisset, quo quis falsum iudiciū profiteretur, vt quis innocens condemnaretur. ff. de sicariis. Dare filiam nuptui, vel in matrimonio, est eam collocare matrimonio. §. incertis. de lega. in Insti.

Dare comitatum, est cōcedere facultatem ad tēpus a militia, exilio, aliove ministerio recedendi, quā prebet Imperator, vel præpositum diem reuerfuro: vulgo, licencie & congé d'aller & venir. Et comitatus dari dicitur, quādo conceditur tempus, quo ire quis & redire possit. Vnde nemo potest comitatus, remeatumve dare exili, nisi Imperator ex aliqua causa, l. relegati. in fine. ff. de poenis, id est nemo potest delegato facultatē eundi & redundi concedere, nisi Imperator, vel Rex Franciæ, seu alius Princeps ius habens imperij supremum in suo Regno.

Dare pignori, est rem causa pignoris obligare, l. plebs. §. 1. infra eod. l. seruum filij. §. si idem. ff. de lega. 1. l. si mater. §. ff. de excep. rei iudica. l. duobus. ibidem. l. an vitium. de diuers. & tempor. prescript. l. apud. §. itē queritur. 2. de dol. excep. l. rem. & l. seq. famil. erciscand. l. si ex duobus. in fin. de in diem adiectio.

Dare hypothecā, pro obligare, hypothecare, l. grege. ff. de pignor. l. 2. de pignorat. act. l. per seruū. de acquir. rerum domi. & interdum res pignorata, id est pignori obligata ex conuentione partū dicitur. Capitur res pignori, id est pro executione rei iudicata, l. a diuo Pio. §. quod si res. ff. de re iudica. nempe pignus dicitur vna significatione res, quæ capitur pro executione sententiæ definitiue, d. l. a diuo Pio. & iuris interpretes in §. item Seruiana. de actionib. in Insti. abunde scripsi in tract. de senten. executio. artic. n. & seq. in 1. tom. commen. in consi. Reg. Vel pignori capi res quoq; dicitur, quādo mihi datur in pignus, & ego ea causa capio. dicam in l. plebs. §. pignus. infra eod.

Dare mutuo, vel mutuā pecuniā dare, est mutua re, l. 1. & 3. ac per totum. ff. ad senatusc. Maced. l. vlt. in fi. de donatio. inde mutui datio, in l. 2. §. mutui datio. ff. si certum petat. l. sed Iulia. §. mutui datio. ad Macedon.

Dare ad opus publicū, id est deputare, & operi publico destinare, ac cōdemnare ad illud. l. anno nam. ff. de extraord. criminib. §. poena. ibi, interdū & relegari solent, & ad opus publicum dari. l. penul. de variis & extraord. cognitionib.

Dare in metallum, id est damnare ad fodiendū terram ex qua metallum eruatur, l. 3. §. si in metallum datus in integrum restitutus sit, perinde est ac si nec dānatus fuisset. ff. de munerib. & honorib. l. in seruorum. ibi, in metallum dati sunt. l. aut damnum. §. est poena. cum §. sequen. ibidē. vbi in vno loco dicit dare, & in alio damnare. l. quidā. & l. in metallū. ac l. capitalium. ff. de poenis. l. deferre. §. item damnati. de iure fisci. l. mulier in opus salinarum ob maleficiū data. ff. de captiuis. Et inter eos qui in metallum, & eos qui in opus metalli damnantur, differentia est in vinculis tantum. Nam qui in metallum damnatur, grauioribus vinculis puniuntur: qui in opus metalli, leuioribus. d. l. aut damnatum. §. inter eos.

Data opera.

Dare operam.

Dare filiam nuptui.

Comitatum dare.

Dare pignori.

Dare hypothecā.

Capere pignori.

Dare mutuo.

Dare ad opus publicum.

Dare in metallum, vel in opus metalli.

Inde

Metallarij qui.

Dare ad bestias.

Dare causam edito.

Dare editio electionem.

Dare causam delatori.

Dare debitum.

Dare in solutum.

Dare probationes.

Datur sententia, dicitur, profertur.

Dare sententiam executioni.

Rem utendam dare.

Dare medicamentum. Damnum dare.

Inde metallarij, seu metallici dicuntur, qui sic damnati sunt: vel pro metallorum effossoribus, seu his qui in metallis operantur, vt in toto titulo de metallar. lib. ii. C. & in d. l. aut damnū. Etiam metallicus adiectiue dicitur, ad metallum pertinens, vt natura metallica.

Ad bestias dare, pro damnare, in l. quod ad statutum. iuncta l. ad bestias. ff. de pœnis. l. Lucius. de appella. l. i. de priuileg. veteranor. & l. 3. vbi in vna dicitur dare, in altera damnare, ibidem. l. qui cum vno. §. ad bestias. ff. de re militari. In ludum enim venatorum damnare reos veteres solēbāt: id est in exercitacionem feras in theatro cōficiendi damnatos addicere: & qui inuiti sic instituebantur in venatione, ad bestias damnati dicebātur, teste Budæo in secund. annotatio. ad Pandectas. Vnde prohibitum erat dominis, ne seruos suos ad pugnandum cum bestiis traderent suo arbitrio, & sine iudice. imo etiam erat eis prohibitum, ne suos venderent seruos, vt cum bestiis pugnarent. Alioquin non solum qui vendebat, verum & qui comparabat, multabatur, l. circumcidere. §. i. & seq. ff. de fcar. l. quicumque. de fals. l. domini. de contrahend. emptio.

Dare causam edito, est causam præbere constitutioni faciendæ. l. i. §. origo verò introducta est à Calphurnia improbiſſima femina, quæ inuerecundè postulans, & magistratum inquietans, causam dedit edito. ff. de postulan. c. cum infirmitas. de pœnit. & remissio. Alcia. tamen lib. 2. parerg. c. 37. ait illam mulierē dictam fuisse Aftaniam, non Calphurniam, sed vterque sit, vt ibi forte dicitur, ob hoc iuris non mutatur decisio.

Dare editum, facere, cōstituire, l. editū, quod à successore datum est. & l. nonnunquam. ff. de iudic. dare electionem, in l. heres. ff. famil. ercisc. hoc notum est. exemplum dare, l. cetera. ibid.

Dare causam delatori, id est accusandi occasione præstare, l. seruus, in fi. ff. de pœnis. ibi, eos quoque delatoris pœna ex sententia Senatûs consulti teneri respondi, qui per suppositam personam delatori causam dederunt.

Dare debitum, pro soluere, in l. si pœnæ causa, §. i. ff. de condi. indeb. vbi quod prius dicit dare, postea dicit soluere. Et dare portorium, vide in lege, in lege Censoria. infra eod. vbi exponitur.

Dare in solutum, l. cum hi. §. si quis de alimētis, de trāfactio. ff. id est soluere, vel rem solutionis gratia præstare: vulgo dicimus donner en payment: pro soluto dicit Imperator in l. si prædiū. C. de euictio.

Dare probationes, pro subministrare, l. i. §. penult. ibi, dando probationes. ff. ad Turpil.

Datur sententia, id est profertur, l. si per lusorio, §. i. ibi, secundum aduersarium sententia datur. ff. de appella. Et data sententia, id est prolata, in l. si expressim. ibidem. Alij dicere sententiam ait Iurifconsul. in l. dicere sententiam. ff. de arbitr. l. si pars. de inofficio. testam. l. duo iudices. de re iudica. l. l. sæpe. vbi primo dicitur sententia dicta, postea data. Et Galli dicunt donner la sentence, vt scripsi in arti. 1. tract. de senten. prouiso. & artic. 2. de senten. executor. in 1. tomo cōment. in consti. Regias Galliar.

Dare sententiam executioni, id est mittere executioni, l. non distinguemus. §. Iulia. ff. de arbitr. ibi, vetare debet prætor sententiam dicere, nec dare dicta sententiæ executionem.

Dare rem vtendam, est cōcedere, vt quis re vtatur, l. si quis rem, quam vtendam dederit, vendiderit. ff. de acquir. possessio.

Dare medicamentum, dedit, vnde mulier perierit. ff. ad legem Aquil. Dare damnum est inferre damnum, l. si familia.

ff. de iuris. omnium iudic. ibi, quemadmodū cum plurēs serui iniuriam fecerunt, vel damnū dederunt. l. furiosus. ff. de actionib. & oblig. l. i. §. proinde. si is qui testam. liber esse iussit fuerit iucto §. sed & in omnibus. ibi, probare damnū datum dicit non solum, quod factū sit, sed negligentia, vel alias quomodocumque damnum imminet.

Venenum dare est porrigere, l. eleganter. §. non solum. de dolo. ibi, venenum ei dedit. l. i. in fin. ibi, qui emit venenum, vt patri daret, quamuis non potuerit dare, punitur. de fcar. Et dare venenum pro medicamento, in l. qua actione. §. Celsus. ff. ad legem Aquil. & in l. Titio. ff. ad municipal. primò dicitur dare, postea porrigere.

Dare pro capite suo dicitur seruus, quando pro se alium tribuit, qui in eius locum seruiat domino volenti, l. seruus domino suo ancillam, quam surripuerat, pro capite suo dedit. ff. pro emptore. & sapius hac phraſi Iurifconsul. vtitur, exprimendo caput pro corpore, vt scribam in l. pronuntiatio. in fi. infra eodem.

Dare operas in publico est præstare operas in actu, vel in opere publico, l. miles. ff. ex quib. caus. maior. ibi, qui operas in publico, quod vectigaliū causa locatum est, dat, reipublicæ causa non abest.

Curam dare, id est cōmittere, l. qui mittuntur. ff. ex quib. caus. maior. ibi, qui mittuntur, vt milites ducerent, aut reducerent, aut legendi curam darent, reipub. causa abest.

Dare se hostibus, est dedere, quod vulgo dicimus, se rendre aux ennemis. l. postliminio. ff. de captiuis, vbi postliminio carēt, qui armis victi hostibus se dederunt. Quæ lex hodie non haberet locum, neq; enim, si parta victoria & rebus omnibus desperatis, quidam se dedant hostibus, arbitrarent eos soluto redemptionis pretio redeuntes priuari iure postliminij: diuersum est si sine causa se hostibus dedissent, & absque necessitate.

Dare seruum noxæ, est tradere seruum pro delicto cōmissio à seruo: nam dominus tenetur, vel damni soluere estimationē, aut dare seruum, vel animal pro noxa, l. i. §. & cum. ver. plane. ff. si quadrupes pauper, fecisse dicat. l. si hominem. de solutio. & per totum titulum. ff. de noxal. dicam inferius in l. plebs. §. si.

Et idem est dedere noxæ, l. 2. ff. de priuat. delictis, l. si seruus nauē. ff. de furt. l. vna. furti aduers. nauas. & l. i. si famul. furtum fecisse dica. l. i. in fin. si ex nox. causa agatur. Vel dedere in noxam. l. i. §. cum arietes. ff. si quadrupes pauper, fecisse dicatur. Inde noxæ deditio, actus dandi, l. 2. §. ex hac actione noxæ deditio, & c. ff. vi bonor. raptor. l. i. ne quis eū. ibi, sine noxæ deditio. l. potestatis. infra eod.

Dare magistratū Princeps debet, id est gratis de signare, & tribuere, l. quidā. in fi. ff. de re iudic. ibi, Princeps enim qui ei magistratū dedit omnia agere decreuit. Sed hodie mundū tanta inuasit ambitio, vt passim emātur omnia fere officia: quod est dolendum, & ambrosius valde perniciosum: & si non essent emptores, venditores nulli adessent.

Iudicium dabo, vel actionem decernam, concedam. Et dare actionem cōferit prætor, quādo actorem ad agendū admittit, l. i. in princ. ibi iudicium dabo. iuncto §. ait prætor. ibi, quoniam famosa actio nō temere debuit à prætorē decerni. ff. de dolo. l. 2. ff. de orig. iuris, vbi Budæ. facit l. 2. ibi, decernendam actionem. iuncta l. id quod. vbi in vna l. ponitur dari, in alia decerni. de consti. pecunia. sic intelligitur l. i. cum l. seq. ff. cōmoda. l. 2. dum ait iudicium dabo. & l. 4. vi bonor. raptor. l. 3. de legationib. l. in furti. in fi. cum l. seq. ff. de furtis. l. si ita stipulatio. de operis libertor. l. fi. quod falso tutore auctore gestū erit. l. fi. quæ in fraud. creditor. l. i. de

Dare venenum.

Dare pro capite serui.

Dare operas in publico.

Curam dare.

Dare se hostibus.

Dare seruum noxæ, dedere noxæ.

Dare magistratū.

Iudicium dabo, vel actionem.

Datiua actio, & natia qua.

Natiua actio, & datia idē significant.

l. i. de alex. lusu. l. qua ratione. §. i. ibi, vtilem actionem dari. de acquir. rerum domi. l. in laqueum. in fi. ibid. l. i. in fin. de contrar. actio. tutel. l. fi. de re iudica. l. paterfamil. de priuileg. creditor. ibi, actionē non daret. Et danda sit actio, l. 2. in fin. de curator. bonis dand. l. i. ff. quæ in fraud. creditor. l. qui autē. §. in hoc. ibi, actio erit danda. ibidem. l. fi. §. si vero. & §. penult. & seq. ibidem. l. si quis vxori. §. si fugituum. ibi, domino actionem dandam. ff. de furtis. l. i. ibi, in duplum dat actionem. de tigno iniuncto. & ibi danda est ei actio. l. i. arbor. furtim caſarum. ibi, dandam actionem. l. 3. ibi, centum aureorum actionem dabo. de sepulchro viola. l. si apud. ff. de minor. & aliis infinitis in locis. Interdum pro eodem Iurifconsultus indulgendam actionem dicit, in l. i. §. generaliter. ibi, eo casu actionem indulgendam. ff. si is qui testam. liber esse iussit fuerit. Dandam actionem, l. iurifgentium. ff. de pactis. in princ. vbi tunc dicitur actio datia per doct. quādo non habet præexistentem materiā, sed lex eam dat. Natia est, quando ex obligatione naturali & ciuili nascitur: & pro hoc facit l. i. in fi. ff. quod iussu. l. 2. & l. grege. §. creditor. de pignorib. l. fi. de liberal. cau. l. cum mora. C. de tranſact. vbi Decius pulchre loquitur. Ego tamen dicerem parum verbis Iurifconsultorum congruere, vel potius superfluum esse præfaram actionum diuisionem. Quippe datur omnis actio, aut à lege ciuili, aut prætorica §. i. & §. sed iste. Inſti. de actio. ideo Iurifconsulti dicunt actionem dari: verum quia hæc actio non datur à lege, nisi præexistere contractū, vel quasi, maleficio, vel quasi, hæc sunt quæ vice materia funguntur, & quæ parit obligationem, & eam actionem, l. licet. l. licet. §. ea obligatio de procur. si quidem omnes actiones & obligationes nasci decet ex aliqua causa, vt l. i. de actio. & obliga. nam cum nulla subest causa, nulla datur actio. d. l. iurifgentiū. §. sed cum nulla. Item omnes actiones à iure sunt datæ & introductæ. l. 2. de orig. iuris. ff. Vnde non minus vna natia vel datia quam altera dicitur, & promiscuus est horum verborū vsus, vt ex seq. constat, l. si eo loco. §. fructuarius. ibi, & ideo de dolo actionem dandā. ff. si seruit. vindicetur. l. 2. ff. ad legem Iul. repetund. sic dicit: Datur ex hac lege actio. & in l. 2. §. si qui satisf. cogant. Actionem dat prætor. l. sicut. quod cuiusq; vniuersa. no. l. in heredem. in fin. & l. si quis de calumnia. l. quod autē. ibi, ad perpetuo dandum actionē pertinet. ff. quod metus caus. l. & eleganter. l. heredibus. & per totū, dedolo. l. i. §. non autem ex omni causa prætor dat in exercitorem actionem. de exercitor. actio. Inde dicitur, actionem dabo, in l. si quis id quod. ff. de iurisdic. omnium iudic. & superius iura multa conformia adduxi, quæ si non sufficiant, habes l. si quis. §. si impubes. ff. de inflitor. actio. l. liber homo. §. an si iussu. ff. de acquir. rerum domi. l. cum ex causa. de re iudica. l. si victum. & l. ex contractu. ibidē. Ideo arbitrator omnes actiones habere præexistentem materiam: nam sine causa, vt dixi, non datur actio, nec obligatio. d. l. iurifgentiū. in princ. & §. sed cum nulla. l. 2. §. circa. de doli excep. & in rub. quarum rerum actio. non detur. ideo leges dicentes actionem dandam, vel non dandam, debent intelligi concedendam, decernendam, vt superius dixi, seu tribuendam, vel non concedendam, vt declarat l. pactum. in fi. ibi, dicendum erit actionem eis concedendam. ff. de pollicita. l. vt fideiusor. nō vt doct. intelligūt, quod propter hoc sit datia, eo quod lex eam dat, vt probat l. negotiorum. ibi, dandam esse vtilem actionem. ff. de appella. l. fi. si quis cautionib. l. si cum emptore. ibi, actiones dandas. de pactis. facit l. si quis vxori. §. sed si seruo. ff. de furtis. vbi est casus notāus, quem in forensi iudi-

cio vsu venire vidi, hoc quo sequitur modo: Cum doctor haberet quendam tractatum seu librum, quē composuerat, famulo persuasum est à quodam, vt illum tractatum describeret, & illi trāscriptum daret, cui famulus annuit pecunia data. Queritur quomodo & famulus & persuadens puniri debeant. text. dicit, actionem serui corrupti in persuadentem dari: si verò famulus descripsisset absq; vlla persuasione, de dolo actionem dādā. Et iste est verus, vt reor, intellectus: licet glos. aliter ibi intelligat. facit l. sed et si vnus. §. quod deinde. ibi, dādā actionem. de iniur. l. si postulauerit. §. si liber actionem vtilem ipsi dandam. de adulter.

Nec re fragatur l. cum mota. C. de tranſactio. quia ibi erat materia, nempe tranſactio, quippe renuntiauerat querelæ mater, vt aduersarius aliquid daret, quod post factam aduersarius renuntiationem dare noluit. ideo text. ibi dicit, si promissum fuerit per stipulationem actio ex stipulatione nascitur: si verò non interuenit stipulatio, tunc actio præscriptis verbis datur à lege, mediāte scilicet negotio gesto: nam sine negotio, id est absq; illa conuentione, lex non daret actionē, alias esset iniqua. Sicut enim deus dat incrementū & fructum subsistente materia; vel semine, ex quibus nascitur fetus, & partus, & fructus: ita lex dat actionem mediante negotio gesto, contractū, vel maleficio, vel quasi, ex quibus actio nascitur: vel subsistente causa, vt in l. i. ff. finium reg. vbi datur illa actio, vt alieno quis abstineat, & suo contentus sit. l. si irruptione. ibidem: & pro vindicatione rei est illa actio. d. l. i. Et nasci actio dicitur, licet materia extincta esset, l. si cum quis. in fi. ff. de furtis, vbi nasci per metaphoram à rebus naturalibus, quæ proprie nasci dicuntur, transferimus ad actiones. Vnde l. iurifgentium. in princ. dicit nasci actionem, id est proficisci, emanare ex contractu, id est ex ipso negotio gesto. & §. quimimo. ibi, ne ex pacto actio nascatur. & §. seq. & §. quod fere. & l. legitima. ibidē. & l. si vendidero. in fi. ibi, actio, quæ statim cum pecunia soluta est ei, qui dedit, nata est. ff. de furtis. l. 5. in fi. de bonis damna. ibi, humanitatis intuitu hodie nata actione. & l. si tibi. ibi, non nascitur mihi obligatio. de pactis. & §. de pignore. ibi, nascitur ex pacto actio. ibidem. l. 2. ibi, itaq; eo casu vltro citroq; nascitur actio, quæ negotiorum gestorum appellatur. ff. de nego. gestis, & in l. 3. §. curator dicit dādā actionem. l. si pupill. §. sed si ego. & l. successor. ibi, hæc actio danda est. & l. Nefennius. ibidem. l. i. itē quamuis. ibi, quo nomine legis Aquiliæ actio nascitur. comm. diuidund. & l. 3. §. i. ibi, cōperere actionē, quæ ex hoc contractu nascitur. de cōdict. ob caus. l. si longius. in fi. ibi, nam si ei non dederimus actionem, & c. ff. de iudic. Et nam actionem dicit Iurifconsul. in l. doli verbū. in fi. ff. de seruo corrupto. & l. habere licere. de euictio. & l. si is qui cōmod. & nata actionem, in l. si non fortem. §. si de cem. in fi. ff. de condi. indeb. Extinguitur actioem quoque dicit Iurifconsul. sicut nasci, in l. electio. in fin. ff. de noxal. Tolluntur actiones, in l. si tibi. §. i. ff. de pactis.

Et ita cessabunt difficultates iandudum à doct. motæ, an actio sit natia, vel datia, cum omnis actio dici possit datia, id est à lege, vel ciuili, vel prætorica data, præexistente contractu vel quasi: maleficio vel quasi: aut promiscue dicitur etiam omnis actio natia, quia ex illis lex voluit actionem nasci, scilicet mediāte obligatione, l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurator. Et isti sunt termini iurium interpretum, non Iurifconsultorum, in quibus nō diutius insistam, quia rectius vocari possent actiones datæ, vel natæ, insequendo Iurifconsult. verba. Vnde conciliari potest illa antinomia descripta in Iurifgen

Famul⁹ de scribens librum sui domini. & tranſcriptū alteri concedens, quomodo puniatur.

L. cum mota datur in tellectum.

Nasci actio quando dicitur

Extinguitur actio, & tollitur

Cociliatur
l. iurifgen-
tium. cum l.
naturalis.

Iurifgentium. in princip. ff. de pa. & vbi si dederim
tibi Stichum, vt Pamphilū manumittas, & tu ma-
numittas, postea Stichus enatus est, de dolo da-
tur actio, si sciens alienum Stichū dedi. si vero igno-
rans, datur actio in factū ciuiliū, quæ vocatur præ-
scriptis verbis. Et in hoc fuit Iulianus reprehensus,
quia volebat actionē à prætorē esse dandam, quod
nō concedit lex, postquam est actio ciuiliū præscri-
ptis verbis. ideoque dicit d. l. iurifgentium. sufficere
ciuilem, nec aliam esse à prætorē dandam, nempe
frustra daretur prætorā ciuiliū existēte. Nam ius præ-
torium introductum est, adiuuandi, supplendi, vel
corrigendi iuris ciuiliū gratia, propter vtilitatem pu-
blicam. Ius autem ciuile. ff. de iustit. & iure. Sed in
istō casu nō requiritur, vt prætor adiuuet, vel sup-
pleat, cum lex ciuiliū in hoc plene prouiderit. ergo
nō dabitur actio à prætorē, sed sufficiat illa ciuiliū
præscriptis verbis. Nec variat Iulianus in l. natu-
ralis. §. sed si dedi. de præscrip. verb. quia non sunt
verba Iuliani, sed Iurifcōsulū Pauli cōditoris illius
legis, qui refert Iulia. dixisse, actionem de dolo da-
ri, quādo sciens quis dedit: & in hoc cōueniunt om-
nes. sed si ignorāter datus est seruus, tūc Paul. ait ci-
uilem competere. idē dicit Vlpia. in l. iurifgentium.
in qua reprehēditur Iulianus, qui dādā hoc casu
à prætorē actionem affirmabat, & sic in hoc doct.
hallucinatur, arbitrātes Iulianum voluisse compe-
tere ciuilem: quod nō est verum, sed Paul. hoc di-
cit in d. l. naturalis. nec reprehensionem Iulia. refert
sicut Vlpia. in d. l. iurifgentium. & sic cōueniunt l. iu-
rifgentium. & l. naturalis. quia in l. naturalis. dicit
Paul. si sciens quis dederit seruū, de dolo actionē
dādā Iulia. ait, & recte: si vero ignorans, ciuilem
in factum competere ait Ibi Paul. non verō Iulia.
& sic Iulia. tām actionem de dolo competere ait
in casu sciētia, Paul. verō postea dicit in d. l. natu-
ralis. in factum ciuilem. idem Iurifcon. Vlpia. dicit in
d. l. iurifgentium. referens Iulianum, in hoc reprehē-
sum, quod diceret actionem dandam à prætorē.

Duo casus
ad intel-
lum l. iur-
rifgentium.
& l. natu-
ralis. dis-
tinguendi.

Et ita notandi sunt duo casus: primus, quando
sciens est alienus seruus, qui postea sit enatus. nā
tunc de dolo dabitur actio, quia dolo facit, qui alie-
nam rem, vel pignoratam sciēter dat. l. si oleum. §.
i. ff. de dolo. l. i. de pignoratit. actio. Secundus ca-
sus, si ignorans eum seruū esse alienum dedi, & is
postea enatus est: tunc enim actio ciuiliū præscri-
ptis verbis datur. Et hoc Iurifcōsultorum commu-
ni sententiā fuit comprobatum, d. l. iurifgentium. præ-
ter Iulia. qui fuit in hoc reprehēsus, quod isto casu
vellet dari actionem in factum à prætorē. Atque
hunc verum istorum iurium intellectum esse puta-
rem: quem si paulo prolixius repetierimus, facilio-
ris scilicet doctrinæ causa, dabitur veniam. videte
quæ scripsi in d. l. iurifgentium.

Non suffi-
cit dicere,
nisi probe-
tur.

Cum verō dicimus, quod cum dare, facere oportet: quod-
uis eorum sufficit probare. Describuntur exēpla de so-
luta oratione vsque ad finem huius principij, quæ
interdum pro distincta accipiuntur: vt si quis promit-
tat, quod Titium dare, facere oportet, sufficit pro-
bare, quod Titius tenebatur dare, aut facere, ad
hoc vt promittēs teneatur. dicit tex. quoduis corū
sufficit probare. Et sic colligitur ex hoc text. quod
nō sufficit dicere, nisi probetur. tex. in l. quæ om-
nia. in fi. ff. de procurator. vbi sic scribitur: Planē si
dicat in rem suam se procuratorem datum, & hoc
probauerit, nō debet carere propria lite. l. i. si qua-
drupes pauper. fecisse dicatur. vide regulam, quam
scripsi cum limitationibus in interpreta. l. diuus. ff.
de senatusconsult. Silan. & in vniuersitate Pictauiē.
publicē sum professus.

Vnum ex
multis quā
do sufficit
probari.

Secundō colligere possumus, quod si plura fue-
rint proposita, satis est vnum probare, si ad victo-
riā causæ illud sufficiat: alias secus, vt no. doct. in

cap. in præsentia. & c. licet. de probatio. c. inter. de
rescrip. rex. in §. qui autē. de excusat. tutor. in Instit.

Sufficit. Quid hoc verbum significat, videamus:
primo hic denotat idem, quod satis est, & in l. hac
actio heredi quidem nō competit, quia sufficere ei
debet, quodeam pecuniā, quam defunctus de-
dit, repetere potest. ff. de calumniator. l. si verō. §. si
id quod. de his qui deiecer. l. 2. §. i. de noxal. l. iurif-
gentium. in fi. princip. de pact. l. Papinianus. §. quo-
niā autē. de in officio. testam. sufficit enim talē di-
ligentiā cōmunibus rebus adhibere, qualē suis
rebus adhibere solet. l. cōsuet. socio. ff. pro socio.

Sufficere pro substituere, l. proponebatur. ibi,
quorum in locum alij sufficere essent. ff. de iudic. l.
inficiādo. §. i. vbi glo. de furt. l. 2. §. & cum placuif-
set. de orig. iuris.

Sufficienter alere est commodē. l. sed & si quid.
ibi, sufficienter autem alere, & vestire debet secū-
dum ordinem, & dignitatem mancipiorum. ff. de
usufructu. & ita sumitur Sufficere, ibi. Nam perso-
narum contemplatio habēda est, hoc est cuius vi-
tæ sunt ij, quibus alimenta relicta sunt, vtrum frugi
vitæ sint hi, qui alias sibi sufficere possint, id est se
commodē alere, l. cum ij. §. sed & personarum. ff.
de transactio. protit. etiam declarauit in tract. meo
de congrua portio. q. i.

Sufficiens substantia est competēs, ex qua sustē-
tari quis potest, l. heres. §. i. ff. de petit. heredita. ibi,
nisi alia est sufficiēs substantia furioso, ex qua sustē-
tari potest. Sufficientes facultates, idem, in l. & si
filium. ff. de muner. & honor. Sufficientes viri, pro
idoneis, in l. semper in ciuitate. §. i. ff. de iure immu-
nita. ibi, ex eā sit ciuitate, in qua nō facile sufficien-
tes viri publicis muneribus inueniuntur. Sufficien-
tia bona, quæ pro soluendis debitis idonea sunt, l.
tutores. de condict. indeb. ibi, nam sufficientibus
bonis pupillum abstinuerunt.

Sufficiat tibi vineæ vel fundus, fideicommissum
inducunt: sicut si testator dicat, cōtentus esto illa
rē. tex. in l. fideicommissum. ff. si quis ita. ff. de leg.
3. Suffecturus non est duabus coloniis, id est, non
esset par, nō satis faceret, l. si in lege. §. pen. ff. locari.
In summa notādum est, quod vbi in aliqua dispo-
sitione apponitur verbum sufficit, tunc nil aliud
requiritur, nec, aliæ personæ, vel qualitates, aut so-
lennitates, aut actiones, quam expressæ: vnde si di-
catur, sufficere aliquem esse in tali ætate, non requi-
retur alia, per glo. singul. in cap. statutum. in princ.
versū. canonicis. de rescrip. in 6. Barba. in cap. quo-
niam. col. 8. de proba. & in clem. i. col. 7. de electio.
& consil. 6. colū. 12. in i. vol. Dec. in cap. i. no. 13. de
postula. præla. sed est tex. in l. si in tres. ff. de arbitr.
& l. sufficit. de condict. indeb. Corset. in singul. in-
cipient. sufficit. l. si is qui binas. de usufruct. l. 3. ad le-
gem Aquil. iuncta l. quemadmodum. §. si nauis,
secundo, ibidem.

Cum vero dicit prætor, si donum, munus, operus redeme-
rit: si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda esse.
Alterum exemplum, quando soluta pro separatis
poni possunt, vel pro coniunctis: vt si patronus li-
bertatis causa imposerit libertō, donum, munus,
operas: & is patronus postea reuiderit ista li-
berty, filius patroni nō habebit bonorum posses-
sionem contra tabulas, id est contra testamentum
liberty, si nil ei relictum fuerit à libertō. l. Iulia. r.
ff. de bonis libertor. Certum est enim quod patro-
nus in libertatis compensationem libertō operas,
ac munus, id est onus, ac donum imponere pote-
rat: iurare autē libertus statim facta manumissione
debebat, vt obligaretur de soluendo imposita,
l. vt iurifurandi. ff. de oper. libertor. Si postea liber-
tus redimebat ista imposita, demum patronus nō
petebat bonorum possessionem cōtra testamen-
tum liber-

De verbo
sufficit.

Sufficere
substituere.

Sufficenter
alere.

Sufficiens
substantia,
& facultates.

Sufficien-
tia bona.

Sufficiam
tibi vineæ,
fideicommissum
inducunt.

Sufficit, in
aliqua dis-
positione
positum, non
requiritur al-
iud.

Patroni
liberty
operas,
& alia
imponere
potest.

tum liberti, sed libertus habebat liberam testamen-
ti factionem. Alioqui vel tertiam bonorum par-
tem vel imposita eligere poterat, ad instar vxoris
in hac patria, mortuo marito, l. sicut. ff. de iure patr.
si alterum redimebat, scilicet operas, certē poterat
adhuc patronus bonorum possessionem petere.
ideo dicit rex. quod si patronus ista tria imposerit.
tria hæc redimenda sunt, alias si vnum fuerit im-
positum, illud sufficit redimere, vt libertus liberam
testamenti factionem consequatur, & patronus nil
habeat contra testamentum illius, l. libertus qui. in
2. ff. de opor. libert. facit. l. fin. ff. de liberal. causa: &
& soluto matrimonio imposita libertus præstare
debet, l. si verō. ff. soluto matrimonio. facit rubr. de
success. libert. in Instit. Et quomodo cognoscitur
quod omnia sunt redimenda, & quod soluta oratio
pro coniunctis, &c. vt statim dicitur.

Operus, de operis dicam in l. in lege censoria. in-
fra eodem.

Redemitur: id est recuperauerit seu retraxerit, vul-
go *aura racheré*, illas operas impositas emendo, vel
alias: & ita intelligitur redimere in hac materia. sic
eriam dicimus redimere fundum vel hereditatem,
id est retrahere, *retirer*, *racherer*. l. sequitur. §. item
Labeo. ibi, ex poenitentia redemeris. ff. de usufructu.
l. an vitium. §. i. ibi, eandem distraxisse, heredemque
eius redemisse. ff. de dinerf. & temporal. præscript.
l. planē. de pos. l. si rem & pretium. de petitio. hered.
lege non satis. §. si vero. quemadmodum. seruitut.
amittant.

Item ab hostibus occupatum redimere dicitur, id
est liberare, l. 3. §. si quis cum, quem ab hostibus red-
emit, retineat. ff. de liber. homi. exhib. l. conditio-
nes. de condit. instituit.

Redimere seruū, idem, l. si pecuniam. §. item si
quis. ibi, si verō iam sit emptus, poenitentia non
facit iniuriam ei, qui redemit. ff. de condict. caus.
data. Captum ab hostibus si quis redemit, protin-
sus est redimentis. l. in bello. §. si quis seruū. ff. de
captiuis. Hodie quid teneatur, alibi dixi, & vide l. 2.
C. de postliminio reuert.

Redemptus, liberatus, l. qui se dicit suis nummis
redemptum. ff. de iudic. l. 2. C. de postlimin. reuert.
Redempta mulier, idem, l. mulier. ff. de captiuis.

Redimere delatorem, est pecuniam, vel alias accu-
satorum corrumpere, & quasi eum, ne amplius ac-
cusetur, emere: & is pro victo habetur, l. eius qui. ff. de
iure fisci. vbi primō dicit corrumpere, postea redi-
mere delatorem. Redimere pecuniam ne accusetur,
lis cuius ope. & l. nihil. in fin. ff. de adulter. l. impu-
berem. §. penult. de falsis.

Redimere sententiam, est omiſſa defensione da-
re quicquam, ne sententia feratur. l. Imperatores
Seuerus & Antoninus rescripserunt. Tu qui defen-
sione omiſſa redimere sententiam maluisti, cum
tibi crimen obiceretur, nō immeritō quingentos
solidos inferre fisco iussus es. omiſſa enim ipsius
causæ inquisitione, ipse te poenæ subdidisti. ff. de iu-
re fisci.

Redimere iudices, est aliquid dare iudicibus, ne
contra eum iudicent, & corrumpere eos, d. l. Im-
peratores. ibidem.

Redimere vexationem dicitur, qui iniuste vexati
aliquid dat, vt ab illa vexatione desistat: quod licet
vexato, etiam in beneficialibus dare. sed peccatum
est vexati recipere, c. dilectus. i. de simon. vbi glo.
& doct. scripsi abunde in 3. parte praxis benefic. tit.
de simon. in resignat. quando hoc fieri iure possit.

Redimere votum dicitur is, qui de superioris
authoritate votum commissum aliquo modo cōpen-
sat vel implet, & sic liberat. ita intelligitur tit. de vo-
to & voti redemp. hoc declarat Iurifcon. in l. 2. ff. de

pollicita. ibi, res enim, quæ vouetur, soluta quidem
liberat vota: vt si vouerit quis semper ieiunare die
Veneris, vel docere, & nūc ingreditur religionem,
certe illud votum sic redimi potest, cap. scripturæ.
& seq. ibidem.

Redimere opus etiā dicitur, qui prerio accepto
opus aliquod faciendum suscepit, l. plenum. §. si. ff.
de vsu & habita. ibi, idemque si vestimēta texenda
redemerit. Et veteres redimere pro cōducere vsur-
pabant. Et redemptores in quadruplici iurif. sunt
differētia. Quidam redemptores sunt vectigalium,
qui dicuntur emptores, siue conductores, seu pu-
blicani. de quibus in l. eum qui. supra eo. l. in hono-
ribus. ibi, non alios fisci vectigalium redemptores
à muneribus ciuilibus excusari placuit. ff. de excus.
muner. l. cum in plures. §. vehiculum. loca. ibi, vehi-
culum conduxisti, vt onus tuum portaret, & secum
iter faceres: & cum pontem transiret, redemptor
eius pontis portorium ab eo exigebat, & c. l. Cæsar.
de public. & vect. Item conductor ad opus vniuer-
sum faciendum, redemptor operum vocatur, vt si
ædes construendas certo pretio conduxerit, l. re-
demptores. ff. de rei vindic. l. si. si menfor fallimō.
dixerit, l. in lege. & l. seq. §. qui ædem. loca. l. i. vbi
glo. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacite contrahit.
l. si ventri. §. i. de priuileg. creditor. l. existimo. in fi. de
verb. oblig. l. 2. §. conductores. de administ. rer. ad
ciuit. pertin. & in l. fin. ibidem vocatur redemptor
operum. Et curatores operum, cum redemptorum
negotium habent. l. 2. §. i. de oper. publ. Et redēptu-
ra, actus redimendi. l. cuiusque. §. i. ff. de institor.
action. Redemptor etiam, qui aliquem ab hostibus
redimit, seu redimēs dicitur, l. in bello. §. si pignori.
& seq. & §. si. ff. de capt. l. si patre. ibidem. Redēptō-
res litium alij dicuntur, qui alienas actiones pecuniis
præstitis subeunt, & suo periculo lites alienas certa
pecunia mercantur, illaque pactionibus mueri-
busque pellicere conantur: haud secus quam quid do-
mos, ædificiumque faciendum, vtendum ve pretio
cōducunt: qui etiam quadruplatores & alienæ litis
interceptores vocantur, in l. litem. C. de procurat.
& l. si remunerandi. §. pen. ff. mandat. & l. nec quic-
quam. §. circa aduocatos. ff. de offic. proconsulis.

Redimere
opus.

Redemp-
tores vobi-
galium, &
operum.

Redēptores
litium.

Aduocati
concinnatio-
res, qui.

Concinnus.

Redēptio.

Redemptores litium, qui alienas actiones pecuniis
præstitis subeunt, & suo periculo lites alienas certa
pecunia mercantur, illaque pactionibus mueri-
busque pellicere conantur: haud secus quam quid do-
mos, ædificiumque faciendum, vtendum ve pretio
cōducunt: qui etiam quadruplatores & alienæ litis
interceptores vocantur, in l. litem. C. de procurat.
& l. si remunerandi. §. pen. ff. mandat. & l. nec quic-
quam. §. circa aduocatos. ff. de offic. proconsulis,
vbi concinnatores eos aduocatos appellat, qui no-
uas lites simulatis pactionibus & cauillis improbis
in iōgam ducere moliantur, cum sibi iure agere nō
liceret. Concinnare enim rem est efficiendis menda-
ciis, omnibusque lenociniis perpolire & fucare, vt
elucidat Alexand. lib. genial. 4. cap. 15. Vt concin-
nare est apte cōficere, & quasi in arcum breueque
colligere, quasi conuenire facere: Gallice, *accouffrer*,
reparer. Cato. de rusticā c. 22. Domi melius concin-
nantur & accommodantur. Inde Concinnato-
ria vasa sunt, quibus cōmisiones, & cōpositiones
penoris fiunt, l. instrumentū pistri. item vniuersa
vasa concinnatoria in penu non continentur. ff. de
penulega. Cōcinnus, compositus & ornatus, po-
litus, à con, & cinnus. Cinnus autem genus potio-
nis est ex variis liquoribus confectum. vnde vīna
concinnari iubet Plinius li. 14. c. 20. & vinum concin-
num, vinum commixtum dicitur: quod maxi-
mē exercent caupones Parisiēses. Et quia in his va-
sis concinnatoriis effulenta quædam parantur, ob
id glo. in d. l. instrumentum, dicit esse vasa deputata
ad coquendum.

Redēptio est actus redimendi, l. si patre. ibi, post
mortem eius redēptionis. ff. de captiuis. Redēptio
facultatem redimendi præbet. l. si captiuis. in fi. ibi-
dem. Redemptio etiam dicitur cōductio, maximē
vectigalium. l. cotem. §. si. ff. de publica. l. Cæsar. ibi-
dem, in lege. infra eodem.

Ignoscendum Principes censuerunt ei, qui san-
guinem suū qualitercunque redemptum voluerit,
A

l. r. in fi. ff. bonis eorū, qui sibi mortē conscuerunt.

Imposita, quasi in dationem seruitutis posita: nēpe in manumissione hęc operę imponi solebant, vt dictum fuit superius. itaque imponere est intus ponere. l. 4. §. si. ff. nauē, caupo. ibi. impositas merces in nauē. l. 1. quod metus causi. l. funeris. 2. §. monumentum. de religio. l. cōtem ferro. §. dominus. de publica. inde merces imponere. l. 2. §. cum in eadem ad leg. Rhod. de iact. Impositi serui, in l. fin. in princ. ibid. & onus impositum, in l. pen. §. si. ff. loca.

Imposita mercis.

Impositi serui.

Imponere columnas.

Imponere pecuniam populo.

Imponere magistrum nauis.

Imponere pro decipere.

Impositura.

Imponere seruitutem.

Imponere vindictam seruo.

Imponere libertatem.

Imponere decretum.

Imponere pro applicare.

Necessitatem imponere.

Imponere pœnam, l. quid ergo. §. pœna grauior vltra legem imposita exultationem cōseruat. ff. de his quino. infam. id est pœna adiudicata adiecta vltra quam in lege fuisset expressum, nō inducit infamiā. l. aliud est fraus. §. r. inf. eod. vbi elucidabitur.

Imponere finem controuersis, finire. l. idem Pompo. §. recepisse. ff. de arbit. Imponitur finis negotio, id est perficitur, finitur negotium. l. adione. §. item si aliquid. ff. pro socio.

Imponi merces dicitur, l. sed ipsi. ff. de vsu & habitate. id est assignari, & cōstitui, vel dari. Alias huius verbi phrasē in finitas afferre possem, quas breuitati studens consulo pratero.

Ex re ergo pro coniunctis habentur. si quidam imposita sunt cetera non desiderantur. Colligitur ergo quod ex re, de qua agitur, cognoscitur, quomodo oratio sumatur, coniunctim vel separatim. quod facit pro consulentibus, & iudicibus, vt rem ipsam de qua agitur, & verba inspicere debeāt. Et iste text. ad hoc adduci potest, quod secundum subiectam materiam vnaquaque dictio plura habens significata debet intelligi: quod docet etiam text. in l. 1. §. diuus. ibi, ex re constituendum est. ff. de sicar. l. interdum. de verbor. oblig. vbi dicit stipulationem ex re ipsa dationem capere. Aliquando tamen Iuriscōf. ait, ex persona colligi poterit, l. filiusfamil. & non nunquam. ff. de donat. vide in l. 2. ff. de re iudic. aliquando ex mente pronuntians, vt in l. alienationis. in fin. supra eodem.

Norandum est quod verborū quidem interdum fit geminatio, cum res eadem pluribus verbis vno tenore ac contextu oratione non interpolata dicitur: vt do, dono, largior, volo, iubeo, mōdo: & tunc dicendum est, si id, quod agitur, ex loquētis liberalitate, vel animo pēdet, & ea res geritur, cui nullum personę, aut iuris vitium obstat, quominus aperte, & palam teneri possit, rem gestam ad omnem speciem, qua valere potest, porrectam esse videri, & intelligendam, vt effectum suum habeat, ne frustra sit, l. 1. ff. quod metus causa. vide per Iacob. Curtiū in li. coniectural. 2. c. 18. & abunde Corset. in suo tract. de gemina. & per doct. in l. ballista. ff. ad Treb.

Desiderabuntur: id est ea redimere non erit necesse, quia imposita tantum redimenda sunt, vt superius dictum extitit.

Desiderare interdum pro deficiere sumitur, vt in l. 6. ff. si liber. ingenu. esse dicat. ibi, siue obsequium desideretur. & hoc. nor. Nebricens. in suo lexico ad leges: quem sequitur Spiegel. sed conueniētis (vt putō) ibi exponitur pro requirere, petere, prout indignant verba petantur, & intentatur, inter quę verbum desideretur est appositum. probat etiam text. dum dicit, Redditur autem pręiudicium alterutro desiderante, & quia pręiudicium & sententia non solet ferri parte requirete, l. 4. §. hoc autem iudiciū. ff. de damno infect. ob id pręiudicium & sententia non fuisset lata non requirente patron. ideo ibi desiderabatur, & requirebatur. verum ibi Iuriscōf. ne repeteret verbum petatur iam emissum, appositum, obsequiū desideretur. Item quia ea quę in iudicio petimus, maxime desideramus, alias litē nō subiremus, ideo desideratur res, id est quasi cū desiderio petitur, & requiritur. quod probat l. absentem. inf. eod. & l. qui absentē. ibi, emptor desiderabat cauēri sibi. ff. de procurator. non inficior tamen alibi & recte pro deficiere accipi posse.

Ceterū desidero pro opto, cupio, & à sideribus deduci Festus arbitrat: eo quod ea quę desideramus, optamus velut lucem sideris, l. si. pen. ibi, si eo tempore, quo in possessionem mitti desiderabat, prętoris adeundi potestas nō fuit. ff. ne vis fiat ei. l. 3. §. solent. ibi, desiderare exhiberi. de tab. exhib. Et quamuis regulariter ad personas respiciat, tamē interdum

Imponere pœnam.

Imponere finem.

Imponere mercedem.

Verba quomodo intell. ligēda sunt.

Geminatio quid opetur.

Desiderare pro deficiere, male exponitur in l. fin. ff. si liber. ing. esse.

Desidero cupio & sideribus respicit.

interdum & ad res, vt tam villa quę agri desiderant custodiam, l. si ita. in fin. ff. de fund. instruct.

Desidero, pro peto, requiro, postulo, l. 3. §. r. ibi, in integrum restitutio desiderabatur. ff. de minor. nam solum desiderium, nisi deduceret in petitionem, de iure nil produceret, l. actoris procurator non in rem suam datus, propter impensas, quas in litē fecit, potest desiderare, vt sibi ex iudiciali actione satisfiat, si dominus litis soluēdo non sit. & l. sed & hę. in fi. ff. de procurator. vbi desiderium nil prodesset absque petitione. l. si culpa. ff. de rei vindic. l. si verō. §. hęc autem. ibi, pluribus desiderantibus. ff. de his qui deiecerūt, vel effuder. l. si quid vendit. §. r. de edil. edict. ibi, vt si forte cōstantem esse affirmauerit, non exacta granitas, & constantia quasi à philosopho desideretur, l. epistola. in fin. ibi, postulabatur. iuncto verbo desiderium. ff. de pact. l. nec quicquam. §. vbi. de offic. proconsul. vbi scripti in meis nouis interpret.

Desiderare, petere.

Desideriū.

Inde optatus ille vocatur desiderium, prout Iuriscōf. ait, Postulare est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni pręest, exponere, l. 1. §. postulare. ff. de postula. l. professio. C. de munerib. patrimonial. lib. 10. vbi sic dicitur. Professio & desiderii inter se discrepant. nam cum philosophum te esse proponas, vinceris auaritia, & rapacitate. & l. desiderium tuum cum rationibus iuris non congruit. C. de pos. vnde in l. omnia. de offic. præsidi. gloss. exponit desideria, id est negotia, quibus ipsi prouinciales desiderant iustitiam fieri. Ego exponerē desideria, id est petitiones & actiones, seu exceptiones, & iudiciales actus, vt videntur declarare verba text. quę subiicit, Omnia enim prouincialia desideria, quę Romę varios iudices habent, ad officium præsidiū pertinent. ecce text. si igitur exponeremus desideria generaliter pro negotiis. non conueniret text. quia multa sunt negotia, quę nō habēt iudices Romę, nec in prouincia, & sic nō spectant ad iudices, sed ad partes, veluti curare negotia domestica, seu rem familiarem. Itaque text. vult illas actiones & petitiones, ac causas quę Romę habent plures iudices, spectare ad officium præsidiū. Romę autem agens contra exteriū actionem dirigebat prętori, qui peregrinus dicebatur: si verō cōtra ciuem, prętori urbano. Sed in prouincia istę actiones coram præsidiō prouincię tractabantur. Et iste videtur intellectus ad illam legem. ibi abundantius tradam in meis nouis interpretationibus.

Interdum pro attendere, considerare, vt in lege, fraudis interpretatio semper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur. ff. de regulis iuris.

Desideratus testis ad testimonium, lege secunda, §. 1. ff. si quis cautionibus. ibi, simili modo & si ad testimonium desideratus, ad iudicium occurrere non poterit, ei subueniendum est. id est euocatus & citatus: quia resti nō citato fides non adhibetur, cap. secundo, de testibus: nec si sponte se ingerat, ei credetur, imō tanquam inimicus recufabitur. lege, quę omnia. §. r. de procurator. nec diceret textus in d. §. r. esse ei subueniendum, si non posset ad iudicium ire, nisi euocatus. Hactenus de his.

Interdum pro attendere, considerare, vt in lege, fraudis interpretatio semper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur. ff. de regulis iuris.

Desideratus testis ad testimonium, lege secunda, §. 1. ff. si quis cautionibus. ibi, simili modo & si ad testimonium desideratus, ad iudicium occurrere non poterit, ei subueniendum est. id est euocatus & citatus: quia resti nō citato fides non adhibetur, cap. secundo, de testibus: nec si sponte se ingerat, ei credetur, imō tanquam inimicus recufabitur. lege, quę omnia. §. r. de procurator. nec diceret textus in d. §. r. esse ei subueniendum, si non posset ad iudicium ire, nisi euocatus. Hactenus de his.

§. Item dubitatum est illa verba, ope, consilio, quemadmodum accipienda sunt, sententię * coniungentium, aut separantium. sed verius est (quod & Labeo, ait) separatim accipienda: quia aliud factū est eius, qui ope, aliud eius, qui consilio furtum facit: sic enim alij condici potest,

Desideratus testis ad testimonium.

** Alio, rorum ex sententia.*

alij non potest. Et sanē post veterum auctoritatem eō peruentum est, vt nemo ope videatur fecisse, nisi & consilium magnum habuerit: nec consilium habuisse noceat, * nisi & factum sequutum fuerit.

** Alij habent, nocendi.*

Aduertendum est, quod hic §. obscure declarat hęc verba soluta, Ope, consilio, an coniunctim accipiantur, an separatim. Et Labeonis sententiā erat, vt distinctim acciperentur: nempe aliud est facere furtum ope, aliud consilio. itaque ab illo, qui ope furtum facit, res cōdici potest: ab illo autem, cuius consilio furtum factum est, condici res non potest. Sed text. ait veteres ad id peruenisse, vt nemo ope furtum videatur facere, nisi habeat consilium malignum, id est nisi malē sibi consultus fuerit, à se videlicet, non ab alio, quia nullus sua sit. nullum quoque habuisse consilium nocendi, vel vt noceat, nisi factum sequutum fuerit, quia nemo plectitur ex solo consilio, nisi consultum illud executioni demādarum fuerit. Sicque potest fieri furtum ope, si quis alium iuuēt ad furandum: consilio verō, cum quis consultit, vt furtum fiat: & si factū furtum fuerit, consulens renebitur, vt sequens.

Sensus ad text.

Ad cuius rex. & materię pleniorē intellectum colligite casus sequentes. Primus est quod, prestando consilium sine ope non tenetur quis de illo cōsilio, nisi factum cōsultum sequutum fuerit vt hic. & cōmuniter fertur, Consilij non fraudulenti nulla est obligatio, l. consilij. infra tit. prox. vbi nō habetur mentio de ope, ergo cōsilio sine ope esse potest. & qui ea mente alienū quid contrēctauit, vt iurificeret: tamē si mutato cōsilio id domino postea reddidit, fur est, l. qui ea mēte. ff. de furtis. quia nemo tali peccato pœnitentia sua nocēs esse desit, vt ibi.

Opem præstat quis sine consilio.

Secūds casus est, quod opem quis præstare potest sine consilio: vt si casu quis aggressiatur fratrem meum, illi opem præstare poterō, licet consilium nullum præcesserit. probat. l. si. pignore. in fi. ibi, qui ferramenta sciens commodauerit, ad effringēdum ostium vel armarium, licet nullum consilium eius principaliter ad furtum faciēdum interuenerit, tamen furti actione tenetur. ff. de furtis. & lege, si quis vxori. §. si Titius. ibi, quare & opem ferre, vel cōsilio dare tūc nocet, cū sequuta cōtrēctatio fuerit. ibidem: vbi est disiunctiua vel. ergo opem ferre quis potest sine consilio, & consilium sine ope. facit d. l. si quis vxori. in princip. ibi, opem consiliumve accommodauerit. Et sic Labeonis sententiā vera esse potest. nam qui filio, vel seruo, vel vxori opem fert furtum facientibus, furti teneri ait Iuriscōf. in l. si seruo. §. item placuit. ff. de furtis. quamuis ipsi furti actione non teneantur. Et sic potest quis furti teneri ex ope prestata, licet is, cui opem prestatur, nō teneatur. facit l. si quis opem furtum facienti fert, nunquam manifestus est. ff. de furtis. l. impuberem. ibidem, in fi. ibi, nec ope impuberis furto factō teneri cum. Et ita quis opem sine cōsilio præstare potest. facit l. in furti. §. recte. ff. de furt. vbi sicut nemo furtum facit absque dolo malo, ita nec consilium, aut opem ferre sine dolo malo potest. l. 3. ibi, qui ve opem hosti tradiderit capite puniri. ff. ad leg. Iul. maiesta. vbi non exprimitur consilium.

Intellectus ad istū text.

Non refragatur iste text. quia intelligendus est, quod nemo videtur ope furtū fecisse, nisi malignū habuerit consilium, malignum à seipso, quia malē sibi fuit consultus, cum opem maleficio præstitit. Et hoc malignum cōsilio nunquam deest in ope maleficio præstata: sed cōsilio, id est situationem ab alio non habuit: nempe consilium dare videretur, qui suadet, & impellit, atque insinuat ad furtum fa-

Consilium vel opem quādo quis dare censetur.

ciendum, vel ad aliud malum. l. bouem. §. i. ff. de ædil. edict. l. merito. pro socio. Opem autem fert, qui ministerium atque adiutorium ad surripendas res præbet. l. iurif. onf. ff. de furtis. Er sic noſter text. hic non dicit ſimpliciter conſilium, ſed dicit neminem furtum ope videri feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit, id eſt ſibi ipſi malè conſuluerit. & dolo fecerit, opem adhibendo, quam tamen præſtitiffe potuit ſine conſilio alterius, id eſt ſine impulſu & ſuaſione. & ſic arbitror intelligendum iſtam text. quicquid gloſſ. & doct. hic iactent, quia in hoc hallucinantur. Loquitur etiam iſte text. quando iſta verba, ope conſilio, iuncta ſunt, quod non prohibet, quin ſeparati poſſint, & tunc ſeparatim intelliguntur.

Ope & conſilio, an conſilium vel ſeparatim accipiatur.

Tertius caſus eſt quando hæc verba, ope conſilio, in lege, vel alia diſpoſitione adſcripta fuerint, ſiue cum copula, ope & conſilio: ſiue abſque copula, tunc coniunctim accipiuntur. & vtrunque requiri probat d. l. ſeruo. ff. de furt. vbi ſi ſeruo perſuaſit quis, vt fugeret, non eſt fur. ſi tamen illi fugam perſuaſerit, vt ab alio ſurripiant, furti tenebitur, quaſi ope & conſilio eius furtum factum ſit, plus Pompo. ſcripſit, eum qui perſuaſerit, quamuis interim furti non teneretur, tunc tamen incipere teneri, cum quis fugitiuus eſſe cœperit, quaſi videatur ope conſilio eius furtum factum. Ecce primū cum copula ope & conſilio, poſtea ſine copula, ad denotandum vtrunque idem eſſe, niſi mens legis repugnaret, vel eſſet diuerſa ratio, vt inferius declarabitur. facit l. Neratius. §. quamuis. de ſeruo corrupto.

Quartus caſus eſt, quod quedam ſunt facta, que includitur vtrunque, videlicet opem & conſilium: vt ſi cum Titio honeſto & idoneo viro pecuniam credere vellem, ſubiciſti mihi alium Titium ege-num, quaſi ille eſſet locuples, & nummos acceptos cum eo diuiſiſti, furti teneris, quaſi ope tua, conſilioque furtum ſit. l. ſi quis vxori. §. cum Titio. ff. de furtis. primo ibi conſuluiſti, & impulſiſti vt pecuniam reciperet, item opem præſtituiſti, illū pro alio ſubiciendo. Et ſic pro qualitate negotij poteſt vtraque ſententia ſuſtineri. Ad hæc Pompo. ait: ſi cum rebus auſugerit fugitiuus, poſſe furti actione ſollicitatorem conueniri rerum nomine, quia opem & conſilium cōtractatori tulit. l. ſi ſeruo. §. idem Pompo. ff. de fur. Alibi tamē ait Iuriſc. in l. 3. ff. de his qui no. in ſam. qui operas ſuas locauit, vt prodiret artis ludicræ cauſa, neque prodit, non notatur: quia non eſt ea res adeo turpis, vt etiam conſilium puniri debeat.

Conciliatio ad text. facta.

Et ſic conciliatur vtraque ſententia, prima Labeonis, quod ſeparatim accipienda ſint hæc verba, ope conſilio, ſi conſilium accipiatur pro ſuaſione alteri facta: ſi autem capiatur pro ſua mala voluntate & impulſu, tunc coniunctim accipienda ſunt, quia nemo opem ad malum præſtare videtur, niſi malum conſilium & voluntatem habuerit, & ſibi malè conſultus fuerit: & ſic intelligendo vitantur contraria. & quando hæc verba in lege vel ſtatuto ſunt poſita, ſere coniunctim accipiuntur. Colligi poſſunt ex hoc text. ſequentes vtilitates. Primo ex text. ibi, dubitatur, quod lex debet ferri de dubio. ſimilis text. in l. quod Labeo. ff. de Carbo. edicto. & niſi de dubio eſſet, quorſum noſtrum tam diuturnum & aſſiduum legū ſtudium? videte quæ ſcripſi in l. inter publica, ſupra eodem.

Leges de dubio ſerua da.

Secundō irregularis eſt is, cuius ope, vel conſilio homicidium factum extitit, ca. ſi quis viduam. cap. ſicut. & cap. ad audientiam. vbi Socin. quaſt. 78. de homicid. per multas quaſtiones proſequitur hanc materiam, quæ ſufficere poterunt vobis.

Irregularis eſt, cui ope vel conſilio factū eſt homicidium. Opem dās quo modo puniatur.

Tertiō præſtans opem & conſilium punitur, ſicut maleficium committit. §. interdum. de obligatio.

quæ ex delicto naſcunt. l. ſi quenquam. C. de epiſc. & cleric. Bart. in l. is qui opem. ff. de furt. Angel. in tract. malefic. in gl. dicto maleficio. verſ. queſo qua poena. quod in ſeptem caſibus deſcriptis per Felin. in c. ſicut dignum. col. 2. & ſeq. de homic. non procedit. Mitius tamen puniri debet opem præſtans, quam faciens, imſpecta qualitate perſonæ, & facti, teſte Salic. in l. 1. Cod. de raptor. virg. quem refert & ſequitur Hippolyt. de Marſil. ſing. 15. ſtatuta. & in l. fin. num. 52. cum ſeq. ff. de ficar. vbi concludit pro textu ſtatuti dicentis puniendum opem ferentem eadem poena, qua facientem, quod nihilominus mitius punietur, & ſtatutum ſecundum ius intelligitur. idem cōſuluit Hippolyt. conf. ſr. ſalus. nu. 23. & ſingulari 40. & pius. & in §. conſtante. num. 40. & ſeq. ex quibus intelligetis, quādo dicitur quis opem ferre. & Boer. ſcribit in quaſt. 167. ſed quid homicidium. in deciſ. Burdegal.

Is qui præſtitit opem, quando tenetur.

Imò non poteſt puniri, qui præſtitit opem & auxilium, niſi cōſter de delicto principalis delinquentis, vt concludit Bartol. per iſtum text. in l. ſi ſis qui. §. ſi Titius. ff. de furt. Hippolyt. conſil. 50. domini. in fin. facit. lex 1. §. illud. ff. de ſenaruſcon. Silan. ſcripſi plenè in interpret. l. diuus ibidem.

Conſilium & publicū & priuatum.

Item quando quis tenetur de cōſilio per iſtum text. videte in l. conſilij. ff. de regul. iuris, & in regul. nullus ex conf. in 6. de hoc conſilio priuato loquitur iſte text. & l. fugitiuus. infra eod. de conſilio publico text. in l. pupillus. §. decurionis. infra eod. De triplici conſilio Franciæ priuo tacito, & magno alibi dicam. nam Capitol. in Gordia. ſic nominat, quod arcanum dicimus. Adde conſilium debere præcedere actum, quia ſuaſio non dicitur poſt actum, l. quidā decedens. & l. Titij. ff. de adminiſtr. tutor. glo. hic in verb. ſequitur. Bald. in §. ſi quis miles. de feud. non amittend. in feud.

Conſilium præcedit actum.

Iuſſus etiam præcedere debet, l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. heredita. l. 1. quod iuſti. alioqui eſſet ratificatio. c. ratiſhabitionem. de regul. iur. in 6. Idem in mandato dicimus, l. ſi vero non remunerandi. §. ſi poſt creditum. ff. mand. l. fin. C. ad Maced. Alex. conſil. 146. in cauſa. col. 5. nu. 14. in 5. vol. Socin. in reper. cap. ad audientiam. verſ. ſuperereſt igitur. & ſeq. de homicid. laſ. in l. quominus. quaſt. 21. de fluminib.

Iuſſus & mandatum actum præcedere debent.

Item in licentia, vt ſi religioſus ſine facultate & licentia ſuperioris non poſſit actus facere, vt licentia prius impetrenda ſit ante actum, c. licet. de regularib. authen. licentiam. C. de epiſc. & cleri. vna. non licere habita. metro. lib. 11. Corſet. in ſing. incipien. licentiam. laſ. in d. l. quominus. q. 21. ff. de fluminib. Et licentia expreſſè concedi debet, non tacitè, voluntas expreſſè & tacitè. Barbat. in additionib. ad Panorm. in cap. ſignificati. in princip. de foro comperen. per l. 2. §. voluntatem. ff. ſoluto matrim. l. 1. §. inuitus. de tutel. Quæ voluntas etiam ex actu poteſt elici, l. 2. C. de pact.

Licentia ante actum præſtat.

Voluntus & licentia diſſerunt.

Decretum verò omnibus peractis, & ſic in fine actus interponendum eſt, & in principio interpoſitū non valeret, quia ſine cauſa cognitione: & quod non eſt, approbari non poteſt, l. decem. ff. de verb. oblig. glo. in l. vna. C. de tutor. & curator. illuſt. Bar. in l. legitimus. ff. de legitim. tutor. Bald. in l. nec ci. §. fin. col. 1. de adoptionib. per l. magis puto. §. non paſſim. & §. ſi æs alienum. ff. de reb. eor. l. mol. in ca. cum nos. colum. 4. de his que ſunt à præla. Domi. conſil. 48. præſbyter. Socin. conſil. 15. viſis. col. 3. in 1. vol. laſ. & alij in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & l. 2. C. de edend. Felin. in cap. cum dilectus. col. 2. de fide inſtrument.

Decretum poſt actum interponitur.

Authoritas quando interponenda ſit.

Authoritas debet adhiberi in ipſo actu, vel incōtinenti ante, vel poſt. §. tutor. iuncta glo. Inſtitut. de authorita. tutor. l. obligari. §. tutor. ff. cod. glo. in c. edoceri.

edoceri. de reſcript. tum quia eſt fundamentum ſine quo corruiſt ædificium, l. legi. ff. de exceptio. rei iudic. cap. cum Paulus. 1. q. 1. Tum ſolemnitas. Bald. in cap. cum conſuetudinis. de conſuetud. col. 1. & quia eſt actus legitimus, qui non poteſt pendere. l. actus. de regul. iuris. ff. ideoque pure debet præſtari, etiam in actu conditionali, l. & ſi conditionalis. ff. de auctor. tutor.

Authoritas & decretum ad ſuperiorem proprie ſpectant, conſenſus verò tam ſuperiorum quam inferiorum eſt, teſte Bald. in l. cum ipſe. colum. 2. de contrah. empt. Et authoritatè præſtare nil aliud eſt quam approbare id, quod agitur. lege, etiam. 1. ff. de auctor. tuto. nec omnino requiruntur iſta verba, authoritatem præſto, ſed æquipollentia. l. præſes. vbi glo. Cod. de ſenten. & interloc. omnium iudic. cap. 2. de pact. vbi Panor. & c. cum dilecti. de arbitr. Corſet. in ſingul. incipien. minor. in 2. Et iſta ſententia in forenſi iudicio ſeruat, quamuis multo contrarium teneant, quos referunt doct. in l. ſi quis mihi. §. iuſſum. ff. de acquir. hered. dixi in compendio alienatio. rerum ecclieſiæ.

Conſenſus quando ſit adhibendus.

Conſenſus etiam & voluntas ante actum, in ipſo actu & poſt actum incontinenti poſſunt adhiberi, l. vlt. C. ad Macedon. c. auditis. de elec. c. cura. vbi Panorm. de iure patron. Bart. in l. ram. is. §. r. in fin. ff. de donationib. cauſ. mortis. Bald. in l. fin. §. ſinau. tem. es. C. de bonis qua liber. & iſta eſt forma communis ſententiæ teſte Albert. Bruno in tract. de forma & ſolemnitate actus, rubr. de implemento ac obſeruantia formæ. verſic. & circa conſenſum.

Conſenſus triplex.

Conſenſus autem eſt triplex, quidam antecedens, ſiue præcedens: vt eum quis conſtituit procuratorem abſentem: tunc enim conſtituentis cōſenſus præcedit. clem. 1. de procurator. Conſenſus inharens, vt in ſtipulatione, l. 1. ff. de verb. obligat. & conſenſus accedens, quæritur ex intervallo eſſe poſſe poteſt. Bal. in d. ca. cum conſuetudinis. col. 2. de conſuetud. Roch. Curtius in tract. iuris patron. in verb. pro eo. quaſt. 4. Et caſus excludentes conſenſum congerit Petr. Iacob. in prac. ſua, in titu. de actio. & empto.

Ratiſhabitione ſequatur alium.

Ratiſhabitione ſemper ſequitur, & comparatur mandato, regul. ratiſhabitionem. de regul. iur. in 6. quia ratum haberi non poteſt, quod nondum eſt geſtum. cap. cum quis. de ſenten. excommunic. lib. 6. l. 1. & per rotum. ff. rem ratam habe.

Diſtio quæ admodum quomodo accipiatur.

Quemadmodum, hic interrogatiue capitur, pro quomodo, vel ad quem modum: ſic etiam in titu. quemadmodum. ſeruit. amir. & in rubr. quemadmodum. teſtam. aper. & ff. ſol. matrim. quemad. dos. per. vbi Bar. & alij. Alias ſine interrogatione capitur pro ſicut, ſimilitudinem notans, vt in l. verbum erit. vbi, quemadmodum autem hoc verbum eſt, nō ſolum præſens, ſed & præteritum tempus ſignificat, ita & hoc verbum, & c. infra eodem. & l. paterſam. peculiū habere nō poteſt, quemadmodum nec ſeruus bona. l. quemadmodum. ff. de acq. poſſeſſ. l. quæ admodum. C. de agricol. & cenſ. lib. 11. Et an ſignificet omnimodam ſimilitudinem, videte in l. 3. §. ſi duobus. ff. de adimend. lega. quod vile eſſe poteſt: vt ſi pater ſciens obligetur pro filio exercente mercaturam, vel officium, quemadmodum ſi eſſet à patre præpoſitus, eo caſu tenebitur pater tanquam principalis, & cum qualitate cum qua obligatus eſſet, ſi pater iuſſiſſet propter ſimilitudinem huic diſtioni incluſam. ſic cōſuluit Carol. Ruyn. conſil. 123. ſuper eo. col. 1. in 5. volu. Pro exempli gratia etiam ſumi poteſt, vt in l. 2. §. ſeparata. ff. pro emptor. vt docet ibi gloſſ. quam ſequitur Iacob. in rubr. Cod. quemadmodum. teſtamenta aperiant. Aliis modis exponunt doctores in rubr. ff. ſoluto matrim. ibi qui libet videre poterit.

Vtilitas diſtioni quæ admodum.

Ex ſententia. id eſt ex opinione. vide quæ ſcripſi in l. aliud eſt capere. §. ſi. inf. co. licet in Pandect. Florent. legatur ſententiæ.

De diſtione Quomodo ſcribā in l. triplici. inſtr. eo. quia eſt actus legitimus, qui non poteſt pendere. l. actus. de regul. iuris. ff. ideoque pure debet præſtari, etiam in actu conditionali, l. & ſi conditionalis. ff. de auctor. tutor.

Aliud eſt, diuerſum eſt, l. aliud. in vtraque l. infra eodem. alibi de hoc ſcribam. videte quæ dixi in l. nil aliud. ſupra eod.

Condicere, in l. ſeq. elucidabitur.

Sane, pro certe affirmat, vt in l. ager. ſupra eod. Veterum authoritatem. Ex hoc text. colligi poteſt, quod authoritas veterum allegari poteſt. facit l. veteres. ff. de actionib. empt. l. ſub ſignatum. ſupra eo. & alibi paſſim. videte quæ ſcripſi in glo. concord. in verb. iura citare. in proœm. ſequentia verba noſtri text. elucidabuntur inferius, prout locus ſe offerret.

Authoritas veterum al legatur.

VLP IANVS LIBRO LXII. AD Edictum. Lex quinquageſima quarta.

Conditionales creditores dicuntur & hi, quibus nondum competit actio, eſt autem competitura: vel qui ſpem habent, vt competat.

Intelligenda eſt hæc lex, vt ille dicatur eſſe conditionalis creditor, cui debetur aliquid ſub conditione, & cui nondum competit actio: quia ſi competeret, non diceretur conditionalis, ſed creditor ſimpliciter. Et ita creditor conditionalis potius dicitur ſecundum quid. Quod prodeſſe poterit: nam diſpoſitio conditionalis nō eſt ſimpliciter talis, l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. oblig. Et donatio conditionalis non eſt proprie donatio, l. 1. ff. de donationib. ibi, dat aliquis, vt tunc demum accipiētiſiat, cum aliquid ſequutum fuerit: hoc non proprie donatio appellatur, ſed totū hoc donatio ſub conditione eſt. Hinc etiam dixi arbitri ſententiam ſimpliciter ſententiā dici non poſſe, in præſa. ad l. quod iuſſit. num. 65. ff. de re iudic. Et ſic vbi ſit mentio de creditore, non habebit locum in conditionali, vt ſcripſi in l. creditores. ſupra eo. & idem in alio actu.

Conditionalis actus non dicitur ſimpliciter

Item quamuis pater inſtituere teneatur, vel exheredare filium, l. inter cetera. ff. de liber. & poſth. ramen non ſufficeret inſtituere ſub conditione, que non eſſet in filij poteſtate. l. ſi pater. C. de inſtit. l. 2. ff. de hered. inſtit.

Et ita pater ex hoc text. quod ante conditionis euentum nō competit actio, nec eſt orta, l. cedere, infra eod. ſiue fuerit conditio expreſſa, ſeu tacita. glo. in l. item quia. ff. de pact. & ibi addidi, vnde dicit iſte text. quibus nondum competit actio.

Actio non datur ante conditionis euentum.

Eſt autem competitura. Inſtelligit hunc text. Alciat. quando quis mihi promiſit ceterum cum morietur: certum eſt enim tunc venturam conditionem. Sic etiam debere intelligi docet Alber. alioqui text. eſſet ſuperfluus ſecundum eum. Verum mea ſententia hic text. non poteſt intelligi de conditione omnino exitura: nempe qui ſub conditione ſtipulatur, que omnimodo exitura eſt, pure videtur ſtipulari, l. ſi pupillus. §. l. ff. de donationib. & ſic non diceretur conditionalis creditor. Ad hæc illa verba, Cum moriar non faciunt conditionem, ſed diem incertum, l. ſub conditione. & l. ſeq. ff. de condi. in deb. & l. 1. ff. de conditio. & demonſtra. ideo exemplum Alciat. non conuenit conditioni, neque eſt iſte text. ſuperfluus: quippe iſta verba, Eſt autem competitura, debent intelligi, quod actio eſt cum competitura, ſi veniat conditio: aut ſaltem creditor habet ſpem, vt competat. Et hoc ponit, vt excludat conditionem impoſſibilem, quia non dicitur tunc conditionaliſ.

Alciat. intelletus reſicitur.

creditor in ea: vt si quis decem mihi promittat, si cœlum digito tetigero, non valebit stipulatio, nec ille dicitur conditionalis creditor, cum nō sit actio competitura, neque habeo spem, vt competat. §. si impossibili. Instit. de inutil. stipula. & hoc etiam declarat postea iste text. vt sequitur.

Sub conditione impossibili nō dicitur creditor.

Vel qui spem habent, vt competat. Et sic actio est competitura, vel ego habeo spem, vt competat: quod non esset in conditione impossibili, in qua non habeo spem, vt competat. ergo sub ea non dicitur creditor, l. impossibilis. ff. de verb. oblig. §. si impossibilis. de inutil. stipu. in Instit. Et si dicitur conditionem euenire posse, vel non posse, l. cum ad presens. ff. si cert. petat. ergo omnino non est competitura. Respondeo, in hoc text. non dicitur omnino extititum, vel competituram, sed esse competituram actionem, si eueniat conditio: aut saltem creditor habet spem, vt competat, quam spem non haberet, si cōditio impossibilis esset, vt prædixi. Et illa spes in cōtractibus transit ad heredes, §. ex cōditionali. de verb. oblig. in Instit. secus in legatis, lege, quæ legata. ff. de regul. iuris, vbi pulchre Decius: & sic ex ista spe non dicitur creditor etiam in cōtractibus ante conditionis euentum. Vtilitates alias ad hanc legem dixi in l. creditores. in verb. vel sub conditione. supra eod. non repetam hic.

Conditio multis sibi imitur modis.

Adnotandum est, quod conditio variis modis sumitur. Primò pro actu suspensiuo, vt promittit decem, si Rex veniat: illa conditio suspēdit, & protrahit actum, donec impleta sit. ita capitur in l. 1. & per totum. ff. de conditio. & demonstra. & in tit. de conditio. instit. & in l. creditores. supra eod. & l. cede. re. ac l. inter illam. inf. eo. & in iure frequentissime.

Implere cōditionem.

Cōditionem implere, est seruire & facere quod dictum est in conditione: pro quo alibi parere dicit Iuriscōsul. in litem. de legat. præstand. l. quæ sub conditione. §. si quis. & seq. de conditio. institut. & impleta conditio pro completa, in l. qui libertatis. ff. de euitio, vbi utroque verbo vitur, & in tit. de fideicommissar. libert. & de statulib. d. litem. & data conditio sic dicitur, in l. Seia. ff. de vsur.

Deficit conditio.

Inde Conditionalis creditor dicitur, cui sub cōditione debetur, vt hic, & legatum conditionale, quod non est purum. l. necessario. §. 1. verfic. sanc. ff. de periculo & commod. rei vendit. sic vocatur. Conditionalis venditio, l. si fundus. §. fin. ff. de pig. & Conditionalis obligatio, l. licet. §. si verò. ff. de iure dotium.

Duplex cōditio, in potestate & extra.

Conditio deficit, quando impleri non potest, l. fenerator. ff. de nautic. fenore, vt si promittam decem, si Titius doctor effectus fuerit, & is mortuus sit, deficit conditio per eius mortem, & amplius impleri non potest.

Conditioes cōtra bonos mores remittuntur.

Conditio non aliq̄ dicitur esse in potestate nostra, aliq̄ non. l. itē à substituto. ff. de legat. præstand. declaratur in l. suis quoque. ff. de heredib. institut. docto. in l. si pater. C. de institut. & substitut.

Cōditio pro negotio.

Conditioes quæ contra bonos mores inseruntur, remittendæ sunt: velur si ab hostibus filius patrem suum non redemerit, & si parentibus suis, vel patrono alimenta non præstiterit, l. conditiones. ff. de conditionib. instit.

Cōditio pro causa.

Secundò accipitur conditio pro re, vel negotio, vt vigilauit, ob id meam conditionem meliorem feci. l. pupillus. in fi. ff. quæ in fraudem credit. l. semper. §. in hoc interdico. ibi, deteriozem conditionem fecisse. quod vi aut clam.

Tertiò, pro causa, l. si quis cum totum. §. si ancillam. ibi, in eadem cōditione est. de re iudic. & quifque fundus cum sua conditione publicatur, l. via constituit. §. si fundus. ff. de seruit. rusticor. prædio. iuncta l. alienatio. de contrahen. emptio. vbi dicit, cum sua causa. l. non debet alteri. ff. de regul. iur.

Quartò, conditio accipitur pro statu, qualitate, vel natura: hoc probat rubr. ff. de statu homin. iuncta l. & seruorum quidem vna est conditio. & l. in multis est deterioz cōditio mulierum, quàm viro. ff. de statu homin. l. si mihi. in princip. de seruit. rusticor. prædio. Est autem status quædam personæ qualitas, quæ in libertate, ciuitate, & familia consistit. glo. 1. in §. 1. de cap. deminutio. in Instit. l. fin. ff. de locis & itinerib. publ.

Pro statu & qualitate.

Eodem modo cenfeo capi in l. interdico. de precar. & in l. 1. de Salua. interd. l. cū exhibuissent. ff. de publica. l. 2. §. ex his. de verb. oblig. l. sepulchri violati. cum l. seq. de sepulchro violato. l. 1. de termi. mot. l. 1. §. præterea. ibi, non habita differentia cuius conditionis hominem interemerit. de sicariis, l. in bello. §. medio. de capt. l. rescripto. §. sed & si ex pollicitatione. de munerib. & l. vt gradatim. ibidem. l. fin. de iure immunita. l. fin. de proxenet. Et qui cum alio contrahit, non debet esse ignarus conditionis eius, cum quo cōtrahit, l. qui cum alio. ff. de regul. iuris. & l. in omnibus causis id obseruatur, vt ibi personæ conditio locum faciat beneficio. ibid. & melior fieri potest per seruos conditio nostra, nō deterioz. l. melior. ibidem. & l. seq. in fin. & l. sed & si hac. §. patronum. ibi, celat conditionem suam. de in ius vocan. & alibi, si mulier in conditione mariti errauerit, putaueritque esse liberum, qui seruus esset, l. si cum dotem. in fin. soluto matrimonio.

Conditio p̄ qualitate.

Pro qualitate autē seu iure, veluti cum dicimus, stultos non debere melioris esse cōditionis, quàm sint prudentes, & periti. l. Seruius. ff. quod vi aut clam. Et melior est cōditio in familia relicti, l. filii. in fin. ff. de bonor. possess. contra tabul. l. 3. in fin. de coniung. cum emancip. libert. Eiusdem conditionis homines, inquit Iurisc. in l. continuus. §. cum ita. de verb. obligat. l. sed & si vnus. §. seruus. ff. de iniuriis.

Pro natura conditio sumitur.

Item dicunt iura, pro sua conditione punietur, id est pro suo statu & qualitate, l. secularij. in fin. ff. de extraord. criminib. & l. 1. ibi, pro conditione admittentium. de termino moto, l. si quis aliquid. §. instrumenta. ibi, prout personæ conditio. de pœnis. l. nōnunquam. de iudic. & fere causa, status, & qualitas ad idem tendunt. nihilominus cum elegantius facturum arbitror, qui hæc adinuicem pro materia subiecta separabit, prout vni melius quam alteri conueniet, l. vltim. in fi. infra eodem. Veluti etiam dicitur cōditio humana, pro ipsa natura, vel ipsius generis humani fragilitate, l. quidā in memoriam humanæ conditionis. ff. de conditionibus instit. l. Titia. §. fin. ibi, si mihi per conditionem humanam contigerit. de auro, & argento legato.

Conditio p̄ pactione, cōuentione & optione.

Quintò, cōditio pro pactione, promissione, vel cōuentione capitur, vt accipere conditionem, l. parti, l' offre. de quo Budæ. in Forens.

Sextò, conditio pro optione, l. 1. §. si quis in fraudem. ibi, in re quidem distracta deservi debet conditio emptori, vtrum malit habere rem emptam iusto pretio, an verò à re discedere. ff. si quid in fraudem patroni. Quæ omnia nude admodum refert Spiegel. his verbis: Conditio est modus, ratio, lex, padio, padio, fortuna, status, locus, ius, causa.

Cōditio est personalis actio.

Conditio cum, & est personalis actio, per quam cum illis agimus, qui nobis aliquid dare, vel facere promiserunt. §. sic itaque. de actionib. in Instit. & idem est dicere, cōditionem indebiti, vel actionem pro indebitito, sicque in aliis. per text. in l. certi conditio. ff. si certum petat. vbi prius dicit, certi conditio, & postea hæc actio, & in l. 3. §. 1. ibi, competere actionem, quæ ex hoc contractu nascitur, id est conditioem. ff. de condit. caus. data. Et conditio actio, id est personalis actio, l. qui se debere, §. 1. ibid.

§. j. ibi. Cōditio autem à verb. cōdicere deducitur, quod significat denuntiare: quod prius creditores debitoribus denuntiare debeant, antequā agant, alio qui non consequentur expensas, si in primo termino res confiteatur, per l. quidā Iberus. vbi scriptum. ff. de seruit. vrb. prædio. Iason & alij in l. vinum. ff. si certum petatur.

Creditor denuntiare debet, vt sicut debet.

Cōditio ex lege quantitas datur.

Item si fuerit obligatio noua lege introducta, nec tantum sit, quo genere actionis experiamur, ex lege agendum est. l. vna. ff. de condit. ex lege. Idem si ordinatio vel cōsuetudo inducat obligationem, agendum erit actione ex illa ordinatione, vel consuetudine, quæ vocatur conditio ex lege. l. 1. C. de condit. ex lege. l. omnimodo. de inofficio. testa.

Condicere à repetere.

Condicere interdum pro repetere, vt condicere fructus, l. fundi. ff. de exception. l. sape. in fin. supra eod. Condicere indebitum, l. si indebitum. ff. rem ratam haber. & in tit. de condit. indeb. vt si dedidim decem ob causam, videlicet vt manumittas seruum: si non manumittis, cōdicere possum, quia ob causam dedi, quæ non est sequuta, prout habetur toto ritu. ff. & C. de condit. ob causam dator. Idem si ob inhonestam turpēme causam dedi, datum condicam. in tit. de condit. ob turpem causam. Item si quis abique causa promiserit, obligationem condicere potest, l. 1. ff. de condit. sine cau. ex quo titulo eliciuntur cancellationes instrumentorum, quæ frequētes sunt in patria Occitana. Nec non rem furatam condicere licet condictione furtiua, vt in tit. ff. de condit. furt.

Intellectus facit ad multos ritus.

Cancellari ones instrumentorum unde proferta sint.

Nonaratio cur tritica via non detur pro pecunia mutua.

Spes an donari & remitti possit.

Ad hæc conditio tritica datur pro omnibus rebus, excepta pecunia numerata, l. 1. ff. de condit. tritica. Excipitur autem ea de causa pecunia numerata, quia pro ea iam prouisum est per certi cōditionem. ideo noluit Iuriscōsul. aliud superfluum adhibere remediū, quicquid dicant docto. in rubr. & in l. 1. de tritica. ff.

Spem habere, id est sperare, vt dicitur in l. quod dicimus. infra eod. & donari spes potest. l. spes. C. de donationib. ac remitti. l. 1. C. de pact. Bar. & alij in l. fin. ibidem. nec vendi quoque prohibetur. l. nec emptio. ff. de cōtrahen. emptio. l. si iactum retis. de actio. empt. Diogenes interrogatus quidnam in vita extremum esset, spes dixit. & Theocrit. *Επιθυμία ἢ ἄσπαστος ἀνδραγαθία ἢ δὲ, δὲ, ἄσπαστος*. id est, spes est inter vitios, extra spem verò sunt defuncti. Tamen Socrates ait, *ὄρε γὰρ χάρις ἀνδρῶν, ὄρε δὲ ἀπὸ ἀγαθῶν χάρις πόνου γωνῆς ἢ χροῖας*. hoc est, neque mulier sine viro, neque bona spes abique labore vitæ quicquā parit. Erat in Chiliad. de spe, quam fingit deam, & egregia de illa scripsit carmina. ibidem videre est liberum cuique.

Competere pro pertinere.

Competat. Competere pro pertinere, spectare, l. aliud est staus in fin. ibi, poenā autem vnusquisque irrogare potest, cui huius criminis, siue delicti executio competit. infra eodem. l. 1. ibi, non videbatur agendi facultas competere. de eo quod certo loco. l. penult. de seruis exportand. Inde dicanici in libellis scribere solent, *vel demande telle maison, qui luy compete & appartient*. & intelligitur ex quocunque titulo, & quo modo ocunque competat, siue iure dominij, vel alterius iuris, per prædicta. l. quod in stipulatione. ff. de viuris. Ideo si quis donet illa omnia, quæ sibi in tali loco competunt, viderit etiam res suas donare. quamuis Felinus in cap. inter dilectos. col. 1. de fide instrum. contrarium dicat, videlicet intelligi de his ad quæ actionem tantum habemus. Sed cum late pateat hoc verbum, sicut verbum pertinere referat & ad dominium, & ad ius, per ea quæ scribam in l. verbum illud pertinere. infra eod. maxime secundum vsum vulgarem loquēdi Fræciæ.

Competere libertates.

Competere libertates, pro debet exponit Iuriscōsul. in l. 4. §. 1. & seq. iuncto §. si non heres. & l. 5. ac l. herede. & l. si legatario. ff. de fideicommissar.

libert. vbi promiscuè dicitur libertates compete. etc. & in aliis debet.

Competit actio, id est datur, conceditur, l. non potest videri. infra eo. l. 1. §. idem Papinianus. 3. ibi, non debere, ei hanc actionem cōpetere. ff. de dolo. l. in causa. 2. in princip. de minor. l. si longius. §. fin. iuncta l. non alias. in fin. & l. de eo. ff. de iudic. vbi primò dicitur competere, postea dari actionem, vel concedi. l. diuus. de in integr. restitut. vel habet actionem, dicit text. in l. si is cuius. ff. ex quib. caus. maior. Competit actio in patrem, id est datur. l. 1. §. si filius. ff. de his qui dececer. vel effuder. vbi prius dicit datur, postea competit. l. communi diuidendo. §. Iulia. com. mun. diuid. l. certi conditio. si certum petat. l. quotiens. §. si creditor. de pecul. Competit aduersus possessorem actio, idem, l. 1. in fin. ff. si ager vestigal. vel emphyteu. petat.

Competit actio.

Actio ei dicitur competere, cuius pecunialiter interest, l. si liber homo. ff. ad exhibend. Competit exceptio, idem, in l. nec non. §. penult. ff. ex quibus caus. maior. iuncta l. quamuis. §. planē. ad Velleian. vbi dicitur dati exceptionem. l. exceptiones quæ personæ de excep.

Competit exceptio.

Competere, pro simul petere. Inde competitior, qui cōcurrit cum alio in beneficiis, magistratibus, seu honoribus petendis, qui apud Roman. candidatus vocabatur, l. generaliter. §. spurius posse in ordines allegi. nulla dubitatio est: sed si habeant competitorem legitime quæsitum, præferri eum oportere. ff. de decur. & fil. eor. Et ius pontificum sapius hoc verbo vitur, maxime in cap. fin. cum aliis multis iuribus. de elect. in 6.

Competitor quis dicitur.

Inde iudex competens, quod ab actore & reo peti possit, iustus iudex, & legitimus illorum, l. cum quadam. ff. de iurisdic. omnium iudic. l. fin. §. si fenerator. quod mer. caus. l. competens iudex. C. de alend. liber.

Competens iudex quis.

Forum competens dicitur pertinēs, conueniēs, & forum legitimum partium adinuicem contententium, vt in rubr. de foro competent. in decretal. & in 6. ac clem. & in rubr. C. de iurisdic. omnium iudic. & de foro competent. quod Iuriscōsul. vocat tribunal. competens, in l. sed & hæ. §. nō solum. ff. de procurat.

Forum competentis.

Quinque verò in hac competentia (vita dicam) cōsideranda sunt, videlicet persona, res, causa, tempus, & locus: vt docet Bald. in l. 1. col. penult. C. si à non competent. indice iudicat. fuerit.

Quinque requisita in iudicis cōpetentia.

Competens portio, id est congrua, cap. 2. §. vbi autē. decim. in 6. & de hac cōgrua portione scriptum in tract. meo de congrua portione, quæst. 1. quem adiunxi tractatui de decimis. Cōpetens remediū, conueniens & congruum, lege, præles provinciar. ibi, competenti remediō deformitati auxilium ferat. ff. de officio præsid. Competens tempus exponit Imponit in l. fortissimi. C. de eroga. milita. anno. libr. 12.

Competens portio.

Competenter puniantur, aptè, appositè, l. qui falso. ff. de testib.

PAVL. LIB. DECIMOSEXTO breuis Edicti. Lex lv.

Creditor autem is est, qui exceptione perpetua submoueri potest. qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori.

Duo tradit iste tex. primum est, quod creditor is dicitur, qui non potest exceptione perpetua repelli. Secundum, qui autem repelli potest exceptione

temporali, similis est condicionali creditori.

Creditor non est qui repellere potest.

Ex primo dicto a contrario sensu apparet, quod dum quis excludi potest, & repelli, creditor non est. Alciat. hic dicit, quod antequam per exceptionem submoueat, creditor ipso iure sit oportet: & tamen quia lex considerat effectum, non dicitur creditor. Lex enim arbitratur debitorem exceptionem oppositurum, hac ille. Sed mihi videtur, quod etiam ipso iure creditor dici non possit, qui perpetua exceptione remoueri possit, tum quod ista lex solum considerat, quod possit remoueri, velut probatur in his verbis: Qui exceptionem temporalem timet, &c. & lex in l. i. is cui, §. creditores. ff. de actionibus. vbi sic dicitur: Creditores eos accipere debemus, qui aliquam actionem, &c. vel cuiusdam habent, sic tamen ne exceptione submouentur, ff. de actionibus, & obligat. Si ergo repellantur, non dicuntur creditores, repellere possunt, vt dicitur in tex. & Paul. ait nihil interesse, ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur, l. nihil interest. de regul. iur.

Solutum repetiturus exceptione perpetua.

Et qui perpetua exceptione se tueri potest, solum repetiturus, qui hominem in fin. ff. de solutio. & ideo non dicitur debitor, nec ille cui debetur, dicitur creditor.

Item debitor non dicitur, qui exceptione perpetua repellere potest actorem, l. debitor. infra eo. Sic nec creditor, cum debitor & creditor sint correlatiua, & statutum in vno, ceterum in altero statutum, l. i. & seq. Cod. de cup. p. lib. r. Sic & obligatum accipere debemus, qui exceptione tueri se non potest: ceterum si potest, dicendum est non esse obligatum, l. vel obligatus. ff. de liberal. caus. Idem est non esse debitorem, vel posse repellere debitorem exceptione perpetua, l. Fulcinius. §. si in diem. cum §. seq. ff. quibus ex caus. in possess. eatur. Proinde si ob falsum creditum, vel ob falsam petitionem missus est quis in possessionem, vel si exceptione submoueri potuit, nihil ei prodest hoc edictum, quia propter nullam causam in possessionem missus est, l. i. §. proinde. ff. ne vis fiat ei. ibi, parificat falsum creditum & exceptione submoueri: & dicit nullam esse causam in vtroque, ergo nec obligationem, l. iurisdictio. §. sed cum nulla. ff. de pact. sic non potest dici creditum, nec debitum, nec creditor, nec debitor, l. si dari. ibi, quasi nulla sit, exceptione obstante. ff. de verb. oblig. l. & eleganter. §. seruus. de dolo. Et indebitum dicitur, cum per aliquam exceptionem peti non potest, l. si non fortem. §. indebitum. ff. de condit. indeb.

Creditorum nomine non continetur qui repellere possunt.

Creditor etiam dici non potest, qui dubia exceptione repellere potest: vt promitto si Titius consil factus fuerit, quia dubium pro perpetuo sumetur, l. sufficit. ff. de condit. indeb. facit l. eleganter. §. non solui. de dolo. gl. in cap. si gratiose. de rescript. in 6. Et sic condicionalis creditor dici poterit, de quo in precedenti l. conditionales. dictum extitit. Si tamen debitor, cum exigeretur debitum, non opponeret exceptionem, creditor esset, & debitor quoad effectum. & sic intelligi possit Alciati sententia, licet vix ex eius verbis id colligi possit.

Submouere pro repellere.

Ex quibus constat, constitutiones loquentes de creditoribus, vel debitoribus, non habere locum in his, qui exceptione perpetua excludi possunt: aliasque utilitates colligite ex l. creditoribus. cum seq. supra eo. & si bona illius essent alicui acquisita, non posset exceptionem perpetuam omittere in fraudem eius, cui acquisita sunt bona, vt alibi dicitur.

Submouere, hic capitur pro repellere: vt creditor nulla exceptione submouetur, l. 2. §. penult. & fin. ff. de dol. excep. vbi prius dicit, doli exceptione repellatur, & demum submouetur. & l. apud. ibidem, iuncta l. 2. vbi dicitur, exclusio. ff. de exceptio. facit

l. i. de exceptio. rei vend. & l. Nefennius. de re iudic. ibi, nulla creditor exceptione submouetur. l. i. §. proinde. ne vis fiat ei. & dictus §. creditores. l. in pupillo. & l. si remi. de except. rei iud. l. obligationum fere. §. plane. de actionib. & oblig. & multa deprehenduntur, quibus submouetur petitor. l. qui foueas. in fi. ff. ad legem aquil. Interdum iurisc. ait exceptione doli remouebitur, l. si opera. ff. de doli exceptio. l. re tuebatur exceptione. l. si procurator. ff. de doli except. l. si is qui. de condit. indeb.

Per contrarium ait Iurisc. locum habet exceptio, l. eleganter. §. si quis post eodem. Opponitur exceptio, l. nam postea. §. praterea. ff. de iureiuran. l. qui agnitis. de exceptio. l. cum macipium. de adil. edicto. Defenditur per exceptionem, l. duobus. §. colonus. & §. seq. ff. de iureiur. Obstat exceptio, l. egi. ff. de except. rei iudic. l. duobus. §. igitur. & l. iustitiam quod. §. r. de iureiuran. Obicitur exceptio, l. filius. ff. de exceptionib. Vtitur exceptione, l. dolo facit. ff. de doli except. l. sed & si possessori. in fine. de exceptionib. Nocebit exceptio, l. sed si ante. ff. de exceptio. l. i. de exceptio. rei vend. l. cum in ea. de edilit. edict. Obest exceptio, l. si mater. ff. de except. rei iudic. Prodest exceptio, l. Iulianus. 2. ff. de rei vindic. Datur exceptio, l. exceptiones opponuntur. ff. de except. l. cum sponfus. de Publicia. Nec est differentia, siue scribatur per b, vt submouere, vel per m, vt submouere: siquidem his promiscue vtuntur Iurisc. & frequens est vsus istorum verborum apud eos.

Addunt alij exemplum exceptionis perpetuae sumptum ex quadam Regni nostri consuetudine, vt illius debitum, qui capite truncatus est, alio modo per condemnationem extremum passus fuerit supplicium, extinctum dicatur, nisi sit debitum priuilegiatum. nam tunc possessor horum bonorum debitum persoluet. videte text. in l. si pupilli debitor. ff. de solutio. in quo perpetua iuuatur quis exceptione, licet remanserit obligatus, vt quia mada pupilli soluerat eius creditori absque tutoris auctoritate. Tamen de iure fideus succedens condemnato ad mortem, debet solvere debita, l. si debitor. C. de sentent. p. s. & ista est etiam consuetudo Regni, vt docet Bened. in cap. Raynurius. in verb. & vxorem. num. 850. de testam.

Submouere, arcere, terrere, l. pupillus. §. territorium. infra cod. Submouere, tollere, dissolueret, l. si vnus. §. si stipulatus. ff. de pactis. ibi, totam obligationem submoueri. Submouere pro remouere. vnde iudices pedanei, si corrupti esse dicantur, submouentur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur, l. si quis. 2. §. iudices. de poen. ff. Submouere a premio, id est repellere, l. edicto. §. penult. ibi, submouendos esse ab huiusmodi premio. ff. de iure fidei. Submoueri a successione patris filij non debet, idem, l. si. in princip. ff. de bonis damnat. alias phrasas tunc omittam.

Qui autem temporalem exceptionem timet. Exceptiones temporales sunt, quae non semper locum habent, sed euitari possunt. Gaius in lege tertia, ff. de exceptionibus. vt pactum de non petendo ad tempus, §. appellantur. Infitur, de exceptionibus. Sicut dicitur de actionibus in titu. de perpet. & temporal. actionib. & in l. atqui. de negot. gestis. & temporales praescriptio, in rubric. de diuersis, & temporalib. praescript. Dico differentiam inter praescriptionem & exceptionem in meo tract. exceptio. in quarta quaestio. Perpetuae sunt, quae semper locum habent, nec euitari possunt, qualis est doli mali, rei iudicatae, &c. Vlpian. in d. l. 3. nam §. perpetuo agatur, perpetuo excipietur, l. pure. si. fina. ff. de except. rei iud. abunde scripti in d. tract. except. & in l. creditores. supra eodem.

Extinctum an dicatur debitor eius qui supplicium vitam finitum.

Summonere, arcere, tollere, repellere, remouere.

Exceptiones temporales quae & perpetuae.

Perpetuum

Perpetuum impedimentum, quod perpetuo obest, l. inter stuprum. §. penult. infra cod. vbi dicitur, & alia phrasae adducuntur.

Timere quae dicitur exceptionem.

Timor. Is dicitur timere exceptionem, dum competit aduersario, quia timet, ne si petat debitum, exceptio temporalis obiiciatur aduersus illam petitionem.

Timor, metus & trepidatio idem.

Timor, metus, & trepidatio sunt fere synonyma, vt probatur in l. i. iuncta l. metum. l. & l. nec timorem. cum aliis legibus illius tit. ff. quod metus caus. vbi timor mortis vel cruciatus corporis annullat actum, non ipso iure, sed per restitutionem, l. metum. in magna. §. ex hoc edicto. ff. quod metus cau. Et solent in hoc Regno impetrari literae Regiae ad annullandum illum contractum metu factum, vt scripsi in tracta. de rescit. contract. in praefat. 2. tomi commentar. in constit. Regias Galli. & in meis interpret. ad illum titulum quod metus causa. ff. Timor feruitus. l. ego. ff. quod metus cau. Timor in familia. l. nec timorem in familia. ibidem.

Timidus quis.

Timidus. in l. qua sub conditione. ibi, alij perquam timidi metu diuini numinis. ff. de conditio. in fit. & ij qui praeter modum timent redhiberi possunt, l. i. in fin. ff. de edil. edicto. Mediocriter vero timere fatius esse iudicarem, quam suam nimia audacia petulantiam ostendere: cuiusmodi videmus passim ignaros, & stolidos audaces, efferentes illud Iuuenalis Satyr. l. i.

Aude aliquid breuius Gyaris & carcere dignum, Si vis esse aliquid.

Et quando timendum sit vel non, docet Aristot. ca. p. 5. lib. 2. rhetor.

Tutus exceptione temporali quomodo sit creditoris condicionali similis.

Similis est condicionali creditori. Is ergo, cui debetur in festo Paschatis, vel ad aliud tempus, est similis condicionali creditori: nempe sicut prohibetur agere condicionalis creditor ante conditionis euentum, l. cedere diem. infra cod. plene Bart. in l. ita stipulatus. in prima quaest. ff. de verb. obligat. ita, qui est debitor in diem, l. in diem. ff. de condit. indeb. siue dies certus sit, siue incertus, l. i. ff. de conditio. & demonstratio, & sicut condicionalis debitor ex iusta causa cauere copellitur, ita & debitor in diem, l. in omnibus bonae fidei. ff. de iudic. Tamen hi differunt, quia debitum sub conditione solum per errorem ante conditionem repetitur, l. sub conditio. ne. ff. de condit. indeb. sed ante diem solum non: quia debitor in diem est adeo debitor, vt ante diem solum peti non possit, l. in diem. ff. de condit. indeb. & in aliis multis, quae nunc misse facio. At sufficit quod sit in aliquibus similis, licet non in omnibus, c. tibi qui. de rescript. in 6. Quomodo enim etiam sufficit in aliquibus dissimilitudo. l. si qua poena. infra cod. Interdum vero ad personam dirigitur similitudo, vt hic: quandoque ad res, & Iurisc. dicitur dicitur similibus rebus, in l. propemodum. infra cod. Aliquando respicit materiam, vt in l. haec verba, ille aut ille. ibi, simili figuratone. infra cod. Similiter in l. malum. §. viduam. & l. penult. infra cod. alia scripti in concord. in verfic. similis forma. post formam liter. executor.

Differentia inter condicionali, & ad diem de bisorem.

Similitudo personarum res ac materia respicit.

VLP IANVS LIBRO LXII. AD Edictum. Lex quinquagesima sexta.

Cognoscere instrumenta est relegere, & cognoscere.

Haec lex tres habet partes, prout continet tria dicta. 2. ibi, Dispungere. 3. liberorum. primo dicit quid sit instrumenta cognoscere: & est ea relegere: & cognoscere, nempe cum alicui offeruntur chirographa, ipse relegit illa, & cognoscit an ea scripserit, necne.

Annotandum est quod variis modis sumitur cognoscere primo cum ad scripturam refertur, significat relegere, & cognoscere. vulgo, cognoscere, vt hic: quod facit ad intellectum ordinatio. Regie, tit. de recognoscantur des cedules. vbi cognoscere instrumenta, vel chirographum, seu schedula dicitur, qui constituitur eam a se scriptam, licet heget in ea contenta. doct. c. Odoardus. de solutio. gloss. & doct. in auth. contra qui propria. C. de no numerata pecu. Cognoscere igitur vulgo noscere, quod Iurisc. dicit approbare literas, l. si procuratorem. ibi literis eius approbatis. ff. de procuratorib. Proprie etiam cognoscere est iterum cognoscere. l. peregre. ff. de acq. possessio. ibi, vel si postea cognouisset locum. & l. si. ff. de bonis autho. iud. possid. & l. 3. §. exhibere. de tabul. exhib. l. diuus. l. §. ite Senatus. de falsis. Proprius & vltimus est cognoscere, quae cognoscere, quod pars facit, quando sua scriptura ei exhibetur. Verum quia haec recognitionis chirographorum materia est in iudicis frequentissima, & plane sciri non potest, nisi cum diutina praxi, & rerum experientia, ob id artem ipsam cum practica coniungo, ac iura Regni super hoc edita elucidauit in 1. tomus commenta. in ordin. Reg. Gallie. in tract. de chirographo. & schedul. recognitio. ibid. cui libet liberum est videre, quod hic deficit, ne repetitione arguar.

Cognoscere varie capitur.

Recognoscere quid.

Chirographum & acceptilatio quid.

Iudex de causa cognoscere dicitur.

Cognitio tam civilis quam criminalis intelligitur.

Commisssa causa cognitio, & destinationem includit.

Arestum, vt ibi dicitur datur causa, vbi est commisssa.

donec

donec causa fuerit decisa ratione predicta. scripti in titul. de causis, in concord. Franc.

Cognoscens iudex. Cognoscens dicitur iudex, qui de causa cognoscit, in l. i. ff. ad senatusconsult. Turpill. l. i. §. diuus Scuerus. de quaestio.

Cognitio, cognitores. Cognitio, actus cognoscendi, l. cognitio. ff. de offi. eius. l. i. §. diuus Pius eo. Budæ. tamē in Foren. dicit cognitores causam vocari procuratores: & si addas cognitorem publicum, vel Regium, procuratorem Regium intellige. sequitur Alciar. lib. 6. parerg. cap. 5. Etiam potest pro iudice, qui de causa cognoscit, accipi, vt alibi scripsi.

Cognoscere mulierem quādo quis dicatur. Tertiō verbum cognoscere interdum refertur ad mulierem, vt vir cognouit talem mulierem. Et duobus modis cognoscitur mulier, scilicet spiritaliter, & carnaliter. spiritaliter sic videlicet mēte diligendo, vifendo, & eam docendo, non tamen multum vifendo, vt in cap. monasteria, de vita & honesta. cleric. c. hospitalium. vers. foeminam. 32. distinctio. ibi, mēte dilige. Igitur licet mulier bona, siue confanguinea, siue affinis, sit diligenda: tamen eius nimia familiaritas est præcauenda, c. perniciosum. r. q. 2. vnde dicit Hieronymus: cum viris habitent foemina, non deierit viscarium diaboli, c. veniens. de eo qui cognouit consangu. vxoris suæ. In de dicit Hostien. in rubr. de eo qui cognouit consanguinea vxoris, Ni fugias actus, vix cuitabitur actus. Hos ergo vix, ne moriaris in a. Videte d. c. hospitalium. & c. presbyter. 32. distinct. Carnaliter vero cognoscitur mulier, cum quis rem habet cum illa: & hoc duobus modis, licitè & illicitè: licitè per matrimonium rite contractum, per totum tit. de sponsal. & matrimon. Hinc testes ad vitandum sinistram opinionem, cum deponunt se cognouisse mulierem, dicunt se honeste cognouisse, scilicet per vifum, vt excludat carnis cognitionem: & ita solent indices attestaciones dictare. Illicitè verò, scilicet cum peccato, ca. transmissa. de eo qui cognouit consangu. vxor. quod multis modis contingit, videlicet per adulterium, vt per totum tit. de adul. Per incestum, nempe cū consanguinea, vt in rubr. de incest. nupt. C. c. significasti. de diuort. Item per sacrilegium, vt si deo dicar, videlicet moniales quis cognoscat. cap. virginibus. & ibi gloss. 27. q. 1. Aliquando per fornicationem, quādo solutus coit cum soluta, c. 2. de filiis presbyr. Interdum contuberniose, scilicet quando mulier presbyterum admittit, cum quo matrimonium de facto contraxit: sic vocat ius canonicum illud matrimonium damnans, in c. sane. 2. de cleric. coniga. Etiam inter seruos contubernium dicitur, quod inter liberos matrimonium, l. cum ancillis. Cod. de incestis nuptiis. Quandoque monstruose, scilicet contra naturam: de quibus est periculū maius exprimere, quā tacere. Hostien. in rubr. de eo qui cognouit consangu. vxor. suæ.

Praxis testium deponentium de cognitione mulieris. Quartō, cognoscere sumptus litis, id est cognoscere, & demū prestare. l. si vt certo. §. idem Labeo. ff. commod. ibi, sumptus plane litis, ceteraq; equū est eum cognoscere, qui commodatum accepit. iuncta l. sed si. §. 1. & §. plane. ad exhibend.

Alias etiam dicimus, quod mali persequuntur bonos. ad Galatas. c. 4. qui secundum carnem natus erat, persequeretur spirituales, ca. qui secundum carnem natus erat. 23. q. 4. Et boni etiam persequuntur malos: sed mali nocendo per iniustitiam, iusti vero & boni consulendo per disciplinam: illi immaniter, isti temperanter: illi saeuientes cupiditate, isti caritate. c. si ecclesia. c. n. m. i. 23. q. 4. Communiter vero persequi non dicitur, nisi qui ad malum cogit: qui autem vel factum iam punit, vel prohibet, ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. ca. non vos. 23. q. 5. quae latius discutienda relinquo theologis, tanquam eis propria.

Affectum.

Affectatur autem, qui tacitus frequenter insequitur, litem apud. §. affectatur. ff. de iniur. & §. seq. ac §. si quis libello dato vel Principi, vel alicui, famam alienam insectatus fuerit, iniuriarum erit agendum. ibid. Alia fuerunt dicta in d. l. actionis verbo. quantum attinet ad hanc materiam, supra.

CAIVS LIB. VIGESIMO QVARTO Ad Edict. Prouinciale. Lex lvij.

Licet inter gesta & facta videatur quaedam esse subtilis differentia: attamen κατὰ χριστιανὸς inter gestū & factū nihil interest.

Subtilitas sine vilitate reuocatur.

Huius legis principium fuit declaratum in lege Labeo. 2. supra eod. & per Alcia. lib. 1. disunctio. cap. 4. Colligi tamen ex isto text. potest, quod subtilitas sine vilitate non est recipienda, vt quae plerumque perniciose errare faciat. lege si seruum. §. sequitur. vbi l. aso. ff. de verb. obligatio. Et nimia subtilitas improbat in l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dotium. & in l. lege. C. de legit. hered. quia iudicia restantium plerumque ob nimiam defraudantur subtilitate. l. si quis heredem. in fi. C. de infir. substit. & restit. & in perniciem reuertitur, l. sancimus. C. ad Rebel. Et vanam subtilitatem videt Imperator in l. fin. de legib. Et benignius attenditur, licet subtili ratione in contrariū videatur, in l. per fundum. ff. de seruitu. rustic. praedi. Subtilitas vero iurium interpretationem respiciens, dum alias nimium curiosa non sit, aut vana, approbatur in iurium interpret. l. vna. C. de profess. qui in vrbe Constantinopol. lib. 12. abunde ista scripsi in interpret. l. vnic. no. 8. C. de sentent. quae pro eo quod interest.

Alia & gestata an differant.

Secundo colligere possumus ex hoc text. multa videri, quae non sunt, vt hic videtur subtilis differentia, attamen κατὰ χριστιανὸς nil interest: & aequitas suggerit, licet iure stricto deficiamus, l. 2. §. item Varus. ff. de aqua pluuiarum arcen.

Aliter legi in quibusdam exemplaribus antiquis, nempe sic: Licet inter gesta & acta videatur, &c. Et tunc vult dicere, quod licet gesta proprie dicantur esse, quae sunt in administratione magistratus, & in rebus maioribus, & ad rem publ. spectantibus, vt gesta Alex. gesta Caesaris: acta vero rerum priuatarum & minorum ac familiarum, vt dicit Valla lib. 4. c. 9. & haec subtili erintuenti, verum tamen κατὰ χριστιανὸς pro eodem saepe capiuntur: & ita promiscuum horum vsum videmus apud Iuriscos. vt probaui in l. Labeo. 2. supra eod. in Pandect. tamen Florent. est inter gesta & facta.

Licet quomodo accipiatur.

Aliter legi in quibusdam exemplaribus antiquis, nempe sic: Licet inter gesta & acta videatur, &c. Et tunc vult dicere, quod licet gesta proprie dicantur esse, quae sunt in administratione magistratus, & in rebus maioribus, & ad rem publ. spectantibus, vt gesta Alex. gesta Caesaris: acta vero rerum priuatarum & minorum ac familiarum, vt dicit Valla lib. 4. c. 9. & haec subtili erintuenti, verum tamen κατὰ χριστιανὸς pro eodem saepe capiuntur: & ita promiscuum horum vsum videmus apud Iuriscos. vt probaui in l. Labeo. 2. supra eod. in Pandect. tamen Florent. est inter gesta & facta.

Licet, hic pro quamuis accipitur, & tunc semper ferè sequitur dictio aduersaria, tamē, vel attamen, vt hic, & in l. licet in popularibus actionibus procurator dari non possit, tamen, &c. ff. de procurat. l.

licet. de iudic. l. statua. in fi. de usufruct. licet. 1. & 2. & l. qui neque. supra eo. & l. in vulgari. in fi. l. notionem. in fi. & l. fugitiuus. infra cod. l. i. finiu regund. ff. ibi, actio in personam est, licet pro vindicatione rei est, id est quamuis actio finium regundorum sit in personam, tamen datur ad vindicandū, quia per eam quodammodo vindico partem meam, & tu vindicas tuam.

Interdum est aduerbium concedentis, licet, pro esto, vulgo dicimus faciamus, vel demus sic esse: & apud orato. hoc est frequens, pro fac esse.

Licet verbum sumitur pro liberum est, fas est. l. cum in testamento. infra cod. l. diem proferre. §. si plures arbitri fuerint, & diuersas sententias dixerint, licebit sententia eorum non dari. ff. de arbit. l. non distinguemus. §. de officio. ibi, nec enim aliud illi licebit, quam quod ibi, vt efficere possint cautum est, ibid. refectionis. §. penult. ibid. l. si cui. ibi, per quamlibet eius partem ire agere licebit. de seruitu. l. sed & si. de seru. vrb. praed. l. sicuti. in fin. si seruit. vindice. l. 1. de noxal. l. de atate. in fin. de interroga. actionib. l. in actionibus. de in litem iurad. l. si quis officium. de ritu nuptiar.

Licet, id est liberum est, fas est.

Licet contrahentibus se circumuenire.

Licet naturaliter contrahentibus se circumuenire, l. in causa. §. penult. ff. de minor. id est possunt contrahentes se decipere, cōcessum illis est. l. item si pretio. ff. loca. l. cōmunis. ibi, vt & liceat. de in ius vocand. alibi de hoc scripti.

Licet pro expediri, permittitur.

Licet pro expediri, l. Iulianus. §. 1. ff. de actio. emptio. ibi, differentiae ratio est, quia fugitiuum quidem in ius vocare, quia domus tutissimū est refugium: pro nulli permittitur, liberum est, in l. plerique. de in ius vocand. l. nemo de domo sua inuitus extrahi debet. ff. de regul. iur. Item in l. si is qui. ibi, quae amplius oneris quam licuit vexit. ff. si seruitus vindicetur. l. certi cōdictio. si cert. pet. ibi, licet enim nobis ex omni contractu certū cōdicere, dummodo praesens sit obligatio. l. coiri societatem, & simpliciter licet. l. ex conducto. in princ. loca. De stipulatione habere licere loquitur l. stipulatio ista. ff. de verb. oblig. & l. veditor. & l. non tamen, & l. si rem. de enctio.

Licet per leges.

Licet per leges, id est leges permittunt, l. 1. in fin. ibi, item si qua alia iusta mihi causa esse videbitur, in integrum restituum, quod eis per leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta Principum licebit. ff. ex quibus causis maior. iuncta l. nec non. §. quod eis. ibi, quae clausula non illud pollicetur restitutum, si leges permittat, sed si leges non prohibeant. ibid. l. si ades. i. in princ. ibi, nec altius mihi aedificare liceat. de seru. vrb. praed. & sic intelligetur tit. ff. si cui plus quam per legem Falcid. licuerit, legatum esse dicatur. Item regulariter licet accipitur pro fas est, ius est, licentia habeo. Vt quibus ad libert. proclam. non licet. A quib. appellat. non licet. & rubr. vt in flumi. publ. nauigar. liceat. rubr. C. ne liceat potentior. & rub. ne liceat in vna eademque. & rub. nemini licere signum saluatoris Christi, humi vel in marmore aut insculpere aut pingere, & titu. quādo liceat ab empt. discedere, & quādo. liceat sine iudice se vindicare. Et vt nemi. liceat sine iudicis authorita. signa rebus imponere alienis. & rubr. nulli licere in frenis & sellis. libr. 1. & in rubr. non licere habitator. meteo. c. ibid. & in rub. vt nemini liceat in compara. specie. cum aliis multis. Hinc licita res, id est à iure permessa, non prohibita, l. nec praetermittendum esse, quod Pompon. ait, ita demum hoc verum esse, si honeste & licite rei societatis coita sit. ff. pro socio.

Intellectus ad multos iuris titulos.

Licita res.

Licito iure.

Licito iure, in l. si cum seruum. §. 1. ff. de donatio. inter virum & vxor. licitam donationem scribit Iuriscos. in l. de fructib. ff. de donat. inter vir. & vxor. Licet

Licentia. Licentiam quāvis plerunq̄ rhetores & grammatici accipiunt pro libera & temeraria facultate faciendi quodlibet, & loquēdi: tamen Iurifconsul. quandoque pro permissiōe libera non temeraria v̄ntur: & sic in bonam partem, quemadmodum verbum licere, l. Imperatores. ibi, licentiam habere prius cum tutore agere. ff. de minorib. & iurisdicōio est iudicis dandi licentia. l. Imperiū. vbi docuit. ff. de iurisdic. omnium iudic. l. fructuarij. ibi, vt securus consequatur fructuarij fruendi licentiam. si v̄sus fruct. pera. l. 4. in fi. ibi, licentia agenti est. de noxal. l. communi diuidendo. §. inter eos. comm. diuid. l. sed ea. de sponsa. Et Cicero lib. officior. 1. vt enim pueris non omnem ludēdi licentiam damus, sed eam quæ ab honestis actiōibus non sit aliena.

Liceo vel liceor. Liceo vel liceor, id est rei in publicis venditiōibus expositæ pretium adaugeo: quod Gallicè dicimus, *mettre à l'encherer*, quādo bona subhastantur. l. arbor. §. 1. ibi, qui de vestibulo liceri cogitur. ff. communi diuid. Vnde licitari est tale pretium augere, cum videlicet altercatur inuicem emere volentes. l. item quod dictū. in fi. ff. de in diem adiect. ibi, deinde prior emptor aduersus eum licitatus sit, & animosè licitatus. in l. si pignori. ff. fam. ercif.

Licitari. Licitator is est, qui auget pretium, l. licitatio. §. licitatores vestigialium ad iterandum conductiōnem, antequam superiori cōductiōni satisfaciāt admittendi non sunt. ff. de publica.

Licitator. Licitans pro eodem, d. l. licitatio vestigialium, quæ calor licitantis vltra modū solitæ conductiōnis inflauit, &c. ibidem.

Licitans. Licitatio actus ipse licitandi, id est ipsa auctio. d. l. licitatio. l. si ibi, per licitatiōem vilis eam accipiat. ff. de alienatio. iudic. l. & si sine. de minor. l. nam ad licitatiōnem. fam. ercif. un. item Labeo. §. 1. ibidem. l. communi. diuidend. in fin. commun. diuid. multa de his scripsi in tractatu meo, de præcon. & licita. in 2. tomo comment. in consit. Reg. Gallic. ibi videri potest materia in forensi iudicio valde frequens.

Licitatio quid. §. Paternos libertos rectè videmur dicere nostros libertos: liberorum nostrorum non rectè nostros libertos dicimus.

Iste tex. in persona filiorum & patrum loquitur, sic dicens, Quod nos filij rectè dicere possumus libertos patris nostros. nam quodammodo sumus domini bonorum paternorū, etiam in vita patris, & continuatur dominiū in nos, l. in suis. ff. de liber. & posthu. Et libertos accipere debemus eos, quos quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam, & libertatem perduxit. l. 3. §. 1. ff. de suis & legi. hered. quod est vtile ad sequentia.

Primò docet Petr. in l. sciendum. in princip. ff. qui satisd. cogan. bona patris immobilia filio prodesse quoad satisfactiōnem sistendi in iudicio, tum quod loco domini habeatur, tum quod bona patris filius possit dicere nostra, vt hic. multa tamen accidere possunt, quæ prohibebunt bona ad filium venire: vt si pater vendat, vel delinquat, ob quod fisco bona applicentur, vel alias. Et est commune prouerbium, multa accidere posse inter calcem supremæque labra. l. naturalem. §. 1. ff. de acquiren. rerum domin. §. illud. de rerū diuisio. in Instit. ideo ista successiōnis spes non debet arēdi. l. post emancipatiōnem. §. fi. de liber. lega. licet Parisiis contra. nec locupletior dicitur filius antequam adcat. l. pretia rerum. ff. ad legē Falc. vnde Bar. & alij istam Petri sententiā improbant in d. l. sciendum. quia filius vere viuo patre nil habet ex bonis paternis, sed potest ea dicere nostra quoad spem succedendi. ibi scripti.

Bona patris sua bona filius vocare potest.

Item si pater subeat munera, non tenetur filius ea subire. glos. singular. in l. 2. C. quando & quib. lib. 10. & ibi plene addidi. facit text. in l. diximus. §. si pater. ff. de excusa. tuto. quia pater & filius sunt vna identitas. his verbis vtitur Bal. consil. 234. decretum. col. 1. primo volu. & vna & eadem persona censentur. l. fin. de impub. C. & Bal. consil. 289. conseruado. col. 2. vol. 2. ait quod pater & filius in muneribus & honoribus ad intellectum vnius personæ referuntur. Ideo filius, licet nihil habeat, poterit eligi ad ciuitatis officium, si pater habeat trecenta, & statuto caueatur neminē nisi trecenta habentem ad officia admittendum, teste Alber. in d. l. in suis. Cuius. consil. 132. duo fratres. idē si eligendus in consulem debeat habere domum, vt Cathurci. nam si pater habeat, sufficit filio, vt in d. l. sciendum. Bal. in l. 1. §. illud. C. comun. de manumissio. vbi domus patris cēsetur domus habitatiōnis filij. Et si offendi possit non soluens collectam, si pater soluat, non licebit filium offendere, per gl. in d. l. 2. qui æra. vel profess. lib. 10. Et patris & filij vnum est testamentum. l. patris. ff. de vulgar. vbi Areti. dicit patris & filij vnus esse nuptias, si simul fiant patris & filij festa.

Item si debeat amputari manus cōdemnato ad certam pecuniā pro delicto, nisi sit idoneus solutiōni illius pecuniæ, ille censetur idoneus, cuius pater est soluendo, vt docet Cepol. consil. 21. in fin. & Alex. in authen. præterea. C. vnde vir & vxor. dicit illum non esse pauperem, qui patrem habet diuitem: ideoque non debet ei remitti pecunia tanquam pauperi, sicut solet quandoque remitti de tentis in carceribus: nec pro gradu adipiscendo in scholis debet quicquam remitti filio patris diuiris, nec loca debent his dari, si pauperibus addicta sint collegiatis.

Præterea domini appellatiōnem etiam filius fam. continetur. l. 1. §. domini. 3. ff. de fenatuscon. Silan. vnde inferunt docto. quod pœna imposta offendenti dominum, habebit locum in offendente filium eius. quod mihi non placet. Siquidem pœna amplianda non sunt. l. cum quidam. ff. de liber. & posthu. l. interpretatiōne. de pœnis. Et quamuis filius veniat appellatiōne domini in illo ritu. de fenatuscon. Silan. quia scilicet ibi interest reipub. extendi: non id tamen obseruari debet in odiosis, nisi expresse extensiōnem factam esse inueniamus. tætor tamen vasallum offendentem filium puniendum esse, non tamen feudo priuandum, nisi illum occideret, vt in §. similiter. titu. quibus modis feudum amitta. quia ita cautum est.

Ad hæc nullum diuortij ratum erat, nisi septem ciuibus Romanis puberibus testib⁹ adhibitis, præter libertum eius, qui diuortij faciebat. Libertum ibi accipimus etiā eum, qui à patre, auo, proauro, & ceteris sursum versus manumissus fuerit. l. nullum. ff. de repud. & ibi glo. citat istam legem. Alia multa huc pertinētia congerit Iac. in d. l. sciendum. & D. Tiraquel. in l. si vnquam. in princip. nu. 20. & seq. C. de reuocand. donatio.

Limitetis non procedere quoad administratiōnem, veluti filius non potest recipere solutiōnem à debitoribus paternis, nec eos liberare viuente patre: quod si fecerit, non nocebit liberatio patri, nec quidem filio, etiam si postea patri heres extiterit. l. filius. vbi gloss. & doct. C. de pact. Bal. consil. 14. & seq. in 1. vol. & Iason. consil. 7. in 3. volu. Georg. Nathan in repet. c. quāuis pactum. col. 18. de pact. in 6. Et sic nomine tenus vocat filius bona patris, & quoad spem ea consequēdi post obitum patris, sed non quoad vsum & administratiōnem. Petr. de Vbald. in tracta. de duobus. fratrib. in 8. parte. quaestio. 21.

Idoneus est filius, cuius pater est soluendo.

Domini appellatiōne au filius cōtineatur.

Feudo en priuatur of fendens filij domini.

Diuortium quot adhibitis testibus fiebat.

Solutiōni à debitoribus paternis filius recipit.

Filiorum hereditas an debeatur parentibus.

Sed e contra libertos liberorum pater vel mater non rectè dicit suos, vel nostros: quia parentibus non debetur filiorum hereditas, propter votum parentum, & naturalem erga filios caritatem. Turbato tamen ordine mortalitatis non minus parentibus quā liberis pie relinqui debet, l. nam & si parentibus. ff. de in offic. testam. Alibi Pompo. sic ait: Non sic parentibus, vt liberis, parentum debetur hereditas, cum parentes ad bona liberorum ratio miseratiōnis admittit, liberis naturæ simul & parentum commune votum. l. scripto. ff. vnde liber. & miraculum quodammodo videtur filium acquirere patri. Et hic filius fortunæ rectè vocari potest, maximè si triduo ad dignitates immeritus ascenderit, & postea descenderit. Atque ob oculos multa parent exempla, quæ in nostris non merentur scriptis locari. facit l. 3. §. habetur autem. ff. de afsignat. libert. l. si quis hac lege. §. sed si castrensem. qui & à quib. manumiss. liber. non fiant. l. seruum à filio. de iure patron. quod intelligēdum putat glo. cum filius ex peculio castrensi seruum acquisierit, illumque manumiserit, vt pater non possit talem libertum, nostrū appellare: alias dicit posse. quam distinctiōnem ego non approbarem. nam hodie siue filius manumiserit seruum castrensem, seu aduentitium, pater non videtur eum nostrum posse appellare, quamuis habeat vsum fructum in bonis aduentitiis. l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. per istum text. generaliter loquentem, & quia non habet dominium, vt diximus in l. rectè. supra cod. nisi verbotenus, & quia non diffidit ex causa necessitatis filij non recusaturū, & quoad vsum fructū.

Domus patris vel bona sufficit filio in muneribus.

Idoneus est filius, cuius pater est soluendo.

Domini appellatiōne au filius cōtineatur.

Feudo en priuatur of fendens filij domini.

Diuortium quot adhibitis testibus fiebat.

Solutiōni à debitoribus paternis filius recipit.

Filiorum hereditas an debeatur parentibus.

Intellectus ad l. si quis hac lege.

Materna bona filius an nostra dicere possit.

Iura quæ cōsanguinitatis ratione obtinentur.

Retrahitus iuratiōne cōsanguinitatis competit.

Quartò, cōsanguinei tutelam & curam gerunt cōsanguineorum, vt in toto titu. ff. de legitum. tutor. & Instit. de legit. agnat. tutel.

Quintò, ad successiōnem admittuntur, de legit. agnator. success. in Instit. & heredib. ab intesta. venien. colla. 9. cum aliis similibus.

Sextò, quia cōsanguineis senibus datur modica coercitiō in iuuenes cōsanguineos. l. vna. C. de emend. propinquor. & Bonifa. de Vital. in tract. de malefic. rub. quibus est concessa correctiō.

Septimò, creditor cognatus in licitatiōne prædij debitoris cōsanguinei data paritate præferitur, l. 1. ff. de priuil. creditor. l. Imperator. de pact. Boer. in decisio. Burdegal. q. 76. proximiori.

Octauò, si finita emphyteusi veniat extranei, & cognati, præferitur cognati. Bar. in d. l. 1. vbi dicit, posse appellari, si hoc non fiat, & iusta erit appellatiō.

Nonò, episcopus debet fauere potius executoribus coniunctis testatori, quàm extraneis, cum discordant in executione testamenti. d. l. Imperator. vbi Bal. & alij. ff. de pact.

Decimò, executores qui volūt erogare bona in pauperes, cōsanguineos pauperes testatoris præferre debent aliis, qui sunt extranei, in quibus non concurrit duplex pietas: prima carnis, l. alumna. §. fin. ff. de adimen. lega. altera specialis, quia pauperes sicut extranei. Angel. & Imol. in l. illa in institutiō. ff. de hered. instit. etiam si uellent distribuere spurio testatoris. Imol. ibi col. 7. & in l. captatorias. col. 4. ibid. Alexand. in l. diuus. ad legem Falcid. vnde ait diuus Ambrosius: est probanda alia liberalitas, vt proximos seminis tui ne despicias, si egere cognoscas. melius est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum depolcere, aur alicui postulare subsidium necessitatis: non tamen vt eos diuites facias, cap. est probada. 86. distinct. Sunt qui ex bonis pauperū dirant cōsanguineos, qui rectè fures vocari possunt, & sacrilegi, si ex bonis ecclesie.

Vndecimò, sine mādato agit cognatus pro cognato, l. exigendi. C. de procurator. l. sed & hæ. illo titu. ff.

Duodecimò, valet legatum de realia coniuncto factum, l. cum alicnā. C. de legat. & cap. filius. de testam. vbi doct. abunde tractant.

Decimotertiò, stipulari potest coniunctus coniuncto, Iason in l. 1. ff. de in litē iuran. col. 2. per l. 3. §. 1. versic. sed & si forte. ff. iudica. solui. vide tamen gloss. & docto. in l. fideiusoris. ff. de pactis.

Decimoquartò, potest episcopus testari de donatis per cognatum. Barba. in tracta. de præstan. cardinal. in 3. q. 1. partis, per c. requisisti. & cap. quia nos. de testam.

Decimoquintò, potest cognatus impetrare literas iustitiæ & ad beneficia sine mādato, glo. in c. ad aures. & c. nonnulli. §. fin. de rescript.

Decimosexto, in c. sciant. de elect. in 6. excommunicatus est is, qui iniuste prosequitur cōsanguineos clericorum, vt ibi addidi.

Decimosextimò, in l. in testamēto. iuncta gloss. ff. de fideicom. libert. vbi relictum in vltima voluntate etiam minus solemniter, quādo est factum coniuncto directo: vt ibi addidi. facit l. 1. C. de fideic. Decimo octauò, coniunctorum præsentia facit cessare præsumptiōnem fraudis, & metus, l. transactiōnem. C. de transactiō. gloss. in c. literas. in verb. præferim. de præsumptiōibus.

Decimononò, inducit præsumptiōnem donationis. l. Procula. ff. de probat. doct. in l. cum quid. de rebns cred.

Vigesimalò, aliud pro alio inuito creditore solui potest ratione cōsanguinitatis, l. si domus. §. qui constititur. ff. de leg. 1. gl. & doct. in l. 2. ff. si cert. pet.

Vigesimalprimò, in l. tutor petitus. §. 1. ff. de ex-

Legatum coniuncto factum quando valet.

Stipulatio quando valet facta cōsanguineo.

Cōsanguineus impetrat beneficium sine mādato.

Excommunicatus est qui cōsanguineos prosequitur clericorum.

Præsentia cōsanguineorum fraudis præsumptionem cessare facit.

In licitatiōne quando cōsanguineus præferatur.

Cognati in emphyteusi præferuntur extraneis.

Pauperes cōsanguinei extraneis præferuntur.

Legatum coniuncto factum quando valet.

Stipulatio quando valet facta cōsanguineo.

Cōsanguineus impetrat beneficium sine mādato.

Excommunicatus est qui cōsanguineos prosequitur clericorum.

Præsentia cōsanguineorum fraudis præsumptionem cessare facit.

Pater offerens post delictum filium cum libera re quando videatur.

Fideiusor confanguineos recusare non potest.

Inter duo testamenta verum prius conficitur.

Valetudo etiam confanguineorum excusatio.

Liberti & libertini eadem significatione.

Patris liberti praeferuntur alio.

cusa, tutor. donatio potius facta censetur ratione confanguinitatis, quam remuneracionis: quia est efficacior quam remuneratio. Rom. singul. 646. donatum. doct. in l. si donatione. C. de colla.

Vigefimo secundo, in l. milites. §. desertorem. ff. de re milita. vbi sic dicitur, desertorem, qui a patre suo fuerit oblatas, in deteriorē militiam diuus Pius dare iussit, ne videatur, inquit, pater ad supplicium filium obrulisse. vnde dicit Cepol. cautel. r. & sequenti, per illum tex. quod si pater filium post delictum commissum iudici exhibeat, & offerat, quod debet venia donari filius. & Iason in l. r. col. 2. C. de his quib. vt indi. Tamen vix hoc cum seruetur, nisi Principi quoque offerretur: quietiam adhuc immineret periculum. De quibus alibi dixi. Et ego si patēr essem, vellem filium offerre, si euadere aliter non posset.

Vigefimo tertio, fideiusor iudicio iusti qualiscunque fuerit pro parente & necessariis personis recusari non potest, l. r. in ius vocati vt aut, quoniam pro locuplete accipitur, l. quoniam. ibid. & l. 2. qui satisfat. cogan.

Vigefimo quarto, confanguinei degere possunt, & communicare cum confanguineo excommunicato citra excommunicationem, c. inter alia. de sentent. excommunicatione. doct. in c. 2. de exceptio.

Vigefimo quinto, Bar. in l. r. §. non autem. ff. de bonor. possessio. 2. tab. & Curr. in l. 2. §. r. col. penul. ff. si cert. per. dicunt quod si duo reperiantur testamenta, & nescitur vtrū fuerit prius, vel posterius, illud priualebit, in quo fuerint instituti cōfanguinei.

Vigefimo sexto, vocandi sunt cognati & affines, an velint pupillum defendere, antequam creditores in possessionem bonorum pupilli mittantur, l. hęc autem. §. r. ff. quibus ex causis in possessetur.

Vigefimo septimo, non potest in ius vocari, qui finis familiare ducit, l. 2. ff. de in ius vocando.

Vigefimo octauo, valetudo non solum sua, sed & confanguineorum excusatur a contumacia. glo. in c. cōmuni. 23. distinct. Iason & alij per illum text. in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. scripti in tract. de excusa. seu exonis, in 3. tomo comment. in constit. Reg. Gallic.

Vigefimo nono, prodest hęc confanguinitas ad illa, quae scripti cōmōda notitiā scholasticā in tracta. de scolastic. priuileg. 104. vbi multa singularia scholastica notitiā congesti.

Vltimo, videte alia cognatorum iura per l. r. ff. de his qui mortem sibi conficiuer. l. Iuriscōsult. vbi etiam gloss. de gradib. confanguini. l. vt vim. de iustitia & iur. l. ex facto. ad Trebellia. l. sciant. C. de legitim. heredit. & l. r. quand. mulier tutel. offic. fungat. cum auth. ibi posita. l. neganda. qui accus. non possunt. l. vna. ad legem Cornel. de sicar. in l. vna. C. de salgamo. lib. 12. Bar. in l. presbyteri. C. de sacrosan. eccles. §. eadem. quib. ex caus. manu. licet. in Instir. §. si quis alij. de inutil. stipul. ibidem. & Iacob de bello viti in pract. rub. de questio. nu. 138. fol. 86. & pra. cunctis legite Matth. de Afflic. in tracta. de iure protomilicos. §. r.

Liberti autem siue libertini sunt, qui ex iusta seruiture manumissi sunt, l. libertini. ff. de statu homi. §. l. de liberti. in Instir. & quamuis Valla nonnullas inter hęc verba assignet differētiās, tamen promiscue his vtinur iure, vt scripti in l. pronuntiatum. §. fin. supra eo, vbi loquitur de libertina. de liberto loquitur l. sciendum. l. Modestinus. & l. assignare libertum. l. peruenisse. & l. seq. & l. pronuntiatio. §. r. ac l. Scruola. infra eod.

Patris liberti praeferuntur alio. Paternitasq; liberti sunt patris liberti, quemadmodum sic paterna praedia dicimus, l. milites prohibentur comparare praedia in his prouinciis, in quibus militant, praeterquam si paterna eorum sit

cus distrahat. ff. de re militari. Paterna hereditas, l. tutor. §. r. ff. ad Velleia. ibi, & cum paterna hereditate se abstinere vellet.

Paternum crimen, quod pater admisit, l. crimen paternum, vel poena paterna nullā maculam filio infligere potest. nam vnusquisque ex suo admisso fori subicitur. ff. de poenis. nec filius spurius afficitur crimine paterno, id est illo coitu illicito patris, cap. nunquam. §. 6. distinctio.

Paterna habitatio est, in qua pater olim inhabitabat, vel nūc, l. ex duobus. ff. de neg. gest. quamuis glo. exponat ibi paternas. id est factas a patre. Hinc quoque vulgariter dicimus in successioneibus, paterna paternis, & materna maternis deferuntur, l. quicquid. C. de bonis maternis.

Alias Paternus est nomen proprium viri, l. officium. §. Paternus quoque. ff. de re milita.

VLP. LIB. SEXAGESIMO OCTAVO Ad Edictum. Lex lix.

Portus appellatus est conclusus locus, quo importantur merces, & inde exportantur: eaque nihilominus statio est conclusa, atque munita. Inde angiportum dictum est.

Portus vocatur locus clausus, siue conclusus, intra quem portantur merces, & ex eo in alium deferuntur locum. inde quidam dictum portum existimant a portando, quod eo merces portentur, & ex illo exportentur. Et conclusus dicitur, quasi simul clausus. Cicero. 7. in Verrem: Cingitur atque concluditur ipse portus vrbe. vnde Gallice dicimus *enfermé*. Sunt tamen quidā portus, vt aquarum mortuarum, non omnino conclusi.

Vnde in portu impingere, seu vt Graeci dicunt, *ἰν πῶρῳ ἰμπερῶν*, a nautis sumptum adagium, qui priusquam portu exierint, nauim illidunt. Dicitur etiam contra illos, qui negotio propemodum iam confecto, in extremo degenerant: vt de sene, qui in aliena aetate luxuriatur.

Methaphorice quoque portum accipimus pro quolibet loco tuto. inde sapius parōmia hac vtimur: Ego in portu nauigio, id est in loco tuto sum, & lōge a periculo. Et res in portu est, id est in tuto. Et qui sese ad tranquillam tutamque aliquam vitae rationem traducunt, in portum se recipere dicuntur. Virgil. lib. 7. Aeneid.

Nunc mihi parua quies. *omissis*, in limine portus. Facite egregij Principes, vt per vos id mihi dicere liceat.

Porticus autem vocatur a nostris Gallice *porche*, spatium sub dio intra domus ambitum. Sed magis est receptaculū ad imbres subterfugandos, & vmbrae ac deambulationis gratia factum. & appellatione domus porticus etiam venit. vnde legata domo vel vendita, & porticus domui adherens legata aut vendita censetur. l. cetera. §. hoc senatusconsulto. 2. ff. de leg. 1. l. pen. de damno infec. Et has porticus dicit Crapald. in tractat. de partib. adium Tyrrenos primos domibus addidisse, quos deinde Romani sunt imitati, & celeberrimas Romae porticus construxerunt. vnde Martialis.

Claudia diffusus vbi porticus explicat umbras. Vnde non immerito, vendita domo, censetur (vt dixi) vendita porticus. Bar. in l. meminisse. de offic. proconsul. Cepol. in tract. de seruit. vrb. p̄d. c. 44. vbi docet porticum domi affixam venire domus appellatione. l. si quando. 2. de oper. public. ibi vide alia. Et de porticatione tex. in l. funeris. 2. ff. de religiof. & sumptib. funer. vbi porticationes puto dici quādam septa, quae circa sepulcrū fiebant. Et porticum ambulatoriā scribit Iuriscōf. in l. sicuti. §. r. ff. si

Impingere in portu.

Portus pro loco tuto.

Porticus quid significet, et quis imenerit.

Naulum quid.

Quilibet ad portus conseruatio ne tenetur, & quomodo.

Porticatio. Porticus ambulatoria.

Ciuitatis nomine an portus continentur.

Delicta in portu commissis, a iudice ciuitatis sunt puniendā.

Contractus in portu fieri debet pro more ciuitatis.

Portus sunt publici, & solum in eis Rex capit.

Testamentum factum in portu Sarracenorum valet.

Vestigal portus Rex accipit.

ff. si seruit. vindicet. l. si vt certo. in fin. commoda. Et ista sunt vtilia ad sequentia. Primò an appellatione ciuitatis veniat portus: quod sic, probatur in cap. vbi. §. porro. de electio. in 6. vbi si Papa moriatur in mari, vel in portu, debet fieri electio in illa ciuitate, cuius est portus. Et ita tener Felin. in cap. Rodolphus. col. 4. versic. 2. conclusio. de rescript.

Secundò delictum commissum in portu, debet puniri per eum, qui habet iurisdictionem in illa ciuitate, cui adheret portus, vel est proximus. nor. Bar. & alij in l. infula. ff. de iudi. & l. vna. C. de class. lib. r. vbi Angel. dicit quendam piratam in portu Pisano fuisse captum, & capite truncatum. Et sicut congruit bono praefidi purgare prouinciam malis hominibus super terra. l. cōgruit. ff. de offi. praesid. ita super portu & mari. Rebuff. in d. l. vna. per illum text. si tamen sit aliquis praefectus portubus, is iurisdictionem in portu habebit, si non adherat ciuitati, vt dixi in l. vinculorum. infra eod.

Tertio contractus factus in portu, censetur factus in ciuitate, & debet fieri secundum consuetudinem illius ciuitatis, cui adheret portus: vt si debeat fieri in ciuitate per duos notarios, quemadmodum hic Parisiis, idem quoq; obseruari debet in contractu facto in portu: & idem in testamento, quādo portus erat proximior ciuitati: secus si ruri, quia tunc censetur factum ruri. Bald. in l. fin. C. de testam.

Quarto, portus sunt publici, l. 3. ff. de rerū diuis. ideo gabella, quae soluitur in portu, est Regis, & de Regalibus, c. vno. quae sint Regalia. nisi ciuitas sibi praescripserit. d. cap. vno. Cepol. in tract. de seruitu. rustic. praedior. c. de portu. fol. 82. Tamen si vi tempestatis nauis accesserit ad portum, non debet aliquam pensionem, nec onus. teste Iacob. in d. l. infula. per l. Caesar. ff. de publica. & vestigal.

Quinto, testamentum factum in portu Sarracenorum valet, nec dicitur factum in terris Sarracenorum: sed in loco publico tam Sarracenorum, quam Christianorū, quia portus sunt publici. per §. flumina. In Instir. dererit diuis. Et si coram duobus testibus factum sit, valet, quia non apparet, quae forma testamenti ibi seruetur, ideoq; ius gentium feruari praesumitur. Bar. in l. 2. C. quemad. testam. aperiant. Bal. in rub. de rerum diuis. ff. col. 6. Barba. in clem. ne Romani. col. 93. de electio.

Sexto, vestigal seu redditus portus Regi debetur, vt superius dictū extitit, & scripti in l. inter publica. supra. eod. Si tamen alicuius priuati sit, tunc dominus in cēsum deferre debet. l. forma. §. lacus. ff. de censib. & illud vestigal, quod pro portu penditur de rebus inuectis, portorium vocatur, in l. 3. C. de vestigal. c. super quibusdam. de verb. signifi. Exigens autem illud vestigal, portitor vocatur, vel qui homines nauigio transuehit, vt dicam in l. in lege censoria. infra eo. Naulum verò est pretium, quod pro vectura soluitur. l. huius enim. ff. qui portor. in pigno. habeant. Et pro infante in nauinaro nihil debetur, quia vectura eius non est ponderosa, licet tardiosa sit, ob frequentem clamorem, neque his omnibus vtitur, quae ad nauigationem vsum parantur. l. sed addes. §. si quis mulierem. ff. locati.

Septimò, quilibet etiam priuilegiatus tenetur conferre ad conseruationem, seu reparacionem portus. l. ad portus. C. de operib. public. etiam si non haberet in ciuitate habitacionē, dum tamē habeat in illa iurisdictione possessionē. l. si. C. de muner. patrimo. lib. 10. Oldrad. consil. 104. circa. & Luc. de Penna in l. si. de quibus munerib. ibid. & Guido Papa q. 372. de vinteno. in decis. Delphi. Intellige has expensas esse contribuēdas non pro capite, sed pro modo possessionum, non solum in his, sed etiam in munitionibus viarum publicarum, aggerum, &

aliorum munerum. per text. in l. 2. C. de immuni. nem. cōced. lib. 10. vbi Bar. & Rebuff. quod seruire potest Turonens. & Andegauenfibus. Idem cum ciuitas refarcire damnum ex statuto debet, vt concludit Alber. in 2. parte statutor. q. 66. & seq.

Idem in procuracionibus Legatorum, vel Episcoporum, quae a viris ecclesiasticis fieri debet. confuluit Anchar. consil. 248. ad praedicta. in 2. qu. per cap. sopite. c. cum instantia. & cap. procuraciones. de censib.

Ita quoque via reficienda est iuxta domum vicinitatem per quemlibet dominum domus, l. aediles. ff. de via public. Cepol. in tract. de seruit. rustic. praedio. c. de seruiture via. q. 25. Et ad hoc etiam clerici cogi possunt, vt docet Bened. in repet. c. Raynurius. in verb. domum. nu. 17. de restam.

Vitiatur quod diximus de procurario nibus, quando impensa foret modica, quia tunc solum vicini independent. Rebuff. & Platea in l. si. C. de immuni. nemi. cōced. lib. 10. de magistris portuū & limitum ac viarum dicā in l. vinculorū. infr. eo. aut nisi esset pauper, vt docet Bal. in tract. stat. in verb. munus.

De multiplici portu quoad Theolog. reficio vos ad Berconrū in reductorio moralium verb. portus.

Conclusus locus quo importantur merces, &c. Conclusus portus dicitur simul cū ciuitate clausus, vt portus Mafsiliae, composito verbo a claudo: vnde clausam pecuniam & triticum dicit Iuriscōsult. in l. in nauē. ff. loca.

Alias claudere est cingere seu circuire: vt ciuitas aquarum mortuarum est aquis clausa.

Claudere delinquentem, est includere, vincire. inde Iuriscōf. ait, clausos accipere debemus, & si sint vinculi: si tamen ita vinciti sint, vt omnino eorum pere vincula nō possint. l. si quis in grau. §. clausos. ff. de fenatus. consil. Silan. l. vinaria vasa. in fi. ibi, quia aliud in his claudi possit. infra eo. & clausus in carcere. in l. verum. infra eod.

Claudus, qui pedibus clausus est, adeo vt recta incedere nō possit, qui morbosus dicitur, in litem claudus. ff. de aedil. edict. ideo equus claudus venditus reddhiberi potest, vt ibi. Et an claudus ordines sumere possit, decidit text. in c. r. & vlti. 49. distinct. & c. si quis in infirmitate. 55. distinct. scripti in praxi beneficial. ad dispensa. cum corpore vitiatis.

Inde claudicare est claudē incedere: sic per translationem dicimus iudicium non debere claudicare, sed recte debere reddi, aequalitatē inter actorem & reum seruando, vt est text. in cap. cum inter. vbi Dec. 6. no. de except. Contractus etiam claudicare dicitur, quando tantum alter contractum obligatur: vt si quis cum pupillo cōtrahat, maior obligatur, & non pupillus. l. Iulianus. §. si qui a pupillo. ff. de actio. empti. Sic quoque matrimonium non debet claudicare, videlicet vt vnus sine altero obligetur, scilicet maior & non minor, tuncq; non recte incedit, nec vtroq; tramite. c. de illis. r. vbi glof. de desponsa. impub.

Concludere igitur, vt praediximus, est simul claudere. ita capitur hic. Interdū concludere pro conpetere, dare. l. vna. §. hoc iudicium non ad id quod interest, sed quanti ea res est, concluditur. ff. si quis ius dicen. non obtempera. Concludere pro comprehendere, Cicero. pro Caelina, ea tamen si verbis interdicti non concluditur, tamen sententia iuris atque autoritate retinetur. Concludere, finire, vt paucis concludam. sic in l. 2. ibi, reddhibitoriam actionem sex mensium temporibus, vel quanti minoris anno concludi. C. de reddhibitor. actio.

Inde conclusiones, sunt breues sententiae paucis claudentes orationem, quas quandoque rhetores perorationem vocāt, quod in conclusione omnia veluti in vnum acerum breui colligantur.

Procuratio nes pro modo possessionum fluen de, & viatorum repa ratio.

Conclusus locus.

Claudere variē capitur.

Claudus, morbosus est.

Claudicare iudicium.

Concludere variē accipitur.

Conclusiones.

Concludere est includere: vt apum fera natura est. itaque quæ in arbore nostra confederint, antequam in alio concludatur, non intelliguntur esse nostræ. & ibi, si alius eas incluserit. l. naturalem. §. apud. ff. de acquir. rer. domin. & §. apum. de rerum diuis. in l. i. tit. facit l. & eum. ibi, ingenuū iuuenem admodum rapuit, atque concludum. ff. de vi public.

Conclusio est finis & perfectio actus: vnde in fine iudicij dicimus concludum in causa, dum allegationibus & probationibus renuntiati est, c. pastoralis. de caus. possess. c. cum dilectus. vbi glos. de fide instrum.

Conclusio contractus attendi debet, text. no. in l. si voluntate. C. de rescin. vend. quia multa dicuntur, quæ non fiunt, nec concluduntur: inde conclusio, id est actus perfectio, debet attendi. l. sciendum. l. s. dictum. ff. de adil. edicto. alios text. allegat Bald. in l. multum. C. si quis alteri vel sibi. & Dec. consil. r. in princ. & las. consil. 22. in fin. vol. 3. & consil. 24. col. 7. ibid. Idem in conclusione libelli, & alijs actibus, vt semper spectanda sit conclusio. probatur in l. edita. C. de edendo, & l. i. ff. eodem. Barba. tradit in consil. 1. col. 6. in 2. volu. & consil. 8. ibid. & consil. 38. col. 12. ibid. ac 34. col. 2. in 3. volum. Dec. consil. 62. alia addidi ad d. l. si voluntate.

Contrariū verbo includere, quod est intra claudere, habemus excludere, quasi extra claudere, id est repellere, eicere. l. Gemma inclusa auro alieno, vel sigillū candelabro vindicari non potest: sed vt excludatur, ad exhibendū agi potest. ff. ad exhiben. Et excludatur gemma, id est extra anulum ponatur quæ iam erat inclusa. Inde Iurifconsul. ait, excludi eum oportere præscriptione in factum data, id est repelli, reici, l. penul. vbi hæc verba habentur. ff. de except. & l. 2. §. 1. ibi, semetipsum excludit, quando appelland. sit.

Excludi ex exceptionibus, est repelli ob exceptiones, quæ contra procuratores opponuntur, vt quando non est procurator, aut non legitime constitutus, de quibus scripti in tract. exceptio. in verb. procuratoria. facit l. procurator. 3. ibi, & propter hoc exceptionibus procuratoriis excludi possit. ff. rem ratam haberi.

Exclusus re videtur, qui eam amisit, l. nemo videtur re exclusus, quem prætor in integrum restitutum pollicetur. ff. de in integrum restit.

Exclusus exceptione, reiectus per exceptionem, id est ope exceptionis, & oppositionis, l. fin. ibi, ad duas res petendas procurator datus, si vnam rem petat, exceptione non excluditur. ff. de procurat. l. si cum fundum. ibi, non aliter me conuentionis exceptione debere excludi. ff. de pact. l. 1. famil. ercisc. ibi, potest eum excludere per hanc exceptionem. Exclusus præscriptione, pro eodem. l. vim. §. præscriptione quinq; annorum crimen incestus coniunctum adulterio, non excluditur. ff. de adulter.

Excludere querelam, l. Papinianus. §. quoniam autem quarta debita portionis ad excludendum querelam sufficit. & §. 4. ibi, inofficiosi querelam excludit, id est repellit. ff. de inoffi. testam. Excluditur actio, idem, l. si seruus. ff. vi bon. rapt. Inde exceptio dicta est quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cuiusque rei solet, ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationemque deductum est, l. 2. in princ. ff. de exceptio. elucidauit in tract. de excep. q. 2.

Excludi tempore, aut temporis spatiis, pro impediti exponit Adria. Cardin. in suo lib. de sermo. Lat. quod probat, tum per rhetores, tum per Iurific. & primo per l. si tamen. ff. de adil. edict. Sed vt paucis agā, in omnibus fere legibus adductis per eum excludere accipitur pro expellere, repellere, & reicere: aliquando tamen pro impedire, ne possit tem-

pus agere liceat, vt in d. l. si tamen. ibi, non nocet emptori, si sex mensium exceptione redhibitoria exclusus, velit intra annum astimatoria agere. ibi verò non loquitur text. de exclusione repositis. Sed si consideretur, quod actio redhibitoria durat sex mensibus: quanto minoris emissam, quæ astimatoria dicitur, durat anno. l. 2. C. de adil. actio. Is ergo, qui fuerit exclusus exceptione redhibitoria, id est repulsi, quia non venit infra sex menses, non prohibetur intra annum astimatoria agere. sic intelligendus est ille text. allegat etiam l. quærebatur. ff. ad Turpill. vbi sic dicitur: Quærebatur an ij, qui ab accusatione tempore exclusi essent, in senatusconsultum Turpillianū incidenter. Respondi, non oportere dubitari, calumnia non puniri eos, qui præscriptione temporis exclusi, causam adulterij perferre non potuerunt. Et sic impeditus ibi erat tempore, ne possit agere. Nempe qui falsa crimina intendit, incidit in Turpillianā poenā, & tanquam calumniator punitur. l. i. ff. ad Turpill. vnde cum tempus ad accusandum adulterium esset elapsum, intra quod quis debet accusare, qui esset præscriptione temporis impeditus ad agendum, & tamen egisset, dubitabatur ibi, an incideret in Turpillianū, & tanquam calumniator puniri deberet. Respondi, calumnia non puniri eos, qui præscriptione temporis exclusi sunt, præscripto scilicet iam tempore ad agendum, finito, quod causam adulterij perferre, & perficere, & ad finem vsque ferre non potuerunt. isque est sensus germanus illius legis.

Etiam nil facit text. allegatus per eundem Cardin. in l. purij. §. pater. ff. de decur. vbi sic scribitur: Pater qui filio decurione creato prouocauit, & si præscriptione temporis exclusus fuerit, id est & si non profectus fuerit causam appellationis intra tempus iuris, & sic repulsi tempore, eo quod intra tempus præstitutū non petiit, nec sibi prouidit, est reiectus a petitione & appellatione. l. per hanc. C. de tempo. appell. & non intelligitur de biduo & triduo dato ad appellandum, quia iam pater prouocauerat: licet glos. ibi contra.

Minus secum facit l. si proponas. in fi. ff. de inoff. testa. vbi sic scribitur: Si duo sunt filij exheredati, & ambo de inofficioso testamento egerint, & vnus postea constituit non agere, pars eius accrescit alteri: idemque erit & si tempore exclusus sit, id est repulsi, quia non mouit querelam intra quinquentium: ob id enim erat exclusus tempore, id est præptione temporis. nempe si ibi acciperetur pro impedito, pars illius impediti non accresceret alteri prosequenti, quandoquidem ipse releuari possit propter impedimentum, & demum agere. text. tamen ibi dicit contrariū. Verum quicumque est tempore exclusus, impeditur agere, quia exclusus. Facit text. id l. sed & si. §. quotiens per absentiam quis aliquem non toto tempore exclusit: vt puta rem tuam possedi vno minus die statuto inuiscapionis tempore, deinde reipubl. causa abesse capti: restitutio vnus dici aduersus me facta erit. ff. ex quibus caus. maio. vbi patet quomodo excludere tempore est per temporis præscriptionem aliquem repellere, & temporis adminiculo expellere, vt amplius agere non possit. vnde si cui data sit dilatio ad probandum, vel producendum, vel ad aliud, si nihil fecerit intra dilationem, ea elapsa exclusus est tempore, quod nos dicimus *proclus de produere, ou de prouner par laps de temps*, & iudicatā causam exclusionem, *ingé par foreclosure*, ex instrumento tantum præsentis, & copis ab eo probatis iudicata, vt inquit Bud. in Foren. vbi alia scribit. Interdu quoque secundum materiam apud oratores pro impedire accipitur.

Includere est intus claudere, d. l. gemma. ff. ad exhibend. vnde includere apes, in l. naturalem. §. apum.

Intellectus ad l. si tamen. & l. quærebatur.

Declaratio ad l. spurij.

l. si proponas. declaratio.

Includere.

apum. ff. de acquir. rer. domi. ibi, idemque si alius eas incluserit, dominus earum erit. l. diuus. 2. ibi, interrogationes literis inclusas, atque obfignatas, ad cognitionem magistratus mittat. ff. de custo. reor. l. 2. §. si publicanus. ibi, sane si dolo caret, si tamen idem inclusit, ne pascatur, & vt fame periret, etiam vtili l. Aquilia tenetur. ff. vi bonor. raptor. & ibi, si per vim pecus abductum incluserit, vtique vi bonorum raptorum tenetur. Inclusas feras dicit Iurifconsul. in l. usufructuariū. ff. de usufructu. inclusas res. l. procurator. manda.

Includere hominem, idem: vt si quis incluserit hominem, l. Iulia de vi publica tenetur. l. qui coetu. §. i. ff. de vi public. l. hac lege. §. i. ad legem Iuliam opocul. his verbis: Diuus Seuerus & Anto. quendam clarissimum virum iuuenem, cum innocens esset arculam in templum deponere, ibique hominem includere, qui post clausum templum de arca exiret, & de templo multa subtraheret, & se in arculam iterum referret, conuictum in insulam deportauerunt. qui text. in onere debet eos, qui arcam suscipiunt custodiendam, vt primum videant, ne quid in ea mali lateat, sicut in equo Troiano.

Inclusos latumias dicit Iurifconsul. in l. succurritur. §. vinculorum. ff. ex quib. caus. maior. vbi sic scribitur: Vinculorum autē appellatio latius accipitur. Nam etiā inclusos veluti latumias vinculorum numero haberi placet. vbi vocat Bud. latumias, loca lapidibus exæta: & carcerem Syracusis, & Romæ. Latumia quoque seu latomia vocatur lapidicina, Gallicè *des carrieres*, & latomi ipsi artifices, id est lapidicidæ, *massons*. Cætelia tamen Cotta. in 2. parte memorab. dicit legendum esse latomiam, quæ est locus in quo lapides cæduntur, ad quas latomias solebant condemnari hi, qui ad opus metalli condemnabantur, & de his intellexit Iurifconsul. in d. l. succurritur. & l. i. in fin. ibi, aut multa mulctetur, aut in latumias, vel latomias, vel vincula publica ducatur. ff. de relig. & sumptib. fune. Omnes actiones quæ morte, aut tempore pereunt, semel inclusa iudicio, saluæ permanēt. l. omnes actiones. ff. de reg. iuris. id est semel inchoata. nam postquam lis fuerit contestata, actio inclusa iudicio dicitur. l. edita. C. de edendo. l. amplius. ff. rem ratam haberi. scripti in tract. de effectib. litis. contestata.

Recludere. Recludere est iterū claudere, sine aperire: cuius tamen significationis rara admodum inuenias exempla penes Iurifconsul. quæ mobrem ad alia pertranseo.

Importare. Importantur. id est inferuntur, quasi intra portum feruntur, & inde exportantur, id est extra portantur. l. veluti. ff. de seruitub. rustic. prædior. veluti in simili inuicere & eucere dicit Iurifconsul. in l. 2. in fin. ff. de nundin. in antiq. editio.

Importat ignominiam, id est irrogat, infamat, l. ad tempus. ff. de decur. ibi, ordine motos ex crimine, quod ignominiam importat. iuncta. l. i. ctus sustium infamiam non importat. iuncto versic. ibi, infamiam damnato irrogat. de his qui not. infam.

Importata, illata, l. i. ff. de migrando. & l. i. & fin. de Saluia. inter d. l. si quis. §. vbi. si cert. perat. ibi, ea quæ vi fluminum importata sunt condici possunt. Reportare, pro referre, l. alumne. §. Seia. ibi, vt is corpus eius curaret, & in patriam reportaret. ff. de adimen. lega.

Transportare, l. videamus. §. qui vinū de Campania transportandū condixisset. ff. loca. pro tranf. ferre, vt in l. vinaria. infra eod. scripti.

Mercos. Declaro in l. mercis. infra eod. Inde, est aduerbium, quod interdum respicit locum, vt hic, & in l. 3. in fin. princip. ff. de seruitur. rusticum prædior. ibi, indè que exportentur. inde, id est ex quo portu, ex quo loco. facit l. plerique. ibi, cumque, qui inde, id est ex domo, in ius vo-

caret, vim inferre videri. ff. de in ius vocan. l. heres. §. proinde. ibi, quem scit inde confectum profecturum. de iud. Interdum refertur ad rem. l. cum ij. §. sed & si cerra. ibi, ita vt inde Seio alimenta præstentur. ff. de tranfact. ibi, est ex tali re. l. arbores. §. i. ibi, quicquid in fundo nascitur, vel quicquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet. de usufructu. & l. i. ibi, restitutum, quod inde extabit. ff. usufructua. quemadmod. caueat. & §. recte. ibid. l. diuortio. §. si fundum. soluto matrim. l. si quis officium in aliqua prouincia administrat, inde oriendam, vel ibi domicilium habentem vxorem ducere non potest. ff. de ritu nuptiar. & fere in idem reuincit cum prima significatione.

Aliquando refertur ad personam, vt si legauero domum Titio, & inde post suam mortem volo ad ecclesiam redire, tunc ex illa persona transfertur ad ecclesiam: vt patet in tit. ff. de adim. legat.

Interdum ad materiā. l. i. §. pactum autem à pactione dicitur, inde etiā pacis nomen appellatum est. ff. de pact. inde, id est, ex qua materiā, vel dictione. l. item si obstetrix. in princ. ad legem Aquil. & l. scribit Quintus. §. i. de auro & argen. lega. Vnde si testator legauerit decem modios vini talis vineæ, inde hoc anno soluendos: si non sint ex tali vinea nisi quinque modij, non tenebitur heres ultra soluere, quia præcisè voluit testator ex illa vinea solui, vt probatur in l. interdum. & ibi doct. ff. de verbor. obligationib.

Deinde, postea, demum. l. potior. in princ. qui pot. in pigno. habeant. ibi, deinde prioris stipulationis existat conditio. & §. i. ibid. & l. si seruo. de adim. lega. & l. si tibi. ibid.

Exinde, propter hoc, quapropter, l. qui se dicit suis nummis redemptū, si hoc probauerit, exinde liber erit, id est hoc factio. Exinde, ex eo, ex illa lege. l. tutelae. ff. de capitis diminutio. ibi, eadem ratione qua & hereditates exinde legitima, quæ agnatis deferuntur.

Perinde significat ita æque. l. si quis ita legauit. ff. de usufruc. l. 3. §. i. ibi, perinde ac si alius. ff. quibus modis usufruct. amitta. denotatque impropriatatem & fictionem. glo. in l. i. ff. de recepta. vt si dicatur, perinde puniatur receptor, atque fur, tamen non eadem poena puniatur. glos. in l. sacrilegij. in r. ff. ad legem Iul. pecul. Felin. in rubr. de proba. inde Roma. Pontifex aliquando vult, vt gratia valeat perinde atque si omnia expressa fuissent: vt in concordia. in forma manda. in verb. gratiam. vide in §. literæ. & §. interdum. de rerum diuisio. in Instit. §. item vobis. per quas perso. nobis acquirit. ibid.

Interdum respicit tempus, id est perinde si eo tempore facta prouiso fuisset. Rota confiso. 383. si Papa. in nouis. Aliquando personam, vt prouidemus perinde ac si nunquam fuisset condemnatus, vel perinde ac si nobilis esset.

Quandoque respicit modum, vt perinde valeat actus, ac si factus fuisset modo, quo debet, videlicet per patroni præsentationem, aut alias.

Nonnunquam respicit actum. l. qui à patre. ff. de confirmad. tutore. vide quæ abunde scripti in praxi beneficia. in rescripto perinde valere, in 2. parte.

Proinde pro ceterum, propterea, itaque, l. heres absens. §. proinde. ff. de iudic. l. proinde. i. & 2. ff. ad legem Aquil. Interdum proinde significat quasi, perinde, similiter, & similitudinis est. Proinde significat inde. glo. in l. i. in princ. ff. de eded. ibi, nam æquissimum videtur eum, qui acturus est, edere actionem, vt proinde sciat reus, vtrum cedere, an contendere velit. vbi glos. exponit ex hoc, id est ex illa actione edita actor sciat an reus velit cedere, vel contendere. l. i. in princ. ibi, proinde traditus. quib. mod. vsus. amit. Proinde, id est ergo, igitur

Legatum decem modiorum vini an debeatur.

Deinde.

Exinde.

Perinde fictionem significat.

Perinde tempus, personam, modum & actum respicit.

Proinde.

Subinde

exponit glo. in l. proinde. ff. si cert. peta. l. pronuntiarum. & l. urbana praedia. in ff. eod.

Subinde pro de inde. postea, demum, l. si procurator. ff. rem ratam habet. ibi, accedere potest, ut is qui stipulatus sit, subinde agat, & ibi paulo post. si nge enim eo subinde damnatum dari, & c. l. nam satis. §. ceterum. ff. quemad. seruit. amittant.

Nihilominus, nihilominus magis.

Eaque nihilominus, id est non minus, prout passim in iure inuenimus, vt l. si. ff. de in integrum restit. l. si cum exceptione. §. quatenus. quod metus cau. l. quod dicimus. §. si vero. ibid. & l. si conuenerit. de pac. l. eas. de capitis diminutio. l. cum multi. si pars heredit. peta. l. Mutius. & l. a tutore. de rei vindica. Et aequiparatur particula nihilominus, quasi non eo magis: nisi quod hac infert negatiuam, nihilominus affirmatiuam. gl. in §. i. quibus non est permitt. facere testam. probat text. in l. si pupilli. §. sed & si quis. ibi, sed nihilominus, imo magis tenebitur negotiorum gestorum actione. de neg. gest.

Requisita ad portum.

Statio conclusa. Et sic ad portum requiritur hic text. primo, quod sit locus conclusus. ibi, conclusus. Secundo, quod ad eum merces importentur, id est intra portentur. Tertio, quod ex illo portu ad alia loca. ibi, & inde exportentur. Quarto, quod ibi statio sit. ibi, statio est. Statione enim dicimus a stando. Is igitur locus demonstratur, vbicumque naues tuto stare possunt. Vlpian. in l. i. §. stationem. ff. de fluminib. Dicitur etiam locus, in quo consistunt ram homines, quam iumeta. facit l. aquisimum. §. si. ibi, ad stationem iumentorum. ff. de usufruct. l. Fulcinus. §. denique. ibi, circa columnas aut stationes se occultat. ff. quib. ex caus. in posses. eatur. Vocatur etiam officina, in qua multi conueniunt, vt de reliqua decernatur. & vbi frequenter statur. l. item apud. §. proinde. ff. de iniur. ibi, idem si ad stationem, vel tabernam ventum sit. Etiam statio dicitur locus ad cuiusmodi destinatus, in quo milites consistunt, & est multiplex, vt plane explicat Laz. in lib. de republ. l. c. 3. pag. 465. & seq. vbi in si. differentiam tradit inter mansionem, & stationem. vnde Iuriscons. ait: Qui stationis munus relinquit, eman for est. Itaque pro modo delicti aut castigatur, aut gradu militiae deicitur, l. 3. §. qui stationis. ff. de re milit. Inde stationarij milites sunt praesidians, quos ordinarios appellamus, qui in locis hostium finitimis stationes agitare solent, ad repentinis hostium incursum intenti. Bud. in l. liminarcha. de seruis fugi. instar quorum praesidiantur milites in vrbibus aut prouincijs ad populorum quietem tuendam a praefecto vrbis vel ab alio legato & magistratu. l. i. §. si. ff. de offic. praefect. vrb. praefectus vrbis debet habere dispositos milites stationarios, ad tuendam populorum quietem, & ad referendum sibi quid vbi que agatur. ibi scripti. facit l. i. §. pen. ff. de seruis fugi. videte Alcia. lib. 6. parerg. cap. 19.

Stationarij milites qui.

Statores qui. Inde statores sunt nuntij, vel apparitores magistratum, qui reos in ius, vel in carcerem ducunt. l. obseruare. ff. de offic. proconsul. l. in ead. ex quib. caus. maior. quamuis ibi glo. dicat statores, quod acta maie sternant, sed legendum est statores teste Catella. Cotta in 2. parte memorab. in verb. statores, eo quod additi magistratibus sunt, & continua statione additi, ad omnia eorum praecipua exequenda parati sunt. Quales etiam Baiulus Montipessulani soler habere. Et omnes apparitores statores vocari possunt. facit l. 3. C. de diuers. offic. lib. 12. l. fin. de iure immunit. Et an sit legendum de statorebus vel statoribus. C. lib. 12. in rub. ibidem elucidant Alciar. & Pyrrhus.

Quinto requiritur ad portum quod illa statio munita sit anulis ferreis, catenis, & alijs retinaculis nauibus retinendis necessarijs. ibi, munita. quae omnia videre licet in portu Mafiliae.

Atque munita. Munire pro reficere, reparare, & fulcire capitur hic, & in l. i. ff. de ripa munitenda. ibi, ripas fluminu publicoru reficere, & munire vtilissimum est. l. i. §. sunt aut. ne quid in flum. publ. per translationem ponitur in l. i. C. de comu. rer. aliena.

Munire, munitio, & munitum.

Inde munitio, l. fin. ff. de via public. ibi, qui viam publicam exarauerit, ad munitiorem eius solus compellitur. Munitio refectio pars est, l. 3. in si. ff. de itinere actuque priuat. l. i. §. i. de munerib. & honorib. ibi, via publica munitio. & qui teneantur ad eas superius in hac lege dixi. Et de refectio murorum plene scribit Lucas in l. fin. C. de quib. munerib. lib. 10. Munitum, in l. notionem. §. instrumentorum. infra cod.

Angiportus.

Vnde angiportum dictum est. angiportum seu angiportus dicitur strictus portus, teste Accurs. hic. vel dicitur stricta via siue platea iuxta portum, quam qui occupat sine Principis auctoritate quin quaginta librarum multa plectitur. per text. in l. qui sine. C. de operibus public.

Item domus, quae est in angiportis, ab hospitibus recipiendis est expta. l. pen. C. de meta. li. 12. Et sic locus angustus iuxta portum angiportus dicitur.

IDEM LIB. SEXAGESIMONO Ad Edictum. Lex lx.

Locus est non fundus, sed portio aliqua fundi: fundus autem integrum aliquid est. & plerumque sine villa locum accipimus. Ceterum adeo opinio nostra & constitutio locum a fundo separat, vt & modicus locus possit fundus dici, si fundi animo eum habuerimus. non etiam magnitudo locum a fundo separat, sed nostra affectio: & quaelibet portio fundi poterit fundus dici, si iam hoc constituerimus. nec non & fundus locus constitui potest. nam si eum alij adiunxerimus fundo, locus fundi efficietur. Loci appellationem non solum ad rustica, verum ad urbana quoque praedia pertinere Labeo scribit: sed fundus quidem suos habet fines, locus vero latere potest, quatenus determinetur & definiatur.

Declaratio text.

Cum Iuriscons. in l. proxima dixisset portum esse locum conclusum, nunc affert differentiam inter locum & fundum, dicens locum non tantum esse fundum, sed fundi partem, & portionem, quia fundus est quid integrum, & plerumque locum sine villa, & aedificio esse. Itaque fundus tunc dicitur, siue sit modicus locus, siue magnus. si eum pro fundo habuerimus, & nomine fundi, siue affectio patrifamil. volentis fundum constituere, eum fundum efficit. imo si vnum fundum alij fundo adiunxerit, locum fundi facit: & sic locus est pars fundi, fundus autem est totus ager, qui comprehendit non solum praedia rustica, verum etiam urbana. Fundus igitur suos habet fines destinatione patrisfamil. constitutos, locus vero latere potest quantum prorendatur, donec determinetur, & definiatur. hac est summaria huius legis elucidatio.

Fundi nomine totus fundus continetur.

Ex qua licebit colligere sequentes utilitates. Prima, quod fundi appellatione venit totus fundus: quod vsu venire potest in vltimis voluntarijs, vt si testator legauerit fundum Cornelianum, totum fundum legasse videatur. l. Titia cum testamento. §. Lucius. ff. de leg. 2. etiam si illum fundum, quo facilius condud

conductorem inueniret, separatim per duas partes locabar. l. Gaius. §. vlt. ibid. Et tam proprietarem quam usufructum quis donare videtur nomine fundi. l. qui usufructum. ff. de verb. oblig. scripti in l. recte dicimus. supra eo. siue dixerit totum fundum, aut fundum simpliciter, quia pars in toto est. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iud. etiam proprie, quia ille tex. vtriusque verb. est, quod proprietate denotat, vt alibi scripti.

Perens fundum totum videtur petere, & iudex totum adiudicare.

Item in iudicijs qui petit fundum, totum fundum videtur petere. l. si in rem. i. ff. de rei vindi. nam nomen eius, & quo loco sit dicere sufficit, licet in alijs totum vel pars designari debeat, vt in principio illius legis dicitur, & l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de noui oper. nuntia. Ad haec iudex per sententiam adiudicans fundum alicui, totum videtur adiudicare, vnde si post abolitionem a fundo, cotendat videtur partem petere, non poterit. d. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iudica.

Hereditatem qui petere, non potest postulare res singulas petere.

Idem si cum petere hereditatem, succubuerim, non amodo licebit petere singulas res hereditarias, d. l. si quis. §. & generaliter. vbi idem dicitur si petitis singulis rebus hereditarijs hereditatem totam petam. Obstat enim exceptio rei iudicatae.

Intellectus ad l. si quis cum totum.

Ad cuius tex. intellectum, etsi docto. multum haeritare videantur, hunc tamen sic interpretandum esse censere, vt si cum hereditas tota solum tribus constaret partibus, ego has tres singulas petes succubero, fueritque reus absolutus, non potero deinceps in vniuersum hereditate petere, postquam enim res hereditarijs singulas petij, nullaque alia sunt, perinde est ac si a principio totam ipsam hereditatem petissem, vt probatur in l. si vnus. §. item si pactus. ff. de pact.

Testes de toto fundo deponere videntur.

Idem erit dicendum in testibus deponentibus, de fundo, vt videatur de toto fundo deponere, quando in petitione & articulis dictum erat de toto fundo, vt ipsi nec non iudex se referat ad articulos, quod est notandum. Si consulit Aetio. c. 6. in causa. col. 3. in 2. quest. videte quae dico in l. pupillus. in si. infra eod.

Domus totum intelligitur sub eius nomine. Vniuersum nomine totum continetur.

Praterea qui nouum opus nuntiat, demonstrare in quo loco nuntiet, debet. Alioqui super toto nuntiatio facta videtur, l. de pupillo. §. qui nuntia. ff. de noui oper. nuntia.

Iurisdictio in territorio toto praescripta censetur.

Idem dicemus in domo, vt petens domum, totam petere videatur. ideo postea eius partem petere prohibetur. Et ita in alijs rebus scribit Zasius in d. l. si quis cum totum dicens idem esse in incorporalibus, vt in usufructu, & alijs seruitutibus, vt videtur super seruitute domus, non postea valeat pro parte seruitutem illam petere.

Locus inter dum pro fundo capitur.

Idem in praescriptionibus, vt qui praescripsit iurisdictionem talis territorij, videatur in omnibus locis ab eo dependentibus praescripsisse. quare poterit deinceps in singulis eius territorij locis iurisdictione potiri, vt Innocent. & interpretes docent in cap. auditis. de praescrip. & doct. in l. i. & l. imperium. ff. de iurisdictione omnium iudic.

Locus pro

Fundus igitur est quicquid solo tenetur. l. quaestio. infra eo. vbi abande explicabitur.

Loci vero appellatione venit pars siue agrifue aedificij. l. 2. ff. de religiof. & sumptib. funer. §. sepulchrum. ibi, Celsus autem ait, non totus qui sepulture destinatus est locus religiosus sit, sed quatenus corpus humatum est, maxime si dicatur, fundus & locus. §. quod autem. de vltimo. in Insti. & vbi a iure exprimitur: alias locus generaliter sumitur, & pro fundo accipitur, si subiecta materia hoc expostulet. l. i. in si. C. de praed. curial. lib. 10. vbi Lucas de Pena. hoc etiam probat ista. l. propter aduersariam sed, licet dictio raturum non exprimat in hoc text. vt dicam in l. haec verba. infra.

Locus pro

re, in l. si. C. de praescriptio. longi tempor. §. i. ibi, domicilium habeat in vno loco, id est in vna prouincia. hinc dicitur, Legem cuiuslibet loci inspicere oportet, id est territorij & prouincia. l. semper. ff. de iure immu. Loc. interdum pro tempore, seu opportunitate ponitur, vt nullus iudicetur, nisi locum defendendi prius habuerit. c. non oportet. & seq. q. 9.

Prouincia sumitur & pro tempore.

Locum pro electione loci exponit glo. in l. 3. §. i. in versi. proinde. ff. de eo quod certo loc. sed ego non discederem ibi a propria loci significatione. nam quis habet vtilitatem propter locum, id est loci adiectionem, vt patet ibi, quicquid gl. dicat & doct. Locus item accipitur pro sepulchro secundum materiam subiectam. l. caueri. ibi, vt certus numerus hominum in loco vno humetur. ff. de comunia praedior. lege 2. & l. seq. de religiof. & sumptibus funer.

Locus pro electione, et pro sepulchro.

Interdum pro castris, Gallice chasteaux, vt in l. i. ibi, loca occupentur. ff. ad legem lul. maesta. vt si initum sit consilium, vt loca ciuitatis fortia, & munita occupentur, crimen committitur maiestatis: fortius si occupata fuerint.

Crimen maiestatis committitur, si loca fortia ciuitatis occupentur.

Locus habet interdum occupentur. l. 3. in princ. ff. ne vis fiat ei. id est hoc casu procedit, & seruator. l. 3. de exceptio. l. i. §. si seruus. si quis testam. liber esse iustus fuerit. l. item apud. in princ. de iniuri.

Locus habet interdum, quid. Locus esse priuilegia.

Locus esse priuilegium, id est priuilegium datur, seu competit. l. fisci. i. ff. de iure fisci. l. diuus. in si. de in integrum resti. l. Sabinus. §. i. de priuileg. credit. Et falli criminis locus est, l. si a debitore. de fall. Nec omitterendum est, quod dum negatiua oratio praecedat, si dictio locus sequatur, concedendi vim obtinet: veluti, Cessat actio iniuriarum post annum, sed in hoc casu locus habet, l. air praetor. §. si debitorem. ff. quae in fraudem creditor. idem quoque videmus in dictione nisi, vt in l. actione. C. de transactio.

Locus generaliter accipitur.

Et generaliter quodcumque continens, siue vbi quicquam consistit, id locus vocari potest secundum Varronem, & antiquos. facit l. urbana praedia. infra eod. & l. malum. §. immittimus. ibidem. & rub. ff. de eo quod certo loco. & rub. vbi conueniatur qui certo loco dare promissit. C. & in rubrica, de mulierib. & in quo loco munera. libro 10. Cod. & alijs in plerisque locis.

Locus pro ordine.

Locus etiam pro capite, vt secundo loco, l. i. §. secundo loco. ff. de postuland. iuncta l. 2. ad legem Aquil.

Locus pro capite. Religiosus locus.

Locus religiosus dicitur, in quo sepultus est aliquis, §. religiosum. de reru diuis. in Inst. l. intantum. §. religiosum. ff. illo titul. Sicque pro voluntate sepelientium olim apud Ethnicos inferendo corpus efficiebatur locus religiosus: hodie tantum in ecclesijs, vel cimiterijs, & alijs locis benedictis sepeliri solent.

Purus locus quis.

Locus purus, qui non est sacer, neque sanctus, neque religiosus. l. 2. §. purus autem. ff. de religiof. & sumptib. funer. glo. in d. §. religiosum.

Publicus locus.

Publicus locus, qui ad vtilitatem spectat publicam. §. flumina. de reru diuis. in Inst. & in rub. de locis & itinerib. public. ff. & in l. 2. §. publica. iuncta rub. ne quid in loco publ. fiat. & in rubric. de loco public. fruend. quemadmodum dicitur publica quaestio in l. si. ff. de tabul. exhib. & supra in l. eum qui vestigia. scripti alios modos quibus res dicatur publica.

Insignis locus.

Locus insignis, in quo iudices delegati Papae committi, & cognoscere debent, constitutum. de rescrip. in 6. Dicitur locus nobilis, clarus, & precipuus, ac praestantissimus numero literatorum, tum aliarum rerum. Archid. in d. c. statutum. dixi art. 6. rub. de caus. posse. benefic. in 3. tom. comment. in consuet. Reg. Galli. & Galli. & sic declaratur illud c. statutum, & ord. Reg.

Furiosus loco absentis est.

Furiosus loco absentis est, l. vbi non voce. ff. de regul. iuris. vbi accipitur pro tanquam, & fictione denotat. l. mercis. 2. infra eod. vbi quoque scripti, & l. 2. §. furiosus. ff. de iure codicillor. vbi loco absentis esse, est haberi pro absente.

Humilioris loci quis dicatur.

Liberi humilioris loci subiciuntur, l. si. ff. de iniur. id est infimae conditionis & status. humilis enim dicitur paruus, abiectus, & submissus. quasi humi decliuis, l. humilem. C. de incest. nupt. l. annonam. circa si. de extraord. criminib. ff. l. si. de sepulcro viola. ibi, humiliores fortunae. l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ibi, sufficit igitur si humilis loci sit, ad opus perpetuum, tradi. ff. de adulter. Contra honestioris loci. l. 3. circa si. ibi, nisi honestiore loco positi fuerint. de fcar. & l. sacrelegij. r. ad legem iul. pecula. l. cum ij. §. si in annos. de tranfact.

Honestioris loci.

Locus vicinior, id est proximus, pro qualitate materiae intelligendus est quantum proximus sit: vt in Senatusconsulto Siliano locus vicinior dicitur, in quo exaudiri potest, l. 1. §. potuisse. ff. de senatusconf. Siliana. Alibi per centum miliaria, l. r. §. in initio. ff. de offic. praefect. vrb. l. 4. §. penul. de dedamno infecto. Alibi per duas diastas, in c. praesent. de praeb. in 6. Et quando a iure vel dispositione non est facta declaratio, relinquatur arbitrio iudicis, in spectat personarum, factique materia, teste Alexand. conf. 57. ponderatis. col. vlt. in 3. vol. post glos. in c. felicis. in verb. vicinarum. de poenis, in 6. facit c. vbi periculum. §. porro. de elect. in 6.

Locus vicinior.

Locus pestiliosus, id est odoriferus, interduum fit, l. 2. §. idem ait si odore. ff. ne quid in loco public. fiat. alibi dicitur pestilens, in l. penult. ff. de rebus eo. vbi pestilens fundus dicitur, non salubris.

Pestilens locus.

Aliquando dicimus subrogari in locum alterius, id est in gradum vel statum seu officium. exponit Lucas de Pena in l. si. C. de proxim. sacror. scrip. lib. 12. & in l. 1. de agentib. in reb. illo lib. facit l. penul. de aquaeductu. lib. 11. glo. in l. si quis presbyter. de episcop. & cleric. & l. si pater. de actio. emp. Et is qui est in loco alterius, debet gaudere priuilegiis & prerogatiuis eius, in cuius locum subrogatur. l. vnicuique. & l. in sacris. 3. C. de proximis sacror. scrip. lib. 12. l. 1. de castren. ibid. quia subrogatus dicitur in corpus eius, cuius locum tenet. c. significasti. de elect. Et est honoratus, sicut is, quae representat, cap. vlt. 93. distin. quod limitat las. in l. sed si hac. §. prator. ff. de in ius vocand. & aequiparantur dominus, & is, qui loco domini est. l. protinus. ff. de his quib. vt indig.

Subrogatus in locum alterius priuilegiis eius gaudere debet.

Aliud est domini esse, & pro domino haberi.

Aliud tamen est esse dominum, aliud haberi loco domini, vt tutor qui in re pupilli loco domini habetur, cum tutelum administrat, l. qui fundu. §. si tutor. ff. pro empto. l. interdum. 2. §. qui tutelam. de furt. verum id si dicitur, non verè intelligendum est: velur patrinus seu susceptor est loco patris, non tamen est pater naturalis. l. si. de consul. lib. 12. C. Et qui est loco posthumi, non est verè posthumus. §. posthumorum. Inst. de exhereda. liber. Et qui est loco & vice heredis, non est verè heres. l. 2. ff. de bonor. posses. Et qui est loco emptoris, non est emptor. l. emptor. §. penul. de aedil. edict. Et qui constituit aliquid loco suo, vel in locum suum, videatur ei cedere iura, & cum procuratore in rem sua facere. tex. singul. in l. Marcellus. in princ. ff. ad Trebel. secundum doct. ibi, & Angel. in l. 1. C. de actio. & oblig. & consi. 259. col. 2. & in §. praeterea. 2. col. 24. Insti. de excep. Alexand. in l. in prouinciali. §. si ego. num. 7. ff. de noui oper. nuntiat.

Constituere in locum suum quid prosit.

Loco mortuorum habentur deportati, & excōmunicati, l. 1. in si. ff. de bonor. posses. contra tabul. videte reliqua in l. mercis. infra eo.

Excōmunicati & deportati loco mortuorum habentur.

Et alios modos quibus capiatur locus, scribit

glo. in clem. causam. in verb. verum. de elect. & in clem. vna. versi. fi. de concess. praeb. & in extrauag. proinde. de senten. excōmun. in communibus. & Alber. in dictio. in verb. locus, & per Lucam in l. vna. C. de thesaur. lib. 10.

Et per praedicta decisum fuit in senatu Burdegal. quod si quisquam promiserit constituere reditum in vno loco, ensellieu, nō tenebitur super vna re assignare: verum sufficere in illo loco, id est in illo districtu & iurisdictione assignare, vt refert Boer. in q. 99. promittens. per tex. in l. si fideiusor. §. si necessaria. ff. qui fatidat. cogant. & per alia iura qua videri possunt ibidem.

Aliqua. Colligi ex hoc tex. potest iuncto verb. medicus locus, quod dictio aliqua intelligitur etiam in minimo, & modico. Et hic est tex. pro illa glos. singulari in clem. vna. in verbo. aut earum aliqua. de foro comperen. quam ibi nota. & abunde scripti de ea in interpreta. authent. habita. in verb. aliquam. C. ne filius pro patre. ista sufficiant nunc.

Adeo, eo vsque, in tantum. ita hic capimus, & in l. 3. ibi, non est ea res adeo turpis. ff. de his qui nō. infam. l. fin. de eo quod certo loco. vel pro vsque adeo. l. qui proprio. §. procurator. ff. de procurato. ibi, vsque adeo, vt si per errorem aut iniuriam iudicis non debitum consecutus fuerit, id quoque redere debeat. Et quia pauca per hoc iuris deciduntur dubia, ob id alia omitto.

Sequitur in textu, opinio, id est affectio, animus, voluntas & constitutio separata locum a fundo, vt is fundus dicatur, quae fundi nomine destinamus, & quem pro fundo constituimus, sic vt nō sola requiratur voluntas, sed etiā constitutio, id est quod constituatur fundus. Et ita exponit Iuriscōsul. in ferius, vbi actionem vocat, quod hic opinionem. & idem in l. si seruus depositus. §. r. ff. de noxal. actio.

Interdū opinio est persuasio, siue iudiciū, quod de alia re habemus vel sentimus. l. Seruius. ibi, quia non opinione eius, & refupinam aetimatione seque oporteat. ff. quod vi aut clam. Et opinione falsa deceptum dicit Iuriscōsul. Vlpia. in l. 3. §. si quis quasi de condict. caus. data.

Opinio pro fama, & aetimatione, inde fugillare opinionem, est notare aliquē seu denigrare eius famam. l. apud. §. aduersus. ff. de doli exceptio. & l. cū ij. §. in persona eius, a quo alimēta relicta sunt, haec erunt spectanda, quibus facultatibus sit, cuius propositi, cuius opinionis, de tranfactio.

Interdū pro spe & opinatione, vt cum dicimus prator opinionē. Et differentiā inter opinionē & imaginationē assignat Arist. in lib. 3. de anima. c. 3.

In de opinari, putare, credere, suspicari, iudicare. l. si mater. §. eandem. in si. ibi, vt puta opinatur ex causa hereditaria se dominium habere, mutauit opinionem, & coepit praestare ex causa donationis. ff. de exceptio. rei iudica. l. apud. §. si quis nō tutor. ibi, magis opinor. de doli exceptio. l. Pedius de incend. l. 3. §. si quis nouum. de ritus. l. athletas. ibi, & generaliter ita opinantur omnes de his qui nō. infam. De communi opinione probat l. vna, ff. de offic. quaestor & abūde scripti loā. Neul. in Sylua nuptial. ibi licebit videre. Inde opinatores, id est militaris annonae exactores, exponit tex. in l. nisi opinatores. C. de exact. tributo. lib. 10. eo forte quod opinantur quanti species aetimanda essent. l. opinatoribus. & l. excellentia. de erogat. mili. anno. lib. 12. Postremo notari potest ex his verbis Opinio nostra, & constitutio, quod opinio nostra debet esse legi & constitutioni conformis: alias non est tenenda. Cōfirmanda igitur sententia nostra lege, vel constitutione, seu ratione est: alias erubescendum est sine lege loqui. l. illam. C. de collat. l. dissen

Arestum. Redius qui in vno loco constituere promissit nō tenetur super vna re. Aliqua dictio intelligitur in minimo.

Adeo quid.

Opinio quot modis accipiatur.

Opinio pro persuasione & fama.

Sugillari, opinionem.

Opinari.

Opinatores.

Loquendum non esse sine lege, vel ratione.

disfidentis. de repud. Quod facit contra nonnullos cōsultores ignaros, qui sine vllis allegationibus non verē suam proferre opinionē, dicētes, haec est mea opinio: sed nō est constitutio, si nullo iure fulcitur. Sic igitur oportet vt iurē inferere, & dicere, ista est mea opinio, & constitutio, vt hic: nisi in claris. nam in illis querere rationem vbi viger sensus, est debilitas intellectus, vt testatur las. in §. si. in fin. de actio. in Insti. verū parum probat iste tex. nam cum dicit opinio nostra, & constitutio locum a fundo separat, non loquitur hic rex. de cōstitutione, id est lege: sed de cōstitutione, id est aetimatione, seu intentione, qua ego volo vt locus sit fundus.

Constituere varie accipitur.

Et constitutio. Constituere interdum pro statuere capitur, vt in l. in tempore constituto iudicatis. ff. de diuers. & tēporal. praescrip. Et solet prator frequentissime adiri, vt constituat vbi filij alatur. vbi postea dicit, statuat. facit l. r. vbi pupil. educar. debeat. & idem in l. 1. §. 1. nautae, caupo. stabular. l. interdum. 2. §. qui furem. de furt. & l. nō dubium. ibi, cum cognouerit & constituerit. de custod. reor. l. in seruorum. §. qui ex causa in eos tanquam metallicos constitui debet. de poenis. l. respiciendū. ibid. l. r. §. solēt. quādo appelland. sit ibi, ipse constituit.

Inde iudex dicitur constituere, id est statuere, cense. l. censere. infra eod. & arbiter, vt l. litus. r. dum dicit: idque Marcum Tullium adiunt, cum arbiter esset, primum constituisse. infra eod.

Item constituere, est per legē statuere: vt in iure ciuili constitutum est. l. saepe. de rei iudica. & l. prator. in si. de edendo. & l. in lege Censoria. ibi, recte constitutum est. infra eod. l. soluere. de solutio. Et facile constitui potest. l. Pedius. §. r. ff. de incend. Et diuus Adrianus constituit. l. qui duobus. ff. de fall. l. r. in princ. de quaestio. l. vlt. in si. de bonis damnator. l. semper. §. haec idcirco cōstituta sunt. de iure immunita. l. ita. §. penult. ad legem Aquil. & fere in idem reindicit. Interdum Iuriscōsul. ait, lege constitutum est, in l. si qua poena. in si. infra eo.

Sponsalia constituere.

Constituere bina sponsalia pro facere, & contrahere, l. r. in si. & l. quid ergo. §. r. ff. de his qui nō. infam.

Constitutum ius.

Constitutum ius dicitur apud Alciat. quod nō secūdam regulas cōmunes iuris inductum est, sed singulari aliqua ratione, quam vltus prudentū approbavit, & simul statuit. per l. r. rerū amota. ibi, Rerū amotarum iudiciū singulari introductionum aduersus eam, quae vxor fuit, quia placuit eam furtum facere, sed furti non esse actionē constituto iure. vbi glos. exponit aperto iure. & per l. si peculiū. §. is cui. de statuliber. ibi, Iulia. autem ait fauore libertatis constituto iure hunc ad libertatem peruerturum. Adeo autem ex cōstituto potius iure, quā ex testamento ad libertatem peruenit. vbi Benedictus Plumb. intelligit iure singulari, vt Alciat. & quod non indigeat extraordinario auxilio, per l. 2. C. de insti. & substi. quamuis idem Alciat. lib. 7. parerg. cap. 26. dicat hanc significationem a se tantū animaduersam, neq; prius doctor. cognitā. Videte si dici possit ius constitutum, quasi ius decretum & ordinatum, & cōmunes Iuriscōsultorum, raturae sententiae, quas Graeci *νόμος* dicitur vocant, teste Francisco Connano in lib. 1. cap. 15.

Domiciliū constituere.

Constituere domiciliū, id est facere, disponere. l. 2. ff. de munerib. iuncta l. libertus. r. §. sola domus possessio, quae in aliena ciuitate comparatur, domiciliū non facit. vbi in vna lege dicitur constituerint domiciliū, in alia fecerint.

Curatorum constituere, creare, dare: & constitutus, creatus. l. Lucius. ibi, inuito patre curator cōstitutus. ff. ad municipal. l. 2. iuncta l. si. ff. quod cum iusque vniuersita. nō. vbi in vna lege dicitur cōsti-

tui, in alia dari. l. si. vbi pupill. educari debeat. l. verbis legis. infra eod. l. 2. de curator. bonis dand.

Procuratorem constituere, idem, in l. si procuratorem. ibi, procuratorē rerum suarum cōstituit. ff. de condict. indēb. Constituere alimēta, l. 2. ff. de feris. ibi, alimēta constituuntur, id est designantur, statuantur, decernantur. Constituere sibi debitorē, id est contrahere, acquirere, l. emptor. §. fin. ff. de pact. ibi, propter accepta & data debitorē sibi constituit. & l. si cum te. ibi, debitorē constituto. ibid. & constituitur pignus rei mobilis. l. plebs. §. pignus. infra eod. l. non est mirum. de pignora. actio. Constituere iura, condere, l. verbis legis. ibi, iura constituentium. infra eo. Constituere ortos in ciuitate, id est cōstituere, instruere, l. vrbana aedificia. infra eod. Constituere licet sui iuris deteriorē persecutionem, id est facere. l. pactum inter. ff. de pact.

Procuratorem constituere, alimēta, debitorē, iura, ortos, de teriore per sectionem

Constituere iudiciū, quod secūdam hodiernum vsum recipere in processum ordinariū vocat Budā. in d. l. 2. de orig. iuris. Inde constituta iudicia ordinaria.

Constituere iudiciū.

Pecuniam constituere, est cum parte ipsa statuerē, id est delibere promittere. Alcia. in l. bona fidei. in fi. C. de pact. vel est debitum soluendū in se recipere. & sic intelligitur l. 1. & totus tit. ff. & C. de consti. pecunia, & l. item. in fi. quod cuiusq; vniuersita. nō. §. de constituta. de actio. in Insti. & ibi pecuniae nomine omnis res continetur. l. pen. C. eodem.

Constituere pecuniam.

Constituere disceptationē, est quod praetici dicitur accordare scripturas, teste Budā. in d. l. 2. quod etiam in aliis intelligi posset, vt alibi dicam.

Constituere disceptationem.

Constituere actionem famosam, est decernere agendum actione famosa, statuere, l. diuus. in fin. ibi, boni pratoris est potius restituere litem, vt & ratio & aequitas postulat, quam actionem famosam constituere. ff. de integr. resti. interdum lex dicit statuit actionem, l. eleganter. in fin. ff. de condict. indēb.

Constituere actionem famosam.

Constituere pro disponere, l. si quis ex argentariis. §. rationem. in si. ibi, sed & quod solui constituit argentarius, edere debet. ff. de edendo. nempē si scripserit argentarius soluendum aliquid Titio, in suo libro rationum hoc edendum est.

Constituere pro disponere.

Vfuras constituere, praestituere, assignare, l. iuriscōsul. §. vt puta. ibi, si in tutela: actione conuenit, vt maiores quam cōstitutae sunt vsurae, praestentur. ff. de pact. l. is qui natus. infra eod. Inde ad constitutum venire, est ad diem & horam praestitutam a iustice venire. Budā. in foren.

Constituere vsuras.

Constituere vsum fructū est creare, dare, l. cum l. seq. & aliis multis seq. ff. de vsum fructu. vbi pasim Iuriscō. vtitur verbo constituitur, & verb. datur. idē constituere seruitutem. l. nam satis. §. sed si is. ff. quemad. seruitu. amittant.

Constituere vsum fructum seruitutem.

In rem constituere pactum, l. si tibi. §. pactum ff. de pact. vbi pactum conuentū cum venditore, si in rem constituatur, id est cōcipiatur, formetur.

In rem constituere pactum.

Nouae obligationes constituuntur, id est oriuntur, vel concipiuntur, creantur, dētur, l. ab emptione. in fin. ff. de pact. ibi, vt nouae quaedam obligationes inter nos constituantur. l. iuriscōsul. §. sed cum nulla. ibi, non posse constitui obligationem. ff. de pact.

Nouae obligationes constituuntur.

Constitutum est procuratori, id est pronuntiatum, interlocutum, vt procurator agat. l. non solū. §. sed interdum. versi. neque. ibi, sed & si procuratori constitutum est, vt ex ea causa agat. ff. de procur.

Constitutum est procuratori.

Constitutum & statutum tempus pro eodem scribit Iuriscōsul. in l. si ancillam. ff. pro suo. & in l. penul. ibi, intra constituta appellationis temporaria. ff. de appella. recipiend. l. pen. de nautic. feno. & in l. si cōmuniem. in si. quēadmod. seruitu. amitt. Consti

Constitutum & statutum tempus.

de noui oper. nuntia. Ergo à contrario si creditor recuset obligationem rei pro satisfatione, non cogitur eam accipere, per hunc tex. ibi, contentus. Et dicitur re promissio, quia primo reus promiserat, alioqui reus non esset, nec debitor. Sed quia forte de illa promissione non constabat per scripturam, aut alias, ideo nunc re promittendo se obligat in strumento Regio sigillo munito: de quo tractauit in primo tomo commentariorum in consti. Reg. in tract. de liter. obligator.

Fideiussores non inueniens an cum iuramento recipiatur.

Secundò quando non possit quis inuenire fideiussores, nec pignora, tunc crederem sufficere iuratoriã cautionem cum obligatione, vt no. in lege prima, qui satisfidat. cogant. & Ludouii. Roman. consti. 439. in fin. scripti plene in verb. *bono & suffisante cautione*, artic. 1. tract. de senten. executor. in dictis consti. Reg. in 1. tomo. quid in recedentia & aliis, quæ iuratoriã cautio vocatur, Græcè dicitur à Theophilo, *ἰουρατία*, in §. sed hodie. Instit. de satisfid. sic *ἰουρατία*, iuratoriã cautio, *τοῦτ' ἐστὶν ἰουρατία*, quæ etiã abiuratio, & excusatio cum iurando dicitur à Budæo, in suis cõmentariis Græcæ linguæ: sed non scribit hanc verbi legalis significationem.

Pignus dare potest, & satisfidare debet.

Tertiò quando vellet dare pignora, potest. per tex. in lege prima. §. iuber. ff. de colla. bonor. glo. & doct. in d. l. i. quia melius est pignori incumbere, quam in personam agere. §. furti. de oblig. quæ ex delicto nascunt. in Instit. not. in l. plus cautionis. ff. de regul. iuris. glo. & doct. in d. l. i. & §. suscepto. in authen. de exhibend. reis. colla. v. bi. glo. magna dicit, quod si femel dedit pignora, & velit ea repetere, & dare fideiussores, non poterit, nec quidem obligatio proprium corpus poterit inuito creditore pignora liberare.

Fideiussores obligari non possunt nisi pignora præstare.

Limitatur quãdo lex præciperet, aut ordinatio, vel pars promississet dare fideiussores, tunc decisio legis, & partis promissio debet seruari, nec tunc reciperetur iuratoriã cautio, vel pignus. authen. offeratur. C. de litisconest. glo. & doct. in l. in eo. §. nemo. ff. de regul. iuris. lege, prætor. 3. de prætor. stipulatio. Tum quod aliud pro alio inuito creditore solui non potest. l. 2. §. i. ff. certum per. tum quia periculum imminet in custodiendis pignoribus, quorum derelictionem creditor culpa sua pronunciatem facere tenetur. l. quemadmodum. §. penul. ff. ad legem Aquil. tum quia dispositio legis non seruetur, nec partis promissio, quæ fuit, vt daret fideiussores: nec forma, quæ non potest impleri per æquipollens, teste Felin. in c. cum dilecta de rescip. Soc. in dicta lege prima. col. 2. quamuis contrarium firmer Dec. in d. l. plus cautionis, quia pro vno fideiussore alius dari potest æque idoneus. l. Labeo ait. §. fin. ff. de arbitr. & pignus aliud æquæ bonum. glo. singul. in l. si Titio. ff. de pignor. secund. Franc. Crem. sing. 54. quaritur. quod est verum volente parte, vel quando non possit dare illum fideiussorem: alias inuita parte & sine causa non possit. l. qui autem. §. i. ff. de consti. pecun. Et diuersum est pignus à fideiussore, nec est tanta inter varia pignora, aut diuersos fideiussores differentia, quanta inter pignus & fideiussores. ideo qui fideiussores promissit, pignora dare non potest inuita parte, sed ea volente. l. 2. §. si legatarius. ff. quor. legator. ibi, idem dicendum est si legatarius pignoribus voluit sibi cauere. & dixi in dicto artic. primo, in recedentia beneficij, tract. de senten. executor. in primo tomo cõmentar. in consti. Reg. Gallic. vbi plenius dixi quid verb. cautionis, Gallicè cautione continetur.

Loco vnius fideiussoris alius dari potest.

Quartò non procedit cum in lege exprimeretur satisfidatio, & cautio, l. vnic. ff. de ripa municead. ibi, boni viri arbitratu vel cautum, vel satisfidatum est, aut per illum non fiat, quo minus boni viri arbitratu vel caueatur, vel satisfidetur, vim fieri veto. vbi sufficit vel caueere, vel satisfidare, quia in lege est expressum: quod etiam in aliis casibus locum habet, quos glo. Bar. & Laf. congerunt in d. l. i. qui satisfidat. cogant. ibi videre. ne plura. & tunc est in electione debitoris alterũ præstare. l. 3. ff. de eo. quod certo loco.

Satisfidatio & cautio quando exprimitur.

Quartò non procedit cum in lege exprimeretur satisfidatio, & cautio, l. vnic. ff. de ripa municead. ibi, boni viri arbitratu vel cautum, vel satisfidatum est, aut per illum non fiat, quo minus boni viri ar-

bitratu vel caueatur, vel satisfidetur, vim fieri veto. vbi sufficit vel caueere, vel satisfidare, quia in lege est expressum: quod etiam in aliis casibus locum habet, quos glo. Bar. & Laf. congerunt in d. l. i. qui satisfidat. cogant. ibi videre. ne plura. & tunc est in electione debitoris alterũ præstare. l. 3. ff. de eo. quod certo loco.

Satisfidatò debeo id, pro quo fideiussores dedi. lege, & magis. ff. de solutio. Satisfidatò, id est per satisfidationem, dando fideiussores. lege, ex castrensi. in fin. ff. de castren. pecul. ibi, & si ponte patiat, vt quilibet defensor satisfidatò filium insoludũ non peculio tenus defendat.

Satisfidatò promittitur, id est fideiussoribus, probat l. sed & si quis. §. fin. ff. si quis cautio. & si seruũ dominus in crimine capitali defendat, sistendum satisfidatò promittere iubetur, l. si seruũ. ff. de accusa. scripsi in meis interpretat. intellectum ad illum text.

Interdum Iurisc. diuisim ita proferunt, dabitur autem satis vicinis, id est satisfidabit vicinis. l. vna. §. pen. ff. de ripa mun. & l. quod si de speciali. ibi, satis iudicatum solui dare debet. id est satisfidare iudicatum solui. de minor. & in lege, sed & si succiperit in fin. de iudic. lege, cuiuscunque in fine. ibi, vel si satis non detur, ipsi serui permittitur. de usufructu. vel satis creditoribus facere, lege si. §. Titus. ff. de cõditione indebiti, pro satisfidare creditoribus.

Satisfidatio necessaria dicitur, quæ de necessitate legis, ordinationis, vel hominis præstanda est: voluntaria, quæ ex voluntate. l. si fideiussor. §. l. ff. qui satisfidat. cogant.

Satisfidare iudicatũ solui, est fideiussoribus promittere de iudicato soluendo, lege, si procurator. §. penul. ff. de procurator. & ita intelligitur totus titulus ff. iudicatum solui. quæ stipulatio tria complectitur, de re iudicata, de re defendenda, & de dolo malo. lege, iudicatum. i. ibidem.

Satisfidatione quomodo debeat dominus procuratorem releuare, scribit egregius tex. in l. si procuratorem. ff. de procurator.

Satisfidare est onus: ideo iudex non debet onerare partem ad satisfidandum, nisi vbi in lege vel ordinatione exprimeretur. lege, qui ex parte. ibi, satisfidationis onus euitare possit. ff. de interrogat. actionib. alioqui pars appellare poterit, quia grauatur, l. si plurium. secunda. §. i. ff. de noxal.

Satispræstare idem est quod satisfidare, lege, tribus. ibi, eniuertò quæ satisfidat. ff. de usufructu earum rerum, quæ vsti consumuntur. iuncto versiculo, ibi, quia heredi satisfidat.

Satisfacere, *τοῦτ' ἐστὶν ἰκανὸν ποιεῖν*, dicitur debitor quando creditoris desiderium implet, d. l. i. ff. qui satisfidat. cogant. sine tamen numeratione pecuniæ. l. sed & si quis stipuletur. §. i. ibi, necdum pretium numerauit, sed tantummodo pro eo satisfecit. ff. de usufructu. Et satisfactum accipimus, quemadmodum voluit creditor, licet non sit solutum, siue pignoribus sibi cauere voluit, siue fideiussoribus, siue reo dato, siue pretio: & generaliter dicendum erit, quoties recedere voluerit creditor à solutione, vel obligatione, videri ei satisfactum, si vt ipse voluit sibi cauit, licet in hoc deceptus sit. l. si rem. i. §. omnis. ff. de pignorat. actio. & si quis constituit se satisfactum, & fideiussorem vel pignora det, liberatur ab illa obligatione non pignora, quia nihil interfit, quemadmodum satisfaciat. l. promissor. i. §. si. ff. de consti. pecun. authen. si quãdo. C. de consti. pecun. Et Iurisc. consil. sic ait: satisfactio pro solutione est, id est loco solutionis habetur. Etiam satisfactum creditori intelligitur, etsi iusurandum delatum est, hypotheca nõ esse rem obligatam, & debitor iurauerit. l. soluitur. in fin. & l. si dese-

Satisfidatò debeo.

Satisfidatò promittitur.

Satisfidare iudicatur.

Satisfidatio necessaria quæ, & voluntaria. Iudicatum solui satisfidare.

Iudex an possit cogere ad satisfidandum.

Satispræstare.

Satisfacere.

Satisfactio pro solutione habetur.

Gratia delinquenti à cõcessu quomodo intel ligatur.

l. si deferere. ff. quib. mod. pignus vel hypoth. solui. Ex quibus declarantur verba inferi solita in literis gratiæ homicidæ concessæ. ibi, *satisfactio facta à parte cuiuslemens tantum solummodo, si facta nõ est*, &c. vbi sufficit delinquentem satisfacere parti aduersæ. facit §. venditæ. de rer. diuis. in Instit. ibi pretium soluerit, vel alio modo satisfecerit, veluti ex promissore, aut pignore dato. l. quod vendidi. ff. de contrah. emptio. Et debitores rerum publicarũ ad honores inuitari non possent certum est, nisi prius in id quod debetur reipub. satisfecerint. Planè vice solutionis sufficit, vt quis aut pignoribus, aut fideiussoribus idoneis cauerit. l. rescripto. §. debitores. & seq. ff. de muneribus, & caudò qui interdum satisfacere dicitur, vt in c. fin. §. in aliis. vbi Panor. in 2. not. vt lite non contestata. Et sic cum satisfacere generale sit, comprehendens solutionem, satisfidationem, & aliam cautionem qua desiderium implem creditoris, ideo non valet expositio glo. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. dicens satisfacere, id est satisfidare, quia genus ad vnam speciem restringi non debet, nec generale verbum ad vnam expositionem. Et satisfacere per prædicta est generale: ideo non debet ad solam satisfidationem restringi. l. cum hic status. §. si maritus. ff. de donatio. inter vir. & vxor.

Debitores rei publ. in non debent ad munera recipi ante satisfidationem. Satisfacere generale est.

Limitationes quando satisfacere non est generale.

Satisfacere in contractibus quomodo accipitur.

Primò limitatur, quando in lege vel cõstitutione poneretur satisfactio, & satisfactionis nomine solutio exprimeretur, vt in l. is qui. §. satisfactionis. iuncto. §. præceden. ff. vt in possess. lega. sic dicente: satisfactionis verbum licet latius pateat, tamen ad exsoluendum legatum refertur.

Secundò si cõstitutur, quando materia solutionem tantum respiceret, vt doct. radunt in re iudicata, ne obligationes ex obligationibus oriatur. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. l. licitatio. §. debitores. de publican. & vbi sigal.

Tertiò fallit regula, cum quis promissit satisfacere, in contractibus enim verbum satisfacere, ab homine prolatum solutionem denotat. Bart. & alij in d. l. i. per text. in auth. si quãdo. C. de consti. pecun. Quod est verum, quando in pecunia satisfacere se cõstituerit: tunc enim soluere tenebitur. tex. in §. ad hæc aliud. in auth. vt cũ de appellat. cogno. colla. 9. secus si simpliciter satisfacere promiserit, vt supra dictum extitit, etiam in contractibus: vt d. l. promissor. §. fin. ff. de consti. pecunia, qua nostram iuuat opinionem.

Nec obest l. quod si non soluere. ff. de pignorat. actio. vbi satisfactio inuita parte post petitionem non admittitur, sed solutio requiritur. Et per hoc patet, quod tam in contractibus, quàm in aliis, verbum satisfacere intelligitur, quemadmodum voluit creditor: vnde si quis promiserit soluere, aut satisfacere, non auditur inuita parte volendo fideiussores dare, sed requiritur quod ad voluntatem creditoris iure satisfaciatur, soluendo, vel dse iudendo vel præceptum capiendo de soluendo. sic docet Barr. in l. quamuis. ff. de pignora. actio. quia debet implere voluntatem suam, in qua promissit: vel si forte totum soluere nõ promiserit, satisfacere poterit dando pignora, quæ vendi poterunt, vel fideiussorem præstando, qui se obligabit ad decem dies, vel aliud tempus conuentum soluere. sic conciliari poterit opiniones scriptæ. in d. l. i. Interdum lex dicit satisfacere iudicatis. l. tale pactum. §. penul. ff. de pact. & sic intelligitur vt supra scripsi.

Conciliatio opinionum.

Declaratio ad constitutionem Regiam.

Quartò nisi in lege vel dispositione dicitur, integre satisfecerit. text. iuncta glo. in l. penult. de immunita. eccles. in 6. de Ripa in cap. i. glo. donec. de iudic. sed illa glo. non dicit soluere teneri, sed satisfacere. Et per hæc intelligitur constitutio Regia ex nouis, artic. 49. & in rubr. *des causes possessoires*, art. 12. ibi, *apres les possessoires intenté en matiere beneficiale, ne se*

pourra faire poursuite par deuant le Iuge d'eglise sur le peitoire, insques a ce que le possesioire ait esté enuierement vuidé par iugement de pleine maintenue, & que les parties y ayent satisfait: scilicet integre. Et sic ambæ partes (scilicet c. fin. de ordin. cognitio.) satisfecisse dicuntur, quando iudicatum fecerunt, id est id quod iudicatum erat impleuerunt. Et tunc non recipietur pars, si portionem debitam præstaret, nisi insolidum satisfaciatur. tamen sufficiet satisfactio, de consensu partium facta, licet in pecunia non consistat.

Vltimò regula perdit officium, si vsus loquendi communis satisfactionem pro solutione tantum reciperet. tunc enim illum insequemur vsum. per l. Labeo. ff. de supellecti. lega. legem, librorũ. §. quod tamen. de lega. 3. legem, heredes palam. §. sed si notam. de testamentis. vide quæ scripsi in §. i. de sententiis executor. in 1. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic.

Satisfacere pacto, est adimplere id, quod in pactione cõuentum est, l. emptor. ff. de pact. ibi, quæstrum est, cum posteriori pacto satisfactum non sit, &c. Satisfacere pœnæ, est pœnam soluere. lege, si cum exceptione. §. quatenus. ff. quod metus caus. ibi, quia tripli pœna propter facinus satisfacere cogitur. Satisfacere debitis, id est soluere debita. l. fina. in fin. ibi, quod si debitis satisfecerit. ff. quod metus caus. Satisfacere constituto. l. promissor. §. fin. ff. de consti. pecun. ibi, Constituto pacto non facit, qui solutum se constituit, si offerat satisfidationem, quia soluere debet id quod est in constituto, vel voluntatem creditoris implere. Satisfieri stipulatio, & verberibus, de seruo dicitur, quando is punitur pro qualitate delicti, l. si seruũ. ff. l. ex noxa. caus. agatur.

Alias creditor non est liberaturus rem, nisi insolidum ei satisfiat. lege, his consequenter. §. Celsus. ff. famil. erciscun. Et integre satisfieri superius dictum fuit.

Satisfactum non videtur creditori, qui habet iudicatum actionem. lege, grege. §. si cum defensore. ff. de pignor.

Si quis promiserit satisfieri à se & Titio, si Titius nõ satisfaciatur, ipse promissor insolidum obligatur: secus si impersonaliter non nominata aliqua persona, vt docet Imperator in §. si. in authen. vt cum de appellat. cognosc. colla. 8.

Satisfacere verò dicitur creditor, cum fideiussores recipit. nã sicut satisfidatio refertur ad debitores, ita satisfactio ad creditores. Et satisfactio est stipulatio, quæ ita obligat promissorem, vt expromissores quoque ab eo accipiantur, id est qui eodem modo, quo satisfacere. Nam quia id, quo quis contentus erat, ei præstatur, satisfieri dictum est. l. stipulationum. ff. de verb. obligat. Et similiter quia tales, quibus contentus quis futurus esset, ita dabantur, vt verbis obligaretur, satisfacipi dictum est, l. tribus. ff. de usufructu. earum rerum quæ vsti consumuntur. facit lex, de pupillo. §. fina. ff. de noui operis. nuntiatione, lex, cui usufructus. de usufructu lega. lex, si seruus. de diuersis & temporalibus præscriptionibus, lex, cum quis. de actionibus, & obligatio.

Datiuus vel testamentarius tutor, siue curator, non petit satis à collega suo, sed offerre ei poterit, vtrum satisfaccipere velit, an satisfidare. ff. rem. pupil. saluam fore. lege, datiuus. facit lex, procurator. §. fin. rem ratam haberi. lex, pactum inter herodem. de pactis. lex, in causa. §. si ex parte. & lex seq. ff. de procurat. l. mutus. §. fin. ibidem. l. lecta. si certum perat. l. frater. de condi. indeb. Et ita satisfaccipere dicitur creditor, nõ solum qui fideiussores accepit, vel pignora à debitore, verum etiam si alio modo

Vsus communis declarat satisfactionem.

Phrasæ verbi satisfaccere. Satisfaccere pacto, pœnæ debitis, constituto, & aliis.

Promissor satisfieri à se, quomodo teneatur.

Satisfaccipere.

Tutor cõtutori vel satisfidat, vel satisfaccipit.

contentus fuit. Et creditores qui satisfecerunt, separationem bonorum testatoris & heredis impetrare non possunt, lege prima. §. item queritur. ff. de separatione. l. 2. in fin. quorum legator.

Satisfecere.

Satisfecere, in iuris scriptis, est satisfactionem exigere, l. liberto. §. largius, ibi. & ideo nec Titius alius, vel heredes eius audiri debent aduersus heredes patroni agentes, quod satis non exegerunt. ff. de annuis leg. l. quotiens. §. sed & si filius. ad municipalem. ibi, sed si filius tutores dare non curauerit, vel minus idoneos exegerit, nec satis exegerit, vel non idoneum acceperit. l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhibendum. vnde à procuratore, de cuius mandato dubitatur, satis exigere possumus, lege 1. C. de procurat.

Satisfacere.

Satisfacere est satisfactionem offerre, bailler pleige & caution. lege 3. §. si quis paratus. ff. quod vi aut clam. ibi. magis est vt deficiat, si modo satisfecerat. lege 1. in fin. requirendum annotatum si prouinciae praesidem intra annum adierit, & satis obtulerit. ff. de requir. reis.

Contentus quid.

Contentus fuit. hic potest accipi pro acceptauit & probauit, nam qui aliquid probat, illi satisfit, & eius animo est satisfactum. lege 1. §. non fuit contentus praetor. ff. de dolo. l. 3. in fin. nauar. caupo stabular. l. si quis à me. de actio. emp. l. si colonus. arbor. furrim cafar. ibi, vna actione contentus actor esse debet. Vnde filia quae dote fuit contenta, nullum ad bona paterna regressum habere potest. c. quamuis pactum. de pact. in 6. l. pactum quod dotali. Cod. de collat. Quibus contenti alia prosequamur.

Securum facere promittens, ad quid tenetur.

Securum facere aliquem, vel reddere, est vel pignoris, vel fideiussoribus, d. l. r. ff. qui satisf. cog. vel stipulatione & instrumento. l. r. §. communes. ff. de praetor. stipula. Vnde si quis promiserit me reddere securum, vel securitatem praestare de debito, sufficit vnum ex supradictis praestare, quia securior erit creditor habens debitorem obligatum, vel suas res. d. §. communes. Et sic patet, quod is qui promiserit facere securum, non recipitur, si velit dare chirographum propria manu scriptum, nisi trino reste subscriptum fuerit. nec enim cautum esset creditori, qui negari potest debitorem scripsisse, & postea effectus scripturae in examinatione pendebit. textus in §. si quis igitur. in authent. de instrumentor. cautel. & fide. collat. 6.

Securus quis.

Securus est, qui nihil timer, l. r. in fin. ff. de actio. emp. glo. in l. si mandato. 2. §. si. ff. manda. Sed hic habens solum chirographum, timer adhuc controuersiam in approbado, seu recognoscendo illo. Debet igitur obligare se debitor sub instrumento sigillo Regio sigillato, vel ad rigores parui sigilli, aut conuentionum Nemausi, si in patria confectudo illa sit, vbi ad illos rigores solum sit obligari, vt creditor sit securus, quasi seorsum à cura: & dando fideiussores, idoneos eos praestare debet pro quantitate debiti, l. 2. ff. qui satisf. cogant. Alioquin non redderet securum creditorem. Item si iste debitor opulentus multa possideret bona, personam suam obligare non teneret & ad carcerem: verum sufficit, quod omnia bona sua isti obliget creditori, quia satis ei consilium esse videret ex hac bonorum obligatione. nec queritur in quo magis possit esse securus, sed sufficit eum securum esse iuxta promissionem: secus si nulla aut pauca possideat bona. & hoc etiam ex consuetudine seruat.

Securum facere debiti.

Securè testatur is cuius testamentum infirmari nequit. l. Papin. §. si quis mortis causa filio donauerat quartam partem eius, quod ad eum esset peruenitur, si paterfamil. decessisset, puto securum testari. ff. de inoffic. testam.

Securum facere debiti.

Limitatur cū quis primo se obligasset, & denuo promississet facere securum, assessor le deu, tunc vt

ista promissio aliquid operetur, intelligitur cum pignoribus, vel fideiussoribus: teste Roma. in l. praetor. §. deinde. ff. de noui oper. nuntia. quem ibi sequuntur Paul. & Alexan. Idem cum quis promississet plene securum facere, vel idoneo. glo. in d. l. si mandato. ff. manda.

Exterius quam securitate debeat.

Idem si promittens esset exterius, seu forensis, de cuius fuga dubitari posset, eo casu pignora, vel fideiussores praestare debet. gloss. in d. §. suscepto. de exhibend. reis. colla. 5. Hippol. in rubrica, de fideiussor. quaest. 40. ideoque in his debemus considerare verba secundum naturam actus, super quo interponuntur, tam in iudicialibus, quā in extraiudicialibus cum nō inueniatur differentia expressa, quicquid dicat las. & alij in d. lege prima. Vnde si rem iudicaram, vel sententiam quis promiserit securum facere, tenetur vel soluere, vel dare pignora, quae vendere possim: vel fideiussorem, qui breui soluat, vt supra dixi in eo qui promisit satisfacere.

Securitas solo Rege datur.

Notandum est quod alio significatu securitas à solo Rege datur in hoc Regno, quā vocant Saluagardiam. Sed bailliuus, vel index Regius potest defensionem parti facere, & praecipere illi, ne supplicentem offendat: quemadmodum fuit dictum in Senatu anno 1371. die 13. Maij Hodie quoque quilibet requisitus ad dandum securitatem, Gallice, *paix & assurance*, tenetur eam dare, etiam si mulier requireretur, vel exterius alterius iurisdictionis, vel forte Regni, sic decidit Senatus pro Ioāne Archart habitante in ciuitate de Valenciennes, contra D. Euguerandum de Hesdin, vt videre licet in summa rural. rubr. de *meire treuenus ou assurances entre parties. qui sont en court*. De securitate sunt tractatus, in quibus ista scribitur materia, quos videre poteritis, & rubr. de *assuramentis*, in stylo curiae Parlamenti. ne prola.

Arefsum.

Cauere.

Cauere qui tenetur in lege ciuili, promissione nuda liberatur, secus in dispositione pretoria. l. sancimus. C. eod. & ibi doctores. & ego quoque scripsi in l. habere. §. cautum. infra eod. quomodo intelligatur. & hanc cautionem *εγγυησιον* Graeci vocant, vt est text. in d. l. sancimus. Reliqua reuicam nunc ad d. §. cautum. De cautione est l. si adulterium cum incestu. §. vtr. ibi, si quis in honore, ministerio publico sit, reus quidem postulat, sed differtur eius accusatio: & cautione in iudicio sistendi causa promittitur in finem honoris. ff. de adulter. Sed in hoc Regno non differtur accusatio alicuius etiam cancellarij, cum videlicet apud nos haec officia sint perpetua, sicque foris impunita: verum in temporariis haec forte iuris dispositio obseruaretur, nisi fauores adessent.

Accusatio non debet differri.

Filius pro patre autz publ. salua promittere cogatur. Promittere quid significet, & an contineat stipulationem.

Item inuitus filius pro patre rem pub. saluam fore cauere nō cogitur. l. estimationem. ff. de muneribus. Et an pater pro filio, vide in l. quories. ff. ad municipal.

Promittere est sine se obligando, seu simplici verbo polliceri. l. fin. nevis fiat ei. vbi etiam glo. nisi in scripturam quoque publicam redigatur, quia tunc intelligitur per stipulationem, l. lecta. & ibi las. ff. si corr. perat. l. sciendum. §. dictum. de adilit. edict. Bart. in l. sciendum. de verb. oblig. vbi plenè doct. limitant. illos poteritis videre, & quae scripsi in l. sponsionis. supra eod.

Repromissio quid sit.

Repromissio est firma promissio sine fideiussoribus, & proprie per stipulationem. l. r. §. stipulationum. ff. de praetor. stipula. ibi, stipulatio, duplae repromissio est. & l. si quando. ibi, vel ipsis patronis iuretur, vel repromittatur. ff. de oper. libertor. l. de pupillo. §. si is cui. ibi, satisfecerit repromiseritve. de noui oper. nuntia. & l. praetor. §. hoc interdictū. 2. ibi, perinde si satisfadū non est, sed repromissum, huic locus nō erit. ibidem. l. hoc amplius. §. 1. & per totum,

totum, cum duab. legib. seq. ff. de damno infect. l. creditor. r. de pignora. actio. l. qui seruum. in fin. de interrogator. actio. probat §. loca. in fin. de verbor. obligat. in Instit. qui text. in princip. loquitur de stipulatione, postea dicens inutilem esse repromissionem. Sic debet intelligi de stipulatione, quamuis quidam dicant ibi repromissionem capi pro iterata promissione, sicut rescriptum iterum scriptum. doct. in rubr. de rescript. sed praedicta veriora esse probat l. 3. §. sed & si quis. ff. quod vi aut clam. non tamen inficiabor aliquādo repromittere capi pro iterum promittere. vt in l. si quis delegauerit. ff. de noua. vbi debitor qui iam promiserat, repromittit, id est iterum promittit, & secundo illi cui delegatus est. Itaque repromissio est firma promissio per stipulationem, sine fideiussoribus tamen & pignoribus. l. non cogendum. in princip. ibi, sed & si satis non dederit, sed repromittenti ei creditum est. & §. 1. ff. de procurator. l. quamuis. §. 1. ad Valleia. l. Titio. §. Titius. l. ad municipal. l. creditor. r. de pigno. actio. & 40. distinct. in princ. vel dicitur promissio cum obligatione bonorum. l. filio. in fin. ff. vt lega. vel fideicom.

Limitatur quando materia conueniret etiam nuda promissione. l. 2. §. si legatarius repromissione contentus fuit, dandum est interdictum. ff. quor. lega. videretext. in l. si quando. §. fin. & ibi glo. ff. vt legat. vel fideicom. nomi. cauea. & quae scripsi in l. sponsionis. supra eod.

Et sic patet per iura superius adducta, quod satisfationis appellacione non venit repromissio, nisi creditor ea fuerit contentus, per istum text. & quando satisfatio cuidam remittitur, is tenetur cauere sub obligatione & hypotheca bonorum suorum, l. filio. in fin. ff. vt legat. not. cauea. l. omnes ante mediam, & ibi Bart. C. de episcop. & cleric.

Tertio quando lex repromissionem loco satisfationis vult praestari, vt in eo qui in loco publico aedificat, nempe tantum debet repromittere, licet alius suo nomine nuntians debeat satisfadare, l. non solum. §. si cum possem. ff. de oper. no. nuntia. & l. 1. §. stipulationum. de praetor. stipula. Et ideo putarem ibi sub verbo repromissionis etiam promissionem cum iuramento venire, quod sit firma. l. si quis pro eo. vbi scripsi, ff. de fideiuss. l. si quis maior. C. de transactio. vel cum hypotheca bonorum, vt dictum fuit: vel etiam ibi potest intelligi re promittere per stipulationem.

Quarto quando Iurifconsult. vtitur verb. nuda repromissio detur, tunc intelligitur nuda promissio à fideiussoribus & pignoribus, tunc igitur si nil aliud obstat, sola promissio sufficit: regulariter tamen repromissio dicitur cum stipulatione. l. r. §. stipulationum. ff. de praetor. stipula. vt superius dictum extitit.

CAIVS LIB. XXVII. AD EDICTVM Prouinciale. Lex Ixij.

Tigni appellacione in lege 12. tabularum omne genus materiae, ex qua aedificia constant significatur.

In lege duodecim tabularum sic scriptum reperiebatur: Tignum alienum furtiuum adibus, vel vineis suis iniunctum. ne quis eximere cogitor, sed duplum pro eo per actionem de tigno praestare compellitor. Et quid tigni nomine significetur in ea lege, Iurifconsult. hic declarat, dicens, omnem materiam, ex qua aedificia constant, tigni appellacionem contineri. nam cum Iurifconsulti leges 12. tab. interpretentur, quarum demum nonnullae fuerunt in

Nuda repromissio.

Lex 12. tab. de tignis.

corpus iuris ciuiliis cu interpretationibus Iurifconsultorum necessariis redacta, non mirum si multas huiusmodi interpretationes in iure passim inueniamus. Et ista lex ad sequentia utilis erit.

Legis utilitates.

Primo quoad decisionem Iurifconsult. in l. r. ff. de tigno iniuncto, cum dicit, tignum alienum aedibus meis iniunctum sine domini voluntate, neque soluere, neque vindicare permittit lex 12. tab. ne aedificia diruantur, aut vinearum culturae turbentur: vt secundum nostrum text. de omni materiae genere intelligatur, ex qua aedificia constant. vnde regulam, lapides, lateres, caementa, calcem, & arenam, gypsum, cereraque, si qua sunt aedificijs vtilia, appellacione tigni comprehendemus. Et ad exhibet. dum agi ad tignum prohibet l. gemma. & l. tigni. ff. ad exhibend. Tigna vero à regēdo dicta sunt, quod recto regi soleant. sed & in vineis etiam tigni appellacione omnia vineis necessaria continentur, vt pote, pali, perticae, pedamenta, & alia necessaria, d. l. r. Et actio de tigno iniuncto ad duplum datur in eum, qui tignum alienum sic coniecit, d. l. r. & hoc ex lege 12. tabul. Acquitatis enim ratio suadet, vt postquā dominus materiae in hoc grauat, quod sine facto suo propria re priuatur, in hoc quoque releuetur, vt duplum consequi possit, l. eum qui. ff. de iureiur. l. quid ergo. §. poena grauior. de his qui nor. infam. Christoph. Porc. in d. §. cum in suo. de rerum diuis. Insti. l. adeo. §. cum in suo. ff. de acquir. rerum domi. nec grauaturs qui materiam iniunxit dando duplum. nam si opporreret illam à domo auferre, forte tota domus corrueret, quam obrem vtilius ei consultum, vt tradendo duplū liberetur. Sed in hoc Regno nec quidem hoc duplum solet dari: verum sufficit materiae estimationem quanti plurimi fuit praestare, vt similis emi illa pecunia possit.

Tignū unde, & quid eius nomine continetur.

Diruta domo tigna restituntur.

Si tamen dominus aedium possit abique deformatione aedium restitueret tignū, admittitur si non esset deterioratum: alias contra, cum sit in vtilitate publicam introductum, & ne vrbs vruius deformetur. quae ratio cessat domo diruta. l. cerera. §. 1. ff. de lega. r. vt tenet Ioan. And. in additio. ad Specula. in titul. de eccles. aedificand. §. 1. & Rosfred. in tract. libellor. rubr. de actio. tigni iniuncti. in 4. parte, versic. sed nunquid. vbi idem scribit in aedificijs rusticis sicut in vrbans, propter verba generalia, adibus. Tum quia si iniunctum vineis vindicari non possit, multo minus si aedificio rustico iniunctū sit. Tamen aduertendum est hac actione non teneri, qui ex voluntate domini tignum iniunxit, l. de eo. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Sed re destructa tignum vindicabitur. d. l. adeo. §. cū in suo. ff. de acquir. rer. dom. & agitur ad pecuniā promissā pro tigno.

Interdum etiam pro materia subiecta tigni accipitur pro ligno, vt in l. ferri. ibi, qui tigna dolarent. infra eodem.

Tignarij ferri qui.

Item vocamus fibros tignarios omnes, qui hac tigni materia vtiuntur, vt sunt murarij, albarij, lapidarij, alique id genus. d. l. ferri. infra eod. vel tignarius non solum qui dolabra ligna complanant, sed & qui solaria lignea, hoc est qui trabes, cereraque ad tabulata domus vtilia, & omnis qui aedificat, dicitur: teste Crapaldo in lib. 2. de partib. aedium. c. 1. Inde contignationes vulgo *estagia*, *estagos*, *planchiers*, dicuntur: quarum supremae aut etiam superiores, coenacula dicuntur, *stayas*, Grace teste Buda. in annot. in Pandect. in l. si frater. ff. pro socio. Alij dicunt contignationes esse tabiū coassationem, & texturam ad tabulata coenaculaque construenda, & ita intelligendā l. binas. ff. de seruit. vrb. ban. praed. Ego vero intelligerem in illa l. contignationem, tignorum coniunctionem ad binas aedes, & quasi continuationem tignorum de vna domo ad alterā, & quod sit simultanea tiguatio. Et sensus est, quod si quis ex

Contignationes.

Intellectus ad l. binas. de serui. vrb. ban. praed.

tignis lōgis & trabibus duas domos cooperuit, ita vt trabes adibus seruire vtrisque possint, & postea diuersis hominibus illas leget, an tigna sint communia, vel propria: & Iuriscons. respondet propria esse ex regione, & pro ea parte, qua domus protenditur cuiusque. Demum remouet dubitationem, si vnus veller agere contra alterum, non esse ei ius habere immisium, eo quod tignum meum immittitur in tuam domum. Itaque agi non posse, cum quilibet sit dominus tigni pro longitudine sua domus. vnde vicinus non dicitur immittere tignum suum in rem alienam, cum videlicet quilibet sit dominus sui tigni in sua domo, & quod exit ex sua domo in aliam nō est suum: ergo contra eum non agitur. facit l. penult. de damno infect. Laurent. tamen Vall in Ruden. firmat contignationem dici domus solarium, siue stratum sit camento, la terribus, siue non stratum, qualia ferē sunt solaria domorum Apulie, eo quod apud Liuium promiraculo fertur bouem in tertiam contignationem cōscendisse, id est in tertium solarium. Gallicē, estage.

Cōsignare. In de contignare est tignis tectum iungere, quasi simul tignare, & eisdem tignis duas domos construere, vel vnam.

Conclauē. Et conclauē, de quo in d.l. penult. ff. de damno infect. & l. i. de ventre inspiciend. l. vulgaris. §. qui furti. ff. de fur. dicitur locus secretior domus, qui clauditur vna clauē. l. i. §. potuisse. ff. de senatuscon. Siliano, quem admodum in quo fieri debet electio Roma. Pontific. cap. vbi periculum. de elect. lib. 6. vel superior locus in interioribus tectis, vel quod intra id conclauē multa loca & cubacula clausa sint, triclinio, adhaerentia. & Gall. vocari posse dicunt *en cabinets*. facit l. si cui aedes. ff. de legat. 3. sed longe videtur abesse ab alia significatione.

Concameratio. Concameratio in l. si cui aedes. ff. de legat. 3. dicitur opus ad similitudinem pergularum hortensium factum, quae iunipero cōstectuntur ad ambulationes opacandas: Gallicē *Borseau*, nomen sumens à cunabulis infantium, teste Budeo in annotata, alias *eme tome* seu *voulte*. Et cōcamerare ad arcus formam aedificare. *voulter*. inde cōcamerationes, quae arcuato opere constant. Bud. in annota.

Genus quid & phrasē. Sequitur in tex. *Omne genus materia*. Genus apud Aristotel. est, quod predicatur de pluribus differentiis specie, in eo quod quid est: & ita solent dialectici accipere, & Imperator in §. plebiscitū de iure natur. in Instit. & Iuriscons. in l. si in rem. ibi, appellatio enim rei non genus, sed speciem significat. ff. de rei vindic. & l. feruus. pro empto. quicquid ibi gl. & doct. dicant. & in l. i. §. i. commod. & in l. inter donum & munus hoc interest, quod inter genus & speciem. infra eod.

Interdum & saepius Iuriscons. genus pro specie accipiunt, vt hic, & in l. ostentum. ibi, ostentorum duo sunt genera. & l. hæc verba, ille. ibi, subdivisiuorum duo sunt genera. infra eod. & in l. legato generaliter. ff. de legat. 1. vnde dicit Cicero: genus est notio ad plures differentias pertinens, vel est id, quo alicuius rei qualitas indicatur: vt genus societatis appellamus. in l. si non fuerint. in fin. ff. pro socio. ibi, iniquissimum enim genus societatis est, ex qua quis damnus, non etiam lucrum expectet, prout etiam Gallice dicimus *espece de societé*.

Genus locati & conducti. l. i. §. si quis seruum. ff. de positi. Genus liberalitatis, l. i. ff. de precar. Genus actionis, l. non videtur in iudicem consensisse, qui edi sibi genus apud eundē iudicem desiderat actionis. ff. de iudic. Genere vehiculi. l. si is cui. ff. quæadmodum. seruitu. amittant. Genera seruitutum. l. si cuti. §. i. ff. si seruit. vindicet. Genus alienationis, l. statuliber à ceteris. §. Labeo. ff. de statuliber. Genus maleficij. l. i. ff. de abigeis. Genus criminis. l. quod

ad statutum. ff. de pœnis. Genus iudicij, in l. si quis cum torum. §. penult. ff. de except. rei iudica. Genus contractus, in l. fin. ff. de de condict. caut. data Dedi tibi pecuniam, vt mihi Stichum dares, vtum id contractus genus pro portione emptionis & venditionis est? §. i. de obligat. quæ ex qual. contractu nascant. Genere fit abolitio, id est in genere, seu generaliter, l. aut priuatum. ff. ad senatuscon. Turpil. Eodem genere dissoluere, quo ligatum est, l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. id est causa, vel modo. cap. i. de regul. iur. Genus pro conditione, modo, & qualitate, veluri cum dicimus hoc genus hominū, *cōste maniere de gens*. vt apud Iurisconsul. reprimendam improbitatis hoc genus hominum. in l. 3. §. sed & si tota. ff. nauar. caupo. l. fin. infra eod. Eiusdem generis reddatur res, l. in naue Saupheij. ff. loca. & genera possidendi tot sunt, quot & causæ acquirendi, id est qualitates, vel tituli, l. 3. §. genera. ff. de acq. possessione.

Ex genere causa, in lege 3. §. Iulianus. ff. de liber. exhibend.

Genus etiam pro agnatione sumitur. l. i. ff. de probat. ibi, quoties quaritur genus, vel gērem quis haberet, l. i. de iure. immunit. Philipp. Perus. in cap. si parer. circa. fin. de testam. in 6. Interdum pro cognatione vniuersaliter sumpta, l. 3. ff. de interdicit. & relegat. ibi, quæ vero non à patre, sed à genere, à ciuitate & à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia. Et regulariter pro vtraque. gloss. in §. i. in authen. de incest. nupt. colla. 2. Itaque si quis disponat, vt post mortem bona veniāt ad illos, qui erunt de suo genere, tūc generis appellatio comprehenditur omnes viriūque sexus consanguinei, quasi ex eodem sanguine geniti, l. i. ff. de liberal. cum l. seq. Bal. & Iacob. in d. l. i. ff. de proba. & Dec. in l. 2. nu. 72. de reg. iur. Ioan. de Platca in l. vacatia. C. de bonis vacan. lib. 10. Barb. conf. 57. in 2. vol.

Proinde si Papa dispenser cum Titio, qui est de Comitum, vel Regum genere, sufficit, quod sit cōsanguineus ex altera linea siue paterna, siue materna. c. nouit. de iudic. quicquid dicant ibi nōnulli doct. & Iacob. in d. l. i. dicens, dispensationem esse restringendam: quod verum fatetur: sed non extenditur, quando respicit consanguineos ex vtroque latere, cū genuina eius significatio hoc habeat. Ideoque bastardi etiam comprehenduntur, vt concludit Barb. in repet. l. cum acutissimi. col. 30. C. de fideicommiss.

Quod non procedit, si materia aliter suaderet, vt si diceretur, generis nobilitas, vt c. penult. de preb. quia non fit quis nobilis ex consanguineis matris, nec ex matre, l. nullus. Cod. de decurio. lib. 10. Ideo tunc comprehenduntur tantū consanguine ex parte patris: & idem in aliis casibus congruentibus: vel nisi exprimat genus maternum, vt in l. eos. C. de decurio. lib. 10. vbi Lucas de penna. scripsi in praxi beneficial. in forma dispensat.

Item generationis nomine rā ascendentes quam descendentes veniunt, & tam masculi, quam feminae. cap. statutum. in 2. de heretic. in 6. ita consuluit Alex. consil. 125. attentis. in 3. vol. plene Alber. Brunus in tract. de statutis excluden. cœm. art. 12. q. 19. nisi dicitur generatio masculina, vel aliter secundum materiam dicendum foret, teste Anch. in cons. 359. nos Petrus, & Perus. in c. si pater. circa fi. de test. in 6.

Generale est pertinens ad vniuersos, l. i. in fin. ibi, rei verbum tanquam generale prator elegit. ff. si certum petat. Et conuentionis verbum generale est, l. i. de pact. Et actum verbum generale esse ait Iurisconsul. in l. Labeo. 2. supra eod. & l. quæstio. in fin. infra eod. & l. aliud est fraus. & l. pecunia. 2. §. actionis. infra eo. Generalis subscriptio, in l. i. §. inter. ff. de fall. ibi, generalis ponitur ad differentiam specialis.

Genus pro modo, causa & conditione.

Genus pro agnatione vel cognatione.

Bona fœnere ad illos de genere debeant, consanguinei comprhenduntur.

Dispensatio Papa cum illo qui est de genere Regum.

Generatio nis nomine qd veniunt.

Generalis & generale.

specialis. Generalis exceptio, l. quare. de act. emp. ff. de qua scripti in tract. except. in diuisio. Generalis petitio, l. in generali. infra eo. Generalis appellatio, in l. spadonum. infra eod. Generaliter, l. si quis cum totū. §. pen. ff. de except. rei iudic. l. i. & l. item apud. §. generaliter. de iniur. l. 4. de iure immunita. l. 3. de calumnia. l. hæc verba cui. infra eod.

Et vbicunque est dictum, quod aliquid potest sumi in genere & in specie, debet accipi in genere: quia posito genere ponitur qualibet eius species, l. si quid earum. §. inter emptum. ff. de lega. 3. & quælibet eius species etiam proprie venit. l. semper in generalibus. ff. de regul. iur. Bald. afferit in l. 2. C. de iure auro. an ulor. Bart. & alij in rub. ff. soluto matrimonio. & doct. in rub. de constit. in antiq. maxime de Ripa num. 11. Et quinquaginta casus in quibus arctatur generalitas, scribit Ioan. Andr. in regul. in generali. de regul. iur. in 6. in mercur.

Limitatur tamen in materia odiosa. tunc enim verbum accipietur in specie, l. hoc legatum. ff. de legat. 3. Pandr. in c. Rodolphus. col. i. de rescript. etiam pro materia, vt in statutis concludit Alexan. in rub. ff. solut. matrim. quod est verum in odiosis, scetus si essent fauorabilia, & materię conueniret, vt ibi afferunt recentiores iurium interpretes.

Zafius in lib. 1. responso. cap. 1. vult genus dici, quod non habet certum nomen, vt vltima voluntas in genere, quæ est innominata, gl. in l. licet. C. de pact. Quæ generis appellatio non ideo genus dicitur, quod ad species respiciat, sed ea propter sic nominatur, quod solum sit, & anonymum, ad nullam certam speciem accedens, nullasque sub se species habens.

Ego verò putarem vltimam voluntatem dici in genere, id est indeterminatè sistere sub suo genere. nam vltima voluntas in genere, quædam transit in nomen, vt in testamentum, & alias species, & c. alia non transit, sed manet sub generico nomine, sicut dicitur de pactis in l. i. & seq. ff. de pact. quæ vltima voluntas sub genere consistens, est species vltimæ voluntatis indeterminata, & non genus.

Et varias generis acceptiones vberimè videre potes apud Aristotel. in suis prædicamentis, velut eam quam Porphyrius quoque refert, genus videlicet interdum significare collectionem aliquorum quodam modo ad vnum se habentium, vt genus humanum vel Romanorum, quod à Romulo sumptit in irium. §. sed ius quidem ciuile. de iure naturali. in Instit. vel dicitur genus, vniuersiūque generationis principium, vt familia Iulian. de qua in l. pronuntiaro. in fin. infra eod. Apud quos etiam diuiditur genus, vt sit duplex: generalissimū, quod cum sit genus, species esse non potest, vt substantia: subalternum, quod secundum subiectum materiam modo genus, modo species esse potest, vt ius, virtus, iurisdicctio. l. imperium. ff. de iurisdicct. omn. iud. adoptio, §. adoptio. de adop. Et alia huiusmodi quæ sunt indefinita à genere generalissimo seu supremo vsque ad speciem infimam, quæ scilicet cum sit species, genus esse non potest, quamuis aliter doceat Hegendorph. in sua dialect. legali, & doct. in l. legato generaliter. ff. de legat. 1. vbi alia videri poterunt. Cuiusmodi etiam apud nos generalia verba dicuntur, quæ prædicantur de pluribus differentiibus gradu, vel specie, vt nomē liberorum, l. Titius. vbi gloss. ff. de liber. & posthum. specialia ea que certum significant, licet multa contineant. Bald. in cap. cum dilecta. in fin. de liber. & posthum. Hæc de genere.

Sequitur in text. *Constant adificia*, id est composita sunt, facta, & simultant, scilicet cum materia, atque consistunt, l. i. ff. eod. & mutui datio consistit in his rebus, quæ pondere, numero, mensurave constant, l. i. §. murui. ff. de actio. & obligat. iuncta l. 2. §. mutui datio. si certum petat. vbi vltur verb. consistunt, loco illius verbi constant. facit l. cum biflexus. in fin. ibi, mensis intercalaris constat ex diebus vigintinouem. lege, item Labeo. in fin. ff. familiaræ eriscund.

Plus continet dictio penes, quam apud: quia penes rem is habere videtur, qui dominium vel ius in re habet, l. alio. ff. de alimen. & cibar. lega. l. si sub conditione. quib. mod. vfruct. amita. l. inter stipulantem. §. si rem. in fin. ff. de verb. oblig. Ideo dicitur

Generaliter.

Accipitur ibi in genere nō est illud debet.

Vltima voluntas in genere.

Duplex genus.

Verba generalia.

Constante quod modis accipiat.

stant, l. i. §. murui. ff. de actio. & obligat. iuncta l. 2. §. mutui datio. si certum petat. vbi vltur verb. consistunt, loco illius verbi constant. facit l. cum biflexus. in fin. ibi, mensis intercalaris constat ex diebus vigintinouem. lege, item Labeo. in fin. ff. familiaræ eriscund.

Constat, apparet, certum & manifestum est, constat inter omnes. l. inter omnes. ff. de furt. constat alimenta cum vita finiri. l. cum ij. §. modus. ff. de transactio. l. qui Romæ. §. Augerius. ibi, quicquid patrem suum Publico Mænio. debere constitisset. de verb. obliga. l. i. §. si stipulanti. ibid. l. eum actum. de negot. gest. ibi, constat venire in iudicium: & posse vfructu. ex die legari, & in diem constar, l. vna. in fin. ff. quand. dies vfruct. lega. cedit, & l. i. quib. mod. vfruct. amita. l. creditores. supra eo. l. instructam. iuncta l. pronuntiatio. §. i. & l. inter illam. & l. fugitiuus. in fin. ibidem, & sapissime ad hunc effectum vtuntur Iuriscons.

Interdum accipitur constat decem aureis, id est tanti fuit vendita. sed hæc significatio non tam est frequens apud Iuriscons. quàm passim dicitur.

Constat, perseuerat, durat, permanet. inde constantia, illa animi firmitas & perseuerantia, l. de minore. in fin. ff. de quæst. ibi, qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret. Et constantiam religiosam dicit text. in l. ne piscatores. ff. de incend. quia maxime decet viros religiosos constantiam in oratione & religione. & si quis constantem hominem esse affirmauerit, nō exacta grauitas, & constantia quasi à philosopho desideretur, l. si quid. ff. de ædil. edict.

Philosopho desideretur, l. si quid. ff. de ædil. edict. Et constante matrimonio si maritus peruenit ad egestatem, exactio dotis competit mulieri, l. si constante. ff. solut. matrim. Et constante matrimonio datur vxori actio serui corrupti cōtra maritum, qui ancillam vxoris suæ prostituit. lege fina. ff. de seruo corrupt.

Inde constantissimum hominem dicit Iurisc. in l. metum. 2. ff. quod met. caus. vbi metum dicit accipiendum non vani timoris, sed qui in constantissimum cadat hominem. vbi superlatiuo vtitur ad denotandum constantissimum esse debere respectu hominis vani, cuius ibidem habuerat mentionem. tamen metus, qui potest in constantem virum cadere, consideratur. per cap. cum dilectus. de his que vi mensue caus. sunt, vbi Panorm. & Dec. in regul. in omnibus causis pro facto. ff. de reg. iur. ac Hippolyt. singul. 407. non communis mens.

Constantis non est iudicis nec recti illacrymari calamitosorum precibus, & cuius animi motum vultus detegit. l. obseruandum. ff. de offic. præsid.

Constanter, dicemus l. i. §. i. ff. de legat. 3. Constantis voluntas est iustitia, l. iustitia. ff. de iust. & iure, & in §. illo. titul. in Instit.

Modo constat, modo agatur, de quo alibi dicam. facit l. si is à quo. ff. vt in possessio. lega.

De materia quid sit, dicitur in l. carbonum. infra eodem.

VLP. LIB. LXXI. AD EDICTVM. Lex sexagesimatertia.

Penes te, amplius est, quàm apud te. nam apud te est, quod qualitercunque à te tenetur: penes te est, quod quodammodo à te possidetur.

Plus continet dictio penes, quam apud: quia penes rem is habere videtur, qui dominium vel ius in re habet, l. alio. ff. de alimen. & cibar. lega. l. si sub conditione. quib. mod. vfruct. amita. l. inter stipulantem. §. si rem. in fin. ff. de verb. oblig. Ideo dicitur

Religiosa constantia.

Constante matrimonio.

Constantissimus homo.

Constantis voluntas.

Penes & apud differunt.

iste text. penes te habes, quod quodammodo te possideretur, ut in creditore, qui pignus penes se habere dicitur. l. per seruum. ff. de acq. rer. dom. qui tamen non possidet quoad vscapionem, sed dominus. l. qui pignoris. ff. de acquir. possel. sciendū. §. creditor. qui satisdar. cogant. hoc declaratur in l. 1. §. per seruum. 2. de acquir. possel. & l. si seruus. ibi idem. Et sic siue verè possideatur, siue quodammodo, aliquo iure dicitur esse penes te creditorem. Apud verò aliquem res esse dicitur, quando ab eo tenetur, id est detinetur. l. 1. ff. de castren. pecul. l. si oleum. de dolo. Et sic fit differentia inter possideatur, & tenetur, de qua plenè scripti in l. qui neque. §. 1. supra eod. Vnde is apud se habere creditur, qui detentionem habet, ut colonus, depositarius, commodatarius, & id genus possidetes, seu detinentes. De depositario probat l. 1. §. si pecunia. ff. depo. & l. si in Asia, ibi d. l. qua ratione. §. interdum. de acquir. rerum domin.

Penes se habere pecuniam consistens, exceptionem non numerata pecunia non opponit.

Vnde si quis in chirographo confiteatur pecuniam penes se habere, exceptionem non numeratę pecunię opponere non poterit, ut per hunc text. decidit Roma. sing. 636. Scis quod, &c. quia dictio penes declarat, quod iam recepit, & quod penitus eam habeat: & sic non poterit postea negare se recepisse: alioqui esset iura contrarius. Secus si dicam apud me habere, quia id apud me habere dicere possum, ad quod consequendū habeo actionem. l. id apud. infra eod. facit glo. vlt. in l. 1. C. de fals. caus. adiect. leg. vnde versum scribit Calder. sequentem:

Me penes est proprium, sed apud te dicitur alienum. in ca. postulastis. col. 2. de concess. præb. Videndum est tamen an prædicta differentia Roma. sit admittenda: quia si dicerem recepisse me pecuniam, eamque apud me habere, Gallicè, *Chos moy, ou par deuers moy,* saltem onus probandi in me transferretur, quod non habuerim, licet re vera spe tantum futura numerationis id dixissem. per no. in rub. deliter. oblig. in Instit. & l. si. ff. de instit. actio. De qua exceptione non numerata pecunię glo. & doct. in l. si ex cautione. C. de non numer. pecu. Nec debet plus operari tacita renuntiatio facta per hæc verba, apud, vel penes, quā expressa. no. in l. cum quid. ff. si certum petat. Sed hodie ferè in hac patria, is qui opponit exceptionem non numeratę pecunię, probare debet eam non fuisse numeratam. Aliàs enim creditor habens chirographum, habet semiplenam probationem, aut saltem præsumptionem, quæ transfert onus probandi in dicentem non numeratam: ut scripti in tract. de chirographor. & schedul. recognitio. in 1. tomo commentar. in ordinat. Reg. idque siue apud, siue penes se habere dicitur.

Apud & penes promissive accipiuntur.

Notandum etiam quandoque hæc promiscuè accipi, si materia subiecta hoc expostulet. De apud probat lex, traditio. ff. de acquirendo rerum dominio. lex prima, §. eleganter. ff. depositi. l. si quis. C. vnde vi. Sic e contrario dictio penes pro apud sæpe ponitur, ut instrumenta penes se deposita, quicumque alteri reddiderit, vel aduersario prodiderit, prout personę cõditio, aut in metallum damnatur, aut in insulam deportatur. l. si quis aliquid. §. instrumenta. ff. de poenis. l. 1. §. eleganter. depositi. & in l. ff. de fideiuss. tut. l. Titia. 1. §. Caius. de legat. 2. l. eadem. §. 1. de duob. reis. l. vna. C. de concub. l. cum verò. §. si proscripto. de fideicom. liberr. l. si vt certo. §. nunc videndum. 1. ibi, & periculum præstet is, penes quem deponitur. ff. commod. & §. si de me. ibidem. & l. quia hoc casu etiam cum eo agi potest, penes quem peculium non est. de pecul. l. penult. si pars heredita. pet. a. Ecclesiast. 7. cap. noli a Rege cathedram honoris querere, & penes Regem noli videri sapiens. facit l. 1. in princ. & l. 3. §. si quis dolo. ff. de tabul. exhibend. Vnde si statuto vel consu crudi-

ne cautum sit, ut is apud quem, vel penes quem res fuerit reperta, puniatur tanquam fur, intelligitur penes pro apud. Et l. ciuile. Cod. de furt. dicit illum emptorem, apud quem res furtiua reperitur, non euitare criminis suspicionem. l. alio. de aliment. & cibari. lega. l. a diuo Pio. §. sed & si pecunia penes argentarios sit, quæ capi solet. ff. de re iudic. l. & habet. §. penult. de precat. & culpam penes eum, qui prior flagello percussit, residere inquit Iurisconsult. in l. si ex plagis. §. 1. ff. ad legem Aquil. l. 1. §. hæc in factum. de his qui deiecer. vel effuder.

Suspicioni furti non fit, apud quæ res furtiua reperitur.

Apud deum non est acceptio personarum, id est in deo, cap. venerabilis. de præb. nec apud papam esse debet, cap. nouit. circa fin. de iudic.

Acceptio personarum apud Deum & Papam non est. Apud pro aduersum.

Questionem apud fiscum, si non sit alia propria præscriptio xx. annorū, silentio præscribi diui principes voluerunt. l. 3. ff. de requir. reis. Et exprimitur apud pro aduersus, & contra. glo. ibi, & in l. etiam. §. non solum. ff. de petito. heredit. ibi, quam sententiã Marcellus apud Iulianum generaliter probat, id est aduersus, & l. supra. §. apud Feroecum Proculus ait. ff. de aqua pluuiã arcend. l. Marcellus. supra eod. vbi aliter exponi etiam potest, vt sequitur.

Apud Iulianum.

Apud Iulianum quæritur, id est in libris Iuliani, l. apud Iulianum. ff. ex quib. caus. in possel. car. l. apud. de aqua pluuiã arcend. l. apud. de doli mal. excep. l. apud de iure fisci. l. fin. infra eod. filiusfam. §. apud de legat. 1. l. apud Iulianum. ff. de fideicom. libert. l. apud Aufidium. de optio. legat. l. apud de auro & argen. lega. l. frugem. infra eo. l. qui autem. §. apud. quæ in fraud. creditor. l. fin. infra eo. l. Marcellus. supra eodem. l. 3. §. fina. apud Marcellum. de negot. gest.

Apud maiores.

Apud vetustiores, seu antiquos, vel maiores, l. 1. ff. de offic. præfect. vigil. l. apud antiquos. C. de furt. l. Massurius. infra eod.

Apud sedem apostolicam beneficia quando vacare dicuntur.

Item beneficia apud sedem vacatiã nullus conferre potest extra papam intra mensem, postea sic, cap. 2. & seq. de præb. lib. 6. quod exponitur in cap. præfenti. ibidem. scribit dominus Gomes q. 31. super regul. cancella. de triennial. possessor.

Apud loci denotas.

Interdum apud denotat locum, vt ignem habere apud se, id est domi. l. fin. ff. de offic. præfect. vigil. nam fortuita incendia, si cum cuitari possent, per negligentiam eorum, apud quos orta sunt, damno vicinis fuerint, ciuilitè exercentur, l. capitulum. §. incendiarij. ff. de poenis. l. si rogatus. §. si de manumiss. vindict. l. 1. de alex. lusu. l. 1. circa fin. de seruis fugit. ibi, apud quos delitescant, & apud hostes esse. l. 3. supra eod. l. at qui natura. §. fin. cum l. seq. ff. de neg. gest. l. species. in fin. ff. de acceptila. & l. 2. ibi, apud nos. de acquir. rerū dom. l. 3. §. is qui. de liber. hom. exhib. l. 3. §. Julia. ibi, apud se habebit. de liber. exhib. l. stipulatio ista. §. habere. ibi, si apud nos depositam. de verbor. oblig. Inde apud hostes susceptus filius iura filij habet. l. apud. ff. de captiu. & l. quod filius. cū seq. & multis alijs legibus, quas missas facio. Idem in dictione penes se dedit, domi existens, l. cum in re. C. de dona. ante nupt. & superius probatum fuit.

Apud ad personam refertur, & coram accipitur.

Interdum refertur ad personam, vt in rubr. ff. apud eum, à quo appellatur, etiam causam agere compellidẽm. & l. fideiussor. obligari non potest ei, apud quem reus promittendi obligatus non est. ff. de fideiussor. & l. 2. de scar. inauditū filium pater occidere nõ potest, sed accusare eum apud præfectum, præsidemve prouincię potest. & ibi inauditum exponerem, id est non auditum coram iudice. licet glo. multas alias expositiones assignet, l. 1. §. is qui deposita. de falsis. l. libertus. §. præscriptio. ad municipal. l. si idem. in princ. & §. 1. de iurisdic. omnium iudic. l. eum pro quo quis apud officium cauit. de in ius vocand. Et capi sæpe potest pro coram, vt

ram, vt elucidatur in d. l. vna, apud eum à quo. & l. 1. §. postulare. & l. puto. ac l. seq. de postul. l. Aemilius. cum l. seq. de minor. scripti in §. 1. in verb. apud sedem, de Regia nominat. in concord. Et apud veteres, in l. sepe. supra eod. exposui. vide alia iura seq. in quibus per prædicta ea exponere poteritis. Apud eum, l. boues. in fin. l. sequer. & l. cum quærebatur. & l. fin. infra eod. Et apud officium, id est officiales, exponit gloss. in l. si fideiussor. §. fina. ff. qui satisdar. cogant. l. eum pro quo. de in ius vocand. l. 2. rem pupill. saluam fore. l. apud. de manumiss. & l. apud. de manu. vindict. & in rubr. Cod. vbi & apud quem cognitio in integrum. l. traditio. ff. de acquir. rerum domi. l. 1. de manumiss. vindict. Et apud testatorem, in l. Pomponius. §. sed & legatario. ff. de acquir. possel. Et apud iudicem, id est corā iudice. l. 3. §. hoc autem. 2. ff. liber. exhib. l. diuus. de crimi. expil. hered. l. Athletus. ad legem Cornel. de falsis.

Apud personam & locum respicit.

Apud actum.

Aliquando respicit personam & locum, vt cum pater apud substitutum filium educari voluit. l. 1. ff. vbi pupill. educ. deb. id est cum substituto, & in domo habitationis illius. Et quando instrumẽta apud aliquem remanere debeant, scribitur in l. cetera. §. fin. cum l. seq. ff. famil. circiscund. Et apud acta dicitur factum coram iudice, & in loco iudicij, vel coram grapherio in casibus ad eum pertinentibus, l. cum pro quo. ff. de in ius vocand. l. 1. & 2. de offic. prætor. & l. 2. de offic. procons. l. de iure. ad munic. l. neque seruus. de Vscapio. Et si videritis in quibusdam legibus supra allegatis significare vtrumque, hic adde, quia difficile est hæc separare. arg. l. notionem. §. instrumentorum. infr. eo. Multa iura cumulat Lucas de Penna in l. 1. C. de cohorta. lib. 12. sed non ista. Ego iura. ff. maxime amplector in hoc titulo, meam hauc denegaturus opeam ad explicationem eiusdem tituli in Codice, & in Decretalibus, si quando per ætatem licuerit, & otium.

Differentia inter in & apud.

Differentiam inter in & apud tradidit Lucas de Penna in l. i. lib. 5. col. 5. & seq. C. de agricol. & cõsit. 11. Quod dictio in proprie sumpta loco, Apud autem personę præponitur, l. 1. §. domos. C. de fals. moneta, & l. 1. de defortor. lib. 12. ibi, prædij in quo latitant. & ibi, apud se diu, &c. l. si. §. sanc. de his qui ad eccles. confug. Sed hæc non exacte seruari videamus sicut nec differentiam Laurentij Vallę, quam tradit lib. 6. cap. 54. verum vobis sufficiant, quæ superius docuimus.

Quodammodo.

Quodammodo, denotat improprietatem & fictionem, l. si vt certo. §. si. ff. commoda. scripti in tract. fictio. alia vocabula.

PAVL. LIB. LXVI. AD EDICTVM. Lex sexagesimaquarta.

Intestatus est non tantum, qui testamentum non fecit: sed etiam is, cuius ex testamento hereditas adita non est.

Intestatus multus quis dicitur modo.

Hic text. duos tradit casus, quibus vocatur quis intestatus. primus est, cum quis nõ fecit testamentum, & tunc dicitur intestatus, quasi non testatus. l. parricidij. ibi, si modo testamentum fecerit, si verò intestatus decesserit. ff. de parricid.

Secundus, quando fecit testamentum, sed ex eo nõ est adita hereditas: vt pote quia institutus noluit eã sibi acquirere, vel nõ potuit. viuo enim testatore decessit, vel defecit cõditio, sub qua fuerat institutus. quib. mod. testam. infirmen. §. posteriore. & §. quod autem. de legit. agnat. tutel. in Instit. nempe Iurisc. ait quod licet filiusfamil. de castrensi possit testari peculio, tamẽ priuilegium illud cessat, priuilegium testamentum fuerit aditione confirmatum,

l. si seruus communis. 2. ff. de stipula. seruor. Tertius vltra text. istum est, cum fecit testamentum, sed non iure, vt pote non adhibuit legitimum testium numerum, vel alia iuris solemnia defecerunt, quæ scribuntur in l. hac consultissima. C. de testam. & in l. 1. ff. de iniusto rup. & irrit. fact. testam. Et non iure factum testamentum id appellatur, in quo si omnia rite facta fuissent, iure factum id diceretur, l. si quis legatum. §. similiter. 1. ff. de fall.

Idem est facere testamentum non iure & non facere.

Quartus, quando testamentum rite quidem factum est, sed postea ruptum exitit, agnatione forte posthumi, l. posthumo. Cod. de bonorum possel. contra. tab. §. 1. quib. mod. testam. infirmen. in Instit. vel institutus capite minutus sit. §. alio. & seq. ibid. & l. si quis. §. irritum. ff. de iniusto rup. Et ij quatuor modi probantur in §. 1. de heredita. quæ ab intesta. deferuntur. in Institut. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de tabul. exhibend.

Agnatione posthumi ruptum testamentum.

Quintus casus est, in quo quis intestatus dicitur, quando fecit testamentum, in quo exheredauit filium inserta ingratitudinis causa, quæ vt decet, per heredem non fuit probata. §. causas. in authent. vt cum de apellat. cognof. collat. 8. Et sic testamentum illud per iententiam rescissum fuit. doct. in d. §. 1.

Se. tus, quando testator fecit testamentum, sed postea est per contra tabulas, vel per querelam annullatum, vt iiberis. C. de colla. vel etiam cum testator fecit quidem testamentum, postea verò declarauit se velle mori ab intestato. Ioan. Fab. & Pla. in princ. §. 1. Instit. de heredita. quæ ab intest. deser. Et ij proprie intestati dicuntur, vt hic, & in l. 1. ff. de suis & legit. hered. licet Bart. ibi contrarium teneat directe contra text. vt inferius dicitur. Nec requiritur quod decessat sine testamento, vt loquitur Bart. in d. l. 1. sed sufficit nullum ex eo testamento heredem apparere, postquam proclamatum fuerat, vel forte nullus volebat heres esse, vt dicit gloss. 2. in l. penult. §. 1. C. ad Trebel. l. habere. ff. de euictio.

Intestatus & intestabilis differunt.

Differentia tamen est inter intestatum, & intestabilem, nempe hic dicitur, qui testari non potest, eo quia fuit à lege, vel ab homine priuatus ea potest, forte propter delictum: intestatus verò significat priuationem actus, quod non fecit testamentum, licet potentia licuisset ei facere, si voluisset. Bart. in d. l. 1. ff. de suis. & legitim. heredib. vnde si quis ob carmen famosum damnetur, intestabilis fit, l. ob carmen. ff. de testib. l. lex Cornel. §. si quis librum. de iniur. Et sic nec testamentum facere poterit, nec ad testamentum testis adhiberi, l. is cui. §. fin. ff. de testam. facit cap. felicis. de poenis, in 6. Intestabilis ergo tria continet, primò ne testamentum faciat: secundo, ne eius testimonium recipiatur: tertio, ne ipsi testimonium dicatur, l. cum lege. ff. de testam. At intestati proprie vocantur, qui cum possent condere testamentum, testari non sunt: sed & is qui testamentum fecit, si eius hereditas non est adita, vel ruptum, vel irritum est testamentum, intestatus nõ improprie dicitur decessisse. planè qui testari non potuit, proprie non est intestatus, puta impubes, furiosus, vel cui bonis interdictum est, sed hos quoque pro intestatis accipere debemus, Iurisc. in l. 1. ff. de suis & legit. heredib. Et quamuis talis, qui testari non potuit, proprie non sit intestatus, vt impubes, furiosus, vel cui bonis interdictum est: tamen hos pro intestatis accipit lex. Et sic cessabit controuersia doctorū, an impubes dicatur intestatus: & diceadum quod nõ, sed pro intestato habebitur. Ideo si mater excludi debet extantibus agnatis masculis à successione filij intestati, intelligetur etiam in eo, qui pro intestato accipitur, & qui testari nõ potest, cum etiam ex communi vsu comprehendatur, quem vsum cõmunem lex recepit: vnde nõ est opus vsum illū probare, cū à lege delcæretur,

Intestatus impubes nõ dicitur, sed pro intestato habetur.

vt docet Bartol. in d. l. i. ff. de suis & legit. & abunde Dec. conf. 466. fante statuto. Et hæc est doct. communis sententia.

Sententia communis resistitur.
Aduertendum est tamen, quod dicere hoc ex communi vsu venire, quem lex approbat, est præfagire: quandoquidem in dicta lege nulla fit mentio de communi vsu, sed tantum lex illa statuit pro intestatis habendos pupillos, furiosos, & hos, quibus bonis interdictum est. Ob id cum lex statuatur istos pro intestatis haberi, certe comprehenduntur in dispositionibus loquæntibus de intestatis, ex legis videlicet declaratione: & hoc voluit intelligere Bar. de vsu. Lex enim hoc statuendo vult, & pro intestatis habeantur. ergo ista legis extensio vere lex est, ideoque amplectenda tam in statutis, quam in aliis dispositionibus, vt scripsi in l. i. supra eod. quicquid dixerit & cumlauerit hic Cepol. & Albert. Brunus in tract. de statu. exclud. fœmin. art. 8. quæst. 10. & seq. ac dom. Tiraquel. in tract. le mort fuisit le vis. in 3. parte. 7. declara. quæ per prædicta tolluntur. Imo Iurisc. Papin. puerum intestatum vocat, cui non erat facta substitutio. in lege, pater. i. §. fin. ff. ad legem Falcid.

Puer quando intestatus dicatur
Et licet Vincen. Herculanus impropiè dicat ibi vocari, nihilominus existimarem etiam propriè intestatum dici, cui pater non est testatus cum posset, per l. 2. §. mater. ibi. intestatorum filiorum. ff. ad Tertull. vbi loquitur de matre, quæ non petierat tutorem filiis, eo non habet ius vindicandorum bonorum filiorum intestatorum, & sic pupillorum, idem dicitur in l. 3. & vlt. in princip. ff. qui petant tutorem. nempe si substitutio facta esset, mater excluderet per pupillarem expressam, cap. si pater. de testam. in 6. nisi essent duo fratres substituti, vnus maior & alter minor, vt in l. 2. C. de impuber. ideoque ab intestato sine substitutione quis dicitur succedere pupillo, in l. qui duos. ff. de reb. dubiis. vbi Socin. Vnde resultat cõclusio, pupillum furiosum, & prodigum intestatos interdum vocari: quod per iura præallegata liquido constat. Et quoad l. i. ff. de suis. responderi potest, eam legem non negare, quin propriè sic vocentur. Vel melius, intestatus etiam propriè pupillus dicitur, cui pater non est testatus. text. in §. singulis. de pupilla. ibi, singulis quidem, si neminem eorum intestatum decedere voluerit. Sed forte ipse pupillus pro intestato habetur, adeo vt ipse testari non possit: sed intestatus dicitur, quoad substitutionem illi non factam à patre, qui eidem testari potest. l. patris. ff. de vulga. Et sic cum ex legis extensione ij habeantur saltem pro intestatis quoad se, semper in materia loquente de intestatis, etiam hi pro intestatis comprehenduntur, vt superius dictum extitit. Item si consideremus testandi potentiam, si verò dispositionem, id est quia non est testatus, tunc etiam propriè dicitur puer intestatus, cui pater non fecit testamentum. nam intestatus est. id est sine testamto, postquam pater ei non est testatus: si pater eidem substituat, dicitur restatus, per supra dicta iura: ergo intestatus, si sine substitutione. dicto §. singulis. Quæ vobis sufficiat ad conciliationem horum iurium.

Intellectus admittitur in ra. & consiliario.
Limitatur quando materia non conueniret his pueris, nec aliis, vel quado esset in eis diuersa ratio, vt docui in l. i. supra eod.

Effectus legis.
Ex quo sequentia colligemus, primò quod hereditates intestatorum primò ad suos pertinent, deinde ad agnatos, & postea ad cognatos. §. intestatorum. de heredita. quæ ab intesta. deferunt. iuncto ritual. de legit. agnator. success. rext. huic materiae per commodum in l. i. ff. quis ordo in bonor. possess. feruet. Sic quoque furiosorum hereditates, & pupillorum deuoluntur, excepto eo quod pupilli hereditas ad suos venire don dicitur, cum ipsi suos

Suos furiosorum non habent.
habere nequeant, cap. 1. de delict. pueror. Sui autem dicuntur, qui in potestate morientis fuerunt, §. sui. de hered. quali. §. sui. de hered. quæ ab intesta. deferuntur.

Sui hereditatem intestatorum habent.
Secundò lex duodecim tabularum decedente patre ab intestato ad tutelam filiorum suorum vocat agnatos, & demum cognatos, §. primo, & §. quod autem. de legit. agnator. tutel. in Instit. & l. i. ff. de legit. tutor. vbi etiam si quis fecerit testamentum, & in eo tutores non dederit, quoad tutelam intestatus decedit, vt ibi. Hodie iure nouissimo nõ fit regulariter differentia inter agnatos & cognatos. §. nullam. in authen. de hered. ab intesta. venien. colla. 9.

Bona clericorum ab intestato ecclesie applicari debeant.
Tertio non potest quis ab initio pro parte testatus decedere, & pro parte intestatus. l. ius nostrum. ff. de regul. iuris: postea sic, l. circa. ff. de officio testam. vbi intelligas intestatum, prout superius dictum fuit.

Abstinere etiam extraneos respicit.
ea res pertinet, iudicium dabimus. Quibus verbis pollicetur emptori actionē, & successoribus eius, qui in vniuersum ius succedunt. Et alibi ait Iurisc. Modest. in l. plura. in si. ibi, cum generaliter adiciamus, eius ad quē ea res pertinebit, & arrogatori, & eorum, qui iure nobis succedunt personam cōprehendimus. ff. de actio. & oblig. l. 1. §. prodest. quor. lega. Prodest autē possidere, quotiens voluntate eius, ad quem ea res pertinet possideri cōceptū est, l. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus. de verbo. oblig. l. 3. ibi, heresve eius, aut is, ad quē ea res, qua de re agitur, pertinebit. & l. procurator. 3. ff. rem ratam haber. Nec cōtinet creditores. l. non solum. §. creditores. ff. de procurator. nisi vt inferius dicam. facit l. oīa. §. 1. de religiof. & l. si quis sepulchrum. §. prætor. ibidem. l. lecta. si certum petat.

Limitetis non procedere, quādo negatiuē proferretur, vt actio non detur in eum, qui iurauit, neque in eum, ad quem ea res pertinet, tunc nō dabitur in eos, qui successerint etiā in rem. tex. in l. ait prætor. 2. cum l. seq. ff. de iurciur. quia negatiua totum negat, per tex. in l. si stipulatus. vbi las. ff. de verbor. oblig. gloss. in cap. cum directus. in verb. a suspensis. de consuetud.

Secundō vitiatum, vbi est eadē ratio in singulari successore, quā & in vniuersali. vnde si iudex referuerit ius, vel actionē illis, ad quos ea res pertinebit, vt solent iudices Francia dicere, referuē le droit ou action ou confiscation, à qui appartient, tunc etiam singularis successor cōtinebitur, vel alius ius aliquod habens, aut interesse præterendēs, nisi materia refragaretur. l. nec enim. & l. his verbis. ff. de ad op. l. 1. §. iuris. de noui oper. nuntia. l. si postulauerit. §. 1. de adulter. l. 1. in princ. ff. de publica. facit l. & eleganter. in princ. de dolo. vnde ait Iurisc. in l. prætor. ff. de bonis authorit. iudic. possid. Prætor ait: Si quis cum in possessione bonorū esset, quod eo nomine fructus ceperit, ei ad quē ea res pertinet, nō restituit. intelligitur enim quomodocumque pertineat, vt ibi elucidatur. l. seruum. §. ait prætor. & licet. ff. de procurator. l. 1. §. mulier cum parturire. de ventre inspici. l. 3. & l. sepulchri de sepulch. viol. l. lege Cornelia testamētaria. de fals. Idē si dicatur volente eo, ad quem ea res pertinet, nō potest quis clam possidere, l. clam. ff. de acquir. possess. vt etiam intelligatur de singulari successore, & de illo qui est dominus rei etiam singularis.

Tertiō non procedit in iure excipiendi, quod etiā ad singularem transit successorem. Et sic cum sit fauorabile, in fauorabilibus etiā intelligitur de singulari successore, si eadē ratio cōsistat. Vnde si is, ad quē ea res pertinet, excipere possit, etiā singularis successor cōtinebitur, l. si tertius. §. 1. vbi Bart. & Ludo. Roma. ff. de aqua pluuiā arcend. doct. in c. quia V. de iudic. Et nedū actiua, sed & passiuæ actiones in heredē transeunt, l. idem que. in si. ff. pro socio. las. in d. l. ait prætor. in 3. no. vbi doct. multa dicunt de appellatione successoris, sed non de istis verbis: quam obrem notetis. vix enim à quoquam scripta reperietis.

Quarto non procedit, quādo in lege hoc exprimeretur, vt in l. flumini. §. adiicitur. ff. de dāno infect. ibi, successores autē non solum, qui in vniuersa bona succedunt, sed & ij, qui in rei tantū dominium successerunt, his verbis cōtinentur. Et an heredis appellatio veniat legatariis, vide quæ dixi in l. in conventionibus, infra eod. Itē is, apud quē de ea re agitur, dicitur iudex. l. etiam. ff. de manumiss. vindict. l. 2. C. de edend.

Item Iurisc. con. dicit, nec ad rem pertinet, id est nil facit, l. 1. §. incorporales. ff. de rerum diuis. Et quor modis capiatur verbum pertinere, scripsi in l. verbum illud pertinere. infra eod.

Limitationes ad regulam, in ad quem, &c.

Reservata actione ei, ad quem ea res pertinet, etiam singularis successor continetur.

In excipiendis habet etiam singularis successor.

Succedere & successio.

Succedere, pro in locum alterius venire, sufficere, reponere, hic accipitur, & in materia successio nis tam testati quā testati. Inde successio sic accipitur in rub. ff. de orig. iuris ciuili, & omnium magistratum, & de successione Iurisprudētum, in l. 2. ibi. & ita Areio Capironi Masurius Sabinus successit, §. post hunc. & ibi sæpius reperitur: forte latius inferius tractabo. videte interim quæ scripsi de successoribus in titulo, de mada. apostolic. glossa, Successores in concordia. Francia. quantum attinet ad materiam beneficiariam. Sed redeamus vn de digressi sumus.

VLP. LIB. SEPTVAGESIMO QUARTO Ad Edictum. Lex lxxvj.

Mercis appellatio ad res mobiles tantum pertinet.

Vbi in iure, vel alia dispositione fit mentio de mercibus, Gallicè marchandises, debet intelligi de rebus mobilibus, in quibus cōsistant merces. nec enim dicimus merces pratorum, aut fundorū, sed rerum mobilium, vini, ligni, panni, & aliarum rerum mobilium. Et per hoc declarantur leges loquentes de mercibus, veluti cum Iurisc. ait: vt si leuanda nauis grata iactus mercis factus est, omnium contributio faciat, quod pro omnibus datum est, l. 1. ff. ad legē Rhod. de iactu. Et magister nauis retere merces potest, vel agere ex conducto, vt detrimentum pro portione cōmunicetur. l. 2. ibidem. damnnum tamē nauis ex tēpeltate proueniēs non cōmunicatur, l. 2. §. si conseruatis. & l. amiffa. & seq. ibidem. & videte leges pene omnes illius tituli. loquentes de mercibus. & in rub. de insti. & trib. actio. & in l. cum quis. de actio. & oblig. ff. Item si quis promiserit merces vehendas pœna apposita intra mensem, l. si tēpeltatis ei nō liceat, non debetur pœna, l. si. idē iuris. ad legē Rhod. de iactu. & l. qui Roma. §. 1. de verbo. oblig. Et ne rustici ab opere auocentur, cōfestim vbi detulerint mercem, eam tradere, & ad opera sua reuerti debent. l. 2. ff. de nundi. & hoc solet fieri in ciuitate Parisiensi.

De proposito merci olearia loquitur tex. in l. habebat. ff. de institor. actio. gloss. in c. pastoralis. de decim.

Merces autē cōsistentē sunt, quæ hominū estui, & potui accōmodantur, vt panis, & vinum: de quibus in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfēt. vrb. l. so lent. in si. de offic. procōsul. c. statutu. §. insuper. de rescrip. in 6. Et adagio fertur, merces vltro neq; patient, id est ingratae sunt, & non desiderantur, sed vltro non petentibus, maximē Parisiis, offeruntur. A negotiatoribus ortū esse videtur, qui merces à veditore vltro oblatas suscipere habere solent, quasi studeant eas extrudere. quod pernotum est quibusdam vasis mercatoribus.

Et per hunc tex. elucidantur ordinationes Regiæ de mercibus, Gall. marchandises, loquentes, vt in rubr. des marchans, & à qui est prohibi marchander. & rub. seq. actub. des draps d'or. & seq. & rub. de l'imposition foraine, nec non pleraque alia similes. De mercatoribus scribam in l. mercis. infra eodē. videre l. portus. supra eod.

Postremō notandum est, mercis appellatione non cōtineri pecuniā numeratā: aliudq; est merx, aliud pretium, l. 1. in princ. ff. de rerū permuta. l. si chorus. §. 1. de legat. 3. vnde trapecta non continētur sub nomine mercatorū, vt dicam in l. mercis. 2. infra eodē. At tamen si cōfiscatur nauis aut currus ratione mercium illicitarum, confiscabitur etiam pecunia in nauis, vel currus existens: vt nuncupatim scribit Bal. in l. cum proponas. col. 2. C. de nautico fenor. quia vbi cōfiscatur continēs, & contentum,

Merces mobilia respiciunt.

Merces essentialis & poculenta.

Offerre merces Parisi silent.

Constitutio Regiæ de mercibus.

Pecunia mercis nomine non venit.

Confiscata nauis & currus ibi existens adimitur.

per illū tex. quod non procedit cum esset alterius, quam domini nauis, nisi quoq; is fuisset delicti cōscius. l. corem. §. dominus. ff. de publica. Salic. plene in d. l. cum proponas. Mercis quoq; appellatio ne annulos non contineri decidit tex. iuncta gl. in l. 2. §. iactura. in versic. inde agitur. ff. ad legem Rhodiā de iactu. Quod intelligere in annulis delatis in digitis, secus si mercimonij causa gerantur, vt ibi doct. videntur intelligere. Vendere etiam vinum, vel frumentum ex fundis vel propriis vineis proueniens, non est merces exercere: veluti etiam si quis vendat vina beneficij, vel Abbatia etiā minutatim, idēq; nil soluit, vt dixi in ordinat. Reg.

Differunt autem merx & merces, nempe merx mercis est id quod emitur, & veditur, Gallicè marchandise, vt hic. quidā dicunt accipi etiam pro actu mercadi, & pensione, sed hoc non inueni. merces verō est præmium, quod pro labore & cura impeditur. vnde Iurisc. sic ait: merces enim laboris eximij appellanda est, quod cōtēplatione salutis certo modo aestimari non placuit. l. si pater. in fin. ff. de dona. Et alibi cum tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus pupilli proponatur, imprimis merces præceptoribus, non quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium constituet. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administra. tutor. facit l. quamuis. §. 1. de acquir. possess. & prætes prouincias de mercibus dicere solet. l. 1. ff. de var. & extraord. cogni. & diuus Severus prohibuit ab heredibus aduocati eo mortuo mercedem repeti. §. diuus. ibid.

Inde mercenarius, qui mercedis gratia suā alicui præstat operā. l. qui laxum. §. plane si mercenarius meus exemerit, mihi exemit. de dona. l. 1. §. si filiusfamil. vel mercenarius. de vi & vi arma. l. si libertus patrono, vel cliens, vel mercenarius ei, qui cum conduxit, furtum fecit, furti actio non nascitur. de furtis. l. vñ. quemadmod. seruit. amittant. Vnde prælati quoque honores, lucra, & tēporalia magis quā deum diligentes, mercenarij potius quā pastores dicuntur, c. sunt in ecclesia. 8. q. 1. c. aduersitas. 7. q. 1. Reliqua scribam in l. mercis. infra eod. His contrarij philosophi mercenariam spernant operā, l. 1. §. & an philosophi. ff. de var. & extraord. cognitio.

Hinc etiam cōmercium dicitur facultas contra hendi, cōmeandiq; libera ab his, qui merces vltro citroq; conuehant, vt in rub. de cōmerc. & mercator. C. Dicitur etiam dandi & accipiendi quadam vicissitudo, à cum & merces, quasi mercium cumulatio: quia victus gratia fuit inuēta, teste Plinio, & habetur in l. 1. ff. de contrah. emp.

Accipitur etiam pro vñ & cōsuetudine, & cōmunicatione, quam habemus, vt Plato. de republ. lib. 1. vnde dicit tex. in l. multum. ff. de verbor. obli. multum interesse, an mihi promittatur res, cuius cōmercium habere non possim: vt si Parisiis promittam domum inimico Regis, cum tale cōmercium reprobetur, inutilis erit stipulatio. Regis verō inimicus si promittat rem Parisiis, cuius cōmercium non habet, tunc ipsi nocere debet, non mihi, stipulatioq; valebit, quia respiciamus an stipulator cōmercium habeat. & sic intelligendus est ille tex.

IDEM LIBRO LXXXVI. AD Edictum. Lex lxxvij.

Alienatum non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen rectē dicitur.

Duplex regula colligi potest ex hoc tex. prima quod alienatio proprie non dicitur, quādo res

Annullum mine mercis non continetur. Vendens vñ ex suo patrimonio proueniens vel beneficio, non dicitur mercator.

Merx & merces differunt.

Mercedes ab aduocato non repetuntur.

Mercenarij & quādo prælati dicant mercenarij.

Philosophi mercenariam spernant operā.

Commercium.

Stipulatio rei que non est in cōmercio quando valeat.

Alienatio que dicitur

alienata in dominio nostro permanet, licet venditio illius rei celebrata sit. Secunda a contrario, alienari proprie dicitur, quod in dominio nostro non manet. Vnde emphyteuta sine consensu domini vendens rem emphyteuticariam, & vasallus, sed non tradens, ea non priuatur, quia non dicitur alienata, licet vendita dicatur. nec debetur ex illa venditione laudimium, l. fin. C. de iure emphyteu. nempe illud quod in dominio venditoris permanet, non dicitur alienatum: ideo quousq; tradatur, remanet in dominio venditoris. nam traditionibus dominia rerum transferuntur, l. traditionibus. C. de pact. facit l. quotiens. de rei vindica.

Emphyteuta rem sine do consensu vendens & non tradens, ea non est priuatum.

Ex sententia dominium transferitur.

Alienatio requirit perfectionem.

Ex sententia transferuntur dominium, l. Iulianus. ff. de condit. indeb. gloss. in rub. de re iudica. Quod est verum, si vi huius sententiae fuerit secuta traditio, non alias, gl. in §. fi. de offic. iudic. in Inst. l. 2. ff. de Public. in rem actio. las. in d. rub. de re iud. Et ita debet intelligi lex hoc edicto. §. alienare. ff. de aliena. iudic. mutand. caus. fact. vt alienare intelligatur, qui vendidit, & tradidit: imò si quis alienauerit, deinde receperit, non tenebitur hoc edicto. ibid. Alienatio ergo requirit perfectionem scilicet per dominij translationem, quae non fit ex sola venditione, & sic non est proprie alienatio. facit l. fi. ff. de curator. furios. ibi, nam in tradendo res furiosi ita alienat, si id ad administrationem negotiorum gestorum pertineat. Et ideo si donandi causa alienet, neque traditio quicquam valebit.

Casus in quibus dominium transferitur sine traditione.

Et sic pater alienatum non dici, quando adhuc manet in dominio venditoris. Quod limitant qui dam, cum in instrumento esset clausula constituti: vt si venditor constitueret se emptoris nomine possidere. hoc enim constitutum loco traditionis habetur, l. quod meo. ff. de acquir. possess. Idem si quis vendendo retinuerit sibi vsumfructum in re vendita, tunc etiam transferitur dominium absq; alia traditione. l. quisquis. C. de donatio. quia ista loco traditionis habentur.

In ecclesia dominium transferitur absque traditione.

Secundo limitant in ecclesia, in quam transferitur dominium absq; traditione in casibus enumeratis in l. si. C. de sacrosanct. eccles. & in omni cotratu. Scribit Calder. consi. 2. rub. de caus. posses. sequitur Roma. in reperi. authent. similiter. col. u. 36. C. ad legem Falci. quauis Matthae. not. 42. & seq. specialiter contractum teneat de iure. Sed de consuetudine Regni seruari primam opinionem asserit Bened. in reperi. c. Raynatus. in verb. mortuo. 2. nu. 78. & seq. de testam. vbi ecclesia poterit dicere se falsitatem etiam absq; possessionis apprehensione, & interdicto vt possideris agere. Quae limitationes recte, & forsitan melius inferendae forent in l. traditionibus.

Obligatio rei obligata quid operetur.

Tertio limitari potest, quando pro obseruatione contractus rem propria venditor hypothecaue rit: vt no. Bar. in l. emptorem. C. loca. Anto. Butr. consi. 34. de locatore qui obligat pro obseruatione predicti contractus domum locatam, tunc licet locator eam domum alteri vendiderit, tamen ratione predictae obligationis non tenebitur colonus, vel inquilinus inde recedere, donec sibi fuerit satisfactum de eo, quod sua interest: scus si tantum generaliter obligasset omnia sua bona: vt fuit prolatum a restu in magna camera, anno 1537. die 14. Decembris, & aliud anno 1541. in mense Iulio.

Arestu pro conductore.

Vltimo nemo potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat: sed hoc aut locatio est, aut aliud genus contractus, l. penul. in fin. ff. de contrah. emp. Reliqua supplere licebit ex l. alienationis. supra eod.

Adhuc.

Adhuc: id est in presentem vsq; diem, vel hucusque. l. post rem. ff. de transact. ibi, quia adhuc lis subesse possit, transactio fieri potest. vnde si quis

donet ea quae adhuc habet, non censetur donasse ea, quae iam alienauit, per istud verbum.

In domino. Dominium potest dici ius propria quod in re habemus, de quo in l. recte dicimus. & l. bonorum. i. supra eod. & in l. sciendum. in fi. & l. verbum illud pertinet. l. habere. l. pronuntiatio. §. l. ibi, pater autem familiae l. potestatis. infra eod.

Duplex est dominium, videlicet directum, quod est ius superius, quod in re sua quis habet, in immobilibus Gallic. vocamus, seigneur foncier, & dominium directum. de quo Bart. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. possess. de finiens dominium esse ius de re incorporata perfecte disponendi, nisi lege prohibeatur. doct. ibi multa de hoc scribunt, quos videre poteritis. Vnde si quis alienauerit dominium utile retento directo, illa res dicitur alienata, quia res non manet in domino alienantis, quantum ad utile dominium: & ideo quoad illud dicitur alienata, non quoad directum, vt docet gl. & ibi Bal. & alij in §. i. per quos fiat inuebit. quicquid dicat glo. & Cepol. hic. Dominium utile est ius inferius, vt illud quod vasallus, & emphyteuta habet. de quo per totum tit. de feud. & in rub. de iure emphyt. & in rubr. ff. si ager vestigal. vel emphyt. pet. plene scribit Ioan. Fracis. Balb. in tract. prescrip. in 2. parte, q. 2. col. 2. & seq. D. Iugens in repet. l. tractus. col. 51. infra de regu. iur. & differentia inter ista scripsi in const. Reg. tit. de constit. redit. artic. 1. gloss. 17. in 2. tom. comment.

Dominium qd. & quadruplex.

Alienata res dicitur, cui quoad utile dominium.

Dominus quis.

Dominus litis, proprietatis & possessionis.

Alienare quid significat.

Alienatum mente.

Alienatum dicitur, qd nostrum non est.

Alienatus quis.

Dominus a domo deducitur, quod sit is, qui domi imperium habet, & ibi imperat. l. i. ff. de senatusconsulto. Silan. l. pronuntiatio. infra eodem. Iura de domino loquentia sunt in finita. tex. in l. syna. §. integra. supra eod. & l. vrbana famul. & l. fugitiuus. infra eo. Alia scripsi de domino, qualis esse debeat, in proemio. concord. in glo. dominus. Alias etiam dicitur litis dominus: l. a. C. de sentent. & in re. om. iud. l. dominus litis. de appella. l. te dominus possessionis, & alius proprietatis, l. interdum. vbi tractabo, infra eod.

Alienare est alienum facere, ex nomine alienus deductum. Quod enim alienum non fit, alienari non dicitur, vt negatiue ab etymologia vocabuli arguamus, secundum l. 2. §. mutui datio. ff. si centu pera. dico in l. malum. §. viduum. infra eod.

Interdum alienare est rem mouere, & separare, importans priuationem, vt mentis alienatio, priuatio mentis, & stultitia, l. diuus. ff. de offic. praesid. ibi, vt continua mentis alienatione omni intellectu carcat. Et si quis mentem alicuius medicamento, aliove modo alienauerit, aduersus eum agi posse firmat Iurifcon. in litem apud. in princ. ff. de iniur. Inde alienatus mente dicitur ratione semotus, stultus, amens.

Alienum dici potest, quod nostrum non est, oppositum ad nostrum, & proprium. l. i. §. Labeo. ibi, teneatur vel sua, vel aliena. ff. de dolo. l. que admodum. §. i. ibi, interest enim quod hoc in suo protexit, ille in alieno fecit. ad legem Aquil. l. Paulus. in fi. ibi, Paulus respondit eum, qui legatione fungitur, neque alienis, neque propriis negotiis se interponere debere. ff. de legatio. Ridiculum etenim est dicere, vel audire, quod per ignorantiam alienam rem aliquis quasi propria occupauerit, asserit Imper. in l. fi. C. vnde vi. & Iurifcon. in l. qui ea mente alienum quid contrectauit. ff. de fur. Inde alienum feruum, l. 2. ff. ad legem Aquil. l. si feruum seruum alienum. ibi. Et contrectatio rei alienae furtum dicitur, l. i. ff. de fur. Et furtum fit, si quis vsum alienae rei in suum lucrum conuertat. Species enim furti est ex alieno largiri, & beneficii debitorem sibi acquirere, l. si pignore. ff. de fur. Alienus seruus dicitur, in quo proprietatem quis non habet, licet in eo habeat vsum

beat vsumfruct. §. alienus. Insti. de heredib. insti. Etiam is in quo nil iuris habeo, l. si seruus seruum alienum. ff. ad legem Aquil. l. si postulauerit. §. in proprio. ff. de adulter. Res tamē communis propria dicitur, non aliena, l. antepe. ff. com. diuul. l. recte. supra.

Aliena seges, materia pecunia.

Aliena quoq; seges sic dicitur, quasi non sua, in l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legem Aquil. & l. si seruus. §. inquit lex. ibid. Et aliena materia, l. adeo. §. cum quis ex aliena. ff. de acquir. rerum domi. §. cum in suo. de rerum diuis. in Inst. Aliena pecunia emere, in rubr. C. si quis alteri, vel sibi, sub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit. & in rub. de reb. aliena. non alienaud. & in rub. rem aliena gerenti non interdici rerum suarum alienatio.

Alienum vinum, frumentum. Alienus ager, fundus debitor homo, opera, summa.

Alienum vinum, vel frumentum, in l. qui occidit. §. si quis alienum vinum, vel frumentum. ff. ad legem Aquil. In alienis agris non licet aucupari, vel venari, l. diuus. ff. de feruitu. rustico. praedior. Alienum fundum, l. naturalium. §. apud. de acquir. rerum domi. l. lex Cornelia. §. si tamen. de iniur. Aliena opera, id est alterius hominis opera, non nostra promitti potest. l. nemo est. ff. de duob. reis. Alienus debitor, qui non est meus, l. si vendidero. §. falsus autem procurator. ff. de fur. Et alienus homo, qui meus seruus non erat, l. idem iuris. §. i. ff. ad l. Aquil. iuncto §. impetu. illo tit. in Inst. Aliena fama dicitur in l. item apud. §. si quis libello dato, vel Principi, vel alicui, fama alienam insecutus fuerit, iniuriarum erit agendum. ff. de iniur. Et alienus aurum, l. gemma inclusa auro alieno. ff. ad exhib. Et aliena fidem sequimur, quando cum alio contrahimus, ab eo quicquam recepturi, l. i. ff. si certum peta.

Alienam si dem sequi.

Alienum crimen, cadaver.

Alienum crimen, id est a nobis non commissum, aut perpetratum, l. crimen. ff. de poen. ibi, nam vnusquisque ex suo admisso forti subiicitur, nec alieni criminis successores constituitur.

Alienum si dem sequi.

Alienum cadaver, quod non est ex nostris sanguineis, lege, at si quis. §. sed interdum. ff. de religio. ibi, quis enim sine pietatis intentione alienum cadaver ferat?

Alienum testamētum.

Ita quoque dicimus vsumfr. esse ius alienis rebus vtendi, non suis. l. i. ff. de vsumfr. & Inst. illo tit. in l. recte. supra dixi. Alienum testamētum, l. vxori. ff. de fal. vbi vxori legatum in alieno testamento maritus scribere non prohibetur. Alienum testamētum vocat non suum: vnde maritus notarius in testamento, quod extraneus condit, potest legatum vxori suae factum scribere, citra falsitatis admissum.

Aliena nuptia.

Aliena nuptia, non sua. l. i. ff. de extraor. crim. ibi, sollicitatores alienarum nuptiarum extra ordinem puniuntur: id est qui sollicitant corumpere aliena matrimonia, & vxores alienas, extra ordinem puniuntur.

Aliena hereditas.

Aliena hereditas, l. i. de crim. expil. her. ibi, qui alienam hereditatem expilauerit, extra ordinem solet coerceri. Alienam vocat hereditatem, in qua nil iuris habet ex testamento, nec ab intestato.

Aliena aedes, domus, litis.

Alienas aedes, idem, in l. pen. ff. de vi publ. l. gemma. ad exhib. Et alienam domum, in l. qui domum alienam. ad legem Aquil. Alienas lites, l. ex senatusconsulto. ff. de vi priua. ibi, qui improbe coeuit in alienam litem, de vi priuata tenentur. Alienam ibi vocat litem, quando ius illam mouendi & persequendi non habebat, vt patet per hoc verbum improbe.

Aliena actio, apes, causa.

Alienam actionem, ad se non spectantem, l. si petitor. ff. de iudic. ibi, nec enim quisquam alienam actionem inuito coherede in iudicium perducere potest. Aliena apes, ex suis alius non procedentes, l. si quis fumo. ff. ad legem Aquil. Aliena causa, quam non meo, sed vel procuratorio, tutorio, aut alio nomine ago, l. i. §. lxxij. ff. de postul. l.

mulierem. de accus. & in l. 2. ff. quand. appel. fit. Aes alienum, debitum, l. sub iungentibus. §. i. & l. cedere. §. i. vbi scribam, infra eod. iuncta l. nepos. Proculo. ibidem.

Es alienum.

Alienam matrem, non corruptam, in l. fugitiuus. infra eod. vbi dicam. Alienam matrem, in l. iusto. §. & si possessionis. ff. de vsumfr. Aliena ciuitas, in qua non habemus domicilium, aut non ducimus originem, l. libertus. §. sola domus possessio, quae in aliena ciuitate comparatur, domicilium non facit. l. libertus. §. sola domus. ad municip.

Aliena materfam. ciuitas.

Aliena negotia, non nostra: vnde procurator est, qui aliena negotia mandato domini administrat. l. i. ff. de procur. lat. qui natura. §. non tantum. ibi, vel quas ex nostra pecunia percipere potuimus, quam in aliena negotia. ff. de negot. gest. Et qui alienis negotiis gerendis se obtulit, actionem furti non habet. l. qui iniuria. §. qui alienis. ff. de furt. Et procurator alienum negotium, vt potest domini gerere dicitur. l. pen. ff. si quis cautio.

Aliena negotia procurator administrat.

Vsumcapit quis, quamuis sciens alienum possideat, l. & generaliter. ff. de noxal.

Alienum tignum, solum, damnum.

Tignum alienum, id est non suum, aedibus suis iniunctum quis eximere non cogitur, sed duplici aestimatione tenetur, l. adeo. §. cum in suo. ff. de acq. rer. domi. scripti in l. tigni. supra eod. Alienum solum, non suum, d. l. adeo. §. ex diuerso. & §. & ex diuerso. de rer. diuis. in Insti. l. 2. ff. de religio. Alienum damnum, l. cum ij. §. sine. ibi, nec enim debet ex alieno damno esse locuples. ff. de transact. est quod factum est extra bona sua.

Alienam iniuriam, id est non suam, dicitur Scatola in l. 3. ff. de transact. ibi, non debet negligentiam suam ad alienam iniuriam referre, videlicet vt mea negligentia alteri noceat.

Aliena iniuria.

Posthumus alienus est qui natus inter suos heredes testatoris futurus non est: ideoque ex emancipato filio conceptus nepos extraneus erit posthumus a uo. §. posthumo. de lega. in Inst. doct. in l. Gallus. in princip. de lib. & posthu. Alcia. lib. 9. pareg. cap. 1.

Alienus posthumus.

Non licet militibus in prouincia, in qua militant, agrum emere, nec sub alieno quidem nomine, id est per interpositam personam, l. milites. 2. §. i. ff. de re milit.

Qui aliena arma surripuit, gradu militiae pellen dus est, l. 3. §. qui aliena. ff. de re milit. Alienum factum, id est non suum, l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod mer. caus. ibi, nec cuiquam iniquum videatur, ex alieno facto alium in quadruplum condemnari. l. i. de alien. iudic.

Aliena arma. Alienum factum.

Alienus metus, a me non prodians. l. si cum. §. Pedius. ff. quod mer. caus. ibi, nam in alterius praemium verti alienum metum non oportet.

Alienus metus.

Aliena iurisdicatio, id est cui non sum subditus, l. si quis ex aliena. ff. de iudic.

Aliena iurisdicatio. Alienum pecus.

Alienum pecus quamuis quis in agro suo apprehenderit, occidere non debet, sed expellere, l. Quintus. & l. seq. ff. ad legem Aquil.

Alienus vsumfructus, in l. recte dicimus. supra eod. l. sunt persona. de relig.

Alieno nomine agere dicimus, vt cum tutorio nomine, curatorio, vel procuratorio experimur, non nostro. §. i. de his per quos age. postu. in Inst. & l. nemo alieno nomine agere potest. ff. de regul. iur. & ideo si quis alieno nomine condemnatus fuerit, non laborat infamia. l. furti. §. i. de his qui no. infra. Alieno autem nomine condemnari est, per procuratorem, vel defensores, tutorem, vel curatorem, l. furti. §. si quis alieno. ff. de his qui not. infra. Alieno nomine appellare est, quando procurator appellat, vel tutor, &c. l. 2. §. i. ff. quand. appel. fit. & contrarium est, proprio nomine, vt in l.

Alieno nomine.

qui proprio nomine ff. de procur. Alieno nomine obligatus, l. certi conditio. in fi. princ. ff. si cert. pet. Alieno nomine possidere dicitur, qui ab alio cauam habet, l. 2. vbi glo. ff. pro suo: vel ad differentiam tituli pro suo alienam defensionem suscipere dicitur Rei procurator, in l. militem. C. de procur.

Aliena parochia. Aliena parochia, in cuius finibus non dego, nec habito, cap. ad decimas. de rest. spol.

Alieno beneficio. Alieno beneficio, id est alterius gratia. l. more. ff. de iurisd. omnium iudic. ibi, iurisdictionem mandare potest, qui eam suo iure, non alieno beneficio habet. id est qui pro suo imperio agit, non mandato alterius, nec paribus eius fungitur. l. & si praetor. ff. de offic. eius. vbi scripsi.

Alienatio. Aliena res: vt nemo aliena rei expromissor idoneus videtur, nisi cum satisfactione. l. in eo. §. i. ff. de regul. iur. l. quirem alienam. ibidem, l. bona fidei. infra eod. l. com. n. dare potest. etiam alienam rem, quam possidemus. ff. com. modati.

In aliena potestate dicitur, & a ieni iuris esse, qui non est sui iuris, nec in sua potestate, vt in rub. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. §. i. & per tota, in Insti. lillo titulo.

Alieni est. Interdum hoc alienum esse dicimus, id est à proprio obesse, l. hæc si res. ff. de rei vindica. vbi glo. exponit absurdum, vel absurdum, quia illa quæ extra propositum additur, persona sunt. vnde aliena loqui dicit Iurisc. in l. ob qua viria. ff. de ædilit. edi. f. ibi, forte si propter febrem loquatur alieni: Gullio, reuerio, quia illa verba non respondent proprio, l. 3. §. item si is. de liber. exhib. & non esse alienum scribit Iurisc. in l. officium. §. i. ff. de re militat. milites fabrilibus operis exercendi. l. sem. per. §. negotiatores. ibi, cum non sit alienum hoc, &c. ff. de iure immunita. l. non alienum est. de interrogat. actio.

Alienigena. Alienigena, id est aliunde genitus, extraneus. l. 1. C. de emancip. liber. ibi, vt etiam alieni generos suos emancipare possint. Aliena nunc alienis relinquam, nostra prosequens.

Manere quid significet. Manere, id est remanere, simplex pro composito: sic capitata l. m. alieris. §. i. ibi, quarum corpus manet. supra eodem, & in l. si quis vi. §. final. ibi, dominium nihilominus eius manet. ff. de acquir. possess. l. praetor. §. his verbis. ibi, si contingerit ne bona eius maneat, de bonorum autho. iudic. possid. l. procurator. 2. §. i. ibi, quia naturale deorum manet rem ratam habet. probat etiam l. & si sint. §. sed quod Papinian. ff. de minorib. vbi in princip. dicit liberam remanere, & in si. liberum manere. Hinc dicitur, poena post mortem manet. in lege 2. ff. de cadaveribus punito.

Manet pignus obligatum. Pignus manet obligatum, l. fin. ff. de minorib. l. idem. in fin. ibi, ceterum in statu meo maneo. de vsu fructu. accresc.

Manet matrimonium. Manet matrimonium, id est durat. Et manente matrimonio, id est constante & durante matrimonio. l. sed hoc ita accipiendum est, si à fœdero dos ex promissione peatur soluto matrimonio: verum si matrimonio manente dos ab eo, qui promiserit, petatur. ff. de re iudica. Item manet in iustitias, l. amissione. in fin. de capit. diminutio. ibi, nunc respiciendum est quæ capitis diminutione pereant: & primo de ea capitis diminutione, quæ salua ciuitate accidit, per quam publica iura non interuerti constat. nam manere magistratum, vel senatorem, vel iudicem certum est. pro eodem, Quia per illam capitis diminutionem ipse non perdit officium, sed manet in officio, & remanet, ac in officio perseverat.

Manet conditio. Manebit conditio, l. certi conditio. §. i. ff. si cer-

tum petat. l. quia. 2. ad Macedo. ibi, manet naturalis obligatio.

Nummitui manebunt, id est dominium nummorum apud te permanebit, nec in recipiendum transferetur, l. i. §. i. ff. de stipula. seruo. l. falsus. §. i. ibi, manent debitoris nummi. de furt.

Manere in suo iure, perseverare, durare, remanere, l. si suspecta. §. i. ff. de inoffic. testam. ibi, quibus instituta in officio accusationes res transactione decisa sit: tamen testamentum in suo iure manet, id est remanet validum.

Manet in sententia, id est stat. Inde mansio, statio, siue hospitium, à manendo, quod ibi manemus, l. 2. de condi. in public. horr. lib. 10. C. in de castra mansiones vocat Imperat. in l. nemo. de anno. & tribu. lib. 10.

Mala mansio, carcer est, & loco questionis. l. rem apud. §. questionis verbo etiam ea, quæ malam mansionem dicunt, continebitur. ff. de iniur. & in l. si hominem. in pri. re. depol.

Permanere, vsque ad finem perseverare, c. si ex bono. vers. Ioannes loquitur. ibi, sed quia in eo non permanserunt, id est non vsque in finem perseverauerunt. de poenit. dist. 4. & simpliciter perseverare seu continuare, l. adeo. §. i. ibi, palam est tuam permanere. ff. de acquir. rerum. domi.

Permanere, habitare, l. scire oportet, quoniam qui in agro permanet, incolae esse non existimatur. ff. ad municipal. l. proponere. de iudic.

Remanere, pro superesse. l. si. ibi, nullam remanere actionem. ff. quod vi aut clam. Remanere, id est iterum manere, l. postliminij ius. in fin. quia irauerat Carthaginem se reuerfurum, & non habuerat animum remanendi Romæ. ff. de capt. dixi in l. verbu recidendi. infra eod. Vel remanere quasi retro manere, persistere, vt in l. aliud est capere. §. si. infra eod. l. tale pactum. §. si. ff. de pact. ibi, pater, qui dotem promissit, pactus est, vt post mortem suam in matrimonio sine liberis defuncta filia, portio dotis apud heredem suum remaneret. licet gl. exponat ibi, id est soluerit.

Tamen. De ista dictione scribit Iurisc. in l. verbu reddendi. l. verbum triplici. l. vrbana familia. & l. fugitiuus. infra eod. & in l. qui neque supra eod. Ego quoque alias scripsi, ne plura.

§. Donationis verbum simpliciter loquendo omnem donationem comprehendisse videtur, siue mortis causa, siue non mortis causa fuerit.

Donatio simpliciter prolata omnem comprehendit donationem, tam mortis causa, quam non mortis causa, §. i. de dona. in Insti. sicut genus suas species, vt tradunt dialectici. facit l. hæc verba. cui rei dolus malus aberit, generaliter comprehendunt omnem dolum. infra eod. Donatio enim dicta est à dono, quasi doni datio, tracta à Græcis. nam ij dicunt *ἀποδοξή δωρεή*, in l. senatus. §. i. ff. de dona. caus. mort.

Ratio dubitandi ad hunc rex. esse poterat, quod veniat tantum donatio inter viuos, tanquã potentior: arg. l. queritur. ff. de statu homi. sed hic non immerito cõtrarium deciditur. indefinita siquid loquutio æquipollent vniuersali, l. si plurib. ff. de leg. 2. & genus comprehendit omnes species. §. adoptio. de adop. Inst. l. 2. ff. si cert. pet. donatio ergo tanquã genus comprehendit omnes suas species, & sic omnem donationem, l. ite legato. §. item interest. de leg. 1.

Vnde prohibita donatione mulieribus, vel aliis, omnis donatio prohibita cõsuebitur: per hunc text. hoc etiam firmat Bal. in §. i. col. 4. de prohib. feud. aliena. per Federic. quia à quo remouetur genus, &

Manent nummitui.

Manere in suo iure.

Manet in sententia.

Mansio. la. carcer.

Permanere quid.

Permanet in agro.

Remanere varie sumitur.

Tamen.

Donatio à dono dicta.

Prohibita donatione mulieribus omnis censetur donatio prohibita.

& quælibet eius species. l. si quid earu. §. inter emptum. & l. item legato. §. item interest. de leg. 3. Tamen ecõtrario si permiffa fuerit donatio, non censetur permiffum donare causa mortis. per l. filiusfamil. de dona. ff. Barba. consil. 23. clemētissimum. col. 1. vol. 4. & plene in rubr. de donatio. in constit. Gregor. quamuis las. teneat cõtrarium in l. 2. ff. de legat. 1. tum quia hæc donatio non præiudicat mulieri, quod eam reuocare possit, tum quia adultus prohibitus cõtrahere, possit nihilominus donare. Sed respondeo, quamuis non sit præiudicialis, tamen qui donare prohibetur, & mortis causa: prout decidit Iurisc. in d. l. filiusfamil. minus facit eius secundaria ratio de prohibito cõtrahere, cum hic loquamur de prohibito donare. quamobrem inter hæc longa patet differentia.

Verum vt clarius hæc resoluatur, duo tantum casus erunt constituendi: primus, quod si prohibita sit donatio à iure, vel ab homine, omnis donatio prohibita censetur, etiam causa mortis, per d. l. filiusfamil. ff. de dona. ibi, pari autem ratione quod donare filiusfamil. prohibetur, etiam mortis causa donare prohibetur: siquidem negatiua totum excludit, l. hoc genus. ff. de conditio. & demonstrat. Imo etiam donatio conditionalis comprehenditur præfata ratione, quod generis appellatio comprehendit singulas species, & hoc dicit Alcia. post conditionis tantum euentum, sed ante non, quia proprie non dicitur donatio. Ego autem indistinctè existimarem omnem donationem prohibitam etiam conditionalem, licet non dicatur proprie donatio, l. 1. ff. de dona. quia videlicet vno prohibito, censetur omne prohibitum, per quod peruenitur ad illud, l. oratio. ff. de sponsal. per hanc verò donationem conditionalem perueniremus ad donationem cum effectu: ergo illa quoque prohibita censetur, & quamuis possit resolui, tamen interim etiam censetur prohibita, cum videlicet omnis prohibearur, & prohibitio in pendenti esse non debet, quousque effectum habuerit: & quia iste text. dicit omnem donationem venire etiam causa mortis: tum quia tam donatio quam illud, quod resolui potest sub conditione, totum, donatio dicitur, d. l. 1. Vnde perperam sensu Bal. in c. quia. V. in fin. de iudic. dicēs cum possit causa mortis donare forensi, quamuis alias statutu simpliciter prohibeat donare extero, vel forensi & de hoc dubitat las. in l. penn. col. pen. nu. 27. ff. de leg. 1. sed do. Tiraquell. in interpret. l. si vnquã. in verb. donatione. nu. 245. & sequ. C. de reuoc. dona. dicit illa l. habere locum etiam in donatione causa mortis, per istu text. cum ibi simpliciter loquatur de donatione: ergo & de donatione causa mortis. Quemadmodu cui prohibetur donare sine consensu propinquoru, prohibetur etiam mortis causa donatio, per istum text. & prædictum. sic voluit las. nil aliud adducens in d. l. 1. col. 2. nu. 12. ff. de leg. 1. & hoc tenendum est.

Secundus casus est, si concessum fuerit alicui donare, hic causa mortis donare non poterit, sed inter viuos tantum, nisi specialiter ei permiffum fuerit, d. l. filiusfamil. vbi hoc expresse deciditur. Videamus nunc diuersitatis rationem inter hos duos casus, quod videlicet prohibita donatione, censetur prohibita omnis donatio, siue mortis causa, seu conditionalis: permiffa verò donatione, mortis causa donatio non comprehendatur, nisi specialiter ea quoque permiffa fuerit. Huius nempe diuersitatis vis consistit in permittendo, & in prohibendo donationem: quandoquidem donare est perdere, nemòq; suum iactare præsumitur, vulg. l. cum de indebito. de probationibus & præsumptionibus. nimirum si eam permittendo nequam extendamus vltra propriam eius signific.

Si permiffa sit donatio, cur mortis causa prohibita sit.

Conditionalis donatio prohibetur donatio ne prohibita.

Intellectus ad l. filiusfamil. cur causa mortis donatio non comprehendatur, nisi specialiter ea quoque permiffa fuerit.

tionem: econtrario prohibendo facilius extendatur secundum iuris præsumptionem: tum quia prohibitio fortius operatur in suis terminis, quã permiffio: vt sic prohibita simpliciter donatione, prohibita videatur etiam causa mortis donatio: tum quod donans ex illa donatione non sit habiturus deinceps gratiam, scilicet post mortem suam. ita iure videmus statutum omnem donationem prohibitam, d. l. filiusfamil. ff. de dona. At quando pater, vel alius concedit filio, vel alteri, vt donet, intelligitur tantum de donatione inter viuos, & sic quod genus mera liberalitatis exerceat. d. l. 1. de donatio. Rationem quoque potes addere, quam exprimit text. in d. l. filiusfamil. quod lex concedens vnum genus donandi, vel alienandi, aliud concedere non videtur, l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Roma. consil. 476. huic felici.

Item pater concedendo filio, vel alteri, vt donare possit, non videtur cogitare de aduersa fortuna filij, videlicet de morte, l. inter. §. sacram. ff. de verborum oblig. aut etiam si cogitasset, non est verisimile voluisse bona filij proligari: verum potius cum morietur filius, præsumitur voluisse ad patrem bona huiusmodi redire, quã ad donarium filij. l. 1. & seq. ff. de dona. caus. mort. Tum quia hæc donatio æquiparatur vltimis voluntatibus, l. si. C. de donatio. caus. mortis, l. 2. ff. de leg. 2. vbi las. vndecim similia adducit, in quibus vltimæ voluntati æquiparatur.

Ad hæc maiori ratione mouetur pater ad concedendum donationem inter viuos, ex hac prospiciens filium posse multorum comparare beneuolentiam, liberalitatem exercendo, qui gratiam filio referant, illique fautores & adiutores non desint: vnde profant versic. seq.

Temporibus nostris quicumque placere laborat. Det, capiat, querat plurima, pauca, nihil.

Et quãuis fortior sit donatio inter viuos, quam mortis causa, vtpote quia illa est irreuocabilis, l. 1. ff. de dona. tamen quia pater ad eam se retulit iuris præsumptione, d. l. filiusfamil. ita dicente: ideo potius illa concessa censetur, quam donatio causa mortis, de qua non cogitatur concedens donare. Et sic ad incogitata non potest extendi, l. mater. ff. de inoffic. testam. & d. l. filiusfamil. Et actus agentium non debent vltra partium intentionem operari, l. non omnis. ff. si certum pet. Ad hæc quia hæc donationis concessio fit in gratiam filij, ideo debet intelligi, quatenus illi prodesse potest. Sed huiusmodi causa mortis donatio nec patri, nec filio præmorienti prodesset: quamobrem fieri non poterit, nisi cum expressa & speciali concessione, secundum d. l. filiusfamil.

Ad hæc quia donatio causa mortis solet amplior esse, quã inter viuos: nempe quando pater permittit inter viuos filium donare, intelligitur, quod modicū donet, veluti res mobiles, non verò immobiles, l. hæc adiectio. vbi dicitur, infra eod. Socin. consil. 12. col. 5. in 1. vol. & consil. 172. col. 5. in 2. volu.

Item quando filius inter viuos donat, facit sibi debitorem, vt donatarius eidem teneatur ad antidora, l. fin. C. de reuocand. dona. l. si pignore. ff. de furt. Sed donando causa mortis pater velle non præsumitur, vt ex bonis suis constituat debitorem, qui post mortem eidem filio nil proderit. Quamobrem nec permiffa censetur hæc donatio: quod etiam probatur in d. l. filiusfamil. ibi, quamuis enim ex patris voluntate mortis quoque causa donare possit, attamen cum cessat voluntas, inhibetur hæc quoque donatio. Et sic ex voluntate concedētis iudicatur, an is cui permiffum est donare, possit causa

mortis donare: quod poterit, si ad hoc voluntas expressa concederis adit, quandoquidem tunc de illius morte cogitasse censetur. l. tam is. ff. de dona. caus. mort. Alioqui contra. & hic est verus ad d. l. filiusfam. intellectus, hucusque non ita discussus. An ad pias causas saltem donare possit, dicam in d. l. filiusfam.

Item quando solum est scienter indebitum, videtur donatum, l. i. ff. de condit. indeb. l. cuius per errorem. infra. tit. proximo. Calca. consil. 24. Et ideo prohibita donatione, vel concessa, hoc quoque concessum, vel prohibitum censeretur: alioqui legi fraus fieret, contra l. c. tra. & l. seq. ff. de legib.

Donatio ob benemerita an donatio proprie sit.

Verum si quis propter benemerita donaverit, non proprie dicitur donatio, nisi quatenus excedit benemeritum. nam iuxta seruitij meritum genus dicitur permutacionis, l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hered. c. requisisti. ibi, iuxta seruitij meritum. de testam.

Idem in qualibet acceptilacione, vt donatum id demum censetur, quod superest vltra pretium receptum, l. quod ad ipse. ff. de dona. inter vir. & vxor. ideoque solemnitates requisitae in donationibus, etiam in praedictis requiruntur. teste Alciato, qui allegat Imol. in l. i. ff. de donatio.

Declaratio constitutionis regia de infirmatione donata.

Et per hoc declaratur ordinatio Regia rub. Quae omnes donationes sunt infirmas, artic. 1. & seq. vbi dicitur omnes donationes esse infirmas & in curiis registrandas, nec alias valere, aut robur habere, nisi a die acceptacionis & infirmationis, vt intelligatur quidem de omni donatione inter viuos, non causa mortis, quae scilicet cum non valeat in vita, infirmari quoque non potest: sicut iure cautum est, in l. fi. C. de dona. caus. mort. & firmatum est per Henric. Regem artic. 4. tit. de dona. infirmas. & ibi abundè scripti in 2. tomo coment. in consil. Reg. Gallic.

Summario vbi quaeritur de donatio ne tractantur.

Vt verò plenius intelligatis hanc materiam, videamus primum quid sit mortis causa donatio: secundo quomodo dignoscatur à donatione inter viuos: tertio quae sit vtilitas scire, an sit donatio inter viuos, aut donatio causa mortis: quarto quot modis haec donatio causa mortis reuocetur: quinto an aequiparetur contrarietibus, an vltima voluntati. super quibus vidi saepius dubitari. Postea dicemus de donatione propter nuptias, & quibusdam aliis: quibus pertractatis, phrasas quasdam subiungam.

Donatio causa mortis quid sit.

Imprimis igitur donatio causa mortis secundum Hostien. in summa huius tit. est mortis imminens metu, vel futurae, alicuius rei prouide & liberaliter facta concessio.

Primò dicitur mortis imminens metu, quia interdum quis donat valetudine affectus: vult tamen rei donatae tunc demum transferri dominium, cum mors donantem inuasit. l. 2. ff. de dona. caus. mort. interdum vult donans statim donatione facta rei donatae dominium transferri in donatariu, & tunc pura dicitur donatio: resoluenda tamen si donans reconualescat. d. l. 2. & seq. ff. de dona. caus. mort. & Insti. de dona. in princ. nec quaritur iuste putet se moriturum, necne. l. penul. ff. cod.

Aliquando donat quis nullo imminente mortis periculo, sed sanus mente & corpore donat, vt l. 2. ff. de dona. caus. mort. tamen donans cogitat se aliquando moriturum, & ne decedat absque dispositione suorum bonorum donat, ideoque in definitione dicitur mortis futurae, quod sapientibus contingit: veluti Salo. docet, sic inquit: memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis: tamen is, qui donat, se magis habere vult, quam cui donat, magisque donatariu, quam heredem suum: & is mortis causa etiam donasse dicitur, lege 1. ff. cod.

Postea in definitione dicitur timore mortis, sci-

licet naturalis, vel accidentalis, nisi cum quis hosti donaret metu, vt mortem euitaret, tunc non valeret, l. metu. i. ff. quod met. caus. Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. testam. 4. n. 6. & seq. de testa.

Quoad secundum dubium, quomodo dignoscatur donatio causa mortis. Respondeo, donationem causa mortis esse, quando in ea mortis habetur mentio, l. Seia. in fi. ff. de donat. causa mort. & l. Seia. ff. de dot. praeg. doct. in l. fi. C. de pact. & in l. 2. de iur. dor. glo. in l. mortis causa capimus. §. Titia. ff. eo. & in l. apud Celsum. §. i. ff. de dol. except. Quod est verum, cum mors est causa impulsiva talis donationis: quod discernendum erit ex coniecturis: vt si infirmus donet, aut profecturus ad bellum, vel vltra mare: si verò mortis fiat mentio causa taxationis temporis, vel dilationis: vt dono talem rem retento mihi usufructu vsque ad mortem meam, tunc proculdubio censetur donatio inter viuos, vt docet Bar. in d. §. fin. Idem si metio mortis fuerit habita in executiuis, vt dono omnia bona mea, volo tamen post mortem meam solum ea peruenire ad donatariu, hic non erit donatio causa mortis, sed inter viuos vt docet Bald. in additio. ad Specula. in tit. de instrum. editio. colum. vlti. quandoquidè apposita clausula in executiuis. vlti. quandoquidè apposita clausula in clem. r. in fi. de preb. vbi addidi. & Panor. in c. cum nostris. col. 2. de concess. praeb.

Donatio causa mortis quomodo dignoscatur.

Infirmus donans, an causa mortis videatur donare.

Item etiam si donas valetudine detentus donauerit, non tamen expressa causa mortis, dicitur donatio inter viuos, d. l. Seia. §. fin. ff. cod. & ibi addidi. Bened. in c. Raynutius. in verbo, in extremis. num. 15. de testam. quod vtrique procedit, quando potuit valere in vim donationis inter viuos, alias contra. l. apud §. Iulianus. ff. de dol. except. vbi donatio facta ab infirmo vxori valet, vt donatio causa mortis, quia inter viuos non potest maritus donare vxori, l. 1. & per totum, ff. de dona. inter virum & vxorem.

Donatio q inter viuos valere non potest, causa mortis reputatur.

Idem iudicandum est, si pater donet filio in potestate, hoc addito quod non possit reuocari: nempe cum non valeat inter viuos, tamen valebit causa mortis, l. vbi. ff. de dona. caus. mort. Socin. consilio 130. vlt. col. penul. in 1. vol. vbi etiam refert, quod si quis donet omnia bona praesentia & futura, quae habebit vsque ad mortem, quod valebit vt donatio causa mortis, quia non potest valere inter viuos, Bar. & alij in l. fin. C. de pact. Actusque debet interpretari potius vt valeat, quam pereat, l. quoties. ff. de reb. dub. Soci. consil. 137. multum. col. 1. & seq. in 1. volu. quod est repetitum consil. 232. vol. 2. de Ripa in tract. de peste. fol. 32. versic. 16.

Dono post mortem, donatio causa mortis est.

Etiam dicitur causa mortis, si dicat donans in dispositiuis, dono post mortem. l. as. consil. 6. col. 4. in 3. vol. vbi si dicat, Promitto soluere & numerare, vel tradere post mortem, sunt verba executiua: secus si dicat, post mortem dono, teste Bar. in l. liber homo. §. decem. ff. de verb. oblig. Socin. consilio 232. multum. col. vlt. in 2. volum. nam quando tempus mortis adiicitur verbis dispositiuis, illa verba tunc denotant substantiam donationis, & censetur esse causa finalis, quae mouet donantem ad donandum post mortem: diuersum est, quando in executione ponuntur. nam eo casu demonstrationis causa adiecta censetur, l. i. C. vt actio. ab heredib. vbi doct. Et maxime si dicatur in instrumento: Quam donationem voluit vires habere post suam mortem tantum, vt docet Angel. consil. 254. haec quaestio. & l. as. vbi supra refert in l. quaerit. num. 47. ff. solu. matrim.

Clausulae donatio habeat viui post mortem, facit donationem causa mortis.

Mortis metio in genere non facit causa mortis donatio nem.

Adhaec indicatur causa mortis donatio, quando mortis mentio fit in specie, secus si in genere: veluti si donatum fuerit quocumque modo solutur matrimonium.

matrimonium, sub istis verbis casus mortis comprehenditur in genere, tamen non intelligitur donatio causa mortis. rex. in l. quaerit. doris. ff. solut. matrimo. & ibi Alexan. col. 4. in 3. limit. siquidem verba generalia non magis tendunt ad donationem causa mortis, quam ad aliam, sed in dubio intelliguntur de donatione inter viuos.

Quinque testes in donatione faciunt eam praesumere don. causa mortis.

Idem quoque dicerem si quinque testes in instrumento donationis interueniant, qui in donatione causa mortis adesse debent, l. fi. in fi. C. de codicil. & l. fi. de dona. caus. mort. Si autè coram duobus testibus tantum, licet fieret mentio mortis, adhuc praesumeretur donatio inter viuos, quia solennitas donationis causa mortis deficit. Petr. & Cyn. in l. licet. C. de pact. Angel. consil. 253. Alex. in l. stipulatio hoc modo. col. 6. ff. de verb. obliga. Socin. d. consil. 137. & consil. 232. Corne. consil. 223. in hac. in 1. vol. nisi fieret coram duobus notariis ex consuetudine huius patriae ceteris solennibus adhibitis. tunc enim habita mortis mentione & aliis huiusmodi coiecturis censetur donatio causa mortis, idque sufficit, cum omnes actus extraiudiciales apud nos perficiantur interuentu duorum notariorum, & testamento quoque.

Donatio cum moriar, est causa mortis.

Idem si dictum sit, donauit cum moriar. Albe. in l. nam si cum moriar, per illum text. ff. de condit. indeb. nepe cum donas magis se vult habere rem, quam donatariu, & magis vult donatariu habere, quam heredem, tunc indicatur donatio causa mortis. l. 1. & l. Senatus. ff. eo. & §. i. Insti. de dona. l. mortis causa. de manumif. l. Seia. de dote praeg. l. as. in l. sub conditione. de condit. indeb.

Reseruatio potestatis alienandi, vel reuocandi rem donatam, facit don. causa mortis.

Praeterea si donas reseruet sibi potestatem alienandi rem donatam, tunc videtur esse donatio causa mortis, nepe quia facta donatione inter viuos donans non potest alienare rem donatam, cum dominio transferat sit in donatariu statim facta traditione. l. traditionibus. C. de pact. l. quoties. de re vend. Dec. consil. 470. duo. col. 2. versic. 4. & vlti. Et ita iudicauit Senatus in magna camera pro vna domicel. quae donauerat omnia bona monasterio monialium, reseruata sibi facultate reuocandi. anno 1339. die vero 15. Iulij. & in 2. camera inquisitio. 1549. die 7. Septemb. relatore do. Thibout Cõsil.

Arctia.

Relinqno denotat do. causa mortis.

Eodem tenore fluit, relinquo tibi domum meam. nam hoc verbum relinquo videtur magis demonstrare donationem causa mortis, quandoquidem ad morientes pertinet relinquare, quae secum deferre non possunt, l. 1. §. fi. ff. de tabul. exhib. glo. in verb. impleuerit. §. fin. Insti. quib. manumit. licet. Dynus in l. 1. C. de reuocand. dona. quam refert de Ripa in tract. de peste in 1. parte 2. partis. versic. 16. Igitur ex praecedentibus intelligitur esse donatio causa mortis.

Donatio facta locis, piis, an censetur causa mortis.

Idem dicendum erit si quis donet piis locis, vel pro anima, vt tunc videatur de morte cogitare, mortisque causa censetur esse donatio. per glo. in d. l. quaerit. doris. & ibi Nicol. Marius in addit. ad Alex. qui allegat Rom. consil. 139. vbi nil dicitur, sed melius probat consil. 199. praesens. in fi. cui subscribe reus, cum esset habita mentio mortis, vel alia adesset coniectura. alioqui potius videretur fauore animae donare inter viuos, quam mortis causa.

Donatio inter viuos quomodo dignoscatur.

Contrario, donatio inter viuos ex his dignoscitur, si videlicet donans diceret se inter viuos donare, quia tunc proculdubio donatio inter viuos diceretur, etiam si mortis esset habita mentio. nam in certis non est locus coiecturis, l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. Cyn. ita tenet in l. 2. C. de iure dor. & Bar. in l. fi. col. penul. nu. 1. de pact. & in d. l. quaerit. doris. col. 1. ff. solut. matrim. Angel. consil. 291. vltis instrumentis. col. penult. Alexand. consil. 14. circa primum. col. 1. in 1. volu. & consil. 78. vltis in

4. vol. l. as. consil. 5. circa col. 8. in 3. volu. & consil. 169. duo testam. col. penul. in 4. vol. de Ripa in lib. 3. respon. c. 9. in 2. q. Bertrand. consil. 121. donatio. in 1. vol. de nouiter impressis. nam etiam morti proximus non est inconueniens quod inter viuos, cum viuos sit, donet: donationeque pura & irrenocabili donare potest inter viuos infirmus & valetudinaris, & valebit, licet in eodem instrumeto dicatur, valitura tamen post mortem: tum quia praesumitur ex stylo notariorum illa verba, valitura, &c. appositae: tum etiam quia non est inconueniens (vt diximus) infirmum donare inter viuos, & quod effectus collatus sit in tempus mortis: vt consuluit Bertrand. consil. 85. vltis instrumeto. col. 1. in 1. vol. ex noua editio. per l. vnam. C. vt ab heredib. & contra hered. & l. fi. de contrah. & commit. stipula. l. hereditarium. de bon. authorita. iudic. possidend. Nisi diceret, Dono post mortem, & non ante, exnunc prout extunc, quia tunc licet diceretur in instrumeto, quod donauerit inter viuos donatione pura & irrenocabili, nihilominus diceret haec donatio causa mortis, vt expresse consuluit l. as. consil. 6. exhibentur. in 3. vol. Siquidem illa verba, post mortem donat, directè repugnant donationi inter viuos: ergo nulla & pro non appositis habentur, l. cum precario. ff. de precar. & citius praesumuntur appositae per notariu, quam ex voluntate testatoris. Bar. in l. vbi. ff. de dona. caus. mort.

Clausula, valitura post mortem.

Dono inter viuos, post mortem tamen, an sit causa mortis donatio.

Donatio ca lege ut non reuocetur, est inter viuos.

Dicitur etiam donatio inter viuos, quando cautum est instrumeto, quod nullo modo reuocetur, l. vbi. & l. si alienam. §. si ibi, nullo casu. ff. eo. Limitatur in quatuor casibus traditis per Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. testamentum. 4. num. 24. cum seq. de testam. vel quod iurat non reuocare. Bertrand. 28. quamuis. volum. 1. secundum nouam impressionem.

Nec etiam differt, si dicat se donare donatione irrenocabili, & perpetuo valitura, vt per inde censetur donatio inter viuos, atque superior: quemadmodum docet idem l. as. consil. 6. col. 2. in 3. vol. post Oldrad. consil. 5. Titius dedit duobus, & Bertrand. consil. 120. quamuis. col. 1. in 3. volu. secund. nouam editionem. quod intelligatis si verborum significatio patitur. nam si causa mortis donem, vt nullo casu reuocetur, tunc intelligendum est, quod causa mortis praecipue mouetur ad fic donandum inter viuos, ita quod non potest reuocari talis donatio: vt d. l. vbi. Secus si donet tantum post mortem: tunc, non ante videor donare. l. as. in d. consil. 6. Vel nisi dicat donare inter viuos, vult tamen quod rem habeat, aut valeat tantu post mortem, vt tunc dicatur donatio inter viuos: quia clausula mortis in executione est. Socin. consil. 53. in praesenti. col. 1. vol. 1. Corneli. consil. 158. videtur in hac. col. vltim. in 4. volum. Bertrand. d. consil. 120. in 3. volu.

Promittes perpetuo obseruare facit donationem inter viuos.

Praeterea cum donans promittit omnia, & singula in instrumeto contenta, rata & firma habere, ac perpetuo, & inuolubiliter obseruare, donatio inter viuos praesumitur, per l. cum maritus. §. fi. ff. de pact. dotal. secundum intellectum doct. vt Bar. & l. as. probant in d. l. quaerit. doris. & l. as. in d. consil. 6. nisi alias appareat esse contra naturam contractus, vt pote quia expressit se donare post mortem. nam hoc casu postquam donatio causa mortis est vltima voluntas, glo. in l. 2. ff. de dote praeg. poterit reuocari, non obstante illa clausula. Bar. in l. si quis. in princ. ff. de leg. 3. quia praedicta verba debent intelligi secundum naturam actus, super quo interueniunt. l. quare. §. inter. ff. loca. gl. in l. si alienam. §. Marcellus. ff. cod. Decif. consil. 521. consil. col. penult. l. as. consil. 60. spectabiles. col. 5. in 3. volu. Bened. vbi supra num. 27. & sequi. Si tamen hoc promittit

promittat cum iuramento non reuocare, videtur esse donatio inter viuos, quod eam amodo reuocare sine periculo non possit. Iaso. in d. l. quæ dotis. nu. 34. ff. solut. matrimo. licet contrarium videatur idem Ias. asserere consil. 169. col. penul. in 4. vol. & Cornel. consil. 126. licet in hac. col. 2. vol. 1. Dec. consil. 305. iuridicam. col. 2. vbi dicit quod si incon-

Insinuatio donationis facit donationem inter viuos.

Ad hæc quando insinuatur donatio, præsumitur inter viuos, quæ de iure insinuari debet, si quingen- tos solidos excedat, §. alia. Instit. de donatio. l. sancimus. C. illo ritu. Sed indistincte hodie hæc donationes omnes insinuatur in Francia lege Regia dictante: at donatio causa mortis, non. l. h. C. de don. caus. mortis. nisi fiat ad cautelam, & hoc dicitur. Ias. in d. consil. 6. col. 8. in 3. vol. nam abundans cautela non nocet, l. testamentum non ideo. C. de testam.

Referuntur vsum fructum in donatione inter viuos donat.

Limitatur quando præsumendo donationem inter viuos, irritaretur donatio, saltem in magna parte, quæ plus forte ascenderet, quam insinuatio. Bened. vbi sup. nu. 29. quia tunc præsumendum est, vt valeat potius, quæ vt pereat, l. quoties. ff. de reb. du.

Item iudicatur inter viuos donatio, cū donans referuat sibi vsum fructum, videlicet quia alias foret absurdum rei suæ vsum fructum sibi referuari: videtur ergo donatio inter viuos. l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de dona. Et hoc casu dicitur esse donatio proprietatis inter viuos, donatio verò vsum fructus causa mortis. Bal. consil. 107. anno domini. in 2. vol. Alexan. consil. 78. visis. col. 1. volu. 4. Socin. consil. 53. col. 2. vol. 1. Cornel. consil. 223. in hac. col. 3. in 1. vol. Vel dicere possumus, quod per mortem donantis vsum fructus consolidatur cum proprietate, §. finitur. Instit. de vsum fruct.

Constitutio precarij donatione inter viuos de monstrat.

Præterea constitutus se donarij nomine possidere, censetur inter viuos donare. l. quod meo. ff. de acquir. possess. Alexand. d. cōsi. 14. col. vlt. vol. 1. Scripsi in præf. trac. de mater. postessor. in 3. tomo commentar. in consil. Reg. Gallic.

Promissio ante donationem quid operetur.

Item si promissionis causa præcedat donationem, licet in ea mortis fiat mentio, nihilominus intelligitur donatio inter viuos. idem si quis domum donauerit Iohanni, vt alimenta præster Titio vsque ad mortem. Bar. & Paul. in l. nā si cum moriar. ff. de condi. indeb. Alex. d. consil. 78. col. 1. vol. 4. Bertrand. consil. 52. non puto. vol. 1. ex nouiter impressis. doct. in l. Aristor. per illum text. ff. de dona.

Donare simplici & pura donatione.

Idem cum dicitur, donatione simplici dono, l. filiusfamil. §. sed enim. ff. de donat. l. Seia. in fin. de dona. caus. mort. Ro. cōsi. 229. pro decif. col. 1. Pura dicitur, quæ nõ est cōditionalis, vt inferius dicitur.

Donare Titio & heredibus, donatio inter viuos præsumitur.

Donatio etiam inter viuos præsumitur, quando heredum facta est mentio, vt quia donat Titio & suis heredibus. no. in l. non omnis. ff. si cert. peta. & Bal. in l. 2. C. de iure dot. Alex. cōsi. 7. viso. col. pen. vol. 6. nā donatio causa mortis, si donarius præcedat, non transmittitur ad heredes donarij, sicut nec legatū conditionale, l. vna. §. 1. C. de cadu. tol. Ias. in d. l. quæ doris. nu. 48. Alex. consil. 14. circa. vol. 1. ideo hæc iudicatur inter viuos donatio, quia heredes donarij non haberent, si præcederet donarius donantem.

Ex multis præsump.

Notandum est præter hæc indicari donationem inter viuos, & ex quampluribus alijs præsumptio-

nibu, ex instrumēto donationis eliciēdis, vel contra, si contrariæ pateant coniecturæ: vt scribit Dec. d. consil. 470. col. 2. & plures præsumptiones vincunt vnam, & fortiores debiliores. l. cum de indubito. ff. de proba. c. illud. de præsumptio: quemadmodum aperta probatio tollit præsumptionem. l. fin. ff. quod mer. caus.

tionibus iudicatur, q sit donatio.

Postremò etiam in dubio quādo quis donat, videtur donare inter viuos, d. l. filiusfamil. §. sed enim. ff. de dona. gl. in l. Seia. de don. caus. mort. & in l. apud Celsum. §. Iulianus. de dol. excep. l. fin. C. de dona. caus. mort. Ias. & alij in d. l. quæ dotis. Bauer. in §. 1. col. pen. quib. non est permitt. facer. testam. in Inst. Etiam si infirmus donaret, modo tamen non mortis habita sit mentio. d. l. Seia. §. fi. Ex quibus facilimum erit discernere donationem inter viuos, à mortis causa donatione: quæ vix alibi reperies sic congesta.

Donatio in dubio iudicatur inter viuos.

Sequitur dubium tertium, videlicet quæ sit in his vtilitas, scire an sit donatio causa mortis, aut inter viuos. Respondeo, quia donatio inter viuos non reuocatur sine causa, §. alia. Insti. de donatio. l. perfecta. C. illo titul. Diuersum est in donatione causa mortis. §. 1. Insti. de dona. l. 1. ff. de donat. caus. mort. Imo si dicitur, quod non reuocetur, transit in donationem inter viuos. l. vbi. ff. eod. & supra dictum extitit.

Vtilitas proueniens ex cognitione donatoris inter viuos & mortis causa.

Secundò ex donatione causa mortis detrahitur Falcidia, non Trebellianica, quia iure actionis petitur: sed ex donatione inter viuos, nil detrahitur, l. in donationibus. & l. si mortis. C. ad legem Falcid. & l. 1. §. si mortis. quor. lega. l. penul. §. sancimus. C. de dona. caus. mort. Berber. in viator. iuris col. penul. in titul. de dona. Alexan. consil. 7. viso instrumēto. col. penul. volu. 6.

Falcidia ex mortis causa donatione detrahi potest.

Tertiò donatio inter viuos absenti fieri potest, l. absenti. ff. de donatio. Tamen si anrequam donatarius ratificet, donans alteri donauerit, secunda donatio præualeat, licet postea primus donatarius ratificet, quia nõ trahitur retro in præiudicium secundi donarij. Dec. consil. 226. in fi. & consil. 432. cum sit. in fi. Et idem si donatarius non acceptauerit, quia donatio etiā loco pio facta non acceptata non valet. l. illud. C. de sacrosanct. eccles. Speciale est in dote, l. vna. §. accedit. C. de rei vxor. actio. l. fi. in princip. de iure dot. Dec. consil. 35. Quia stipulatio notarij non facit, vt acquiratur ius, non secuta ratificatione: sed hoc operatur, vt sine cessione vtilis actio acquiratur. Dec. consil. 226. magister. col. vlt. per l. si ego. §. si res. ff. de iure dot. l. possessio. in fi. de acq. possel. Quibus adde requiri insinuationem in hoc Regno, sicut dictū fuit. Donatio vero causa mortis requirit præsentiam vtriusque, l. in mortis. ff. de dona. caus. mort. valebit tamen in absentia donarij iure fideicommissi. l. 1. C. de dona. caus. mor. l. cum pater. §. donationis. & l. miles. in princ. ff. de leg. 2. Bar. & Roma. in l. ff. eod. vel si notarius acceptet pro absente. Guido Papa decif. 222. in donatione. in decif. Delphi. Aufer. in decif. 383.

Donatio inter viuos absenti fieri quando possit.

Quartò donatio inter viuos transmittitur, etiam si donatarius moriatur ante donatorem. secus in donatione causa mortis: quia naturam habet legati conditionalis, quod non transmittitur ad heredes, l. 1. §. si autem. C. de caduc. tollend. Sed tunc reuocatur donatio, §. 1. Institi. de donat. l. si vir vxori. §. vxor. ff. de dona. inter vir. & vxor. Bal. in l. 2. C. de iure dot. Alex. d. cōsi. 14. circa. col. 2. vol. 1. ideoque si fiat mentio heredum, vt pro te & heredibus, iudicari debet donatio inter viuos. Bald. in l. 2. C. de iure dot. Socin. d. consil. 33. colum. 3. Intelligit nisi præter consentum donantis ex consuetudine tabellionum fuerit apposta mentio heredis, Cornel. consil. 121. in hac. col. 2. vol. 1. vt superius dictū fuit.

Donatio inter viuos ad heredes transmittitur.

Quintò donatio inter viuos potest fieri coram duobus testibus, l. vbi numerus. ff. de testib. cap. in omni negotio, de testi. At donatio causa mortis exigit quinque testes, l. fin. C. de dona. caus. mor. valebit tamen de iure canonico coram parochiali sacerdote & duobus testibus, instar testamēti. cap. cum esset. de testamen. vbi in qualibet vltima voluntate isti sufficiunt. Sic expressim tradit Socin. consil. 130. viso. col. 3. vol. 1. Et in hac patria fit ex consuetudine coram duobus notarijs Regijs, vt supra dixi: & valet perinde ac si facta esset coram quinque testibus, vi scilicet consuetudinis.

Fructus reuocatur donatio causa mortis.

Insinuatio donationis quando sit facienda.

Minor donare causa mortis potest.

Donatio inter viuos contractus est stricti iuris.

Donatio causa mortis non est inter virum & vxorem prohibita.

Quibus modis donatio causa mortis reuocatur.

Sextò cum donatio causa mortis reuocatur, donatarius tenetur restituere fructus, quos ex reuocata perceperit, glo. in l. si mortis causa. ff. eod. Secus in donatio inter viuos, quando ex in gratitudine reuocatur. Berber. in viator. iuris, in 2. parte, in isto titul. versic. qualiter autem doct. in l. fi. C. de reuocand. dona. quia ex donatione causa mortis donatarius non erit dominus, ob id non lucratur fructus: quod secus est in donatione inter viuos post traditionem.

Septimò insinuatio fieri debet in donatione inter viuos, l. sancimus. cum multis legib. illius titul. C. de dona. secus in donatione causa mortis, l. fin. C. de dona. caus. mor. Cornel. consil. 107. videtur. col. 2. in 4. vol. & superius dictum fuit.

Octauò minor 25. annis, maior tamen 14. potest sine autoritate sui curatoris causa mortis donare. Bal. & Alex. in l. si curator. C. de in integr. rest. idemque docet Bal. in l. 1. ff. de tutel. cum restari libere possit, l. Aurelio. §. Gaius. ff. de liber. leg. l. quæ atate. ff. de testa. Bald. & alij in l. frater. C. qui testa. facer. possunt. secus in donatione inter viuos, d. l. si curatorem. & l. 1. C. si minor fact. l. filiusfamil. ff. de donatio. Rationem diuersitatis superius exposui.

Nonò, cōtractus donationis inter viuos est stricti iuris, l. eum qui. ff. de donatio. sed donatio causa mortis est bonæ fidei, vel saltem eius naturam imitatur, l. Seia. ff. de dona. caus. mor. Guilliel. le Rouille in cōsue. Cenoma. artic. 401. in glo. 1. Et in dubio iudicatur potius inter viuos, quam causa mortis, glo. Insti. de dona. in prin. quam sequitur Bal. consil. 107. anno domini. col. vlt. in 2. volu. & supra dictum extitit. sed quomodo dicatur cōtractus, scripsi in l. Labeco. 2. supra eod.

Decimò, donationes causa mortis inter virum & vxorē sunt à iure receptæ, quia in id tempus excurrit donationis euentus, quo vir & vxor esse desinunt. text. ad hoc expressus in l. si eum seruum. §. fi. cum l. seq. ff. de dona. inter vir. & vxor. Sed donatio inter viuos est inter virum & vxorem prohibita, l. 1. & per totum, ibidem. Et de consuetudine Bituricensis etiam causa mortis, vt videre licebit in consuetud. Bituricen. §. 1. de consuetud. matrim. Quæ sufficient ad discernendū vtilitatem præfate quaestionis, an videlicet sit donatio inter viuos, an causa mortis.

Quartò, quot modis reuocetur donatio causa mortis: Respōdeo, primò reuocatur per poenitentiam, §. 1. de dona. in Insti. Intelligite & limitate, vt per Alexan. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbor. oblig. & Iaso. in l. non omnis. ff. si cert. peta. Poenitentiam accipere debemus suprema: proinde si vxori maritus donauerit, deinde eū poenituit, mox desit poenitere, dicendum est donationem valere, vt supremum eius spectetur iudiciū, vltima. l. cum hic status. §. poenitentiam. ff. de donat. inter vir. & vxor. Sed vbi femel donatorem poenituit, etiam heredi reuocandi potestatem tribuimus, si appareat defunctum euidenter reuocasse voluntatem: quod si in obscuro sit, procliuor esse debet index ad comprobandum donationem. §. sed vbi. ibidem.

Secundò, vbi ita donans res donatas alienauit, d. l. illud. §. fi. de dona. caus. mort. Dyn. Bal. & Alex. in l. Stichum. ff. de leg. 1. Ias. consil. 60. ista conuen- tio. col. 6. vol. 3. quia alienādo vel pignorādo vtili- que poenituisse videtur, & reuocasse dictam dona- tionem, l. cum hic status. §. si maritus. ff. de dona. inter vir. & vxor.

Per alienationem rei donatæ reuocatur donatio.

Tertiò, cum donatarius prædecessit, d. §. 1. & l. si filiofam. 2. cod. titu. Si tamen in donatione fuerit dictū, quod nullo modo reuocetur, nisi prædecedat donatarius, tunc esset donatio inter viuos, quæ non reuocatur ex natura donationis, sed ex pacto, & sic nõ dicitur causa mortis, l. vbi. ff. de dona. caus. mort. l. 1. C. vt actio. ab heredib. & contra hered. sic consultiuit Aegid. de Bella Mera consil. 39. factum est tale. col. 2. Et si ambo simul decesserit, vel perempti sint ruina, naufragio, aut alio casu, tunc præsumitur donantem prædecessisse, vt donatio valeat, d. l. cum hic status. §. si ambo. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. qui duos. §. 1. de reb. dub.

Donatio inter viuos ex pacto reuocatur.

Quartò, si reuoluit ex illa infirmitate, etiam si postea ex altera decesserit, non facta reuocatione. gl. & ibi Bar. in l. 3. ff. de dona. caus. mort. Bened. vbi supra, col. penult. quod est verum si tempore donationis erat infirmus: secus si cum sanus esset, donasset causa mortis, & postea mala valitudine affectus reuoluit ex illa infirmitate. tunc non reuocatur donatio. Iauolenus in l. si is seruus. in verb. aut suspitione mortis, per quam donauerat, liberatur. ff. de dona. inter vir. & vxor. Paul. de Castro in l. non omnis. ff. si cert. petat. Idem foret dicendum, si pactum esset, quod ex reuoluita scientia non reuocaretur. l. si alienam. §. Marcellus. & l. Senatus. in fi. ff. de don. caus. mort. Alia poteris videre per me scripta in reg. cancel. de infirm. benefic. resignan. in praxi benefic. in 3. parte.

Reuocatur mortis causa donatio reconuale- scencia.

Quintò, quando capitales interuenirent inimicitia post donationem, quasi sit recita poenitentia, vt tunc quoque reuocetur donatio causa mortis, instar aliarum vltimarum voluntatum. l. 3. §. fin. cum l. seq. ff. de adimen. leg. Ias. in d. l. non omnis. num. 4. abunde Vincen. Hercula. in l. 2. col. 1. ff. de leg. 1.

Inimicitia capitales superueniente reuocatur donatio.

Sextò, reuocatur per superuenientiam liberorum, sicut donatio inter viuos, & multo fortius, per l. si inquam. C. de reuoc. dona. sic consultiuit Cornel. consil. 244. videtur in hac. col. 3. in 4. vol. quia est eadem ratio in vtraque donatione, & d. l. si inquam, loquitur generaliter. Donationisque verbum simpliciter loquendo omne comprehendit donationem, vt hic. Nec refragatur, quod testator potuit reuocare in vita: quod fateor: sed si non reuocauerit, & sic decessit, illa donatio iam à iure reuocata, morte non confirmatur. Ad hæc facit argumentum à maiori ad minus, quia si donatio inter viuos perfecta reuocetur per illā legem, multo facilius hæc causa mortis donatio impediatur perfici, & confir- mari. facilius enim impeditur faciendum quam factum tollatur, not. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Et si confirmaretur morte, etiam statim reuocaretur. per d. l. si inquam. fauore filiorum. nam viuente donante non reuocabatur, quia non valebat cum effectu ante mortem. Nec obest quod testator non reuocando, videtur nolle donationem reuocare: quod etsi concederemus, non ramen ex hoc censetur velle, vt morte confirmetur. velle aut si noller reuocari vt donationem causa mortis, præsumendum tamen adhuc voluisse reuocari in fauorem filiorum, per remedium d. l. si inquam. Siquidem præsumitur donantem plus diligere filios, quam donatarium, l. cum plus. ff. de conditionib. & demonstrat. l. cum acutissimi. C. de

Donatio reuocatur liberorum superuenientia.

Morte non confirmatur mortis causa donatio.

C. de fideicom. licet hoc cogitandum reliquerit D. And. Tiraquel. in repet. d. l. si vnquam. num. 197. in verb. donatione largitus, post multa praelara quae ibidem adducit. Et quamuis oporteat defunctum euidenter reuocasse suam voluntatem, l. cum hic status. §. sed vbi. ff. de dona. caus. mor. sufficere tamen reuocatio tacita, §. si maritus. ibidem. & doct. in d. l. non omnis. verum tutius esset expresse reuocari, ad vitandam prolixos litium anfractus: tamen si non sit reuocata, morte non confirmabitur. Et sic sustineri potest conclusio, morte non confirmari causa mortis donationem.

Donatio causa mortis an contractibus aequiparetur.

Superest quintum, an donatio causa mortis aequiparetur contractibus, an verò vltimis voluntatibus. hoc tractant omnes doct. & glof. in l. 2. ff. de laga. 1. vbi est communis conclusio, quod donatio causa mortis magis accedit contractui quoad productionem, & concipiendi modum: sed postquam est facta, sortitur effectus vltimae voluntatis. l. fin. C. de codicil. l. si de dona. caus. mor. Bald. consil. 248. alij secus. in 5. vol. Panor. consil. 40. factum. in 2. volu. Angel. & alij in §. 1. de dona. in Insti. Bened. in repet. c. Raynuius. in verb. testamentum. 4. num. 34. de testam. Ego vero dicerem perfectam etiam donationem causa mortis quoad quadam aequiparari & accedere ad contractus, & quoad aliqua ad vltimas voluntates, vt probatur per glo. & doct. in §. 1. de dona. & in l. 1. ff. de dote praeterita. l. in d. l. 2. ff. de lega. 1. adducit vndecim casus, in quibus vltimis aequiparatur voluntatibus. ibi videre licebit. In casibus ergo à iure expressis, & vbi est maior similitudo & conformitas in altero, huic aequiparatur, & moderatur illius regulis, argum. text. in lege, quæritur. ff. de statu homin.

Qua sit donatio propter nuptias.

Alia est donatio, quæ vocatur propter nuptias, quæ fit ob dotis compensationem, vt mulieri sit consultum, quandoque dissoluetur matrimonium. §. est & aliud. Insti. de dona. nempe vxor dat marito dotem, & eam soluto matrimonio repetit. ff. solut. matrim. per totum, & C. eod. titul. maritus autem in vicem dotis, aequalentem quoque donationem assignat vxori suæ. per tot. tit. C. de donatio. ante nupt. Et conducit vxori hanc donationem habere, quia marito vergente ad inopiam poterit vxor & dotem & donationem propter nuptias exigere, vt deseriant oneribus matrimonij. text. singul. in l. vbi. de iure dot. no. in c. ex literis. de pignor. & in c. per vestras. de dona. inter viri & vxor. vbi plene Ioan. Lupus.

Marito ad inopiam vergente vxor & dotem & donationem propter nuptias repetit.

Ad hæc pactum factum de lucranda dote, exten ditur ad donationem propter nuptias aternis respectibus: videlicet quemadmodum vir lucratur dotem, ita vxor donationem propter nuptias viro præmortuo, nisi aliter cautum sit, c. si. de dona. inter vir. & vxor. arthen. aequalitas. C. de pact. conuenient. & hoc est in cõsue. Tholo. cautum in 3. parte titul. de dotibus. Quod est verum quando à principio fuit constituta, alias secus, glo. in authen. dos data. in verb. exactio. C. de dona. ante nupt. Angel. in §. illud. in authen. de æqualit. dot. colla. 7. vel nisi fuerit consuetudo in contrarium.

Vir propter adulterium perdit donationem propter nuptias.

Sicut vir lucratur dotem propter adulterium vxoris, l. cum mulier. ff. solut. matrim. c. plerunque. de dona. inter vir. & vxor. ita ob adulterium viri vxor lucratur donationem propter nuptias, cap. 1. vt lite non contesta. & ibi glo. & Panor. tex. cum glo. in c. Christiana. 32. q. 5. si non habebant filios: quia si habeant, cessat dubium, nempe ipsi filijs applicari. Bal. in l. hac edictali. col. 2. versic. sed pone Berta. C. de secund. nupt. Francif. Cremenc. singu. 85. statuto. Hoc tamen non seruatur in Regno quoad adulterium mariti, licet æquum sit, & iustum. Sed forte adulteri adulteros indicare veretur, ne dicatur illis:

Clodius accusat machos, Catilina Cethegum: vt dicit Luenaal.

Dubitari præterea vidi, an donans teneatur inuentarium facere. hæc erat facti species: Quidam fauore matrimonij omnia bona filia suæ retenta sibi usufructu donauerat, & demum filia mortuâ relicto infante, illius tutor petebat donantem inuentarium de bonis donatis facere. Fuit pronuntiatum in hoc Senatu non teneri, tum quod inhumanum sit paupertatē alicuius deregere, l. 2. C. quand. & quib. quart. pars debea. lib. 10. tum etiã quia videtur iniquum, cum ex sua liberalitate incommodo affici, l. diuus. ff. de reg. iur. anno 1337. die vltima Februarij, in magna decuria.

Inuentarium an donans facere teneatur.

Arostrum.

De hac donatione propter nuptias vltra scripta in titul. de donat. ante nupt. multa congerit Ioan. Lupus in repet. c. per vestras. de donationib. inter virum & vxor. quibus nunc contentus ero.

Sponsalitia largitas est, quæ fit ante nuptias à sponso sponsæ, vel e contrario, eo animo vt secutus nuptiis datum non repetatur, & dicitur simplex: donatio vero propter nuptias, ob causam, teste Petr. de Bell. Pertic. in rubr. C. de dona. ante nupt. per text. in authen. vt sponsal. largit. colla. 9. Et improprie dicitur donatio propter nuptias, cum ab ea differat, quia hæc sponsalitia largitas irreuocabiliter fit. authen. eod. decursum. C. de dona. ante nuptias.

Sponsalitia largitas qua.

Si ergo maritus donet sponsæ annulos, vestes, aut alia duratibus sponsalibus, debent esse vxoris, etiam soluto matrimo. Alberic. in l. cum te. vsque ad l. cum veterum. & seq. C. de dona. ante nupt. hoc non habet locum Tholofæ propter consuetudinem in contrarium vigentem. Quod etiam intelligendum est, quado sponso voluit donare: secus si non constaret de intentione sponsi: nam tunc citius presumetur dare res ad vsum mulieris tantum: & sic vsum finito per mortem vxoris, remanere debere apud virum, vel eius heredes, l. mortis suæ causa. §. res. ff. de dona. inter vir. & vxor. Et in dubio debet attendi consuetudo loci: quæ si non appareat, præsumitur concessisse tantum ad vsum, vt compta & parata veniet die nuptiarum. Bar. per illam text. in l. si vt certo. §. interdum. ff. cõmoda. Bald. in d. l. cum te. C. de dona. ante nupt. Ioan. Lupus in repet. cap. per vestras. §. vlti. fol. 4. de dona. inter vir. & vxor.

Vxor an lucretur donata ab sponso.

Limitatur quado maritus esset vir potēs, diues, ac nobilis, quia tunc præsumitur donare. Bal. in c. iuranti. circa fi. de iureiur. & in tract. de duob. fratribus, in fi. facit glo. in c. 1. de dona. & in c. cum Martha. de celeb. missar. & l. penult. C. de donatio. inter vir. & vxor. Campef. in tract. de dote, in 1. parte.

Maritus bona mobilia alienare potest.

Hodie de consuetudine generali Regni Franciæ potest maritus bona mobilia vxoris, vestes, & iocalia, ac annulos illius alienare, ea etiam inuita, Boer. in §. 5. de consuetud. iur. & sta. perso. in consuetud. Bituricens. quæ consuetudo grauis est vxoribus. Si tamen non alienauerit, in hac patria consuetudinaria hæc donata sunt vxoris solut. matrim.

Simpliciter.

Sequitur in tex. simpliciter, id est sine adiectione, & distinctione: vt hic, & in l. lecta. ff. si certum pet. versic. pactum. ibi, quæ priore parte simpliciter in stipulationem venissent. l. hinc. circa fin. de pecul. ibi, sed in marito melius est dicere simpliciter eum de peculio teneri. l. coiri societatem & simpliciter licet, etsi non fuerit distinctum. ff. pro socio. l. si quid. in fin. de adili. edictio. ibi, qui verò simpliciter coquum esse dixerit, satisfacere videtur, etiam si medicrem coquum præstet. l. adiles. 2. in fi. ibidem. l. qui res. §. qui stipulatur. de solu. l. denuntiasse. de adulter. exponit text. in l. abolitionem. C. illo titul.

Respondere simpliciter quando qd dicitur.

Hinc illud, Quis debet haberi pro confesso, nisi respondeat simpliciter: & ita reus interrogatus, an debeat

debeat pecuniam, si dicit se illam nunquam habuisse, respondere simpliciter dicitur: verum si quidem confiteatur, sed addendo, quod etiam si appareret se recepisse, asserit se id omne in negotiis petitoris expendisse: tunc non dicitur simpliciter respondisse, id est pure & categorice: veluti docet Bar. & alij in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. & in l. 1. de vulgar. Bald. in l. 1. C. de adilit. actio. Georg. Natan. in repet. clem. iape. in verb. simpliciter. de verbo. signific. Simpliciter enim pure & aperte significat. l. 1. §. si quis simpliciter interrogatus fuerit, & ille sub conditione responderit. ff. de verb. oblig.

Simplex vir.

Simplex vir, id est sine fraudis conscientia, exponit Iurifconsul. Vlpia. in l. ait prator. §. si quis particeps. ff. quæ in fraud. creditor. ibi, si cum eo contrahat simpliciter, id est sine fraudis conscientia, non videtur actio teneri. Et ita sine dolo & fraude fieri dicitur, qd simpliciter fit. ca. si cupis. 16. q. 1. l. 1. C. de adilit. actio. l. diuus. 2. in fi. de custod. reor.

Simplex venditio.

Inde simplex vir, qui est sine dolo, & malitia, nil fictum aut simulatum habens, c. fi. 39. distinct. ibi, Petrus Diaconus, quem à vobis electum asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est. E contrario duplex dicitur homo vaser, astutus, & cautus, quasi dolo & astu duplicatus, quorum numerus est infinitus.

Simplici vsu.

Quemadmodum simplex dicitur id, quod non est duplicatum, vel distinctum, seu compositum: sic simplex venditio non est illa, quæ fit de rebus mulieris dotalibus estimatis, quia non fit animo vendendi, sed ne res mulieri perant, l. quoties res estimata. ff. de iure dot. Est tamen vera venditio, si res perant, l. plerunque. §. si ante. ibidem.

Simplex donatio.

Simplici vsu, l. si cui simplici vsu via per fundum cuiuspiam cõcedatur. ff. de seruit. id est absq; certi loci distinctio. e. gl. ibi, vel sine certi loci adiectione. Simplex donatio, quæ sine causa fit ex mera liberalitate, quæ proprie dicitur donatio. l. 1. ff. de dona. interdum mera donatio. l. A. quilius. ibidem. & hæc non conferitur, l. penult. & authen. ex testamento. de colla.

Simplex debitum.

Simplex debitum, quod non est vel tutela vel alia ratione privilegiatum. l. nõ solum. §. si puella. ff. de ritu nuptiar. ibi, quia ratio hereditaria est, & ita simplex debitum: alioqui, & c.

Simplum & duplum.

Simplum, duplum, l. 1. ff. de calumnia. §. omnes autem actiones. cum §. seq. de actio. in Insti. Simpliciter persequutionem continent actiones, quibus rem seu rei estimationem persequimur. l. cum qui. ff. de iureiur. Et paria sunt actionem rei esse persecutoriam, vel dari in simplum, d. §. omnes. ibi, in simplum agit, veluti ex stipulatione, & mutui datione, & c. in qua agit ad mutuum persequendum, & non vltra. l. o. galli. §. sitibi. ff. si cert. per. Ad duplū datur, quando tantum cum estimatione præstatur, l. 2. §. in hac actione intra annum vtilem verum pretium rei quadruplabitur. ff. vi bonor. raptor.

Simplaria venditio, actio.

Simplaria venditiones, in l. si tamen. in fi. ff. de adilit. edict. dicitur. esse, pro quibus veditor de dupla promittere non tenetur: sicut actiones simplariae sunt, quæ dantur ad simplū, & duplicata quæ ad duplū, probatur in l. emptori. ff. de euictio. vbi pro rebus contemptibilibus & vilibus non debet promitti de dupla, sic nec redhibitoria agi. Et intelligit glo. in d. l. si tamen. non agendum redhibitoria pro rebus simplariis, id est pro rebus, in quibus non potest esse vitium animi & corporis. & hodie in vsu est, vt dicit Iurifconsul. vt in illis non fit redhibitio. Et sic venditio simplaria dicitur facta de re simplici, & contemptibili, in qua non est necesse duplum promittere. Tamen si promittatur, valet promissio: vt cõsultit Gemi. cõsi. 41. viso themate. sed hodie de generali consuetudine Regni non solent hæc dupla promitti, reprobareturque, potissimum apud Gallos, tanquam vsuræ sapiens, si quis eam promitteret, & quia poena ista in foro conscientie non debetur, c. fratres. q. 2. vt scripsi in proem. consil. Reg. Eccl. cõsario duplicaria, in qua euictio duplæ promissa est: vnde etiam duplicarij milites dicebantur, quibus duplex stipendium concedebatur, apud Liuum ab vrb. cond.

Simpliciter duplex.

Hinc simplicitatē vocamus quoad mores, quæ duplex est. Quædam enim est simplicitas præ se ferens fatuitatem, & ista reprobat. text. in d. l. 1. in c. fin. 39. distinct. Altera est contraria dolo, quæ vocatur columbina, & ista est amica veritatis, l. veritatis. de iureiur. quæ non debet cuiquæ esse damnosa. text. in l. 1. in princ. ff. de dolo.

Simpliciora, l. præcipiunt. ff. de adilit. edict. ibi, præsumptum est enim ea mæcipia, quæ rudia sunt simpliciora esse, & ad omnia ministeria aptiora, & dociliora.

Simplicius, id est apertius, l. si heredita. em. ff. de heredita. vel actio. vend. & l. si fundus. in fi. locati.

IDEM LIB. SEPTVAGESIMOSEPTIMO Ad Edictum. Lex lxxvij.

Illæ verba, ARBITRATV LVCII TITII FIERI, ius significant, & in seruum non cadunt.

Ista verba, arbitrato Lucij Titij mea causa datur, cui stare vel parere volo, ius significant: videlicet, quod Lucius Titius iuris erit arbiter: ideoque non cadit in seruum, qui in talibus pro nullo habetur. vulga. l. quod attinet ad ius civile. per con sequens nec arbiter esse potest. l. Pedius. §. 1. ff. de arbit. Quamuis enim arbitrari facti sit, tamen arbitrium iuris est: sicut dicimus contrahere esse facti, l. consilio. ff. de curator. furios. attamen contractus est iuris, l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. ita quoque possidere facti est, l. 1. §. si vir. ff. de acquir. possess. possessio verò iuris, l. 1. & ibi doct. & in l. peregre. ibidem.

Contrahere facti est, contractus verò iuris.

Item ire, agere, facti sunt: & seruus hoc sibi promittere potest, nec non acquirere: sed iter iuris est, quod seruus sibi nequaquam acquirit. §. sed cum factum. de stipula. seruo. in Insti. & Iurifconsul. in l. 4. ff. de seruit. vrba. prædior. dicit infansem & furiosum quoad imponendam seruitutē inuitos. non enim ad factum refertur, sed ad ius seruitutis, id est non refertur ad consensum, quem possit furiosus de facto præstare, sed ad ius, id est quod taliter consentiat, vt de iure valeat Paul. ibi.

Præterea verba continent factum, cum significant agere, vel pati, vt dicunt grammatici: sed nomina ius, cum denotent rei substantiam, vel qualitatem. Ioan. Fab. & Angel. in d. §. sed cum factum. nimirum cum nomē arbitratus significet ius, non cadit in seruum, qui de iure ciuili nullus est; & non est capax eorum, quæ iuris sunt. vnde nec arbiter esse potest, vt hic, & d. l. Pedius. & l. quod attinet. de regul. iuris. cum scilicet arbitria sint instar iudiciorum redacta, l. 1. ff. de arbit. adeo quod ex sententia arbitri ex compromisso aditi oriatur actio, l. ne in arbitris. C. de arbit. sicut ex sententia iudicati, lege actori. C. de reb. credit. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudica. quandoquidem arbiter secundum ius procedere tenetur, teste Specul. in titul. de arbit. §. sequitur. vers. sed quo iure. quod non liceret seruo: imò si id tentauerit, adeo nullus est, vt si colligantur alter se grauatum sentiat, absq; aliquo recursum ad arbitrium boni viri, remaneat in suo primo statu, l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. cum arbitrium nullum sit.

Verba facti significant, nomina ius.

Arbitrium nullus à seruo prolatum.

Hodie sententia Bar. in l. 1. in fin. ff. de legat. 2. & Rom. consil. 261. non obseruatur in Regno Fran-

Appellari potest à sententia.

sentia iudicis, ad quod partes pro arbitrio quo recursum habuerunt.

Arbitrium intelligitur si recte quis fuerit arbitrum.

Seruus effectus liber, arbitrum esse non prohibetur. Excommuniatus non potest esse arbitrum.

Arbitrum pactus non potest.

Arbitratum quo exponitur modo.

Arbitrum quod.

videlicet ut si quispiam fuerit condēnatus ab arbitratoribus, & postea recursum habuerit ad arbitrium boni viri, forte appellando ad iudicem ordinarium, tunc si ille iudex confirmet arbitrorum sententiam, non poterit pars appellare de iure. sed in Regno Franciæ recipitur appellatio: sed non audivit appellans coram iudice appellationis, nisi prius soluerit poenā ad quam fuit in compromisso condēnatus, veluti cautum est ordinatio. Regis Ludovici. 12. publicata anno 1512. artic. 34. quæ est in rubr. des arbitres. ubi abunde scripsi in 3. tomo commenta. in cōsti. Reg. Gallic. Quam etiam quæstionem abunde tractavit egreg. Iuriscōf. do. Ant. Blanc. in suo tract. de compromiss. in fin. q. 10.

Nempe cum relinquatur quid decidendum alicuius arbitratu, mens horum constituitur est, ut sperent eum recte arbitraturum, & secundum ius, l. si liberus ita. ff. de oper. libert. l. si in lege. ff. loca. vnde dicit text. in litem Pomponius. §. recepisse. ff. de arbit. Recepit arbitrium videtur, qui iudicis partes suscepit, finemque sua sententia controuersis imponere possit. facit text. in l. inter. ibidem. At seruus huiusmodi sententiā proferre non potest, nisi si text. dicat hoc in seruum non cadere.

Idem si quis promittat restituere rem arbitratu Lucij Titij, is si fuerit seruus, arbitrium ferre non poterit, l. si quis arbitratu. ff. de verb. obligat.

Interdum illud verbum, Arbitratu, detrahitur, vt in dotis promissione facta arbitratu foceri. l. cū post. §. gener. ff. de iure dot. vt etiam consuluit Alex. consil. 158. in 7. vol. & Cornel. consil. 260. vol. 1. ac Bald. nouell. in trac. de dote, in 9. priuil. col. 3. fol. 11.

Limitatur, quando seruus esset factus liber, l. sed & si in seruum. ff. de arbit. videte doct. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact.

Et quamuis apud nos huiusmodi serui non sint, tamen iustar eorum interpretari licebit ista verba, arbitratu talis, non cadere in excommunicatum, cum non possit esse arbitrum. glo. in d. l. Pedius. & in cap. Quintanalis. de iure iur. & c. ad probandum. de re iudica. quia omnia que iuris sunt penē videntur ei interdicta. c. intelleximus. de iudic. c. veritatis. de dolo. scripsi in repet. c. postulatistis. de cleri. excom. minuitur. & in rubr. de excommuni. non vitand. in concord. in curiis tamen secularibus huius Regni vix hæc reciperentur, nec in extraiudicialibus.

Idem puto in monacho, nempe quia seruis eodem modo comparatur, vt no. Innocen. in c. cum olim. de censib. paruus meus Rebuff. in l. professio. C. de munerib. patrum. lib. 10. & idem in scribis minoribus concludit Dec. in ea. decernimus. de iudic. quippe esset contra eorū regulam, & vorum solemnem quod emiserunt. quæ regula habet claus. annullatiuam in fin. clem. exiui. de verbo. significationib.

Arbitratu Lucij Titij, id est censura, dispositio, ne, vel constitutione Lucij Titij. nam arbitrari aliquando est constituere, modumq; & rationem, & quasi formam operis delineare, & præscribere, lingua vernacula. deuiser quelque ouirage. l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verb. oblig. teste Budæo cuius interpretationem admittendū esse pro subiecta materia non negauerim: vt tunc capiatur etiam extra omnem iudiciorum aleam.

At magis propriè videntur hæc verba, arbitratu Lucij Titij, respicere iudiciorū mores vt interpretemur Arbitratu, id est iudicio, & dispositione; quemadmodum accipitur toto titulo de recept. arbitrum. nec non hic, & passim in iure.

Hinc dicitur Arbitrum, cuius potestati res decidenda commissa est, l. litus. i. infra eod. & per totum titulo. ff. & C. de arbit. alias arbitrans dicitur in l. 3.

in si. ibidem. ff. Et arbitrorū seu arbitrorum duo sunt genera: vnū eiusmodi, vt siue æquum sit, siue iniuum, parere debeamus: quod obseruatur cum compromisso ad arbitrum itum est. Alterum eiusmodi vt ad boni viri arbitratum redigi debeat, et si nominatim persona sit comprehensa, cuius arbitratu fiat: veluti cum lege locationis comprehensum est, vt opus arbitrio locatoris fiat. in proposta autem quæstione arbitrium boni viri existimo sequendum esse, eo magis quod iudicio pro socio bonæ fidei est. Proculus in l. societatem. §. fin. cum l. seq. ff. pro soc.

Vnde colligunt doct. tritam apud nos arbitrorum diuisionem, videlicet quod quidam est iuris arbitrum, qui à partibus ita assumptus est, vt secundum ius iudicet, & vt vulgo dicitur, in puncto iuris: vel arbitrum iuris vocatur, qui autoritate iuris capitur, vt in ca. 2. de appella. in 6. l. peritissimi. C. de iudic. Alter qui cum pæna adiectione electus est, & illius sententiæ, metu poenæ statuit. l. diem proferre. §. statui. ff. de recep. arbitrum.

Compromittere vero dicuntur partes, cum arbitros eligunt, hincinde promittentes eorum arbitrio stare, vel cum adiectione poenæ, aut sine ea, l. non distinguemus. ff. de arbitrum.

Plenum compromissum est, quod de rebus omnibus controuersis initum est. l. si cum dies. §. plenum. ff. eod. plenum etiā dicitur, si alter rem, alter pecuniam stipulati promiserit, l. litigatores. §. proinde. ff. de arbitrum.

Et implere officium dicitur arbitrum, quando recepto arbitrio cognoscit, & ad finem vsque perducit: alioqui potest à iudice cogi. lege 3. cum l. seq. ff. eod. Dicere autem sententiā existimamus eum, qui ea mente quod pronuntiat, vt secundum id discedere eos à tota controuersia. velit. l. dicere. ff. eod.

Interdum etiam arbitrum glo. & docto. volunt sumi pro iudice, in l. si arbitro. & l. seq. ff. qui fatid. cogant. Sed ibi videtur potius accipiendus pro arbitro iuris: quod probat text. dum dicit, perinde ab eo, atque à iudicibus appellare licet. ergo non erat iudex: quia dictio perinde similitudinem denotat. glo. in l. 2. ff. de recepta. & nullum simile est idem, l. quod Nerua. ff. de pos. idem probat. l. si ab arbitro. ibidē, dum dicit, cum potuerit querela apud competentem iudicem deferri. Cum igitur ibi diuersa sint nomina, non idem sunt. l. si idē. C. de codicill. Sed forte accipitur ibi pro viro probo à partibus electo. nam pro materia solet assumi quidam magister & expertus in suo officio, qui potest arbitrum dici, l. certo. §. i. ibi, igitur arbitrum datus est. & §. seq. ibi, ab arbitro statuendum. & §. fin. ibi, arbitri officium innocendum. ff. de seruitu. rusticor. prædior. l. fundus. i. famul. ercisc. l. si pure. de fideicommissa. liberta. Nec tamen negauerim alias interdū accipi pro ipso iudice, vt in l. si cum exceptione. §. hæc autem actio cum arbitraria sit, habet reus licentiam vsque ad sententiam ab arbitro datā restitutionem rei facere. ff. quod met. caus. l. quis tam inueniri. C. de decurio. lib. 10. & ibi Lucas de Penna. Interdum quoque Iuriscōsul. dicunt compromissarium iudicem pro arbitro, in l. cum lege. ff. de arbitrum. scripsi in d. l. arbitro.

Arbitrum alias exponitur pro curatore bonorū, in l. si magistratus. ff. de priuileg. creditor. per Lucam in d. l. quis tam inueniri. Ego potius exponere ibi pro commissario, & idem dicerem in l. si residuum. C. de distra. pignor.

Arbitrum etiam capitur pro bonorum administratione, moderatorque: vt cum dicimus quemlibet esse arbitrum in re sua. l. in re mandata. C. mandata. Et quælibet ex his significationibus dicitur propria,

Arbitrium duplex.

Compromittere.

Plenū compromissum.

Implere officium. Dicere sententiā.

Arbitrum pro iudice.

Arbitrum pro curatore, et administratore.

propria, cum ex ipsius vocabuli veniat allusione, vt qui arbitratur arbitrum sit, vt asserit Ioan. Bapt. in tract. de arbitrum. lib. 1. c. 2. ibi tamē videre in additionibus. Et primum omnium dicitur in additionem esse materiam, cui adiungitur, vt secundum eam diuidentur, in qua significatione accipiatur.

Quemadmodū arbitrum initiationis, vulgo parrin dicitur, teste Budæo. qui à nostris etiā interpretibus vocatur compater, & susceptor etiam dicitur.

Arbitrium pro sententia, & officio arbitri. Arbitrium pro sententia iudicis accipitur, in §. aliquando. d. l. si cum exceptione. ibi, aliquando tamen est metus adhibitus proponatur, arbitrium absolutionem asserit: iunctis verbis ibi, nonne iudicis officio absoluar.

Sæpius etiā pro sententia arbitri, l. item Pomp. versic. is qui conuenit, si arbitrio non pareatur, habet stipulationē. ff. de arbitrum. id est habet actionem ex stipulatu ex illa conuentione per stipulationem concepta. litem si vnus. §. fin. cum l. seq. ibidē, & l. vnde. pro socio: quamuis cōtrarium sit mer Alcia. lib. 1. parerg. c. 45. dicens: non enim arbitrium ipsa est sententia, sed sententiæ dicenda facultas. quod verum est in alia significatione, quæ sequitur.

Arbitrium dicitur ipsum quoque officium decidendi partium cōtrouersias, quod incumbit arbitro, vt per totum titulo. de recep. arbitrum. Inde vocatur arbitrum receptus, qui à partibus electus probaturque est.

Sed arbitriū recipere dicitur, qui iudicis partes suscepit, finemque sua sententia controuersis impositurum pollicetur, l. item Pompo. §. recepisse. ff. eod. & licet neminem prætor cogat arbitrium recipere, quoniam hæc res libera, & absoluta est, & extra iurisdictionis necessitate posita, tamen vbi semel id suscepit, cogitur officium, quod in se reperit, implere. V. l. pia. in l. 3. §. 1. ff. de arbitrum. & in §. seq. si quidem promissu de Iuriscōsul. vtuntur his verbis, arbitriū recipere, vel suscipere, vt in l. 3. ibi, receperit arbitriū. & l. 4. ibi, arbitrium susceperint. & l. Pedius. §. in seruorum. l. sed est in seruum. §. si quis iudex sic arbitrium recipere eiusdem rei, de qua iudex est, prohibetur. de arbitrum. & in l. qualem. cum multis aliis, ibidem. & alibi dicitur arbitrium susceptum. l. & si qua. ibidem. l. non distinguemus. §. item Pedius. de arbitrum. Vel recipere vel sumere, vel in l. item Pomponius. §. recepisse. ibidem. Et arbitrium dicere, id est sententiā, l. dicere. ibid. Interdum parere arbitrio scribitur, id est stare sententiæ arbitri. ibidem, iuncta l. diem proferre. §. statui. & l. dicere sententiā. ff. de arbitrum.

Et homologari arbitrium dicitur, cum partes illam arbitri sententiā ratam habent, & expresse approbant: si quidem homologare est approbare, l. ne in arbitris. §. si. C. de recep. arbitrum.

Arbitrium etiā dicitur potestas, dispositio, opinio, aut voluntas: vt in arbitrium alterius conferri legatum veluti cōditio potest. l. i. ff. de leg. 2. l. 1. ibi, in arbitrio soluentis est dicere. de solut. & ad arbitrium suū, l. an vnus. in fin. ff. si seruit. vindic. l. qua actione. §. 2. ad legē Aquil. l. aliud est fraus. §. 1. ibi, & multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multa dicit. infra eod.

Relinquitur arbitrio boni viri, l. continuus. §. 1. ff. de verb. oblig. Arbitrium autē boni viri dicitur, quod ratione moderatur, & intelligitur illud, quod quis in rebus suis faceret, vel quod sibi fieri vellet sine calūnia, sed ex bono & æquo. Bart. in l. 1. col. 2. ff. de solutio. sequitur Dec. in l. in personam. §. 1. ff. de regu. iur. Vnde quoties relinquitur arbitrio aliquid, intelligitur de boni viri arbitrio, l. in personam. §. 1. ff. de regul. iur. l. hæc venditio. in princip. de em. l. an. empt. l. fideicommissa. §. quanquam. de leg. 3.

Sumitur aliquando arbitrium pro iudicio, vel actione, in l. quod Principis. in si. ibi, in arbitrium aquæ pluuiæ arcende veniunt. ff. de aqua pluuiæ arcend. & in rubr. Car. arbitrum. tutel.

Arbitrium iudicis in restituenda re dicitur iudicium, facultas, seu officium, quo iudex potest pluris vel minoris condemnare, pro facti qualitate: vt dixi in l. verbum oportebit. supra eo. facit l. si cum exceptione. §. Pedius. ff. quod met. caus. & §. quatenus. ibi, arbitrio iudicis restituatur. & l. arbitrio. quod met. caus.

Arbitrium pro lectione, l. si seruus. §. si. ff. de noxal. ibi, permittit prætor actori arbitriū, vt rum iureiurando id decidere, & an iudicium dicere. Et illud in seruum cadere potest, l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. obliga. ibi, sed fore exceptioni locum, si seruo arbitriū datum esset, eam pecuniam quocumque tempore in quemvis locum reddi.

Prorogari arbitria, id est in alios trāsferri, l. non distinguemus. §. item Pedius. ff. de arbitrum. teste Olyendor. de copia verb. in princ. Sed ego exponerē eam text. sic dicendo: idem Pedius probat, ne propagentur arbitria, id est ne prorogentur, extendantur. nam sicut propagare vites dicimus, & litem, quando litem vetulā suppressimus & extendimus, vt ex ea plures fiant: sic facit arbitrum, cum disponit vt fundus arbitrio Titij tradatur, & ita negotium in alium extendit: quemadmodū videtur probare text. ibi, si recte legatur alius rex. videtur superfluis, si exponeremus pro trāsferatur, cum ibidem consecutiue dicat, aut in alios interdū inimicos agentium trāsferatur. Dicitur ergo propagari arbitriū, cum arbitrum pronuntiat rem ad aliū arbitrum reiciendum, vel alterius arbitrio quicquam agendum.

Arbitraria actio, §. præterea. de actio. in Instit. l. si cum exceptione. §. hæc autem. ff. quod met. caus. quæ videlicet iudicis arbitrio relinquatur, vt libera habeat potestatem condemnandi pluris, vel minoris. l. 1. & per totū. ff. de eo quod cert. loc. l. verbum oportebit. supra eod. & d. §. præterea.

Arbitratus etiam pro arbitrio capitur: vnde arbitratu rem terminare, id est sententiā arbitri rem finire, l. inter. & l. de his. ff. de arbitrum. veluti etiam arbitratu iudicis dicitur, in l. illud. ff. quod met. caus.

Arbitrari dicitur is, qui tanquam arbitrum de controuersia partium cognoscit, l. diem proferre. §. si quis litigatorū defecerit, quia per eum factum est, quominus arbitretur, poena committetur. & in l. ff. de arbitrum.

Quemadmodum etiam paulo generalius dicimus arbitrari, pro disponere, sentire, opinari, censere, iudicare, l. 1. ff. de leg. 2. l. fideicommissa. §. quanquam. de leg. 3. l. si quis arbitratu. cum l. sequen. de verb. obliga.

Arbitramēti nomine quid veniat, decidit Ioan. Bapt. in tract. de arbitrum. lib. 1. c. 6. quam vocem cum non reperiam in text. Iuriscōf. ad doct. vos reicio. plenius hanc materiam videre potestis in tract. de arbitrum. in 3. tomo commēt. in cōsti. Reg. Gallic. vbi confutatis doctorum nostrorū sententiis, conscripsi quid hodie seruandum sit in forensi iudicio in hac materia, etiam iura interpretando plurima, ac interpretum sententias conciliando.

IDEM. LIB. SEPTVAGESIMO OCTAVO Ad Edictum. Lex lxxix.

Hæc verba, CUI REI DOLVS MALVS ABERIT, AB FVERIT, generaliter comprehendunt omnem dolum, quicumque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio interposita est.

Arbitrium pro actione.

Iudicis arbitrium.

Arbitrium pro electione.

Arbitria prorogari, vel propagari.

Arbitraria actio.

Arbitratus.

Arbitrari.

Arbitramentum.

Clausula, cui rei doli, &c. heredes promittentis comprehendit.

Iurisconsultus hic declarat illam clausulam, cui rei doli malus aberit, quæ inter veteres frequens erat, maxime in contractibus. nam si quis promittat in venditione serui, vel alterius rei, quod doli malus aberit, abfueritque, ista verba omnem dolum comprehendunt, videlicet tam promittentis, quam heredis eius. & sic scribit Vlpia. ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. si quis dolum malum promissoris hereditis; eius abesse velit, sufficere dicimus abesse, abfuturumque esse stipulari: si verò de pluriù dolo cauere velit, necessarium esse adici, cui rei doli malus si non abest, vel non abfuerit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dare spondes?

Ista plenus demonstrat Venuleius ff. iudica. sol. tit. nam cum Vlpia. ibi scribat iudicatum solui stipulationem tres clausulas in vnu collectas habere, de re iudicata, scilicet soluta, de re defendenda, & de dolo malo, nouissima hæc clausula iudicatum solui stipulationis, dolum malum abesse, abfuturumque esse, & in futurum tempus permanens factum demonstrat. itaque etsi forte decesserit is, qui dolo fecit, tenebitur heres eius. verbum enim abfuturumque plenissimum est, & ad omne tempus refertur, vt si aliquo tempore non abfuerit doli, quoniam verum sit non abfuisse, committatur hæc clausula.

Et sic hæc clausula non solū respicit dolum promittentis, verum & eius heredis, & non solum dolum præteritū, sed & præsentem & futurum, & sic ad omne tempus refertur, d. l. nouissima. Vnde generaliter hæc verba comprehendunt omnem dolum, tam manifestū quam præsumptum, ac latam culpam, quæ dolo comparatur, l. quod Nerua. ff. de positi. c. bona fides. illo titu. l. in actionibus. de in litem iurand. quia genus singulas comprehendit species, vt dialecticis notum est, & probat Vlpia. in litem legato. §. item interest. ff. de leg. 3.

Videamus nunc, an ista clausula dolum etiam extranei in ea re commissum, comprehendat. Et non comprehendere vulgo receptum est, nisi pœna adiecta sit per d. §. si quis dolum. in fi. & l. nouissima. iudica. sol.

Ego verò putarem casus discernendos. Primus casus est, si quis promittat dolum malum abesse, & abfuisse: hæc doli mali clausula, sicut reliquæ stipulationes, in quibus tempus nominatim adiectum non est, ad principium stipulationis refertur, d. l. nouissima. in fi. vt intelligi debeat, quod nullus in re sit doli tempore stipulationis. ideo si doli admittit sit in re, siuc per promissorē, siue per extraneum, tenebitur promissor: quia non abfuit doli, nec abest, & ipse promissor abfuisse, & abesse: quod non est verū: alioqui bona fide non ageretur. nam is, qui promittit dolum de præterito, procuraret vt extraneus dolum adhiberet, si ipse promittens postea non teneretur: & generaliter hæc clausula non intelligeretur, contra verba istius text. & contra ea quæ pulchrè Vlpia. scribit ff. vlti. quemadmo. caueat. hæc stipulatione dolum malum abesse abfuturumque esse continetur. & cum in rem sit doli mali mentio concepta, omnem dolum comprehendere videtur, successorū, & adoptiuū patris. Itaque cum venditor promissor dolum abesse, abfuturumque, hæc verba bonam fidem respiciunt, videlicet vt seruis venditis non sit corruptus moribus dolo illius, vt illi etiam venenum non propinauerit, vel alias eum callidè non docuerit. Vlp. in l. ita demum. ff. de arbit. Idem si seruitutē rei ante traditionem imposuerit, quam celauit vendendo, l. l. in fi. ff. de actio. empt.

Secundus casus est, quando doli promittitur, quod aberit, vel abfuerit de futuro, tunc doli extranei non comprehenditur: & sic intelligitur d. §.

si quis dolum. quia non videtur promittere factum alienum, quod aliquis non committere dolum, d. l. stipulatio ista. in princ. & quia non est in potestate promittentis prohibere extranei dolum futurum, nec ad illum videtur promissor cogitare. docto. in d. §. si quis dolum. sed quantum ad extraneum, curarum vt dolum malus abfit. Vlp. in l. inter stipulantem. in princ. ff. de verb. obligat.

Nisi promissor adiciat pœnam, si doli malus non aberit, tunc etiam ob dolum extranei promissor de pœna tenebitur. d. l. nouissima. ver. si nauis. quia pœnam adiciendo, quoquo modo doli intertulerit, teneri velle videtur, vt probatur in d. l. stipulatio. §. alteri. & d. §. si quis dolum.

Incidenter non omittā hanc l. fuisse allegatam pro quodam belli duce capto ab hostibus, qui redemptionis pretium exoluendo timens curam, vel aliud venenum sibi datum iri, ne foret amplius auxilio aduersariis, sibi cauerat, doli abfuturum: dictum fuit intelligi de omni dolo malo, cum iste rex. generaliter loquatur. ergo omnis species doli mali veniet. à procuratore. C. manda. facit l. si seruitus. ff. de seruit. vrb. prædior. & si statim moriatur, præsumitur mortuus veneno, vt alibi plenus dicam.

Notandum est, ita demū competere actionem de dolo, cum alia actio non datur, l. & eleganter. in princ. ff. de dolo. Vnde si quis promissor dolum malum abesse, vt hic, si doli adfuerit, actio ex stipulatu datur. l. ex ea parte. ff. de verb. oblig. Si vero quis promissor mihi equum, & illum clanculum læsit vel interfecit, de dolo actio est necessaria, quæ aliò dedit, quam actio ex stipulatu. nam cum stipulor dolum abesse, tunc non datur de dolo, si quidem actio ex stipulatu ad hoc datur. At cum quis promissor mihi seruum, cui venenū postea dedit, actio ex stipulatu datur ad habendū seruum: verum quia talem veneno sublatum non licet habere, ob id de dolo actio necessaria est. Iste est verus intellectus ad §. non solū. l. & eleganter. ff. de dolo, vt ibi scripsi: quicquid ibi docto. dicant. Dolus autem dicitur à dolendo, id est lædendo, vel minuendo. nam dolo & Grece, Latine doli dicitur, inde dolo dolo se ago, & dolo dolo dolo, & dolo dolo dolo, decipiens.

Porro idem est promittere dolum abesse, & omnem dolum, quia indefinita æqui pollet vniuersali, l. si pluribus. de leg. 2. glo. in c. vt circa. de elec. in 6. & per istum text. imo idem significat, ac si nominatim omnis doli expressus esset, l. si ita legatus. ff. de vsu & habita. Et huic stipulationi, dolum malum abesse, abfuturumque esse, inest, vt cum in rem sit doli mali mentio concepta, omnem dolum comprehendere videtur, successorū, etiam adoptiuū patris. d. l. hac stipulatione. ff. vlti. quemadmo. caueat. nimirum si hæc clausula generalis omnem dolum comprehendat.

Interposita. Interposita stipulatio pro appositâ, concepta, adiecta. Interponere enim est interficere, l. iurilgentium. §. item si quis pactus. ff. de pact. ibi, & si stipulatio sit interposita de his pro quibus pacifici non licet, seruanda non est. l. si defunctus. in fi. de procurator. l. item eorū. in fin. quod cuiusque vniuersi. nom. l. si. ibid. l. si pupilli. §. i. de neg. gest. l. certo pretio seruam æstimatū in questionem dari interposita stipulatione receptū est. ff. de quaestio. vbi glo. exponit stipulatione, id est petitione: quod alienum & absurdum est. quamobrem intelligas illam legem, quod si dominus serui dederit eum torquendum interposita, id est adiecta, inferra stipulatione proprie sumendo, vt si deterior fiat seruus ob illam quaestione, quod is qui perit seruum torqueri, reddet æstimationem: & tunc certo pretio promissio domino serui, ipse torquetur. facit lex

Dolus promitti doli, quando dux belli re dicitur.

Actio de dolo quādo datur, vel ex stipulatione.

Intellectus ad l. & eleganter.

Dolus unde dicitur.

Interponere multas dicitur.

Intellectus ad l. certo pretio.

Extranei doli quando comprehendatur, noua distinctio.

lex, cum qui Calendis. in fin. ibi. plane si ipsa die Calend. quis stipulationem interponat idem. ff. de verb. oblig. l. in princ. vlti. quemadmod. caueat. l. non solum. rem ratam haberi.

Interposita persona.

Interposita persona, pro supposita, de qua in l. r. §. exceptiones. ibi, parui refert protinus patronus cogatur dare, an per interpositam fideiussoris vel rei personam. ff. quarum rerum actio non datur. Et interponere aliū, in l. fi. §. item. ad senatuscons. Velleian. de qua interpositione personæ est etiam ordinatio Reg. in rub. des marchans, artic. i. vbi prohibetur officialibus Regiis contrahere per se, vel per interpositam personam. ibi scripsi in 2. tomo commentar. ad dictas consti. Regias.

Regis officium mercurii prohibetur.

Interponere appellacionem.

Interponere prouocationē, vel appellacionem, id est appellare, l. Lucius Titius pro seruo suo, qui ad bestias datus est, prouocationem interposuit. ff. de appell. l. cum ex causa. & l. negotiorum. ibidem. iuncto princip. cum sine. l. §. si quis tutor. quando appelland. sit. & l. vna, de libellis dimissor. & rubr. nil nouari appella. interposita, id est emissā. l. post rem. de transactio. l. præfcs. de minor. l. r. de excusa. munetum.

Interponere stipulationem.

Interponere stipulationē, id est stipulari, l. purē. ibi, itaque legatorum stipulationem interponere debebit. ff. de doli except. l. quoniam. de vlti. test. earum rer.

Interponere stipulationem.

Interponere se alienis negotiis, id est se immiscere, l. Paulus. ibi, cum qui legatione fungitur, neque aliis, neque propriis negotiis se interponere deberet. ff. de legatio. l. à diuo Pio. §. sed si emptor. ibi, melius erit si se non interponat. de re iudica. l. non distinguemus. §. si mulier. de arbit. l. in cause. 2. §. Pomp. in fi. de minor. l. quod si minor. §. i. ibidem. l. cetera. famul. erciscun.

Interponere stipulationem.

Interponere auctoritatem, seu accommodare, id est auctor fieri, l. ff. de auctori. tutor. & l. si com promissum. ibi, nisi tutoris auctoritas interposita fuerit. ff. de arbit.

Interponere tacitam fidem.

Interponere tacitam fidem, est præstare, accommodare. l. pradonis. loco intelligendus est is, qui tacitam fidem interposuerit. ff. de petitio. heredit. l. non intelligitur. de iure fisci.

Interponere delegationem.

Interponere delegationibus, id est inseritis. l. tale pactum. §. post diuisionem bonorum, & æris alieni singuli creditores à singulis hereditibus non interponitis delegationibus, vt conuenerant, vsuras acceptauerunt. ff. de pact.

Interponere diuisionem.

Interponere diuisionem, partiri, diuidere. l. fundus. ff. famil. erciscunde. vbi vtroque vitur verbo.

Interponere pactum.

Interponere pactum, id est pacisci. l. si debitor. ff. de pact. vbi primum vitur verbo pacisceretur, & deinde interposuisse pactum.

Interponere transaktionem.

Interponere transaktionem, pro transigere. l. qui cum tutoribus. §. i. & fi. ff. de transact.

Interposito actu, curatore.

Interposito actu, pro inserto, interiecto. l. 2. in fi. ff. si cert. pct. ibi, verbis quoque credimus, quodam actu ad obligationem comparandam interposito.

Interponi actio.

Interponi actio, id est opponi. l. 2. ff. de except. veluti plenus diximus in princ. tract. exceptio. & interponere pro opponere dicit l. iurandam. in vlti. ff. de iurciu.

Interpositus procurator, cautio.

Interpositus procurator, l. 3. ff. rem ratam haberi. ibi, cum minor viginti quinque annis creditor pecuniam recuperare vellet, interpositus procurator debitori de rato habendo cauit. id est datus, adhibitus. Interponenda cautio, præstanda, id est satisfidandum est. l. in omnibus bona fidei iudiciis. ff. de iudic. l. item ex diuerso. l. si qua sunt. l. Pompo. i. & l. qui erat. famil. ercisc.

Interpositis adibus alienis seruitus imponi potest, id est interiectis. l. in tradendis. §. interpositis quoque alienis adibus seruitus imponi potest. ff. communia prædior. Interpositis horis, id est inter lapsis. l. quod ait. in fi. ff. de adult. ibi, & interpositis horis comprehensa. Interpositis instrumentis, id est adhibitis. l. tres fratres, Titius, Manius, & Scia omnem hereditatem inter se diuiserunt, interpositis instrumentis. ff. de pact.

Interpositis adibus, & horis, ac instrumentis.

Dominationem interponere, l. duo fratres. in fi. ff. de acquir. heredit. est dominari, & agnoscere, ac pro herede gerere. ibi, itaque cauere debet, ne qua in re plus sua parte dominationem interponeret. Alia non hic interponam, sed ad interpretationem l. aliud. me confero. Siquidem elucidata fuit superius l. sciendum. statim post l. heredis. propter affinitatem materia; supra cod.

Interponere dominationem. Lex 70. sciendum. explicatur post l. heredis.

VLP. LIB. SEPTVAGESIMONONO Ad Edictum. Lex lxxj.

Aliud est capere, aliud accipere: capere cum effectu accipitur: accipere, etsi quis non sic accipit, vt habeat. Ideoque non videtur quis capere, quod est restitutus: sicut peruenisse proprie illud dicitur, quod est remanens. Hæc verba, HIS REBUS RECTE PRÆSTARI, hoc significant, ne quod periculum, vel damnum ex ea re stipulator sentiret.

Iurisconsultus hic assignat differentiam inter capere & accipere. Capere enim est cum effectu, vt quis sibi habeat. vnde mihi equum donatum recte capere dicor, quando cum effectu eum habeo, vt à me non possit auferri sine meo facto. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. Accipere vero dicitur quis, si sit restitutus, vel qui sic caput, non vt habeat, forte si comodati, nomine capiat. l. si vt certo. §. item Labeo. ff. comoda. vel gratia depositi. l. quod seruus. de positi. non solum. §. qui pignori. in fi. de vsu. capio. aut conductionis, l. si quis conductionis. C. loca. Calumniator etiam dicitur pecuniam accipere, vt quid faciat, vel non faciat: sed non capere, quia eam restitutus est. l. l. & per totum. ff. de calumniis. Accipit etiam, qui capit, vt manumittat, l. si mater. ff. de fidei commissa. liberta. Quæ poterunt conducere ad intellectum multarum legum, quas inferius adducam, & constitutionum, statutorum, & legum Regiarum.

Capere & accipere differunt.

Accipere dicitur de postariis, calumniator & alijs.

Afferunt Grammatici, Rhetoresque differentiam aliam. Capere enim sumunt pro sponte, & non sponte sumere, vt cepi labores, molestiam. Accipere autem est sponte tantum, vt accipiensem, & alia huiusmodi: vt apud Vallam videre est, & alios: quæ differentia vix à Iurisperitis seruatur.

Ex quibus patet verbum capere multis modis sumi. primò capere dicitur hic, quādo caput, vt sibi habeat, l. inter publica. in fi. cum l. sequi. supra cod. facit l. frugem. inf. eod. Quamobrem non dicitur quis illud capere, quod sibi acquirere non potest, l. cum autem. §. fin. ibi, ponamus eum talē esse, qui capere aliquid ex testamento non potuerit, & c. ff. de adilit. edict. l. edicto. de iure fisci, vbi etiam glo. facit l. si minor. de legat. l. l. Senatus. de dona. causi. mort. l. cum cui mille. de fidei commissa. liberta. l. Imperator. ibidem. l. fin. qui & à quib. l. in adibus. de dona. l. l. & fere per totum. ff. de iure fisci. & in titu. de delato. lib. ro. C. l. si quis solidū. de heredit. insti. l. l. in princ. ff. de acquir. possess. l. sequitur. §. tunc in

Multis modis accipitur verbum capere.

potestatem. de vsucap. Et qui cogit alium dare, accipere dicitur, quia restituere tenetur. l. extat. ff. quod met. cau. nec dicitur capere, qui tantum erogat, quantum accipit. l. ciuitatibus. §. fin. de lega. 1. l. naturalis. §. 1. ff. de praescrip. verb. Sed si quis liberatus sit obligatione, cepisse videtur. l. si quis obligatus. ff. de reg. iur. l. praedonis. ff. de peti. heredit. l. mortis causa. 4. §. de dona. caus. mort.

Capere cum affectu, an legi debeat

Alias tamen legi in quibusdam exemplaribus antiquis, capere cum affectu accipitur: & forte non male posset intelligi, vt dum rem capimus, illam rem cum affectu acquirendi accipiamus, alioqui non acquireretur. vnde Iurifcon. ait: in l. in omnibus rebus, quae dominium transferunt, concurrere oportere affectus ab vtraque parte contrahentium. nam siue ea venditio, siue donatio, siue alia qualibet causa contrahendi fuit, nisi animus vtriusque consentit, perducit ad effectum id quod inchoatur non potest. ff. de actio. & oblig. facit l. 3. ff. ex quib. caus. maior. Et alibi dicit Paulus quod pupillus & furiosus sine tutoris auctoritate incipere possidere non possunt, quia affectionem tenendi non habent. l. 1. §. adipsi scimur. ff. de acquir. possess. & §. si iusserim. ibidem dicitur, non enim corpore & actu necesse est apprehendere possessionem, sed etiam oculis, & affectu. l. 3. §. Neratius. ibi, si aliquando possidendi affectum habuerit. ibidem. & §. in amittenda. ibidem. & l. 3. ff. ex quib. caus. maior. dicit, hoc ex affectu intelligitur, quia magis afficitur interdum vnus paruo terrore, quam alius. ff. ab accusatione. ad Turpilia. Item affectus cognoscitur ex terrore, ex pallore, trepidatione & aliis, quae describuntur in l. de minore. §. fin. ff. de quaestio. nec dicitur quis cum tali affectu capere id, quod est restitutus, ac si caperet, vt sibi habeat.

Affectus quomodo cognoscatur.

Accipere quid.

Accipere verò est, si quis non sic accepit cum illo affectu, vt habeat: ideoque non videtur quis capere cum affectu, quod est restitutus. vide text. in l. qui seruus. ff. de actio. & oblig. ibi, iniuria ex affectu fit. Furtum sine affectu furandi non committitur. l. furtum. ff. de vsucap. facit l. 2. §. si sub conditione. ff. pro empt. Et praetor ait, pupillum aut furiosum non teneri edicto, ne vis fiat ei, qui missus est in possessionem, quia affectu carent. l. 1. §. hoc edicto. ff. ne vis fiat ei. Et iniuria ex affectu facietis consistit. l. 3. §. 1. ff. de iniur. Et animo ab accusatione desistit, qui affectum & animum accusandi deposuit. d. l. ab accusatione. §. 1. ff. ad Turpil. & l. at qui natura. §. si libero. ibi, quia & gerendi negotij mei habuerit affectionem. ff. de neg. gest. l. arboribus. in fin. ibi, sufficere enim ad retinendum vsufructum esse affectum retinere volentis, & seruam nomine fructuarij aliquid facere. ff. de vsufruct. Prior tamen intellectus est communis: & sic legitur in Pandec. Floren. videlicet, cum effectu.

Capit, qui ad iudicem ducit.

Commissarij ab accusatis nil capere possunt.

Oberrantes vs alius in stituaris capis.

Item quando primum datur capienti furem, illud non habebit capiens, nisi duxerit ad iudicem: nempe capere est cum effectu, vt hic: & firmat Ias. in l. 1. §. fin. ff. de in iur. text. ff. quod quisque iur. l. si Barforan. C. de fideiuss. alibi scripti. Et cautum est Regijs constitutionibus in rubr. des adiournez à comparoir en personne, artic. 6. & sequ. ne commissarij deputati ad audiendum delinquentem, quicquam capiant ab illo, neq; ab alio illius nomine, ne forte corrumpantur. his verbis: ne prennent, ne exigent, &c. facit cap. statutum. §. in super. de rescript. lib. 6.

Adhac quae in terra, mari, caeloque capiuntur, id est ferae bestiae, & volucres, pisces, capientium fiunt, videlicet cum effectu. l. 1. ff. de acquir. rerum domin. & l. 3. ibid. §. ferae de rer. diuis. in Instit. Praeterea dominus directus, id est alius iustitarius (vt verbis pragmaticorum vtr) capit res oberrantes, quas espanes Galii vocitant, vt in consuet. Burgun.

rubr. des iustices, artic. primo.

Ad cuius Latini sermonis imitationem quidam etiam differentiam assignare voluerunt inter haec verba Gallica, nul ne preme, ou regoyue, vt interpretentur verbum capere, prendre: & accipere, recevoir. Sed parum obseruatur haec differentia in verbis vulgaribus, maxime inter accipere, sumere, & recipere, quia semper dicitur recevoir, licet Vlpia. in l. cum quis. §. mulier. ff. de dote praeg. videatur facere differentiam. Quinimo etiã apud Iurifconsultos interdum haec confundi videmus, vt promissuè sumant capere pro accipere, & e contra: vt in l. 1. ff. de fideiussor. tutor. & alibi, vt dicam inferius in verbo accipere. Quae sufficiant quoad primam & propriam significationem huius verbi capere.

Prendre & recevoir an differant.

Secundo, capere est prehendere, vt si ex improviso dum quis iter facit, capiarur ab hostibus, l. 3. §. sed si ex improviso. ff. de re militar.

Capere pro prebendere.

Tertio, capere significat apprehendere: idem pene cum superiori in l. naturalis. §. 1. ibi, itaque si per hoc rebus, quo eam persequimur, alius eam ceperit. ff. de acquir. rerum domin. & §. illud. de rerum diuis. in Instit.

Capere pro decipere.

Quarto, sumitur capere, pro decipere: hinc capus, id est deceptus, & circumductus, l. nec non. §. 1. ff. ex quib. caus. maior. ibi, & dum propter hoc recedere non potest, capus fit, restituitur. l. na postea. §. si minor 25. annis iusiurandum detulerit, & hoc ipso capti se dicat. ff. de iureiur. l. non solum. in fi. de integr. resti. & fere per totum titulum de minor. Et non capitur, qui ius publicum sequitur. l. nihil consensui. §. 1. ff. de regul. iuris.

Capere pro incipere.

Quinto, pupillus tutore auctore incipere potest possidere, si eius aetatis sit, vt intellectum capiat, id est habere incipiat. l. 1. §. adipsi scimur. in fin. ff. de acquirenda possess. l. vinaria vasa. infra eod.

Sexto, capere fructum, l. pratum. ibi, paratum sit ad fructum capiendum. supra eod. id est ad recipiendum fructum: veluti etiã aquam ex caelo capere. lege, fistulam. ff. de seruit. vrb. ban. pradior.

Septimo, aliquando capere dicitur is, qui a pupillo accipit, vt sibi habeat, & furetur. l. 1. §. fin. ff. de fideiuss. tuto. ibi, quod apud pupillum is reliquerit, si heres capit, non quidem crimine caret, sed extra tutelam est, & vili actione hoc reddere compellitur.

Capere pro continere.

Octauo, capere pro continere, l. teneur. §. si vas. ff. de act. empt. ibi, certam mensuram capere dicit vas.

Capere pro sumere & intelligere.

Nono, capere interdum sumitur pro intelligere, vt si dicamus, dolus capitur hic pro lata culpa, seu sumitur pro lata culpa, id est intelligitur. atq; sepius in hoc significatu videmus vsu horum verborum receptum, vt inferius quoque dicemus, in verb. accipere.

Dominium capere pro acquirere. Capere pro acquirere. Capere pro vsu capere.

Decimo, capere pro acquirere, vt capere dominium domus, vel alterius rei, l. dani. r. §. non solum. ff. de damno infect. vbi gl. & l. certe. §. Iulia. de precar. ibi, nam si ab eodem emissit, inciperet etiam pro emptore posse dominium capere.

Vndecimo, capere pro vsu capere. l. his qui pignori rem acceperunt, potior est is, cui damni infecti non cauetur, si possidere, & per longum tempus rem capere ei permissum fuerit. ff. de damno infecto. l. bonae fidei. & l. adeo. §. cum in suo. versic. illud. de acquir. rerum domin. l. 3. §. Neratius. & §. fin. ac l. locus. ff. de acquir. possess. l. ei a quo. de vsucapio. & interdum Iurifconsultus ait longa possessione capere. in l. si quis fundum. de acquir. possess. Et sic cognoscitur haec significatio pro subiecta materia, dum in lege exprimitur longo tempore capere vel longa possessione.

Mortis causa capi.

Duodecimo, mortis causa capitur, cum propter mortem alicuius occasio capiendi obuenit. l. mortis causa capitur. & l. qui pretio. & l. mortis causa capimus. ff. de don. caus. mor. Inde mortis causa capio, quod

quod mortis causa capitur, l. in quartam. ff. ad legem Falcid.

Elucidatio ad l. is autem.

Decimo tertio, capere pro finire, exponit gl. in l. is autem. in fi. ff. ex quib. caus. maior. ibi, tam diu igitur in seruitute esse videtur, quã diu non est huiusmodi lis coepta id est finita. dicit ibi gl. Ego verò dixerẽ ibi proprie poni pro incepta: quod probat text. ibi, ex quo lis inchoata est. nam postquã lis de statu est inchoata, & coepta, non succurritur illi ex hoc edicto, quia satis iudex succurret à tempore litis motae. iudici enim statim atq; iudex factus est, omnium rerum officium incumbit, quaecunq; in iudicio versantur, l. adiles. §. ite sciendum. ff. de aedil. edicto. ideoque in seruitute esse videtur, quam diu non est coepta lis, quia post litem coeptam iudex omnia ei adiudicabit absque restitutione facta à praetore. Sic intelligi debet illa lex haec tenus non intellecta.

Capere pro incipere.

Decimo quarto, capere pro incipere: vnde non quomodo abducere ceperit, sed qui perfecterit, iniuriarum tenetur. Vlp. in l. ite apud. §. inter cõites. ff. de de iniur. l. quis sit fugitiuus. §. idẽ Calius. de aedil. edicto. l. 1. §. sed et si. de noui oper. nuntia. ibi, ceperit agere. l. 1. §. item si sine causa. & §. cepisse. de pollicita. l. adeo. §. insula. de acquir. rerum domi. l. qui bona fide. in princ. & l. homo. §. an si iussu. & l. insulam. §. 1. & l. quaecunq; ibid. l. quod meo. §. penul. ff. de acquir. possess. l. sequitur. §. si pupillus. & seq. ff. de vsucap. ideoque: cepta vsucapione à defuncto, posse impleri constitutum est. l. ceptam. ibid. l. si pupillus. de priuile. creditor. l. si quis cum. quae in fraud. creditor. l. postliminij ius. ff. de captiuis. l. affirmationem. de munerib. l. r. de pollicita. ibi, cepisse sic accipit, si fundamenta operis gesserit, vel locum purgauerit. l. 3. vsufruct. quemadmod. caueat. Inde ceptum opus pro incepto, quod tenetur quis perficere, etiã si per pollicitationem tantum fuerit promissum. l. pactum. ff. de pollicita. abudẽ scripti in 3. tom. commentar. in consti. Reg. tit. de magistris artificior. artic. 4. glo. vlt. Sic dicimus, ceperit esse certum, id est inceptum est sciri. l. 1. §. diuus. ff. de iure fisci. ibi, ex die quo certum esse ceperit.

Capere pro comprehendere, complecti.

Decimo quinto, cepit, id est comprehendit, complectitur, cõtinet, l. si sic stipulatus sum. ibi, non enim ad vnam vim tantum pertinet. nam sicut & ipsius factum & heredis capit, ita & ipsius vis & heredis vel saepius facta complectitur. ff. de verbor. obliga.

Capere pro puni.

Decimo sexto, capere damnũ, pro pati, l. quamuis. ibi, quoniam si quis ex ea re damnum ceperit, habet proprias actiones. ff. ad legẽ Aquil. Inde captiorem pro damno exponit gl. in l. de aetate. §. si. ff. de interrogat. actio. l. ob id. ad legẽ Aquil. l. si verò. §. sed & si quis. de his qui deiecer. l. quotiens in die. ff. de verb. oblig. Et captio pro iniquitate, in l. quotiens nihil. ff. de regul. iur. l. nullus. in fi. de procurator. l. si via. de seruit. rustico. praedior. Alias captio apprehensio dicitur, vt bonorum captio, vel pignoris. l. cum eo. ff. ad legẽ Iul. pecula. l. 1. §. quid ergo. de ventris in sciencia. Quandoque etiam deceptio, vt in l. 1. ff. de in integr. resti. & l. 1. de minor. Hinc captiorem inanium verborum improbat Imper. in l. si. C. qui admitti.

Capere pro priuare.

Decimo septimo, capere pro priuare: vnde capus mente, priuatus mente & insanus dicitur. §. praterea. Inst. quib. mod. non est permiff. facer. testam. Et capus luminibus, id est priuatus visu, l. libertus. ibi, nec ad rem pertinet, an operas patrono, vel ministerij capto luminibus exhibeat. ff. ad municipi. l. luminib. captũ. C. qui dare tut. possunt.

Amore capere.

Amore captus, ex translatione ferarũ, quae extricare se ex ligaminibus non possunt, ita nec amore mulierij capti desistere possunt, imò amore illarum capti omne fas atque nefas committerent, ait

Pompo. Iurifcon. in l. 2. §. initium. ff. de orig. iuris, vt iuste videamus recensare iudices, nec non testes mulieris amafios, quemadmodum ego quoque publice disputando Parisiis in meis conclusionibus sustinui, exemplarem substitutionem amafio tãquam furioso fieri posse.

Capitur ad vocatus pecunia.

Aduocatus etiam interdum pecunia capitur, quod prohibet l. quisquis. in fi. C. de postuland. ibi pro tenetur, intercluditur.

Capere honorem.

Capere honorem, id est insigniri honore: vnde damnatus de vi priuata nullum capiat honorem. l. 1. ff. de vi priua.

Capere pignori.

Capere pignori, vel pignus, ex lege elucidatur in l. quãdã modũ. §. magistratus. ff. ad legẽ Aquil.

Captiosus.

Praeterea captiosus, id est deceptione plenus, damnosus, perniciosus. in l. si cum exceptione. §. si aliquãdo. in fi. ff. quod mer. caus. ibi, ne metus, quẽ passus sum, mihi capti osus sit. l. si rem mihi. ibi, captiosus erit. de vsucapio. Pupilli ignorantia non debet esse captiosa creditoribus. l. qui autẽ. §. si quid. ff. quae in fraud. creditor. praetor enim beneficium suum nemini vult esse captiosum. l. Paulus. de praetor. stipula. Inde captiosa liberalitas, id est captiornibus & deceptionibus plena, quam interpretatio prudentũ fregit, l. cum Aliquiliana. ff. de transactio. Captiosa positio est, quae partem respondentem capit, quoquo illi modo respondeat, siue negatiue, siue affirmatiue, & pars quoquo se veritat capitur. Et illi positioni captiosa non tenetur quis respondere, vt Bal. asserit in l. 2. §. quod obseruari. colũ. §. versi. ite non tenetur quis. C. de iureiur. propter calum. dãdo, post gl. in c. in verb. absq; rationabili. de cõfess. in 6. & Bar. in l. qui iura sse. §. si pater. ff. de iureiur. Paul. in l. controuersia. de transactio.

Captiosa liberalitas, posita.

Positioni captiosa non tenetur quis respondere.

Vnde si domum valentẽ centum vendidero se xaginta, & velim eam venditionẽ retractare, quia non sum vltra dimidiam deceptus, audiri non debeo, remedio l. 2. C. de rescind. venditio. Ideo captiosa positio erit, si lite contestata ponam, quod emptor est bonus vir, & quod super hac positioe interrogetur: qui si respondeat se eum esse, tunc cõcludetur, quod bono viro non est licitum aliquẽ decipere, nec quidẽ in minimo. per glo. singul. in l. semper in contractibus. ff. de regul. iur. si vero dicat se bonum non esse, tanquam allegans propriã turpitudinem, non audiretur: & sic quoquo se veritat respondens, capitur. Sed illi, si sapit, quis non respondebit, vt concludit Tho. Ferr. cautel. 4. regula. & Gerard. singul. 22. Pantha. Calder. in reper. l. 2. col. 4. C. de rescind. vendit. ac Ias. in l. penul. C. de pact. Ego arbitror, quod et si quis fateretur se bonum virum, non tamen eo solo praetextu condemnaret eum iudex ad restituendum rem: cum ad rescissionem contractus exigantur in hoc Regno literae Regiae, vt dico in tract. de rescis. contract. in 2. tomõ commentar. in consti. Reg. Gallic. quae eo solo non concederentur, & concessae à iudicib. non cõprobarẽtur. ideo illa cautela nullius momenti est, minus interrogatio, & responsio.

Cautela docto. reprobatã.

Captius autem dicitur, qui ab hostibus captus est. de quibus in tir. ff. & C. de captiu. & postlimi. reuert. in l. si. C. qui admitti.

Captiuus.

Captare frequentatiuum est à capere. l. 1. ff. si quis aliquem testar. prohibuer. sic iniquus, qui dum captat hereditatem legitimam, & c. nẽpe captare aliquem est conari eum blandiri, vel deceptionib. ad nos trahere, venari, & occupari lucrũ. tex. in §. manet. de societa. in Inst. licet ibi aliter exponat glo. vnde in d. l. 1. captat hereditatẽ, qui conatur deceptionibus, & prohibitione notarij impedire testamentũ, ne voluntatem suam vltimã condar: cui alludit Graecum adagium, ἀπαύριος ἡσθηδὼς, id est captantes capti sumus, cum res praepostere

Captare.

succedit, vt ab his quibus conabamur imponere, decipiatur. de quo per Erasum in Chilia. facit l. i. §. i. ibi, non immerito videri possit captasse ob aliquam mulieris iniuriam. inde Iurifcon. ait, non oportere eius ciuile calumniari, neq; verba eius captari, sed qua mente id diceretur, animaduertere conuenire, l. penul. ff. ad exhib. Captari quoq; verba dicuntur, cum torquetur in aliam significationem, quam is qui ea pronuntiauit acciperet. Angustia. in lib. 4. de emenda. iuris. c. 15.

Captatoria voluntas.

Captatoria voluntas dicitur, cuius conditio confertur ad secretum aliena voluntatis, & ab alio non pendet arbitrio: vt instituo, vel lego illi, quem Titius voluerit, l. illa. l. captatorias. cum l. seq. ff. de heredib. insti. l. captatoria. de lega. i. quia saepe in hac voluntate captus esse restator, id est deceptus, si Titius nollet. Paul. in l. captatorias. C. de testam. militari. ideoque non valet ibi institutio captatoria, etiam à milite facta.

Concipere pro apprehendere, & simul capere.

Vel captatoria est, cuius dispositio, essentia & exiustentia est posita in voluntate tertij. vt verbis Bal. in l. i. col. penul. C. de sacrosanct. eccles. per l. vtrum. §. cum quidam. ff. de reb. dub.

Concipere est simul capere, apprehendere, à cui, & capio: vnde mulieres concipere dicuntur, quando vt triusq; genitale semen in vtero earum coit ad foetum producendum, l. liberorum. versic. neq; enim, infra eo. Et heres qui in ius defuncti succedit, licet apud eum ignoratam ancillam furtiuam esse, cōceperit ea, & pepererit, non tamē vti capiet, l. sequit. §. heres. & seq. ff. de vfucapio. l. si quis cum totū. §. si ancilla. de excep. rei iudica. l. qui vas. §. si ancilla. de furt. quae cōceptio quoad libertatem inspicitur, vt is nascatur liber, cuius mater tēpore cōceptio nis erat libera. §. sed & si. de ingenuis. in Insti. facit l. i. de bonis damnator. l. si. de senten. pass.

Concipere pro firmare.

Concipere pro firmare, in l. Gallus. §. & quid si tantū in moris filij casum cōciperet. ff. de liber. & post. vbi doc. sic exponit. Videte si accipi possit p hypothecam fingere, & casum ponere, vt dicunt.

Concipere, extrahere, colligere.

Cōcipere pro extrahere, vel elicere, d. l. Gallus. §. quidā. ibi, sed simpliciter instituat vt eo casu valeat, qui ex verbis cōcipi possit. ibi. vel pro colligi. Cōcipere, constituere, in l. si tibi. §. pactum. ff. de pact. vbi primo dicit constitutum, postea conceptum. facit l. non quemadmodū fideiussoris obligatio in pendenti esse potest, vel in futurum concipi. ff. de iudic.

Concepta solutio, constituta, facta secundum formam.

Concepta solutio, constituta, facta secundum formam. l. i. §. editiones. ff. de edendo, & l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obliga.

Conceptum pactum.

Conceptum pactum, constitutum, factum iuxta formam. in l. & heredi. §. i. ff. de pact. l. qui in futurū. §. si iuncta. l. si tibi. §. pactum conuenit. ibid.

Concipere actionem.

Concipere actionem suam in bonū & æquum, est ita petitionem suam mouere, vt non vltra quis petat, quam quod praestari æquum & bonum est. l. quælitum. ff. de sepulchro viola. Et poenæ nomine concipere, est ad poenam concludere. l. prætor. in fi. ff. de bonis author. iudic. possid.

Concipere pro componere.

Soler interdum interdici aduocatis, ne libellos cōcipiant, pro conficiant, forment. l. moris. §. soler. ff. de poenis. & hoc fit ratione delicti. Inde libellorum inscripionis cōceptio talis est, qualis describitur in l. libellorum. ff. de accusa.

Concipere pro conficere, cōponere, l. impossibilis cōditio, cum in faciendo cōcipitur. ff. de verbor. oblig. inde Iurifcōsultus sic ait in l. 3. §. stipulatio. ibidē: Stipulatio autem est verborū conceptio

quibus is, qui interrogatur, daturum, facturum ve se quod interrogatus est, respondet. facit l. cum qui. de verbor. oblig. versic. plane. l. stipulatio. §. hec quoq; & l. quicquid. & l. huiusmodi. ibidē. l. stipulationes cōmodissimū est ita cōponere. vbi in vno loco dicitur concipere, in aliis conficere vel cōponere. ff. de verbor. obliga. l. ex ea parte. §. penul. ibidem. & l. si plagij. ibidē. l. si Titia. §. r. l. i. §. communis. de stipula. seruator. l. si feruus cōmunis. 2. §. i. ibidem. l. procurator. 3. rem ratam haber.

Concipere sententiam, est eam dictare, c. i. vbi Archid. de re iudica. in 6.

Et iurifcōsultus ait, Edictum concepit, in l. i. §. i. ff. commoda. pro composuit. & ista significationes sunt fere similes.

Cōceperit radices, id est egerit. l. 3. ff. arbor. furtim cæsar. ibi, cū nulla arbor proprie dicatur, quæ radices non concepit. iuncta ladeo. §. i. ff. de acquir. rerum domi. dixi in l. Labeo. 2. supra eod.

Concipiuntur cisternæ imbribus, implentur. l. vna. §. hoc interdicitum. ff. de fonte.

Concipiendi sunt libelli appellatorij sic, vt habeat scriptū à quo dati sunt, hoc est qui appeller, & aduersus quē, & à qua sententiā. l. i. in fi. ff. de appell.

Conceptū furtum dicitur, cum apud aliquem testibus praesentibus furtiuam res quaesita, & inuenta sit. nam in eum propria actio cōstituta est, quamuis fur non sit, quæ appellatur Concepti. tex. in §. conceptum. de obliga. quæ ex delict. nascuntur. in Insti. & Paul. libr. 2. Senten. sic ait in titul. de furt. Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quaesitum, & inuentū est, quemadmodū etiā oblati actione is tenetur, qui rem furtiuam alij obrulit, ne apud se inueniretur. Cōcepti igitur is agere potest, qui rem concepit, & inuenit, oblati verò cui fuit oblata res furtiuā. hodie his non vtimur.

Conceptis verbis iurare est dictatis à deferente verbis adiurandū adigere, & secundum illa verba iurare. Budæ. in annota. ad l. iurandum. ff. de iureiur. & vt delatū est, quod vulgo dicimus, secundum formā à parte datā iurare. l. 4. §. iurari. ibid.

Vnde conceptio iuramēti, est formula qua iuratur. d. l. iurandum, & ad pecunias. §. qui iurandum. ibi, si de qualitate iuramenti fuerit inter partes dubitatum, conceptio eius in arbitrio iudicantis erit. vbi Budæ. sic exponit, quasi velit dicere, quod si inter partes de forma iuramēti dubiterit, iudex arbitrari debet, qua forma iurandum sit. & §. non semper. ibid. cum dicit, ideoque si quid tale inciderit, officio iudicis conceptio huiusmodi iurandi terminetur.

Conceptio verborum, id est forma. l. penul. ff. si quis cautio. ibi, vt hanc cōceptionem nō ad ipsius, sed ad domini vtilitatē relatum interpretemur. & lex verbis. C. de dona. inter vir. & vxor. l. qui res. §. qui stipulatur. de solutio.

Conceptio formularum nō obseruetur. l. actio. ff. de neg. gest.

Accipere, est si quis non sic accipit, vt habeat. Quamuis accipere ex ad & capere, vt grāmatici docent, componi videatur, tamen accipit quis, vt domino seu alteri tradat, vel acquirat, seu restituat. l. per seruū. §. sicut seruus cōmunis stipulando nominatim alteri ex dominis, ita per traditionē accipiendo soli ei acquirit. & l. etiā. ff. de acq. rerū domi. & supra dictum extitit, & probat etiā l. sed Iulia. §. penul. ibi, patri enim, non sibi accipit. ff. ad Macedo. l. qui autem. §. hoc edictū. quæ in fraud. creditor. Etiam accipere dicitur quis ab eo, qui non erat dominus, l. cum qui. §. i. ff. de Public. in rem actio.

Dicitur etiā accipere nō iure, vt in receptatore. l. ff. de recepta. & turpiter. l. si procurator. i. de doli excep. l. i. & per totum, ad legem lul. repetund.

Concipere sententiam. Concipere edictum.

Concipere radices.

Concipiuntur cisternæ imbribus. Libelli appellatorij quomodo cōcipiendi. Conceptum furtum.

Iurare conceptis verbis.

Conceptio.

Accipere vario iuratur.

Accipit nō iure, turpiter.

Et in l. eadē dicitur aduocatū teneri, qui pecuniam accipit ad ferendū sententiā in consilio, ab bureau, vbi processus iudicatur, vt in Francia fieri solebat, antequam essent consiliarij in curijs inferioribus. At capere iure. l. 4. ff. de conduct. ob turp. caus. l. penul. & si. ibidē. Sed hac differentia parum obseruatur. Inde is, cui fit mutuum illud dicitur accipere, quia tantundē est restitutus. l. 2. l. si ego. & l. non omnis. & fere per totū. ff. si certum peta. l. ait prætor. 2. de minor. l. i. & fere per totum, de actio. & obliga. & l. qui Romæ. in princ. ff. de verbor. oblig.

Item accipere respicit onus, vt in dote. l. Pomp. §. in dote. ff. de acquir. possess. l. si. pro dote. & in pignore. l. serui. ff. de vfucapio. l. saepe. versic. sed sciēribus. de re iudica. l. i. §. si quis pignus. de separatio.

Inde quis accipere dicitur rem permutatā. in l. si. ff. ex quib. caus. in possess. vbi etiam dicitur in solum accipere. l. deferre. §. Papinia. & l. vbi. ff. de iure fisci. l. ait prætor. §. si cui. quæ in fraud. credito. Et idē in contractu do vt des, veluti si dem rem, vt rem accipiā, contractus est in nominatus. l. naturalis. §. i. ff. de præscrip. verb. Et creditor dicitur accipere debitū. l. pupillus. ibidem. quæ in fraud. credi.

Addunt nonnulli differentiā inter accipere & sumere: quod accipere sit de manu alterius capere. Lucas per illum tex. in l. domini. c. i. C. agric. & cen. lib. r. c. lector. 23. distinct. c. miramur. 61. distinct. per id quod scribitur Luca. r. Omnis qui petit, accipit. Et q ignorat, nec tradere, nec accipere id quod incertum est, potest. l. locus. ff. de acquir. possess. Et accipere fundum ait Iurifcon. in l. 3. §. nō video. ff. vt possidet. Sumere verò à seipso est, l. 3. vbi etiam Lucas, C. de eroga. militar. anno. lib. 12. alia videte in l. cum in testamento. infra eod. Nec tamen illa iura negant, quin accipere intelligi possit etiam propria autoritate, & à seipso, maximē quādo refertur ad personas, vt talis accipiat castrū, domum, & similia. d. l. domini. l. Titia. §. i. ibi, volo à seipso accipere. ff. de lega. 2. Dec. in regul. non videtur quisquam. ff. de regul. iur. & inferius dicitur directum an sit.

Interdum accipere missionē est mitti. l. milites. 2. §. is etiam qui contra disciplinam agrum compauerit, si nulla de ea re quaestione mota missionē accepit, in quietari prohibetur. ff. de re militar. id est missus fuerit.

Præterea accipere pro intelligere sumitur. l. creditores. supra eod. l. litigatores. de arbit. §. quod ait prætor, pecuniam cōpromissam accipere nos debere. per l. Papinian. §. quarta autem accipietur. de in officio. testam. l. in lege. de fcar. l. i. in fin. de seru. fugitiu. l. 3. in fin. cōmod. l. furti. de his qui no. infam. l. sed & si lege. §. perinde. ibi, accipies si dolo, & de peti. heredita. l. sunt qui. de re iudica. l. si negotium. ibi, ita accipi. de priuileg. creditor. l. i. §. quod ait. quor. legator. l. i. §. in publico. de fluminib. l. i. §. quod autē. de vi & vi arma. l. si stipulatus fuero per te. de verbor. obliga. l. 2. de poenis. l. pronuntiatum. §. i. supra eod. l. 3. ibi, accipienda sunt. l. creditores. & l. seq. l. alienationis. in fi. cum lege sequen. & lege, in l. stratum. & l. seq. & l. saepe. ac l. locus. cum l. præceden. atque in l. motionem. cum l. seq. & l. triplici. cum l. pronuntiatio. & l. vrbana prædia. cum seq. isto titul.

Item pro tractare, vel recipere, vt pater vester male me accepit. l. si. §. i. ff. de doli excep. ibi, ignoscite: nam poteram vobis amplius relinquere, nisi me Fronto pater vester male accepisset, cui dederam mutuo quindecim, quæ ab eo recuperare non potui. &c.

Adhæc accipere est pati seu affici: vt accipere iniuriam, & contumeliam, l. in diem. ibi, ideo autē voluntas exigitur, ne dominus ignorans, iniuriam

accipiat. ff. de aqua pluuiā arcend. l. sed & si vnus. §. ait prætor. de iniur. ibi, ipsi qui iniuriam accepisse dicitur, iudiciū dabo. iuncto §. filiofamil. iniuriā passo. & §. quod deinde. ibidem. l. cum qui. §. i. & l. si quis seruū. ibidē. nam qui iniuriā suscipit, patitur illam iniuriā sibi fieri. ideo dicunt accipere, pro suscipere: non tamen importat dominij translationē. Et pro eodē sermo capiuntur recipere, accipere, & suscipere. l. naturalis. §. i. ff. de præscrip. verb. Barr. in l. i. de rerū permuta. l. i. de re iudica. Quod limitatur in l. cum mota. C. de translatione. & per Dec. in l. non videtur quisquam. infra titul. proximo.

Adhæc verbum accipere directū est, & in directa substitutione inferitur, in lege, si quis ira. de vtu fruct. Bal. consilio 120. in facto. volu. 2. & consil. 281. quaestio. in fine, vol. 3. Bar. & alij in l. Centurio. in fi. ff. de vulgar. idem in verb. capere. l. filiusfamil. §. si. ff. de lega. i. vide inferius in verb. Percipere.

Accipere finem, id est finire, l. vbi percipit est iudiciū, ibi finem accipere debet. ff. de iudic. l. in honoribus. in fin. de excusa muner. l. si quis libertatē de peti. heredita. Et is finem accipiat per sententiā. l. si fideiussor. in fi. ff. qui satisd. cogant.

Accipere iudiciū pro litigare, litem ordiri, siue pro se siue pro alio. l. si oleū. ibi, neq; Titius veit iudiciū accipere. ff. de dolo. l. qui proprio. cū multis legibus illius tit. ff. de procurator. l. non distinguemus. §. item si quis. de arbit. l. redhibere. §. idē Pompo. de adilit. edict. l. si pupillus. in fi. de priuileg. creditor. Et aliquādo pro accipere iudiciū, suscipere dicit Iurifc. Paul. in l. 2. §. si. ff. si ex noxal. caus. agat. & in l. si pro patre. §. i. de in rem vers.

Susceptū etiā dicitur iudiciū in iis casibus, quibus non fit litis contestatio per petitionē, & respon sionem. gloss. in c. r. in verb. absentia. de elect. in 6. tex. optimus in litē veniunt. §. idem recte. ff. de peti. heredita. ibi, post susceptū autem iudiciū non potest noxā dedendo se liberare. Suscepit autem per petitionē hereditatis. Alias acceptū iudiciū, siue interceptū dicitur per litis contestationē. l. restituere. i. ibi, si statim iudicij accepti tempore. l. i. pra eod. l. si. ff. de appella. l. poenalia. de regul. iur. l. i. de iudic. C. l. vbi acceptum. & l. non potest videri. ff. illo tit. l. i. §. i. de calumnia. l. si post acceptū. & l. præterea. de rei vindica. l. amplius. rem ratam haberi. l. si Titius. de verbor. oblig. l. 3. & l. iam tamē iudica. solui. l. supra iter. §. officium. de aqua pluuiā arcend. l. illud. de peti. heredita. l. Stichum. §. si mandato. de solutio. l. cum fructuarius. de vtu fruct. l. si. si certum peta. l. si per errorem. de vtu capio. lege si. de litigio. lege, si autē iudicatum solui. Eodē modo etiā dicitur iudiciū susceptū. in lege, irem veniunt. §. idem recte. ff. de peti. heredita.

Lis quoq; dicitur inchoata per litis contestationem. in lege, omnes. 2. ff. de actio. & oblig.

Iudex acceptus dicitur delegatus. l. 2. C. de iudic.

Vel acceptus dicitur gratus, & à partibus receptus, approbatus. l. & si fideiussor. ff. de re iudic. Acceptū, receptum. l. i. §. furiosum. ff. de actio. & obligat. ibi, sed quoad hunc benignius acceptū est. Et inde fideiussor acceptus, l. Stichū. in fi. ff. de solutio. & fideiussor idoneus, qui nō sit acceptus, iniuriarum agit, l. si verò. in fine. ff. qui satisdare cogantur.

Accipere pro emere exponit gl. in l. si. §. si procurator. ff. qua in fraud. credito. sed ego exponerē ibi pro suscipere quocunq; titulo: quod nec gloss. negat, & probat ibi, si procurator ignorante domino, cum scierit debitorem eius fraudandū cepisse consilium, iussit seruo ab eo accipere, hac actione ipse tenebitur, non dominus, &c.

Adhæc

Accipere, accipere, et suscipere idem significant.

Directum verbum est accipere & capere.

Accipere finem.

Accipere iudiciū.

Susceptum iudiciū.

Acceptum iudiciū.

Acceptus iudex.

Accipere pro emere.

Accipere legatum.

Adhuc legatum accepisse testamento is dicitur, cui factum legatum est, licet rem legatam non suscepit, si praelatorio in fi. ff. de appella. ibi, quare his qui testamento libertates, vel legata, vel fideicommissa acceperunt, salua sunt actiones, si quasha buerint, &c. vbi non dicitur rem simpliciter, vel legatum accepisse, sed accepit legatum testamento, id est res ei legata est in testamento, potest etiam dici eum legatum accepisse, qui vere suscepit accepit. l. proinde. ff. si certum petatur, l. si quando. §. & generaliter. C. de inofficioso testam.

Accipere contrariam sententiam.

Contrariam sententiam actor accepit, id est subiit reportavit. l. iudicare. in fin. de excep. rei iudica. Aliquando pro admittere. l. 3. §. si pater. & §. si. ff. de bonor. possess. contra tab. vbi quod dixerat accipere, postea dicit admittere.

Accipere dominium successoris.

Itē accipiat dominium, id est ius rei, siue proprietate, l. 2. §. in hac. 2. ff. vi bonor. raptor. ibi, vt nō do miniū accipiā, sed illud solū, quod ex bonis meis, hoc est ex substantia, res ablata esse proponatur. Accipere successorē, lege, die functo. ff. de aless. forib.

Accipiens.

Accipiens, id est accipere volens, l. vna. in fin. ff. de libell. dimissor. ibi, æquum est igitur, si per eum steterit, qui debebat dare literas, quominus det, ne hoc accipienti noceat.

Accipienda, id est computanda, glo. in l. 3. supra eodē. ego ibidem exposui pro interpretanda, vel intelligenda.

Accipere, p habere, vel acquirere, vt adolescēs actionem accipiet. l. pupilli. §. i. in fi. ff. de solutio.

Accipere pro capere.

Item hoc verbum accipere, plerumq; sumitur pro verbo capere secundū materiam subiectā. l. i. vbi vtitur verb. accipere, & in l. lex Iulia. verb. cape re. ff. ad legem Iul. repetund. facit. l. si eius fundi. ff. de rei vindica. l. i. & 2. de calunnia. l. non omnis. si certum petat. l. si pecuniam. de condict. caus. data. l. solent. de præscrip. verb. l. cum ei qui partem. l. si mihi & Titio. §. si. de lega. 2. l. cum quis decedens. §. Seiam. de lega. 3. l. eum qui. & l. omnibus. in fine, cum l. sequen. & l. qui pretio. de dona. caus. mort. l. quidam. l. postulante. ad Trebellia. l. traditio. & l. quæsitum. de acquir. rerum domi. l. 4. §. si ex conuentione. de re iudica. l. si quis dolo. in fi. ibid. l. si. in princ. quæ in fraud. creditor. l. 2. §. non male. de doli excep. l. apud. §. si cum legitima. ibidem. l. i. de bonis damnato. sic dicitur in l. veteres venditionū emptionumque appellationibus promiscuē utebantur. ff. de actio. empti.

Acceptio improbat.

Præterea acceptio accipiendi actus dicitur: vel acceptio personarum est, cum quis personam cō sanguinitatis ratione, amicitia, vel alia, non ex debito iustitiæ recipit: vt pote si patruus conferat beneficium nepoti, non quia est dignus, sed quia est nepos: vel dominus famulo. Quæ personarū acceptio reprobat in c. nouit. de iudic. c. venerabilis. de preb. vt quæ omnium fere consanguinea infinita nobis in dies parit mala. Et in octo præcipuē casibus eam reprobat Angel. Clauf. in summa Angelica, in verb. acceptio.

Acceptum rogare.

Acceptum rogare solet promissor, rogari verò creditor. l. si pluribus. ff. de acceptila. vel acceptū rogare, id est interrogare liberationem parit. l. idē. que. ff. de usufructu. seruus quoque fructuarius potest usufructuarium interrogare, an acceptum habeat, id est an usufructui cedat, & liberet dominū. l. species. ff. de acceptila.

Acceptum ferre debitum.

Acceptum ferre debitum, vel accepto ferre, seu acceptū, aut accepto habere, seu facere, est debitū remittere, & quasi pro accepto habere, & ista ad idē reincident, quod vulgo dicimus, se le tiens pur vocca. l. ait prætor. §. si cum mulier. ibi, acceptū debitum fecerit. & l. vt. in princ. ibi, si fraudator fideiussori suo scienti acceptum tulerit, quæ in fraud.

creditor. & l. eum qui ita. §. fin. ibi, at si Titio acceptum fecissem. & l. si seruum. §. penult. de verbor. obliga. probatur in l. pluribus. cum l. seq. ff. de acceptila. vbi & istis tribus verbis indifferenter vtuntur Iurifcon. & Imperator in §. item per acceptilationem. quib. mod. tollit. obliga. in Insti. l. si intra illū diem debiti partē mihi soluieris, acceptum tibi residuum feram. ff. de pact. Et dicitur hæc acceptilatio à iure imaginaria & ficta solutio. d. §. itē per acceptilationē quib. mod. tollit. obliga. in Insti. Et acceptū ferre debitum in duriori causa creditor debet. in l. i. & 3. ff. de solutio. id est repositū habere pro grauiore causa debet, vt si debeat sub satisfactione, durior est causa quam nuda ergo in illā causam accepto ferri debet, l. in his. de solut. Et lege Iulia re petundarū cauerit, ne in acceptum feratur opus publicum faciendū, frumentumve publicē dandū, præbendum, approbandū. l. lex Iulia. §. illud. ff. ad legē Iul. repetund. quæ tex. elucidat in l. mulieris. §. i. supra eod. Et quotiens non dicimus id, quod solutū sit, in arbitrio est accipiētis, cui potius debito acceptū ferat, id est pro quo debito recipiat, & cōputet. l. i. §. quotiens. ff. de solutio. inde accepto latum est vni, id est vnus est liberatus. l. 2. §. si tamen. ff. de verbor. oblig.

Interdū accepto ferre pro approbare exponit glo. in l. securitates. C. de susceptor. lib. 10. sed ego exponerem, vt superius dictum est.

Expensum ferre quid sit, declarabo in l. ferri. infra eodem.

Acceptam facere stipulationem, est eam tollere, & remittere, lege, rescriptum. §. i. ff. de pact. ibi, æquum erit accepto eam stipulationē ferre. in fin. princ. ff. de dona. l. ait prætor. §. exiit. quæ in fraud. creditor. lege, Iulia. in fine. de doli excep. lege, illud. quod met. causa. Et sic idem est acceptum facere, vel accepto facere, acceptum ferre, vel accepto ferre, per prædicta.

Inde acceptare, est frequenter accipere, l. alio. in fine. ff. de alimen. & cibar. lega. vbi scripsi, & l. raic. §. post diuisionem. de pact. ibi, post diuisionē bonorum, & æris alieni, singuli creditores à singulis heredibus, non interpositis delegationibus, in solidum, vt conuenerant, vsurus acceptauerunt. Aliter quidam exponunt ibi acceptauerunt, id est per acceptilationem liberarunt. quod non video conuenire tex. Illi: sed acceptare exponitur, id est gratificando accipere, & approbare. c. officij. de testam. vel acceptare pro suscipere inquit Iurifcon. in l. si. §. si autē. ibi, qui acceptadus siue suscipiendus censualibus professionibus destinatur. ff. de munerib.

De iure canonico dicitur etiam quis beneficiū acceptare, petēdo sibi conferri, vel sibi collationē factam approbando. clem. si plures. vbi Bonifac. de præben. scripsi in §. teneantur. in glo. petierit. de colla. in concordia.

Acceptilatio est liberatio per mutua interrogationē, qua vtriusq; contingit ab eodē nexu absolutio. l. i. ff. de acceptila. vbi plene explicabo.

Incipere possidere, id est acquirere possessionē exponit glo. in l. i. §. adipiscimur. ibi, sed furiosus & pupillus sine tutoris autoritate non potest incipere possidere. ff. de acquir. possess. l. non solū. §. itē hic. ibi, incipiet fundū pro herede possidere. de vsu capio. videre an possit exponi incipit possidere, id est inchoat possidere, ingreditur possessionē, quia incipere & inchoare potest possidere, etiam si nō acquirat possessionem: vt d. §. adipiscimur. & l. clā possidere. de acquir. possess.

More Romano dies à media nocte incipit, id est inchoat. l. in ore. ff. de fer. & in eum causam deducendo, à quo stipulatio incipere non possit. l. pro parte. de seruitu.

Acceptam stipulationem facere.

Acceptare.

Acceptilatio.

Incipere possidere.

Incipit dies à media nocte.

Incepta

Incepta negotia.

Incepta negotia geri, id est inchoata. l. nam & fernus. §. fin. viuo. ff. de negot. gest. l. heres socij. ff. pro socio.

Intercipere.

Intercipere autem à capio fit, & significat interrim dum aliquid agitur occupare: vnde si is qui de possum suscepit, abneget, non statim etiam furti tenetur, sed ita si id intercipiendi causa occultauerit. l. i. vers. sola cogitatio. ff. de furt. Et epistola dicitur intercepta, cum interim quod ad me deferebatur subtracta est & capta. l. eum qui. §. si epistola. ff. de furt. Et tutor administrationē quidem rerum pupillariū habet, intercipiendi autem potestas ei non datur, id est interim pendente tutelæ administratione sibi occupadi res pupilli. l. falsus. §. i. ibi, procurator autem eos intercipiat. de furt. Intercipere enim est quodammodo furandi animo accipere, & malo animo. l. i. ff. ad legē Iul. pecula. qua lege prohibetur, ne quis ex pecunia sacra, religiosa, publicave auferat, nēve intercipiat. & l. 4. & l. pe culatus. ibidē. non enim pecunia ficti intercipitur, quæ debitori eius auferatur, scilicet quia nihilominus manet debitor ficti. l. penul. de plagiar. l. si seruus. §. si oliuam. & §. seq. ff. ad legem Aquil. l. quē admittodum. in fi. ff. de noxal.

Intercepta cautione, l. argētarius. §. si. ff. de edēdo, vbi primo dicit subrepta cautione, postea intercepta.

Et, noluit enim oratio diui Marci alimenta per transactionem intercipi, id est perire. l. cum ij. §. eam. ff. de transact.

De verbor. percipere tractauit in l. pratam. supra eodem.

Præcipere.

Præcipere est iubere. l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit. vers. idemq; est. ff. de acquirenda hereditate. Vnde dicimus, quod præcipitur, imperatur, quod imperatur, necesse est fieri. cap. in. 14. q. 1. Et per verbum præcipio fertur sententia. c. in his. eodem titul. in Decretal.

Præceptum.

Hinc præceptum, id est iustus, & differt à mandato, vt per Felin. & doct. in c. eam te. de rescrip. l. iniuriarum. §. i. ff. de iniur. & d. l. si quis mihi.

Nudū præceptum.

Præceptum nudum vocat Iurifconsultus præceptū factum sine causa, vel sine nominatione per sonæ, cuius contēplatione prohibitio fit, in l. filius famil. §. diui. ff. de leg. i. vt præcipio, ne alienes rem, nulla est hic causa: quare tunc nudum vocatur præceptum. si verò addam causam, vt quia fuit parentum meorum hæc domus, eamq; adhuc volo conseruari, & prohibeo ne alienentur: iam non est præceptum nudum. doct. in d. §. diui. plenius interpretantur, ad quos si lubet, recurrere licebit.

Iudicis præceptum.

Præceptum iudicis dicitur iustus, aut sententia iudicis, l. qui agnitis. ff. de exceptio. ibi, præcepto siue interlocutione iudicis: vel etiam præceptum iudicis dicitur, cum iudex præcipit consenti, vt intra certum tempus soluat: de quo in l. si debitori. ff. de iudic. quam leg. in præcellenti academia Tholosana publicè sui professus, dum illac iter se offerret, cundo versus Montempeffulanum.

Præcipere, præ aliis capere.

Alias præcipere est præ aliis capere, l. qui autē. §. sciēdum. ff. quæ in fraud. creditor. ibi, neq; enim debuit præcipere ceteris post bona possessa.

Præceptio.

Vnde præceptionis causa, id est præcipui, l. i. §. si quis. ff. quorum legator. ibi, qui verò ex causa præceptionis capit, vtique tenetur hoc interdico. l. si filius famil. legatum sibi seruum per præceptionē rogatus manumittere. ff. de dolo. l. heredes. in fin. & l. rem. famil. eras. & legatum præceptionis non nisi vni ex heredibus dari potest, vt aliquid ei ex hereditate præcipuum relinquantur. Caius in lib. Inst. vt. titul. de lega.

Præceptio bonorum, l. 2. ff. de fund. instruct. Et olim quatuor erant genera legatorum, quæ hodie

sunt sublata, vt profiteretur Iustinia in §. sed olim. de leg. in Insti. ea declarat Alcia. in lib. 3. parerg. c. 1. Præcipuum vocatur proprium, seu peculiare, & quod præ aliis capitur. l. fi. in princ. ff. de lega. 2. quod vulgo dicimus *advantage*. l. i. C. si certum par ta. vbi doctores vocant prælegatum, præcipuum, quod ab vno ultra alios capitur.

De verbo recipere scribā in l. qui fundam. infra eod. & de verb. suscipere in l. in conuentio. ibi. eo.

Ideo non videtur quis capere, quod restitutus est. Per istum tex. respondi venditori alicuius loci, quod non tenebatur computare summam solutam pro laudimius, ad excludēdum remedium l. 2. C. de rescind. vendit. Quod illud pretium tantum est cōputandum, quod ipse venditor accepit. Sed cepisse non videtur per hunc tex. quod alij erat restitutus, & per l. non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere, inferius tit. proximo, ac lege, pater. §. iurdo. ff. de legat. 2. vt pote si res centū aureorum, fuerit vendita quinquaginta quinque: illa cepit venditor, sed ea lege vt teneatur præfatus venditor soluere decem pro laudimius: quibus solutis non supersunt venditori nisi quadraginta quinque aurei. Dicebat emptor venditorē non deceptum ultra dimidiam, cōputatis omnibus traditis: ergo non posse agere ad rescissionem. sed ecōtra venditor licet accepit quinquaginta quinque, tamen eo se deceptum dicit, quod pro laudimius coactus fuerat soluere decem, quæ non sunt computanda per istum tex. & vere, quia licet accepisset, retinere tamen non licuit saltē cum effectu, vt perinde habeatur, ac si nusquā tradita fuissent illa decem, per l. nomē. §. habere. infra eo. & l. Sulpitius. ff. de dona. inter vir. & vxor. & sic non excluditur venditor, quominus agat tanquam deceptus.

Ad hæc quia res tanti æstimatur, quanti vendi potest deductis oneribus. las. in l. non amplius. ff. de lega. i. quemadmodū etiam scripti de beneficio in §. volumus. de colla. in concordia. & fufius in d. §. habere. infra eod.

Non refragatur l. debet. ff. de ædilit. edicto. vbi computatur omne pretium, quod emptor soluit, etiam pro expensis. Respon. illū tex. loqui de rehibitoria, in qua omnes acceptiones, & quæcunq; emptor soluit rei nomine, restitui ei debent. indēnis enim emptor discedere debet.

Idem etiam si emptor malit restituere rem emptam, vt venditor teneatur eidem restituere nō solum rei pretiū, sed etiam laudimiorum, & omnes alias impensas, quia emptor indemnis esse debet. sed nos loquimur quoad exclusionē à remedio l. 2. vt non debeat computari nisi pretium in effectu perceptum à venditore. l. quantitas. ff. ad legē Falcid. Chassa. in consuetud. Burgund. in rubr. *des retraités*. §. i. glo. *des vrais heritiers*. & sic fuit iudicatum in hoc supremo senatu anno domini millesimo quingentesimo quadagesimo secundo, in vigilia natiuita. beatæ Mariæ, & publicè pronuntiatum.

Postremò legatum factum extero, vt is restituat alicui ex liberis, conseruatur per titulum de lega. præstand. ff. in l. 3. circa fin. quia emolumentum, quod restitutum tenetur, nō censetur proprie recepisse. diuersum esset si liberi extero restituere tenerentur, vt Iurisc. ibid. asserit.

Sicut peruenisse illud proprie dicitur, quod est perman surum. Proprie illud dicitur ad me peruenisse, quod apud me mansurū est. vnde si hereditatē possidens, res vendiderim hereditarias, & aliquis hereditatem petierit, & obtinuerit, teneor rerum hereditariarū pretiū restituere, licet illa res perierit: quia pretium, quod ad me peruenit, est remansurum, & omnia quæ ad me perueniunt, sunt restituenda, ex quibus scilicet factus sum locupletior, nimirum

Præcipui.

Laudimius non computatur in tu sto rei pro reo.

Venditor ultra dimidiam deceptus censetur, quamuis ipse ultra dimidiam receperrit.

Expensam laudimiorum quantum sit restituenda.

Arestum.

Peruenisse quando ad alium quid dicitur.

nimirum si tencar. l. vtrum. ff. de petit. heredita. idque siue directe siue indirecte sit remansurum si forte quaesierim alteri. l. peruenisse. infra eod. l. i. ventri. §. si. supra. de priuileg. creditor. igitur si cubi reperiat non remansurum, dicitur improprie peruenisse. per istum tex.

Si tamen praetor in heredem dat actionem, qua tenus ad eum peruenit, sufficit si vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti, l. cum praetor in heredem. ff. de regul. iur.

Restitueret heredes de bent, quod ad eos peruenit.

Secundo interdictum quod vi aut clam in heredem, caeterosque successores datur in id, quod ad eos peruenit. l. semper. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam, & proprie peruenisse dicitur, vt hic. Interdictum etiam vnde vi datur in heredem, & in bonorum possessorem, caeterosque successores in id, quod ad eos peruenit, dolo malo eorum factum est, quominus perueniret. l. i. in fi. & l. 3. cum l. si plures. ff. de vi & vi arma. quod intelligitur, vt hic.

Tertio peruenisse quoque dicitur illud cum effectu, quando est remansurum, vt hic: iuncta l. nomen. §. i. infra eo. Et peruenisse accipimus, siue iam exegit, siue exigere potest. l. si vero. in princ. & §. da bit. ff. soluto matrimo. l. si procuratorem. §. si. manda. vnde si quis vendiderit hereditatem, qua ad se peruenit per mortem talis, & priuquam eius possessionem traderet, exegerit aliqua debita hereditaria, illa tenebitur restituere, quia alias non diceretur tradere, nec vendere, quod ad se peruenit, nempe cum effectu peruenit quod exegit. l. 2. §. in hereditate. cum §. seq. ff. de hered. vel actio. vend. l. si possessor. §. ait senatus. de petit. heredita. Matthae. de Afflict. in decis. Neapolita. q. 81. testamentaria. Et verbum peruenisse ambiguum est, l. vtrum. ff. de petit. heredita.

Hereditate restituere tenentur ea, quae ad eos perueniunt.

Quarto per hunc tex. declarantur omnes leges dicentes, heredes teneri de his quae ad illos perueniunt. Primo in metu hoc scribitur, In heredem, & caeteros in id quod peruenit ad eos datur: non immerito: licet enim ad heredem poena non transeat, attamen quod turpiter vel scelere quaesitum est, ad compedium heredis non debet pertinere, l. quod dicimus. §. si. cum l. seq. ff. quod met. caus. vbi Barto. Angel. & alij dicunt, quod si actio ex delicto coepit semel transire ad heredes, tunc transibit contra omnes, licet nihil ad illos peruenit: declarat etiam l. si ipsa. cum duab. ll. seq. ibidem. cum tamen datur actio ordinaria contra heredes, non dabitur in factum, vel alia. l. 2. in fi. ff. vi bonor. raptor. Et in heredem competit actio in factum de calumniatoribus, in id quod ad eum peruenit, l. in heredem. ff. de calumniator. Et idem in aliis casibus.

Quinto non potest videri ad heredem peruenisse, quod eius hereditatis nomine praestaturus est. l. qui concubinam. §. cum ita. 2. ff. de leg. 3. vnde si hereditas sit quadringerorum, & heres praestiterit ducenta, ad heredem tantum ducenta peruenisse dicitur, vt ibid. scribitur.

Expensarum nomine solutum non dicitur ad me peruenisse.

Sexto peruenisse dicitur cum effectu, non prima ratione: idcirco quod quis legatorum nomine praestiterit, non videtur ad eum peruenisse, l. 2. §. illud. & §. peruenisse. de heredita. vel actio. vend. vt superius dictum extitit. Et sic deductis impensis. Bart. in l. nemo. §. i. ff. de lega. 2. Et proprie dicitur peruenisse, quod deductis oneribus ad aliquem peruenit. l. cogit. §. i. ff. ad Trebel. nec continentur fructus, per tex. in Lucius. §. qua marito. ff. de lega. 2. & melius in l. quod his verbis. de lega. 3. vbi distinguitur.

Septimo pretia quae ad possessorem hereditatis rerum ex hereditate venditarum peruenissent, si haec ante petitam hereditatem deperissent, diminutive fuissent, restitui debere inquit Vlpianus. in l. item veniunt. §. item placere. ff. de petit. heredita.

Octauo sufficit heredem non in lucro versari, non etiam damnum subire, l. 3. ff. de vi & vi arma, l. nisi ff. de bonis auctorita. iudic. possidend. l. air praetor. §. ait praetor. quae in fraud. creditor. l. penult. & l. si. §. si vero. & seq. ibid.

Nono ex quibus causis annua interdicta sunt, ex his de eo quod ad eum cum quo agit peruenit, post annum iudicium dandum Paulus Iuriscō sultus ait in l. penult. ff. de interdict. & heredem ex dolo defuncti haftenus quatenus ad eum peruenit, teneri probat. l. quaesitum. in fi. de precar.

Decimo si heres depositarii rem apud testatorem depositam, vel commodatam ignorans vendideris, non tenebitur de re, sed de pretio, quod ad eum peruenit. hoc enim ipso dolo facit, quod id, quod ad se peruenit, non reddit. d. l. i. §. si depositum. l. seq.

Vndecimo, maior 25. annis ita demum ad libertatem proclamare non potest, si pretium ad ipsum, qui venit, peruenierit. l. i. ff. quib. ad liberta. proclam. no licet.

Duodecimo, communi seruo mortuo, qui alterius ex dominis furtum fecerat, non tenetur alter dominus, nisi forte quid ex re furtiua ad socium peruenierit, l. si seruus communis. §. ex his igitur. ff. de furtis.

Decimotertio, tacita fideicommissa frequenter sic deteguntur, si proferam chirographum, quod se cauisset is, cuius fides eligitur, quod ad eum ex bonis defuncti peruenit, restitutum. l. 3. §. tacita. ff. de iure fisci.

Decimoquarto, si seruus vel filiusfamil. minorem circumscripterit, pater dominusve quod ad eum peruenierit, restituere iubendus est. l. quod si minor. §. si seruus. ff. de minor. & aliis infinitis iuri bus haec comprobati possent, quae breuitatis gratia praetermitto.

Limitatur imprimis, quando ratio materiae subiectae aliud suaderet: vt creditor missus in possessionem bonorum debitoris ex primo decreto tenetur debitori, de eo quod peruenit ad eum. l. i. in fi. ff. ne vis fiat ei. peruenire dicitur ibi, quod ipse a tempore possessionis assignatae cepit. l. praetor. §. i. & l. creditores ff. de bonis auctorit. iudic. possid. l. si ventri. §. peruenisse. de priuileg. creditor. Alia dicuntur in l. peruenisse. infra eod.

Peruenisse quoque dicitur, si dolo fecerit, quod non peruenit. l. in illa. 2. ff. de verbor. oblig.

Secundo in conditione furtiua, ad hoc vt contra furis heredes coepat, sufficit, quod post mortem furis res perierit, licet nil ad ipsos peruenierit. l. si pro fure. §. conditio. ff. de condit. furt. §. fin. de obliga. quae ex delicto nascunt. in Insti. & totiens in heredem damus actione de eo, quod ad eum peruenit, quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex suo, l. totiens. ff. de regul. iuris.

Tertio de iure canonico in contractibus, & delictis, siue ex illis peruenit ad heredem, siue non, & siue lis fuerit contestata, siue non, si aliqua sint illius defuncti bona, heres semper tenetur in solidum. c. episcopus. vbi gl. & doct. 12. q. 2. c. si episcopus. 16. q. 6. heres enim conscientia defuncti purgare debet. c. fi. de paroch. c. in literis. de raptor. c. tua. de vsur. faciunt quae consuluit Bal. consi. 263. sua deo. vol. 3. & Federic. consi. 63. quidam vsurarius. Ancha. consi. 411. domi. conf. 3. super dubio. Alex. consi. 4. videtur. col. penult. in 2. vol. & consi. 172. in causa. col. vlt. 6. volum. & consi. 97. viso processu. in fi. vol. 7. Dec. consi. 303. in casu. col. 2. Albert. Brunus consi. 12. patres. col. 7. in materia feudali, vbi multa alia allegat huic materiae conuenientia, quae liberum erit cuique videre.

Quarto facit quod quamuis natiuitate filij reuocetur donatio omnium bonorum, tamen si filij moriantur

Interdicta post annum dantur ad ea quae perueniunt etiam ad heredes.

Limitationes vt quis non tenetur de eo quod peruenit.

Heredes de iure canonico tenentur, etiam si non ad eum peruenierit.

Natiuitate liberorum quando non reuocetur donatio.

moriantur, & sic non permaneat, non reuocabitur. l. si vnquam. C. de reuocand. dona. ibi in dictione, & arbitrio mansurum, & hoc plene ibi scriptis D. Andr. Tiraquel. in verb. susceperit. vide quae scripti in l. alienatum. §. fin. supra eod.

Vltimo verbum peruenit est commune, vt scribam in l. litus. i. infra eod. vide l. cum quis vxori. ff. de dote pralega.

Verbum peruenit commune est. Recte praestari quid significet.

§. haec verba, HIS DE REBUS RECTE PRAESTARI, hoc significant, ne quod periculum, vel damnum ex ea re stipulator sentiat. Cum in iure frequens habeatur mentio huius cautionis, pro his recte praestari promitto, hanc declarat Iuriscōsul. hic significare ne stipulator ex ea re aliquod damnum, vel periculum sentiat. Nempe si emptor equi promiserit soluere pro equo vnnum aureum, ratione forte consuetudinis disponentis aureum pro qualibet venditione dandum, si postea emptor agat redhibitoria, venditor debet pro illo equo cauere recte praestari, id est ne aliquod periculum, vel damnum ex illo equo, & re vendita sentiat emptor stipulator: quod declarat his verbis Iuriscōsul. Vlpian. in l. redhibere. §. cauedum. ff. de adl. edict. Cauendum autem esse ait, si quidem dolo malo emptor condemnatus fuerit, aut dederit, his rebus recte praestari: vel si quid ex eo quod egerit ad eum peruenit, vel dolo malo, vel culpa eius factum sit quominus perueniret, his de rebus reddi. ff. de adl. edict. probat etiam ipsi quoque reo cauendum esse, Labeo dicit his rebus recte praestari, si forte fundi nomine damni infecti cauerit. ff. de rei vindic. reus enim qui de damno infecto cauit, esset in damno, si rescissa venditione propter deceptionem iusti pretij teneretur: ideo hac cautione releuatur. Et haec cautio vbicumque rescindi veditio postulat, peti potest post rescissam veditio nem. Quae licet cautio non eisdem verbis hodie concipiatur, in effectu tamen idem est, & in locum eius successit ea, quam in forensi iudicio cautionem indeminat is appellamus, ne scilicet periculum vel damnum sentiat is, qui restituit. l. illud. in fin. ff. de adl. edict. & l. seq. Praeterea si a marito vel eius heredibus soluto matrimonio dos reperatur, & maritus pro re dotali, damni infecti nomine cauerit, mulier quoque debet marito cauere, si velit dotem recipere, vt periculum mariti amoueat. l. cum mulier. 2. ff. soluto matrim. facit l. illud. §. actiones. ff. de petit. heredita. vide in l. haec verba. infra eod. vbi abunde scripti de hac dictione recte.

Cautio indeminat is.

Periculum & damnum an differant.

Capitulum periculum, factum.

Periculum enim personam respicit, damnum vero res, quasi diminutio patrimonij, glo. hic per l. 4. ff. de damno infecto, quae solum de damno loquitur: sed melius probat l. 2. §. damnum autem pari videtur, qui commodum amittit, quod ex publico consuequebatur, quale quale fit. ff. ne quid in loco public. videte quae de damno dixi in l. probrum. supra eod. alias Iuriscōsul. damnum mortis periculum vocat. in l. si vt certo. §. sed interdum. ff. commoda. promiscue tamen.

Aliquando periculum respicit personam, interdum rem: vnde dicimus periculum capitis, l. capitalium. §. cetera poena. ff. de poenis. & de periculo gl. adducit l. interpositas. ibi, qui salutis periculum. C. de transactio. sed posset dici ibi hoc esse propter verbum salutis. sed melius probat l. furem nocturnum si quis occiderit, ita demura impune feret, si parere ei sine periculo non potuit. ff. de sicar. & in rubr. C. de peric. & de Albert. rei vendit. ponitur pro incommodo, vt docet Modest. in verb. periculum. tamen dici potest, quod in d. rub. ponitur cum adiuncto, videlicet de periculo rei vendit. Nihilominus interpretum communis est haec decisio, vt & ad personas, & ad res possit referri, vt satis probatum est.

Notandum est quod res esse quoque sub periculo alicuius dicitur, in l. 2. §. i. ibi, cuius periculo fuit. ff. ad legem Iul. pecula. Et tunc si res pereat, etiam si per casum fortuitum, periculo illius res perire dicitur, per l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. quicquid ibi velint doct. quod probat Zasius in intellectibus singula. in primo. nam periculum a pereo deducitur: vnde salutis discrimen vocatur Gall. peric. Ergo quocumque modo pereat, ex quo habet in suo periculo, tenebitur ipse. l. qui iniuria. §. quod seruus. ff. de furt. Alibi forte plenius dicam in interpretat. illius legis.

Res in periculo est alicuius & quae effectus.

Inde si quis dicat, periculo meo crede Titio, mandati tenetur. l. si vero non remunerandi. §. si quis. ff. manda. & l. Lucius. de fideiusor. Et sepe promittimus alicui, vt agat nostro periculo, Gallic. a nos dangers. perils & fortunes. l. libertus. in fin. ff. ad munic. ibi periculo suo. l. naturalis. §. i. de praescript. verb. Et si quis agit, omnia vsque ad vltimum obolum potest a promissore exigere, non solum quae sunt a iudicibus taxata, sed etiam alia quaecumque praestitisse ostenderit. facit l. i. §. i. ff. quod inusu. ibi, plerumque artifices conuenire solent, cum cuiusmodi materiae dantur, non periculo suo se facere. l. si seruus seruus. §. si calicem. ff. ad legem Aquil. l. idemque. §. si mandauero. manda. l. si mandauero. 2. §. interdum. ibidem.

Periculo meo crede. Clausula a meo perils, &c.

Actiones praestare tuo periculo, est cedere actiones, vt omne lucrum ac dispendium te sequatur. l. si ea res. in princip. & l. penult. ff. de actio. empt. l. i. mandato. r. §. quod mihi manda. l. i. §. idem etiam Pompon. depof.

Tuo periculo.

Suo periculo & suis impensis aliquid fieri, vide in l. si in Asia. §. i. ff. depo. & l. si remunerandi. §. apud. & l. si mandauero. 2. §. i. manda.

Suo periculo.

Nec solet succurri ei, qui se periculo subiecit. l. 2. §. si quis tamen. ff. si quis cautio. nec ei qui se necessitati obtulit. l. si fideiusor. §. i. ff. qui satisfar. cog. Custodia periculum subit hospes. l. vna. §. cum enim. ff. furti aduers. naut. caupo. & stabu. ideoque tenetur de rebus hospitantium, vt in toto titul. ff. nautae. caupo. stabu.

Subiicere se periculo.

Perit domino, vel periculo est domini, idem fere significant. l. cum qui. in fi. & l. si mei causa. ff. commoda. nec enim ante eam rem quaestui cuique esse oportet, priusquam periculo eius sit. l. si is qui. §. i. l. si gratiam. §. fin. cum l. seq. ff. de praescript. verb. Cuius enim est commodum, incommodum quoque & periculum esse debet. l. id quod. in princ. ff. de peric. facit l. secundum naturam. de regul. iur.

Periculo domini.

Vsq; ad summum periculum affectum, id est vsque ad mortem, ait Vlpian. in l. & cum. ff. de vi public.

Summum periculum.

Periculo liberari, in l. qui decem. §. i. ibi, nam verum est eum, qui interpellatus dare noluit, auferentem postea periculo liberari. ff. de solutio.

Liberari periculo.

Periculo mulieris est res dotalis. l. interdum. i. in fin. ff. de furtis.

Periculo mulieris.

Omne periculum dicit Iuriscōsul. in l. si vt certo. §. nunc videndum. & §. seq. ff. commoda. l. quod saepe. §. penult. de contraheno. emp. vt doceat plura esse, veluti testatur diuus Paul. 2. ad Corinth. n.

Omne periculum.

Periculum culpa contingens fari non debet, §. plane. l. d. l. si vt certo. commoda. vt si quoscibā latrones & aggressores infestissimos esse, commo datum argentum detuli, quod mihi fuit ab his arrip tum, culpa mea videor id amisisse, sic deferendo in locum suspectum. facit cap. fin. de depof. l. 2. de lege commissor. & l. i. §. saepe. depof.

Periculum culpa contingens.

Periculum eius erit, id est damno suo res peribit. d. l. si vt certo. §. si de me. ibi, cuius est periculum, & ibi, posui periculum ad me spectare. ff. commoda. & l. rem in spiciendam dedit, si periculum, spectet ad eum, qui accepit, ipse furti agere potest. ff. de furt. &

Periculum eius erit.

pertinet ad eum periculum. l. si vnus. §. si ff. pro socio. l. 2. in fin. de in diem addictio. Alias iurisconf. dicit, praestat periculum, quando de periculo tenetur, in l. si merces. §. penult. ff. loca. & l. si rem tibi. §. penult. de praescript. verb. Et sentit periculum, inferius.

Vnde Iurisconsultus ait, negotiatorum, & nauiculariorum, qui annonam vrbis iuuant, pericula remuneranda, & cohortanda etiam praemius, vt qui peregre muneribus quidem publicis cum periculo & labore fungentur, domesticis vexationibus, & sumptibus liberentur. l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immunita. & timere periculum in l. habitatores. §. fin. loca.

Sentire periculum vel damnum, seu suscipere, hic capitur pro subire, vt in l. cu. & forte. ff. de actio empti, vbi dicitur subire & sentire. Et l. si quid igitur. ff. de seruit. urbanor. praedior. Alibi recipere periculum. l. item quae iuritur. §. si gemma. ff. loca.

Periculosus locus pro damnofo, & ex quo imminet periculum. litem Mela. in princ. ff. ad legem Aquil. ibi, si in loco periculoso sellam habenti tonfori se quis commiserit. Et omnis definitio in iure periculosa est. l. omnis. ff. de regul. iuris.

Periculose positum est, quod cum periculo cadere, & nocere potest. l. si vero. §. hoc editum superioris portio. ff. de his qui deiecer. vel effuder.

Periculosam cicatricem, in l. quaeritur. §. fin. ff. de aedil. edicto. Periculosam rem facere solitus, l. pen. de actio empt.

Periclitari dicitur de imminente periculo, l. ex empto. §. & ex empto. ff. de actio. empt. ibi, ex empto actionem esse, vt habere licere emptori caueatur, sed etiam vt tradatur ei possessio. idem ait non tradentem quati interit condennari, satis autem no dant quati plurimi auctorem periclitari oportet: id est condennandus est venditor, quatenus emptor est in periculo, & quatenus damnum patitur, eo quod rem non tradat. Et periclitari est in periculo esse. Alias nunc phrasas missas faciam.

PAVLVS LIBRO LXXVI. AD Edictum. Lex septuagesima secunda.

Appellatione rei & pars continetur.

Rei appellatio totam rem significat & quamlibet eius partem. vnde Vlpian. scribit, si intra diem a pratore constituendum no caueatur, in possessionem eius rei mittendum est. eius rei sic accipitur, siue tota res sit, siue pars sit rei. in l. 4. §. 1. ff. de dano infect. Et praedij appellatione etiam pars continetur, l. dotale. i. §. praedij. de fund. dota. Veluti etiam qui domum suam donat, in qua non habet nisi partem, illa donata censetur. Et qui potest alienare fundum, vel rem, & quamlibet eius partem. Et si concessum fuerit alicui, vt testamētum facere possit, poterit in eo singulas partes testamenti facere, videlicet instituire, exheredare, tutorem, & executores dare, & alia ad testamentum spectantia facere. l. 3. §. quamuis. ff. de administr. tutor. & l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcid. Et mutuum reconciliatur per consumptionem partis quoad partem, & totius quoad totum. l. si a furioso. vbi Dec. vl. no. ff. si certum perat. vt idem sit in parte, quod in toto. l. 3. ff. pro derelicto. Adhuc si quis iurauit se furtum non fecisse, videri de toto iurasse dicit l. si duo. §. idem Iulia. ff. de iureiur. quia negatio totum negat. l. si quis ira. ff. de verb. oblig.

Aduertendum est tamen, quod totius integralis duplex dicitur esse pars, vna quae homogenea, altera quae heterogenea vocatur. Homogenea est illa, quae cum suo toto eiusdem est generis, vt aqua, ignis,

ferrum, &c. Et haec semper de suo toto praedicatur: vt si pars sitaqua, ergo aqua: & de hac parte intelligitur iste text. secundum Andr. Gamatum lib. 1. sue dialecticae legalis, in argumento de loco a toto integrali. Heterogenea est, quae cum suo toto diuersi generis est, vel natura vel ratione, vt coquina & phalanx, & haec sui totius praedicationem non recipit. nec sequitur, est coquina, ergo domus. Sed posito toto integrali, ponitur & qualibet eius pars, c. in toto. de regul. iur. in 6. cap. 1. de arbitr. ibidem. nempe qui promisit librum scribere, ita eius rubricas: vel declarare, & eius rubricas omittere non debet: vt in proem. Sexti decretal. in glo. rubricas. quod facit contra lectores, qui manibus illotis nulla de titulo habita praefatione statim proripunt ad penetralia materiae, quae magna auditoribus incurritur obscuritatem. contra l. 1. ff. si certum.

Negatiue tamen valet argumentum de hac parte integrali ad suum totum: vt non est paries, ergo nec domus, non est interrogatio, ergo nec stipulatio: & destructa parte principali, destruitur & suum totum. l. eum cui ades. ff. de vfucapio. Euerat. in locis legalibus. hoc bene explicat, & Hegendorph. in dialect. legal. adhuc videte quae scripti in l. recte. supra cod.

Item sicut non potest iudicium in ecclesia fieri, c. decet. de immunita. eccles. in 6. etiam a iudice ecclesiastico causa ciuile in ecclesia tractari non debent: ita nec in aliqua ecclesia parte, d. c. decet. ibi, cesset fori cuiuscunque tumultus. licet processus in ecclesia factus a iudice ecclesiastico non sit nullus: a iudice tamen laico secus, vt ibidem, & d. c. ordinarij. Panor. & Dec. c. qua fronte. i. notab. de appell. Medicus etiam dicitur, qui alicuius partis corporis, vel certi doloris sanitarum tuetur, curat, aut conseruat. l. 1. §. medicos. ff. de var. & extraor. cogn.

Amplia etiam in tempore, vt cu non liceat in quadragesima edere carnes, ergo nec in aliquo die, vel parte quadragesima. Bald. in l. si cui legatur. ff. de legat. 1. Dec. in regul. cuius effectus. ff. de regul. iur. aut si liceat insinuare nominationes in quadragesima, ergo in qualibet eius parte licebit: etiam in vigilia Pascharis, hac ratione text.

Secundo extendit etiam in exceptionibus. Bald. per illum text. in l. 2. de non numerat. pecun. nempe qui potest opponere exceptionem non numeratae pecuniae contra totam summam, sic contra partem.

Tertio amplia etiam in probationibus: nam sicut in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariore. l. si. C. de prob. ita & indicia & praesumptiones. Hippol. consil. 34. non video. nu. 8. & consil. 44. quoniam. num. 12. ac consil. 50. gratia. nu. 16. & consil. 101. illuminata. nu. 12. & seq. ac consil. 133. in prin. Et an hoc argumentum procedat in toto integrali, vniuersali, & quantitatibus, & de multiplici toto, videte per Euerard. in locis legalibus. in argu. a toto. fol. 93. & per Catiunculam in topica iuris, in eo. argu. fol. 25. cum seq. Federic. in tract. de interpret. legum in 1. parte. fol. 6. versic. secundum argumentum. vbi plenius tradunt post Aristotel. in topic.

Quarto procedit tam affirmatiue quam negatiue: vnde qui non potest rem petere, nec eius partem. l. si quis cum totum. ff. de except. rei iudic. quia pars in toto est. Et Iurisconsultus ait: quod in parte seruorum dictum est, idem in omnibus. l. 1. §. desuisse. ff. de vi & vi arma. quae intelligite, vt in l. cum quaeritur. de except. rei iudica.

Quinto, etiam procedit in quantitatibus: vnde si quis fateatur se recepisse pretium domus, intelligitur de toto, scilicet tanquam in potentiori significato, maxime quia hic eadem est ratio, vt consiluit las. consil. 70. constat. col. 2. vol. 2. Et quantitatibus vel pretij appellatione per hunc text. totum continetur. Si tamen quis suppleat iustum pretium emptori

Argumentum a toto ad partem. Processus in templo factus an valet.

Medicus est, qui partem etiam corporis curat. Quadragesima tempore vsus carnum prohibitus. Excipere qui potest contra totum & contra partem.

Negatiue ac affirmative praedictum hoc argumentum.

Indivisiua dicitur ex pretio dato decepto vltra dimiduum. Partem de bitu solvens totum agnoscit debitu. Arestum.

emptori decepto, debebuntur solum ex illa parte pretij laudimia. nam quemadmodum ex toto debentur, sic pro eius parte. l. si. C. de iure emphyt. quod est norandum.

Item si quis soluat partem debiti, videtur totum debitum agnoscere, per l. quidam aestimauerunt. ff. si certum per. vbi doct. vnde si post solutionem partis velit dicere debitum esse vsuarium, vel alias male impositum, non audietur, quia soluendo partem illud totum agnoscit: vt censuit Senatus anno 1526. die 17. Aprilis post Pascha.

Sexto procedit etiam in corporibus, per l. si quis cum totum. ff. de exceptio. rei iudica. vnde si Homeri corpus sit legatum, quocumque partes hodie inueniantur, debentur. l. librorum. §. si Homeri. de lega. 3. ergo omnes libri ad eodem Homero editi, sic dicemus in corpore iuris, vt ibi.

Iam vero limitatur haec regula, primo quando aliud est dispositum in parte, aliud in toto, vt in coferuatore, qui citationem & sententiam committit, tamen causam totam non. cap. si. §. vices. de offic. deleg. in 6. quia ibi est expressum, quod facit cessare tacitum, cum filio. §. filio. ff. de vulgari. text. & ibi glo. in l. quemadmodum. C. de agricol. & cens. lib. 11. l. 1. C. de vendit. rerum fiscal. lib. 11.

Secundo perdit officium in indiuiduis, l. pro parte. ff. de seruitutibus. l. si dictum. §. in stipulatione. de euitio. Bart. in l. per fundum. de seruitut. rusticor. praedior. vnde non praescribitur seruitus contra maiorem ratione communione, quam habet cum minore. l. si co. an unum. ff. quemadmodum. seruit. amittant. vbi plene addidi. Si quidem in indiuiduis non est pars, vt scripsi in l. recte. supra cod. nimirum si totum veniat.

Tertio vitatur in falsa legari demonstratione, quae in totum falsa non vitatur legatum. l. falsa demonstratio. ff. de conditio. & demonstr. Secus si pro parte, quia tunc vitatur pro illa parte. l. serui electione. §. fina. ff. de lega. 1. & ibi not. Alexandr. & Iason. in l. iuris gentium. §. adeo. col. vl. de pact. quia legatum primo casu in totum nullum esset, in secundo sufficit pro parte valere. licet las. in d. §. fin. teneat contra. vide ibi per de Ripa.

Quarto locum non habet, quando est diuersa ratio. Alexand. in l. ait prator. 2. & ibi Socin. ff. de iureiur. gl. in clem. 2. in verb. defensor. de reb. eccle. non alienand. l. sed si lege. §. consuluit. iuncto vers. adeo. ff. de petit. heredit. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. de in offic. testam. Vnde licet Papa possit mutare diuinum officium, & dispensare circa officij mutationem, vt celebrando officium virginis Mariae quis satisfaciat. clem. 2. de celeb. missar. non tamen omnino eximer clericum a celebratione diuini officij. Alia quippe ratio est in parte, quam in toto. Officium enim diuinum introductum est iure diuino, contra quod Papa non dispensat absque ratione. Sed distinctio & mutatio ipsius officij est iuris humani, quod pro voluntate Pontificum moderatur, secundum Panor. in cap. 1. de celeb. missar. sub qua limitatione cetera comprehenduntur. Felin. in cap. fin. de maiorit. & obed. Socin. consil. 75. primo aspectu. col. 2. in 4. vol. Nec postea Papa requirit illam & cessationem a labore ex praeccepto domini, iam dudum diebus dominicis obseruatam, euertere: quia esset contra ius diuinum, videlicet, Sabbata sanctifices cap. 1. de feriis. nihilominus ex causa dispensat, vt etiam die dominico liceat piscari. ca. licet. de feriis. plenius probat Maleret. in tract. de electio. fol. 3. vbi quoque firmat, quod clericos non potest vniuersos iudicibus secularibus subiacere, sed in vno casu secus: vt dixi in gloss. conuoida. in rubric. de poena temer. venient. contra concordia.

Papa an diuinum officium seu habitum mutare possit.

Quinto non procedit, quando res profertur a lege, tunc in dubio no intelligitur de tota. l. ait prator. 2. ff. de iureiur. & ibi Bar. & alij. sic consiluit las. consil. 70. constat. col. 2. vol. 1. secus si ab homine profertur. l. si in rem. in verb. rot. ff. de rei. vind. Bart. in l. legatis vxori. de legat. 2. & l. de pupillo. §. qui nuntiat. de noui oper. nuntia. Ego vero promittit scie censerem, quod si ueres profertur a lege, seu ab homine, intelligatur tam de tota, quam de parte: per istum text. appellatione enim rei pars continetur, prout etiam probat d. l. ait prator. ibi, eius rei, sic erit accipiendum siue de tota re, siue de parte sit iuratum. facit titul. de rei vindic. iuncta l. quae de tota. ibid. vbi vindicari potest & tota & pars. Idem eum Iurisconsultus. disponit de domo, & de tota & de eius parte intelligitur. l. domum. ff. de contrah. emptio.

Verum pro qualitate materiae iudicandum & discernendum erit, an de tota re, an de eius parte debeat intelligi. At simpliciter exprimendo rem tam in legibus, quam in constitutionibus, statutis, & in aliis dispositionibus, in dubio rei nomine venit tota, nisi in casibus superius allegatis. Et iura per doct. adducta si recte ponderentur, meam tuentur sententiam.

Vltimo fallit in materia stricta & odiosa. vnde in stipulatione duplex cum homo videtur, partis adiectio necessaria est. non potest enim homo euitus videri, cum pars eius euita est. l. si dictum. §. in stipulatione. ff. de euitio. Bar. & Salice. in l. 1. ibidem. Socin. in d. l. ait prator. Ego nihilominus dicerem etiam in materia stricta rei appellatione venire partem, quia sub genere veniunt singulae species tam in fauorabilibus, quam in odiosis. Item legato. §. item interest. ff. de legat. 3. sic & rei nomine, quia pars in toto est, nisi ratio fuerit diuersa, & in casibus supra expressis, veluti etiam firmat glo. in d. §. in stipulatione. dicit speciale esse ibi in homine propter expressionem de eo factam: secus vero in aliis non expressis.

Adhuc nota, quod sicut rei appellatione pars continetur, ita partis interdum appellatione totum continetur, in l. 2. C. de heredit. inst. nempe in fundo institutus totam hereditatem consequitur. Vnde si testator legauerit vxori illam partem domus, quam inhabitare consueuerat, si totam domum inhabitabat, tota debebitur. l. vxori. in prin. & ibi glo. & Bart. ff. de legat. 3. Bar. in l. si plures. de damno infecto. Et hoc ex voluntate defuncti apparet, non ex proprietate sermonis, vt dico in l. nome. §. portio. infra cod. facit quod consuluit Berrrand. cons. 88. verba. & consil. 288. in 3. vol. secundum nouam editionem: vbi concludit quod si testator velit hereditatem suam omnia bona restituere, poterit heres detrahere Trebellianicam, vel Falcidiam: secus si dixisset testator, omnia & singula. per glo. singul. in l. decem. in verb. tota. ff. de fideicommissar. liberta. vbi addidi. & alibi dicam, quid super hoc sentiam.

Reprobatio communis sententia interpretu de re a lege prolata.

In odiosis an rei appellatione veniat pars.

Partis appellatione aliquando totum venit. Legatum vxori de parte domus quam testator inhabitabat, an totam domum comprehendat.

VLPIAN. LIBRO LXXX. AD Edictum. Lex septuagesimatertia.

Hac verba in stipulatione posita: eam recte restitui, fructus continent. Recte enim verbum pro boni viri arbitrio est.

Si quis promiserit mihi pratum recte restituere, pratum & illius fructus, si quos recepit, restituet, scilicet arbitrio boni viri. quia verbum recte boni viri arbitrium notat. & sic haec lex addit ad l. restituere. supra cod. vt fructus restitui debeant ibi, sed hic declarat ad arbitrium boni viri propter dictionem recte.

Praestat & sentit periculum.

Periculosus locus.

Periculose positum.

Periclitari.

Donans domum partem donasse videtur.

Pars duplex.

Alcia sententia improbat.
Differētia interverba recte & rite.

In quantum Alciatus hic nititur confundere communem differentiam inter recte, quod denotat iustitiam causae & merita, ac rite, quod ordinem & solemnitatem, dicite si committatur cuiquam, ut videat, an Titius recte captus sit, inquirere is debet, an iusta capiendi esset causa: si vero dicatur, an rite captus sit, cognoscere poterit an die feriato, & licito, & an non procedētibz informationibus, & an solemnitas servata sit. & hanc differentiam probat l. obferuare. ibi, recte autē, & ordine faciet. ff. de offic. proconsul. gl. in l. hoc colore. ff. de in offic. testam. & in l. sed si lego. §. scire. de petit. heredit. & Socin. in l. iuste. in princ. ff. de acquir. possess. Bar. & alij in l. lecta. ff. si certum petat. Intelligite hanc differentiam a doctor. receptam multoties a iuriscōsultis confundi, vt in l. in summa. §. i. ff. de re iudica. glo. in l. non putauit. §. non quauis. ff. de bon. poss. contra tabul. l. 3. de liber. & posth. l. Imperatores. in de decurio. & l. penult. §. sin autem iudex. C. de reb. cred. l. 2. & l. si patris. C. de in reud. matrimon. & l. si quando. 2. C. de bonis vacan. lib. 10.

Iuste.

Maxime quando constaret de mente delegantis, teste Alcia. hic, utpote si diceret in delegatione, videndum an esset iuste, vel bene captus, vel vtrumque exprimeret, aut, quid iuris in his sit committeret, nempe dictio iuste tantum denotat, quantum recte & rite, vt vult Iaf. in d. l. lecta. & in l. 1. in 2. not. ff. de noui oper. nuntia. per glo. in §. exheredatos. in verb. iuste. in authent. de heredib. & Falcid. collat. 1.

Bene.

Idem in verb. bene, quod idem significat quod iuste. c. ius dictum. extra. co. Purpura. in d. l. lecta. in 1. no. & ibi Curt. qui iura ad hoc allegat conuenientia: videte si lubere eos. alibi dicam, cum operā pretiū fuerit. Quae verba, licet quoad praxim Franciae parum vsui fore videantur, tamen in effectu iustitiae, vt iure, vt cum dicimus, *il est bien, & deuement prins.* Regulariter tamen diuersitas nominum rerum diuersitatem inducit. lege, si idem. C. de codic.

Recte quid significet.

Ex quibus apparat vt plurimum recte denotare iustitiam causae, vt supra dixi, per l. fin. ff. pro lega. Interdum iuris ordinem & solemnitatem. l. 3. ibi, recte exheredat, id est secundum ordinem iuris. glo. & doct. ibi, ff. de liber. & posth. l. Imperatores. in fi. de decurio. l. 1. C. de vsur. & recte facit testamētum, licet exheredauerit filium. l. 2. de in officio. testam. Interdum vtrumque, vt l. qui vas. ibi, rectissime iudicatum. ff. de furt. Dubium non est ea quae cōsilio recte gerantur, iure meritoque effectu & firmitate niti. C. de repud. & plene per doctores in d. l. lecta.

Quandoque recte significat iuste, quia rectus vulgo dicitur *droit*, quasi contrarium obliquo; qui iuste procedit, recte procedit, & non oblique. inde dicimus rectum dominium, & recte impostam seruitutem, id est iure. l. fundus. cū l. seq. ff. de seruit. rustic. praed.

Recte proferitur sententia.

Recte proferri sententia dicitur a iudice competente erga suum subditum. l. penult. ff. de iurisd. omnium iudic.

Agere.

Recte ire agere liceat. l. si mihi. in princip. ff. de seruit. rustic. praed.

Preparasse.

Recte preparasse litem quis videtur, vt ad heredem transmittat, si comminatus fuerit accusationem, vel vsique ad denuntiationem, vel ad libelli dationem processerit. l. quemadmodum. ff. de inoff. testa.

Reprehensus.

Recte reprehensus, id est iure, l. iurisdictionem, vt sicu. & ideo puto recte Iulian. a Mauriciano reprehensum. ff. de pact. de qua reprehensione scripsi in l. saepe. supra eod. Recte recusare. l. si quis cum procuratorio. ff. de procurator. Recte postulat. l. ex ea causa. de postuland. l. penult. de transactio. l. & heredi. §. penult. de pact. l. item si fundi. in princ. de vsur. d. 1.

Recte ager procurator ad exhibendum, si datus

fuerit ad rem pendam. l. ad rem. ff. de procurator. l. 1. §. 1. & l. idem Pomponius. §. penult. de rei. v. iudic. Recte cum fideiussore condemnati mortui agetur. l. si vero. ff. qui satisd. cog.

In ius vocari.

Recte in ius vocari cum ait Iulian. etiam domi, qui aditum ad se praebet, aut qui ex publico conficitur. l. satis. ff. de in ius vocand. non recte vocatur, quando tempore feriato, vel quando non debuit vocari, vel e contrario. l. 1. §. 1. ibi, praesentibus illis, & sponte litigantibus sententia valebit, tametsi non recte fecerit, qui eos euocauerit. ff. de ferijs. Recte scribit. l. nec timorem. ff. quod met. cau.

Scribere etc.

Recte vim inferri a magistratu, id est iure, scribit Vlpian. in l. 3. ff. quod metus caus. Recte causam in officio testamento proferre. lege, dominus. ff. de vsufruct. Rectissime Iuliano videtur. l. si cum exceptione. §. aliquando. ff. quod met. caus. Inde recta via dicitur. in l. si vsufructus mihi. §. quod si. ff. de vsufr. quemadmodum. caueat. id est sine anfractu vel circuitu. l. si dominus. ff. de condi. ind. deb.

Recte defendi.

Recte defendi, hoc est iudicium accipere, vel per se, vel per alium, sed cum satisfactione. Vlpian. in l. 1. recte. ff. de iudic. l. haec autem. §. fin. ff. quib. ex caus. in possess. eat. l. omnium. de procurator. l. 3. §. nunc videamus. & §. fin. iudic. solui. Recte recipere fidei iudicium. l. seruitutes. in fin. ff. de seruit. vrb. praed. dicitur, qui illud accipit, vt nemini noceat quoquo diuertat. Recte dare qui promissit centum aureos, loco & tempore congruis dare debet. l. lecta. ff. si certum petat. Accepta recte relata, an non recte, id est bene, vel iuste. l. cum seruus. circa medium. ff. de conditio. & demonstr.

Recte manumissus.

Recte manumissos seruos a minore, licet postea restituantur, Papin. scribit in l. si mulier. ff. de mino. Et recte contendit seruus cum domino pro libertate. l. de libertate. ff. de fideicommissar. liberta.

Recte cauere.

Item recte cauere dicitur cum fideiussoribus. l. 2. ff. de vsufruct. eorum rerum. l. 1. §. iubet. de collat. bonor. Sicut idonee, vt scripsi artic. tract. de liter. executor. in 1. tom. cōment. ad constitutiones. Reg.

Recte pronuntiatum.

Recte pronuntiatum, contra perperam. l. si cui. §. sed si queratur. ff. si seruit. vindicet. Recte adificat post nuntiationem noui operis, qui satisfat, vel cui nuntiatio remittitur. l. non solum. §. sciendam. ff. de noui oper. nuntia. Recte ignem subiecit, est iure ignem immittit. l. si seruus. §. si fornicarius. ff. ad legem Aquil. ibi, qui recte ignem subiecit non peccauit. Recte praeiure filium est iure cum praetere. l. penult. ff. de liber. & posth. l. auferur. §. in reatu. de iure fisci. Recte petere, idem. l. cum qui. §. qui ita. & l. quicquid. §. 1. ff. de verbor. oblig.

Recte soluitur.

Recte soluitur, quando soluens liberatur. l. cum qui ita. §. qui sibi. ff. de verb. oblig. l. si vnus. in princ. de pact. Recte stipulari. l. nemo. i. ff. de verb. oblig. est solemniter stipulari, vt valeat stipulatio. Recte videtur res retro in iudicium deducta rarihabitio, ac si procurator in initio fuisset. l. licet. ff. de iudi. Recte non compellitur, id est iure. l. non distinguemus. §. de liberali causa compromisso facto recte non compellitur arbiter sententiam dicere. ff. de arbitris.

Recte dicitur.

Recte dicitur creditores loco non esse, l. si cui, supra eod. Et recte dicitur res abesse. l. Labeo. 1. §. item si dominus. l. recte. & l. aliud. supra eod. & l. alienatum. l. coram. & l. in lege censoria. & l. peruenisse. l. inter diuorium. l. pronuntiatio. §. 1. & l. mercis. 2. infra eod. & huiusmodi infinita, quae possem adducere.

Viri boni arbitrio.

Viri boni arbitrio. Virum bonum pro iudice iura capiunt, vt probat l. continuus. §. cum ita. ibi, eam rem ad iudicem, id est ad virum bonum remittimus, ff. de verbor. oblig. Et quasi virum bonum appellat l. sed si vnus. §. praetor ait. ff. de in iur. Sed ibi quasi est veri

est veritatis expressio. vocatur enim iudex a lege vir bonus, quod talis esse debet, & praesumitur, vt ei qui malum hunc dixerit, incumbat hoc probare: nam contra iuris praesumptionem allegat.

Soni viri facit uer de capiuntur.

Bonus vir etiam pro virili accipitur, sicut & iudex esse debet. l. pupillus. §. munus. infra eod. & ait Menand. Graecus: *ὁ χρηστὸς ἔστι πᾶν λαχὼ σωτήριος.* vir bonus multis in locis salutaris est. & Theognid. ait: viros bonos sequitur prudentia, & verecundia: quorum nunc inter multos exiguus est numerus. & Bias *ἔστι δὲ ἀγαθὸς ἄσπαστος ἄλολος.* Bias dixit: boni sunt faciles decepti. quamobrem eo facilius debent eis litera releuamenti concedi, & comprobari, ac vt dicunt, interitari: malis vero difficilius condonandum est, qui sicut vestimenta veterascunt. Bonus autem pallio indutus bonitatis permanebit in aeternum.

Recte via.

Bonum etiam virum pro recto capit Iuriscōsult. in l. fideicommissarij. in fin. ff. de fideicommissar. libert. ibi, vel bonis viris compluribus. Et quasi virum bonum ibidem vocat in §. 1. Et bono viro non conuenit credere venditoris interesse, quod non sequenti satisfactum non fuisset. l. si venditor. in fin. de seruis exportand. haecenus de his.

PAVL. LIBRO SECVNDO AD EDICTUM. ADIL. CU. Lex lxxiiij.

Signatorius anulus ornamentum appellacione non continetur.

Hac lex vsui esse potest, tam quoad venditiones ornamentorum, & ceteros contractus quam ad legata de seipsum facta, vt qui donat, aut vendit ornamenta, nequaquam videatur donasse signatorium anulum: quia licet ornatus causa incidat in huiusmodi anuli soleat deferri, tamen principaliter alio tendant, videlicet ad signandum, ideoque non continerentur ornamentum appellacione.

Signatorius anulus quid sit.

Signatorius igitur anulus est ad signandum, vel sigillandū destinatus, characteres quosdam in sculptos habens, quo vitum, vt signum nostrum imprimamus. declarat Iurisc. in l. ad testium. §. pen. ff. de testam. his verbis, signum autem vtrum anulo ratum impresso adhibemus, an vero & sine anulo, verum & quodam alio impresso. varie enim homines signant, & magis est vt anulo quis possit signare, dum tamen habeat characteres. Hodie quoque sine anulo solemus vt medico signo seu sigillo, quod Gallic. vocamus *le signet ou cachet.* Et quando Iuriscōsulti loquuntur de signo, vt plurimum intelligunt de sigillo. Vnde signatores dicti, qui hoc signo seu sigillo signabant. l. 3. §. exhibere. ff. de tab. testam. aperiant. l. quidam tabularum. in fin. de stir. quibus etiam anulis signatorij maxime vntur magistratus. Quamobrem huiusmodi anuli signatorij nequaquam debebunt vxori, vel alij, cui ornamenta sunt legata: nempe facti ad vsum signatorij, non debent trahi ad alia ornamenta, ideoque Iurisc. hic dicit non contineri ornamentum appellacione. Alia dixi in l. subsignatum. supra eod.

Signatores.

Et interdum signationis anulus dicitur in text. alias signatorius, sed idem est sensus, vt nusquam appellacione ornamentum veniat signatorius anulus, quamuis alij ad ornamentum introducti debeantur, vt inferius dicitur.

Recte soluitur.

Ratio dubitandi erat, quia interdum vxori dabatur anulus, quo vtretur ad alium vsum, quam suū, utpote ad custodiam rerum mariti, quae olim propter multitudinem seruorum signari solebant, ne amitterentur, eamque ob rem introductus fuerat, Alcia. teste, anulus: sicut ad muliebrem ornatum pertinere videbatur. At contrarium decidit hic text.

Dubitatio & ratio de estionis.

Notate praeterea collectores deparatos ad exigendum decimam, non posse capere ornamenta ecclesiarum, causa diuini vsus comparata, nec vendere: & id de facto tentatibus resti. i. potest, sicut dicitur in seruientibus excedentibus metas commisionis. in l. prohibitum. & l. defensionis. C. de iure fisci. lib. 10. vt nominatim scribit Cardinal. in cle. fi. q. 15. de decim. quem alij ibi sequuntur, dicentes non valere sententiam in contrarium: imo contrarium facientes sacrilegi sunt, & excommunicati secundum eos ibidem. Sed va illis, qui forte hodie non verentur multum contra ecclesiam excedere.

Item ornamentum appellacione non veniunt ve-

Et inter rationes praallegatas haec fuit, quod res ad vnum vsum data, non sunt ad alium trahende. arg. legata inutiliter. ff. de leg. 1. vt nec possit vxor mortuo marito signare anulo mariti, si transferat se in aliam familiam, imo illi prohiberi possit: sed anulus signatorius apud heredes permanere debet, & alia sigilla ac cautiones. l. si que sunt. ff. familiaricif.

Vxor post mortē mariti eius anulo non signat.

Confirmat Macrobius lib. 7. Saturnalium inquit: veteres non ornatus, sed signandi causa anulum secum circumferabant: vnde non plus quam vnū habere licebat, nec cuiquam nisi libero, quos solos fides decerneret, que signaculo continentur. Ideo ius anulorum famuli non habebant: postea vsus luxuriatis atatis signaturas pretiosis gemmis coepit inculpere, & certatim haec omnis imitatio lapsi diuitibus, vt de augmento pretij, quo sculpendos lapides parassent, gloriarentur. Hinc factum est, vt vsus anulorum exemptus dexterae, quae multum negotiorum gerit, in laeuam relegaretur, quae otiosior est, ne crebro motu & officio manus dexterae pretiosi lapides frangerentur. Electus autē (inquit) ipsa laeuā manu digitum minimo proximus, quasi aptior ceteris, cui commēdaretur anuli pretiositas: vel quia in eo quaedam sit vena, quae ad cor pergit. cap. foeminae. 30. q. 3.

Famuli anulos aut ferui habebant.

Anulum autem a Prometheo fuisse inuentum Plinius li. 33. fabulosum esse testatur, e. r. dicens pessimum scelus fecisse, qui anulum primum induit: sed ab Hebraeis primò fuisse inuentum testis est Polydorus Vergilius lib. 2. c. 21. Tamen videte Alber. in dictio. in verb. anulus. Et causa dignitatis circumfertur. c. clerici. 2. de vita & honesta. cleric. ideo permittitur episcopis & doctoribus, non vero simplicibus clericis. gl. in c. vt apostolica. de priuileg. in 6. vbi doct. scribunt clericos gestantes anulos aut episcopos aut fatuos. & Hostiens. in summa. de praesumptio. §. pen. in fi. Et soler dicit: anulus fideiussor extreme necessitatis. vnde versus alludūt se quites.

Talibus a dominis post cuncta nouissimus exit Anulus, & digito mendicat Pollio nudo.

Anulus cur feratur.

Videte Bened. in rept. cap. Raynutius. in verbo, cuidam Petro. nu. 76. cum seq. de testam. Et anulis legatis dactylothea non cedunt. l. argento. ff. de lega. 3. Dactylothea vero dicitur anulum repositorium, a dactylos Graece, id est digitus, & theca, id est repositorium, teste Plinio lib. 37. gl. in l. libro. §. fin. ibid. Flamini tamen Diali anulum gere non licebat solidum, auctore Blond. lib. 2. & hodie boni sacerdotes anulos gestare non curant, si non sint in aliqua dignitate, vel soliditate.

Anulus fideiussor extreme necessitatis.

Item equo vendito, veniunt & eius ornamenta. l. adiles. 2. ff. de adilit. edict. Sed non debet quis in ornamento equorum vel mulorum vti smaragdus, aut aliis lapidibus pretiosis. l. vna. C. nulli licet. in fignis equistr. lib. 11. vbi etiam prohibet anulos habere, & gestare pretiosis lapidibus inclusos, nisi in ornamentis matrimonialibus. quod parum seruatur apud Gallos, qui promissu ad ostentandam forte praeteris suorum antiquam ingenuitatem & libertatem, huiusmodi anulis vntur.

Lapides in anulis quando includi possint.

Notate praeterea collectores deparatos ad exigendum decimam, non posse capere ornamenta ecclesiarum, causa diuini vsus comparata, nec vendere: & id de facto tentatibus resti. i. potest, sicut dicitur in seruientibus excedentibus metas commisionis. in l. prohibitum. & l. defensionis. C. de iure fisci. lib. 10. vt nominatim scribit Cardinal. in cle. fi. q. 15. de decim. quem alij ibi sequuntur, dicentes non valere sententiam in contrarium: imo contrarium facientes sacrilegi sunt, & excommunicati secundum eos ibidem. Sed va illis, qui forte hodie non verentur multum contra ecclesiam excedere.

Item ornamentum appellacione non veniunt ve-

Vxor post mortē mariti eius anulo non signat.

Famuli anulos aut ferui habebant.

A quo inuētus anulus.

Anulus cur feratur.

Anulus fideiussor extreme necessitatis.

Dactylothea.

Lapides in anulis quando includi possint.

Ornamenta ecclesiarum pro de cima capi fas non est.

Ornamenta muliebria que sunt sicut taria.

ites. l. ornamentorum. ff. de auro & argen. leg. Sed ornamenta muliebria sunt, quibus mulier ornatur, veluti in aureis armilla, virioliæ, anuli præter signatorios, & omnia, quæ ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis ornandi causa: quo ex numero etiam aurum, gemmæ, lapilli, nullam aliam in se habentes vitantur. l. argumento. §. ornamenta. ibidem. Socin. consil. 10. Omnipotens deus adsit, in 1. vol. Ornamentum dissolutum aut transfiguratum extinguit vsum fructum. l. quid tamen. §. proinde. ff. quib. mod. vsum fruct. amitt. facit. l. sed & si. §. hoc tenentur. ff. ad Maced. declarauit in l. Labeo. l. supra eo. Ornamenta fenatoria quæ sunt, vide in l. speciosas. infra eodem.

Ornatus Christianorum qui.

Ornatus Christianorum sunt boni mores, & recta fides, p̄o vestis, pompa, vel auri, nec fucus mendax. cap. siccare. de consecr. dist. 1. §.

Ornamenta & suppellex in ecclesiis reponi non debent.

Ornatus in l. pensæ. §. voluptatis. infra eod. Ornatus in l. penult. infra eod. Quæ ornamenta laicorum, nec quidem clericorū propria, & suppellectilia in ecclesiis poni non debent, nisi propter hostiles incurtus, aut incendia repentina, seu ob alias necessitates urgentes: quibus cessantibus res in loca pristina reportari debent, sunt verba text. in cap. fin. de custod. Eucharist. Alia multa scriberem de anulis, que licet videre per Laz. in li. 9. de republ. Roma. cap. 11.

IDEM LIBRO QVINQVAGESIMO ad Edictum. Lex lxxv.

II. Restituere videtur is, qui restituit id, quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non esset.

Duo includit iste text. primum affirmatiue, quod facile in text. describitur. Secundum negatiue sic habet: Restituere is non videtur, qui non restituit id quod habiturus esset actor, si ei controuersia facta non esset. vnde restituendo præsumitur non satisfactis, nisi restitutus & fructus, & omnia quæ habere potuisset, si his mora non fuisset.

Restituere variis sumitur modis.

Notandum est, quod verbum restituere apud Iuriscōsul. variis sumitur modis. Primo pro reddendo, vt hic: à re & statuo, quasi iterum statuere, & rem acceptam reddere, vt hic, & l. 1. ibi, restituas. ff. quor. bonor. & l. quorum legator. l. qui restituere, de rei vindic. & alius in pluribus locis, quos supra citauit in l. restituere. 1. supra eod. & inferius dicam. Hinc dicitur restitui hereditas, cū quis est grauatus per fideicommissum, vt per totum tit. ff. ad Treb. & potissimum in l. restituta. ibid. & Inst. de fideicommissar. liberta. & C. de inst. substit. & restit.

Restituere pro refecere.

Secundo, restituere dicitur, qui rem collapsam refecit, eam restituendo ad suam primæuam causam. l. si fratres. §. idem resp. 2. ff. pro soc. vbi primo dicit restituit, postea refecit. facit l. creditor. 1. ff. si cert. petat. vbi mutans pecuniam ad restitutionem adiecti præfertur aliis creditoribus. in l. 1. de celsio. bonor. l. si ventri. de priuileg. creditor. & l. interdū. ff. qui potior. in pignor. habent. l. diuort. §. fin. ff. solut. matrimo. l. si merces. §. si vicario loca. vbi glo. exponit restituat, id est reficiat. l. eum debere colūnam restituere, qui onus vicinarum ædium ferebat. ff. de seruit. vrb. an. prædior.

Restituere pro in ius pristinum reducere.

Tertiò, dicitur restituere, id est in ius pristinum reducere: vnde restituere dicitur, qui opus vi, aut clam factū, tollit, & rem ad pristinum statum reducit. l. 1. §. 1. ff. de oper. noui nuntia. Et ex hac actione restitutionem fieri oportere in pristinum statum, dicit Iuriscōsul. in l. air prætor. in prin. iuncto §. præterea. 2. ff. quæ in iud. creditor. & l. 1. ibidem. Et officio

iudicis continetur, vt dominum sua impensa opus restituente absoluat. l. si. ff. de interd. l. cum prætor. vbi dicam, infra eo. Et alibi dicit Iuriscōsul. restituere videtur, qui in pristinum statum reducit. Quod fit, siue quis tollat id, quod factum est, aut reponat id, quod sublātū est. l. 2. §. restituas. ff. ne quid in loco publico. l. prætor. & l. penult. ff. de oper. noui nuntia. & l. si auti. si seruit. v. iudic. quauis glo. exponat pro fulciat, quæ expositio non conuenit illi text.

Et minor læsus restitui dicitur in integrum, cum in pristinum ius reducitur: vt per totum tit. ff. de minor. & maxime in l. quod si minor. §. restitutio. ibid. Et sic intelligi debet titulus C. de in integrum restit. Idem in maioribus vide in rubr. ex quib. cau. maior. in integ. rest. Ita quoque restitui negoria dicuntur, in l. Imperatores. ff. de re iudica. quamuis glo. ibi exponat pro rescindere.

Quarto, restituere est iterum cōstituere: vt deiectum ab vsum fructu in eadem causa prætor restituere debet, id est, in qua futurus esset, si deiectus non fuisset. itaque si tempore vsum fructus finitus fuerit, postquā deiectus est à domino, nihilominus cogendus erit restituere, id est vsum fructus iterum cōstituere. l. si plures. §. si. ff. de vi & arma.

Quinto, ruptum testamentum non restituatur, id est non restauratur, nec reintegratur. l. 2. C. de posth. heredit. instit.

Sexto, generalius est verbum restituere, quam reddere: nempe restituere etiam ad facta pertinet, & ad omnia, quæ accepimus: reddere tantum est retro dare, id est dominium transferre, vt testatur hic Alcia. de quo scribam in l. verbum reddendi. infra eod. sed in forensi iudicio Francia hæc verba religiosa sunt, semper fere sicut religiosi se concomitantia, sic: de demande d'encontre d'un rel. qui aye à se desister & de partir de telle maison & d'en laisser iouyr ledit rel. & luy en rendre & restituer les fruitz, & loyers par luy prins, & perceus. vbi prohibere ingrediētū vim fieri multo plus est, quā restituere: quia statim cedere aduersarium, & vacuam relinquere possessionem iubet. l. penult. in fi. ff. de acquir. possess.

Septimo, restituere exponit glo. pro restituendi facultatem habere, in l. si procurator. in fin. ff. manda. forte non malū esset ibi, restituas, id est reddas. vt tex. velit dicere: quid facturus sis, si restituas, seruum fugitiuū à te emprū nomine meo? Respond. debet in primis reddere seruum, & postea, &c.

Octauo, restitui curie sup. vel iudici, id est remitti, quis debet l. si. C. de cohortalib. 12. c. si index laicus. iuncto prin. cum fin. de senten. excommunicat. in 6.

Nono, restitui etiam id dicitur, licet ab eo, qui id petit, non habuerit: vt si meo nomine emas librum vel aliam rem, eam restitui mihi petam. id est reddi. l. si procuratorem. §. si. ff. manda. lege. diuortio. §. si fundum. ff. solut. matrimo. Etiam quis interdam id restituere dicitur, quod nunquam fuit assecutus. l. 1. vbi glo. & Bar. ff. quorum bonor. & l. 2. C. illo titul. & in l. curabit. de actio. emp. l. si quis in suo de inoffic. testam. l. Nescennius. §. sup. dum. ff. de re iudica. licet regulariter id restitui dicatur, quod quis accepit, per istum text. & iura in hac lege adducta. Et docto. ad hoc allegat tantum glo. quam dicit singularem in l. mæcipia. in verb. aduocandū. C. de seru. fugit. sed est tex. in cap. dilectis filiis decano. ibi, vt ei restituere, vel saltē redderet. de appella. Et restituere & reddere æquiparat Imperator in l. si inter. C. de iure dotium. & l. 1. 2. & per totum, solut. matrim. & Iuriscōsul. in l. 1. §. is quo. ff. de actio. & oblig. & in l. 3. quib. ad libert. proclamar. non licet.

Decimo, promissa restituere est promissa implere & soluere, dicit rex. iuncta gl. in l. vna. C. de iust. frag.

Vndecimo, pro dare, porrigere, vel tradere: vt suscipi literas restituendas Imperatori. l. Titio. in princ.

Minor in integrum restituitur.

Restituere pro iterum constituere.

Restituere pro restituere.

Restituere generalius, quam reddere.

Prohibere plus est, quā restituere.

Restituere pro remittere.

Restitui, qui nunquā fuit assecutus.

Restituere & reddere æquiparantur.

Promissa restituere.

Restituere pro dare.

Iudex ad restituendum datus.

Tutelam restituere.

Interdictum restituitoria.

Restituere & possessorem & periturum restituere.

Controuersia nomine adueniat.

Mouere controuersiam est de iure & de facto.

Restituere non mouetur.

princ. ff. ad municipal. à diuo Pio. §. si super. ff. de re iudicata.

Duodecimo, iudex datus ad restituendum, id est ad cognoscendum de restitutione. text. iuncta glo. in l. penult. ff. de confess.

Decimotertio, restituere tutelā, vel administrationem tutelæ, est eam dimittere, & rationem illius & reliqua reddere. l. 1. §. Papin. ff. de vsum. & conuenit cum vsum communi dicendi Gallic. vider la tutele. facit l. liberto. in fin. ff. de annuis lega. l. 1. §. tutores. de fals. cum §. seq. qui hoc elucidat.

Decimoquarto, restituere exponitur per glo. id est restitui desiderare. l. 3. §. si quis minor. ff. de minor. Ego verò exponere in integrum se restituendum, id est in integrum restitui petentem: nempe licet minor desideret restitui, si non perat, nunquam restituatur, veluti probatur in eadem l. vult. proinde ibi auxilium impetrare debebit. & ibi, postulat auxilium, &c. nisi accipias desiderare pro pere.

Decimoquinto, restituitoria sunt interdicta, quibus prætor iubet aliquid restitui. §. 1. versic. restitutoria. de interd. Inst. l. 1. ff. de interd. l. 2. de preca. l. certum. §. si alia. de confess.

Decimosexto, verbum hoc restituere tam ad possessorium, quam peritorium refertur, teste Fel. in c. inter dilectos. col. 1. de fide instrum. vnde si datus fuerit iudex, vt de rei restitutione cognoscat, etiam super possessione cognoscere poterit: vt docet idem Fel. in rub. de rescip. col. 3. Alexan. consil. 98. visis his. col. 1. vol. 5.

Decimosextimo, quando hoc verbum refertur ad iudicem, habita ratione partium, tunc restituas exponitur, id est restitui facias. l. 1. vbi glo. ff. de defens. ciuili. Et iurisdicō restitui dicitur, in l. postquam. §. Imperator. in fi. ff. vt legat. quod declarat Alcia. parerg. lib. 3. cap. 3.

Restituere natalibus, & alia huic rei accommoda, scripsi in l. plus est in restitutione. & in l. restituere. supra eodem.

Controuersia. Nomine controuersia venit tam ea quæ fit in iudicio, quam extra iudicium. l. Lucius. §. tres fratres. & ibi glo. ff. ad Trebell. l. transacta. infra eod. Vnde consulti Alexan. consil. 52. vilo testamento. col. 1. & 2. in 2. vol. quod si is, qui promissit menon molestare, vel non mouere controuersiam in tali domo, dicat postmodum illam non esse meam, sicque fecerit quominus inuenire possim conductores in ea dicitur me molestare, per l. vim facit. ff. de vi & arma. & l. diffamari. C. de ingenu. & manumiss. Et ita controuersia fit etiam extra iudicium, & molestia, quæ duo equiparantur, vt scribit idem Alexan. consil. 177. vilo testamento. col. 2. in 5. vol. & consil. 195. per spectus. nu. 6. & seq. in 6. vol.

Intellige nisi ex materia apparet loqui tantum de controuersia iudiciali, id est de lite, vt hic, & l. controuersia. iuncta l. 1. & l. de his. ff. de transactio. & l. 1. de re iudic. l. sequester. infra eod. l. pen. §. 1. ff. ne quis eum qui in ius vocat. est vi eximar. l. argentarius. de edendo. l. fin. de procurat. & l. posthumus. in fin. de in officio. testam.

Item dicitur moueri controuersia tam de iure, quam de facto, Quare si quis promissit nō mouere controuersiam super tali re, non licebit ei agere, etiam si alias in re ius habeat, & sic de iure. glo. in d. §. tres fratres. Imò dicunt quidam, si quis promissit non mouere controuersiam, aut nō molestare aliquem super diuisione hereditatis, aut venditione bonorum, seu alia re, non poterit etiam in integrum petere restitutionem: quia molestaretur reus, & pateret. ar. controuersiam, de qua fuerat cautum in promissione. sed contrarium esse verius per text. in l. 1. C. si aduers. venditio. vbi ratione tantum iuramenti Imperator, ne author sit periuuij, nō con-

cedit ibi restitutionem. Ergo si minor solum promissit se nō moturum controuersiam, possit petere restitutionem: alioquin nunquā haberet locum restitutorio, quia semper apponeretur hæc claus. Et ita docent interpretes in c. corā. de in integr. & Soc. consil. 133. pulchra. in 2. vol. & istud est primum illius vol. antiqui, col. 9. versic. confirmatur responsio. & Aret. consil. 161. in presenti. col. 13. quia priuilegium non videtur auferri, nec Principis beneficium: per l. postquā. iuncta gl. C. de pact. Bar. & Rebuff. in l. de curiomb. C. de silentiar. lib. 12. venientes. de iurciur.

Dicitur etiam controuersia tam ante litem contestatam, quam post, etiam excipiendo. l. non solū. §. si status. ff. de procurator. & restituendo. gl. in d. §. tres fratres. & Georg. Natan. in repet. clem. saxe. in verb. causas. col. 5. & seq. de verb. signif. vbi idem in molestia, vexatione, & similibus verbis scribit.

Item qui promissit nō mouere controuersiam, intelligitur promississe tam quoad proprietatem, possessiōnem, vsum fructum, quam alia iura. text. in l. stipulatio ista. §. 1. ff. de verbor. obliga. & ibi lat. in 2. no. quia promissio controuersia intelligitur, ne ius fiat deterius, aut ne quid ex eo diminuat, quominus integrum liceat habere. Et mouendo huiusmodi controuersiam, constat satis ventum esse contra præfatam stipulationem. Alia dicunt interpretes in l. causas. C. de transact. ego ad ea vos reicio, quæ ibi scripta sunt.

Ante & post litem contestatam dicitur controuersia.

IDEM LIBRO LI. AD EDICTVM Lex septuagesima sexta.

Dedisse intelligendus est etiam is, qui permutauit, vel compensauit.

Tenebaris mihi domum legatam dare, consentij vt prædiam Cornelianam pro ea dares, quod dedisti, an videaris domum dedisse: quod non, videtur: quia vere non est data. Tamē respondet iste text. intelligi datam: quia dedisse intelligitur is, qui permutauit, aut compensauit: nam aliud pro alio volente creditore solui potest. l. 2. §. mutui datio à cōtratio. ff. si certum petat. & dando prædium loco domus, quodammodo videor permutare: nimirum si quoque dedisse videat, & per consequens liberatus sum.

Idem si emerim domū tuā centum aureis, quos mihi debebas. hoc enim genus compensationis datione quandā includit. Et breuiter hæc lex duos modos tradit, quibus videatur aliquis dedisse: primus est, quādo permutauit: secundus, quādo compensauit. Quod vtile est ad sequentia. Primo mulier dotē videtur reddidisse marito, si permutauit, vel compensauit. probat l. si ei nuptura. ff. de iure dotiū. l. si mulier dotis. de pact. dotal. Ex quo inferitur, quod dos data per permutationem, vel compensationem, poterit soluto matrimonio repeti. l. si filiofamil. 1. ff. soluto. matrimo.

Secundo, si res vitiosa vedita redhibeatur, debet emptor recipere pecuniam, quam dedit pro eo homine, etsi quid accessionis nomine dederit. Dari autem non id solum accipimus, quod venditori numeratur, pretiū, & vsum eius, sed & si quid emptionis causa erogatum est. hoc autem ita demum deducitur, si ex voluntate venditoris datur. Ceterum si quid sua sponte datum esse proponatur, non imputabitur. neque enim debet quod quis suo arbitrio dedit, à venditore exigere. Vlpian. in l. debet. ff. de adil. edict. Et dedisse, etiam videtur, si permutauerit, vel compensauerit, vt hic.

Tertiò facit, quod si euincatur res ab emptore, tunc debet eidē restitui, quod dedit. per d. l. debet. Et dedisse videtur, si permutauit cum alia re, vel compensauit. vnde si pretij causa pecora in so-

Dare videatur, qui permutat & compensat.

Compensata pecunia repeti potest.

litum consentienti data sunt, & pro pecunia permutacionis loco tradita, data videntur. l. pretij causa. C. de rescindend. venditio.

Retrahens iure sanguinis, vel praedationis, quid restituere debeat.

Quartò, si consanguineus retrahat rem venditam, debet restituere id quod emptor dedit. & datum illud censetur, quod permutavit, vel compensavit, quicquid etiam explicandarum actionum causa impenditur. l. quantitas. ff. ad legem Falcid. no. in l. dudum. C. de contrah. emptio. Boer. in §. si. de consuet. reten. rer. feud. & de consuet. retract. in consuet. Bituricens. quem sequitur Chassa. in consuetud. Burg. §. r. in fin. & §. 3. in glo. le pris. rubr. des retract. Quorum sententiam non inuitis probat: habet enim utilitatem: vt in simili scribit Iurisc. Vlpian. in l. 3. in fin. ff. de constit. pecun.

Quintò, facit ad dominum, qui iure praedationis vult habere rem venditam pro pretio dato, prout ei iure conceditur. l. fin. C. de iure emphyt. vt datum videatur etiam compensatum, vel permutatum: vt hic, & la. sibi ample docet.

Sextò, ad libertatem proclamans tenetur ignorantem emptori tantundem reddere, quantum dedit emptor. Et dedisse videtur, quod permutavit, vel compensavit eo nomine. l. intantum. cum l. seq. ff. de liber. caus.

Dare generale est.

Septimò, hoc verbum dedisse generale est, multa donationis comprehendens genera, siue species. Nam solentur dicere, dare pignori, permutacionis causa, vel compensacionis, sed non simpliciter. Ideo donationis appellatione non veniret compensatio, vel permutatio. l. alienatum. §. donationis. supra eod. sed nomine donationis sic. Verum vsus communis Galliae non habet separata hac vocabula. nam promiscue dicimus, a donné ou par esbâge ou par douaire, ou donné purement & simplement. Et tunc cum sine adiuncto profertur, intelligitur de ea, quam in iure dicimus donationem, id est meram liberalitatem: prout etiam dixi in l. saepe, versic. & cum diximus, supra eod. Et in hoc tutissimum est semper inspicere materiam, & pro qualitate negotij iudicare: vt si dicatur, datum repetatur: an conueniat permutacioni, vel compensacioni, & tunc dicemus venire: si vero tam diuersa pateat ratio, vt non conueniat materię, tunc sub hoc verb. dedisse non veniet permutatio, vel compensatio, per ea quae notant in l. alienationis. & l. saepe. supra eod. nempe si diceret, datum tempore belli repetatur, non comprehenderetur compensatum, vel permutatum.

Remittens dare censetur.

Simonia committitur remittendo. Insimulatio in remissione ne requiritur.

Postremò dedisse videtur, qui remisit. l. si mulier. ff. de condict. ob caus. vnde sicut in datione committitur simonia, sic in remissione debiti liquidi, cap. veniens. in l. de test. c. alia. §. q. 3. intelligas sane, cum ex tali remissione aliquid acquireretur ei, cui fit remissio: alias contra, vt si exceptio declinatoria remitteretur. Panor. in d. cap. veniens. & Dec. in l. si quis obligatione. infra tit. prox. Insimulatio quoque requiritur in remissione causa donationis facta. Bar. in l. Modestinus. ff. de donatio. gl. in d. l. si quis obligatione. Imol. in l. Aquilius. ff. de donatio. laf. in l. si pro fundo. C. de transactio. Quod facit ad intellectum ordinationis Regiae, rubr. Que rones donationis ferunt insimulatio, insimulatio requiritur in omnibus donationibus, vt in liberatione etiã & remissione requiritur, per illud verbum routes, &c. vbi abunde scripsi, in 2. tomo commentar. quod probat etiam Felin. in d. c. veniens. Proprie tamen remittere non est dare. l. Iulia. ff. de cond. & demonstr. & procedit ille text. per interpretationem, vt asserit Alcia. quia est dominium rei transferre. l. vbi. in fin. ff. de verb. oblig. Tamen haec lex interpretatur cum quoad effectum dedisse videtur, qui vnam rem pro alia dedit, veluti si permutauerit, aut compensauerit. Et sic ratione interpretationis Iurisc. consulti. etiam extenditur ad illum, qui gratia conditionis implende quicquam dare tenebatur, vt permutando, vel compensando videatur conditioni paruissse: per legem, in conditionibus. §. si patronus. & legem, Iulian. ff. de cond. & demonstr. & l. creditori. C. de.

tur ad illum, qui gratia conditionis implende quicquam dare tenebatur, vt permutando, vel compensando videatur conditioni paruissse: per legem, in conditionibus. §. si patronus. & legem, Iulian. ff. de cond. & demonstr. & l. creditori. C. de.

Poenā euitat, quicom pensat.

Eodem modo poenā euitat is, qui domum dare tenebatur, si rem aliam dando permutauerit, aut compensauerit: vt no. doct. in l. r. §. bonorum. ff. ad Trebel. & Albert. Brumus. in tract. de forma & solennit. actus. fol. 36. & seq. alio qui interpretatio Iurisc. hic non esset generalis, quae tamen esse debet, per l. leges. C. de legib.

Intelligere varie sumitur.

Intelligendus est, accipiendus, interpretandus est. ff. de acquir. rerum domin. l. 3. l. naturale libertatem recipere intelligitur. & l. rem in bonis. & l. & habet. §. r. de precar. l. duorum. communia praed.

Intelligere pro apprehendere, vel comprehendere, seu mente completi, l. adeo. §. praeterea. ibi, per alluionem autem id videtur adici, quod ita paulatim adicitur, vt intelligere non possimus, quantum quoquo momento temporis adiciatur. ff. de acq. rer. do. l. insula. in si. ibid. §. praeterea. de rerum diuis. in Instir. l. r. de doli except. l. si ades. r. in fin. de seruit. vrbano. praed. l. praedones. de petit. hered. l. quae de tota. de rei vind. l. etiam. de fundo dotali. l. si debitori. de iudic.

Fictionem quando denotet verbum intelligitur.

Donotat etiam fictionem, sicut verbum praesumitur, habetur. intelligitur enim confiteri crimen, qui passus est. l. quonia. ff. de his qui not. infam. iuncta l. in fisci. de iure fisci. l. nec emptio. vbi glo. in fin. ff. de contrah. emp. l. alienationis. supra eod. & dixi in tract. fictionum, & in l. r. in verb. completitur. supra eod. l. omnes. §. r. quae in fraud. creditor. l. si quis. ibi, ergo dedisse intelligitur. de calumniator. & l. in ratione. r. §. quod vulgo. in fin. ad leg. Falc. Et tunc demum fictionem significat, cum materia hoc exposulat, quod declarat ex verbis in illa positus: vt in §. r. de excus. tuto. in Instir. vbi mortui in bello filij per gloriam viuere intelliguntur. l. si. iuncta gl. ff. de iureiur. vbi l. fin. ibi pene intelliguntur. C. de impub. l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de lega. r. ibi, ex die adita hereditatis intelligitur. l. si veditor. §. sed & si neuter. de in diē addict. ibi, quia ea melior intelligitur, quā venditor eoprobauit. In aliis ergo significationibus proprie accipitur, in ista vero nō. l. si is qui. vbi doct. de vluc. scripsi in l. minus. sup. eo.

Intellectus.

Intellectus, id est significatio, vt in l. vbi. cuius exrant vigintinouem intellectus. C. de transact. & tamen vnico bono contenti essemus, vt dico in nou. interpret. meis ad ius ciuile.

Et intellectus, intelligendi actus, id est, scientia, notio, & cognitio. vnde Imperator dicit, nil interesse quibus verbis quis stipuletur, an Graecis, vel Latinis, si vterque stipulantium intellectum huius linguae habeat. §. in hac re. de verb. oblig. in Instir.

Intelligere pro cognoscere, scire.

Intelligere, cognoscere, intelligis animū meum. §. si. de rerum diuis. in Inst. vbi glo. exponit, non intelligentibus dominis, id est non videtibus. vel dic non percipientibus, vel non cognoscentibus: Gallicè, ne s'apperceuans. l. coram. infra eod.

Intelligere, scire. l. adeo. §. ex diuerso. in fin. ibi, potest culpa obici, quod temere edificauerit in eo solo, quod intelligebat aenum esse. ff. de acquir. rerum dom. l. cedere. in fin. & l. lata culpa. infra eod.

Intelligere, mente concipere, & percipere, quasi intra mētem legere, emendare. l. r. §. legi autem sic accipiendum est, non intelligi. ff. de his quae in testam. delent. Et in hoc tit. maxime capitur pro interpretari, accipere. in l. inter publica. & l. minus solum intelligitur. & l. restituere. r. & l. qui neque. §. si. & l. sciendū. in si. sup. eo. l. vt Alphenus. inf. eo. l. licet. r. l. debitor intelligitur is. l. soluendo esse nemo intelligitur. & l. cepisse. quis intelligitur. & l. qui in continentibus.

IDEM LIBRO QUADRAGESIMO nono ad Edictum. Lex lxxvij.

Frugem pro reditu appellari, nō solum quod frumentis, aut leguminibus, verum & quod ex vino, syluis caeuis, cretifodinis, lapicidinis capitur. Iulianus scribit, fruges omnes esse, quibus homo vescatur, ferasue, aut poma fruges dici. frumentum autem id esse, quod arista seteneat, recte Gallum definisse: lupinum vero, & fabas fruges potius dici, quia non arista, sed siliqua continentur: quae Seruius apud Alphenum in frumento contineri putat.

Iurisc. consulti explicat hic verbis subobscuris haec tria vocabula, frugem videlicet, frumentum, & lupinum: volens dicere, quod frugis nomine venit omnis reditus, quicunque nobis obrigit ex fructu terrae, siue in frumentis consistat, siue in leguminibus, siue ex vino, vel syluis caeuis, cretifodinis, siue lapicidinis: vt sic quicquid utilitatis & redditus ex fundo habeo, possim vocare frugem. Et ideo reprehenditur Iulian. dicens fruges omnes esse, quibus homo vescatur. nam caro, aut aues, vel fera non possunt fruges dici, & tamen illis vescimur. Nec placet fieri differētiā inter frugem in singulari & fruges in plurali, licet doct. aliqui differre arbitrentur: sed nos promiscue vtimur, vt in l. r. C. de agric. & cens. lib. r. sic dicente: nunquam sationibus, vel colligendis frugibus insistentes agricolae ad extraordinaria onera trahantur: & frugibus ex fundo subreptis tam colonus, quā dominus furti possunt agere, quia vtriusque interest rem persequi: vbi eadem quoque ratio procedit in castaneis, & aliis fructibus subreptis. l. fullo. §. r. ff. de furt. Labeo etiam scribit ea quaecumque fructuum, frugumque recipendorum causa sunt, extra hanc causam esse, neque referre quarum frugū fructuumque percipiendorum causa id opus fiat. l. r. §. Labeo. ff. de aqua pluuiā arcend. Et sic Valla lib. 4. ait frugē esse, quicquid ex fructu terrae in alimentum vertimus. Inde fruges à fructu dicuntur, quod his fruamur: veluti fructus etiam à fruendo, vel ferendo quidam deduci volunt, quod fundus eos ferat, vel quod ibidem ferantur. De iure canonico etiam siue in singulari, siue in plurali frugum nomine fructus comprehenduntur. cap. r. cap. cum homines. de decimis. & vsus fori hanc recepit significationem. vnde si locum fundū retenta parte frugum, debeo de omni reditu partem habere. sed Iurisc. consulti aliquando exprimit frumenta & fuges. in l. plenum. §. idem Nerua. ff. de vsu & habita. & fructuum & frugum, in l. r. §. Labeo. de aqua pluuiā arcend. Nam fruges fructum continent non omnem: & quando frumentum separatim exprimitur, non venit nomine frugum frumentum.

Fruges pro reditu.

Fruges & fructus venduntur.

Frugi à fruge, & quid. Frugibona.

Frugem autem indeclinabile à fruge dicitur, & significat vtile, & necessarium, in quo est aliquid quo fruamur: & aliquando iungitur cum bono, vt bonae frugi, bonus & officiosus, & vtilis, & cui negotia domini curae sunt. significat etiam moderatū, temperantem & modestum. l. si vendita ibi, quam debent homines frugi, & diligentes praestare. ff. de pericul. & commod. rei vend. l. r. §. sed vtrum. ibi, deum tenetur, si bonae frugi seruū depulit ad delinquendum. ff. de seruo cor. & l. si quis seruum. §. si in.

mentibus. & l. maiore. ac l. venisse. cum l. seq. l. fugitiuus. l. n. municipes. cum l. seq. infra eo. iuncta l. Scenola. videte quae scripsi in l. minus. supra eo. Ex quibus praefatis iuribus alias quoque significat. elicere poteritis, boni interim consulendo, si non ad amussim omnia examinemus.

Intelligentia dictionum ex causis est assumenda dicendi: quia nō sermone, sed rei est sermo subiectus. c. intelligentia. de verbor. & rerum signific.

Hereditas etiam sine vllo corpore iuris intellectum habet. l. hereditas. ff. de petit. heredit. expostui in l. nihil. supra eod. post glo. in d. l. hereditas.

Permutavit. Permutare, quāuis heredes & grammatici dicant id proprie dici, quod ex vno loco in alium transferrur, commutatur vero, cum aliud pro alio substituitur: tamen Iurisc. consulti promiscue vtuntur his verbis, permutare, & commutare: vt patet in l. cum ij. §. pen. ff. de transactio. Quae interdum respiciunt res, vt quando vna res datur pro alia, & vocatur permutatio, seu commutatio. in l. r. ff. de rerum permuta. Vnde dicerē, quod permutatio est vnus certae rei ad alteram certam mutua facta praestatio. Dico certam, quia si detur res incerta pro certa, vt liber vnus pro tali veste, vel certa pro incerta, erit contractus innominatus, do, vt des: vt Hostiens. firmat in summa de rerum permut. Et non omē huius contractus est valde generale, adeo vt sub eo comprehendatur omnis contractus, quo datur hinc inde aliquid, & accipitur. vnde apud veteres frequens magis ante pecuniae inuentionem, quam nunc, erat, vt habetur in l. in l. r. ff. de contrahen. empt. & per Aristotel. lib. r. politic. Alia dicuntur in l. r. ff. de rerum permuta. & C. eod.

Permutare quid.

Quid sit permutatio.

Aliquando refertur ad locum, vt quod Roma tenebaris mihi soluere, conuenit, vt hic Parisijs soluas, tunc locus permutatur. per text. in l. cum ij. §. pen. ibi, vel locum permutavit, vt quae erant ei Romae alimenta relicta, in municipio, vel in prouincia acciperet. ff. de transactio. l. penult. de sena.

Rem, locū, personam, materiam, tempus respicit verbum permutare.

Interdum respicit personam, vt si quod mihi debes, volo vt debeas & soluas Titio. d. l. cū ij. §. penult. ibi, vel personam commutauit. Alias materiam, vt poenauit permutare ad Principem spectat. l. moris. §. sed enim. ff. de poenis. ibi, aut permutetur, aut liberetur.

Item respicit tempus, vt inter duos, qui eodem riuo aquam certis horis separatim ducebant, conuenit, vt permutatis inter se temporibus aqua vterentur, &c. l. cum constet. §. fin. ff. de aqua quotid. Sed vt plurimū ad res refertur: veluti, permutacionem non recipiunt percipiam in arca legatē. l. sed et si. ff. de lega. r. id est, nō recipiunt functionem, quia illae ipse debentur. l. 2. §. r. ff. si certum petat. sic Iacob. Curt. in lib. 3. coniect. cap. 30.

Permutare pro simplici mutare.

Littera Regia ad rescindendum permutacione impetrari solent.

Permutare etiam accipitur pro simplici, videlicet pro mutare, in l. penult. ff. de senator. ibi, quia dignitas domicilij adiectionē potius dedisse, quam permutasse videtur. Alia dicuntur in rub. de rerum permuta. vbi licet videre. Et soler concludi in hac actione, vt res tradita restituatur, vel ad id quod interest. d. l. pen. & l. naturalis. de praescript. verbis. Et ad rescisionem permutacionis in hac patria solent impetrari litterae Regiae.

Compensauit. Compensatio est debiti & crediti inter se contributio. l. r. de compens. facti. qui in sulā. §. r. loca. Et regula est, quod liquidi ad nō liquidum compensatio non recipitur. Et contraria est, quod liquidi ad liquidum recipitur. l. fin. C. de compens. quod limitat Socin. in tract. fallent. regul. 6r. compensatio. Item in deposito non fit compensatio, nec diuersarum specierum, vt quantitas ad speciem. l. penult. C. de pos. Alia huc pertinentia poteris videre in rub. de compensa. ff. & C.

§. si in seruo ibi, & interesse fructuarij videtur bone frugi seruum esse. ibidem. l. item apud. §. etenim multum interest qualis seruus sit, bonae frugi, ordinarius dispensator, &c. de iniur. Et parentes frugi vocat in l. cum pater. §. pater qui filio. ff. de legat. 2. l. inde Neratius. §. sed & si bonae frugi seruus. ad legem Aquil.

Frugivita. Et vitae frugi, in l. cum ij. §. sed & personarum contemplatio habenda est, hoc est cuius vitae sunt ij, quibus alimenta relicta sunt, vtrum frugi vitae ij sint, qui aliam sufficere sibi possint, an obsequioris, qui de alimentis pendant. ff. de transaction. frugi vitae vocat illos, qui alimenta sibi querere possunt ex sua industria.

Frugalis, & frugalitas. Frugi quoque is dicitur, qui in suis rebus temperans est, & eas non consumit. l. si cum dorem. §. si vero dorem maritum ita dissipare manifestum est, vt nō hominem frugi, oportet dorem tunc sequerari, quatenus ex ea mulier competens habeat solatium cum sua familia. ff. soluto matrimonio. Inde frugalis, parcus, temperans. Et frugalitas, parcimonia moderatioque in rebus.

Frugifera arbores. Frugem pro substantia exponit glo. in l. 2. c. de his qui veniam aratis impetrauer. quod patris substantia soleat esse frugi, & vtilis filijs.

Frugifera arbores. Et frugiferas arbores, id est ferētes fructum vsu fructuarius excidere non debet. l. aquisissimum. §. fructuarius. ff. de vsu fructu.

Legumina quae. Reformare se ad frugem melioris vite, dicit Imperator. in l. interlocutio. C. de his qui no. in fam. & Papa in cap. nisi. in princip. de renuntiat. & in cap. commissum. de sponsal.

Cannabis an inter legumina sit. Leguminibus. Leguminum nomine venit cicer, lentes, fabae, pisae, & alia id genus, quae Occitani, & Prouinciales communi vocabulo vocant legumis: qua sermonis proprietate caret lingua Gallica, veluti pluribus alijs. Et rex. in l. 1. §. igitur. ff. executor. actio. videtur velle appellatione leguminum cannabim venire, ibi, dum dicitur: sed & si vt certis mercibus eam, videlicet nauem locet, praepositus est, puta legumini, cannabi, ille marmoribus, vel alij locauit materiae, &c. Sed parum id probare videtur text. ille sub his verbis: nam si quis locauit nauem ad vendendas merces leguminum & cannabis, &c. quinimo potius contrarium, nam si leguminum nomine veniret cannabis, frustra expressisset ibi cannabim: sed forte ibi punctum loca copulae habetur.

Cannabis an inter legumina sit. Inde adiectiuum cannabinus seu cannabaceus pro his quae sunt ex cannabi. vulgus tamen Montispessulani vocat telarum venditores cannabaceos, vernac. cannabacis. ex quo vsu communi loquendi statutum si quod foret veniret interpretandum.

Literas instritiae & grae. Literas instritiae & grae. Et incidenter non verebor adducere cannabis vsu frequentsimum apud summos Pontifices, vt soleant omnes literas executorias, nec non literas iustitiae chorda munire canabis, literas vero gratiae serico filo decorare, iuncto plumbo. c. licet. de crimine falsi. Felin. in cap. postulasti. col. 3. de rescript. latius dixi in praxi beneficial.

Legumina vnde dicta. Sed ad rem redeundo, legumina dicta sunt, quod ista colligendo manibus legantur, id est colligantur, non autem subsecantur, teste Varro. de re rustica. l. i. c. 22. ibi, hoc enim quoque legumen & cetera quae velluntur de terra neque subsecantur, succo tollunt.

Legumina vnde dicta. Vel syluis caduis. Sylua caedua quid sit, satis superque elucidavi in l. sylua caedua. supra eod.

Cretefodina. Cretefodinis. Cretefodina locus est, in quo creta foditur, & vnde eximitur. l. permiffi. ff. de praeser. verb. l. si creta. de surr. dicta a creta & fodio, quod illic fodiat. & vsu fructuarius his vti potest. l. item si fundi. in princip. ff. de vsu fructu. l. aquisissimum. §. i. ibidem. vbi vsu fructuarius instituere potest cretefodinam, vel argentifodinam, si non agri partem

necessariam occupaturus sit. Creta autem dicitur terra tenax, a crescendo dicta, quod in macerando crescat: quod imprimis cretae Vmbricae accidit. est & alia creta, quae Gallic. vocamus la croye. & multa cretae genera describit Plin. lib. 35. c. 17. Cuius etiam sit mentio in l. ergo. §. i. de seruit. rustic. praed. ibi, nec haustum, nec appulsum pecoris, nec cretae eximēdae, calcisque coquēdē ius posse in alicno esse, nisi fundum vicinum habeat. Est & Creta insula.

Cernere hereditatem est eam adire, teste Bndæo in annota. ad Pandect. l. 2. Alciat. l. 3. dispūctio. c. 7. Gallicē, dicimus, se porter pour heritier.

Inde cretio hereditatis aditio dicitur. scribit enim Isidor. lib. 5. etymolog. c. 24. his verbis: est enim cretio certus dierum numerus, in quo institutus heres aut adit hereditatem, aut finito tempore cretionis excluditur, nec liberum illi est vltra capiendae hereditatis. Et cretio secundum eum appellata est quasi decretio, id est decernere, vel cōstituere, vt puta ille heres mihi esto, adito, cernitoque intra dies tot. Adendum autem hereditatum centesimus staturus erat dies, quibus non est cretio (id est decretū) addita. Et quia solemnitas quaedam in hac cretione & aditione obseruabatur, illam cretionem scrupulosam solemnitatem penitus amputadā decernit Imperator in l. cretionum. C. de iure delib.

Lapididina. Lapididina dicitur locus, in quo lapides cadunt, & eximuntur, a lapide & cado. probatur in l. diuortio. §. si vir in fundo dotali lapididinas marmoreas inuenierit, & fundum fructuosorem fecerit. ff. soluto matrimonio. Gallic. vne carriere, ou perriere. Et fructuarius hac vti potest. l. item si fundi. in princ. ff. de vsu fructu. l. aquisissimum. §. 1. & 2. ibidem. Et nummi recepti ex lapididinis dotalis fundi, dotis sunt. l. si ex lapididinis. ff. de iure dotium. facit l. 3. de seruitur. rustic. praedior. Et si constat in tuo agro lapididinas esse inuito re, nec priuato nec publico nomine quiquam lapides cadere potest. l. venditor. §. i. ff. communia praedior.

Hinc lapidida vocatur lapides cadens, masson ou perrier. Insuper cuius sint aurifodinæ, vel argentifodinæ, scribit Iacob. in tract. feudor. in verb. cum argētifodinis. vbi cōcludit, quod si in fundis priuatorum inueniantur, sunt illius, cuius est fundus: si vero in publico, sint Regis. per l. 3. in fin. cum l. seq. Hodie princeps tanquam primogenitus non tantum loci partem, sed & totum capit dara compensatione fundi, ex consilio nescio quorundam Regalistarum, dicentium hac esse de Regalibus. per cap. vnum. quae sunt Regalia, ia verbo argentariae. quorum summam diligentiam & fidelitatem erga Principem non improbarem. At in commodum animarum suarum parem erga deum amorem in his desiderarem, ne quandoque falsa hominum ducti confidentia poeniteant, vel de numero signatorum duodecim milium deleantur.

Insuper de verb. reditus aduertendum est secundum quosdam, quod si vnico, D, scribatur, obuentioem significat, quae singularis redit annis, Gallic. rente, ou venenu. facit l. impenfae. & l. vrbana praedia. infra eod. nempe cum reditu primi anni percepto iterum secundi anni reditus redeunt, vel pensione soluta, iterum alia redit, vt tunc cedere incipiant. l. cedere. infra eod. si vero per duplex, D, redditus ita scribatur, id tantum significari volunt, quod fundus, vel alia res quoquo modo nobis reddat: vt Corne. consil. 289. videntur in hac. colum. 3. versic. & licet. in r. vol. Sed vt quomodo sit, partum in his cōstituerem differentia. tamen de hoc vocabulo text. videre potestis in l. generali. §. heredis. ff. de vsu fructu. l. idē est in reditu. vsu fructu. quemad. caueat.

Prouentus vero magis proprie dicitur reditus, vnde quocumque

Cernere hereditatem pro adire. Cretio hereditatis.

Lapididina.

Lapididina.

Aurifodina cuius esse debeant.

Reditus.

Prouentus quid.

vnde quocumque nobis obueniens, quasi proueniens tunc, quando soluitur, vel prope, vel procul venies. Alber. vero hic dicit reditus generalissimum esse genus, fructus inferius, subalternum dicit fruges esse, & poma adhuc inferius. Sed ego putarem prouentus nomen esse generalius, quam reditus & obuentiones, quia complectitur fructus & reditus, per l. annonam. ibi, vberes prouentus. ff. de extraor. criminib. quippe etiam ea, quae de multis & iurisdictione, ac alias vnde quocumque pronerint, prouentus dicuntur, seu obuentiones, vt visum est Boer. in decis. Burdegal. quaest. 224. Abbas. scripsi in §. volumus. de colla. in concordia. in glo. reditus. & seq. & Conna. lib. 4. cap. 1. scribit fructus generalis esse quam fruges. nam fruge legata, animalia non comprehenduntur, nec vrbanaorum aedificiorum reditus, nec quae ex rebus quibuscumque commoda, ad victum vsuque humanae vitae necessaria videtur, sed qui tantum ex terra proueniunt, fructus, seu vltimaturae propria, seu feminis, seu institutionis & plantarum. l. vsu fructu. ff. de vsu fructu. lega. quae tamen nomine fructuum veniunt, vt ibi probatur.

Obuentiones etiam generaliter dicuntur fructus, ex re venientes, cuiuscumque sint emolumenti, l. 1. iuncta glo. in §. exercitorem. ff. de exercitor. actio. & licet videatur quaedam inter ista verba differentia, tamen parum emolumenti affert.

Carnes. Quid carnis nomine veniat, declarari potest ex l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. praefect. vrb. vbi scripsi. non repetat hic.

Aues ferae aut poma. Colligitur ex hoc text. frugum nomine carnes, aues, feras aut poma non cōtineri. Sic quoque videmus in terra, mari, caeloque capta, veluti feras bestias, volucres, pisces capientium fieri. l. 1. cum seq. de acquir. rerum domin. §. feras. cum seq. de rer. diuisi. in l. i. nisi garenis nostris animalia concludantur, quia tunc computantur inter reditus domini illius garenae, vt Ioan. Fab. in d. §. feras. De aucupatione, & piscatione dicam plenius in ordin. Reg. eod. tit.

Frumentum dicitur, quod arista se teneat: & eius appellatione generali omnia ad victum necessaria comprehenduntur, vt docet gl. in rubr. C. de cano. frument. vrbis Romae, lib. 11. quod paulo generalius accepisse mihi videtur, per text. in l. fin. ff. ad legem Iul. de annona. imo leges per gl. adductae contrarium probant. Quamobrem aliter ex mente & verbis nostri text. dicamus appellatione frumenti ea omnia venire, quae arista continentur: nempe venit triticum, ordeum, sigillo, spelta, & alia id genus. glo. in l. 1. c. de condi. in public. horreis, lib. 10. vbi Lucas de Pena. Capitur etiam strictius pro specie nobili tritici, quod vulgo formētum vocant, quod siligine, ordeo & alijs nobilioribus est: & sic ex consuetudine frequenter capitur. facit l. non debere cogi decuriones vilis praestare frumentum ciuibus suis, quam annona exigit. ff. ad municip. l. Lucius. ibid. l. 1. de munerib. l. 3. §. cura frumenti comparandi. ibidem. & l. fin. §. item angariarum. ibidem. l. adeo. §. cum quis. de acquir. rerum domin. l. 2. de administ. rerum. Sic capitur in rubr. Cod. de frument. vrbis Constanti. & in rubr. de frument. Alexand. lib. 11. Et sic large capitur pro omni blado, vt ar verbis gl. in l. non debere. ff. ad municip. Etiam legumina complectitur. l. vlt. in fin. C. de serui. & aqua. Etiam pro auena, vt testatur glo. in hac lege. Quod verum intelligerem in auena, quae scribitur: si vero ex se intertata sit, secus. nempe quaedam sunt vitiosa syluestris auena genera, vt Bromios & Aegilops, de quibus scribit Hermola. Barbar. in annota. Plinia. lib. 22. cap. 3. ac Bndæ. in l. ex conducto. §. si vis temperatis. ff. loca. quae frumentum vitium existimantur, vt lolium, & auena: Iurifconsult. in l. si seruus seruum.

Obuentio- nes.

Aues & bestiae non sunt in fructu, nisi in garenis.

Frumentum nomine quod veniat.

§. inquit lex. ff. ad legem Aquil. vbi lege Aquilia tenetur, qui lolium aut auenam in segetem alterius iniecit. Et si quis segetem ante locum secat, & contrectat, eius quod secat manifestus fur, & nec manifestus est. vulgaris. §. i. ff. de furtis. Annona vero vocabulum generalius est, cuius nomine frumentum ac omnia edulia veniunt, vt doc. no. in titul. ff. ad legem Iuliam de annona, vt inferius dicam.

Inde frumentarius negotiator, seu mercator, qui negotiationem frumentariam exercet, emendo, & vendendo frumentum. l. eos. ff. de vaca. muner. ibi, & negotiatores qui annonam vrbis adiuuant.

Item nauicularij, qui annonae vrbis seruiunt immunitatem a muneribus publicis consequuntur, quando in huiusmodi actu sunt: nam remuneranda sunt pericula eorum, quinetiam cohortanda praemijs merito placit, vt qui peregre muneribus quidem publicis cum periculo & labore fungerentur, a domesticis vexationibus, & sumptibus liberentur, cum non sit alienum dicere hos etiam reipub. causa, dum annonae vrbis seruiunt, abesse. verba sunt Iurifconsulti in l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immunita.

Et frumentaria ratio, vbi de frumenti computatione agitur. l. 2. §. quod de frumentaria ratione. ff. de administ. rerum ad ciuit. pertinent. Et frumentaria pecunia, quae ex frumento prouenerunt. ibid. §. frumentariae pecuniae debitor suo nomine quāprimū soluat. Necessaria enim omnibus rebus publicis est frumentaria pecunia. Ad haec frumentarium solum, in quo frumatum seritur: lex frumentaria, super frumento lata: & frumentari, colligere frumenta. Ista per rhetores clarius probantur: quam obrem ad illos vos reuicio, qui & de lege frumentaria scribitur, vt Cicero & alij.

Limitari quando frumentum & ordeum nominarentur, tunc expressum facit cessare tacitum, vt frumēti nomine non veniat ordeum. l. modios. C. de suscepto. praepos. & arca. lib. 10. l. 2. de cano. frumen. lib. 11.

Secundō non procedit de generali Regni Franciae consuetudine, nam secundum nostrum communem vsu loquendi appellatione frumenti, du froument, venit granū ceteris nobiliss frugibus, quod Occitani vocant touz. elle froument, non vero ordeum, aut siligo: vt no. Bar. hic, & Iaf. in l. triticū. ff. de verbor. oblig. Ioan. de Planca in d. l. modios. quod facit ad consuetudinem patriae Occitanae, in qua duae partes census communis soluantur ex ordeo, reliqua pars totum faciens, ex frumento. videt. l. modios. & ibi patrum meum Iacob. Rebuff. C. de suscepto. praepos. & arca. lib. 11.

Tertiō frumēti appellatione non venit fennum. l. 1. §. de rei opere. & ibi nota. ff. de aqua pluua arced. Sed de hoc non est dubium.

Quartō frumēti nomine vel tritici non venit oriza, quam Gallic. duris vocamus, in regionibus in quibus non seritur, vt in Gallia: quia non ad panem, sed ad palmem & delicias conferuatur. in alijs secus, vt in Hispania, & Italia, vbi crescit: nisi ibidē alia vigeret consuetudo.

Quintō sub nomine frumenti non continentur hodie ex communi vsu loquendi legumina. probatur in lege qui penum. §. siue autem frumentum, siue quid leguminis. & §. fin. ff. de penu lega. & l. Mela. in fin. de aliment. & cibari. lega. ibi, vel areæ tuæ ad frumenta, ceteraque legumina exprimenda. Ideo qui tenetur dare frumentum, non tenetur dare legumina, nisi ratio materiae subiecta hoc etiam contineret.

Sextō debetur in pane, non debet dari in frumento, text. singul. & ibi Bart. C. de frumen. vrb. Constantino. l. vna. lib. 11. Et illa annona praestatio, quae in panibus

Annona.

Frumentarius negotiator priuilegiarius

Frumentaria ratio, pecunia.

Ordeum nomine frumenti quando non conueniatur. De consuetudine frumēti nomine quid conueniatur.

Fenum non venit frumēti nomine.

Oriza an nomine frumēti veniat.

Legumina non veniunt frumēti appellatione.

Debitum in pane non debet in frumento praestari.

Annona civilis.

in panibus consistebat, vocatur civilis annona, que ex publico dabatur, ad differentiam militaris. rubr. C. de anno. civilis. lib. 10. l. hac edictali. §. illud. C. de secund. nupt. vel panis civilis, in l. fin. §. preterea. C. de iure dotium. vel dicebatur annuus reditus ex publico recipiendus. l. fin. Cod. de petition. bono. subla. lib. 10. glo. in verbor. civiles. in §. 1. athen. de non alienand. reb. eccles. colla. 2. vide Alciat. lib. 8. pareg. cap. 5. Sed annona communius vocatur res frumentaria, vel alia, que singulis annis pro victu reponitur. in tit. ad legem Iul. de annona.

Extrahere frumentum prohibitus, non poterit farinam.

Et prohibitus extrahere frumentum, non potest extrahere farinam, vel panem: quia est eadem ratio prohibendi vtrumque, videlicet ne populus fame pereat, & quia fraus legis fieret. Guido Pape in decis. Delph. quaest. 373. licet Bald. contrarium teneat in margar. in verbo frumentum. Cuius opinio rueri potest, cum quis tenetur dare frumentum, ut ramen farinam dare non tenetur: sed in prohibitione totum negatur. glo. in l. hoc genus. ff. de conditio. & demonstr. An vero quis possit compelli frumentum emerere tempore sterilitatis, docet Lucas de Penna in l. 1. C. de quib. munerib. lib. 10. quod sic, suadente causa belli, vel famis, vel alia iusta.

Frumentum delatum in aliud territorium, an possit extrahi.

Imò quidam dicunt prohibitus extrahere frumentum de territorio Montispesulani, posse tamen extrahere id frumentum, quod ex alio habuit territorio: quia non est de territorio Montispesulani. per l. 1. ff. ad municip. iuncta l. munerum, §. preterea. ff. de munerib. & honorib. que leges parum probant, sed contrarium verius probatur per l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de usufr. & hoc firmat Aber. in tract. statu. in 2. parte, q. 137. nam eo ipso quod delatum est in territorium Montispesulani, factum est illius territorij: ideo non poterit extrahi, ut sapienter vidi apud Paris. nec erit in damno prohibitus extrahere, dum pretium ei solvatur. per l. si locus. §. 1. vbi glo. ff. quemadmodum. servit. amittant.

Cremari debet q. frumentum comburit.

Septimò qui aedes acerumve frumeti iuxta domum positum cõbuserit, vincetus verberatus igni necari iubetur, si modo sciens prudensque id commiserit. l. qui aedes. ff. de incendio. Et per illam legem fuit alij crematus per latronum, quem præpositum mareschallorum vulgus vocat, quo dacerum frumeti in campis situm, Gallic. ungerbier, cremasset. quia hi alios fame necant, & multa incommoda pariunt.

Claves portarum quis habere debeat.

Ultimò tribuni officium est claves portarum suscipere, vigilias interdum circuire. frumentationibus commilitonum interesse l. officium. §. fin. ff. de milit. vbi frumentationem vocat frumeti distributionem inter milites faciendam.

Lupinum.

Lupinum est genus leguminis, non minus terram appetens, voraxque illius, quam lupus vorat pecudes. nomẽ assumpsit. Et quidam est sylvestris, alter fatuus, teste Caelia. Cotra in 2. parte memor. in verbor. lupinum. Græcè *Λύπινος*, id est lupinus fatuus Gallic. dicitur *lupin*. Et quotidie cum sole circumagitur, horaque agricolis etiam nubilo demonstrat, ter præterea floret, primum Maio, deinde Iunio, & terriò Iulio mense; post vnum quenque florem siliquas producit, teste Plinio lib. 18. ca. 14. & 27. & Dioscorid. in lib. 2. de lupi. cap. 102. & per Leonardum Fuschium in lib. de historia stirpium, cap. 116. de thermis.

Siliqua.

Siliqua hic dicitur tegumentum fabarum, & aliorum leguminum. Gallic. *l'escouffe ou gouffe*. Accipitur etiam pro certo pondere, videlicet quatuor grana siliquam pendunt, si Alcia. credamus hic. Alij vero dicunt obolum sex siliquas. siliquam & scrupulum idem esse, alij opinati siliquam pro solidis. in l. vna. C. de imponen. lucrat. descrip. lib. 10. Alij siliquam partem quartam vncie dixerunt. glo. per illum tex.

in liberto. §. filiū. ff. de annuis lega. vbi licet anti-qui codices Siliquam legant, tamen emendati habent Siciliam. Est autem Sicilius semuncia, teste Alciat. hic, & Pyrrho in l. 1. C. de metallar. lib. 11. facit anthen. sed hodie. Cod. de episcopis & cleric. anthen. adhuc. Cod. de usufr. Quod si plenius & ad amussim cupiatis videre differentiã inter siliquam, scrupulum, obolum, drachmam, siculum, minam, solidum, talentum, assẽm, sextarium, & alia vocabula his accommodata, legendus erit Alex. ab Alex. lib. genial. 4. c. 24. & Bud. in suo tract. de assẽ & eius partibus. Quod facit, ut si quis dare tenetur sextarium fabarum, sine siliquis præstare teneatur, nisi in contrarium esset usus, vel consuetudo.

Sicilius.

Triticum vero nomen est generale, significans omne, quod in arca teritur. glo. in l. triticum. ff. de verbor. oblig. & ff. de triticar. actio. sicque potest capi in tit. de tritic. vino, & oleo legato. Secundo appellatur triticum frumentum, propter eius excellentiam. §. sed ius quidem civile. Infit. de iure natur. & supra dixi, ita communi usu receptum. Et plura tritici genera describit Columel. in lib. de re rustica. 2. c. 6. sic dicens: Tritici autem genera complura cognouimus: verum ex his maxime serendum est, quod robus dicitur: secundum est siliginis: tertium est trimestre, quod & genus est siliginis, reliqua species superuacua. quartum milium. Panor. in cap. ex multiplici de decimis. dicit tritici nomine contineri: quod tamen ex comuni usu loquendi Francia reicitur. Alio quippe nomine vocatur frumentum, alio milium. & qui tenetur dare frumentum, non liberaretur dando milium: quod apud Biernens. est valde commune ac gratum.

Triticum nomen generale, & plura genera.

Accessit etiam bladi generalis appellatio, du blé, vt cõtineat omnia, quæ arista tenentur. las. & alij in d. l. triticum. præterquam legumina: vt patet in c. 3. ibi, de blado & vniuersis leguminibus. de decim. vbi Panor. vt sic frumentum & siligo comprehendantur.

Bladinome quid cõtineatur.

Et velut in dies magis propria rebus indicuntur nomina pro cuiusque linguæ facultate, ita Gallicus vsus pro vilioribus speciebus frumeti, veluti horde, auena, & reliquis, inuenit proprium his terminum. Gallic. *le petit blé*, quemadmodum etiam forensi iudicio vidi obseruari, & scribit de Ripa in tract. de peste, fol. 90. versic. 4. quæro. vbi etiam tradit an prohibitus extrahere frumentum, censetur prohibitus extrahere farinam, vel panem coctum. ibi videre plenius, cõ his quæ superius scripsi. Nam Gallicus sermo sua propria habet nomina. ob id vnius nomine vix aliud continetur, quia separata nomina: arg. l. si iidem codicilli. C. de codicil.

Gallicus vsus distinguit vocabula frumeti ab aliis.

PAVLVS LIBRO TERTIO AD Plaut. Lex septuagesimo octaua.

Interdum proprietatem quoque verbum possessionis significat, sicut in eo, qui possessiones suas legasset, responsum est.

Vult iste tex. dicere, quod licet possessio pro usu rei communis accipiatur, & pro iure insistendi rei non prohibita possideri, vt in toto tit. de acquir. possess. ff. & C. & in l. quæstio. infra eod. & in rubr. de caus. possess. & propria. extra & alibi frequentius: interdum tamen possessio denotat proprietatem, vt in eo qui suas possessiones legasset: nam proprietatem earum legasse censetur, vt hic. Et sic verbum possessionis est equiuocum, significans possessionem, & proprietatem. probat l. lexand. conf. 95. nu. 3. in §. vol. per istum text. qui videtur rationem habuisse ad illud ius naturale, quo cepit dominium

Possessio denotat proprietatem.

dominium a possessione, per id quod dictum fuit, Quæquid calcauerit pes tuus id tuum erit. conueniunt. in l. cum miles postulabat suo nomine litigare de possessionibus, quas sibi donatas esse dicebat. ff. de alienatio. iudic. mutand. caus. fact.

Interdum exceptio dicitur, & alia dicitur sequent.

Et hæc dicitio interdum in tex. posita denotat regulam in contrarium esse, & exceptionem proprie significat. nam si sit interdum, ergo non semper. l. verbum erit. infra eod. l. interdum. ff. de minorib. l. interdum. ff. de cõdict. indeb. l. si vt certo. §. interdum. cõmoda. l. interdum. de iudic. l. admonendi. de iure iur. l. interdum. de natã. resti. l. vel obligatus. §. si. de liber. caus. l. si. vt in possess. legator. l. interdum. de publica. l. interdum. de verbor. oblig. l. interdum. rem ratam haberi. l. interdum. de iur. iur. l. iurisdictioni. §. prætor ait. 3. no. ff. de pact. l. interdum. de public. iudic. l. satisfactionis. supra eod. & in l. 1. §. interdum. ff. de iur. & l. triplici. & l. vtrius. & l. penul. infra eod. c. 2. vt lite pendens. in 6. Corne. conf. 13. videtur. col. 1. in 4. volum.

Aliquando.

Idem dicitio Aliquando, vt exceptionem denotet, & regulam in contrarium esse. l. aliquando. ff. ad Velleia. Gomef. in §. sed ista. col. 8. nu. 21. Inst. de actio. l. Stichum. §. aditio. ff. de solutio. l. in personam. de pact.

Quandoque.

Idem in verb. Quandoque. l. rogo. ff. quando dies lega. cedit. l. cum pater. §. rogo. de leg. 2. l. penult. §. si. de reb. eorū. l. 2. §. deinde cum posit. de orig. iur. l. continuus. §. item qui in silam. de verbor. oblig. l. 3. §. hac poena. quod quisque iuris.

Multoties, plerumque.

Idem in verb. multoties. clem. 1. de offic. ordinari. c. 1. de dolo & contumac. Idem in dicitioe plerumque. l. plerumque. & l. locus. supra eod. & l. seq. ac l. pecunia. 2. §. actionis. & l. pronuntiatio. §. 1. & l. minus. 2. infra eod. & l. 1. §. 1. ibi, quia plerumque itinibus vel via non semper vitur, nisi cum vltus exegerit. ff. de itinere actuque priua. Etiam dicitio, non semper, exceptionem ostendit, sicut dicitio, plerumque. l. plerumque. ff. de iure dotiū. l. 3. §. 1. de offic. præfect. vigil. & l. 1. §. 1. de tutel. & ratio. distrah. l. si plures. in 1. & ibi Imol. de vulgar. Claudius Aquæf. in l. interdum. §. 1. col. penul. de acq. possess. §. si. de legit. patron. tutel. in Insti. l. 1. ff. de rerum diuis. l. 3. §. si cum de liber. homi. exhib. l. salus. §. si iactum. de furtis. l. annonã. de extraordinar. crimi. l. in obsecris. de regul. iuris. l. 2. §. 1. ibi, vt plerumque facit. de his qui no. in fam. l. si partem. de seruit. rustic. præd.

Non semper.

Idem in dictione saepe, sæpius, sæpiissime. l. saepe. vbi dixi, supra eod. quod enim saepe fieri dicitur, non semper fit: & casus denotat, ergo regula est in contrarium. l. saepe. ff. de offic. præd. Idem in dictione sæpenumero. l. si in diē. §. si. ff. de conditio. & demon. Idem si dicitur in quibusdam casibus. l. interdum. in 2. ff. de furt.

Sæpe, sæpius, sæpiissime.

Sæpenumero.

Vix.

Idem in dictione vix. l. vix certis annis. vbi glo. ff. de iudic. l. iura. §. si. de minor. l. si heres. ad legē Falcid. Et quod vix fit, tamē fit. glo. in c. hac cuius placiti. 12. q. 2. c. 2. de cogna. spiritual. in 6. l. si plures. de vulgari. l. si. ff. de assignand. libert.

Nonnunquam.

Idem in dictione nonnunquam. l. si. de iustit. & iure. l. nonnunquam. de adoptio. l. 1. de offic. præfect. vigil. l. coniunctionem. supra eod. l. qui tabulas. de iur. factus. infra de regul. iuris. l. nonnunquam. de l. ga. præstand.

Multifariam.

Plurifariam.

Idem in verbo multifariam. l. liberorū. infra eod. l. ne quid. ff. de incend. rui. & naufrag. Et in dictione plurifariam, idem quoque dicendum, per l. 2. §. 1. ff. de iure fisci. & l. semper. §. penul. de iure immunita. l. 1. de resti. in integr.

Regulans quando faciunt ha diuina.

Quæ tamen præfate dictiones interdum constituunt regulã. De verbo interdum tex. est in l. triplici. infra eod. & l. metum. §. sed quod prætor. ff. quod metus caus. l. si plures. de vi & vi arma. & alibi mul-

tories: quãnis las. contrariū firmet in l. iurisdictioni. §. prætor ait. no. 3. ff. de pact. De dictione plerumque etiam est tex. in l. pronuntiatio. infra eod. facit l. legatis seruus. §. si vnus. ibi, in quo officio plerumque verfabatur. id est regulariter. ff. de lega. 3. l. non dubitamus. vbi glo. & doct. de conditio. & demonstra. l. 1. de furtis. l. 1. §. domino. de aqua quotid. & aestua. l. nec in ea. in fi. de adulter. ibi, plerumque autē æstate vitur. l. iurisdictioni. §. prætor ait. vbi las. 8. nota. de pact. Corne. conf. 233. in hac cõsultatione. col. 1. vol. 4. Idē in aliis dictionibus probari potest: quod percipi solet ex re, id est pro materia subiecta, vt si regula conueniat, regulam faciat: si vnus, exceptionē tantū dicitis significare, idque frequētius.

Proprietatem. Vt plenã huius verbi notitiã habeamus, sciendū est imprimis propriū id vocari apud Aristotel. quod omni, & soli inest, & semper, vt sit hominis propriū ridere: siquidē id omni inest homini, & soli non alteri animanti, & semper, quod etiã peculiare vocamus. & veluti ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Et istud ius non solum humani generis propriū est, sed & omniū animantium, & c. l. 1. ff. de iustit. & iure. & Insti. de iure natur. gentiū & ciuili. Inde vulgo dicimus Adamantem, aut alium lapidē, seu herbam talem proprietatē habere, volentes annuere id esse peculiare ei lapidē, & nulli alij cõmune. l. 1. in fi. ff. de publica. ibi, hoc proprium est huius edicti.

Porphyrius autē sequentis Aristotelē in sua isagogæ, quadrupliciter dicit propriū. Primo, quando soli inest, & non omni, vt nauā, vel musicū esse. Secundo, quãdo omni, & non solum vitare omni inest homini, & non solum animalia, & plantæ viuere dicuntur. Tertio, quod inest omni, soli, sed non semper: vt canities homini, quæ non contingit nisi senio affectis. Quarto, quod omni, soli, & semper inest: vt docilem esse homini: de eo enim solo, & de omni, & semper dicitur. Et exacte proprium declarat Rodolphus Agricola in lib. de inuentio. dialect. lib. 1. cap. 8.

Proprium quot dicitur modis. Proprium, tuum.

Secundo propriū dicitur proprie tuū, vel suū. l. si. ff. de superficialib. ibi, superficialias aedes appellamus, quæ in conducto solo posita sunt. quarū proprietates & ciuili & naturali iure eius est, cuius est solium. l. si id quod. ff. de duob. reis. Bal. nominatim in l. cum res. in fi. C. de proba. & de Ripa in rub. de causa possess. vnde ius propriū maris dicit tex. in l. sane. ff. de iniur. Et res propria dicitur sua. §. si quis igitur. in athen. de non alienand. reb. ecclesiastic. colla. 2. ibi, propriis eorum substantiis. Et propriã familiam dicit Iurisc. in l. pronuntiatio. §. 1. infra eod. & ibi, iure proprio, & c. Et proprio nomine, in l. si calumniatur. in fi. infra eod.

Proprium suum.

Interdum Iuriscõsultus ad maiorem elucidationem vtrumque exprimit, & emphatim habet. l. si. §. 1. ibi, suum proprium. ff. de excep. rei iudica. sua propria. l. restatrix. §. 1. si seruit. vindice. & laquam. quemadmodum. seruit. amittant. veluti etiam alias Iuriscõsul. dicit res tuas proprias, in l. si. ff. de negot. gest. & tuum propriū, in l. serui. vlti. tractat. quem admod. caue. & in l. si supra. ibi, sed Proculus tuum proprium. de acquir. rerum domi.

Proprium meum.

Et aliquando propriū meum, in l. si cõmuni. ff. de seruit. rusticor. prædior. ibi, proprius meus patris. & l. si cum meus proprius esset patris. si seruit. vindicer. l. in hoc iudicium. §. 1. cõmuni diuid. & proprium, meum seruū, in l. & tantum. §. si seruus. de seruo corrup.

Respropria quatuor modis dicitur.

Vnde dicit Bal. in l. omnibus. C. de testib. rem propriam quatuor modis intelligi: primo ratione vtilitatis, cum videlicet aliqua vtilitatem cõsequimur, vt in venditore & cedere. Secundo dicitur pro-

pria ratione iuris rei, quando aliquod ius in re habeo, vt feruitur forte, vel ius pignoris. sed hoc nō probat. Tertio ratione iuris inflātā, vt in procura...

Ego vero breuius dicerem propriū posse vocari, aut ratione dominij, aut alicuius iuris, seu ratione eius quod interest: quæ tria cōprehendunt omnia alia, vt in l. r. §. propriam causam ab aliena quæ...

Tertio propriū nil habet, qui mandatā iurisdictionem habet, id est delegatus iudex non habet suo iure, sed alieno beneficio, videlicet delegantis, & eius nomine vt debet, nō suo iure. l. i. §. qui mādant...

Quarto propriū dicitur præcipuū, vel pecuniare: vt milites peculium castrensē propriū habent. l. errat. in fi. C. de castren. pecul. lib. 12. vbi Lucas de Penna. Et ius potestatis, quod in liberis habemus, proprium est ciuiliū Romanorum. nulli enim sunt alij homines, qui talē in liberis potestātē habeant, qualem nos habemus. §. ius autē de patria potest. in Inst. l. 2. in fin. de adoptio. Ciuitas nullā propriā legem habet de additionibus admittendis. l. Lucius. in fin. ff. ad municipal. l. 3. §. quamuis. de muner. l. quamuis. ff. ad legem. Aquil.

Quinto propriū dicitur, quod cōmune nō est. l. in provinciali. §. i. ibi, quod si socius meus in cōmuni insula opus nouum faciat, & ego proprium, cui noceatur, habeat. ff. de noui oper. nuntia. & nemo dicat proprium, quod est cōmune. c. sicut ij. 47. distinet. Tamē quoad dispositionē parris meæ potest res cōmunis propria dici, vt de ea liceat disponere, quemadmodum si tora mea esset. l. ferui. §. i. ff. de lega. 1. Et sic propriū ad rei cōmunis exclusionem interdum appellatur. l. i. §. per cōmunem seruum, sicut per proprium. ff. de acquir. possess. l. 1. §. communis seruus. de stipula. feruor. l. qui marito. §. qui leno. ibi, nec interest proprius cuius eorum, an cum alio communis fuerit. de adulter. l. si id quod. famil. ercise.

Sexto interdum capitur proprietas pro dominio: vt qui merces in horreo repositas vendiderit, simulatq; clauēs horrei emptori tradiderit, transfert proprietatem mercium ad emptorem. §. item si quis merces. Insti. de rerum diuis. Et qui misilia in vulgus iactat, transfert rei proprietatem: quia vult, quod quisq; eorum exceperit, eius sit, statim eorum dominum effici. l. qua ratione. §. itē si quis merces. ff. de acqui. rerum domi. l. cum in corpus, & l. per seruum, & l. seruus. §. si ibidē. l. a diuo Pio, §. sic quoq; ff. de re iudi. probat l. pen. §. r. de via publica. vbi primo dicit proprios parietes, & postea domini. l. qui a seruo. de actio. & oblig. l. venditor. de verbor. oblig. l. si ego hac mente pecuniā

procuratori dem, vt ea ipsa creditoris fieret, proprietatis quidem per procuratorem nō acquirunt. ff. de negot. gest. l. quaestio. ibi, iuris proprietatis distat. infra eodem.

Vnde dominus proprietatis dicitur is, qui est dominus illius rei, & iuris proprii, quod habetur in re etiam extra vsum fructū, & alia iura, quæ inferius describo, per l. acquirunt. §. itaq; & §. seq. ibi, domino proprietatis. ff. de acquir. rerum domi. l. quod fructuarius. ibid. l. si fructuarius. de manu. miss. testam. l. arbitrio. §. r. ibi, si dominus proprietatis. ff. de dolo. l. si cuius. de usufruct. l. acquiescēt. §. item Nerua. ibidē. l. sed & si quid. §. proprietatis. ibid. l. locū. §. r. ibid. l. si seruus in quo. quib. mod. usufruct. amittat. l. vi frui. si usufruct. petat. l. fructuario. §. si ibidem. l. si ita legatus. §. i. de vfu & habitat. l. sed & si proprietatis dominus ad legē Aquil.

Hinc dominum proprietarium dicitur iuriscōsul. in l. inter omnes. §. si seruus. ibi, diuiditur enim factio inter proprietariū dominum & fructuariū. ff. de furtis. Et dominium proprietatis, in l. si tibi. ff. quibus mod. usufruct. amittat. & l. acquirunt. §. non solum. de acquir. rerum domi. ibi, ad dominium proprietatis pertinet. & l. proprietatis dominium. C. de proba. Gallic. dicere solemus le seigneur propriétaire. Et proprietariū vocat Vlpia. in l. Pompo. ff. quibus modis usufruct. amittat.

Septimo iuriscōsultus ad excludēdum vsum fructum, ius dominij, quod in re nostra habemus separatim ab usufructu, proprietatem vocat in l. si Titio usufructus, & Mevio proprietatis legata sit. ff. de vfufr. l. eum qui iura. §. qui proprietatē sine vfu fructu habet. ff. de verbor. oblig. l. si postulauero. §. de eo quoq; ff. de adulter. l. si pecunia. vt in possess. leg. l. 3. de usufruct. l. si tibi. ff. usufruct. quemadmodum. caue. l. si is qui in alienam. §. quod si seruus. in fi. de acquir. rerum domi. Vnde si pure proprietatis legata sit, ad legatariū perueniet, quamuis usufructuarius heres sit institutus. l. si pure. ff. de vfufr. lega. facit l. vxori. r. §. r. versic. scorpium. & l. seq. & l. Sempronius. §. fin. l. generali. §. r. l. vxori. 2. §. Stichoch. ibid. l. Meuius. r. in fi. ff. de lega. 2. l. 1. §. 1. l. 4. & l. si tibi. cum l. seq. ff. de usufruct. accret. cōd. ibi, si tibi usufructus fundi pure, proprietatis autē sub conditione legata sit, & pendente cōditione dominium proprietatis acquireret. & l. si ager. quib. mod. vfu fruct. amittat. Iuriscōsultus tamen interrogatiue dicit proprium quiddam vsum fructū, in l. i. a reo. §. si reo. ff. de fideiussor. quia fructuarius dominus non est l. falsus. in fi. de furtis.

Octauo ad exclusionem habitationis & domicilij. l. lex Cornelia. §. domum accipere debemus non proprietatē domus, sed domiciliū. ff. de iniur. Nono proprium dicitur ad differentiā alieni. l. seruus. ibi, aduersus propriū seruum accusationē instituere dominus potest. ff. de accusa. Sic dicitur proprium delictum, in l. qui accusare. ff. de accusatio. ibi, alij propter delictum propriū, vt infames. Propriam litem, in l. quæ omnia. in fi. ff. de procurator. ibi, plane si dicat in rem suam se procuratorem datum, & hoc probauerit, non debet carere propria lite. Inde proprii creditores vocantur, quibus debemus: & heredes proprii creditoris, quibus heres tenetur. l. si creditores. ff. de separationibus. in fi. Alias quamplurimas super hoc phrasēs breuitatē consulens prætermitto.

Decimo interdum ab vfu proprietatis non separatim: vt si quis rem donauerit ad vsum Titij, Gallic. à son usage, tunc proprietatis donata videtur, per l. donationes in concubinā. §. species. ff. de donatio. l. Titia. r. §. si. de lega. 2. quæ leges vt intelligantur, aduertendū est ad casus sequētes. Primus est, vt quādo donatur vfu vel usufructus talis rei, tunc proprietatis

Donatum proprietatis, & propriarium.

Proprietas dicitur sine usufructu.

Proprietatis quas.

Proprietas ad differentiā alieni.

Rei donat ad vsum an proprietatis donata censetur. Intellectus plurimū legi.

prietas legata non censetur, vt probatur per totū titul. ff. de vfufr. & de usufructu lega. Alexand. cōsil. 150. in 7. vol. quicquid super hoc simpliciter interpretes scribant.

Secundus casus est, cum ita donatur res, vt ad vsum tuū habeas, proprietatis donata videtur. l. fin. ff. de vfufruct. earum rerū, quia tunc proprietatis nō separatur ab vfu. l. donationes. §. r. ff. de donatio. ideoq; proprietariū donatæ rei nil detrahit illa expressio ad vsum, vel usufructum. quod enim tacite inest, expressum nil operatur. l. 3. ff. de lega. r. probat etiam. §. species. ibi, quarum rerū usufruct. dum viues, tibi sufficit, proprietatē legatā, & c. ff. de auro & argen. lega. l. libertis. r. de alimen. & cibari. lega. Imprimis ergo sunt spectanda verba, an donans vel legans dixerit, dono vsum, vel fructū rei: si vero expresserit se donare talem rem, per hæc verba rei proprietatē donat. & quāuis postea dicat volo quod illius rei habeat vsum, vel usufructū, vel quoad vsum, nisi alias adimat proprietatē, donatarius proprietatem quoq; habebit, quia proprietarius vsum habet rei suæ. Vnde notarij, qui solent apponere tot verba in sine instrumenti: videlicet hanc donationem fecit ad vsum talis, & c. Et qu'il en puisse jouir pleinement, & c. nil detrahunt proprietariam donatæ. Quod est notandum, vt ibi dixi in no. interpre.

Vndecimo nuda quandoq; dicitur proprietatis, quando separata est ab usufructu. l. si usufructus. 2. & l. si alij. ff. de usufruct. l. videamus. r. in princ. ff. de vfufr. ibi, neq; enim nuda proprietatis, quod ad proprietatis nomen attinet, fructus vllus intelligi potest. l. 2. quib. mod. usufruct. amittat. l. si postulauerit. §. ita proprio. de adulter. vbi sic dicitur: in proprio, cuius usufructus alienus est, nuda proprietatem, in quo tantū usufructū habuerit reus, & c. Alias phrasēs huius verbi nuda, vide in l. Herennius. infr. eo. Tamen si quis legauerit usufructū, vel vsum pecuniæ, intelligitur quoq; legalis proprietatem ex natura rei. l. si ff. de usufruct. earū rerum. sed de pecunia recte caueri oportet. l. 2. ibid.

Duodecimo proprietarius dicitur is ad quem proprietatis & dominium spectat. l. & eleganter. §. si seruum vsum fructuarius occidit. ff. de do lo. & l. 3. de usufruct. accret. cen. l. repeti. in fi. & l. interdum. quib. mod. usufruct. amittat. l. Pompo. ibi dem. l. per seruum. §. si ex hac pecunia. & l. seruus. in fi. & l. quod fructuarius. ff. de acquir. rerum domi. & l. si de fundo. de vi & vi arma. l. deniq; quod vi aut clam. l. 1. §. si fructuarius. de stipula. feruor. l. item apud. §. si communem. ff. de iniur.

Quasi proprietatis causa est, quando nō solum de possessione agitur, sed & de iure: vt in interd. de locis sacris, & religio. tex. in l. 2. §. sed & illa. ff. de interd. vbi est glof. & ibi addidi. Et quasi proprietatis tripliciter dicitur: primo in iuribus, & rebus incorporabilibus. c. fi. de iud.

Secundo in locis sacris & religiosis, vt prædictū est. Item habens titulum à non domino potest dici habere quasi proprietatē, id est quasi dominium: teste de ripa in rub. de caus. possess. & proprie. col. penul. per c. Abbate. sanc. de re iudica. in 6. vt in Publiciana patet, in rub. de Public. in rem actio. ff.

Et sic in vanum differitur, an proprietatis appellatione veniat dominium vtile: nepe vasallus feudum possessionem habet, sed proprietatis ad dominū spectat. §. si. de inuesti. de re aliena facta vbi capitur pro dominio directo. Idem cum loquimur de alio habente proprietatē vel dominium ratione emphyteutæ, vel censuarij, & in similibus.

Si vero loquamur de proprietate ratione usufructus, tunc intelligemus non solum de dominio directo, sed & de vtili, & iure proprio, quod quis in

Vtile dominij an proprietatis nomine cōtineatur.

illa re habet extra vsum fructū: vt supra probaui, & facit l. 3. §. idem Iulia. ff. de itinere. l. 4. de alimen. & cibari. lega. vbi etiam Imperator famit proprietatē reddituum pro illo iure, quod habet quis in redditibus, in l. iubemus nulli. §. si. C. de sacrosanct. eccl. licet glo. ibi exponat pro possessione. Et sic libellus sustinerent in forensi iudicio, si quis peteret proprietatē suæ rei emphyteuticæ, per præmissa: vt concludit Alexand. in l. si finita. §. si de vctigalib. ff. de dāno infecto. & de ripa in rubri. de causā possess. facit l. si ex testamēto. §. penult. ff. de excep. rei iudica. l. qui res. §. si seruus. de solutio.

Idem si dicatur proprietatis ratione possessionis, tunc etiam intelligitur de iure illo proprio, quod quis extra possessionē habet, siue sit dominium directum, siue vtile. Vnde si emphyteuta legauerit, vel donauerit proprietates suas, videtur legariis suum, quod proprietatem vocat. facit l. qui tabernas. ff. de contrah. emptio. tamen separata debet esse possessio à proprietate. l. 1. §. r. ff. vt possidet. l. certe. §. penult. ibi, possessionis rogetur, nō proprietatis. de precar. & l. seq. l. & an eadē. §. si. de excep. rei iudi. l. naturaliter. §. nil cōmune. de acq. possess.

Item quādo loquimur de dominio, & proprietate, vt in l. si procurator. r. ff. manda. quæ sic habet si procurator rem mihi ex mandato meo emerit, eique sit tradita meo nomine, dominium mihi & proprietatis acquirunt etiam ignoranti: debet intelligi, dominij mihi per procuratorē acquiri, & proprietatem, id est acquiri dominium, per quod res mea propria sit, etiam me ignorante. sicq; debet intelligi, quamuis alij exponant & pro id est, vel aliis modis: verum ego sic intelligerem. nam si de vi, & possessione queratur, prius cognoscendum de vi, quam de proprietate rei diuus Adrianus rescripsit, l. si de vi. ff. de iudic. in l. qui coetu. §. si. de vi. de vi publica. intelligitur proprietatis pro dominio, vt supra dixi, & dicam in interpreta. nouis abundantius.

Et ita secundum materiam subiectam, & ex natura correlatiuorū proprietatis appellatio intelligitur: quamuis Feli. in c. Rodolphus. col. 10. versic. territorium. de rescrip. dicat proprietatis appellatione intelligendum esse de nuda proprietate sine usufructu. siquidem proprietatis omnino referunt ad possessionem, & secundum diuersos respectus vnus & idem dicitur modo proprietarius, modo possessor: veluti vtilis dominus respectu directi: vt vasallus ratione domini superioris est vtilis dominus. at ratione inferioris, scilicet emphyteutæ, aut alterius, idē vasallus erit directus, de quo dominio vtili & directo tradit Bar. & Alex. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. possess. plene de Ripa in rub. de caus. possess.

Quondam dominus, apud Iuriscōsul. in l. r. §. in beneficiis. ff. si quadrup. pauper. fecit. dicat. id est olim dominus, quomodo quicq; desinat dominus. glof. & doct. in l. eius. vbi addidi. ff. si cert. petat. Domini locorū, in l. in diē. ff. de aqua plu. arc. dominus addidit, in l. 3. ff. de mort. infer. & similes locutiones.

Quædam conuentiones in suo nomine non stant, videlicet generis, sed in propriū nomen transeunt, id est specialia nomina vocantur, vt emptio, quæ non stat in suo generico nomine, do vt des, sed transit in nomen emptionis. l. iurifigentium. in princ. de pact.

Interdum proprietatis verborū capitur pro forma, qualitate, & substantia verborum: vt in l. 2. ff. de act. & oblig. plene docet Federic. in tract. de interpreta. legum, maxime in 3. parte, quam Alciat. transcripsit in lib. 1. & seq. de verb. signific. Alia de proprietate videbitis in rub. de caus. possess. per interpretes.

Possessionis verbum. Possessio hic accipitur pro iure.

Proprietatis rei emphyteuticæ.

Proprietatis & dominij.

Intellectus ad si procurator manda.

Quondam dominus.

Conuentiones, que in proprium nomen transeunt.

Possessio pro proprietate.

Delegatus iurisdictionem non habet cet propria

Proprium pro pecuniari.

Proprium quod commune non est.

Proprietatis pro dominio.

re proprio rei, & sic pro dominio, & re possessa: sed hoc interdū, vt hic, & in l. i. §. Sequola ait possessionis furtū fieri. ff. si quis rem. liber esse iuss. fuer. vbi gloss. l. magis puto. §. nō falsim. de reb. corū. l. libertus. §. sola ratio possessionis. ad municipi. l. medicus. de var. & extraord. cognit. ibi, suas possessiones. l. Lucius. ff. de euestio. cap. cum tu. de vsur. ibi, possessiones vero, quæ de vsuris cōparatæ sunt, de bent vendi, & ipsarū preterea his, à quibus vsure sunt extortæ, restitui. Et ius canonicū ita sepius vti- tur, & Imperator in l. cum re. i. C. ne vxor pro marito. l. 2. de proba. l. cum res. de contrah. empr. l. si quidē. de don. interv. & vxor. l. si aqua. de seruit. & aqua. l. quicūq;. l. & l. ius, & l. iij. quibus. de fund. patrum. lib. i. l. de fund. rer. priuar. ibidē. Habe- tur Ecclē. §. c. noli attendere ad possessiones ini- quas. & ibid. c. 37. non dederis alij possessionē tuā. Archid. in c. parochia. 16. q. 1. Barba. in c. possessiones. de reb. ecclē. nō alienan. l. i. multa iura cumu- lat in cōsi. 224. principale. col. pen. in 2. vol. & in §. nihil cōmone. l. naturaliter. ff. de acq. possel. quæ re- petit in l. traditionib. C. de pac. & Dec. in c. cū vene- rabilis. 3. no. de excep. & hoc est ad sequentia vile.

Legare & vendere possessiones suas.

Primo si quis legauerit suas possessiones, domi- nium illarum, quod habet, legasse videtur: vt hic Bar. Alexand. & alij. in l. i. in princ. & §. si vir. ff. de acquir. possel.

Præterea si quis vendit possessiones suas, vide- tur earum proprietatem vendere: quia possessionis verbum tunc proprietatem denotat, vt hic, & iuribus superius adductis.

Princeps concedens possessiones suas, & pro prietatem donare videtur.

Ad hæc si Princeps cōcesserit possessiones suas talis loci videtur quoque proprietatē concedere. l. 2. C. de bon. vocat. l. i. q. quia beneficiū Principis est plenissime interpretandū. l. i. ff. de cōst. Princi. sic scribit Barba. in c. ex liceris. in l. no. de consuetud.

Dās pigno- ri possessiones donat.

Item si quis pignori dedit possessiones suas, illarum proprietatem dedit videtur pignori, non vsum. l. i. C. si pignus pigno. datum sit. vbi Bal. per illum tex. hoc docet.

Super si quis possessiones suas donet, vel alie- net, nō solū proprietatē alienare videtur, sed & iurisdictionē inherētē territorio, & possessionibus: secus si per sonæ adhareat. Bald. in c. i. col. 2. & seq. de capi. qui curiam vendi. & Fel. in c. Rodolphus. col. 10. de rescrip. vers. territorij. Oldra. cōsi. 252. & las. in l. i. col. vlt. ff. de iurisdic. om. iudic.

Possidere bona defun- cti quomodo intelliga- tur.

Adde quod si iurisc. dicat, heredes possidere de- bere bona defuncti, intelligit non solū quoad pos- sessionē, sed & proprietatē. l. 2. in fin. ff. de bon. eorū, qui ante senten. mort. sibi consc.

Res mobiles nomine possessionis cō- tinentur.

Et quāvis possessionis appellatio res etiā mo- biles cōtineantur, licet vilis & abiecta sit earū pos- sessio, vt dicit Iurisc. in l. si rē. ff. de acq. possel. & di- cūtur vsucapi, & sic possideri. §. furtiuæ. Inst. de vsu ca. l. i. C. de cōmun. rer. aliena. l. si. de cōpena. Gui- do Pape in statuto. si quis per literas. in verb. rei ha- betur Iaco. c. i. Et fuit possessio eius septē millia o- uium. & Gene. 13. c. Abrahā erat diues valde in pos- sessione auri & argenti. Et probatur maxime in reg- ul. frarrū minorū, vbi possessiones acquiri prohi- bentur, intelligitur etiā de mobilibus: vt in clem. exiui. de verb. signi. sic cōsultat Bal. cōsil. 438. vlt. factō. col. 3. in 2. vol. Tamen cōmunis vsus loquēdi Franciæ vocat tantū res immobiles exceptis domi- bus possessiones, maxime in ressortu Tholoano, vbi pratū, oliuetū, vineā vel fundū, bellam posses- sionē vocant, Gallice *belle possession*. Et sic in Fraciā si quis donaret possessiones suas talis loci, nō conse- ratur donare res mobiles, quas ibi habet, sed im- mobiles tantū: vt docet Bar. in l. vxorē. §. legaue- rat. ff. de lega. 3. Bal. in l. de statu homi. Imol. in c. possessiones. col. 1. de reb. ecclē. nō alien. Alexād.

& las. in l. i. ff. de acq. possel. Et hic stylus probatur in l. filij. in fin. ff. ad municipa. ibi, qui fœnus exer- cent, oneribus patrimonij in cōtributionibus sui gi debent, etsi possessionem non habeat, id est res immobiles: quia vix est quis tam pauper, qui mo- bilia quædā non habeat. Bal. in l. i. in fin. C. de cō- penā. Lucas de Pen. in l. cum neque. col. vlt. C. de incol. lib. 10.

Quod vero possessionis appellatione nō veniat domus, est tex. in l. fin. C. de loca. ibi, possessiones, vel domos, pōderādo illam particulā, vel, quæ de- notat diuersitatē. Aut si possessionis appellatione cōtineretur domus, superfluus esset tex. exprimēs domos. facit. l. sciendum. ff. qui furti. cogant.

Et possessor rerum interdum dicitur dominus. d. l. sciendum. & in l. i. C. de colo. Thracens. libr. 11. Alexand. cōsi. 95. diligenter. col. 2. in §. vol. vbi ita- tim docetur.

Cum igitur ille sit vsus loquendi, quod domus appellatione possessionis nō contineatur, legeque fūciatur, infere posse partē non teneri illum vsum probare, cum satis à lege sit probatus: vt scri- pti in l. creditores. supr. eo. post Bar. in l. i. ff. de leg. & legitim. heredib. quod est valde notandū. Alias enim allegans vsum cōmunē loquēdi, illum pro- bare debet, restat Alexand. cōsi. 26. videtur. col. 4. in 3. vol. cuius probatio est admodū difficilis, vt scri- bit Ioan. de Anania in c. vno. col. penul. de sagita. debet enim probari id tēporis fuisse, quo actus factus fuit. arg. l. si voluntate. C. de rescind. venditio.

Domus nomine posses- sionis nō cō- tinetur.

Possessor rerum pro do- mino.

Vsus cōmu- nis quando probandus non sit.

Dominium pro posses- sione acci- pitur.

Dominij possessionis fieri possel. consul.

Possessio quando pro proprietate accipiat.

Possessoria actioes qua.

comprehendatur sub possessoriis. Quamuis in cō- trarium Chaffan. in consuetud. Burgund. rubr. *des droitz*. §. 5. glo. *es droitz*. possessores, dicat intelligi de realibus actionibus, & male. videte Bal. cōsil. 235. statuto. in 2. vol. Alias Iurisc. ait, possideo con- suetudinem habendi dona, in l. seruitutes. in prin. ff. de seruit. vrbano. prædior.

Vicariapossesio.

Vicaria possessio, in l. postquam. §. i. ff. vt lega- vel fideicom. nomine caucat. vbi glo. exponit pro- ea, quæ vicem cautionis obtinet, & quæ dabatur vice cautionis non præstitæ: quia transferebatur possessio in legatarium, vice cautionis non præsti- tæ ab hærede.

Possidere prodetine- re.

Item possessio interdū pro detentione accipi- tur. l. 2. & ibi glo. in princ. ff. de orig. iuris. vbi dicit colonum habere possessionē rei conductæ, quam- vis non habeat nisi solam detentionē. Bar. & alij in rub. ff. de noui oper. nuntia. Imol. in c. possessiones. de reb. ecclē. non alienand. Et tex. in l. stipula- tio ista. §. hæc quoque. ff. verbor. obliga. tradit diffe- rentiā inter possidere, & tenere, seu detinere: quod possidere ad ius refertur, alterū ad factum. vnde e- quus dicitur tenere sellam, non possidere. l. posses- sio. ff. de acquir. possel. scripsi in tract. nomi. q. 9. nume. 10. & seq. q. 6.

Manebit in- rem ad- uentum de- tentione manet.

Manebit igitur maritus in rerū detentione, do- nec ei satisfiat. ff. de impens. in l. quod dicitur. i. id est in possessione facti rei dotalis, in qua impensas necessarias fecit. Possideri quoque dicimus iura. l. & si forte. §. i. ff. si seruit. vindicet. in l. de lib. caus. scripsi in l. qui neque. §. i. supra eod.

Bonorum possessio.

Ad hæc capitur bonorū possessio pro iure suc- cedendi, de iure prætorio introducto. l. 3. §. bono- rum possessio. ff. de bono. r. possessio. & per totum tit. l. i. ibi, & in tit. de bono. possessio. C. & in Inst. Et differt a possessione bonorū, quia hæc est facti, illa iuris. gl. in l. cum proponas. C. de bonis autho- rita. iudic. possid. & d. §. bonorū. Quamuis enim dilectici dicant verba transposita idē significare, vt refert glo. in c. nihil obstat. isto ritul. & in l. qui- dam. ff. de pecul. lega. tamē Iurisc. penitus ad- uerentes in his sæpe differentiā admittunt. Aliis etiam modis capitur, quos de industria omitto, re- mittens vos ad doct. in locis satis cōmunitibus, & ad ea quæ scripsi in 3. tomo commentar. ad cōsi. Reg. ritul. de materiis posselior.

Verba trās- posita non idem signifi- cant.

Possessor quis.

Possessor dicitur is, qui possidet: vt possessor im- mobiliū rerum non tenetur satisficere de iudicio si- sti. l. sciendū. ff. qui satisfic. cogāt. & in §. i. declaratur, quis dicatur possessor. & in §. creditor. ibidem. di- citur, quod creditor, qui pignus accepit, possessor non est, tamen si possessionem habeat. l. i. quis an- te. ff. de acq. possel.

Responsa prudentū que seruan- de.

Responsum est, scilicet à Iurisc. consulto, vel à Iurisc. consultis. l. Modestinus responderet. infra eo. aut ab Imperatore, vel alio, qui legis potestatem habeat. Inde responsa prudentū sunt sententiæ & opinio- nes eorū, quibus erat permissum iura condere. §. responsa. de iure natur. in Insti. Et sic responsum illius, qui legis condendæ potestatem habet, pro lege habebitur, per §. sed & quod Principi. cod. l. i. de cōsti. Princip. id est seruari debet, vt lex. intelli- gas sane, dum animo constituendi legem respon- sum fuerit: vt scripsi in concord. rub. de Regia fa- culta. in literis. Franciscus, & c. in fi.

IDEM LIBRO SEXTO AD Plaut. Lex lxxix.

Impensæ necessariae sunt, quæ si factæ non sunt, res aut peritura, aut deterior fu- tura sit, & c.

Hæc lex maxime cōfert adiurium intellectum, & summe necessaria, quia sepius in iure fit im- pensarum nentio. Quamobrē ista lex cum suis §. seq. tria distinguit impensarum genera. Sunt enim quædā impensæ necessariae, aliæ vtilēs, aliæ volu- ptariæ, seu voluntariae. Necessariae sunt, quibus o- mmissis res peritura erat, vel deterior futura: veluti si cum domus minaretur ruinā, trabes illius refeceris, ope quarū tora sustinebatur: vt atrij lateres erant intantū, quod guttatim inter eos pluuia di- stillans totā labefactabat domū: aut alias, nisi eam refecisses, pars domus collapsa esset, & sic perisset, aut fuisset deterior facta. Totum igitur id quod in his, & similibus impendo, necessarium dicitur, & sic necessaria impensæ. c. pastoralis. vbi glo. & doct. de decim. Et eo necessariae dicuntur per Iurisc. in l. l. i. ff. de impens. in reb. dotal. fact. vel quod neces- sariatem impendendi habent, vt res facta tecta ma- neat, vt in rub. C. de expens. ludo. lib. 11. vel quibus non factis res minuitur, augetur vero si fiant: veluti si qs aggeres faciat, flumina auerrat, ædificia ve- tera fulciat, iterque reficiat, arbores in locum mor- tuaum imponat. l. impensæ. ff. de impens. aut vil- lam restituit. l. diuortio. §. impendat. ff. soluto ma- trimo. Alex. cōsi. 162. vltis narratis. in 7. vol. vel di- cuntur necessariae, quia maritus eas in dote facere teneretur, alias condemnatur quanti mulieris inter- fuerit eas impensas fieri. l. & in totum. ff. de im- pens. in reb. dotal. fact.

Tria impensarum gene- ra. Impense necessariae.

Impensæ in singulari.

Et quod attinet ad vim nominis, sepius à Iurisc. consil. in plurali dicuntur impensæ, quam impen- sæ: licet interdum, sed rarius apud eos etiam in sin- gulari reperitur, vt in l. si alius. §. i. ibi, aut sua im- pensæ restituere debere. & l. is qui. §. quod air. ibi, sua impensæ id sustulerit. & l. denique. in fi. ibi, vt impensam quoque ad restituendum præbeant. ff. quod vi aut clam. l. relegatorum. in fi. ibi, mixtam muneris grauem impensam, de interdicit. & re leg. l. i. §. item si apparat, siue impensam in publico posuit. ff. de pollicita. l. diuortio. in fi. ibi, impensæ petitio. solut. matrimo. l. qui exceptionem. §. i. de cōdict. indeb. l. in summa. §. ei qui. ibi, deducta im- pensæ. ibidē. l. si. de in rē verso. l. si. de fundo dotali. vbi & in singulari & plurali vrūtur, & alibi sepius.

Impensæ, expensæ, & impendia.

Item frequentius à Iurisc. dicuntur impensæ, ab Imperatore vero expensæ, vt in rub. C. de expē. ludo. lib. 11. & à Papa in c. finē. de dolo & cōtuma. sed vtrūque vocentur, iuris non mutatur decisio. Alias impendia vocantur. in l. sciendum. ff. ad Trebel. & d. §. impedia. & l. is qui. §. quod ait. quod vi aut clam. in l. procurator. §. si. rem ratam habet. Et impensas ac impendia vocat Iurisc. in l. cum sine. §. cum procurator. ibidē. l. i. ff. de his qui deiecer. vel effuder. Interdum quoque etiam à Iurisc. expensæ vocantur, vt in l. hoc iudicium. §. ceterum. ibi, & verius est, vt in hac specie expensæ retinean- tur. ff. communi diuid.

Expensæ nummos.

Item expensæ nummos est eos impedere, expensam ferre. l. Thais. §. libertatē. ff. de fideicōmif- sar. liberta. ibi, exactionē commiserunt, itq; num- mos redactos expensauit eisdem tutoribus, id est ad vtilitatem tutorum expendit. Ad quam signifi- cationem expendit Budæ. in lib. de assē. 4. & seq.

Dependere pro expen- dere.

Item dependere est expendere, Gallice *dependre*. l. 2. §. ius reipublicæ. ibi, qui pro altero dependit. & ibi, & quod dependit esse per collegā in magistratu probatur. ff. de administ. rerū ad ciuit. pertinēt.

Pœna depen- se.

Pœnæ depensæ, id est soluta, præstita. in l. pœ- næ. ff. de cōdi. indeb. ibi, pœnæ repeti non solent, cum depensæ sunt. iuncta l. si pignore. de pignorat. actio. vbi dicit præstitit. De multa repetitione, & quomodo fieri debeat, vide quæ scripsi in tract. de senten. executor. artic. 15. in fi. in 1. tomo cōmenta.

ad constitut. Regias, & in lege aliud est fraus, infra eodem.

Impedere.

Impedere tertię coniugationis idem est, quod depedere, expedere. in l. ex maleficiis. §. ideo. & §. tutelę. ff. de actio. & oblig. Vnde proficiscitur impensa siue impensa. per l. debitor. ibi. impendi decem. ff. de nego. gest. l. plane. de petit. heredita. ibi. qui in rem alienam impendit.

Impendere vero secundę coniugationis significat inclinare, pendere, & ad casum tendere: vt si arbor in aedes illius impendat. l. i. ff. arbor. futim casar. & in l. si. dicit. inclinata sit. Inde nonnunquę res dicitur in pendenti. in l. penul. §. pater. ff. de castren. pecul. ibi. nisi in pendenti, vt in aliis, & in hac spe habeamus dominia. facit §. ab hostibus. quib. mod. ius patr. potest. soluit. in Insti. plenius dicemus in l. cedere diem. infra eod.

Legis vtilitates.

Vtilitates aliquot in hac materia quam breuiter annotabimus: primam, quod impensa necessaria à marito in re dotali factę minuunt dotem. d. l. i. & in finis aliis iuribus. ff. de impens. in reb. dotal. fact. ideo repeti possunt.

Impensa in dotali factę quando recuperantur.

Quod imprimis non procedit in impensis factis in iudicio, pro re dotali etiam conseruanda, vel recuperanda. tales enim quascunque impensas ab vxore non repetiturum quod si iustam habuit causam, ab aduersario eas recuperare licuit: si autem maritus iniustum causam fouit, & calamitosam, non tenetur vxor, sicut nec pupillus: vt in l. non est ignotum. C. de admi. iura. tutor. glo. est singular. in l. i. in verb. non sunt. ff. de impens. secund. Bal. in margit. in verb. maritus. in 2. q. & in l. i. nu. 13. C. de bonis mater. las. in §. propter retentionem. nu. 5. Insti. de actio. & in l. si in area. ff. de cõdit. indeb. quamuis gl. & doct. in nominibus vxoris exigendis loquantur.

Secundo limita, quādo maritus remitteret eas expresse, vel legaret dotē vxori: tunc enim impensas quosq; factas remisit, vel legale videtur, vt legatum proficit per l. cum quis. ff. de dote. prælega. l. Mevio. §. à me. ff. de lega. 2. vbi Bar. Paul. & doct. faciunt notata per Matthæu de Afflic. in decil. 359. in causis.

Modice impensa nõ peritur.

Tertio non procedit, quando essent modicę, quia tunc maritus eas a quo animo ferre debet. l. omnino. ff. de impens. in re modatar. l. in rebus. §. possunt. ff. cõmoda. ita firmat Petr. de Bella Peric. q. 378. Que vero dicuntur modicę, relinquuntur arbitrio iudicis: per glo. in c. tauru. §. in super. de rescrip. in 6. videte Bal. nonell. in tract. de dote, in 1. parte, q. 3. in fi. sed in aliis impensa etiã modicę ferre peti possunt, vt dico in consli. Reg.

Beneficium sine titulo retinetur etiam in suis.

Secunda vtilitas est, quod is, qui fecit expensas necessarias de patrimonio suo, in primo beneficio, quod nunc vacat per ademptionē secundum in cõpatibilis, potest illud primũ pro illis expensis retinere. arg. c. quicunq; 12. q. 4. quod notandũ esse dicit Panor. in c. de multa. nu. 14. col. 14. de præbend. facit tex. in c. licet episcopus. illo tit. in 6. Heres tamen illud beneficiũ retinere nõ poterit, donec expensę restituantur: vt fuit iudicatum in hoc senatu anno 1534. videte Bal. in authen. excipitur. C. de bonis quę liber. vt videlicet euitetur intrusio, & ne sub hoc velamine detur facultas inuadēdi beneficia, vti ostendit; ad beneficia detur ingressus: cõtra c. 1. de eo qui mittitur in possess. in 6. Adhęc oportet, quod retinēs declaret se illud retinere pro expensis, non autem in titulum: alioqui priuaretur & secundum: per extratrag. execrabilis. de præbend.

Malafidei possessor impensas conseruatur ne cessarias.

Tertia, impensas necessarias etiam malafidei possessor cõsequi potest per rei retentionem. l. dominum. in fi. C. de rei iudica. si tamē peremptę sint res, malafidei possessor eas nõ repetit: secus in bo-

nae fidei possessore. l. plane. ff. de petit. heredit. Bar. in l. in fundo. col. 3. de rei vindic. scripsi in l. bonafidei. infra eod. In decimis tamē & tributis prædialibus non deducuntur expensę. c. tua. 2. & c. pastoralis. de decim. scripsi in tract. de decim. sed in ceteris stat regula, senatus aresto confirmata anno 1427. die 17. Aprilis, in causa magistri Iohannis de l'Espine, cui permissa fuit retentio pro impensis necessariis & vtilibus.

P. g. t. in. res potest eb impensas ne cessarias. Arrestum.

Quarta, impensas necessarias magnas commo datarius repetere potest. l. in rebus. §. possunt. ff. commoda. & superius dixi.

Impensa in pignore facta & repetitur.

Quinta, creditor has impensas in pignore factas nõ solum per retentionē, sed etiam per contrariã pignoratitiã actionem reperit. l. si necessarias. ff. de pignorat. actio. Imo aliis omnibus creditoribus etiã anterioribus præfertur, quando scilicet factę sunt ad rei conseruationem. Bar. in l. interdum. cum l. seq. ff. qui potior. in pignor. habent. Ne gustantius plene in tract. de pignor. in 3. memb. septimę partis.

Heres impensas necessarias repetere potest.

Sexta, poterit heres expensas necessarias ab hereditate, quam sub beneficio inuentarij adiuit, deducere, vt æt alienũ. l. si. §. in cõputatione. C. de iure deliber. Et si nõ deduxerit, conditione indebiti vti poterit. l. quod dicitur. §. si. ff. de impens. in reb. dotal. fact.

Conductor quod necessario impendit, repetit.

Septima, conductor has impensas, & vtiles à domino repetit, vel in pensione cõputat. l. dominus. §. 1. ff. loca. etiã si à domino deiciatur ob pensionē non solutam. l. colonus. ibid. Arct. ramen cons. 111. consideratis in 2. dubio limitat quādo ad edificio separari possent, vt tunc dominus pati debeat cõductorẽ eas tollere, si reuocet soluere. per l. sed ad des. §. si inquilinus. 2. ff. loca. Quid in conductore molendini, docet las. in l. quominus. q. 24. ff. de fluminib. si tamē impensę nõ sint liquidę, nec de eis per scripturã appareat, nõ potest colonus vel eius heres rem conductã retinere, sed datur eidẽ cautio: vt censuit senatus pro tutoribus pupillorum Claudia Herbeler, anno 1531. die 12. Februarij.

Colonari conductam retinet pro impensis si quis.

Octauo creditor missus in possessionem bonorum, si has impensas absque dolo malo crogaauerit, poterit eas repetere. l. prator. l. i. & seq. ff. quib. ex caus. in possess. ear.

Arrestum.

Nono emphyteuta reperit has, finita emphyteusi. l. 2. vbi las. 7. no. & alij doct. C. de iure emphyteu. Guido Pape in decil. Delphi. q. 438. emphyteuta. Idem in vasallo concludunt doct. & tex. in §. si vasallus. in tit. hic finitur lex, &c. Quod tamen ne iudistincte intelligas, aut factõ & delicto emphyteutę & vasalli res cõmittitur, & tunc nulla fit expensarum repetitio: aut absq; corũ culpa & dolo, vt pote ex defectu agnatorum, tuncque repetuntur: per tex. in a. th. qui rem. C. de sacrosan. eccles. las. cons. 185. in ista consultatione. col. 1. in 2. volu. & Dec. cons. 518. vlt. in summento.

Emphyteuta necessarius reperit impensũ.

Decimo retrahens rem ex pacto iuxta l. 2. C. de pact. inter emptor. & venditor. soluit has impensas. per l. intra. §. 1. ff. de minor. l. qui exceptionem. §. 1. de condit. indeb. & no. in l. domos. ff. de lega. 1. Bal. consil. 303. ad euidentiã. in 1. volu. & Ioan. Samzon in consuetud. Turonen. rub. des. retrahit. artic. 14. Fabia, de Monte in tract. de emptio. q. 8. in 3. effectu. ista abunde prosequitur more suo do. Ti raquel. in tract. de vtroque retractu, in secunda parte, §. 7. glo. 1.

Retrahens rem, impensas soluit ne cessarias.

Vndecimo æstimandę sunt hæ impensę habita ratione tẽporis, quo res ad quam impensũ est, restituenta venit, & non secundum tempus præteritum, per tex. singul. in l. domos. & ibi las. in 3. no. de legat. 1. allegat alium text. cum glof. in l. vbi pure. §. fin. ff. ad Trebellia.

Æstimandę sunt impensę.

Duodecimo

Onerosam pensa non prestatur.

Duodecimo has etiam impensas, vel vtilis non debet restituere debitor, si sint adeo onerosę, quod vix debitor eas luere possit. l. si seruus. ff. de pignora. actio. Bal. consil. 272. in 3. vol. l. in fundo. ff. de rei vindic. scripsi in interpret. l. i. no. 4. de sent. que pro eo qd̄ interest. C. ibi vide, quomodo intelligatur.

Donatariõ & q. in suo est edificari passus, impensas re petit.

Decimo tertio fructus deducti impensis necessariis dicitur. l. fructus. ff. de oper. seruor. l. fructus. vbi doct. solut. matrim.

Cautela, vt expensa re petantur.

Decimo quarto donatarius causa mortis, à quo fundus sic donatus vindicatur, doli exceptione vindicantem donantem repellit, nisi impensas necessarias & vtilis, vel earum pretiũ restituit. l. si mortis causa donatus. ff. de dona. caus. mort. Idẽ si quis passus est edificare in suo, & postea non reddit impensas. l. pure. §. si donauit. de doli exceptio.

Perire & deterior fieri differunt.

Decimo quinto impensę necessaria dicuntur, quę ad perpetuam rei vtilitatem factę sunt, secus si ad presentis anni fructum. l. 3. ff. de impens. Et quibus omisit iudex potest condemnare illum, qui eas non fecit. l. & in totum. ff. illo tit. facit tex. in l. pen. & si. ibid. Ideoque bona cautela est, vt autoritate iudicis, qui prius loca visitari curabit, impendantur. Et sic repeti facile poterunt, vt statuit Rex titul. des. sequestres & commissaires à la chof. (a) se deputez. artic. 2. & seq. & ibi plene scripsi in 3. tomõ commentar. ad constit. Reg. Gallic.

Deterior quando res fiat.

Vltimo peritura intelligitur totum, deterior autem futura, quādo pro parte minuitur res, seu eius æstimatio. l. necessariõ. §. sane si pendere. ff. de peri. & commod. rei vtd. l. deperditum. de petit. hered. res perituras dicit Iuriscõf. in l. si possessor. §. quod si. ibid. & l. 5. ibid. Res enim dicitur perire, quando moritur, extinguitur, cõsumitur, vel amittitur. inde perire vfructus dicitur, in l. fin. ff. quib. mod. vfructu. amitta. l. 3. hoc edicto. ibi. culpa eius res perierit, & postea ibi, per vim piratarum perierit. nauta. caupo. stabulum. Et eas obligationes quę naturalem prestationem habere intelliguntur, palam est capitis deminutione nõ perire. l. eas. ff. de capit. deminutio. nunc respiciendum est quę capitis deminutione pereant. Paul. in l. amissione. in fi. ibid. sic dicit Iuriscõfultus Vlpia. litem perire, in l. i. §. penul. de calumnia. & mulier perierit, in l. item si obsterit. ff. ad legem Aquil. & §. si seruum. ibi, homo perierit. & litem Meia. §. 1. ibid. Plenus videtur quę continentur sub verb. perisse, in l. Marcellus. supra eod. vbi fuit dictum.

Deterior quando res fiat.

Deterior igitur res dicitur fieri, quādo corrumpitur vfructus, aut diminuitur ab eo statu in quo erat, vel eius æstimatio, propter factũ vel negligentiam possidentis. Vlpian. in l. 2. §. deterior. ff. ne quid in loco public. fiat. vbi sic dicitur: deteriorẽ autem viam fieri sic accipiendum est, si vfructus eius ad commendam corrumpatur, hoc est ad eundem, vel ad agendum, vt cum plana fuerit, cliuosa fiat, vel ex prima molli, aspera, aut angustior ex latiore, aut palustris ex sicca, & deterior statio. item q; iter nauigij dererius fieri videtur, si vfructus eius corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor, aut rarior, aut si in totum auferatur. l. i. §. deterior. de fluminib. facit l. non solum. de rei vindic. Dec. in authen. qui rem. col. 1. C. de sacrosanct. eccles. scripti in l. Labeo. 1. supra eod. facit l. si cum fundũ. ibi. & adiectus fundi deterior factum non esse. & l. pronuntiatio. in fi. ibi, item redhibitoria si deterior res reddatur, infra eod. item scribit Vlpia. si reddita quidẽ sit res commoda, sed deterior facta reddatur, non videtur reddita, quę deterior facta redditur, nisi quod interest præstetur. Proprie enim dicitur res non reddi, quę deterior facta redditur. l. 3. §. 1. ff. commoda. de quo abunde scripsi in lege mulieris. in fin. supra eodem.

§. Vtilis impensas esse Fulcinius ait, quę meliorem dotem faciant, deteriores esse non sinant, ex quibus redditus mulieri acquiratur, sicuti arbuti pastinatione, vltra quam necesse fuerat. Item doctrinã puerorum, quorum nomine onerari mulierem ignorantem, vel inuitam non oportet, ne cogatur fundo, aut macipiis carere. In his impensis & piltrinum, & horreum insulã dotali adiectũ plerunque dicimus.

Impensę vtilis sunt, quę rem vtiliorem & meliorem faciunt, & quibus factis res non dicitur deterior: vt pecora prædiis imponere, id est stercoreare. l. quod dicitur. §. fin. & l. impensę. ff. de impens. Demum inscribitur exempla, vt arbuti pastinatione, vltraquã necesse fuerat, doctrinã puerorũ, & c. l. veluri. cum legibus seq. ff. eod. de impens. in reb. dotal. fact. quę exempla non restringunt regulam, lege 2. ff. de priuato. delict. vt planius infra declarabimus.

Melior res quando deterioratur.

Et ita sequentia requiruntur in hoc text. primo, quod illa impensę vere meliorem faciant rem, non apparenter tantum: vt in l. ex duobus. ibi, quasi rem meliorem ab eo facta. ff. de neg. gest. & potest hic dici melior etiam ratione fructuum, si plures ex hac impensã fructus aut redditus asserat, quã antea, vt in hoc tex. ibi, redditus. & in l. si fundum. ff. de lega. 1. veluti si domus nunc refecta pluri locetur, quam olim, aut aliud quid accesserit. l. ex mille. ff. de euc.

Quemadmodum quoq; si reddita fuerit magis apta, vel commoda ad habitandũ, melior proculdubio dicitur facta: vt pote quia diuisa cum pluribus cubiculis constructis, facilius & plurius conducitur. l. Caius. §. 1. ff. de leg. 2.

Melior etiam dicitur res, quo frequentius excolitur, vt hic, vltraquam necesse fuerit.

Melior conditio, si auctus, causa & ager.

Adhęc melior conditio dicitur, in l. 3. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. ibi, ne melior sit conditio eorum qui deliquerunt, pro eodem Iuriscõf. dicit meliorem causam, in l. 3. ff. quę res pignori. obliga. poss. del. Paulus. quib. mod. pignus soluit. alias, meliorem statũ. l. si. ff. de vfructu & habita. Et melior conditio quando dicitur, scribit quã optime Iuriscõfult. in l. 4. §. si. & legibus sequ. ff. in diem adiect. Melior ager. l. si cum veditor. §. si. de euctio. & meliora prospicere, vide in c. sine exceptione. vbi elucidauit, 12. q. 2. melius triticũ, l. si fideiusor. ff. mada. Bono melius inuenitur. l. vbi. ff. de verbor. obliga. Melior sententia. l. 1. §. deniq;. quod iustu. Interdum ex pluribus opinionibus vnã approbandõ Iuriscõfult. dicit, melius est dicere. l. tolemus. ff. de iudi. l. si mandauero. 2. §. 1. ff. manda.

Meliorare proprietatem, in l. acquisitum. §. & si forte. ff. de vfructu. Hinc meliorationes dicuntur, in l. 2. C. de iure emphyteu.

Meliorare & melioratio.

Et conclusio est licere cuilibet rem domini facere meliorem, deteriorẽ vero non. l. seruus. C. de pact. §. 1. Insti. de authorit. tutor.

Limitatur in illo, qui castrauit hominem, licet cum meliorem fecerit, vt quia erat antea vir effrenatę libidinis, tamen iniuriarũ tenetur. l. si seruus seruum. §. & si puerum. & ibi assignatur ratio, ff. ad legem Aquil. Alij sunt casus in l. vfructuarius. ff. de vfructu. l. si. §. si seruus. quod vi aur clam. vide te Dec. & alios in l. in. ff. de regul. iuris. glof. in c. prouidendum. 3. distinct. l. si. ff. de vfructu & habita. Et quando respiciat personam, loquitur Iuriscõfult. in l. 3. in princ. ff. de donatio. inter vir. & vxor.

Quando iniuriarũ tenetur, qui rem fecit meliorem.

Secundo dicitur in text. deteriorē esse non sinant, vt velit omnino meliorem fieri: vt, quamuis ex fenestra facta sit res melior quoad lucrum, tamen si quoad decorem, ornatum, aut commoditatem deteriorata fuerit, non dicitur impensa utilis: vel, si ampliam aulam pro dignitate domus constructam in duo cubicula muro interposito diuidat conductor, aut fenestras adhibendo murum destruat: vt his & similibus casibus renatur. utilis enim impensa non finit rem, in qua fit, deteriorē fieri: ibi, deteriorē esse non sinant.

August. vero in tract. de emenda. iuris, lib. 1. c. 2. negatiue legit, vt est in Pandec. Florent. his verbis: *Qua meliorem dotem faciūt, non deteriorē esse non sinant.* quibus verbis significari ait non satis esse illis impensis dotem deteriorē esse non sinere, sed meliorem dotem facere oportere: alias essent necessariae, cum hic dicantur necessariae, quae si factae non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit, & in l. quod dicitur. in fi. de impensis. dicitur sic: impensae vtilis sunt, quas maritus vtiliter fecit: remque meliorem vxoris fecerit, hoc est dotem. At legendo affirmatiue vel negatiue, cauendum est, ne sensus mutetur, vt supra dixi: & vtilis impensae sunt, quae rem meliorem faciūt, & eam deteriorē esse non permittunt, copulatiue.

Ex quo text. collige differentiam inter necessariae & vtilis impensas: quod haec dicitur necessariae, quibus non factis res aut peritura, aut deterior futura est. quod in vtilibus etiam desideratur. Vtilis enim sunt, quae non solum conseruant rem, atque ita deteriorē esse non sinunt, sed etiam augent. idcirco text. dicit. *que meliorem dotem faciunt, & sic augent, deteriorē esse non sinant, & sic conseruant.* Necessariae vero sunt, quae conseruant tantum. Inter autem conseruare tantum, & conseruare atque augere simul, periculum interest. Ex quibus facilis erit declaratio voluptuaria, vt sint, quae sunt nobis voluptati tantum, siue conseruent, vel augeant rem ipsam, siue neurium, nihil interest.

Tertio requiritur, quod redditus illarum impensarum acquiratur mulieri, vel illi in cuius domo, vel fundo factae fuerint: alioquin non dicitur vtilis. Vnde respondi contra illum, qui plumbeum receptaculum in recto domus apposuerat ad recipiendam & infundendam aquam in cisternam vicini, non dici fecisse impensas vtilis domui, sed potius cisternae.

Vtilitates sunt: quia maritus impensas vtilis in re vxoria, ex vxoris voluntate factas, per actionem mandati repetit: si autem sine vxoris voluntate sint factae, per actionem negotiorum gestorum. l. vna. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxor. actio. Si mulier eas commode restituere possit, ex alia forte re quam dotali. l. 1. & l. vtilium cum l. seq. ff. de impens. Secundo filius, vel seruus, qui pecuniam mutuum consumpsit, vt insulam fulciret, vel in aliam patris rem, vel domini necessariam, vel vtilem, obligat patrē de in rem verso, l. quod seruus. r. §. 1. cum l. seq. vsque ad fi. ff. de in rem verso, & l. si res dominio. ibidem.

Tertio si minor in integrum restituatur, expensae & necessariae, & vtilis in re minoris factae repetuntur. l. intra. §. si. ff. de mino.

Quarta vtilis impensa in re petita factas bonae fidei possessor deductit, quatenus dominus ex illis effectus est locupletior, nisi eas non fuisset facturus: vt in l. si autem. §. si. cum trib. legibus seq. ff. de rei vindic. quia tunc si sit pauper, illa re carere propter expensas factas non debet. l. in fundo. vbi plene Bar. ff. de rei vindic.

Quinto si minor donauerit mihi infantē, deinde eum vindicet, exceptione doli mali repellendus

est, nisi alimenta reddat, aut alium sumptum, qui probabiliter in eum fuerit impensus. l. apud. §. si minor. ff. de doli except.

Sexto nonnunquam simul concurrunt necessariae & vtilis expensae: veluti cum domum ruinosa in ita refeci, vt non solum pristinus status & valor domus conseruetur, sed melior quoque reddatur. l. vtilis. & l. heres. ibi, tam necessarie quam vtiliter. ff. de petitio. hered. Et fere illa quae de necessariis dicuntur, in vtilibus locum sibi vindicant, nisi si quis meliorem fundum reddidit in ducētis, non tamen expedit nisi centum, non poterit praeterquam ea centum repetere: contra si expedit ducētis aureos, tamen non fuit melioratus fundus ultra centum, solum ea centum recuperabit, l. in fundo. ff. de rei vind. facit text. in c. 1. col. 2. de resti. in integ. & Capit. in decif. Neapolit. q. 93. in 3. q.

Sequitur in text. *sicuti*. quae particula exemplum denotat hic, & in l. verbum amplius. infra eod. & l. hereditatis. r. Idem in dictione vt pore. l. pronuntiatio. §. 1. infra eod. l. ius iurandum. vlti. ff. de iure iur. Idem in verb. exempli gratia. l. actionum. in fi. ff. de actio. & oblig. l. si re oportet. §. qui non iuste. de excusa. tutor.

Idem si exempli loco. l. bona fides. versic. incurrit. ibi, exempli loco. ff. de pos. vel exēpli causa. l. 1. §. quod vulgo. ff. de vi & vi arma.

Verbi gratia idē significat. in l. 4. §. cum autem. in fi. ff. ad legem Rhodiam de iactu. l. procuratoris. §. si plures. de tributor. l. quamuis. §. si cum essem. ad Velleia. l. si per emptorem. de pericu. & com. rei vend. l. si quis filio. §. irritū. ff. de iniusto & irrit. fact. testam. l. pen. vnde legit. l. cum emancipati. §. si ex emancipato. de colla. bonor.

Idē in dictione, pone. l. si in qualitate. ff. de actio. empti. Et idem in dictione, ecce. §. 1. de authorita. tutor. in Instit.

Pro eodem quidam accipiunt dictiones id est, in l. nam ita. ibi, adhibitis his etiā, qui contradicerent, id est, qui laederētur. ff. de adoptio. sed ibi non nisi expositiue capi potest. At melius forsitan allegassent l. iurisgētium. §. pactorum. ff. de pact. ibi, in personā est, quoties ne a persona, id est ne a Titio petam. legem, si ex causa. in princ. de minor. & legem, qui liberis. de vulgar.

Idem in verb. hoc est. l. si cum dotē. §. eo autem tempore. ff. soluto matr. ibi, quod si is pater sit, cui omnimodo consentire filium decet, hoc est vitare probatē, &c.

Idē in verb. quale est, vt in l. inter publica. supra eo. videre quae scripsi in l. Labeo. prima, supra eod.

Idem in dictione veluti. l. veluti. ff. de iustitia & iure, & l. veluti. de edēdo. l. solet. ff. de feriis. l. illud. in fi. princip. ad legem Aquil. Et in dictione, ita vt sequitur. l. pronuntiatio. §. 1. infra eo. Et in dictione videlicet. in l. videlicet. ff. ex quib. caus. maior. Bar. in l. quāsitum. §. idem respond. ff. de fund. instruat. Arret. in l. Titio. in 3. not. de libe. & posthum.

Idem in particula, vt l. iurisgētium. in prin. ff. de pact. vel si dicatur, vt est, vel vt sunt. l. vt sunt. infra eod. l. coniunctionem. supra eod.

Idem in dictione pura. l. puta. ff. ad l. Aquil. l. sed & si. §. si ferit. ex quib. caus. maior. l. notionem. & l. bonae fidei. infra. eo. Vel coniunctiue, vt puta. l. iurisgētium. §. vt puta. ff. de pact. l. 2. de feriis. l. si quis testamentum. §. fin. ad leg. Aquil. l. probrum. supra eod. & in l. inter domum. cum l. seq. & l. pecuniae. §. perfectionis. infra eod.

At in confirmationibus in forma comuni praefatae dictiones sicut & sicuti conditionē importat: vt, confirmamus illa priuilegia, sicut prouide concessa sunt, id est si sunt prouide concessa. c. examinata. de cōfirm. vtili. In confirmationibus autē factis

Necessariae & vtilis in verbum conuertuntur. Impensa non peritur, nisi quatenus res reddita sit melior.

Verb. denotantur exēpla sicuti, vt pore, Exempli gratia.

Exempli loco, vel causa. Verbi gratia.

Pone, ecce.

Id est.

Hoc est.

Quale est.

Veluti.

Videlicet.

Vt est, vel vt sunt.

Putat, vt puta.

Sicut & sicuti in confirmationibus quid de notent.

ex certa scientia, causam. c. penul. ibidem. & c. quoniam Abbas. de offic. deleg. In priuilegiis quoque secundum doct. causatiue ponitur, vt priuilegium aliquid operetur. c. quoniam Abbas. de offic. delega. c. Abbas. eod. titu. plene Ludovic. Rom. cōsi. 328. praesens. col. 3. nu. 7. vbi etiam docet similitudinem significare. c. parochianus. de senten. excom. Felii. in c. 2. col. 4. de rescript. Dec. cōsi. 169. in vlt. dubio. Boer. in decif. Burdegal. q. 247. nunc ad secundam. Idem in dictione sicut, & vt similitudinē interdum notet: vt in l. 1. in princ. ff. de ventre in possess. mittend. vbi sic dicitur: sicut liberorum eorū, qui iam in rebus humanis sunt, curam praetor habuit, ita etiam eos qui nondum nati propter spem nascendi, non neglexit, &c. l. 1. §. conuentio. de pact. l. si heres. de noxal. l. hereditatis. 2. infra eod. l. sicut. de arbit. l. bonorum. 2. l. non est sine. l. Paulus. infra eodem.

Arbusti. Arbustum autem locus est, in quo arbores ad fructum sunt conlatae, vt amygdalatum, cerasatum, auellaneum, oliuetum, castanetum. ita Valla in Rauden. dicit arbusta esse multas arbores ad fructum conlatae, vel vites arboribus applicatas: vnde tales dicuntur arbustiuae vites. Alias quoque iurisconsultus ait: Et quidam de arbore arbustum faciunt, l. si. ff. de termi. moto, id est locum in quo arbor erat, arboribus implent. l. aquisimum. §. & si forte. ibi, vel arbustus, vel oliuetis. ff. de usufruct. Alij vocant arboretum: non refert. Et si arbustum meum, vel villam meā incenderis, Aquiliae actionem habebis. l. si seruus seruū. §. item si arbustum. ff. ad legem Aquil. vel si arbusta successa sint culpa foedij, detrimentum communi diuidendo iudicio alteri socio praestari debet. l. si is cum quo. ff. communi diuid. Inde verbum arbusto, id est agrum arboribus consero.

Pastinatio. Pastinare est agrum pastino fodere: dictum a pastino, quod est genus feramenti bifurci, quo plantae panguntur. Sed conseruato quicquid emoti soli vineis preparatur, pastinatum vocat. & Matthaei. 12. vineā pastinauit homo. & sepe circumdedit. sic intelligitur text. in l. semper. §. si cui fundum pastinandum locaueras. ff. quod vi aut clam. licet ibi glo. aliter exponat. facit l. diuortio. §. fin. ff. soluto matr. ibi, pastino instituit: alij legunt pastina: ego vero pastino, citius legendum esse censeo: quia is inuenit collapsam villam, quam refecit, & pastino instituit, id est vineas collapsas eriam instruxit, & fodit: & quia impensae petitio erit, vt ibidem dicitur.

Hinc pastinator, fossor, cultor agrorum. cap. 1. in fin. 13. quae 1. Beroald. in annotat. ad Columel. de re rustica. lib. 3. c. 13. & 18. & maxime fossores vinearum pastinatores dicuntur: Gallice *houeurs*: pastinare *houey*: pastinum *me houey*, quod paulo ante definitum est.

Alciatus vero legit in hoc text. arbusti pastinationes, sed parum conuenit text. dicenti per vtilis impensas redditus acquiri mulieri, sicuti arbusti pastinationes: nisi diceres vtilis impensas esse, sicuti arbusti pastinationes. Inepte magis alij legunt arbusta, pastinationes. Alij habent, repastinatione, vt Catellia. Cora in 2. parte memorat. At non est necessaria repastinatio, postquam in text. dicitur, ultra quā necesse fuerat, vt inferius scribo. Ego vero legendum hic putarem, arbusti pastinatione, vt est in Pandec. Florent. & sensus est, quod vtilis impensa sunt, quae rem meliorem faciunt, ex quibus redditus mulieri acquiruntur, cum sunt in rebus mulieris dotalibus, sicut fit arbusti pastinatione, ultraquam necesse fuerat, necesse enim erat pastinare, & fodere semel arboretum, seu arbustum, aut vineam: ideoque impensa illa erat necessaria. sed vt

Arbustum quod, & arbusciare.

Pastinare.

Pastinator pastinum.

Declaratur text.

fructus vberiores vir cōsequatur, iterum pastinat, & sic ultraquam necesse sit, pastinat. quauis breuis ista pastinatio dicitur vtilis impensa. quandoquidem etiam omīssa hac repastinatione res non erat peritura, vel deterior futura: per consequens haec secunda pastinatio vtilis, non necessaria dicitur. quod declarat text. in l. diuortio. in fi. ibi, haec enim impensa aut in res necessariae, aut in vtilis cedunt. ff. soluto matr. Et ita nouiter hunc text. intelligo: licet glo. pro plātatione arboris, ne ruat terra, exponat, quae tunc esset necessaria impensa. l. impensa. ff. de impens. in reb. dota. fact. nisi diceres plātatas arbores, ultraquam esset necesse, tuncque diceretur vtilis impensa, nisi quoque vna alteri noceret praesentem, vt saepius fit.

Interdū repastinatio pro reuocatione ponitur, & per translationē dicitur libri repastinationum, & Pallad. lib. 2. de re rustica. titu. ro. sic ait: Pastinum fieri nunc tempus est: quod fit tribus generibus, aut terra in totū fossa, aut sulcis, aut serobibus. Terra tota effodi debet, vbi ager immundus est, vt syluestribus truncis, & radicibus filicis, vel herbarum noxiarum spatia liberentur: vbi autem munda sunt noxales, serobibus pastinemus, aut sulcis: sed sulcis melius erit, quia humorem in tota spatia pastinata transmittunt. Haec ille, & mensuram pastini scribit ibidem, titu. 12.

Item doctrinam puerorum. Vult dicere text. quod expositum in doctrina puerorum, id est seruorum, l. pueri. infra eod. dicitur impensa vtilis, quam maritus facere non debet in erudiendis seruus dotalibus: nec onerare mulierē ignorantem, vel inuitam oportet, ne propter has impensas postea mulier (quia forte eas restituere non poterit) cogatur mancipiis carere iam eruditis. facit text. in fundo. ff. de rei vindic. & l. Titius. in fin. de actio. empti. cuius text. intellectum plenius scripsi in interpreta. l. 1. not. 4. C. de sent. que pro eo quod interest. Quamobrem vt sibi prouideat maritus de talibus impensis repetendis, adhibeat vxoris consensum, secundum nostrum text. ibi, ignorantem vel inuitam.

Nec refragatur text. in l. de bonis. §. non solum. ff. de Carbonia. edict. vbi Iuriscōsultus doctrinam pupilli, & studia inter necessariae impensas computat, hic inter vtilis. Respond. necessariae impensas dici ratione personarum habita, veluti patris erga filium necessaria dicitur impensa, si quidem impendi necessitatem habet pro modo facultatum. l. Macedoniani. C. ad Macedonia. l. qui filium. vbi Bal. ff. vbi pupill. educat. debeat. Et idem in similibus personis, quae iure naturali, vel sanguinis ad alimentum tenentur, tunc quoque ad expensas studij: recte Hostien. in summa. de infantib. languidus. §. qui parentes. Secus ergo in his qui debent alimenta ex legato, vel alio iure: quia ij non tenentur ad disciplinam vel doctrinam. l. legatis. ff. de alimen. & cibari. leg. Iaso. & Iacob. in l. cum ij. §. qui transigit. ff. de transact. scripsi plene in scholastic. priuileg. 3. vnde si ad doctrinam seruorum is, qui non tenetur, expendat, censetur vtilis impensa: veluti quā maritus erogauit ad doctrinam puerorum dotalium. Quae debet esse mediocri, ne mulier praeter inopia cogatur seruus carere, aut fundo. Sicque iura veniunt concilianda.

Quero cum multiplex sit impensa, quae veniat? Respond. pro qualitate materis, & hoc discerni poterit iuxta conuentiōē, & cōtractū: & in dubio praesumerem necessariam. l. apparet. ff. de itinere actiue priuat. Alibi Iuriscōsul. ait, Ex proposito domini, ex natura locorum discerni posse. l. §. estiu. de aqua quotid. & astiu. vel ex re cognoscitur. l. sepe. supra eod. vbi scripsi.

Onerari. Oneranda autem libertatis causa facta ita definiuntur, quae ita imponuntur libertō, vt si libertus

Repastinationis libri.

Impensa in doctrina puerorum vtilis.

In doctrina impensum quando sit necessaria impensa.

Impensa nomine qua veniat.

Oneranda libertus cuius causa facta sit iudicium vel impensum.

Differentia inter vtilis & necessariae impensas.

Voluptaria impensa.

Vtilitates impensarū vtilium.

Maritus impensas vtilis in re dotali factas an repetat.

Filius, vel seruus, qui expensas vtilis faciens, obligat patrem.

Amore etiam impensas vtilis repetuntur.

Bonae fidei possessor ex impensas vtilis adducit.

libertus patronum offenderit, petantur ab eo, semperq; sit metu exactionis subiectus, propter quem metum quidvis sustineat patrono precipiente: & in summa si incontinenti impostum quid sit libertus, quod onerem eius libertatem, dicendum est exceptioni locum fore. l. i. §. quæ oneranda. ff. quar. rer. actio non datur.

Onus, in l. munus. supra cod. De actione oneris aduersi videte in l. in naue. ff. locari. Et onus sine aspiratione scribi quidam censent, quia nullus ad id aspirat: vt scripsi in verb. onus. §. i. de collatio. in concordat.

Onerariæ naues, ad onera vehenda paratæ. l. 2. ff. de captiuis. scripti in l. malum. infr. cod.

Onerosus creditor non auditur, neq; delicatus debitor, exponitur in l. si seruos. in fi. ff. de pignoratitia actio. Alias huiusmodi phrasas infinitas, ne vos onerem, prætermitto.

Inuitam, hic dicemus nolentem & contradicentem, propter verbum ignorantem in text. positum, de quo dicam in l. debitor. infra eodem.

In his impensis & pistrinum. Censet hic impensas vitiles fieri, cum pistrinum, adiecit domui: idem si molendinum, furnum seu stabulum, per quæ domus melioratur plurisque sit, maxime secundum expositionem gl. in l. cum de lanionis. §. r. ff. de fund. instr. capientis pistrinū pro furno, seu molendino: quam sequitur Alberic. in dictio. in verb. pistrinum. Budæ. tamen in suis primis annotat. in Pandect. ff. ad legem Aquil. l. si seruos. §. si fornacarius. dicit accipi pro loco fatigationis pleno, ac pro negotio operoso, & molesto vireq; conficiente, seu pro ærûna studij difficillimi. Vel dicitur locus seu machina in qua frumentum molitur, dictum à pinfendo. Nempe olim ante molendinorum usum erat locus, in quo pilo pinfiebantur frumenta, vel mola, quæ vocabatur pistrinum, quod non sine ærumna, & durissimo labore agitabatur. l. æquissimum. in fin. ibi, aut si stabulum, quod erat domus, iumentis & carrucis vacas pistrino locauerit. ff. de vlt. fructu. Itaque dum serui apud dominos petulantes erant, dignos isto pistrino domini iudicabat. Terent. in Heautont. dicit, pistrino dignus est seruus. & alibi, pistrino te dedam. Demum successu temporum hodierna molendina fuerunt excogitata, in quibus mola trusatiles, id est hominū opera verfatiles locatæ fuerunt; quia tamen adhuc circumducere molas istas fatigationis plenū mansit negotium, ob id nomen quoque pistrini retentum fuit, veluti cum interdum domini hos seruos locarent ad circumagendum illam molam. l. i. §. si quis seruum. ff. de pos.

Pistrinum quid.

Hodie quoque in molendinis oliuarum vtitur mola asinaria, quæ scilicet per asinum circumagitur. Vnde etiam asina dicitur molendinaria, quia molendino seruit, per Iurifconsultum in l. cum de lanionis. §. asinam molendinariam. ff. de fundo instr. Et mola illius erectæ pars inferior meta vocatur, superior autem catillus. d. l. cum de lanionis. §. idem consultus. Vnde Varro lib. i. tit. 42. de re rust. sic ait: Si aquæ copia est, sulfura balnearum debent pistrina suscipere, vt ibi formatis aquariis molis, siue animalium, vel hominum labore frumenta frangatur. hæc ille. Quibus nos etiam molendinis frequenter vtimur ad extrahendum oleum. Inde pistrinarius, dominus pistrini, vel præpositus huic pistrino. l. i. §. si quis seruū. ibi, puto esse actionem aduersus pistrinarium ex conducto. ff. de pos. Locas etiam, in quo panis pinfitur, potest vocari pistrinum, siue pistrina. l. si. ff. de excusa. tutor. ibi, qui in collegio pistorum sunt à tutela excusantur, si modo per semet pistrinum exercent. Et vocabatur olim pistor, qui pilis frumenta tundebar,

Mola asinaria quæ.

Horrearius, qui in horreo habitat, vel illud custodit. l. cum in plures. §. fin. ff. loca. l. si vero. §. si horrearius. de his qui dececerunt vel effuder. l. Celsus. §. i. ad exhibend. Horreatica species sunt, quæ seruantur in horreis. l. fin. C. de conditis in public. horreis, lib. 10. vbi publica horrea vocantur illa, in quibus frumenta ad vtilitatem publicam coaceruantur. de quorum horreorū præpositura loquitur l. 2. C. de suscepto. libr. 10. vbi gloss. dicit, quod in his horreis tributa collecta reponebantur, id est frumen-

Pistrinarius.

Pistrina.

Horrea publicæ.

& terebat, cuius loco vocamus hodie bolanger, qui panes facit. l. i. C. de pistor. lib. 11. l. i. §. ite. in quod cuiusque vniuersita. nomin. vnde Martialis:

Surgite, iam vendit pueris ientacula pistor, Cristaræque sonant vndique lucis aues.

Quod si addatis diuiciarium pistorum, significat eum, quem vernacule vocamus pasticior: de quo Martial. lib. 14. in fi. Dulcius pistor Mille tibi dulces operum manus ista figurat Extruet, huc vni parca laborat apis.

Inde pistoricus adiectiuum, quod ad pistorum pertinet. Et pistorica operas, ad pistorum pertinentes vocat Iurifconsultus.

Ita dic expensas vitiles esse in fonte ducendo. l. r. ff. de font. idem in cloacis. l. r. ff. de cloac.

Et horreum. Ab hordeo nonnulli deduci putant: alij vero ab horreo, quasi horridum obaristatum asperitatem: sed vnde eunque, parū refert. Antiqui autē fruges in suis spicis & aristis in granariis condiderunt: quod etiamnum hodie solent obseruare Parisij, Turones, Bituriges, & omnes fere qui sub parlamento Parisiensi degunt. Et horreum est repositorium frumenti, hordei, vel alterius granati: quod alias granarium vocat Iurifconsultus. in l. quaeritum. §. conseruandi. ff. de fund. instr. vnde versus,

Horrea firmica venient ad inania nunquam: Ibit ad amissas nullus amicus opes.

Vnde horreum frumentarium, in quo frumentum reponitur. l. Titius horreum frumentarium. ff. de acquir. rer. domi. Quemadmodum etiam horreum vinarium appellatur, vbi vinum reconditur. in l. tabernam. ff. de fundo instr. Et horreum penuarium vocatur, vbi penus, id est ea quæ esui & potui necessaria sunt, imponuntur. l. qui penum. in fi. ibi, vel si qua alia sunt, quæ horrei, penuarij, vel cellæ penuariæ instruendi causa habentur. ff. de pen. lega.

Generaliter ergo capitur hæc dictio, nisi ex adiuncto, aut præcedentibus declaretur, vt in l. vulgaris. §. sed & si de nau. ff. de furtis. vbi horrei appellatione venit horreum frumentarium, quia prius locutus erat de frumento. Interdum etiam accipitur pro repositorio pretiosarū rerū, aut mercium, vel aliarum rerum, quæ adseruari consueverunt, quod pro qualitate materie potest intelligi. l. Cellus scribit: si quis merces, quas vehendas conduxit, in horreo posuit. ff. ad exhibend. l. vbi. §. illud. ibi, de vino, vel oleo, vel tritico, quod in horreo repositum est. ff. de verb. oblig. l. vulgaris. §. corce. ibi, quemadmodum si ex pluribus rebus mouētibz in horreo reclusis vnā tulerit. ff. de furtis. l. clauibus. & l. dolia. ff. de contrahend. empt. l. cum in plures. §. locator. & l. dominus. ff. locati. l. cum ita. in princ. de leg. 2. l. Stichus. in princ. de statulib. l. 3. §. effractura. de offi. præf. vig. l. quod legatur. de iudic. l. Scia. in fin. de fund. instr. l. qua ratione. §. interdū. ibi, merces in horreo repositas. ff. de acq. rer. dom. l. si quis ex argentariis. in princ. ff. de eden. l. heres absens. §. ut si quis. ibi, sed tabernas, pergulam, horreum, armarium, officinam, &c. ff. de iudic. l. si vero. §. ait prætor. de his qui dececerunt. l. vlt. §. si de pignora. actio. cum alijs, quæ possent adduci.

Inde horrearius, qui in horreo habitat, vel illud custodit. l. cum in plures. §. fin. ff. loca. l. si vero. §. si horrearius. de his qui dececerunt vel effuder. l. Celsus. §. i. ad exhibend. Horreatica species sunt, quæ seruantur in horreis. l. fin. C. de conditis in public. horreis, lib. 10. vbi publica horrea vocantur illa, in quibus frumenta ad vtilitatem publicam coaceruantur. de quorum horreorū præpositura loquitur l. 2. C. de suscepto. libr. 10. vbi gloss. dicit, quod in his horreis tributa collecta reponebantur, id est frumen-

Pistor quis & dulciarius.

Pistorica opera.

Horreum.

Granariū.

Horreum multiplex.

Horrea firmica.

Horreum multiplex.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

frumenta exacta à priuatis reipublicæ causa, vt forte dicam in constituto. Reg. Gallic.

Insula dotalis adiectū plerunq; dicimus. Insula communiter est terra vndique aquis circumdata; vt in mari, quæ Græcè νῆσος vocatur. §. insula. de rerum diuis. in Inst. à salo appellata, quod in salo, id est mari posita sit, a, mutato in u.

Insula quid.

Insula tri-bus modis fit.

Aliquando tamen etiam in flumine sit insula, & hoc tribus modis, vt elucidat Iurifconsultus. in l. ergo. §. tribus modis. ff. de acquir. rerum domin. & Bar. in tract. de insula. & in tract. Tiberiadiis explicat. Quod si ex altera parte insulae alueus fluminis exaruerit, desisse insulam esse placuit Iurifconsulto. in l. insula. in fi. ff. de acquir. rer. domin.

Insula dicitur etiam domus in salo posita, id est in mari. glo. in d. §. insula.

Ad hæc insula dicitur domus viam vndique habens, teste Crapal. in tracta. de partib. ædium, in r. parte: vel quæ non coniungitur communibus parietibus cum vicinis, sed circuitu publico, vel priuato cingitur, teste Festo. nēpe sicut insula in mari loca discretæ sunt à continenti, ita hæc domus nullis connexæ sunt ædificiis coherētibus. l. Imperatores. ibi, intermissio legitimum spatio à vicina insula. ff. de seruitu. vrbano. prædior. Sine debent esse palatia, & prætoria Principis, vt secreta sint vniuersis, quæ ibi proferuntur. l. quicunq;. C. de oper. publi.

Vltimo insula in iure frequentius capitur pro omni domo, etiam vicina & coherente alteri ædificio. probat l. si duas habere insulas. ff. communia prædior. iuncta. l. 2. §. seruitutem. si seruit. vindicet. vbi seruitutem nemo alius vindicare potest, quam is, qui in fundo vicino dominium habet, cui seruitutem dicitur deberi. Et sic vicina erant illæ duæ insulae: alias seruitus imposita iure non fuisset. probat l. si seruos. §. si quis insulam. ff. ad legem Aquil. sic dicens: Si quis insulam meam voluerit exurere, & ignis etiam ad vicinam insulam peruenerit, Aquilia tenebitur. Ergo domus vicini erat coherens: alioqui non facile fuisset combusta. l. fundi. §. item quod insula: causa paratum est, si nondum perfectum est, quamuis positum in ædificio sit, non tamen videtur ædium esse de actio. empt. vbi primo vocatur insula, postea ædificium, demum ædes, ad ostendendum insulā capi pro ædificio, & ædibus. l. solutum. §. solutum. de pignorat. actio. facit l. in prouincialibus. vbi gloss. §. i. ff. de noui oper. nuntia. l. si finita. §. item quid dicemus. de damno infect. l. fluminum. §. idem Seruius. & l. inter quos. §. damni. ibidem. l. si ita stipulatus essem. cum l. seq. de verb. obliga. vbi primo vocat domum, postea insulam, nullam inter hæc constituendo differentiam. facit l. si insulam. ibidem. l. qui insulam. loca. lex, si ego. in fi. de Publica. lex. arbitrio. §. i. de dolo. l. verum. §. sciendum. ff. de minor.

Insula quo modocapitur.

Incendiarij comburenti cura im-muniati & gratia.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Horrea firmica.

Additur in text. plerunq; quia si quandoque reficiatur molendinum, vel horreum antiquum, inter necessarias computaretur impensas, quandoquidem has impendere necessitas vtget: vt pote si maritus non inueniebat horreum, & frumenta in agro consumebantur, vel non erat aliquod molendinū propinquum, vnde necesse fuerit marito construere molendinum, vt farina sibi & familiae parer necessariam, tūc siue de nouo fiat, siue antiquum reficiatur, semper dicitur impensa necessaria. l. i. in fi. ff. de impens. in reb. dotal. fact. Secus si necessitas impendendi non erat, sed vtilitas, tunc vitiles impense censentur. l. veluti. ff. de impens. quicquid ibi glo. dicat. & sic intelligi debet iste text.

Necessaria impensa quid dicitur, vel vitiles.

Tamen aduerte, quod aliquando reperitur necessitas ex parte rei, vt quia periret domus, nisi reficeretur, quæ veredicitur ex superioribus impensa necessaria. Alias dicitur necessitas ex parte personæ, vt pote cum lex imponit personæ impendendi necessitatē, vt tutori, vel alteri: quemadmodum loquitur text. glof. & ibi Bar. in l. i. ff. de impens. & quoad hoc etiam necessaria dicitur impensa, quæ necessitatem habent impendēdi tam ex parte rei, quam ex parte personæ. Vix enim est necessitas personæ mariti, nisi subit & rei necessitas in his dotalibus impensis: sed in petitione hereditatis, vel in rei vindicatione, in quibus bona filiei possessor non tenetur ad aliquid, solum inspicitur necessitas ex parte rei, vt impensa dicantur necessaria. glof. in l. & in totum. ff. de impens. Bart. in d. l. r. ibidem.

Necessitas duobus dicitur modis.

Voluptaria sunt, quæ speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent: vt sunt viridaria, aquæ salientes, incrustationes, loricationes, pictura.

Voluptaria dicitur impensa, quæ ad voluptatē sunt: alias voluptarie: non refert, quod pro voluptate eius, qui impendit, fiat. & Iurifconsultus elucidat eas esse, quæ speciem ornant, id est rem, vulgo donent lustre à la chose. Sed non augent fructum: quia si augerent, dicerentur vitiles. de quibus superius dictum extitit. & Iurifconsultus. Vlpian. in l. voluptaria. ff. de impens. ita dicit: voluptaria impensa sunt, quas maritus ad voluptatem, Gallic. pour plaisir, fecit: & quæ species ornant, veluti balnea extruere. l. impensa. ibidem. Voluptaria sunt ergo, quæ ad voluptatem, & animi gratia tantum factæ sunt. Vnde voluptarium prædium vocat Iurifconsultus. quod voluptatis gratia habetur, in l. æquissimum. §. fructuarius. ff. de vlt. fruct. Et voluptarius homo, adonné à ses plaisirs. Et disciplina medica inter audiendum voluptaria esse solet, at exercere melancholica, quando homines moriuntur, non capiendo aurum. Contrarium in legali & canonica.

Voluptaria impensa.

Prædium voluptarium.

Voluntarium consortium vocat Iurifconsultus. societatem sponte contractam, in l. si fratres. §. idem Papin. ibi, si inter fratres voluntarium consortium initum fuerit. ff. pro socio.

Voluntarij consortium.

Quæ quidem impensa non repetitur: at solum permittitur ei, qui eas erogauit, vt salua rei substantia, & absque vlla iniuria eas abradat, vel tollat. l. 3. §. sed et si. ibi, pati debet dominus creditorē hæc auferre, sine domus suæ videlicet iniuria. ff. de in rem verso. quod intellige verum, si profuturum est ei, quod auferat: alioqui non licet auferre, siquidem iniuriam præ se fert ab altero auferre, quod ei prodesse potest, nobis vero nocet, aut nil prodest: vt si picturam comunem delere vellet, secus si aream, per text. in l. pro voluptariis. ff. de impens. in rebus dotal. fact.

Voluptarias impensas faciunt an auferre possit.

Voluptaria impense re peruntur, mandato domini facta. Et, vel de eius consensu.

Primo videtur regula, cum de mādato domini aut consensu facta sunt: tunc enim dominus actione mandati tenebitur. Lidemque. §. idemque ait, à contrario. ff. manda. gl. in l. voluptaria. de impens. text. egregius in d. l. 3. §. sed & si mutua pecunia accepta domum dominicam exornauit tectoris, & quibusdam alijs, quæ magis ad voluptatem pertineant, quam ad vtilitatē, non videtur versum: quia nec procurator hac imputaret, nisi forte mandatum domini, aut voluntatem habuerit: nec debere ex eo onerari dominum, quod ipse facturus non esset, &c.

Secundo nisi quis ex voluntate domini prædictas impensas fecerit. l. si seruos. ff. de pignorari. actio. quia non debet dominus ex eo onerari, quod ipse facturus non esset, nisi consentiat. §. sed & si mutua. de in rem verso. Plus dicit, dominum pati debere creditorē hoc auferre, si sine domus vel rei iniuria fieri possit. Et si domus deterioraretur, dominus cogendus est vendere domum, vt quanti pretiosior facta est, id præstat. l. si res. ibidē. l. in fundo. de rei vindic. Quam obrem in his tutissimum erit semper domini voluntatem exquirere. Alias conductores vel inquilini pro suo arbitrio picturas adhibentes domibus conductis, non repetent id quod impensum erit.

In dote vero, mulieris etiā voluntate factæ non repetuntur, sed permittitur abrasio, dum profutura sit, non alias. l. r. §. sed nec impensa. C. de rei uxoriae actio. & l. pro voluntariis. ff. de impens. in reb. dota. fact. Mathefila. no. 92. no. casum cōtra. &c. videte Bal. consil. 372. & seq. quod incipit, casus vir. in 3. vol. Angel. & Ia. in §. propter retentionē. Insti. de actio. verū intelligas hos sumptus voluptarios ita auferri posse, vt in facie pristina, id est, quæ fuit ante venditionem, ædificium esse possit: vt docet Marcell. in l. si sine. §. item respondit. ff. de administrat. tutor.

Tertio non procedit, cum dominus erogare solitus erat huiusmodi impensas, & sic verisimiliter continuaturus erat. per l. si negotia. ff. de neg. gest. l. si seruos. de pignorari. actio. maxime si impensa foret modica. oporteret tamen probare istam consuetudinem, quæ vix probari possit.

Quarto si rem illam, in qua impensa facta sunt, erat distracturus. l. nisi venalē. ff. de rei vindic. nam eo casu tales impensæ promercales vendibiles, non voluptariae, sed vitales videntur: quia res ita exornata plaris vendetur. l. quod si ea. ff. de impens.

Idem censet Alcia. hic, si solita fuisset locari domus, vt tunc quoque pictura sit vtilis, vt simpliciter voluptaria tanto enim plaris cœnaculum vel habitatio locabitur, quanto ornatus. Et hoc verum est: sed nō solet hac impensa repeti, nisi vt dictum fuit.

Quinto si dominus rātum vellet dare, quantum inquilinus haberet ex picturis remotis, nō poterit qui impensas fecit eas tollere, ne sua malitia damnosa sit, per text. in l. in fundo. ff. de rei vindic. quod Ia. dicit esse notandum in l. 2. col. 8. nu. 29. & seq. C. de iure emphyteu. allegans Bal. ita firmantē in §. si quis de manso. de contro. inuestit. & in §. si vassallus. hic finitur lex, &c. & glo. in §. certe. Insti. de rer. diuis. Igitur caute faciet dominus domus, si offerat se tantundem restituaturum, quanti erit pictura rasa ad estimationem arbitratorū, & proborum: sicque euadet expensarum condemnationem.

Sexto non procedit, si bonæ fidei possessor fecerit has impensas in hereditate: quia tunc per doli exceptionem eas consequi poterit, l. vitales. ff. de petit. heredit.

Septimo si quis vi, aut clam arbores non fructiferas subsciderit, & fructuarij interfit propter volu-

ptatem, quia amœnitas ex huiusmodi arboribus præstatur, aget fructuarius interdicto quod vi aut clam, propter illam voluptatem. probat text. in l. competit. ff. quod vi aut clam.

Quibus actionibus & remedijs petantur hæc impensa, tradit glo. in §. certe. Insti. de rerum diuis. & plene Specula. in tit. de expens. in §. r. Hactenus ergo de expens. extra iudicium: de his vero quæ fiunt in iudicio, scripsi in 3. tomo commēt. in constitutu. Reg. Gallic. tit. de expens. dānis & interesse. interim de his vide text. & doc. in l. proferandum. §. si nauem altertra. C. de iudic. & Lanfranc. in repet. c. quoniā contra falsam. in fi. de proba. & Hippol. Marfil. in l. patre. ff. de questio. hic vterius in his impensis nihil sum impensurum.

Viridaria. Viridarium locus est, in quo herbae, arbores, & plantæ virentes & amœnitate referræ sunt, quod Iurisconsul. vocat hortum, in l. vrbana prædia. versic. proinde hortos. infra eo. vbi dicam. Et seruitutum non ea natura est, vt aliquid faciat quis, veluti vt viridaria rollat, aut amœniore prospectum habeat. l. quoties. r. in fi. ff. de serui. Et adificia quæ seruitutem patiuntur, ne quid altius tollatur, viridaria, id est res virentes, supra eam altitudinem habere possunt. l. adificia. ff. de serui. vrb. prædio. l. instrumento. in fin. de fundo instruct. l. dolia. ibidem.

Vnde viridarios seruos Iurisconsult. eos vocat, qui viridarijs præstant, & ea colūt, in l. in iurum mēta. ff. de fundo instruct. sed in eo tex. habeo viridaria.

Aqua salientes. Salientes aquæ dicuntur, quæ ex rostris fistularum ac tubulorum egrediuntur. l. fumes. aliās limes. & l. fundi. in fin. ff. de actio. empti. vbi Budæus exponit, Gallic. fontaine, Prouinciales gryphon vocant: sic forte dictæ, quod ascendens primum, deinde etiam descendens saliat.

Fistulae vero salientes sunt illa fistularum, & tubulorum plumbeorum, vel aliorū capita, ex quibus aqua saliens egreditur. d. l. fanes. Gallic. des tuyaux. materiam tradit Cepol. in tracta. de seruitu. rustic. præd. c. 49. Et interdum simpliciter dicuntur salientes sine alio adiuncto, & idem est. Vnde colliges, quod si fons erat in fundo dotali mulieris, & maritus aquas salientes adiecerit, fistulas adhibendo, hoc factum censeri ad voluptatem: quam obrem impensæ voluptariæ dicuntur, quæ admodum in viridarijs causâ delectationis preparantur. l. quaesitum. §. fistula autem. de fundo instruct.

Incrustationes. Incrustationes dicuntur crustæ subtilæ, quæ muris superinducuntur, & communiter fiunt ex calce, & arena, vel gypso, vt tucantur murum à pluuia, vel vt possimus ad murū pingere: à verbo incrustare, quod significat parieti crustam inducere, vulgo enduire dicimus. Incrustare etiam licet parietem cōmunem. l. quidam. §. fin. ff. de serui. vrb. prædior. declarat Cepol. in tracta. de serui. vrb. præd. c. 71. rub. de picturis seu incrusta. Vnde parietes crustati dicuntur crusta illa illiniti, enduiz: & crustarius, huiusmodi opifex. De alia crusta loquitur text. in l. hoc amplius. §. r. ff. de damno infecto. scilicet crusta est quoddam exercementum, quod propter putredinem vel concretionem fini vel alterius rei, super alicuius rei superficie nascitur, quod Gallic. moisy, vel, chanfy vocamus.

Interdum vasa quoque argentea illigantur crustis aureis, & demum illa vasa sic incrustata, vel crustata dicere possimus Gallic. emaillez, de quibus Iurisconsul. in l. pediculis. §. r. ff. de auro & argen. leg. vbi cymbia vasa Iurisconsultus ait esse genus poculi vinarij procerum, à cymba, id est naui similitudine: refert Catellia. Costa in 2. parte memorialium, in verb. cymbiū. Et ab huiusmodi crustis crustularij dicti sunt illi artifices, quorum opera vasa crustulis illiga-

Amœnitas loci non est auferenda.

Viridarij.

Viridarij serui.

Aque salientes.

Salientes fistulae.

Incrustationes.

Incrustare.

Crusta, crustarius.

Crustata vasa.

Crustularij.

illigantur. vnde Horat. saty. 1. dicit: *Syncerum cupimus vas incrustare.*

Loricatio nes.

Calcata adificia.

Lorica.

Voluptaria impensa quo modo digno scantur.

Pauimentum.

Pictura.

Peti legata & libertates possunt.

Loricatio nes. Loricatio dicitur tectorium parietis, in modum loricae superinductæ, vel corium è marmore tuso, cū calce & arena: teste Budæo hic. parietibus nanque extructis calx inducitur: vnde calcata adificia, calce cōrecta, loricationem & tectorium appellant: & præcipue si laeue politum fuerit, vt superinduci possit penicillis, vel albario, vel pictura. & certe id genus circumlocutiones, quæ structuram plurimum venustant. hæc Crapal. lib. 1. videte in l. in rutis, infra eod. vt videlicet quemadmodum lorica dicitur indumentū corporis, Gall. *un balacret, ou brigandine*. ita munimentum murorū. Vitruuius lib. 2. sic inquit: cum enim in tecto tegulae fuerint fractæ, aut à ventis deiectæ, qua possit ex imbribus aqua plueri, non patitur lorica testacea lædi laterem, sed proiectura coronarum reiciet extra perpendiculari stillas. & ibi ponit de duplici lorica, quæ in castris exercetur, & quid à vallo differat.

Has igitur impensas index disquirere debet, an ex causa necessaria factæ sint, aut voluptaria: & ex probationibus iudicare: nempe si factæ sint huiusmodi incrustationes ad muri tantum cōseruationem, necessariae iudicantur: si vero gratia depingendi aliquid, voluptariæ impensæ dicuntur. De tectorio dicant in l. in rutis, infra eod. quo loco non omitendum est quosdam grauius hallucinari. existimantes hæc, scilicet loricationes, incrustationes, tectoria, & pauimenta idem significare, cum longe inter se differant, vt patet ex superioribus. nam pauimentum est solum arte factum, & stratum aliqua materia, maxime in ædibus, quod pedibus inambulando pauiunt, id est ferimus, & rudiunt: de quo Iurisconsul. in l. quaesitum. §. item spongia, quibus columna, pauimentum, podia, exterguntur. ff. de fund. instructo. Gallice *le paui* vocamus.

Pictura. Tabula cedit pictura: l. qua ratione. §. sed ex diuerso. ff. de acquir. rer. dom. Ridiculum est enim picturam Apellis, vel Parrhasij in accessione vilissimæ tabulae cedere. §. si quis in aliena. de rerum diuisio. in Institut. De Apelle & Parrasio scribit Plinius lib. 7. cap. 37.

IDEM LIB. NONO AD PLAVTIVM.

Lex octogesima.

In generali petitione legatorum etiam datæ libertates competunt, ex mente legis 12. tabularum.

Ratio dubitandi ad istam legem erat, quia libertates habent iura sua singularia & specialia, vt patet per totum librum 42. ff. ita iura communia locum in eis obtinere non videbantur: at hic textus contrarium decidit, videlicet libertates datas competere in generali petitione legatorum. Lex enim 12. tabularum generaliter legata petere permittit, dicens: vt quisque legasset, suæ rei ita ius esto. l. r. ff. ad legem Falcid. l. verbis. infra eod. sed nihil dicit de libertatibus in testamento datis. quam obrem Iurisconsul. hic eam legem 12. tabul. interpretatur, dicens ex mente illius legis datas libertates competere, qui verus est sensus legis. Nec refert in text. siue ponatur verbum competunt, seu verbum continentur, cum in idem reincident, magis tamen approbarem, datæ libertates continentur: quemadmodum legi in verueto quodam exemplari: quod videlicet in generali petitione legatorum continentur datæ libertates, ex mente legis 12. tabular. vt ita possint peti, sicut alia legata: quippe si de illis rogati fuissent hi legum conditores, idem procul-

dubio de libertatibus respondissent. arg. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posth. nam & libertates legabantur, vt in toto tit. de fideicom. libera. ergo veniebant legatorum nomine.

Et sic primo notabis ad petendum libertates in testamento datas, cōpetere actiones ex testamento, sicut pro legatis, & alijs, quæ libertatibus conuenire possunt. l. r. C. communia de lega.

Secundo, quod sicut legata referuntur quibusdam personis, quæ possunt illa petere: sic & in libertate dicemus, per istum textum, vt in l. r. & per totum. ff. de legat. præstand.

Tertio tantum operatur id, quod ex mente venit, sicut si ex verbis expressis, vt scripsi in l. nominis. §. r. supra eod. & probatur hic: nam sicut legata petuntur, ita & libertates: licet ex mente veniat.

Quarto sicut per edictum, si quis omnia causa. testa. reseruantur legata, ita & libertates. l. r. & per totum. ff. si quis omnia causa. testamen. & hodie per authen. ex causa. C. de liber. præter.

Quinto in quibus casibus legata de iure speciali sustinentur, & conditio habetur pro impleta. l. in testamento. ff. de conditio. & demonstrat. ita & libertates. l. si peculium. §. is cui. ff. de statuliber. & l. stichum. §. penult. ibidē. quia tunc etiam leges testamentariae locum habent. l. r. §. lex Falcid. ff. ad legem Falcid. doct. in l. r. ff. de leg. 1.

Sexto sicut legata peti debent, vt hic, ita & libertates: & quemadmodum legatarius occupando propria auctoritate legati, illud perdit. l. non dubium. C. de legat. sic videbatur in libertatibus fideicommissariis: vt in tub. ff. de fideicommissa. libert. Sed in hoc Regno occupantes legata, non ea perdunt: at si vis interuenierit, pro modo admissi puniuntur, vt scribit Bened. in repet. c. Raynuus. in verb. si absque. de lega. nu. 147. de testa. Scripsi in proœm. tom. 1. comment. in constit. Reg.

Septimo dispositio generalis legis, vel statuti comprehendit omnes casus, etiam priuilegiatos. text. in l. in fraudem. §. si. ff. de testam. mili. vbi miles non potest ultra tempora bonorum possessionem agnoscere: quia generalis est determinatio, & lex generaliter loquens generaliter est intelligenda. l. r. §. generaliter. ff. de lega. præstand. Sic disposita in legatis extendit hic tex. ad libertates, & ita ad casum priuilegiatum: quia non est verisimile dispositionem verbis generalibus, voluisse corrigere etiā ea, quæ specialiter introducta sunt.

Limitatur, quando casus fauorabilis & priuilegiatus haberet in illo casu priuilegium: tunc enim dispositio generalis non trahitur ad tollendum illud priuilegium speciale. Quam obrem ordinario vel statuto volens instrumentum esse insinuandum, non haberet locum in instrumento dotali, quia dos in hoc est priuilegiata: secus vbi nullam haberet priuilegium. l. fin. vbi Salicet. C. de doris promissio. de Ripa in l. r. col. 5. ff. soluto matrimo. quamuis simpliciter Iaso. primū firmer. ita consuluit Dec. consil. 5. in causa dominæ. & consil. 301. in causa quæ Ferrariæ. scripsi abunde in 2. tom. commentar. in constitut. Regias Gallic. tracta. de dona. insinuand. vbi etiam hodie dictante Regia constitutione insinuandum est, vt ante dictum fuit.

Itaque ista conueniunt, quando in text. est petitione, sicut erat in antiqu. exēpla. at in Pandec. Floren. legitur repetitione. vnde Iulia. scribit: cum in substitutione legata repetantur, libertates etiā continentur, vt etiam eas teneatur præstare substitutus. per l. cum in substitutione. ff. de leg. 3. Ideo qui generaliter reperierit in substitutione, vel codicillis, legata præstari volo; etiam libertates præstabitur: per istum text. nam cum generaliter repetuntur legata, & libertates continentur, & hoc intelligendum

Tres actiones ad petendam libertates competunt.

Libertates seruantur omnia causa testamenti.

Occupans libertatem an ea priuetur.

Lex generaliter loquens comprehendit casus priuilegiatos.

Insinuandum an sit instrumentum dotale.

Repetitio generalis legatorum libertates.

Picturae nō sunt tollendæ, si dominus volunt offerat, quæ tum remota valeret.

Bonæ fidei possessor voluptariæ impensas peti.

est, quando expresse legata à testatore repetantur, statuerent, ea debere: tunc libertates competentes, & nomine legatorum veniunt. Idem putarem, cum tacite: nã legata ab instituto, repetita censentur à substituto, per l. licet. ff. de leg. i. sic & libertates, per text. istum, & in d. l. cum in substitutione. Socin. in tract. fallent. reg. 334. relicta. Quod est verum in generali repetitione. sed in speciali, vt si testator dixerit in substitutione, legata data ciuibus præstari volo: non comprehenduntur libertates relictae exteris in hac speciali repetitione, nam postquam in vno est expressum, in alio cessat. l. c. prætor. ff. de iudic. Quam obrem hic text. legitur & in petitione, & in repetitione: & vtrunq; legatur, sensus elicitur, vt dictum fuit. ego tamen inhærerem vltimo intellectui.

Collige præterea, quod interpretu est elucidare verba legum, quas interpretantur, vt hic Iurisconsult. facit, & in l. seq. & l. i. ff. si cert. pet. Quod in ceteris quoq; facultatibus obseruatur. Non ergo permittitur obrebreare, vel exponere notu per ignotius. nam facilis doctrina prudens, vt Salom. ait. facit §. his ita. de iustit. & iure, in l. iustit.

Item inquam est in text. petitione, sciendum est petere interdum accipi pro percutere, vt in l. i. §. ait prætor. ff. si quadrupes pauper. fecisse dicat. ibi, puta si equus calcitrosus calce percussit, aut bos cornu petere solitus petierit. id est in §. & generaliter. ibidem, in c. o. §. ar si cum. vbi dicit calce percussit. & in §. generaliter. calce petierit. idem probatur in l. qua actione. §. i. ibi, vel calce petiit, vel capite, vel qualitercunq; ff. ad leg. Aquil. & tunc semper cum adiuncto profertur, vt calce petere, cornu, vel alio instrumento.

Secundo capitur pro inuadere, vel aggredi ferriendi causa, aut venire. l. sed & quemcunq; alium se ferro petentem, quis occiderit, non videtur iniuria occidisse. ff. ad legem Aquil.

Tertio petere honores est ad eos vel muneribus vel inmodicis populiprehensionibus, id est captationibus contendere. Gallic. faire brigue. Iurisconsult. in l. i. ibi, quod si in municipio contra hanc legem magistratum aut sacerdotium quis petierit, per senatusconsultu in centu aureis cum infamia punitur. ff. de ambitu. Inde petitio pro ipsa ambitione.

Petere interdum pro obtinere, habere. l. eos. ff. de decurio. sic dicente: eos qui ventisilia negotiantur & vendunt, licet ab edilibus cedantur, non oportet quasi viles negligi. denique non sunt prohibiti huiusmodi homines decurionatu, vel aliquem honore in sua patria petere: nõ enim infames sunt.

Quarto pro ire, proficisci: vt petere rus, vel Romam. Cicero de offic. naues Rhodum petentes vidi. Inde Romipeta dicitur is, qui Romam proficiscitur. c. si quis Romipetas. 24. q. 1. & non debet impediri: alias excommunicatur hodie in bulla coenæ do. impediens.

Quinto pro concernere. l. si pro fure. §. i. ff. de condict. furtiua. vbi sic Bal. exponit text. furti actio pœnam perit legitimam, conditionem ipsam, id est concernit, vel respicit idem, quod furti actio ad pœnã persecutionem pertinet: conditio vero furtiua competit ad rei persecutionem, vel habet rei persecutionem, vt ibidẽ in §. seq. scribitur, & in l. seq.

Sexto petere est instantè requirere secundum quosdam: quod simpliciter dictu vix recipiendum esse putarem. verum si italem instantiam, aut vehementiam significare velimus, passim cum adiuncto instatè petere, aut simili proferimus: ita summus ipse Pontifex in c. ab eo. de appella. clem. 8. illo tit. & in finitibus aliis locis.

Septimo petere, id est peti debere, exponit glo. in l. si. ff. de eo quod certo loco. sed ibi non est nec-

cessaria illa expositio: quia rem petere debeo, vbi dari debet: quod si debitor em ibi non inuenierim, tunc alibi petere licebit. l. i. ff. de eo quod certo loco. ideo locus, quo res petitur, attendi debet: nam iure petitur in loco, vbi promissa est solutio. text. autem non dicit, quod locus, in quo peti debet, attendatur. paria quippe sunt petere, vel peti debere. l. quod te. ff. si certum peta.

Octauo petere est postulare, querere, poscere. Et petere dicimur, cum aliquid humiliter, & precibus perimus, teste Valla. Tamen Iurisconsulti promiscue dicunt petere, quomodo cunq; petatur: vt hic, & l. Scæuola. l. quos nos. infra eod. Et siue in iudicio, siue extra. l. i. ff. de precar. l. si in rem. ff. de rei vindic. & inferius probatur fufius.

Hinc dicimus peti dilatiõem, in l. notionem. §. si. supra eod. Et qui à fideiussore petit, à reo petit. l. aduersus. ff. de arbit. Etiam pœna petitur. l. 2. ff. de arbit. vbi dicitur, ex cõpromisso placet exceptionem non nasci, sed pœnã petitionem.

Et regulariter vbi peti permittitur, & cõcedi. l. i. ff. de cadauerib. punitor. ibi, hodie autem eorum in quos animaduertitur, corpora non aliter sepe-liuntur, quam si fuerit petrum, & permillum.

Nono petitor dicitur actor. l. Julia. ff. de petitiõ. heredita. vbi primum vocatur actor, demum petitor, pro eo qui petit, & litẽ intendit, tam in actione reali. l. forma. §. si cum ego fundum possiderem, professus sum, petitor autem eius non fuerit professus. ff. de censib. l. i. §. proinde. si pars heredita. peti. l. v. ditor. de iudic. l. ex hoc. §. i. de aliena. iudi. petitiõ hereditatis est in rem. l. sed & si lege. §. peti-tum. ff. de petit. heredita. Quando etiam hereditas dicitur petita, declarat text. in litem veniunt. §. petitam. l. 1. & 2. ibidem. Quam in personali, vbi quoque petitor vocatur. in l. 3. §. præterea. ff. ad exhibẽ. Tum quia est verbum generale. l. 2. ff. ne quis eum qui in ius vocat. est. l. inter. de iudic. tum quia rem vindicans etiam petit. l. i. ff. si quis ius dicen. in fin. l. si fideiussor. in princ. qui fatid. cogan. l. i. §. inter. vti possidet. l. actionu. §. i. ibi, in rem actio est, per quam rem nostram ab alio possessam petimus. ff. de actio. & obliga.

Et ita etiã proprie refertur petitor & ad realem, & personalem actionem: quamuis satis audacter Zafius in l. sepe. ff. de re iudica. dicat in proprie Iurisconsultum in hoc loquutu, nullo iure fuisse litis, at fortã hallucinatus in verbis l. pecunia. infr. eodem, quemadmodu ibi plenius dicemus: interim contra eum iunctis superioribus sufficit text. in l. bona fides. ff. de actio. empr. vbi quis dicitur petere summam. in l. sed adde. §. si dominus. ff. loca. nec refragatur l. actio. ff. de actio. & obliga. vbi cum dicitur actio in personam, petitio in rem est, subaudiendum est plerunq; ex d. l. pecuniã. nec tamen sequitur, quin proprie quoque generalis sit actio, personalemque significet actionem, & realem: vt lege, nihil. de actio. & obligat. & §. actio. Instit. de actio. idemque in petitione, velur superius probatum fuit.

Nisi vtrunq; exprimeretur, videlicet actio, & petitio: vt in l. 2. ff. ad Velleia. l. pecuniã. 2. §. actio-nis. infr. eod. & l. bonorum. r. in fin. supra eod. Et vulgo quicunq; in iudicio aliquid petit, demandeur vocatur, & petitor, vt inferius dicitur.

Decimo petitio actus petendi est. Vnde Iurisconsult. ait in l. extat. ff. quod met. caus. Oprimam est, vt si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris. & idem in l. pen. de vi priua.

Et quãdam specialis est petitio, in qua res vna petitur, vt in l. si in rem. ff. de rei vindic. l. sin autem. & l. præterea. ibidem. & l. illud. in princ. de petitiõ. hereditatis. Altera vniuersalis dicta, cum vniuersa bona

Petere pro postulare es poscere, & in iudicio & extra.

Dilatatione peti

Vbi peti permittitur, & concedi.

Petitor pro actore, qui petit.

Petitor & in rem & in personã.

Petitiones.

Specialis petitio & generalis ac vniuersalis.

bona petuntur, vt in petitione hereditatis. l. i. & per totum, ff. de petitiõ. heredita. Demum alia generalis, cum generaliter ratio tutelae administratæ, & reliqua peruntur, vel in adione pro socio. glof. in l. i. ff. de cõdõ. vbi Bar. & alij explicant. facit hæc lex, in generali petitione. Et de petitione venia erroris est. l. præfati. ff. de minor.

Vndecimo petere pro repetere capitur. l. Lucius. ff. de positi. vbi prius pecuniã peti dicit, postea repeti. glof. & doct. in rubr. ff. si cert. pet. & in rubr. ff. solut. matrim. & quemadmodum dos petatur. vbi semper dicitur nostri iuris interpretes, petatur, id est repetatur: volentes eam interpretationem esse necessariam ratione generis, quod idem in genere repetatur: ar ratione speciei, non: quia eadem species in mutuo non repetitur. l. 2. ff. si certu peta. probat Barba. in c. ar si clerici. coi. 18. nu. 86. de iudic. Et hæc fuit communis hætenus sententia doct. quotquot scripserunt.

Ego vero non inficior, quin petere non nunquã pro repetere capiatur, vt in l. qui aliena. §. i. ff. de neg. gest. & in d. l. Lucius. cõ in finitibus aliis iuribus. Sed in rubr. ff. si cert. peta. & solut. matrim. proprie petitur, nec exponenda est necessitas: vt dicit doct. petatur, pro repetatur. sed, si certu, id est mutuum petatur per certi conditionem. l. dominus. ff. de condict. indebi. ibi, per in rem actionem petere debet. & ibi, per conditionem petere potest, vel in iudicio, vel extra petatur mutuum reddi, vel restitui. sic intelligi debet illa rubr. nam etiam petere quis dicitur proprie post litem contestatam. l. amplius. ff. rem ratam haberi. probat l. pure. §. si eum. ibi, aduersus petentem vti exceptione, quia creditor suum repetit. ff. de doli exceptio. Et quod pecunia petatur reddi, docet. l. procurator. 3. ff. rem ratam haberi. ibi, procurator cum peteret pecuniam, fatidedit amplius non peti, post iudiciu acceptum extitit, qui & ipse procuratoris nomine eandem pecuniam repereret.

Ad hæc in iuris interpretes dixerunt illam rubr. si certum petatur, esse generale, vbi certum petitur: quod non procederet, si exponeremus pro repetatur, nisi q; restringeretur illa generalitas, vbi certum petitur: vt restringere potes ex l. i. ff. de interrogator. actio. ibi, est autem interrogatio tunc necessaria, cum in personam sit actio, & ita si certum petatur. & facit l. i. ff. de condict. triticar.

Cum igitur mutuum petitur, petitur inquam, vt reddatur, & restituatur. l. cum quid. & l. vinum. & lege, si & me. & lege, pecuniam. cum aliis multis legib. illius tituli. ff. si certu petat. Et in libellis solet concludi & peti, vt pecunia mutua reddatur, & restituatur. facit lex, si & me. ibi, eam mihi à te reddi bonum & æquum est. ff. si cert. pe. & lex, si longius. §. fin. ff. de iudic. ibi, vnde ego semper probaui, vt si res moueat, filius agat vtili iudicio, forte depositum repetens, vel mandati agens, vel pecuniam quam credidit, petens. Ecce ibi, quod pecunia credita petitur, & non indistincte repetitur, vt doc. exponant: etiam l. petenti pecuniam. ff. de pignorat. actio. & l. cum à te pecuniam peterem. de dolo. l. creditoribus, quibus ex die, vel sub conditione debetur, & propter hoc nondum pecuniam petere possunt. ff. de separa. l. proinde. ibi, & credita pecunia peti possit. si certum peta. l. si iudex. ibi, petentem pretium de minor. Indebitum autem repetitur. in l. si procurator. ff. de condict. indebi. vbi quater scribitur verbum peti. & d. l. si longius.

Proprie itaque pecunia petitur, scilicet reddi: & ita expositio doct. non est necessaria, imo non est bona pro repeti. nam vbi Iurisconsult. vti solet verb. petere in illa materia, sic intelligi communiter debet, petere reddi, & restitui, seu dari. l. qui Romæ

Petere pro repetere.

Intellectus ad rubr. si certum petatur, & soluto matri.

pecuniam acceperat, quasitum an sua die integra peti possit. ff. de verbo. obligat. l. si ita stipulatus. §. Chrylogonus. ibi, superest vt quæramus, an ex numeratione ipse, qui contraxit, pecuniam creditam petere possit. ibidem. & §. ideo. quib. mod. re contrah. oblig. Alioqui sequeretur, quod Iurisconsulti perperam loquuti fuissent, si apposuissent petere pro repetere: vel saltem si sic exponendum esset, in aliquo loco illud exposuissent, & Impera. in rub. C. dixisset si certum repetatur: vt ipse asserit in l. i. C. de caduc. tollend. in §. sin autẽ ad deficientis. & Papa in c. ad audientiam. de decimis. vnde cum non inueniamus sic expositum, stabimus verb. petere, nec quæremus repetere pro petere.

Interdum Iurisconsultus dicit pecuniam condici posse. l. certi conditio. cum multis aliis legibus illius tituli. si cert. peta. & l. si filius familias. ibidem. & quando vult intelligere de repetitione, hoc exprimit, vt ibi dicit cessare pecuniam repetitionem, per errorem soluta, vt inferius dicitur. nam dum repeto pecuniam solutam indebitæ, si extat, eandem vindico, & repeto: quod non est in mutuo, quia idem non repetitur. l. 2. ff. si certum peta. imo Iurisconsult. non vtuntur frequenter in pecunia credita repetere pecuniam, sed petere pecuniam, sed petere. Ideo quam aliena sit à veritate illa communis expositio, nemo non videt, licet hætenus inualuerit.

Item dos petitur reddi, probat l. cum quærebatur, an verbu soluto matri. dotem reddi. infra eod. l. 2. vbi q; ad l. diuortio. ff. soluto matrim. l. sed hoc ita accipiendum est, si à foero dos ex promissione petatur. solut. matri. Verum, si matrimonio manente, dos ab eo, qui promissit, petatur. Succurrendum itaq; est, vt ne maioris summa cõdemnetur, quam quantum facere potest. l. sed hoc. ff. de re iudica. l. pure. §. in eadem. ibi, excipiendum sit aduersus maritum, qui dotem petit. ff. de doli except. l. eum qui. §. si mulier. ibi, quod ex eo reddi oportet, præstandum est. de iureiur. Si dos consistat in fundo, qui idem repetitur, Iurisconsult. dicit dotem repetere, in l. pater. in fin. ff. de euiet. facit l. i. ff. de pact. dotal. ibi, p. acta, quæ de reddenda dote sunt, inter omnes fieri oportet, qui repetere dotem possunt, & à quibus repeti potest. Ob id Iurisconsult. considerant soluto matrimonio dotem esse petendam reddi, siue sit in pecunia, siue in immobilibus. ideo possunt rubr. ff. & C. soluto matri. quemadmodu dos petatur, scilicet reddi, nam si res non restituatur extra iudicium, necesse est etiam mutuum peti coram iudice: alias iudex, si nõ peteretur, non impartiretur suum officium. l. vinu quod mutuo datum est, per iudicem petitum est. ff. si cert. peta. & in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto.

Dicit quis, quam obrem Iurisconsult. non dicit, si certum petatur reddi? Respon. quia, verbum petere est generale, vt superius dixi, referens se ad verbum reddi, vel dari: ob id non expressit reddi, sed reliquit in genere, quia vidit non fuisse necesse. Insuper impendia petitur. l. diuortio. §. impendia. ff. soluto matrim. Item ager vectigalis petitur. in rubr. ff. si ager vectigal. vel emphyteutic. petatur. Petitur hereditas. in rubr. ff. de petit. heredita. & l. quod si in diem. §. si. & l. si quid possessor. eod. tituli.

Inde petrix dicitur pro muliere agente & petente. l. qui filium. in fin. ff. ad Trebellia.

Petitorium quoque iudicium, vbi de dominio alicuius rei contenditur. l. is qui petit orio. ff. de rei vindica. Interdum largius pro omni iudicio, quo res aliqua petitur, & agitur super eius proprietate, doct. maxime Lanfrãc. in rubr. de caus. posses. post Specula. in tituli. de petitorio. §. i.

Et aliquando petitorium ponitur pro scriptura

Pecunia condicitur.

Dos reddi petitur.

Verbum petere generale.

Petrix.

Petitorium.

continentem petitorum, per quam petit quis se dominum declarari: teste Panor. in cap. suscitatus. in princ. de rescript. sed ego ibidem intelligerem, vt supra, quod destinato petitorio, id est constituto, & decreto petitorio, & dominio rei, interdum mandatur iudicibus, si interesse non possunt, de qua impotentia intelligitur: & text. respondet. Vel ibi petitorium accipe pro petitione. Possessorij vero dicitur, cum agitur super possessione rei, gloss. in l. fin. C. qui legitimam person. doct. in rubr. de caus. possess. vbi fufius videri potest.

Possessorij & petitorum.

IDE M LIB. X. AD PLAVTIVM. Lex octogefimaprima.

Cum prator dicat, vt opus factum restitatur, etiam damnū datum actor conseq̄ui debet. nam verbo restitutionis omnis vtilitas actoris continetur.

Iurisconsultus hic plura declarat iura dicentia, vt opus factum restitatur: nempe dicitur in l. 1. §. 1. & l. penult. ff. de noui oper. nūria. quod post operis noui nuntiationem quis non debet adificare, & si adificauerit, restituere debet: quod restituendum quippe est non solum opus, id est ad pristinum statum reducendum, sed & restitutionem est omne damnū, vti hic patet: quia verbo restitutionis omnis vtilitas actoris continetur, quam habiturus fuisset actor, si rem habuisset.

Restitui oportet quid sit

Item quod vi aut clam factū est, restitui debet, & omne damnū ex eo contingens. l. 1. ff. quod vi aut clam. Officio autem iudicis ita oportere fieri restitutionem censet Vlp. Iurisconsultus, vt in omni causa eadem sit conditio actoris, quæ futura esset, si id opus, de quo actum est, neq; vi, neque clam factum esset. Ergo non nisi quæ etiam dominij ratio habenda est, vt puta, si propter hoc opus, quod factum est, feruitures amittantur, aut vltus fructus intereat. l. semper. §. in hoc interdico. ff. quod vi aut clam. Damnū autem pati videtur, qui commodum amittit. l. 2. §. merito. vti sic. damnū. ff. ne quid in loco public. fiat. Et sic etiā lucri cessantis habenda est ratio, cum restitutio fieri debeat cum omni causa, vt supra dictū extitit. Cui sententiæ subscribit Alcia. hic. Ego quoque plura de his scripsi in interpret. l. vnic. in glo. vlt. C. de sentē. quæ pro eo quod interest profer. facit. l. 2. §. restituere. ne quid in loco public. sic in quietis: restituere videtur, qui in pristinum statū reducit: quod sit, siue quis tollat id, quod factum est, aut reponat id, quod sublātū est. Et interdum suo sumptu. nam si ipse, cum quo quis interdixerit, fecerit, vel in usu eius alius, aut rarum habitum sit, quod fecit, ipse suis sumptibus debet restituere: si vero nihil horum interuenit, sed habet factum, tunc dicemus patientiam solam eum præstare debere.

Restituere quid & sua impensa.

Præterea quod in via publica itinereque publico factum, inmissumque fuerit, quo ea via, idve iter deterius sit, restitui iubet prator, in l. 2. §. prator ait, quod in via. ff. ne quid in loco public. l. 1. §. si quis. & §. seq. de cloac. l. vlt. ibi, restituentē dominum opus sua impensa absoluat. de interdico. l. Athenis. ibi, ita opus restituendum, vt nullū periculum damni super sit. & l. post venditionē. ff. de aqua pluua arcend. & Iurisconsultus in l. 2. §. si quis nemine. ne quid in loco public. vti verbo tollere, deponere & restituere, quæ ad restitutionē tendunt. & l. quarta. §. ex hoc interdico. ff. de precat. sic habet:

Restitui debet in pristina causam: quod si non fuerit factum, condemnatio in tantum fiet, quantum interit actoris, rem ei restitui, & ex eo tempore, ex quo interdico edictum est: ergo & fructus ex die interdico edicti præstabitur. facit text. in l. 4. §. fin. ff. de verb. obliga. l. 2. de prator. stipula. ibi, totum opus restitui debet. quando enim aliquid super est, tandiu non potest videri opus restitutum, &c.

Aliisque modis accipitur restituere, quos cum lauui in l. restituere. 2. supr. cod. quibus adde quæ diximus in l. restituere. 1. supra cod.

Damnū autem & periculum differunt, vt scripsi in l. aliud est capere. in fi. supra cod.

Vtilitas. Nominē vtilitatis hic comodum & lucrum venit, ac damni euitatio. l. proinde si seruum occidisti, quem sub poena tradendam promisti, vtilitas venit in hoc iudicium. ff. ad legem Aquil. Et pretia rerum non ex affectione, nec vtilitate singulorum, sed communiter funguntur. l. si seruum. ff. ad legem Aquil. l. pretia. ad legē Falcid. Et summa cum vtilitate id pratorē edixisse nemo est, qui negat. l. 1. §. 1. ff. de his qui deiece. vel effud. Et hæc vtilitas interdum maioris quam res est. l. Julia. in fin. ff. ad exhibend. Et gratia vtilitatis litigium interdum iterū dilatio dabitur. l. oratione. ff. de feriis. Vtilitas magna versatur, vt absentes defendantur, & res eorum. l. 1. ff. de negot. gest. Et vtilitas huius tituli non eger commedatione: ipse enim se ostendit. l. 1. de in integrum restitui. l. 1. de exercitor. Loci vtilitatem non debet iudex auferte. l. 2. in fin. & l. 3. §. vlti. ff. de eo quod cert. loc. Et quia vtile est obtinere, quod nostra interest, ideo interdum vtilitas, pro eo quod interest, ponitur. in l. sed loci. §. 1. finitum regando. vbi Bald. l. 2. & 3. in fin. de eo quod certo loco. scripsi in interpreta. l. 1. in gloss. l. C. de senten. quæ pro eo quod interest.

Vtilitas nomine ad continetur.

Vtilitas pro eo quod interest.

Vtiliter agi.

Vtile tempus.

Annus vtilis.

Continuus annus.

Vtilis actio & directa.

Hinc vtiliter agi potest, id est comode. l. 4. in fi. ff. qui facit. cog. Vtiliter impendere. l. 2. ff. de negot. gest. & l. Pöpo. & l. sed an vltro. l. heres. de petito. heredita. scripsi in lege, tabernæ. infra cod.

Vtile tempus est, cum singuli dies in eo vtilis sunt, scilicet vt per singulos dies, & sciuerit, & potuerit admittere. Ceterum quacunque die nescierit, aut non potuerit, nulla dabitatio est, quin dies eius nõ cedat. l. 2. ff. quis ordo in bon. possel. seruer.

Quemadmodum annus vtilis est: qui olim dabitur ad restitutionem impetrandam minoribus, in quo non computabantur dies, quibus experium di potestatem minor non habuisset, aut se habere ignorasset. l. 1. ff. de diuers. & temporal. prescript. Et hodie loco illius anni datur quadricennium. in l. fi. C. de temporib. in integr. restitui. perend. & ibi glo. ponit multiplicem annū. Et anno vtili iniuria per mecum facta finitur. l. si cum exceptione. §. post annum. ff. quod met. causa. licet alia anno continuo tollatur. l. si non conuictij. C. de iniur. De hoc anno in l. 1. §. 1. ff. de in rem verso. Vtilius est, l. si quis in retentione. ff. de iudic.

Econtrario continuus annus est, qui transit, & computatur, nulla habita ratione superuenientis impedimenti, vel ignorantie: vt si actor experium di potestatem nõ habuerit, aut iudicis copia, vel conueniendi reum facultas defuerit. d. l. 1. & docto. in §. rursus. Instir. de actio.

Alias vtilis actio quandoque dicitur respectu directa: vt gloss. in l. curatoris. C. de negot. gest. vt pote quæ ex mēte legis datur. Directa vero, quæ ex mēte & verbis: vt not. gl. in l. si quis id quod. de iurist. omnium iud. veluti, si quadrupes damnū dederit, datur actio, quæ dicitur directa: quia verba legis, Quadrupes, & mens concurrunt. Si autem bipes, vt antea, dederit damnū, competit actio ex mēte, quæ vtilis dicitur, vt in rubr. ff. si quadrup. pauper.

per. fecisse dica. & l. i. iusta l. penult. ff. de his qui deiecer. Et ita improbat eam sententiam Bald. & Salic. dicentium actionē directam esse, licet verba non sint conuenientia, sed eadem sit ratio. l. curatoris. C. de nego. gest. per gloss. in verb. Italie. in cap. 1. de temporib. ordinand. in 6. quantumuis enim menti legis conueniat, nisi quoque verbis comprehendatur, vtilis dicitur. Nec obstat hoc esse contra iuris communem regulam, quod vbi eadem est ratio, debet fieri extensio: fateor at quæ extensio fieri non potest, nisi per vtilem, quæ potissimum ea ratione fuit introducta, vt vbi foret eadem ratio, verbis ramen legis non comprehensa, competeret vtilis. si enim diuersa esset ratio, iam nec vtilis quidem posset competere. adde quæ dicit Paul. Castren. in d. l. curatoris. facit l. natura liter. ff. de condic. indeb. l. 1. de eo quod certo loco. l. 3. §. comoda. l. eleganter. in princip. de pignorat. actio. & l. rem aliena. ibidem. Breuiter, omnis profus differentia inter vtilem & directam actionem tolleret. Quamobrem concludamus, siue sit omnimoda similitudo, seu maior ratio, dum non sit verbis legis comprehensa, dari vtilem actionem. l. his solis. ibi, satis tacite. C. de reuocand. donatio. Idem, quando lex declarat aliquem casum: teste Feli. in c. aduersario. col. 1. de exceptionibus.

Vtilis actio.

Actio vtilis etiam dicitur, quæ inducta est vtilitatis ratione, æquitate, seu ob aliam iustam causam, vbi actio deficit. l. ex facto. in fi. ibi, quia de peculio actio deficit, vtilis actio in dominum, quasi tutela crit. ff. de pecul. l. 2. §. quāquam. de aqua pluua arcend. Non est igitur actio vtilis necessaria, cum alia datur. l. quamuis. §. si conuenit. ff. ad senatus. consul. Velleia. Cum enim nulla actio lege tribuitur, & equū non est eius inopia, iustas vtilitate quem carere, datur ei actio, quæ eo nomine vtilis dicitur, vt de æstimatoria dicit text. in l. 1. ff. de æstimator. Quoties enim (inquit) de nomine contractus alicuius ambigitur, cōueniret tamen aliquam actionem dari, dandam æstimatoriā prescriptis verbis. est enim negotium ciuile gestum, & quidem bona fide: quæ actio vtilis est, & non directa. l. vlt. cod. tit. Quod autem diximus vtilem locum habere, cum alia non datur, intelligendum est, eidem persona, licet alteri altera, vt puta, in cedente & cessionario. l. 3. C. de nouatio. l. emptor. C. de heredit. vel actio. vend. l. 3. ff. pro socio. & l. si quis ergo. de pecul. nec interest si ad idem vel aliud competat, vt copiose far. in l. 1. ff. de actio. & obliga. distinguit, dummodo pro vtilitate alicuius æquum sit dari ei, qui nullam aliam habet.

Interdum quoque datur hæc vtilis actio à pratore. l. si mulier. in fi. ibi, prator mihi succurrit, aut vtilis actiones quasi heredi dando. officium enim pratoris est introducere vtilem actionem. l. 3. ff. de condic. indeb. Supplet prator in eo, quod legi deficit. l. quia actionum. ff. de prescript. verb. Alias à legislatore datur vtilis actio. l. verū. ff. de minorib. l. etiam. §. 1. de petit. hered. l. cum qui. in fi. de consitu. l. si quis stipulatus. ex quib. caus. maior. l. si testamenti. de feruiturib. vrb. anor. pradior. l. penult. & fi. de in rem vers. l. si mandauero. 2. §. interdum. & §. is cuius. manda. Et nonnunquā datur ab Imperatore. l. cum mota. de tranfact. Vide quæ scripsi in l. naturalis. ff. de prescript. verb. & in l. sepe. supr. cod. de actione datiuā & natiuā.

Vtilis non datur, si sit iniquum.

Si est iniquum, non datur vtilis. l. nec vtilem. ff. ex quib. caus. maior. l. qui seruum. de verb. obliga. Tamen in forensi iudicio parum obseruatur hæc directarum seu vtilium actionum differentia: nempe idem est fere modus concludendi in vtriusque. siquidem ait Iurisconsultus in l. actio. in fi. ff. de negot. gest. quod vtraque actio eiusdem est potestatis, eun-

demque habet effectum. De vtili actione est text. in l. si cum emptore. ff. de pact. l. conuentionia. de tranfactio. l. in causa. r. in fin. & l. procuratore. de procurator. l. fin. quod cuiusque vniuersa. nonui. l. si mulier. in fi. quod metus causa. l. seruus. de dolo. l. illud. de minor. l. ff. de liberal. caus. l. qua ratione. §. 1. de acquir. rer. domin. l. si. de re iudica. l. 2. de curator. bonis dando. ac l. qui autem. in fi. quæ in fraud. creditor. l. 3. §. 1. ne vis fiat eil. sed & reuocata. de iure fisci. ac lege, verū. de regul. iuris, & aliis infinitis iuribus, quæ breuitati cōsulēs missa facio.

Exceptio vtilis.

Item exceptio vtilis dicitur, sicut proxime dixi de actione: vt in l. si iudex. ibi, exceptionem vtilem aduersus petentem pretium. de minorib. l. de Iulian. §. 1. ad Macedo. l. tutor. §. si. ad Velleia. Vtilis replicatio, idem. in l. & generaliter. ff. de noxal.

Vtile iudicium.

Vtile iudicium pro vtili actione capitur, in l. si longius. in fin. ff. de iudic. & in l. quotiens. §. 1. ff. de pecul.

Vtilis actio ex prescriptioe.

Vtilis actio ex prescriptioe datur actio domino directo. l. in rem. & in rubr. ff. de rei vindic. l. si quis emptionis. §. 1. & sequ. C. de prescript. triginta vel quadrag. annor. scripsi abunde in titu. de prescrip. Vtilis vero, quæ domino vtili, vt pte superficario conceditur. l. 1. §. 1. ff. de superficieb. l. tutor. in fi. ff. de pignorat. actio. Emphyteutæ & aliis. in titu. ff. si ager vectigal. vel emphyteu. pera.

Duplex actio directa.

Est & alia actio directa, quæ dicitur ratione contrariæ: & tunc datur, quando nomina contrahentium non variatur, sed vnum ab alio dependet, seu deriuatur, vt à comodante commodatarius, à mandante mandatarius: tunc actio mandati, vel commodati datur ei actio, quæ eo nomine vtilis dicitur, vt de æstimatoria dicit text. in l. 1. ff. de æstimator. Quoties enim (inquit) de nomine contractus alicuius ambigitur, cōueniret tamen aliquam actionem dari, dandam æstimatoriā prescriptis verbis. est enim negotium ciuile gestum, & quidem bona fide: quæ actio vtilis est, & non directa. l. vlt. cod. tit. Quod autem diximus vtilem locum habere, cum alia non datur, intelligendum est, eidem persona, licet alteri altera, vt puta, in cedente & cessionario. l. 3. C. de nouatio. l. emptor. C. de heredit. vel actio. vend. l. 3. ff. pro socio. & l. si quis ergo. de pecul. nec interest si ad idem vel aliud competat, vt copiose far. in l. 1. ff. de actio. & obliga. distinguit, dummodo pro vtilitate alicuius æquum sit dari ei, qui nullam aliam habet.

Directa dicitur principalis. l. in comodato. §. 1. ff. commodari. & datur contra eum, cuius principale negotium gestum est. §. fi. Insti. quod cum eo.

Vel directa etiam actio dici potest, quæ recta iuris scripti via dari, & intentari solet: vtilis, quæ per obliquum. l. 1. ad Trebellia. l. 2. §. quāquam. ff. de aqua pluua arcend. Et vtilis pro obliquo exponit Theophil. in §. si quis res. & §. aliquis mortis. Insti. de fideicommissi. heredita. videte l. & si sine. §. sed & quod Papinianus. ff. de minorib. vel directa, quæ primo ex illa obligatione nata sunt: vt in senatus. consul. Trebellian. vbi in aliū translatō commodo ratione fideicommissi vtilis transeunt, directa vero penes heredem remanent. l. 1. & l. cum prator. ff. ad Trebellia. Insti. de fideicommissi. heredit. Directæ enim actiones hærent tanquam character, vt euelli non possint: vt aiunt glo. & doct. in l. 3. ff. pro socio. Videte phrasas in l. tabernæ, infra cod. hætenus de his.

IDE M LIB. DECIMO QVARTO Ad Plautium. Lex lxxxij.

Verbum AMPLIUS ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur: sicut contrario minus solum videtur, etiam si nihil esset exactum.

Tria hæc lex docet: primum, quod hæc dictio amplius refertur etiam ad eum, cui nihil debetur: quod probat ibi, sicut, argu. à contrario. quoniam prima fronte videtur hæc verba esse comparativa, sicque referri ad potissimum. Quod obstaculum ego disui in lege, minus, supra eod.

Verbi amplius quid significet.

Secundum tacite per illam dictionem quoque infert, quod proprie etiam significat eum, cui debetur, vt inferius explicabitur. Vnde si tibi promittam aureos decem, amplius quam illi debeam: si nihil ei debeam, stipulatio tamen ad decem valet. Et si tibi legauero amplius, quam Scio decem: si nihil Sejo legauerim, decem tibi debebuntur. I. si seruus legatus. §. si ira scripti. ff. de leg. l. amplius. rem ratam haberi. Et si legatarius promiserit restituere, quod solummodo fuerit amplius, quam per legem Falcidiam liceret: si nihil ei licebat soluere, quia totum legatum erat exhaustum ære alieno, totum legatum repetetur. l. i. §. hæc verba. ff. si cui pluraquam per legem Falcid.

Tertium est ipsum argumentum à contrario, Sicut minus solummodo dicitur, etiam cum nil solummodo, & exactum fuerit. l. minus. Et quando comparatum debeat proprie poni, vel non, ibi docui, & in interpret. l. vnic. in gl. melius. C. de sent. quæ pro eo quod interest, quamobrem hic non repetam.

Item si statuto caueatur, quod iudex in quadruplum teneatur, si condēnerit aliquem amplius debito: si in totum indebite condēnerit, habeat locum poena statuti. Bar. in l. si seruus legatus. per istum tex. ff. de lega. i.

Hoc amplius, repetitionem inducit & confirmationem.

Nota quod quando hæc dictio amplius, iuncta est cum pronome demonstratiua, hoc amplius, tunc inducit repetitionem, non solum alterius personæ, sed & rei: vt si fundi legauero Scio, hoc amplius tibi decem: & decem, & partem fundi habebis, l. si sic. de lega. 3. Etiam eiusdem: vt si quis legauerit uxori suæ amplius quam dotē aureos decem, manifestum est dotem quoque legare eidem uxori voluisse. l. qui ita. ff. de dote prælegat. l. mariti. §. hoc amplius. de adulter.

Inducit etiam repetitionem, & confirmationem legatorum, antea inutiliter factorum. l. legata. ff. de leg. i. vbi si inutiliter legatum factum sit, & hoc amplius alteri, legatum primū vtile erit, quia confirmatum per illam clausulam, hoc amplius, inde cautam tradit Cepola cautel. 183. quod si testis inutiliter deposuerit, reproduci debet, qui dicit, Depo- no vt alias deposui super tali negotio: & tunc prima deposicio confirmabitur, & valebit per secundam. incipit illa cautel. auream, &c.

Item reperit substantiam & qualitatem primi legati: nempe si legauero Titio domū, si fuerit effectus doctor, & hoc amplius præti: intelligitur sub eadem conditione. l. si tibi pure. vbi not. ff. de leg. 3. & l. vlt. de reb. dub. Et repetit tam debitum, quam vlturam. l. nomen. in princ. ff. de leg. 3. l. 4. in fi. de rei vindic. Soci. in l. plures. de reb. dub.

Addit etiam, vt hoc amplius dico. l. si vero non remunerandi. §. si quis mandauerit. ff. mada. quasi plusquam expresserim dico. l. ab emptione. de pact. l. i. §. hoc amplius. ff. de adilit. edict. l. de tigno iuncto. l. i. in fi. de confirma. tutor. l. qua ratione. §. item. de acquir. rerum domi. Quod ex subiecta materia debet intelligi. l. qui absentis. §. i. ff. de acquir. possess. l. non solum. §. item hic. ff. de vlt. capio. l. à diuo Pio. §. penult. de re iudica. Alias si materia discreparet, aliter foret dicendum.

Pro etiam capitur, in l. 3. §. sed & si quis vsum fructum. ff. de itinere actaque priua. ibi, hoc amplius & is facit l. i. §. deinde. vers. hoc amplius. de cloac. l. si sine. rem ratam haberi. l. inter omnes. §. hæc actio, de furtis.

In summa tenendum est, quod istæ dictiones, parum, plus, minus, amplius, vltra, citra, & similes à lege positæ, arbitrio boni viri committuntur. gloss. in cap. statutum. §. insuper. de rescrip. in 6. Si vero ponantur à partibus, debent ab ipsis declarari. cap. literæ. de dilatio. & c. cum inter. de verb. signific. & per Lucam de Penna in lege 2. colum. 2. C. de fund. patrimonial. lib. 11.

Arbitrio boni viri dictiones relinquuntur, vel à partibus sunt declarande.

Nonnunquam amplius refertur ad tempus, & tunc significat diutius, vt quinquenio vel amplius. l. diuortio. §. quod in anno. ff. solut. matri. vbi gloss. dicit, aliquando esse aduerbium quantitatis, vt si dicatur, decem aureos & amplius. l. r. vi bon. rapt.

Amplius tempus refertur.

Quandoque amplius, id est melius, exponit gloss. in proem. ff. in princip. ibi, quis amplius, quam vos cognoscit.

Proderit vel alteri.

Etiam significat vltra, vel vterius. in l. 4. §. lege Iulia. ibi, amplius quarta parte, quam debet, puni- tur. ff. ad legē Iuliam pecula. l. i. §. qui quæstionem. de quæstio. l. magistratus. de administra. rerum ad ciuita. pertinen. & in l. cum amplius solummodo est, quam debeat. de reg. iur. Et amplius quæ semel. in l. oratione. de feriis. l. 3. quod cuiusque vniuersita. nomi. ibi, aut amplius, quam dua, libertos. §. i. de negot. gest. l. legem. C. loca. facit l. si quando. C. de testib. l. traditio. ff. de acquir. rerum domi. l. 4. de acquir. possess. l. ait prætor. in princ. quæ in fraud. cred. l. si plures. de vi & vi arma. l. 3. §. plane. quod vi aut clam. l. 3. §. si tamē. ibi, amplius quam semel. de liber. hom. exhiben. l. Iulia. de doli except. l. fin. §. i. ibidem. l. qui seruū. §. i. de actio. & obliga. l. qui bis. de verbor. obliga. l. fin. de fideiussor. l. amplius. & l. procurator. 3. rem ratam haberi. l. interdum. 2. §. qui furem. ibi, amplius aliquid. de furtis. l. i. ibi, non licet ante amplius, quam vnum collegium licitum habere. ff. de colleg. illicit.

Contra respicit personam locum & materiã

Hoc amplius, Pompo. ait, id est vltra prædicta, l. 2. §. i. ff. de his qui not. in fam. l. filiusfamil. ibi, hoc amplius Iulianus scribit. ff. de procurator. l. vel hereditas. ibidem. l. & post edictum. ibi, amplius conueniendus est. de iudic. l. plenum. §. sed pecoris. ibi, hoc amplius etiã modico lacte. ff. de vlt. & habita. l. Neratius. in fi. ibi, hoc amplius conditione tenebitur de seruo corrupto.

Amplius id est plus.

Amplius, id est plus, dauantage, ou amplement. l. penes te amplius est, quã apud te. supra eod. l. si quando. ibi, semipedem & amplius. si seruit. vindic. l. si cum fundum. ibi, amplius eo præstabitur nihil. & l. cum in testamento. infra eod.

Amplius, id est deinceps, de cetero, l. si cui. ibi, amplius mutandæ eius (scilicet viæ electæ) potestatem haberet. ff. de seruitu.

Et eo amplius. l. quidam Iberus. ff. de seruit. vrbano. prædior. l. qui occidit. §. i. ibi, & si quid amplius sit cõsecuturus ab eo, vel ab initio in id quod amplius sit, quam in debito. ad legem Aquil.

Interdum diminutionem significat.

Interdum hoc amplius licet fere augeat, tamen aliquando significat diminutionem in l. Aurelius. §. testator. ff. de libera. leg. Et sic verbum hoc pro materiæ qualitate accipietur.

Contrario. Contrario vel eõtra significat contrarietatem ordinis cum suis qualitibus. gloss. ordi. in l. duobus. §. si. in verb. cõtra, id est econuerso. ff. de iureiur. Dictiones vero contra, vel per contrarium contrarietatem effectus denotant, vt asserit Christophor. Porcus in §. si. in l. de fenatufcõf. Orficia. Quæ differentia nescio quomodo iure firmeretur. Et quod potius Contra, & Contrario ad idem tendant, probatur in hac l. i. d. l. duobus. in fi. & l. si mulieri. in fi. de vlt. iur. accret. l. nã satis. in princ. quædamdo. seruiri. amit. l. frater. circa fi. de condic. indeb. in rub. ff. de seruic. exportand. vel si mancipium ita venierit, vt manumittatur, vel econtra.

De

De dictione Econtrario habentur in l. & seruo- rum. ff. de statu hominum. l. si seruus communis. §. idem dicendum. de furtis. Sed in l. Stichum. §. quod vulgo. & §. quæstum. ff. de solutio. contra- riam decisionem ostendit. glo. & in l. si proprietas. in fi. de vlt. iur. accret.

Dictio vero Per contrarium, contrarium effe- ctum & decisionem demonstrat, vt l. inter. in fi. ff. de furt. l. relegatorum. §. dubitatum. de interdicit. & relega. l. si procurator meus. §. per contrarium. de procurator. l. i. de penis. l. si arborem. circa fi. de seruitu. vrbano. prædior. l. sicuti. §. Aristot. si seruit. vindicet. Alias idem significat, quod econ- trario. in l. i. in fi. ff. de verbor. obligat.

De dictione Contra probatur in l. quod ait in ff. de aduer. & in l. Celsus. in princ. de arbitr. l. sed & si restituatur. de iudic. l. illud. §. penult. de petit. heredita. l. eum qui. §. in hac actione. ibi, vel cõtra. de Publicia. l. adhuc. §. pen. ibi, contra autem nil aget. de vlt. iur. l. qui vsum fructu. ibidem. l. quid tamē. l. §. sed & si stagni. quib. mod. vlt. fruct. amit. ta. l. 3. communia prædior. l. contra. de religiof.

Item hæc dictio est præpositio significans Ad- uersum, & interdum respicit personam, quandoque locum, alias materiã, vt inferius patebit: mate- riam, vt in l. quid tamen. §. i. ibi, contra sententiam. ff. de arbitr. l. 4. §. penult. ibi, cõtra placitum. de ser- uitu. l. quisquis. supra eo. contra Macedonianum, l. qui exceptionem. ff. de condic. indeb. l. facere. infra eod. l. cum in testamento. ibidem: Personam respicit, in l. ostentum. supra eod. & in l. Scæuola. infra eodem.

Aliquando pro econtrario. l. si quis duas ædes habebat, alteras tradat, potest legem traditioni di- cere, vt vel istæ, quæ non traduntur, serua sint, vt his quæ traduntur, vel contra. ff. communia præ- dior. l. quisquis. supra eod. l. malum. §. plumbum. infra eod.

Contra aduerbialiter capitur pro ex opposito, è regione. Quæ amplius dicenda relinquo gram- maticis.

IABOLENVS LIBRO QVINTO Ex Plautio. Lex lxxxij.

Proprie bona dici non possunt, quæ plus incommodi, quam commodi habent.

Non dicuntur proprie bona, quæ non habent commodum, quia non beant: vt dictum fuit in l. bonorū. supra eo. vbi alia dixi. Ex quibus inferitur ad utilitates sequentes: primo, bona dici non posse, quæ plus æris alieni habent, vel tributorum, quam sint illorum redditus: quia onerant potius, quam beent: nec dicitur locupletior, qui ea habet. arg. l. pretia. ff. ad legem Falcid. Liberaretur tamen à satisfatione, de qua in l. sciendum. ff. qui satisfac. cogant. quia possessio rerum immobilium sufficit. Idem quoque in ecclesia habente domos, vel alia bona, quæ plus incommodi, quam utilitatis afferunt, forte quia maioribus egent reparationibus, tunc licebit prælaro, vel rectori ea vendere. tex. in c. sine exceptione. vers. sic. item domos. n. q. 2. vbi dixi nõ requiri solemnitate exactam, nec ibi positam, sed descriptam in c. terrulas. ibid.

Res que pl' æris alieni, quam reditu habent, non dicuntur proprie bona. Res ecclesie inuitiles prælaro a licentia potest.

Tutor res minorisimiles alienare non potest.

citur maior, sed minor: quamobrem volunt minorem interim non posse alienare, sed ecclesiam sic. Sed contra eos, si ecclesia quæ nunquam efficitur maior, possit alienare sine solennitate, non video, quin minor possit, etiam pro tãtulo temporis, quia interim non debet subire damnum ex illis bonis, quæ plus afferunt incommodi, quam utilitatis. Scripsi casus in cõpend. aliena. rerum eccles. in quibus ecclesia sine solennitate alienat. Oportet tamen hoc constare per instrumentum, expressè ad hoc conscriptū, vt de causâ cognitione decreti docet las. in l. nec quicquam. §. vbi. col. penult. ff. de offic. pro- consul. & Ferrar. cautel. vlt. scripsi in concordã. in rub. de conclus. Lateran. concil.

Inuentariū quando tutor non conscripsit, desertionem bonorum facere tenetur.

Tertio non imputatur tutori, si non fecerit inuentarium bonorum pupilli, si in eo consiciendo plus incommodi allatum fuisset pupillo, quam com- modi: quippe damnum pupilli vitare tenetur, & cõ- modum eius tueri. l. mediterranea. C. de anno. & tribut. lib. 10. & ibi Bar. & doct. non tamen etiam hoc casu tutor excusaretur, nisi descriptionem ali- quam bonorum coram vno notario & testibus fecerit. arg. l. si. C. arbitr. tutel. & l. defensionis facultas. de iure fisci. libr. 10. quippe tantum solemnitis contestatio, & onerosa prohibita videtur, nõ etiam utilis. arg. l. si seruus vetitus. ff. de leg. 1.

Tutor quãdo adfisciu ruenzrefice re non tenetur.

Quarto etiam per illum tex. d. l. mediterranea. non adscribitur vltio tutori, qui reus adfiscium non reficit, si plus incommodi quam cõmodi artu- listet eo refecto, plus autē incommodi dicitur affer- re, quando plus in fartis rebus exponeret, quam ex pensione domus pupillus percipere posset. l. sed an vltro. §. i. ff. de negot. gest. nempe iustum pretiū fundi esse dicunt, quando tanti venditus est, quan- tum consequi potest ex redditibus per viginti an- nos. per tex. in §. si vero alicuius. in authen. de non alienand. reb. eccles. colla. 2. & las. in l. si fundum per fideicommissum. ff. de lega. 1. Sed hodie non sic æstimantur.

Tutor quãdo debitorum pupillo exigere non tenetur.

Quinto si tutor non exegit debitum à quodam procuratore calumniatio instar vulpis annosa, nõ tenetur, si plus in expensis litis exposuisset, quam debitum esset. Bar. & Rebuff. in d. l. mediterranea. vbi alia huic rei accessum videri possunt.

Sexto colligitur ex hoc tex. proprie verba esse accipienda, & intelligenda: probat etiam l. notio- nem. §. instrumentorum. & l. ferri. & lex, plebs. §. pignus. infra eodem. Quod non procedit in decem & octo calibus, quos congerit Aurel. David in suo tract. de verbor. signific. cap. 7. A lia de hoc verbo scripti in l. interdum. supra eod.

Phrases In riscun. indi ctione plus.

Notanda est phrasia super hoc verb. plus, potissi- me in l. plus est in restitutione, quam in exhibitio- ne. id est plus continet restitutio, & conplectitur, quam exhibitio. Et plus, significat idem fere, quod maius, hic. Vnde dicimus, nõ tenebitur in id, quod plus est. l. quamuis. in fi. ff. de consil. pecu. facit l. i. in fi. eo. Et dicimus, plus debito. lege, cum de inde- bito. circa fi. de proba. l. penul. §. si quis ius. de iur. & fact. ignoran. plus fuit. l. in æstimationibus. ff. de peritio. heredit. plus faciat. lege, item quamuis. cõmuni diuid. Plus est in re, quam in æstimatione. l. regula. §. qui ignorauit. ff. de iuris & facti igno- ran. & in lege, si parer. §. quoridies. de manumiss. vin- dicta. Et Imperator alibi dicit, plus esse in veritate, quam in opinione, in §. si quis rem. de lega. in Inst. vbi alia iura citantur. Plus minutive, id est circa. l. Publica. in fi. ff. de positi. Plusquam annuum. in l. in- terdum. ff. de minor. A lia de hoc verbo videre in l. hæc adiectio. in fi. infra eod.

Plusculum dubitationis ea res habet, in l. nam satis. §. sed si is fundus. ff. quem admod. seruit. amit. tant. & l. i. C. de malefic. & mathem.

Plusculum

Septimo comodum hic pro vtili accipitur, seu pro vtilitate, incommodum pro damno. idem in l. pupillus. §. munus publicum. infra eod. & l. inter litigantes. ff. de iudic. l. reipublica. ff. ex quib. caus. maior. l. inde Neratius. §. in summa omnia comoda. ff. ad legem Aquil. l. item. familiae eriscundae. & ita frequentius in iure sumitur. lege, secundum. ff. de regul. iuris.

Capitur etiam comodum pro opportuno, conuenienti, apto, quod est sine detrimento. l. Nepos Precario. infra eo. l. si cui. ff. de seruitu. plenius probatur in l. 2. §. si vsum fructum. cum §. seq. de religiof. & sumptib. funer. vbi primo dicit opportunum, postea commode.

Comodare. Commodatum.

Inde comodum, id est comoditatem affero, praebere. Comodare est etiam rei vsum ad certum tempus praebere. per totum tit. ff. comoda. Vnde comodatum dicitur alicuius rei ad aliquem vsum gratuita facta concessio. glo. in rub. de comoda. in decretal. & videte differentiam inter comodatum & precarium, in l. 1. ff. de precar. & inter comodatum & vrendum datum, in l. 1. ff. comoda. & differentiam inter comodatum & mutuum, in l. 2. ff. si certum peta.

Comodius, & commodissime.

Commodius, vtilius. l. mandati. ff. de neg. gest. ibi, sed ego, quia per me comodius possem negotium conficere. emissio. l. fed & si restituatur. de iudic. Comodius est possidere. l. is qui destinavit. ff. de rei vindica. Comodior locus, in l. diu. ff. de religiof. Commodissime. l. 1. §. apud. ff. de pos.

PAVL. LIB. SECUNDO AD Vitellium. Lex lxxxiiiij.

Filij appellatione omnes liberos intellegimus.

Omnes liberos filij nomine accipimus, siue sint masculi, siue foeminae: siue maiores, siue minores: & siue naturales tantum, siue legitimi: siue emancipati, siue sui iuris. nempe qui totum dicit, nihil excludit. l. a procuratore. C. manda. & sic vult Paul. huius l. conditor demonstrare, filiorum appellatione omnes natos ab eodem significari.

Filiorum appellatione an spurij contineantur, & nepotes.

Non procedit in spuris, qui appellatione filiorum non continentur. Alber. in 1. parte statu. q. 61. glof. & doct. in c. in praesentia. de probatio. videte Barba. consi. 66. col. 8. in 2. vol. Soci. consi. 73. col. 5. in 4. vol. Dec. consi. 345. col. 2.

Nisi cum adiuncto, spurij filij, in l. si suspecta. in princip. ibi, de in offic. testam. matris spurij quoq; filij dicere possunt. ff. de in officiof. testam.

Sed an nepotes contineantur? hic dicit omnes liberos, non autem nepotes, licet ex v. dictionis liberorum, contineantur nepotes. l. liberorum. & l. iusta. infra eo. vbi dicentur alia.

MARCELLVS LIBRO PRIMO Digestorum. Lex lxxxv.

Neratius Priscus tres facere collegium existimat: & hoc magis sequendum est.

Praelatus vel alius grauatus est fundare collegium tenetur ad minimum tres collegiatos adhibere (quos hic bursarios dicunt, quod de vna bursa pecunia recipiant) quia tres facere collegium hic Neratius ait. Collegium autem est congregatio & societas proprie collegiarum quorumcunq; etiam fabrorum a colligendo dicta, quod plures in eo colligantur, & habitent. glo. singular. in rub. ff. de colleg. illicit. secundum Barba. consi. 17. praclare. col. 4. in 1. volu. est tamen altera, in l. 1. quod cuiusq; vniuersita. no. vel quia multos homines in vnum colligit, & pari

Collegium quid & vnde.

lege contrahit. Bal. in c. 3. col. 1. de officio ordina. glo. in c. 1. in princ. de v. fur. in 6. allego rex. in l. item. per. §. quibusdam. ff. de iure immunita. vbi sic dicitur. Quibusdam collegiis vel corporibus, quibus artificij sui causa ius coendi lege permiffum est, immunitas tribuitur, scilicet eis collegiis, vel corporibus, in quibus artificij sui causa vniuersisq; affuitur, vt fabrorum corpus est, & si quam eandem rationem originis habent. Tamen potest dici collegium, licet non simul habitet, dum ab initio fuerit ordinatum esse collegium: vt collegium doctorum, & canonicorum secularium, qui licet non simul habitent, nihilominus dicitur collegium, teste Barba. in d. consi. 17. & Roma. consi. 436. quod indultu. col. 1. licet nil habere debeant bursarij seu collegiarij extra collegium remanentes: societasq; dicitur, etiam cum diuini habitent. Corpus vero genus est, vt scribit glof. in l. 1. §. a municipibus. ff. de bonorum possessio. & in l. certum. §. 1. de coe. s. s. Siue simul habitent, siue non. l. in l. 1. §. si autem collegium. col. 1. ff. ad Trebel. Ita doctores faciunt vnum corpus, secundum Barba. vbi supra. Episcopus etiam cum capitulo constituit vnum corpus. c. nouit. de his que sunt a pra. Quod corpus potest confici ex duobus, vel tribus, dummodo sint ibi collegiatim. no. in c. 1. de electio. & corpus mensuratum frumenti iuxta annonam vbi habet vacationem. l. his honoribus. §. 1. ff. de vaca. muner. Et secundum Bald. in rub. C. pro socio. col. 1. collegium est collectio plurius inter se distantium, vno nomine nuncupatum: vel est collectio plurius corporum rationabilium, constituens vnum corpus representatum, vt scribit de Ripa in lib. responsor. de rescrip. c. 10. & si vno nis. col. 2. Et quous quidam dicant corpora esse artificum vtiliorum, collegia vero insigniorum aut artificiorum, hoc tamen iure non probatur, sed contrarium, in l. 1. ff. quod cuiusque vniuers. no.

Habere simul an te neantur vel lege.

Corpus qd.

Collegium quid sit, & an differat a corpore.

Congregatio.

Distinctio de actu. Reliqui.

Concilium.

Plebem quot faciant, seu turbam.

Gentis nomine quot contineantur.

Quinque

Gregis nomine quot veniant. Armentum.

Duo ad conseruationem collegij sufficiunt.

Monasteria & conventus an collegij nomine contineantur. Illicita collegia prohibentur.

Congregari homines in Francia prohibentur.

Collegia an ibantur si perirent si non debent.

Loca collegialia, seu ibi vendi non possunt.

De regressu coe. q. an quid quia solui debeat.

Ius collegij in vno residet.

Quinque porci faciunt gregem decem oues etiam. l. oues. ff. de abigeis. grex tamen est proprie de minoribus, armentum de grandioribus animalibus. per rex. in l. 1. ff. de abigeis. ibi, equos de armentis, vel oues de gregibus. l. boues. infra eod.

Intelligite tres facere collegium seculare: sed duo sufficiunt ad faciendum collegium ecclesiasticum secularium clericorum, siue coenunum religiosorum, cum multo minor sit numerus clericorum. glof. in c. 1. 10. q. 1. Panor. in c. 1. de elect. Francif. vbi supra. Quod reprobat Barba. consi. 17. praclare. col. 2. in 1. vol. dicens tam de iure canonico ad constituendum collegium, & sic ecclesiam collegiatam, quam de iure ciuili, tres ad minus ab initio requiri, per istum tex. sed duo postea ad eius obseruationem sufficiunt. Et hoc est verius: quia intra in hoc personarum non adhibent differentiam, sed generaliter loquuntur. Et ius collegij etiam in vno residet, vt dicitur.

Et sic appellatione collegij veniunt etiam monasteria, & coenunum religiosorum. c. ca. noscitur. de his que sunt a pra. Quod est verum, quando procedit eadem ratio in vtriusque, vt inferius dicitur.

Item iure prohibentur collegia illicita, & ne simul homines congregentur, nisi religionis causa. Et ne foedalia collegia, id est conuersiones & conuicia socialia patiantur iudices esse, vt quidam illum rex. intelligunt: intelligite tam, vt ibi scripsi. Soda les enim dicuntur, quod simul in vna mensa sedent, edantque, vt docet diuus Augusti. de ciuita. dei, Catellia. Cotta in 2. parte memorat. in verb. collega. tex. in l. 1. ff. de colleg. illicit. vel homines coire possunt causa artificij. l. semper. §. quibusdam. de iure immunita. inter qua genera societatum prohibet lex, ne monopolia fiant. l. 1. C. de monopol. Et curia Francia non permittit homines congregari, etiam ad constituendum procuratorem, aut eligendum consules. sine superioris auctoritate. Ioan. Fab. in §. vniuersitatis. Infi. dererum diuif. & Guido Pape q. 106. omnes villa. & c. Chaffan. in §. 6. rubr. des franchises. in co. fuetud. Burgund. Et hodie ordinatio Regia, qua superius adduxi, hoc prohibet expressim. Quod non procedit in vniuersitatibus doctorum, & scholarium, vt scripsi in priuileg. scholastic. priuileg. 107. nec in Regis ciuitatibus. qua pro more sapientis congregari solent. Et haec collegia superioris auctoritate fieri debent. Archid. in c. ecclesia. de consecra. distinct. 1. ideo postquam Princeps voluit esse collegium, ergo vt possit congregari. arg. l. 2. ff. de iuris. d. omnium iudic. nam collegium est quoddam corpus, quod ex multis adiuicem collectis conficitur. Roma. consi. 436. Et loca collegialia, siue bursae, quas sic vocat, vendi non possunt. Bened. in repet. c. Raynurius. in verb. duas. nu. 59. de testa. quia sunt vt plurimum fundatae super rebus spiritalibus, qua vendi non possunt. Et simonia in illis, sicut in aliis spiritalibus committitur: vt habetur in toto titul. de simonia. Valebit tamen statutum de iure ciuili, vt collegiatas pro introitu soluant prandium, vel aliud. l. his verbis. §. alumno. ff. de lega. 3. Alber. in 1. parte statutor. q. 66. Quod fecit dicitur de iure canonico, in extrauag. 1. de limo. Ioan. 22. videte qua scripsi in tit. de reseratio. §. si verfi. 5. in concordia. vbi adduxi arefium hoc approbans in ecclesia Andegauca.

Ius autem collegij in vno residere potest. l. sicut §. in decurionibus. ff. quod cuiusque vniuersita. nom. Et hoc quando spes est, quod alij subrogabuntur in locum demortui, vel demortuorum: alioqui contra. Gaspar Valacius in repet. l. imperium. col. 22. in ff. de iuris. omnium iudic. per l. si grege. ibi, quamuis grex decessisset. ff. de lega. 1. Et dicitur esse spes, quadiu collegium auctoritate iuris non est destructum, quauis de facto sit occupatum. per no. in l.

id quod apud hostes. de leg. 1. Qui solus igitur potest a superiore petere, vt ecclesia prouideatur. gl. in c. gratum. de offic. deleg. Bal. in l. 1. ff. de negot. gest. Et ad petitionem istius superior ordinari ecclesia. Archid. in c. Nicana. 32. distinct. facit quod no. Bal. in l. non ambigitur. ff. de leg. glo. & doct. in c. bonae. 2. de elect. licet non possit eligere seipsum c. per nostras. de iure patro. c. si. de in statu.

Idem dico, si vili nominationibus vel mandato discedant omnes canonici de capitulo, vt solus remanens possit eligere. doct. in d. c. bonae. quicquid dicat ibi glof. nec tunc seruari potest forma capituli, quia propter. de elect. Sed & nominationes, & mandata possunt etiam inuari, cum ius collegij in illo residet, & vt fraus vitetur. glo. & doct. in c. si capitulo. de concess. praeb. in 6. scripti abundantius in tract. nomina. q. 4. nu. 74. velut etiam vnus solus cosul aliis defunctis regere debet ciuitatem. Archid. in c. si forte. 65. distinct. Atq; grege legato vni soli caput remanens peti potest. l. si grege. ff. de lega. 1. videte Corf. in singul. incipiente, collegium. & plura per Fel. in c. cum omnes. de consi.

Solus an eligere possit.

Soli nominationes in sinuantur, & mandata.

Statuta non habent locum in his, qui sunt de sanguine fundatoris.

Socius sodalis et comes.

An statuta collegiorum habeant locum in eo, qui est de familia & sanguine fundatoris, Bolog. consi. 37. licet alias non procedere affirmet, sed rigor statutorum dimitti debet, non omnino statuta tolli adducit c. officij. de elect.

Praterea dicunt collegij proprie dici in officio. l. collegiarum. infra eod. Alij volunt a colligatione societatis dictum socium in quaestu, vt ff. & C. pro socio. comitit in itinere, sodalem vero in mensa: vt scribit Lucas de Penna in l. 1. C. de periculo nomi. lib. 10. licet vnum pro alio capiat frequentius.

Quae dicuntur ecclesia collegiata, scripti in §. volumus. in verb. collegiatis. de colla. in concordia. Et quod scholasticorum collegia fere omnium aliorum priuilegiis gaudeant, scripti in priuileg. scholastic. 166.

Locatio ab ecclesia vel collegio fieri non potest ante tempus primum finitum.

Item anno 1539. die 4. Decembris fuit per Senatum annullata datio in emphyteusim facta per capitulum Sancti Germani Altisiodorensis. Parisien. eo quod multo antea primam per duos annos locationem vel emphyteusim finitam fecerant secundam: tam quod non poterant scire futurum rei valorem, qui pro tempore mutatur. l. pretia rerum. ff. ad legem Falcid. quam obrum in hoc ecclesia laedi poterant, quod non possunt conferre ad id tempus, quo non eis liceret, morte fortan, vel cessio: ne: patia sunt enim facere tempore prohibito, vel conferre ad tempus prohibutum. l. quod spofa. C. de don. ante nuptias. Adhaec quia sic prauidarent successoribus, & daretur materia delinquendi collegiatis, concedendo in fine temporis. Et ita fuit declaratus §. moribus. si de feud. contentio sit inter dom. & agnatos vassal. quamuis enim loquatur tantum in ecclesiis, intelligite quoque in ecclesiis, & aliis piis locis, & ciuitatibus, ac corporibus, vt vniuersitatibus: quod est valde notandum.

Et haec collegia Romae primum inuenta fuere a Rege Numa, vt docet Plutarch. in vita Numa. declarat Ioan. Zas. in catalog. legum antiq. in legibus Clod. fol. 23. & seq.

Collegia a quo primum inuenta.

Existimat. De hoc verbo, existimatio, & estimatione, videte in l. haec enumeratio. infra eo.

Magis, electiue ponitur hic, & in l. quia. ff. finitum regundor. videte qua scripsi in l. quibus. supra eo.

CELSVS LIBRO QUINTO Digestorum. Lex lxxxvj.

Quid aliud sunt iura praediorum, quam praedia qualiter se habentia, vt bonitas, salubritas, amplitudo?

Dupliciter

Dupliciter legitur iste text. primo Alciar. legit hic. æqualiter: & est sensus, quod conductor, vel alius quiuis promittit restituere fundum cum suis iuribus, debet restituere illum eiusdem æqualitatis, cuius accepit, scilicet eiusdem bonitatis, salubritatis, & amplitudinis. Quapropter secundum eum legendum est, æqualiter, non autem qualiter: nam alias ratio sensus & recti sermonis non cõstaret. hæc ille. Minus vero cõstaret legendo, æqualiter: siquid æqualitas in duobus cõsistit. l. ff. de usufru. referitur; ad prædicamentum quantitatis, nõ qualitatis, teste Aristotel. & idẽ secum pugnaret Alciar. ubi dicitur exẽplum qualitatis ad illud prædicamentum quantitatis: & maxime text. restringere videtur ad vnum solũ exemplum restitutionis. Quomobrem ego salua auctoritate tanti viri, generaliter hunc text. intelligerẽ, & facilitatis gratia fingã exẽplum: primo in vẽditione, si vendã tibi fundum cum suis iuribus, *aut scis dicitur*, intelligetur, vt sit bonus, & salubris, nõ pestilens, & sit amplus in formã fundi: quia si tantum vnum contineret pedem, non esset emptus, vt in l. fundus. ff. de reb. eorum. & l. etiã. ff. de ædilit. edicto. & l. penul. illo titul. C. Et si vendam quicquid iuris in tali fundo habeo, intelligetur cum bonitate, salubritate, & amplitudine, in quibus est. l. Titius. z. ff. de actio. empti.

Vnde si quis vẽdiderit fundũ cum suis iuribus, & is reperitur sterilis, vel pestilẽs, tenetur vẽditor redhibitoria. l. etiã. ff. de ædilitio edicto, secundum distinctionẽ l. Julia. ff. de actio. empti, & l. si in qualitate. & l. si fundo. l. si duorum. ibidem. quia debeat hoc vẽditor prædicere emptori. l. i. in ff. de actio. empti.

Idem in stipulatione, si fuerim stipulatus fundũ cum suis iuribus, vt sic debeat intelligi. arg. l. vbi. ff. de verbor. obliga.

Item soluto matrimonio res in dotẽ datã, quã pondere, numero, mẽsurave cõstans, non ipse redduntur, sed aliã eiusdem generis & qualitatis. l. res in dotẽ. ff. de iure dotium. Et ideo dicitur. *Quid aliud sunt iura prædiorũ, quam prædia qualiter*, id est qualitativẽ, dicit glo. *se habentia, vt bonitas, salubritas, amplitudo?* quã sunt qualitates & iura prædij: ob id iuriscõsultus sic exponit, quã iura prædiorũ sint qualitates ipsorum. l. itẽ. §. si ff. de usufru. quã interpretatiõnem docet text. in l. qui fundum. ff. quemadmod. feruit. admittãt, cuius verba sunt hæc: *Qui fundũ alienum bona fide emit, si itinere, quod ei fundo debetur, vsus est, retinetur ius itineris, idque etiam si precario, aut vi deiecto domino possidet. fundus enim qualiter se habet, si ita in suo habitu possessus est, ius eius non deperit, &c.*

Diuiditur autẽ qualitas in *habitu*, hoc est habitum, affectũ, & qualitatẽ. Habitus est qualitas vel animi vel corporis, quã cõsuetudine agẽdi paratur, quo facilius & certius aliquid agamus. arg. l. feruis. §. ornatricibus. ff. de lega. 3. Vult ergo dicere text. ille, quod fundus qualiter se habens, id est qualitatẽ habens, videlicet huius itineris, cum ita in suo habitu possessus est, id est cum illo vsu & consuetudine vtendi, ius non deperit, id est feruitus non admittitur. habitus enim est species qualitatis.

Exemplum etiã fingi potest secundum Alciarum in restitutione, sicut dictum est superius: aut sic, quod finito usufructu res eiusdem qualitatis restitui debeat. l. si tibi. 2. ff. de usufructu carũ rerum. l. 2. si usufruct. petã. idco cum usufructus cõstituitur, cauendum est, prout scribit Iuriscõsul. in l. i. §. re. de usufruct. quemadmod. caueat. vbi sic inquit: *Recte autẽ facient & heres & legatarius, qualis res sit, cum sui incipit legatarius, si in testarũ redegerint, vt inde possit apparere, an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit, vt postea reddi cum illo*

iure debeat, & astimari. Quid aliud ergo sunt iura prædij, nisi qualitates ipsã, videlicet vt prædium eiusdem bonitatis, salubritatis, & amplitudinis reddatur, in qua erat antea. non solum. §. i. ff. de noui oper. nuntia. probat Bar. in tract. de restib. in verb. qualitas. & in verb. alia. quã desumpsit ex Aristotel. facit text. in c. ff. 89. distinct. ibi, quia vero quãque creatura in vna eademque qualitate gubernari, vel viuere non potest. quamuis ibi glo. exponat contra text. loquens de æqualitate.

Ita ordinauit senatus, quod iudices in processibus criminalibus, nomina, statum, & qualitatẽ delinquentium describant, & carceratorum. die 6. Maij, anno 1508. Alias quoque fuit iudicatum, testamentum non valere factum coram presbytero simplici, qui curatus, aut vicarius generalis non erat: quia illa qualitas habetur in c. cum esset. de testam. Et sic remota qualitate, actus corrumpitur. videte in rub. ff. de rerum diuis. & qualitate.

Ad hæc potest hic text. intelligi in eo, qui debet reuendere fundum cum suis iuribus, vel in retrahente consanguineo, vt cum eisdem iuribus retrahere licet. c. constitutus. de resti. in integr. Et in domino directo veniente iure prælationis, aut alias, vt sic habere debeat cum suis iuribus. iura enim prædiorum sunt qualitates eorum. l. i. C. de iure emphyteut.

Idem si locauerim tibi fundum ad nouem annos, & tu eum promiseris reddere cum suis iuribus, vt solent notarij in Frãcia describere, *Tel a promissis ledit tempus fini vendre ladiete possessione de terre auẽques ses droiũz & appartances.* Debet ergo reddere locu sicut erat, non sterilem, non saxosum, sed firmum, vt eidem tradidi.

Limitate tamẽ in eo, cui permissum fuit ex iuribus prædiorũ vendere, vt non possit vẽdere feruitutes, vel bona, sed tantũ fructus, aut redditus exre perceptos: quia ius accipitur pro fructib. & bonis interdũ, seu rebus, per l. peregre. ff. de acquir. possess. Sic cõsultuit Alexand. cõnsil. 15. Reuerẽdiissime domine. col. 1. in 2. vol. in eo cui permissum erat, vt testari possit de bonis acquisitis ex iuribus beneficiorum, vel acquirendis, vt possit restari de bonis acquisitis ex fructibus & redditibus beneficiorũ. nam ius multis statimur modis, vt per Lucam de Penna in rub. C. de iure fisci. lib. 10. scripsi in l. verbis legis. infra eo. Et de multiplici iure Paul. de Citad. in l. parte tract. iurispatro.

Iura etiam prædiorũ vocantur feruitutes. l. creditor. ff. de oper. noui nuntia. l. i. & l. hæc autẽ iura. de feruitu. vrb. or. prædior. l. & si forte. §. i. vbi glo. ff. si feruit. vindicet. l. qui bona. §. i. de damno infecto.

In iure interrogari, id est apud magistratus. l. vult. ff. de interrogator. actio. Et in iure confiteri, idem in l. vna. C. de confesio.

Sciendum est, quã dicatur bonitas: respõdet gl. bonitas prædij est fertilitas bonorũ multorũ, quãdo fundus est fertilis, foecundus, & bonos affert fructus. Et bono melius inueniri dicit Iuriscõsul. in l. vbi autem. §. i. ff. de verbo. obliga. Et de bonitate agri loquitur Iuriscõsul. in l. si partem. ff. de feruitu. rusticor. prædior.

Secundo dicit glo. salubritas prædij est herbarũ multarum: vt sic velit dicere, salubritatem in multis herbis consistere. quod non est verum; nempe salubritas dicitur fanitas, per text. in l. i. ibi, curauit autem prætor, vt cloacã & purgentur, & reficiantur: quorum vtrunque ad salubritatem ciuitatem, & ad tutelam pertinet. Et non dicitur mihi reddere salubre prædium, qui reddit eum cum cloaca, cum stagno, quia non est ita sanũ & salubre, sicut sine istis: vel eum herbis pestilẽtib. nam pestilẽs est, quod

Arestum, vt in processu criminali status & qualitas carceratorum describatur.

Retrahi fundus debet cũ suis iuribus.

Conductor cum suis iuribus restituere fundũ debet.

Ius accipitur pro redditu.

Iura dicuntur feruitutes.

In iure confiteri.

Bonitas quã.

Solubritas in quibus consistat.

Pestilens. est, quod peltem infert, oppositum ad salubritatẽ. De quo salubri intelligitur hic noſter text. Et pestilens dicitur, quasi in palude temper cõsistens. Columel. lib. 1. de re rustica. c. 5.

Vnde Porcius Cato censebat in emendo inspiciendoque agro, præcipue duo esse cõsideranda, salubritatẽ cœli, & vbertatẽ loci: quorum si alterum deesset, ac nihilominus quis vellet incolere, m̄te esse captũ, atq; cum ad agnatis, & gẽriles deducendum: neminẽ enim sanum debere facere sumprus in cultura sterili soli, nec rursus pestilentis: quãuis feracissimo, pinguiq; agro dominũ ad fructus peruenire. Post hæc duo principalia subiungebat, illa nõ minus intuenda, viam & aquã, & vicinũ. refert idem Columel. de re rustica. lib. 1. c. 3. & Pallad. de re rustica. lib. 1. titul. 6. sic ait: tria mala æque nocent, sterilitas, morbus, & vicinus.

Tertio dicit glo. vt amplitudo finium est qualitas prædij, ita iura, id est libertas, vel seruitus. Insti. de reb. corpor. *Quæ* est qualitas eius, recte quaritur qualis est fundus, cum de seruitute, vel libertate certificari volumus. l. penul. supra, de euictio. hæc glo. in hac lege. melius facit l. Titius. 2. ff. de actio. empti. Etiam seruitus ita ampla debet esse in restitutione, sicut erat antea.

Ideo dicatis iura prædiorũ esse, si prædij sit bonum, id est nõ sterile, sed foecundum, vel si sit salubre, & in eo non sit loci coeliq; grauitas, sed amoenitas, & suauitas. vnde si fundus sit sterilis, saxosus, vel pestilens, nõ dicitur bonus, nec salubris. l. si fundus. ff. de reb. eorũ. quã sunt qualitates prædiorũ.

Aliter accipitur dictio *qualiter*, in l. quæreret. infra eod. ibi, qui qualiter poterunt, statutus obtemperauerunt, id est prout poterunt.

Aliquãdo interrogatiue pro quomodo: vt familiaris appellatio qualiter accipitur, videamus. l. pro nuntiatio. §. i. infra eo. l. si quis in pignore. ff. de pignorat. actio. & in rub. ff. de pignor. & hypothec. & qualiter ea contrahantur.

Item dictio qualis est relatiua: vt qualis pater, talis filius, vt patet in simbolo Athanasij. facit l. si ff. de usufruct. ibi, tale est legatũ quale, & c. l. heredes. §. non tantum. famul. c. c. l. i. iusturandum & ad pecunias. §. non semper. de iureiur. l. in rebus. commoda. l. focus socio. ff. pro socio. l. quod saepe. §. si res. de contrah. emptio.

Interdũ infinite sumitur: vt est in arbitrio petitoris, qualẽ computationem faciat. l. item veniit. §. penul. ff. de petic. heredita. l. qualẽ autem contentiam dicat arber, ad prætorẽ non pertinere. ff. de arbit. l. 2. si usufruct. petã. & l. i. §. recte. usufructuar. quemadmod. caueat. l. i. de exercitor. l. cum vẽderes. ibi, qualis est, præstãtus est. de cõtrahend. emp. & l. si plus. in si. ff. de euictio. ibi, qui nomen, quale fuit, vendidit dumtaxat, vt sit, nõ vt exigi etiam aliquid possit. Et dolum præstare cogitur, & c. vulgus dicit quale est, *vel qu'il est*.

Et vbi non apparet, quid, quale, quantumq; sit, incertum esse dicendum est. l. vbi. in princ. ff. de verbor. oblig. Certum vero est, cuius species, vel quantitas, quã in obligatione versatur, aut suo nomine, aut ea demõstratione, quã vice nominis fingitur, qualis, quantaque sit, ostenditur. lege, certum. ff. si certum petã. l. necessario. de pericul. rei venditã.

De verbo *Qualitercũq;* dixi in l. penes. supr. eo. Qualiscunq; *quel qu'il soit*. l. i. in ius voca. vt cant. ibi, qualiscunq; accipit. Declaratur qualiscunq; fideiussor, in l. 2. §. prætor. ff. qui satisfar. cogant. l. si. §. feruorum. naua, caupo. In suis venia dignus est, si qualescunq; ad instruendam nauim adhibuerit. l. 2. §. est autem. ad exhibend. ibi, qualicunq; in rem actione. l. vel quã. de religiof.

Qualis qualis, pro qualicunq; l. rescriptum.

§. i. ff. de distract. pignor. ibi, quia ex cõtractu quali quali obligatione a debitorẽ interposita. l. 2. §. dãnum. ne quid in loco publi. fiat. l. i. §. plane si quis. de vi & vi arma. l. is qui heres. i. de acquir. heredit.

Qualitas, in l. si vero. in si. ff. qui satisfar. cogant. ibi, qui pro rei qualitate euidentissime locupletẽ, vel si dubitaretur approbatum fideiussorẽ iudicio sistendi causa non acceperit, iniuriarũ actio aduersus eum esse potest. Et usufructuarius non potest qualitatẽ ædium immutare. l. item. in si. iuncta l. æquissimũ. §. sed neque. ff. de usufructu. Si de qualitate iuramenti inter partes dubitatum fuerit, id est qualiter iurandum sit, conceptio eius in arbitrio iudicantis est. l. iusturandum & ad pecunias. §. si de qualitate. ff. de iureiur. in l. quid tamen. de cõtrah. emptio.

Qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. i. ff. de noxal.

Qualitas sexus. l. repetundarum. ff. de testibus. Negotij qualitas. l. ob carmen. in fin. ff. de testib. l. in crimine. de adulter. Ex qualitate iniuriã. lege, prætor edixit. §. præterea. ff. de iniur.

Qualitas intrinseca est rei naturam intimam respiciens: vt in homine qualitas est intrinseca, cum qua homo nascitur, nempe castus, sobrius. c. si forte. vbi glo. de elect. in 6. quã quidem in homine præsumitur. l. si vero. §. i. ff. qui satisfar. cogant. nisi contrarium probetur. c. dudum. de præsumptio. c. si. & ibi doct. eod.

Extrinseca vero qualitas est, quã extra personam accedit: vt doctrina in homine, vel officium: quippe nemo doctus nascitur, aut cum officio. Itã ergo qualitatem allegans eam probet, quia non præsumitur. clem. vna. de offic. delega. De qua duplici qualitate videte per doct. in l. cum quid. ff. si certũ petã. Item de solemnitate intrinseca & extrinseca, in l. sciendum. ff. de verbor. obliga.

MARCELLVS LIB. DVODECIMO Digestorum. Lex lxxxvij.

Vt Alphenus ait, vrbis est Roma, quã muro ciagitur: Roma est etiam, quãtum continentia ædificia essent. nam Romam non muro tenus existimari, ex consuetudine quotidiana posse intelligi, cum diceremus Romam nos ire, etiam si extra vrbem habitaremus.

Alphenus hoc loco declarat discrimẽ inter Romam, & vrbem, vrbem autem dicit esse Romanã, quã muro circumdatur: Romam vero, quatenus ædificia contigua protenduntur, nec finitur muris. quod potest ex cõsuetudine quotidiana intelligi: nempe nos Romam ire dicimus, quamuis extra vrbẽ habitemus, prout explicauit in l. 2. supra eod. & in l. ædificia. & l. qui in continentibus. infra eod. Ita quoque iure canonico appellatione vrbis, venit Roma. c. significauit. vbi glo. de poeniten. & remissio. Tamen Iuriscõsul. ad vberiore lucidatione dicit interdum, Roma Romana, in l. de quibus. ff. de legib. vel vrbis Roma, in l. nã quod liquida. §. si ita. de penu lega. aliquando Roma, in l. si quis dicat. ff. de manumissio. Alia tractauit in d. l. 2. supra, quã videri poterunt.

Cingitur, pro circũdatur, circũtuit muro. Cingere arbores est illas deglabrare, id est corticem eximere. lege, cadere. ff. arborum furtim cæsarum. & hoc prohibetur colono. l. in lege. locati.

Cingulũ accipitur sæpius pro dignitate & administratione. l. 3. C. de domestic. & protecl. lib. 12. vbi Lucas de Penna. l. 2. vt digni. ordo seruet & pro titu

Qualitas

Qualitas sexus, negotij, &c.

Qualitas intrinseca, & extrinseca.

Cingere arbores.

Cingulũ eiusque depositio, & prescriptio

Alciar. in relectus im probatur.

Verus intellectus ad text.

Fertilitas huius reer.

Intellectus ad l. qui fundum.

Qualitas quã sit, & quomodo dicitur.

Declaratio ad istũ text.

pro titulo dignitatis exponit glo. in l. si. C. de prapof. sacri cubical. ibid. Deponere cingulum. l. fin. vbi de ratioc. agi oportet. Et sine cinguli praescriptione, id est non habita dignitatis, vel militiae ratione, hoc est, non poterit quis excipere de cingulo, id est dignitate, vel militia. l. si. C. de apparit. magistror. milit. lib. 12.

Authoritas Iurisconsulti necessaria, non interpretet.

Colligi potest ex hoc text. sufficere autoritate Iurifcon. adducere, vt Alphenus ait. Quoru etiam Iurifcon sultorum eo peruenit autoritas, vt a Principibus eorum approbata respōsa vim legum optimarum penes nos obtineat. l. de quibus. ff. de legib. Et an & quomodo iura sint alleganda, abunde scripsi in procem. concordator. Franciae, in verb. iura citare. non reperam hic. Et sic valet argumentum ab autoritate. Est autē autoritas iudicium sapientis in sua arte: vt si dicamus Iurifconsultum ita dixisse: igitur ita est. Si quidē vnicuique experto in sua arte credendum est. l. si chorus. ff. de lega. 3. l. septimo mense. ibi, testatur autoritas doctissimi Hippocratis. ff. de statu homi. Tamen interpretū iuris estsi probabilis sit autoritas, non tamen necessaria. l. i. C. de legib. De qua autoritate ampliora videre licebit per Hergendorph. in sua dialectic. legal. & Petrum Gamma. & Cantianculam in locis legalibus, ac Nicolaum Euerardum. Hodie Iurifconsultorum nostrorum non est maior autoritas, quam interpretum: nec Iurifconsulti proprie dici, sed interpretes possunt, quāuis omnes illud nomen sibi vsurpent.

Consuetudo quotidiana docet legis intellectū. Praxis verū legis intellectum docet.

Ex consuetudine quotidiana. Colligite ex isto text. quotidianā consuetudinē docere legis intellectū, vel ordinationis. Optima enim legū interpret est cōsuetudo. l. si de interpretatione. ff. de legib. Et sic praxis verū docet intellectum: nēpe si lex habeat plures intellectus, ille debet amplecti, qui in forēsi iudicio recipitur. nam minime sunt mutāda, quae semper certā interpretationē habuerūt. l. minime. ff. de legib. scripsi in nouo intellectu l. si debitori. ff. de iudic. & l. anniculus. i. in princip. infra eod. sic ait: cōsuetudo loquēdi id ita esse declarat. Et Protagoras dicere solēbat, nec artē sine exercitio quicquā esse, nec exercitium sine arte. Vt non immerito vocetur practica vera intellexit legum, à Bal. in c. i. de scudo sine culpa non amittendo. in v. sb. feudor. Et vera interpretatio sumitur à praxi. teste Bertrand. conf. 32. certū. in fi. vol. 2. ex noua editione. Et tunc leges sapiūt, cum habent practicam: & tūc fructus ex arbore colligitur, secundū Fel. in c. ex tenore. de testib. col. 1. Et virtus cōsistit in modo exercendi, vt docet Angel. in tract. malefic. in glo. falsario. in versi. quæritur. Bar. in d. l. si quis. Et ipsa praxis dicitur lumē legū, in l. per hanc. in fi. ibi, pleniore subueniat veritatis lumine. C. de tēpor. appella. vbi Salic. notat. Et aperius & perfectissime à quotidiano iudiciorū vſu res intelliguntur. Impera. in §. penul. Insti. de satisda. Et Theorica sine practica parū valet, vt asserit Ioan. Andre. per illū text. in c. post translationē. de renūtia. & Ioan. Euerard. in locis legalib. in argu. à cōrrario sensu. Per theoriam videmus, per practicā gustamus digestos rerum exitus: verbis vtor Angel. in cōsi. no. col. 3. inquit etiā Bal. in c. nihil. col. vlt. de elect. quod lege nō cauetur, in bona practica nō habetur. ergo est valde necessaria. c. vt cōstitueretur. 50. distinet. nempe vſus & ars docuit, quod sapit omnis homo. Philosophus in princip. metaphys. Experientia ergo fecit artem, teste Specula. in tit. de libell. conceptio. in princ. & refert Hippol. in sua practica. in princ. & Corta in 2. parte memorial. in verb. practica. Dec. in c. i. num. 22. de consil. Purpura. in rub. de assessor. q. 3. Demades etiā philosoph. interrogatus, quo præceptore fuisset vſus, tribunali, respondit: inſinuās, quod in

Leges sapienter cum praxi. Lumen legum practica ca.

Experientia valde necessaria.

ipsis negotiis experientia quauis institutione fophistarum melior sit. Et iudiciū nil aliud est, quā vſus earum quae apud aliquē sunt, actionum, seu defensionū. Vnde habitus similis est theorica, vſus vero practica, teste Bal. in c. cum ordinē. col. 2. de referri. Et vt summam dicā, theorica est ens sine rectorē: & qui praxim ignorat, iura perfecte non intelligit: & pauci, qui vtrunq; fuerint cōsecuti: nec mirum, si multa superflua prodiderunt, quia Iurisperitus sine practica, multis inanibus & futilibus est refertus, quae postea practica abigit. Beatus ergo, in quo ista duo concurrunt: & qui impleuit desiderium suum ex ipsis, non confundetur cum loquentur cum hominibus, vel in lectioibus, vel interpretationibus suis. ita legi quandoque in Registro Consil. magistrum Ioannem Lartim fuisse repulsum ab officio Consiliarij, antequam vidisset praxim, anno 1442. die vltima Maij, & alios etiam pleurofque reiectos.

Theorica est ens sine rectorē.

Limita in practica erronea, quae non est seruanda. textus, & ibi Baldus & Purpura not. in l. i. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdicō. ibi, & ideo videntur errare magistratus, &c.

CELSVS LIB. DECIMO OCTAVO Digestorum. Lex lxxxvij.

Propemodum tantum quisque pecuniae relinquit, quantum ex bonis eius refici potest. sic dicimus centum aureos habere, qui tantum in praedijs ceterisque similibus rebus habeat. Non idem est in fundo alieno legato, quamuis is fundus hereditaria pecunia comparari potest: neque quisquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicit, quicquid ex ea parari potest.

Declaratio ad text.

Duo haec lex statuit: primū, vt is videatur tantū pecuniae dimittere, vel habere, quantum ex bonis eius efficit, seu colligi potest. ideoque centū aureos dicitur quis habere, cum habet bona, quae centum aestimantur aureis. vsq; ad verſe. non idē, quia res pecunia aestimatur, l. si ira, i. ff. de fideiussor. Secundū, nō dicitur quis habere domū Iacobi, vel alia bona, licet pecuniam habeat, quae domus illa possit emi & comparari. Alioqui sequeretur, quod diues vſurarius posset dicere se habere castrū Regis, dum tantum pecuniae haberet, quantum sufficeret ad castrū aestimationē. quod est absurdū. Et Anton. August. dicit in tex. legendū centies aureorum, non centū: & sic habetur in Pand. Flor. vt vidi & legi, & in idē recidit. facit l. Pedius. §. si non magna pecuniae res fuerint, id est aestimationis. ff. de incend. ruin. & naufrag. quod proderit ad sequentia.

Habens bona censetur pecuniam habere.

Primo, si statuto caueatur, quod nisi quis habeat mille aureos, non admittatur ad ciuitatis munera, is recipietur, qui tantum habet in praedijs, aut domibus, vel alijs rebus, licet nō in pecunia numerata. & hoc per istum tex. qui facit, vt contra debitorem centum aureorum possit fieri executio in bonis mobilibus, vel immobilibus: iuxta l. à diuo Pio. §. in venditio. ff. de re iudica. scripsi in tract. de sentent. executor. in 1. tomo commentariorum in constitution. Regias Gallic.

Legatum centum aureorum aliquid saluum.

Dicit etiā Guiliel. de Cugno, non memini loci, quod si decē legentur alicui in singulos annos, donec habuerit decē in redditibus: licet tantam pecuniam habeat, ex qua posset habere redditus decem, tamen

Lex lxxxvij. In tit. de verborum signific. 385

donec centum habeat in redditibus, non extinguitur, licet is habeat bona.

Propemodum, & alia phrasib. vrbaniuatis.

Prope est.

Longū est.

Vix.

Difficile.

Tantum & quantum.

Declaratio ad text.

Tantum herede excludat.

Non tantū.

tamen non extinguetur legatum, quia non habet redditus, nec cogitur emere ex illa pecunia, vt absoluat debitorem. per text. in fin. vbi qui habet pecuniam, non tamen habet fundum, nec redditus. Etiam in pecunia numerata non habet, qui bona habet, ob id iste text. dicit propemodum.

Propemodum. Phrasib. est Iurifconsulti, tantum in effectu statuentis, ac si hoc certo affirmasset, dum dicit propemodum. l. penul. ibi, propemodum nullius momenti est stipulatio. ff. si quis cautio. l. qui hominem. §. si gener. de solutio. & l. si epistolam. §. l. ibi, haec enim propemodum publica, atque ipsius suminis est insula. ff. de acquir. rerum domin. l. ita tamen dictio non est in Pandec. Flor. sed lex incipit Tantum: licet in antiquis exemplaribus fuerit semper iuuenta.

Idem in dictione prope est. l. nō omnes. §. à barbaris. ibi, & si bonus miles antea assumatus fuerit, prope est, vt affirmationi eius credatur. ff. de re militar. l. i. in fin. ibi, prope est, vt incidisse videatur. ad Turpilium. l. liber homo. 2. §. 1. de verbor. oblig. l. Stichum. §. si creditor. de solutio. l. tutor. §. denique. ad Valleiam. ibi, prope est, vt sit intercessio. l. Iulia. §. si quis. ad exhib. l. in veditioibus. in fi. de contrah. emptio.

Licet aliquando significet quasi. l. inficiedo. ibi, licet prope furtum est. ff. de furtis. & l. quod ait. in fin. ibi, debet enim prope vno ictu & vno impetu vtrumque occidere. ff. de adulter.

Ita cum Iurifconsultus negare vult cum aliqua vrbaniate, dicit Longum est. in l. non solum. §. & si curator. ff. de ritu nuptiar. ibi, vero: ne longum sit adoptionem mariti eius impediri, &c.

Idem in dictione vix, vt decidere videatur negatiue, prout dixi in l. interdum. supra eod. & l. alienationis. vel affirmatiue, pro materia. l. vix. ff. de iudi.

Idē in dictione difficile. l. ad diles. 2. §. iumentorū. ibi, difficile est, vt contineatur. ff. de adilit. edicto.

Tantum & quantum, hic adiciuntur relatiue, & in l. si nō fuerint. §. 1. & l. si quis à socio. ff. pro socio. & quantitatem significant. Gallic. dicimus autant.

Aliquando separari ponuntur. in l. si filiusfam. iudex litem suam faciat, in tantam quantitatem tenetur, quae tunc in peculio fuit. ff. de iudic. l. quae admodum. §. si nauis. 2. ad legem Aquil. l. quod si nuptura. de iure dotium.

Interdum cum sola est haec dictio tantum, taxatiua est, pro solum. Gallic. seulement. l. contractus. ff. de regul. iuris. Et non excludit casus similes, vt ibidem dicitur, & in l. ob as. C. de praedijs minor. Item haec dictio non tollit ea, quae nobis de consuetudine competunt: vt si fiat statutum, quod Episcopus tantum cognoscat inter scholares, nō per hoc impediatur Rectoris iurisdicō, quae sibi de consuetudine competit secus si à lege sibi daretur. Bart. in l. viros. per illum text. C. de diuers. offi. lib. 12. probat Ias. in l. i. col. 9. versic. secunda conclusio. ff. de offi. eius. & in l. i. col. 3. si quis ius dicen. non obtemper. & in l. si mora. in 4. no. & l. si constante. in princ. in fin. glo. magna. ff. soluto matrimo. Dec. consil. 3. & pro tenui, refert Catel. Corta in 2. parte memorial. in verb. tantum. Quod potest prodesse in hac patria propter consuetudinem, an excludat personam heredis: vt si fecero pactum, vt tibi tantum reuendam, vel quod tantū liceat venditori recemere. Et excludi heredem Bar. pro fitetur, in l. si sic stipulatus. 2. col. 2. ff. de verb. oblig. & in l. qui in factum. ff. de pact. per text. in l. non solum. §. tale pactum. ff. de liberat. lega. & l. 3. §. cum Titio. de adimend. lega. glo. in §. omnes. si de feud. fuerit controuers. inter dom. & agna. Bertrand. conf. 194. vidi casum. in 2. dub. vol. 1. ex antiq. editio.

Aliquando iungitur dictioni negatiuae, vt non

tantum: & tunc ampliat sequente dictione verum, vel etiam, vt in l. sciendum. 2. ff. de auit. edicto. ibi, non tantum mancipium, verum ceterarum quoque rerum. l. ob carmen. ibi, non tantum priuati, sed etiam magistratus. ff. de testib. l. quotiens. §. non tantum. de pecu. Vnde si quis donet non tantū pratum, sed etiam vineā, vtrumque videtur donatum.

Tantum respicit rem, & rem.

Interdum respicit tempus, vt cum tempori iungitur. l. fin. ff. cotamuni praedior. ibi, tantum enim tempus eis remissum est, quo dare facere possunt. Tamen frequentius rem siue materiam: vt tantam partem habeat, quantam, &c. l. penult. ff. pro socio. & inferius patebit.

Tanti, quanti.

Tanti & quanti iunguntur verbis denotatibus pretium: vt tanti condemnet. l. si quis purans. §. idem Iulia. ff. communi diuid. l. de eo. §. penult. ad exhib. l. si fundus. §. in vindicatione. de pignor. l. harum. si seruit. vindicet. Tanti res est, cum plus est. id est, tanti aestimatur, valet. l. cum furti. de in litem iuran.

Tanti habuit re carere. litem. §. potest. ff. de alienatione iudic. ibi, non tantum eius factum praetor improbat, qui tanti habuit re carere, ne propter eam saepius litigaret. id est tanti habuit non litigare, vt etiam re ipsa carere mallet. Iacob. Cur. lib. 1. coniectural. cap. 46. Tanti aestimare. l. fin. ff. de triticar. l. qui in sulam. loca. Tanti vendi potuit. l. si pignore. in fi. ff. de pigno. l. non solum. §. 1. de pecul. l. si quis fundum. de contrah. emptio.

Tanto magis.

Tanto minus.

Tantum dē.

Tanto magis pro multo magis. l. de eo. §. si post iudicium. ff. ad exhiben. l. si de eo quod certo loco.

Tanto minus pro multo minus. in l. si. ff. si cert. perat. facit l. si ita. vbi elucidabitur. infra eod.

Tantum dē, quasi tantum idem, Gallic. autant. l. Lucius. i. cū l. seq. ff. de pos. & l. diligenter. ff. manda. l. sicut. §. si debitor. quib. mod. mod. pignus vel hypoth. soluit. l. 2. de donat.

Interdum ad ius refertur. in l. si mandauero. 3. ff. manda. ibi, mandati mihi tenearis, & eadem actione. probat l. huius enim. ibi, tantum dicitur. qui potior. in pignor. habeant.

Tantum, tantummodo.

Tantum. l. qui concubinam. §. 1. ff. de lega. 3. ibi, vxor mea tantulam partem habeat, quantum iam vnus heres, &c. Tantummodo, videre in l. maior. infra eodem.

Quis que. Fuit haec dictio elucidata superius, in l. creditor. supra eod.

Relinquit pro dimittit.

Relinquit, pro dimittit potest hic accipi, & in l. intelligendus est mortis tempore fuisse, qui in vtero relictus est. & in l. quod nolit. §. si peculium. ibi, dicendum est apud ipsum relinquentem. de adilit. edicto. ff. l. qui fundum. de emicō. l. si rem. 2. in fin. ibidem. l. si mulieri. quib. mod. vſus fruct. amitta.

Relinquere pro legare.

Relinquere pro legare. l. verbum erit. infra eod. & saepius in iare, vt in l. praefectus. ff. de ritu nupt. l. i. in princ. de vſu. accrescend. vbi primo. dicitur, legatus, postea relictus. l. & post item. in fi. famil. ercisc.

Relinquit heredem.

Relinquit me heredem, vulgo solemus dicere, m'a laisse' heretier, & quasi constitutum dimisit heredem. l. si vendideris. ibi, deinde Titius me heredem reliquerit. ff. de emicō. Et vt plurimū hoc verbum relinquit, respicit testamenta & vltimam voluntatem, & non actus inrer viuos. l. si cui. ibi, concedatur, vel relinquatur. ff. de seruit. l. i. in fin. ff. de tabul. exhibend. Alexan. consil. 54. in casu. col. 2. in 7. vol. Bened. in cap. Raynutius. in verb. in eod. 1. ita dicimus relictum seruum liberum testamento eum, cui testamento libertas data est. l. quis sit. §. idem Celsus. 2. ff. de adilit. edicto. Relinquuntur heredes locupletes donationibus. l. cum hic status. §. si ambo. ff. de dona. inter vir. & vxor.

Testamentum respu. verbum relinquere.

Legata relicta, id est facta, data. l. quae iam nuptae. ff. de donatio. inter vir. & vxor. ibi, nec quicquā refert, quod ampla legata ab vxore et relicta sint.

Legata relicta.

Relinquere procuratores.

Relinquere plaustrum, argentum.

Relinquere conductionem.

Verbum relinquere quomodo denotat institutionem.

Verbi reficere significaciones.

Reficere a telibus supra viam publicam licet.

Vsfructuarius an cogatur domum reficere.

Relinquere duos procuratores, pro dimittere, vulgo laiffer. utpote si quis alio proficiscatur, relinquet pro eo procuratores. I. qui duos procuratores omnium rerum suarum reliquit. ff. de procurator. tantum relinquatur, quantum sufficit habitatibus. l. binas. in fin. de seruit. vrbano. prædior. Labeo 40. volumina librorum reliquit. l. 2. §. post hunc maxime. de orig. iuris.

Reliquisset plaustrum. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aquil. Reliquero argentum. l. si vt certo. §. si de me. ff. commodat. l. apud. in fin. de præscript. verbis.

Relinquere conductionem licet inquilino, vicino ædificante, si obscurentur lumina domus, vel si ostia fenestrasve nimium corruptas locator non restituat. l. si merces. §. si vicino. ff. locati. id est dimittere, vel renuntiare conductioni, vt illi amplius non sit adstrictus.

Interdum quoque secundum communem interpretationem sententiam verbum relinquere significat institutionem, etiã directam, si in testamento hoc fiat, & verbis aptis. l. diuus. de milit. test. l. his verbis. vbi doct. ff. de here. l. instituent. l. quoniam. C. de testa. vbi doct. Soc. consil. 33. prosequendo. in 2. q. vol. 1.

Sed si in codicillis apponatur, denotat fideicommissum. Bal. in l. & in epistola. in fi. C. de fideicom. & Alexand. consil. 50. in causa. in 7. vol.

Et si certæ rei vel quotæ adiungatur, legatum significat, & non institutionem, etiam in filiis. tex. in §. aliud quoque. in auth. vt cum de appell. cognosc. colla. 8. Bart. in l. cogit. in princ. ff. ad Trebell. Alex. in consil. 70. visio. col. 2. in 2. vol. doct. plene in c. Raynucius. de test. & in c. si pater. illo tit. alibi fufius cum operepretiã fuerit, tractabo, præcipue quo ad filios.

Refici. hic pro effici accipiemus, vel elici, seu colligi. Reficere interdum significat corruptum in pristinum statum restaurare. Et sub hoc verbo Reficiendi, tegere, substruere sarcire, ædificare, item aduehere, apportare que ea, que ad eandem rem opus essent, continentur. l. 1. §. reficere. ff. de iuris. Et alibi reficere sic accipit Iurisc. ad pristinam formam reducere, hoc est ne quis dilatat, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret. l. 3. §. reficere. ff. de itinere actiue priua. vbi etiam ait, longe aliud est facere, aliud reficere. Reficere est fulcire vetus opus. l. 1. §. si quis ædificium vetus fulciat. ff. de oper. noui nuntia. Et via que ex collatione priuatorum reficitur, non vtique priuata est. refectio enim idcirco de communi fit, quia vsu, vtilitatemque communem habet. l. 2. §. vicinales. ff. ne quid in loco public. Et cum inquilinus dominum reficere volentem prohibet, cõpetere interdum vt possidetis placuit, testarique dominum non prohiberi, ne habitaret, sed ne possideret. l. 3. §. cum inquilinus. ff. vt possidetis. Et cura exstruendi, vel reficendi operis in ciuitate munus publicum est. l. cura. ff. de munerib. Et ad reficiendas vias quidam eligi solent. l. fin. §. irenarchæ. ibid. Et prohibitus facere protectum supra viam publicam, vel aliud, non prohibetur reficere protectum iam positum. lege. domum. ff. de regul. iur. vbi puchre Decius. & las. in l. quominus. quaest. vlt. de fluminib. Et super hoc vidi interdum magnam controuersiam Paris. Et reficiens naues ex aliena materia, manet eiusdem nauis dominus. l. Mutius. ff. de rei vind. Fructuarius autem domum, in qua vsufructum habet, reficere cogitur. l. vsufructu legato. in fi. & l. seq. ff. de vsufructu. vbi dicitur, modica refectio ad eam pertinet: si tamen fructuarius sit paratus vsufructum relinquere, non est cogendus domum reficere. in quibus casibus vsufructuario hoc onus incumbit. l. cum fructuarius. ibid. Et an ad vsuarium spectet refectio, dicitur Iurisc. in l. si domus. ff. de vsu & habita. Et an refectio spectet ad

eum, qui seruitutem debet, vel cui debetur, docet Iurisc. in l. & si forte. §. etiam. ff. si seruit. vindicet.

Tamen intelligite prohibitum ædificare de nouo, nõ prohiberi reficere, per prædicta, nisi scilicet ædificium esset omnino destructum: teste Innoc. in rubr. de cõsecratio. eccles. vel altar. plene las. in l. ius autem. col. 2. in fin. & seq. ff. de iustit. & iure. Vnde Bar. in l. 1. ff. de ritu nupt. docet, quod si reficiatur instrumentum amissum, requiritur præsentia vtriusque partis, sicut in noua confectioe. sequitur Felin. in c. consuevit. col. 1. de iudic. c. fin. illo tit.

Alias reficere pro recreare, delectare: vt scripta Bart. me refecerunt. refertur quoque ad cibum, potum, amoenitatem, & alia quibus potest quis instaurari: vt per rhetores, ad quos nunc vos relicio, forte mea contentus.

Non idem est in fundo alieno legato. Hic dicitur, quod quamuis habens bona, videatur habere pecuniam, tamen habens pecuniam, non propterea censetur rem habere, quia vèdendo rem, pecuniam habebit: sed licet pecuniam habeat, domum tamẽ, quam optat, habere non poterit, quia forsã dominus eam distrahere recusabit. Quod primũ in alieno fundo legato probatur. nã licet hic fundus possit comparari illa pecunia hereditaria, non tamen censetur testator eum fundum habuisse, vt inferius dicitur. nec enim is, qui pecuniam habet, censendus est habere quod ducunt ea pecunia cõparari possit. Alioqui diues, pecuniam solam habes, possit asserere se Ducem, Baronem, & Regem, dum pecuniæ his comparandis sufficerent: quod hic reprobat.

Vnde si quiquam fundum legauerit, qui est centum aureorum, an debeatur legatum, aut saltem centum aurei? text. in l. cum alienam. C. de lega. dicit nõ deberi, si testator ignorans fundum alienum legauerit, nisi certis personis: secus si scierit, quia tunc æstimatio saltem debebitur. Contrarium de iure canonico deciditur in c. filius. de testam. & ibi alias dixi, quia res non est imã pecuniam, sed pecunia rem. l. si ita. ff. de fideiusor. Et omnes fere res in pecuniam redigi possunt: idcirco dicimus habere pecuniam, quã reficere possumus ex illa re. Et ideo cum quis legauit pecuniã, videlicet cõtum aureos, licet nõ essent in hereditate, valebit legatum, si hereditas soluendo sit: quia ex venditione rerum hereditariarum illam habere poterit, vel heres ex suis bonis, vel ex mutuo, vel aliunde. l. si pecuniam. ff. de lega. 2. Sed licet multam habeã pecuniam, rem tamen alterius habere forte non potero. Quod si quis vestem Regis Fraciæ legaret, vel castrum Vincenarum iuxta Paris. vrbem, equidem licet is testator maximam haberet pecuniam numeratam, non tamẽ vestem, aut castrum habere dicitur: quia Rex nunquam ea venderet, & extra commercium hominum esse dicuntur, que sunt Principis vsibus destinata. l. apud Iulianum. de lega. 1.

Idem in fideiussione, vt valeat, si quis fideiubeat pro debitore equi ad decem aureos: secus si esset debitor decem aureorum, & alius fideiubeat pro equo, vel pro rritico. l. si ita fideiussorem. ff. de fideiussor. vbi Bart. & doct.

Idem in restitutione concludit text. in l. deducta. §. nummis. ff. ad Trebel.

Sed dubium est, quomodo incunda sit ratio, secundum Alciat. an ducto valore secundum communem æstimationem, vt in l. pretia rerum. ff. ad legem Falcid. an secundum redditus, vt res tãti æstimetur, quantum viginti aureorum redditus conferunt. auth. perpetua. C. de episcop. & cleric. melius facit text. in §. si vero alicuius. in auth. de non alienand. reb. eccles. coll. 2. las. in l. si fundum per fideicommissum. ff. de lega. 1. An vero quanti vendi potest: quod verius videtur. respõsi enim huius verba hoc

In instrumenti refectioe partis presuntia requiritur.

Reficere & recreare.

Legatum rei alienæ an valeat.

Vsibus Principis destinata extra commercium hominum sunt.

Communis æstimatio consideranda.

Parari quomodo accipitur.

Parata causa vxoris.

Armentum.

Annibalis assuta.

Grex ab armento dicitur.

hoc indicant. l. mortis. 4. ff. de donatio. caus. mort. Ego vero putarem hic considerandam esse communem æstimationem, vt iste dicitur centum aureos habere, qui habet bona sic communiter, & ad talem summam æstimata. & non inspicitur quantum vendi possint, quia hoc non est certum nunc: alioqui oporteret ea bona licitare, de quorum venditione nunquam fuit cogitatio. præterea nec agitur de venditione illorum bonorum, sed tantum de eorum æstimatione. & si venderet, iam non amplius diceretur habere in prædiis, vt hic dicit text. faciens differentiam inter habere pecuniam ad manum, & habere in prædiis: & quia tantum communem loquendi modum exponit, vt l. gloss. asserit. Verumtamen si quis leger libros, seu cursum iuris ciuilibus, censetur legata pecunia studio ad emendum illos libros, si is qui legauit libros nõ habebat, prout plene probati in scholasticor. priuileg. 138.

Parari, pro comparari: & tunc sic accipitur, quãdo verbum parari iungitur pecuniæ, vt hic, parari pecunia. Aliqui tamen in text. habent parari, alij comparari, & melius vltimum: de quo scripsi in l. quaestio. infra eodem.

Parare, preparare. l. penult. infra co. In de parata, id est appaata. l. pratum quasi paratum ad fructum capiendum. & l. carbonum. l. instructam. l. pronuntiatio. in fin. l. in lege censoria. & l. malum. in fin. eodem titu.

Parata causa vxoris. Parata causa vxoris dicitur illa, quæ sunt ei assignata. l. si quid. §. ff. de lega. 3. & paratum dicitur pro subiecta materia, ex vt docui in interpretatione l. si debitor. ff. de iudic.

Parare, acquirere, seu constituitur. l. nemo potest hereditas societatem sic parare, vt ipse heres socius sit. ff. pro socio. Alia nũc vobis nõ parabimus.

POMPONIVS LIBRO SEXTO AD Sabinum. Lex lxxxix.

Boues magis armentorum, quam iumentorum generis appellantur.

§. Hoc sermone, DVM NVPTA ERIT, primæ nuptiæ significantur.

§. Inter edere & reddi rationes, multum interest: nec is, qui edere iussus sit, reliquũ reddere debet, nam & argentarius edere rationem videtur, etiã si quod reliquum sit apud eum, non soluat.

Hæc lex tres habet partes, prout tria dicta continet. in prima boues magis vocari armenta, quam iumenta scribit. Est enim armentum pecoris genus, quod armis idoneum sit, vt sunt equi & boues, teste Festo. nempe equis in bellum currunt, clypei vero bouum coris armanur. Quibus etiam Annibal in prima belli acie vebatur, & maxime cum obsessus esset, nec alias liberari possit; faces cornibus bouum adiunxit, & illos noctu in inimicorum exercitum vertit, qui territi pedem retulerunt, & Annibal boues secutus euasit: vt videtur apud Liuium de bello Punico. Vel boues inter armenta computantur, quod ad arandum eligantur, quasi arantia, sed postea tercia litera subtracta armenta dicta sunt. & proprie de magnis animalibus intelligitur: grex vero de minoribus, teste Vallalib. 4. c. 24. Grex etiam cum adiuncto, vt grex equorum, potest interdum quoque de animalibus magnis dici. l. si de militari veste. lib. 2. vbi Bar. & Rebuffus post glo. & Et gregatim etiam boues parati dicuntur, l. 2. ff. ad legem Aquil.

Vtilitates huius legis sunt, quod armento legato boues continentur, non greges ouium aut caprarum. Ouibus legatis, neque agnos, neque arietes contineri ait Iurisc. Modestus. sed ouium grege legato, & arietes, & agnos deberi nemo dubitat, in l. seruis legatis. in fi. ff. de lega. 3. At ouibus legatis non continentur agni, quãdiu agnorum loco sunt. Quod ex vsu cuiusque loci sumendum est. nam in quibusdam locis ouium numero esse videntur, cũ ad totamram venerint. l. legatis seruis. in fin. ibid. l. inter. ff. de seruit. rustic. prædior. quia fœmininum non continet masculinum, vt ibi, & scripsi in l. supra eod.

Aliquando tamen Iurisc. sultus exprimit, quãdo de bobus vult intelligere, armentum bouum. l. plenum. §. sed si bouum. ff. de vsufructu, vbi si relinquatur vsus armenti bouum, omnem vsum habebit legatarius, & ad arandum, & cetera ad quæ boues apti sunt. Alibi dicitur, quod cura carnis spectat ad præfectum vrbis, & pecorum, & armentorum. l. 1. §. cura. ff. de offic. præfecti vrbis, vbi quædam scripsi.

Item si de damno dato per bouem debeat fieri per statum restitutio, eadem fieri debet, si per vacca fiat: quia bouis appellatione venit vacca. l. si boues. ff. ad legem Aquil. Sed in foro Francia: boario nulla inuenitur vacca, & apud eerdones nõ nisi vacca. est enim magna metamorphosis. Veniet etiã taurus sub botis appellatione. Salice. in l. adiles inuentorum. ff. de adilit. edicto. Bubulus vero est, siue qui bobus arat, siue qui fundi boues aratoris pascit. l. cum de lanionis. §. de bubulo. ff. de fundo instructo. vnde pulchre Caro de re rustica lib. 2. ait, quod apud veteres bouem occidere æque capitale crimen erat, sicut hominem, quod præcipuus sit homini in labore socius: sicut hodie in Francia occidere certium vel aprum, ex ordinatio. Regia capitale crimẽ est. Habetur in c. extirpada. in princ. de præb. Os bouis triturantis non alligabis. nos sumus boues triturantes, vos vultis alligare os nostrum, & de nostra tritura victũ vobis quaritis. c. 1. §. item non alligabis. 13. q. 1. Et alibi dicitur, non arabis in boue simul & asino, id est homines diuersæ professionis in vno officio nõ sociabis. c. in nomina. 16. q. 7. boues quippe recalcitrantes, subditos, & scholasticos significant, suis doctoribus non obediens. cap. plerunque. §. hos etiam. 2. q. 7.

Armenta vero dicuntur, quæ ad instrudum rem pertinent: vt in nauis remi, vela, anchoræ, & similia. l. Marcellus. §. 1. ff. de rei vindic. Et nostri armenta causa dicunt munimenta causa: vnde vocabulum corruptum habent practici, cum heres citatur. ad resumendum, vel dimitrendum aramenta causa: nempe dicendum foret aramenta causa: vel possunt dici remẽta causa, id est remanentia, videlicet vt heres in eo litari causã suscipiat, in quo remãserat, id est ad repetendũ reum, & causã. l. libellorũ. ff. de accusationib. l. si quis. ad Turpillia. Et sic vulgo citari solet a prædior. de laffer les remẽs de la cause, id est les remanẽs. Sed infertia procuratorũ fuit vocabuli, vt reorj immutatũ vt nũc vocet aramẽta, arremens. Iamen heres non tenetur reassumere processum, post interruptionem, vt fuit in Senatu pronuntiatum anno 1537. die 4. Junij, vide quæ scripsi in proem. ordinatio. glo. 5. nu. 97.

Iumentorum. Iumentorum appellatione continentur animalia, que terram colunt, currus trahunt, vel sarcinas gerunt, vt pote equi, muli, asini & mule. Elephantis autem & camelis iumentorum operam præstare. l. 2. ff. ad legem Aquil. Vnde boues non continentur iumentorum appellatione: ob id pecoris habita fuit mentio in edicto adiliũ, l. adiles. 2. §. iumentorum. ff. de adilit. edicto. & sic qui ven-

Vtilitates legis. Ouibus legatis an agni debeantur.

Armentum bouum.

Bouis nomine vacca continentur. & mirabilis mutatio. Taurus nomine bouis continetur. Bubulus. Occidere bouem olim capitale, nũc ceruũ.

Armenta que sint. Aramenta causa corrupte dicitur.

Arctum, vt post interruptionem remen ta causa qd sumere non teneatur. Iumentorum nomine qd veniat.

dit bonem, vitium illius exprimere tenetur: alioqui edicto aditum tenetur, quod loquitur de omni peccore, vt habetur in d. §. iumentorum. licet glo. hic contrarium teneat.

Iumentis legatis, equi cum iumentis consistentes de bentur.

Et ideo iumentis legatis boues non continentur, nec contra. Legatis seruis, §. si. ff. de lega. 3. tamen equi, qui sunt cum iumentis, continentur: non quod femininum contineat masculinum, sed quia sic communis vsus vocat iumenta in patria nostra, licet aliqui sint equi. praterca quia ibi plura sunt iumenta, quam equi, ideo communi vsu loquendi, iumentis vocatur: qui vsus debet attendi. l. liberorum. §. quod tamen. ff. de legat. 3. etiam quia iumentorum appellatione de iure equi veniunt, vt dictam fuit, nisi contraria esset legatis voluntas, vel dispositio, vel diuersa ratio. l. si seruis. in fin. de lega. 1.

Iumenta unde dicta.

Iumenta lege duodecim tabularum à iungendo dici arbitratu Gellius, quod curru, aratrove iungantur: vel à iuuando, quod nostrum laborem, vel vel onera subuectando, vel arando iuuent. docet Columel. lib. 5. Et ipsius ex eruditorum vsu approbati sententiam ait Alciat. hic. Quod admiratur Florid. in lib. de iuris ciuilibus interpretib. cur potius grammatici, quam legiflatoris approbet sententiam: quippe sapius eorum in iure sit mentio, vt l. ferri. infra eod. & in titul. de edilit. edicto. quod his veteres magis, quam nos, vterentur, veluti quoque adhuc in territorio Montispessulani iumentis ad executum frumetum vtuntur, & equis, ac mulis. quod forsan dictu mirum iis videbitur, qui non viderunt.

Pecoris appellatione quid continentur.

Pecoris appellatione continentur animalia, quae gregatim pascuntur. Sues autem pecorum appellatione etiam continentur, quia & hi gregatim pascuntur. l. legatis. §. pecoribus. ff. de legat. 3. ideoque pecudibus legatis boues, & cetera iumenta continentur. l. seruis legatis. §. pecudibus. de lega. 3.

Intellectus rex, contra Alciat.

§. Hoc sermone, dvm nupta erit, prima nuptia significatur. Alciatus in hoc §. intelligit dictionem Dum pro donec, seu quandiu: quae expositio non conuenit textui, quamuis aliis in locis sic accipi possit. nam si testator Titiae domum nupta erit donet, si intelligatur dum pro donec, non habebit domum donatam, quando maritus morietur, quod est contra ius, vt donatio inter viuos reuocetur sine causa. Ideo ego intelligerem dum nupta erit, id est quum primam nupta erit. l. haec conditio. 2. ff. de cond. & dem onstr. & intelligitur de primis nuptiis: siquidem regulariter omnis actus intelligitur de primo, per hunc tex. & docet Bald. in l. fin. C. de dotis promissio. & communiter iurium interpretes sic intelligunt. Quamobrem si secundo nubat, non debetur ei altera dos, nec ad secundas nuptias cautionem extendi oportet, siue in viro, siue in muliere loquamur. l. cum pater. §. pater certum. ff. de lega. 2. facit rex. in l. fin. de bonis authorita. iudic. possid. l. stipulatio. l. dotem. l. stipulationem. & l. licet. & l. dotis promissio. ff. de iure dotium. l. cum qui Calendis. de verb. oblig. ne in infinitum trahatur. l. si finita. §. fin. de damno infecto. facit quod consuluit Anto. de Butrio consil. 70. quantum. Et sic loquitur iste text. in hominis dispositione, non legis, vt inferius in limitationibus dicitur.

Dispensatio ad duo intelligitur de primis.

Secundo dispensatus ad duo beneficia, intelligitur de duobus primis, vnde si vnum loco alterius permittauerit, illud ratione dispensationis obtinere non poterit. c. non potest. de praeb. in 6. de Bella Mera consil. 32. pro introductione. q. 1. Ancha. consil. 404. tria dubia. in 2. dubio. col. 3. quicquid dicat hic Tiraquel. in 14. limitat.

Clausula, loco dimissio.

Nisi in dispensatione sit illa clausula descripta, Quod loco dimissi, vel dimissorum, possit aliud, seu alia recipere, & ea retinere: quae hodie solet ap-

poni. Dec. consil. 169. & diligenter. abunde tractaui in praxi benefic. in 2. parte in bulla dispensa. Si cum illegitimo est dispensatum, vt possit beneficium habere, intelligitur de primo: quod si dimittat, non poterit secundum obtinere, teste Archid. in c. 1. de filiis presbyter. in 6. vbi dicit ita Bonifacium pronuntiasse. sequitur Lucas de Penna in l. si quis decurio. col. 3. Cod. de decurio. lib. 10. Quando fieret dispensatio super certo beneficio, alias secus. Perul. in d. c. non potest. Alexand. consil. 81. in causa. in fi. in 7. vol. & Dec. consil. 80. visis. col. 1. & seq. & consil. 541. retenta. & seq. col. 2. & consil. 509. quaeritur. & consil. 696. retenta. scripti in forma manda. in glo. dispensationem. & abundantius in praxi benefic. in materia dispensationum. Quia factus est habilis ad vnum: ideo que sicut habilis potest vnum dimittere semper & aliud obtinere, ita & hic spiritus factus capax ad vnum. quod secus in dispensatione, quae est odiosa. c. 1. de filiis presbyter. lib. 6.

Spiritus ad secundam potest obtinere beneficium.

Tertio obseruandum ita erit, vt si quis vendiderit, vel locauerit foenum prati, vel rosas vitidarij, intelligitur de primis. ideo si bis foenum recipiatur in anno, non debetur emproi, aut locatori, nisi primum, vel primam rosam, aut fructus: per illum text. gl. & ibi Bald. in l. diuortio. §. ob donationes. versic. quod in anno. ff. soluto matrimo. nisi quantitas pretij aliud suaderet, secundum Roma. in d. §. ob donationes. nam si videro hic domum pro centum aureis, & dubitatur de quibus aureis, recurritur ad valorem rei venditae. Bar. in l. Paulus. ff. de solutio. Ranen. in Alpha. in verb. vendere. Et ad patrie consuetudinem, & alia, quae tex. exprimit, & ibi glo. in l. si seruis plurium. §. si. ff. de lega. 1. vel etiam nisi quis locasset ad vnum annum: quia omnes fructus durante illo anno recolligere poterit. l. qui ad certum. vbi no. ff. loca. & l. 3. C. eod.

Conditio fructuum prae primis tantum fructus habet.

Quarto si promittam tibi dare modium vini ex fructibus talis vineae, intelligitur ex fructibus, qui primo nascuntur. quod si nullos fructus habuerim in primo anno, non teneor ex fructibus sequentis anni dare, vel aliunde: sed liberor, quasi sub conditione, si ibi nascantur, promiserim. Secus si obligatio erat annua. l. si debitor. §. est verisimile. ff. de contrah. emptio. l. inter. §. sacram. & l. interdum. de verb. oblig. Mansuet. in practica. sua, in rubr. de oblig. §. item si quis reperiat obligatus ad solvendum. Decius in l. in omnibus. ff. de regul. iuris.

Fructus primi debentur.

Quinto si contenti ex statuto tertia pars remittenda sit, intelligitur, si in prima responsione confessus fuerit: ideo si primo negauerit, deinde confessus fuerit, non consequetur statuti beneficium, vt docet Bald. in tract. statutor. in verb. confitens. q. 4. per hunc tex. Et quia confessio & negatio sunt contraria, ideo primo eligendo vnum, alteri videtur renuntiare. l. si. C. de codicil. & quia in ipsa litis contestatione quasi contrahitur. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. qui quasi contractus respicit integram maleficij poenam. vnde cum sit lis contestata super tota poena, posterior confessio non debet sibi prodesse, quantum ad consequendum commodum, sed quantum ad vitandam maiorem poenam, vel damnum, vt in lege Aquilia, quae contra negantem crescit in duplum: si re integra confiteatur, prodest ei. arg. l. eum qui. ff. de iureiur. Sed postquam actor probauit, nil prodesset confessio. authen. contra qui propriam. de non numer. pecunia. & idem tenet Bald. vbi supra, q. 8.

Confessio prima aut datur.

Sexto fuit decisum in mense Augusto, 1538, per Senatum, quod si restitutio bonorum vni ex filiis debeat fieri, intelligitur de primo filio: & sic primogenito restitui fiet, per hunc text. videt tamen tex. in l. cum quaedam. ff. de lega. 2. vbi potest eligere: si tamen non elegerit, de primogenito iudex iudicabit.

Restitutio vni ex filiis facienda, intelligitur de primo et nio.

Septimo

Electio & reuocatio de prima intelliguntur.

Resistere molendinum si quis promittat, intelligitur de primo. De turri edificanda.

Dotes prima quando de communem solui debent.

Relictum fratribus minoribus an sit multiplicandum

Primum beneficium vacans mandatus debetur.

Laudimium ex contractu valido debetur.

Fructus beneficii debentur ex prima vacatione.

Restitutio vni ex filiis facienda, intelligitur de primo et nio.

Septimo iudex, qui potest eligere arbitrum, intelligitur de prima electione. Bald. consil. 142. quod iudex. in 4. vol. Et si possit fieri reuocatio, intelligitur de prima reuocatione. glo. Panor. & alij in cap. fin. de mutuis petitorio.

Octauo promittens reficere molendinum, vel aliam rem, intelligitur de prima refectio. Bald. in l. licet. q. 4. C. loca. Alexand. consil. 16. breuiter. in 4. vol. laf. consil. 36. in causa. in fin. vol. 3. Felin. in c. 2. de treuga. & pace. Catellia. Cotta in 2. parte memor. in verb. refecturum imperatum. Item si Rex concesserit alicui, vt possit turrim edificare, & laternam ibi ponere, ac à nautis exigere certam pensionem, si turris haec fuerit destructa, non poterit iterum eam reedificare, sine nouo alio Regis consensu, quia Rex intellexit de prima: vt fuit iudicatum Neapoli, teste Marthæo de afflictis in decis. Neapolita. q. 392. Rex Ferdinandus. nisi in inuestitura aliud dictum fuerit.

Nono pactum inter socios initum, vt dotes filiarum soluantur de communi, intelligitur de primis dotibus. text. in l. si socius pro filia. ff. pro socio. Bal. in l. si. col. 2. C. de dotis promissio. laf. in l. diuortio. §. quod in anno. col. 2. ff. soluto matrimo. Et si quis teneatur dotare filiam, intelligitur de prima dote, si ex dispositione hominis dotare tenebatur. Alex. in l. si dotem. §. 1. col. 2. ff. solut. matr.

Decimo si pittance (vt verbi vtat Bar. in l. cum quidam. ff. de annuis legat.) relinquatur fratribus minoribus, data in die sancti Francisci, intelligitur de prima & non quolibet anno: per istum text. vbi alia videt, & per Socin. consil. 48. vol. 3. Et si Papa voluerit, vt ad successores onus trahatur, intelligitur de primis successoribus: vt plene consuluit Petrus Paul. Paris. consil. 137. contra. in 4. vol. Et si in testamentis vxor relinquatur demina bonorum, intelligitur de vxore, quam habet: nam de alia non est cogitatum. l. quid in fin. ff. de lega. 3. Bal. in l. vlt. C. de indic. vidu. tollend. Francisc. Cremen. sing. 8. quid si maritus. Bened. in cap. Raynuitius. in verb. cetera. num. 19. de testam.

Vndecimo si Papa mandet prouideri de beneficio, intelligitur de primo, siue dicat simpliciter, siue de primo vacante: per text. in c. si clericus. & c. mandato. de praeb. in 6. facit l. eum qui Calendis. ff. de verb. oblig. Et nominatus in sinuare tenetur literas gradus, temporis studij, & nominationis. §. teneantur. de colla. in concordia. Intelligitur semel. §. praefatique graduati. ibidem: & singulis annis nomina, intelligitur semel in anno, vt scripsi in glo. singulis. d. §. teneantur.

Duodecimo si laudimia fuerint soluta ex venditione, quae nulla fuit declarata, si postea illi primo emptori iure fuerit vendita, illa res non iterum soluet laudimia. no. doct. in l. edita. C. de edendo. vbi gabella soluta pro libello inualido compensatur cum valido. Et quia ex nullo contractu non debetur laudimium, teste Ioan. Fabro, & aliis in l. 1. C. quando liceat. ab emptio. disced. & idem Ioan. Fab. in l. si. §. sed quia. Communia de lega. laf. & alij in l. si. C. de iure emphyteu.

Vltimo si fructus beneficii primi anni debeantur alicui, & de portus, si beneficium bis vacet in vno anno, non debeantur nisi fructus vnus anni, quemadmodum est declaratum in rub. de annatis, in §. item quod si ecclesia. in pragma. ibi tamen gl. disputat, quam licet videre: vbi dicit deberi à prima vacatione vsque ad secundam, & à secunda per totum annum completum, per rex. in l. in senatusconsulto. §. fin. ff. ad Turpillia. ibi non ex superiore, sed ex secunda abolitione triginta dies computantur. facit l. 1. §. idem Pompo. ibi, quia hic est primus contractus. ff. deposit. Et hic sexcenta milia exempla

adducere mihi esset liberum, quae per praedicta facillime possunt decidi, ne in immensam progrediarur nostrum opus: cum in omni materia hunc text. procedere dicat laf. in consil. 36. in causa. col. vlt. in 3. vol. & Alexand. consil. 16. breuiter. nu. 9. vol. 4.

Primo limitatur in dispositione negatiua: vt si Titio non nupserit: quia intelligitur de omnibus nuptiis, tam primis, quam aliis. quia negatiua totum negat: & plus quam affirmatio. l. quicquid. ff. de verb. oblig. l. hoc genus. de conditio. & demonstratio. & ibi Bart. & Paul. Ideo si testator disponat, quod filie suae non nubant, nisi filiis mercatorum: alioqui voluit, quod tantum haberet legitimam: quod si primo nubant mercatoribus, secundo aliis, non habebunt nisi legitimam, teste Alber. in l. si. col. 4. C. de sponsal. sic consuluit Oldrad. consil. 16. tale. per l. si sic. ff. de verb. oblig. vbi laf. sequitur, & Dec. consil. 490. visis. col. 3. versic. & quia negatiua. quod tamen limitatur in can. sit. in fin. de appel. Quando tollitur id quod de iure communi competit, vt appellare, tunc de primo tantum actu intelligitur, vt poena restringatur: secus quando quis tantum à lucro remouetur, vt d. l. hoc genus.

Filia probi bis nubere nisi certis, prohibetur semper.

Secundo non procedit, quando per primam actus explicationem, actus non esset perfectus: aut si non esset intentioni disponentium satisfactum, nec voluntas illius fuerit sortita effectum. Vnde si fuerit data procuratori potestas ad appellandum, appellabit tam super incidentibus, quam super emergentibus, & à sententia. Bald. in l. inuitus. in fin. Cod. de procurator. laf. in §. quod in anno. l. & si satisfactio. de oper. noui nuntia. Ideoque si fuerit data securitas veniendi pro pace tractanda, non intelligitur de primo actu, sed quousque pax tractabitur. Barr. in l. 1. ff. ad legem Iuliam maiesta. sic consuluit de Ripa consil. 27. triplici. lib. 2. de rescrip. & Roma in l. 2. ff. de re iudic. & consil. 504. in causa. Dec. consil. 22. & pro tenui. Georg. Nathan in reper. clem. sepe. in princ. col. 53. & seq. de verbor. signific. l. si quis. §. fin. ff. de edendo. glo. & ibi laf. in l. qui per salutem. de iureiur. Rufcus in tract. Regal. in 2. priui. Et idem quando eadem ratio esset in secundo actu, quae in primo lillud. ff. ad leg. Aquil. Ludo Roma consil. 594. in casu. l. veluti. de edendo. vbi laf. item data potestate creditori recipiendi pecuniam in cambiis, intelligitur donec sibi fuerit satisfactum. Dec. consil. 562. visio. col. 1. facit consil. 91. concludo. col. 2. vbi concludit, quod si fuerit dispensatum cum aliquo, vt duo beneficia possit habere, intelligitur cum effectu: quia si litigauerit super duobus, & ea amittet, alia duo poterit habere, Ancha. in cap. 2. de filiis presbyter. 6. dixi in glo. concordia. in forma manda. Apostolic. in verbo dispensationem. & in praxi benefic.

Appellandi potestas data extendit ad omnem appellationem.

Tertio perdit officium, cum actus non teneret: utpote si nubat, dum non est nubilis aetatis, de his nuptiis, quae nullae sunt, non intelligitur. l. haec conditio. l. ff. de conditio. & demonstratio. l. qui per salutem. de iureiurand. l. 4. §. condemnatum. de re iudic. cap. si electio. de elec. lib. 6. c. olim. 2. de rescrip. Gamar. in dialectic. legali. in arg. à toto definito. in fi. Nam verba debent cum effectu intelligi. l. 1. ff. quod quisque iuris. cap. relatum. de cleric. non residen. Nec praestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum: per reg. iuris.

Eadem ratio extendit ad alios primam ad alios

Dispensatio ad duo cum effectu intelligitur.

Quarto vitatur, quando apparet de contraria disponentium voluntate, forte quia contrarium actum est. l. eam qui Calendis. de verb. oblig. l. si in cap. per in stipulationibus. de regul. iur. siue ex voluntate expressa appareat, siue tacita: per glo. ibi. Vnde si quis velit, vt construatur edicula, seu capella ab herede, & dotetur ita, vt possit ibi perpetuo celebrare vnus presbyter, si prima dos fuerit perita, iterum

Attus intelligitur de valido.

Voluntas contraria vitat primam actum.

Negotiorum gestorum ratio nemquoque reddet.

Vndecimo extende ad negotiorum gestorem. l. 2. ff. de nego. gestis. Hostien. in summa, de oblig. ad ratiocinia. §. 2. Et vt compellatur, competit actio negotiorum gestorum, secundum Bald. consil. 449. ista est subtilis. in 2. vol. Et tenetur edere libri rationum. Alexand. consil. 32. vifa. in fin. vol. 5. Corne. consil. 255. praefens consultatio. in 1. vol. Barba. consil. vlt. col. 10. in 4. q. vol. 3.

Pedagogus rationem reddere debet.

Duodecimo idem dicendum in pedagogo, sine in praepatore, qui recipit pecunia a patre pupilli, vt aleret se & pupillum in studio Tholosano, vel alibi, dum audirent iura, vt reddere quoque rationem teneatur, per supradicta, & conficere librum rationum. l. si ita. versic. in reliquis. & ibi Angel. & Plumb. ff. de manumiss. testam. Nisi conuentum esset, vt singulis annis certa est pecunia daretur: tunc enim de illa rationem non reddet: quemadmodum etiam si plus expenderet, non teneretur pater ei reddere, postquam ita conuentum est, vt plus non daret. Et Et pacta seruabo, ait praetor, in l. iurisdictionum. §. praetor ait. ff. de pactis. Et hoc conuenire tutius foret vtriusque.

Thesaurarius rationem reddet.

Decimotertio idem in thesaurario, sine in exactore. l. apparitores. & per totum titulum. & ibi patrius meus Rebuffus, & alij. C. de exactorib. tributor. lib. 10. Quod si plene non reddiderit, licet habuerit liberationem a Rege, tam iterum tenetur reddere: arg. l. quoties. ff. qui satisfar. cogant. Lucas de Penna in l. ordinariorum. de cohortal. l. 12. ista plenius conscribuntur in 2. parte consilij. Regiar. Gallic. vbi forte dicitur.

Procurator aurationem reddere se sit adstrixi eius.

Decimoquarto idem dicit in procuratore a negotia. l. qui proprio. §. procurator. ff. de procurator. l. si remunerandi. & l. si procuratorem. §. 1. ff. manda. Socin. consil. 73. circa. vol. 1. post Hostien. in summa, de obligat. ad ratiocinia. §. 2. & Barba. consil. vlt. q. 4. in 3. vol. Francisc. Marc. in decis. Delphi. q. c. 10. in 1. parte.

Socius socii rationem reddet.

Decimoquinto idem in socio administrate bona communia. Bald. consil. 152. ad euidenciam. vol. 3. Corne. consil. 24. vifa. in fin. vol. 1. & consil. 196. ad euidenciam. col. 2. vol. 3. Socin. consil. 192. capio. col. 5. in 5. q. vol. 2.

Hospitalarium rationem reddent.

Decimosexto procedit in gubernatoribus hospitalium. §. fin. in authent. de ecclesiastic. titul. col. 9. & in §. economos. in authent. de sanctis episcop. ibidem. & in clem. 2. de religio. domib. in l. orphanotrophos. C. de episcop. & cleric. intelligite eos teneri rationem reddere praesidentibus illi hospitali, vt consilij, scabinis, fundatoribus, seu episcopo loci. sed non pauperibus. glo. in d. clem. 2. §. 1. Et hodie extat ordinatio Regia, in rub. de la reformation des maladeries & hospitaux, que fuit per arestum seruata, dictum que fuit gubernatorem hospitalis etiam ecclesiastici rationem debere reddere, anno 1544. die 15. Decembris. Et quia male administrauerat fuit remissus ad officialem, & interim prouisum, quod duo notabiles laici administrabunt bona hospitalis, in manibus quorum tenebitur gubernator deponere instrumenta & documenta domus pendente processu.

Consules & scabini rationem reddent.

Decimo septimo consules Montispefulani, & aliarum ciuitatum, & capitularij Tholosani, ac scabini huiusce ciuitatis, & aliarum tenentur reddere rationem de pecuniis ciuitatis receptis: & bonum foret, quod in singulis annos redderent, vt concludit in socio Soci. consil. 73. circa. in 1. vol. Et mea memoria fuerunt hi capitularij Tholosani condemnati ad magnam multam, quia pecuniam ciuitatis male administrauerant, eorumque receptor suspensus.

Institutores rationem reddere debent.

Decimo octauo institutores & factores tenentur reddere rationem administrationis, & diligenter habere libros rationum, in quibus clare appareant

data & accepta, introitus & exitus. d. §. officio. l. 1. de rura. & rationib. distrah. & ibi Bar. Et in tali libro omnia sigillatim describenda sunt, & non per compendiam. arg. l. non seruus. ff. de conditio. & demonstr. & Bar. consil. 150. cum praedicta. vbi dicit librum debere esse conscriptum sic, videlicet tantum ex tali fundo recepti, item tantum ex tali colono, item ex oleo, &c. praeterea ex vino tali anno & mense recepi. probat Socin. consil. 46. in 2. q. versic. secunda pars. & consil. 190. memini. in 1. vol. Alioqui falsitas non posset apparere, si sub nube & generaliter affirmaretur sic esse, vel non. l. argentarius. §. edi. ff. de edendo. Bartol. plene in l. comperimus. C. de nauicular. lib. 10. Debet ergo de singulis instruere. l. si pater. §. si. ff. de fideicommissar. liberta. per quem dicit Guido Papa in statuto, Si quis. in verb. per literas. in fin. quod mortuo rationum domino poterit factor compelli ad restituendum libros, & alia, teneturque exhibere hereditibus debita & credita apothecae sui magistris. per illum text. glo. in l. cum testamento. C. de testament. manumissio. Idem in alio exactore & prouisor collegij.

Decimono nono sequenter tenetur reddere rationem de fructibus, quos percepit ex beneficio, apud eum sequestrato, vel ex alia re, vt sit communis in hoc Francia Regno. no. in clem. vna. de sequestra. possess. & fruct. scripti in l. sequester. infra eo. & in 3. tom. comment. in consilij. Reg. titu. de sequest. &c. Vigesimo curatus in synodo tenetur reddere rationem episcopo, non de rebus prophanis vel temporalibus, sed de animabus parochianorum, & cura. c. sane. 16. 2. & de quibus videlate per Henric. Boteum in tract. de synodo episc. parte 1. & per totum. Vicarius vero de rebus etiam temporalibus rationem reddit patrono. c. in Lateranensi. de prob. scripti quomodo intelligatur, in trac. de congrua portio. in 4. quaestio.

Vigesimo primo coadiutor, qui administrat, tenetur rationem reddere. c. vno. §. presenti. de cleric. agrotan. lib. 6. Et generaliter omnis prouisor, seu receptor, atque omnis alius bonorum administrator: teste Plumbi. & Angel. in l. si ita. versic. in reliquis. ff. de manumiss. testam. & non solum isti, sed etiam heredes illorum, si ipsi non reddiderint. l. 1. §. iidem Principes. ff. de fals. supra dictum extitit. vnde Luc. 16. cap. Redde rationem villicationis tuae. capitulo, qualiter. in 2. de accus. gl. vlt. in l. orphanotrophos. C. de episcop. & cleric.

Speciale est in patre, vt non teneatur reddere rationem ex administratione bonorum filij, quam exercuit tanquam legitimus administrator: quia in his habet vsum fructum a lege. l. cum oportet. §. no autem. de bonis que liber. l. tres fratres. ff. de pactis. In contrarium vero est ius commune. l. ius singulari. ff. de legib. Soci. consil. 24. vifa. ac diligenter col. 11. versic. hinc enim si vnus. in 1. vol. & consil. 73. consilij. cod. vol. & consil. 192. capio. col. 5. in 5. dubio. vol. 2. & consil. 254. vifa. col. 2. vol. 2. Barba. consil. 91. illud. 4. q. vol. 4. Alex. consil. 110. circa. in fin. vol. 3. & in consilij. Regiis, artic. 77. ordin. 2. rubr. des casus & foretz. Etiam post longum tempus. Bald. in rubr. de procurator. in decretal. colum. 2. refert Hippol. singul. 493. iustum. Decius consil. 474. placet.

Limitatur, quando pater administrasset, vt tutor filij emancipati: tunc enim rationem reddere tenetur. l. Aurelius. §. Titio. ff. de liber. lega. l. si superstiti. C. de dolo. vbi Alex. in 1. no. Bal. in l. licet. C. ad legem Falcid. l. si in l. si heres. de condit. caus. data. in fin. do. Boer. in §. 3. de consuetud. iuris. & sta. perso. in consuetud. Bituri. & in decis. Burdegal. q. 61. parer. vbi plus dicit, quod vbi pleno iure bona perueniunt ad liberos, tunc pater rationem administrationis reddere tenetur: & allegat Soc. in consil. 24. vt supra dixi. Secundo

Forma libri rationum

Sequester de fructibus rationem praestat.

Curatus & vicarius rationem reddunt.

Omnis administrator rationem reddit.

Pater non reddit rationem.

Secundo rationibus reddendis astringitur pater, si dolo gesserit, vel sit de fraude suspectus. l. Imperator. ff. ad Trebell. ita consiluit Soc. consil. 34. prosequendo. in 6. q. vol. 1. gl. notab. in l. si quis prioris. in fin. Cod. de sec. ind. nupt. Sic quoque nos omnes summo Deo reddentur sumus rationem, vt habetur in simbolo Athanasij. & Matthaei 12. Etiam de omni verbo orisio, quod loquuti fuerint homines, reddentur rationem in die iudicij. cap. quoties. 22. quaest. 5. & c. quia. 64. distinct.

Secundo quaero, quae in rationibus reddendis exigantur? Respond. primo, vt is qui rationes reddere vult, eas legendas, deinde computandas offerat, vt explorari possit, coputationes probare, an improba referantur, & accepta recte, an non recte relata sint. text. in l. cum seruus. & l. si cui libertas. ff. de conditio. & demonstr. l. si statalibera poene. §. si. de statuliber. l. fin. §. inter cetera. ff. de libera. lega. l. si ita fuerit. §. quaestio. in fin. de manumiss. testam. & ibide Boer. in additio. ad Bened. de Plumbi. Rebuff. & Platea in apparitor. per illum text. C. de exactor. tributor. lib. 10. l. Lucius. §. tutela. ff. de administra. tutor. Socin. consil. 159. in praesenti. vol. 2. & consil. 92. vito. col. 2. vol. 4. Decius consil. 192. in casu. col. 1.

Quod si tutor, vel alius administrator non confecerit librum rationum acceptorum, impenforumque, contra eum, & alium administratorem deferatur iuramentum in litem. l. §. officio. ff. de tutel. & rationib. distrah. vbi Bart. & Bald. docent ita praesumi contra eum, qui non facit librum rationum, sicut contra illum, qui non conficit inuentarium. facit l. si quis cum falso. §. 1. ff. de fals. Soci. d. consil. 46. col. 3. & consil. 73. col. 2. & consil. 159. col. 1. & seq. vol. 1. & 2. vbi dicit non credendum administratori, dicenti se confecisse librum, sed perdidisse, nisi probet casum: quia eius erat officium conficere, & diligenter custodire: vnde iuris est praesumptio, quod non perdidit, at citius quod malitiose occulret. no. in l. si quis ex argenteis. §. penult. ff. de edendo. l. ca. ita legatur. §. species. col. 2. Anch. consil. 316. in causa, qua veritur. ff. 2. Corne. consil. 196. in 1. vol. 3. Et qui confusus rationes tradit, in dolo praesumitur. l. summa. ff. de pecul. l. si seruus. de lega. 1.

Secundo volumina rationum facta reddere debet quiuis administrator. l. si ita fuerit. §. quaestio. in fin. de manumiss. testam. intelligite si librum rationum confecerit ex pecuniis pupilli, vel domini: tunc si ex propria pecunia, quia tunc si sua interesset, non tenetur illos libros tradere, nisi soluto eo, quod inierit, & facto sibi acceptilationis publico in iuramento teste Barba. consil. 91. illud. col. 10. in 4. q. vol. 3. per l. 1. §. penult. ff. de edendo. Soc. in l. quamuis. de condit. & demonstr. Et quid probare teneatur pupillus, quando tutor vel administrator non confecerit librum rationum, videte per Bart. consil. 150. cum praedicta. & Bald. consil. 152. ad euidenciam. vol. 3.

Tertio non solum volumina rationum administrator reddere debet, verum & instrumenta pertinentia ad pupillum, vel alium dominum, cuius bona sunt administrata: quae si dolo non restituat, poterit in litem iurari. Idem si lata culpa. l. aduersus. & l. si quis. C. de in litem iurando: Si autem leuis culpe occasione tutoris heres instrumenta non reddat, aduersus eum non iuratur in litem: sed legitime ipsius pupilli interesse probandum est, nisi aduersus tutorem fuerit is contestata. l. in actionibus. & seq. & l. si tutor. ff. de in litem iurand.

Quarto debet administrator ea quae recepit scribere, & a quo accepit, & ex qua causa. l. apparitores. C. de exactor. tributor. lib. 10. & l. 2. vbi Bart. & Rebuff. de nauicular. lib. 11. vt superius fufius dictum fuit.

Quinto post scripturam accepti, rationem im-

penforum scribere debet, primo cui dedit nominatum scribit, secundo ex qua causa, tertio annum, mensem & diem, quibus dedit: alias non potest recte intelligi, an in eis machinatus fuerit. lege, neminem. C. de suscepto. praepos. & arca. lib. 10. Et ratio quae non intelligi potest, non videtur reddi. l. argentiarius. §. edi. ff. de edendo. quam obrem accepti ratio atque expensis computata esse debet. l. emptor. §. fin. ff. de pact.

Sexto rationem reddens, dominum instruere debet de singulis. l. si pure. §. si. ff. de fideicommiss. liberta. Lucas de Penna in l. ordinariorum. col. 1. C. de cohortal. lib. 12. Guido Pape in statuto, Si quis, in verb. per literas. in fin. Et ideo per sententiam condemnatus ad reddendum rationes, primum codices edere debet postea calculum ponere, & reliqua reddere, postremo purgare moram solutione eius, quod debetur. l. cum seruus. ff. de conditio. ita consiluit Iaf. consil. 100. in iudicij. col. 2. volum. 4. ideoque oportet, quod ostendat debitores, cum quibus contraxit, eius conditiones fuisse id temporis, quo contraxit, vt diligens paterfamilias his crediturus fuisset, nempe idoneos. Quod si quid deterior ab eo tempore corripserit, quominus hodie soluendo sint, id non ope aut culpa eius contingit. d. l. qui sub conditione. in fin. Bertach. in tract. de episcop. in 6. parte. li. 4. quaest. 29. Barba. consil. 91. illud. in 5. q. vol. 3. Iaf. in l. periculum. ff. si certum petat.

Septimo vt eorum reddituum & fructuum ratio pupillo, vel alij domino reddatur, qui ex fundo communiter a pupillo & administratore percipi potuerunt, licet negligentia percepti non sint. l. si sine. §. Modestinus. in 2. ff. de administra. tutor. glo. & Bal. in l. cum testamento. C. de testam. manumiss. Vnde si negligentia commissa est in non exigendo a debitoribus pupilli, ex qua debitores effecti sunt non solvendo, tenetur administrator. l. si tutor. ff. de administra. tutor. & l. 2. C. arbitr. tutel. Idem si non administrat ea, quae iure facere tenebatur. l. 1. in princ. ff. de tutel. Secus si casu fortuito nulla negligentia praecedente, debitores effecti sint non solvendo. §. Modestinus. & Leiam. de administra. tutor.

Octavo tenetur etiam de his, quae administrare debebat, & non administrat. l. 1. in princ. ff. de tutel. & rationib. distrah. l. si tibi. C. de testament. tutel. l. si tutoris. de administra. tutor. l. pater. l. heredes. & l. aduersus. hered. tuto. Corne. consil. 255. praefens. col. 1. vol. 1. Socin. consil. 202. vol. 1. Et sic tam de gestis, quam de gerendis tenetur ex bono & aequo rationem reddere. l. qui filiam. ff. de manumiss. testam.

Nono quod plene ratio reddatur, & bona fide. Bald. in l. penult. col. 5. versic. item pone aliud exemplum. C. de consilij. infer. Bertach. in lib. 4. in 6. parte, quaest. 29. per legem, creditor. §. 1. ff. manda. vnde Aphrica. ait in l. qui filium. in fine. ff. de manumissis testamen. sufficere, dum quis ex bono & aequo rationem reddat, quam bonus paterfamilias recipere.

Decimo quod ostendatur prius ratio accepti quam impensi: prius enim accipimus quam imdamus, & impensum praese fert acceptum. argu. lege, decem. ff. de verborum obligat. §. seruus. de capit. deminutio. hoc docet Nico. de Neapoli in l. padonem. §. ratiocinatio. ff. de excusa. tutor. per l. apparitores. C. de exactor. tributor. lib. 10. vbi Bart. & Rebuff.

Vndecimo is qui rationem debet reddere, potest perere committi calculatores, apud quos rationes reddantur, vel reuocantur, si opus sit. l. si cui libertas. & ibi Bar. ff. de conditio. & demonstr. rex. in l. si pater duos. §. si Stricho. de fideicommissar. liberta.

Duodecimo quod ibi reddatur ratio, vbi gestum est negotium.

Impenforum libro quomodo scribenda.

Condemnatus ad reddendum rationes dedas quod agere debeat.

Negligentia ex alto ris illi est nocua.

De non ad ministratis tutor vel alius tenetur.

Pleneratio reddi debet.

Accepta ratio prius quam impensi querenda.

Calculatores possunt committi in rationibus reddendis.

negotium l.vna.C.vbi de ratiocinis.& i. p. d. c.

Constat debet de gestis per acceptulatio-nem.

Credi non debet reddendi de impens magnis.

Deponda est pecunia debita ratiocinis redditis.

Semel tantum rationes reddenda.

Rationes non plene reddita ite reddenda.

Decimo tertio, is qui reddit rationes, docere debet consistere de omnibus, que gesta sunt ab eo, ut neque subtraxerit quid ex his, que accepit, neque expressis rationibus aliud adscripserit, quam quod vere sit expensum: & reliquum, ut scripto constabit, solae edebet esse paratus. text. in l. qui sub conditione. & l. si cui. ff. de conditio. & demonstra. Et sic de expensis factis acceptulationem (quam dicunt quietantiam) prestare debet. Nec in expensis magnis ei quantumvis iuranti creditur, nec libro suo: secus in paruis & exiguis. l. qui sub conditione. & l. si statulibera. in fin. ff. de statuliber. glo. & doct. in l. fin. C. de iure delib. Bal. in l. id quod pauperibus. in fin. C. de episcop. & cleric. & l. nulli. col. 3. ibidem. l. fin. §. in computatione. de iure delib. & l. si quis pro redemptione. de dona. Ioan. de Platea in l. excellentia. de ergo. milit. anno. lib. 12. Barba. consil. 72. saluatoris. col. 2. vol. 2. Quandoquidem testimonium in re propria receptum non est. l. omnibus. C. de testib. Et exemplo foret perniciosum, quod ei scripserit & credatur, quia vniuersis sibi annotatione propria debitorem constituit: ut dicit Imperator in l. exemplo. C. de proba.

Ultimo requiritur, quod statim redditus rationibus pecuniam, quae ex computatione colligitur, deponat. l. si pater. §. si Stricho. ff. de fideicommissa. lib. 2. & de non liquido satisfare debet. l. statuliber. rationem. ff. de statuliber. Et si quas res ex his derinet, eas restituere cogendus est. l. si pure. in fin. ff. de fideicommissa. lib. 2. l. non solum. §. is qui reddere. ff. de libera. lega. l. qui sub conditione. ff. de conditio. & demonstra. l. si quis ita. §. si duo. de statulib. l. cum testamentum. C. de manumiss. testam. Bald. consil. 152. ad euidenciam. col. 1. & seq. in 3. volum. & Socin. consil. 24. visis. col. 1. in 1. vol. Quod computum, cum fuerit conclusum & clausum, ut dicitur per notum est, executionem paratam habet in hoc Regno per modum provisionis: ut docui in tract. de sentent. provisional. in 1. tomo commentariorum in constitutio. Regias Gallic.

Tertium superest, an qui semel reddiderit rationes, iterum eas reddere cogatur. Et breui facite regulam, non teneri, per text. in l. semel. & ibi Bart. C. de apoch. public. lib. 10. & l. quamuis. ff. de conditio. & demonstra. & ibi doct. Ioan. Andr. & alij in cap. 1. de cleric. argrot. lib. 6. Bart. in l. si. ff. de pact. Ratio est, quia sermo simpliciter prolatus intelligitur de primo, ut §. praecedent. huius legis abunde scriptum fuit: & prolatio actus affirmatiue concepta recipit consummationem in primo actu, qui celebratur. l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de lega. 3. ut scilicet in finitum curretur. c. 2. de rescrip. lib. 6. de quo plene dixi in mea interpret. ad l. vnam. no. 1. C. de sentent. quae pro eo quod interest profer. & in §. praecedent. Vnde pulchre scribit Vlpian. in l. fin. ff. de bonis athen. iudic. p. s. idem. amplius quam semel dispensationem non esse concedendam, nisi quis iurauerit se non calumnia causa postulare, neque habere quae dispunxerit, & tunc iterum ei faciendam potestatem ait, sed non amplius quam bis.

Secundo limitatur, quando erratum esset. l. vna. C. de errore calculi. nisi postea interueniret sententia, quae transiret in rem iudicaram, vel transactio super illa computatione: ut ibi dicitur, & lae consiluit Corne. consil. 62. quanquam. vol. 4. tex. & ibi glo. in l. quaestum. ff. quado actio de peculio annalis est.

Tertio non seruat officium suum haec regula, cum plene non reddidit, quia quoties vitioc factum est, pro non facto habendum est. l. quoties. ff. qui futildar. cogan. in ol. in clem. quia contingit. de religiof. domib. Et dicitur non plene reddidisse si non

consecerit librum rationum, per supra adducta in proxima quaestio. vel ex temporis vicinitate, si forte vno solo die fuerint remissa rationes, quae constabant quatuor, vel quinque libris magnis, non enim est verisimile singula tam breui dispensa fuisse: arg. eorum quae dicit Do. de sententia, vt non valeat in cap. ponderet. 50. distin. & refert laf. in l. 2. C. de edendo. quando profertur sententia eodem die, quo fertur processus ad iudicem, vel si decretum sine causa cognitione interponatur. Sic, quando statim finita tutela facta est liberatio pro pupillum. arg. l. si ventri. §. si. & ibi glo. ff. de priuileg. creditor. facit l. sed si ex parte. §. sed an. ff. quod cum eo. & ex alijs traditis per Socin. consil. 92. viso instrumento. col. 2. & seq. volum. 4. & in consilijs supra allegatis. Quod est notandum, ideo statuit Senatus hoc anno 1556. mense Septembri, rationes collegij Heduent. reuendendas esse licet iam reddita essent, sed coram burfarijs pueris, & imperfectae aetatis.

Quarto limitatur, cum dolo quidpiam retinuerit, aut celauerit. tunc enim potest liberatio retrahari, illudque retentum vindicari. l. Aurelius. §. Meuia. ff. de libera. lega. l. tres fratres. & ibi lae laf. ff. de pact. & dicam in seq. q. Bal. in consil. 274. licet. vol. 2. vbi dicit, quod licet fuisset generalis liberatio, tamen non extenditur ad ea, quae postum vindicari: quia vindicatio nascitur ex diuerso fonte. l. bona fides. ff. de positi. Socin. consil. 19. memini. col. 2. cum seq. in 2. vol. Limitate vt per Barba. in consil. 41. illud. col. 15. vol. 1. videlicet pro bono pacis. & Socin. in consil. 201. agi denouentem quaeque casus no. in 2. vol. & consil. 282. vias tuas. in vlt. q. ibidem, vbi tradit duos casus.

Quinto spectatur regula, si liberatio ex falsa causa facta fuerit, potest iterum peti redditio rationum, non obstante etiam decreto iudicis, & iuramento, si fuerit interpositum. Dec. consil. 110. vere vt puo. in fine allegat Paul. sic consuluisset ita tener Socin. consil. 72. difficultatem. 2. q. vol. 3. Et solent literae a cancellaria Franciae impetrari, vt non obstantibus rationibus ita traditis, agi denou possit: quae facile allegata causa vel dolo cōcedi solent. & tunc iudex solet dare de consensu partium calculatore, qui rationes reuideat, & computet. per l. fin. C. de vfuris pupilla. Bald. in c. si autem. in fi. de rescript. & in l. diffamari. C. de ingenuis & manumiss.

Postremo quaro, an testator possit remittere, ne rationes reddantur: videretur non posse. praerberet enim haec remissio delinquendi facultatem. Tutor autem vel alius administrator multa post se libidine profligare, & impune surripere, quod iura non patiuntur. l. conuenire. ff. de pact. doral. l. iurifigētium. §. si pacifcar. ff. de pactis. & l. si vnus. §. illud eod. facit etiam text. in l. quidam. ff. de administrat. tutorum.

In contrarium est crebrior opinio, per l. Aurelio. §. 1. l. procurator. l. Aurelius. §. Titius. & seq. l. si. §. inter. & seq. ff. de libera. lega. l. cum necessitatem. & ibi Bart. C. de fideic. nam quilibet est rei suae moderator. l. in re mandata. C. manda. etiā abutēdo. l. sed & si lege. §. consiluit. ff. de perit. heredit. Remissio tamen haec non potest quoad dolum futurum. d. l. §. illud. imo per quaecunque verba, siue generalia, siue specialia remittatur, non valet remissio quoad dolum de futuro. Bart. in d. l. quidam. per illum tex. ibi, nisi bonam fidem. vbi dicit, quod si restator indullerit alicui, ne rationes reddere teneatur nihilominus tenebitur is de dolo futuro, qui non potest remitti: secus de dolo praeterito, lege, si quis rationes, in fin. de liberat. lega. facit lege, de alimentis. Cod. de transactio. vbi super alimentis transigi potest sine praetoris auctoritate. si praeterita sint: secus si futura. nam commodum ex

no dolo

Liberatio non extenditur ad ea quae vindicari possunt.

Ex falsa causa facta liberatione, iterum petitur ratio num redditio.

Remissio rationis de quo profici.

Remissio rationis de quo profici.

Dolus futurus remitti non potest.

suo dolo reportare quis non debet. c. ex tenore. de rescript. l. siue. de negot. gest. Socin. consil. 159. vol. 2. & consil. 201. abunde, col. 2. eod. vol. per l. si quis rationes. ibi, quis rationes gessit. ff. de libera. lega. & consil. 72. difficultatem. in 3. vol. Tum quia legata non debentur personis odiosis. l. Lucius. 2. §. Lucius. 2. ff. de lega. 2. quae fieri solent ob merita. l. nec adiecit. ff. pro socio. Tum etiam quia non est verisimile testatorem mortis cogitatione turbatum, cogitasse de dolo administrantis. Bar. in d. §. Caius. Siue habuerit mortem instantem, siue non: quia semper testando cogitat de morte, & dolum odio profequitur, quae sicut in se reprobatur, ita & in aliorum persona reprobare videtur: teste Socin. consil. 72. vol. 3. & qui dolo reddidit, non videtur reddidisse. l. qui filium. ff. de manu. testam. Anchar. consil. 118. casus talis est. quinque rationes tradit Barba. consil. 4. illud. col. 5. vol. 4.

Quinimo etiam si testator exprimeret dolum, dolus tamen futurus non videtur remissus. l. Aurelio. §. Caius. ff. de libera. lega. & ibi Bar. & d. l. si quis rationes. ita consuluuit Ioan. de Anania. consil. 80. visis & intellectis. col. 1. vbi dicit ista opinioem aequam, & verisimam. Alexand. consil. 74. in causa. vol. 7. etiam si liberatio facta esset per viam contractus praesentibus & acceptantibus partibus. Soci. consil. 72. difficultatem. in 1. dubio. vol. 3. etiam per quaecunque verba generalia, vel geminata, quaecunque & qualiacunque sint. Barba. consil. 4. illud. in 4. vol. vol. ne delinquendi facultas praebatur.

Intellige sane dolum futurum non posse remitti, scilicet verum: sed dolum praesumptus contingens ratione negligentiae, utpote quia non consecit inuentarium, vel librum rationum, poterit remitti: vt expresse docet Anton. de Butrio in cap. fraternitatis. in 4. limita. col. 9. de testib. vel si res sunt furto subtrahae, siue dolo, tunc quoque non tenebatur ratione liberationis. Alexand. consil. 45. habita. col. 1. vol. 1. Decius consil. 192. in casu. & 418. visa. in fin. concludit tribus concurrentibus valere legatum liberationis: primo, quando fuit legata liberatio coniuncto, & proximo: secundo, si non reperitur factus locupletior: tertio, quando solum de dolo praesumptio arguitur, quod videlicet non consecerit inuentarium: secus si de vero dolo, vt dictum est. facit c. scribam. de praesumptio.

Adde etiam si testator remitteret omne illud, in quo contingeret tutorem vel administratorem condemnari ratione administrationis, etiam ratione doli, quia intelligeretur, vt dixi. Sic tenet Bald. & Salicet. in l. cum necessitatem. C. de fideicommiss. Alexand. consil. 62. Serenissimus. col. 4. in 4. vol. & Angel. consil. 174. circa. Anchar. consil. 118. casus talis. 2. q. Ioan. de Anania consil. 80. visis. q. 2. & ista est communis opinio, teste Decio consil. 188. in causa. col. 2. laf. in d. l. cum necessitatem. Idem in omnibus est dicendum in lata culpa, quae sub appellatione doli comprehenditur. glo. in l. si filio. §. 1. in verb. culpa. ff. soluto matrimo. & l. si cum venderet. de pignor. actio. Bar. in l. in venditione. §. 1. de bonis auctorit. iudic. possidend. Bald. in l. acceptam. in 6. q. Cod. de vfur. Bolog. consil. 13. vt in praesenti. col. vlt. Curtius consil. 67. sapienter. 2. q.

Tenebitur etiam allegas dolum probare illum. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. l. cu ita. §. species. de lega. 2. cum in dubio non praesumatur. l. merito. ff. pro socio.

Item ista liberatio non extenditur id ignorata, & occultata. l. tres fratres. ff. de pactis. Salic. & alij in l. transactio. C. de transact. facit l. mater. ff. de inefficio. testam. Sic consuluuit Socin. consil. 72. difficultatem. col. 2. vol. 3.

Nec etiam impedit, quominus conueniri possit

ratione reliquorum. d. l. Caius. & l. Aurelius. §. Meuia. & ibi glo. singul. dicit quod si quis liberat suos debitores, non videtur eos liberare, qui possident res, & qui possunt conueniri actione rei vindicationis. quam glo. dicit singularem Bald. in margar. in verb. liberatio. in 5. q. & in l. cum necessitatem. C. de fideicommiss. Alexand. consil. 46. visis. in 1. vol. & consil. 102. & consil. 170. in 2. vol. & in l. in fin. ff. si certum petat. laf. in §. superest. num. 101. cum. seq. Infit. de actio. & in l. sub praetextu. num. 2. Cod. de transactio. Felin. in c. quoniam. col. 2. versic. limita cam. de praescrip. facit text. in l. & vno. §. 1. ff. de acceptila. vbi quando fit generalis liberatio, specialiter fit mentio de actione in rem: alias non comprehenderetur, vt tenet Soc. per illum text. in consil. 72. difficultatem. col. 1. vol. 3.

Intellige in reliquis, quae vindicari possunt: secus in illis, quae vindicari non possunt, & in quibus administranti nil adest: vt quia dum esset commissus, rem deteriorauit. Angel. consil. 184. circa in fi. Decius consil. 188. & consil. 192. in casu. & consil. 300. consuluuit. nam qui reliqua retinet, censetur in dolo praeterito, & futuro. l. si procuratorem. §. fin. cum l. seq. & l. dolus. ff. manda. Ioan. de Anania d. consil. 80. col. 2. Alexand. consil. 170. circa. col. 2. vol. 2.

Adde etiam si pupillus confessus fuerit se habuisse omne, & quicquid peruenerat ad tutorem occasione tutela. nam si probari possit nil ei redditum fuisse tempore confessionis huiusmodi, vel ante, per consequens apparet in hoc laesum fuisse. sicque petet in integrum restitutionem, impetrando literas Regias super hoc. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. quam laesionem confessionis sufficit probare per vnum testem. Bald. & Salic. in l. vna. 17. col. Cod. de confess. & sequitur Socin. consil. 72. in 2. q. vol. 3.

Limitatur in patre. d. l. Aurelius. §. Titius. ergo in alijs habet locum ius commune, arg. l. 1. ff. ad municip. Curt. consil. 67. sapienter. in 2. q. quia fauor paternus erga filium tollit omnem doli praesumptionem. l. non debet. ff. de dolo. nimirum si valeat in eo remissio, etiam rerum quas habet apud se.

Secundo non procedit in reliquis praeteritis, in quibus valet remissio: secus in futuris. d. l. quidam. & l. Aurelio. §. Caius. Sic consuluuit Ancha. consil. 118. casus talis est. col. 2. quaest. 2. Bar. in d. l. quidam. & doct. in d. l. cum necessitatem. Vnde si grauetur pupillus, ne possit agere contra tutorem, intelligitur de eo quod de praeterito debetur. Ioan. de Ana. d. consil. 80. visis. Alexand. consil. 74. in causa. vol. 7. col. 2.

Tertio perdit officium, vt per Corne. consil. 29. videtur. in 1. vol. Albert. in d. l. quidam decedens. in fi. princ. Non prodest etiam quoad bona alienata per administratorem, dolo. d. §. Caius. & d. l. si quis rationes. Bart. in l. non solum. §. fin. de libera. lega. sic consuluuit Bolog. consil. 13. vt in praesenti. col. vlt. Secus si leui culpa, vt ibi per eum.

Tamen operatur haec liberatio rationum reddendarum per restantem facta, ne scrupulosa deinceps fiat inquisitio, & exactio. l. si feruus vetitus. ff. de legat. 1. lege, quadam. de administr. tutor. Aufrer. in decil. Tholosa. quaest. 46. item, & c. an testator. Vnde si testator legauerit liberationem tutori, seu vxori, vel prohibuerit, ne reddat rationem & reliqua, imo si contingat dictum administratorem in quoquam condemnari, id legat dicto administratori, grauando heredes, vt habeant hoc restituere, adhuc si condemnatur ex dolo futuro, & vero, non se ad hoc extendit liberatio: secus si per viam negligentiae, vt consuluuit Curt. post alios consil. 67. sapienter. 2. quaest. allegat Angel. d. consil. 174. quia materiam praerberet delinquenti, vt supra dixi.

conueniuntur in liberatione.

Liberatio facta patri continet & reliqua.

Liberatio rationum reddendarum quid profici.

Hæc de rationibus tradere volui, cum in dies vobis plerique rationes reddere teneatur, vt deinceps per hoc intelligere possitis, rationes probæ, an improba fuerint. Si vltra solitum morem distulimus, boni si placeat cõsultare, & operam meam grato animo vobis oblatam quæso ne spernite. Sequuntur in text. hæc verba.

Nam & argentarius. Argentarius ab argento ducitur, cuius exercitio præerat: & dicitur nummularius, siue mensularius, Gallic. *banquier ou changeur*. Quorum duo sunt genera quidam enim sunt minuti nummularij, id est captiores, vulgo dicti: quos Græci *ἀργυροβάσσα*, quasi de argenteo vel pecunia legem statuētes vocant. Et hi publicam causam habere non videntur, nec rationem accepti expensiq; facere, vt argentarij illi & mensularij, qui nō tam pecuniarum permutationem, quam maiorem negotiationem exercent, quibus olim moris fuit pecunias custodiēdas dari foenerato, interdum gratuito: teste Budæo in nota. in Pædectas, in l. qui hominem. §. quoties. ff. de positi. Et per hos argentarios res quandoque vendebantur. l. filiar. ff. de solutio. Sunt tamen qui dicant argentarios esse, qui publicis præstant mensis: nummularios vero, qui priuatas habent mensas. quod non vidi iure probatum.

At melius hæc explicari posse videntur, si triplicem in iure differentiam argentariorum cõstituumus: vt primum argētarius sit exercitor, qui mensam exercet argentariam, vt in l. prætor. ff. de edendo. de quo superius. Alter dicitur argētarius vascularius, qui vasa aurea & argentea constat, l. fin. ff. de actio. & obliga. quamuis Alciat. lib. dispunctio. r. c. 25. dicat nil facere: tamen etiam si in text. nil dicitur de vasculis, tamen argentarius erat vascularius. Et declaratur, cuius qualitas erat is, cum quo cõtrahatur. facit l. apud. §. fin. ff. de præscript. verbis. Tertio dicitur argentarius coactor, qui cogebat & congregabat pecuniã mensæ argentariæ debitam: de quo in l. Stichus. §. est argentarius. & §. fin. ff. de statuliber. Alciat. in li. r. parerg. c. 24. scribit coactores argentarios eos dici, qui dum reliquatores aliquos habere vel propter paupertatem, vel alia de causa difficiles exacti, huiusmodi nomina per licitationem vdebant. Et hi emptores videntur larius coactores dicti, quod & cogere sit pecuniã corradere, & exigere: vel coactores ipsorum argentariorum dicunt mercenarios, qui à foraneis exigunt, & collectarij vocentur, in l. quisquis. C. si certum petas. nos receptores eos vocamus. Et vbiunque penes istos argentarios inuēta fuerit pecunia, pro executione iudicati capi solet. l. à diuo Pio. §. sed & si pecunia. ff. de re iudic. De his argentariis scripti in l. prætor. ff. de edendo.

Hinc dicitur mensa argentaria, locus in quo argentarius artem exercet: nos vocamus *le change & la boutique du change*. vt in l. prætor. ff. de edendo. Alias vocatur taberna argentaria, in l. qui tabernas. ff. de contrah. empt. scripti in l. taberna. in fin. infra cod.

Argentaria quoque dicitur officium, siue ars argentarij. d. l. prætor. §. sed & filiusfamil. ibi, argentaria exerceatur. l. heres absens. §. r. de iudic.

Argentariam facere est argentariam exercere. d. l. prætor. §. sed & si seruus. iuncta l. si vero. §. idem erit. ibi, nam & si quis cœnaulariam exercens. de his qui deiecer. vel effuder. & §. sequenti.

Argentifodina locus est, vbi inuenitur, & ex quo eruitur argentum, quam minam vocamus iuxta Gallic. *mine d'argent*. l. diuortio. §. si vir. ff. soluto matrimo. qualis nuper fuit inuenta in felici patria Cœnoman. felicem enim dicam ab argento, quod (vt dicit Timocies) est hominibus sanguis, & anima. id quisquis non habet, neque possidet, ille inter viuos mortuos obambulat. Aurum longe va-

lidissimum esse puto, per quod omnia scinduntur, & conficiuntur. inde Euripides ait: *ἡ χρυρὸς ἀσπίς* *καθ' ἅπαντες βροτῶν*. O aurum pulcherrima felicitas hominibus: quod (vt Philemon inquit) si habueris, peras ab ipso, quicquid voles, omnia tibi addentur, amici, auxiliatores, testes, donorum multitudo. Sed aurum, argentumve apud quempiam Spartanum deprehendi, capitale erat: sic & apud philosophos turpe. l. sed & reprobari. ff. de excusat. tutor. & apud rusticos. l. domini. Cod. de agricol. & censit. lib. 11. Hodie in Francia aurum congerere difficilimum. videte quæ scripsi de hoc in proœm. concordat. in in verb. subnixa.

Notandum est, quod edere multis modis in iure capitur. Primo edere partum est in lucem emitte-re. l. etiam ea. infra eo. & l. quæreret. & l. liberorum. in ferius hoc titul. & l. vlt. ff. de sentent. pãsis. l. liberorum. §. Pomponius. de his qui no. infam. Et par-tus dicitur editus, id est in lucem emissus. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posth. l. si. §. partu. quæ in frau. credit. l. moris. in fin. ff. de pœnis. l. eius. r. ad muni-cipal. l. Imperator. 2. de statu homin. & l. idem erit. ibid. & l. patre. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. 2. de acquir. rerum domin. l. si ventri. de priuil. credi-tor. l. 3. §. penul. de iureiur. Hinc editio, id est natiui-tas. l. 2. §. præterea si conceptus sit à plebeio, mox ante editionem pater eius decurionatum adeptus, ante editionem amiserit. ff. de decurio.

Secundo edere est facere, & componere, vel pub-licare. l. lex Cornelia. §. fin. ff. de iniur. ibi, si quis li-brum ad infamiam alicuius pertinentem ediderit. Sententiam edere dicitur is, qui eius fuit author: pub-licare vero alterius sententiam quis dicitur, in c. nouit. de appella. Et sic edere non est publicare, se-cundum Panor. & alios ibi, nisi quis addat, edidit in lucem librum, id est publicauit, palam fecit. Sed vi-detis contra in §. fin. vitia priorum censuum editis nouis professionibus euanescent. ff. censib. factis vel impositis, vt ibidem in l. forma. §. quæ post cen-sum editum. ibidem.

Tertio edere est demonstrare. l. in eos. ibi. in eden-do patrimonio. ff. de tutel. l. r. ite solent. de offi. præf. et. vrb. ibi, circa edendam patrimonij quan-titatem, & c. l. 2. §. diuus. ibi, compelleretur delator edere mandatorum. ff. de iure fisci.

Quarto est exhibere, & copiam describendi fa-cere. ita capitur in l. r. & per totu. ff. de edendo. hinc dicitur actionem edere, qui libellum offert. l. si de-bitori. ff. de iudic. vbi dixi. l. edita actio. C. de eden-do. Et Bud. in annota. in Pandectas in lib. 2. in verb. vindicias. ff. de orig. iuris, dicit edere esse, quod nunc per scriptum dare, vel per declarationem dicunt. Sed tamen alio modo editur, licet non per scriptu-ram, vel per declarationem. nempe vbiunq; pro-ducto instrumentum, & illius exemplum pars petit, & ego illi trado, dico redere: vt in l. r. ff. de edendo.

Et sic dictare actionem est illam edere, intende-re, & instituire. d. l. r. §. edere. ff. edendo. & pro eod- dem capitur dictare iudicium, in l. si seruus deposi-tus. in princ. ff. de noxal. actio. vel edere. l. fin. ff. de separatio. l. 2. pro donato. vbi glo. dicit per litiscon- testationem. l. si sine. §. si procurator. rem ratam haber. l. apud. §. mandauit. de doli exceptio. l. actio-ne. in princ. pro socio. Dictatur actio, cum libellus componitur, & postea agit actor. l. non distingue-mus. §. illud. ff. de recep. arb. iuncta l. 2. §. sed si agat. de iudi. Editur interdictionem, cum dictatur, & inten-ditar. l. 2. in fin. ff. quorum legator. vbi glo. editur, id est in iudicio proponitur per litiscontestationem, & inchoatur. Et quod dictare iudicium per litiscon- testationem sit, probat text. in l. si quis stipulatus sit Stichum. in fin. princ. ff. de verbor. obligat. licet non sic passim capiatur.

Quarto

Aurū pulcherrima felicitas.

Edere varie sumitur.

Editio pro natiuitate.

Edere pro facere, vel publicare.

Edere pro demonstrare, vel exhibere.

Dictare actionem est edere, id est.

Edere interdictionem.

Edererationes.

Edere pro comedere.

Edere nomen.

Supplicans coram vno iudice non potest ad alium ire.

Edere operis.

Munus edere.

Dictare actionem est edere, id est.

Astor reo edere tenetur.

Quarto rationes edere, est illas exhibere legendas, & computandas præstare. l. cum seruus. ff. de conditio. & demonstrationib.

Quinto edere ab edo, es, comedere est. l. ex empto. §. animalium. ibi, & qui iuramenta vendidit, solet ita promittere, esse, bibere vt oportet. ff. de actio. empti. glo. & doct. in rub. ff. & C. de edendo. c. vlt. §. is ita. 25. q. 1. de edaci locustarum pernicie, in l. excepto. C. locati.

Sexto ex adiuncto verbum edo suam variat, & mutat significationem: vt iudex feruenti edidit mandata capiendi legionarios, id est capiendi potestatem commisit, ac dedit. Edere animã est mori, & similia, quæ tradit Cardi. Adria. de sermone Latino, in verb. edere.

Septimo edere nomen, est profiteri, & exprime-re nomen, nominare. l. vna. ff. de offic. consil. vbi qui apud alteru nomina ediderit, apud alteru ma-numittere nō poterit. Et per illum tex. aliquando vi-di decidi in forēsi iudicio de duobus iudicibus parem habēribus iurisdictione, intrer quos erat locus præuentioni, vt si vna pars supplicauerit coram vno, cõtra aliquem ius sibi dici, & sic nomē aduersarij ediderit, nō poterit ad alterum iudicem accedere, quia iurisdictione præuenta est. l. si quis postea quã. ff. de iudic. & luti consil. ait: Si mater nō petierit tutores idoneos filijs, vel eis reiectis confestim nomen aliorum non ediderit, id est alios non nomi-nauerit, ius non habet sibi vindicandorum bono-rum intestatoru filiorum. l. 2. §. si mater. ff. ad Ter-tullia. l. 3. qui petant tutor.

Octauo edere est præstare, concedere, vel dare. l. si peculium. §. quedam conditiones. ff. de statuliber. ibi, quia hæc necessario singula edenda sunt. In-de edere operas, dicit Iuriscõsul. in l. operæ in re-pub. & l. aut certe. ff. de oper. libertor. l. si non for-tem. §. libertus. in fi. de condit. indeb. l. in stipula-tionibus. in fi. de verbor. obliga.

Nono edere munus, vel spectaculum, est face-re, seu exercere ludum, vel venationis, vel gladiato-roru, vel alterius generis. Solebat enim antiqui in honorē muneris consularis, vel alterius, ludos & cõuiuia agere, & erogare pecuniã ad hæc faciēda, vel pro his quicquã legare solebant. l. Publius. ff. de conditio. & demonstratio. l. si quis ob honorē. de pollicita. vbi Budæus. Et ideo, quia illi ludi fie-bant, edebat is munus, quasi munus publicabat: & qui absens per epistolã muneris istius edendi gra-tia mittebat, ad editionem illius promissi muneris per epistolam nō tenebatur, & sic istos ludos celebra-re nō tenebatur, quãuis promiserit per episto-lam se ludos illos publicaturu, & facturu: licet con-trariu videretur, quia reipublicæ intrerat: tamen contrariu decidit l. Charidemo. de pollicita. Quã-obrem hi quoq; ludi vocabantur munera, quia vi-delicet populus hoc oblectamenti ludoru genere, perinde ac muneris quodã capiebatur, & à magi-stratibus & Principibus quasi muneris loco exhi-bebatur. Vnde etiam ludos edere, dicit Iuriscõsul. in l. si vt certo. §. interdum. ff. commoda. & spe-ctacula edere, in l. legatam. in fin. ff. de administ-rerum.

Decimo actor reo tam instrumenta, quam ra-tiones etiam ad fundandum eius exceptionē edere tenetur. l. r. ff. de edendo. l. non est nouum. C. illo titul. c. r. de proba. nisi illa rei exceptio vim actio-nis haberet, vt compensationis exceptio: nam qui compensat, petere dicitur. l. amplius. ff. rem ratam haberi.

Idem, quando exceptio crimē actoris contine-ret, vt exceptio excõmunicationis, vel bñi, & sic quãdo agitur de capitali causa. l. 2. §. idem diui. ff. de iure fisci. Vnde actor controuertens beneficiu

in aliquem, non tenebitur edere excõmunicatio-nis instrumentum: & in alijs casibus descriptis in l. fi. C. eod. per doct.

De reo contraria est regula, quod reus actori non teneatur edere: volens enim agere probatio-nes habere debet. l. qui accusare. C. de edendo. quip-pe nimis graue foret, quod quis pareretur arma contra se. l. nimis. C. de reftib. Nisi ex iusta causa. l. r. C. de edendo. Et an causa iusta fuerit, arbitrio iudicis re-linquitur, vt ibi: nam hæc materia est valde arbitra-ria. Et in hac limitatione comprehenduntur alie, quas scribunt doct. in l. fi. C. de edendo. & Soci. in tract. fallen. in regul. r. 2. edere. ac Decius post alios in c. r. de probatio. Vnde si instrumenta casu for-tuito perita forent, tunc cogi possent, ne veritas pe-riret. c. r. de probatio. vbi doct. & facit l. si quis. §. vlt. ff. de edendo. Et quando res in iudicio vtetur. l. r. §. edenda. ff. eod. Idem in ecclesia, fisco, & causa priuilegiata, vt matrimoniali, & alijs casibus descriptis in dictis locis superius allegatis. lege, ne quis quã. ff. eod. Hodie per ord. Regias aduocati in-iuicem antequam posulent, debent edere quæ di-cenda sunt, vt in facto concordēs sint.

Duodecimo edere significat in iudicium dedu-cere. lege, in interdictione exinde ratio habetur fru-ctuum, ex quo edita sunt, nō retro. ff. de interdicit. vbi glo. dicit, ex quo sunt edita, id est deducta in iudicium, quod sit per litis contestationē. l. cum fin-dus. de reb. credi. l. r. §. ex die quo quis deiectus est, fructuum ratio habetur, quamuis in ceteris inter-dictis, ex quo edita sunt, non retro computantur. ff. de vi & vi arma. l. quæsitum. §. hoc interdictio. & §. seq. de precar.

Edere editum, in l. in peremptorio. ff. de iudic. pro facere, concedere. cuius tex. verba sunt: in pe-remptorio autem comminatur is, qui editu edit, etiam absente aduersa parte cogniturum se, & pro-nuntiaturum.

Inde ædiles dicuntur, qui sacrarum ædium curã apud Romanos gerebant. Et quidã currules, quia sella curruli veherentur, dicti sunt, quod à patribus crearentur. l. ædiles currules. ff. de via publica. vel, vt ait Theophil. in §. prætoru edita. de iure natur. in Insti. à cura dicti sunt. id enim inter cetera ad sol-litudinem ipsorum pertinebat, ne quis ante qua-dragesimũ forte annum ad sacerdotiu admittere-tur. Aut, quod verisimile magis est, quod foris cu-rarent, ita vocati sunt. nam & qui Latine ædiles di-cuntur, à Græcis *ἀγοραῖοι* vocantur. Vel ex illo tẽ-pore, quo plebs secesserat à senatu, quemadmodu cõsul inter patres ius reddebat, ita & in plebe crea-rus est quidã, quem ij adirent, qui ope aliqua ege-rent. Et ita ab adeundo dictus est ædilis, quasi ad-i-lis. nam euphonia & vocalationis gratia interpo-sita est litera, l. Et ita facti sunt ædiles. hæc Theo-phil. Et isti successu temporu dicti sunt plebeij, quod ex plebe eligerentur. testis est nobis Lilius libr. r. ab vrbe condita, & Feneftel. de magistra. Roman.

Officium quoque ædiliu fuit, si seruum quis-piam, aut instrumentum morbosum vitiosumve pro integro sanoque vendiderit, vt redhiberetur. l. ædi-les. & per totum. ff. de ædilit. edit. Quod vero cloa-cæ publicæ, & aqueductus, ceteraque ædificia lau-ta, munda, integraque & expedita asseruarentur, ædiliu officij est. Denique quicquid rerum vi-tiosarum pro sincero, fractum pro integro vsquã venisset, ædilitio edito redhiberi solet. teste Pom-pon. Lato, de magistra. Roma. rub. de ædilib. qui aliter æditui dicebantur, ab ædibus tuendis. Iuriscõsul. in l. 3. §. proinde. ff. de tabul. exhib. l. r. §. tuto-res. de tutel. & in §. tutores. Insti. illo tit. Et ædium appellatione omnis species ædificij continetur. l. qui ædes. in fi. ff. de incend. Frumento quoq; præ-

Ædium edere.

Ædiles qui & currules

Officiu ædiliu.

Ædiliu.

Argentarius.

Triplex argentarius.

Argentaria mensa.

Argentaria.

Argentaria facere.

Argentifodina.

Edilium. erant. vt in l. 2. §. deinde cum esset. ff. de orig. iuris. Aedilitas vero est ipse magistratus: veluti cum dicimus, tempore aedilitatis, id est tempore magistratus aedilium. l. 1. & ideo. ff. de cōpensa. licet gl. legat. edilitas. & ita legitur ibi Budaeus: sed Cotta in 2. parte memor. in verb. annona. legit auctiorem annonam: quamuis litera communius habeat arctiorem.

Editio cum die & consule au fiat. Editio, edendi actus. Vnde editiones sine die & consule fieri debent. l. 1. §. editiones. ff. de eden. At hodie cōtrarium in curiis obseruatur regulariter: scilicet vt non nisi cum die fiat editio.

Editus boni. Editus bonum pro stercore ponitur. in l. ligni. ff. de lega. 3. in §. lignorum. ibi, in quibusdam prouincijs & editu bonum ad hanc rem vtuntur.

Ratio quid sit. *Reditio rationes.* Rationem in hac materia definit Labeo, esse vitio, cirroque dandi, accipiendi, credendi, obligandi, soluendi sui gratia negotiationē, in l. si quis. §. rationem. ff. de edendo.

Ratio pro consideratione & respectu. Item habere fructuum rationem, est habere considerationem & respectum. l. si homo. ff. de re iudi. ca. l. inter eos. §. si. ibid. quamuis glo. in l. in bonafidei. C. de vsuris, exponat pro emolumento. facit l. 3. ff. de interd. l. 1. §. ex die. de vi & vi arma. Aliis multis modis accipitur ratio, vt per Lucam de Pēna in l. 1. C. de iure fisci. lib. 10.

Ratio implicita. Implicitam rationē, inuolutam, & intricatam vocat Scauola in l. emptor. §. fin. ff. de pactis. Rationes autem reddere quae teneatur, & multa alia fuerunt superius tractata.

Ratiocinator. Nunc dicamus, quis ratiocinator dicatur, quē alio nomine calculatorem dicere possumus: est, qui rationum subducendarum peritus est, seu cōficiendarum, de quo intelligitur tex. in l. procuratoris. §. si plures. ff. de tributor. vbi sic scribitur: sed si duas tabernas eiusdem negotiationis exercuit, & ego sui tabernae, verbi gratia quam ad Butinum habuit, ratiocinator, id est praefectus rationibus cōficiendis, anquā infitor. & c. licet glo. ibi pro creditore exponat, vbi intelligas illa verba, non quē ad modum accipimus vulgariter pro quodam cōmuni contubernio, Gallie. *butin.* sed Butinus hic, seu (vt alij volunt) Bucinus accipitur pro nomine loci, quod apparet ex verbis sequentibus ibi, maximam dum dicit. Alius eius quam trans liberim, & c.

Ratiocinium. Ratiocinium pro ipso computandi actū accipitur in tit. vbi de ratiocinijs agi oporteat. & in rub. de oblig. ad ratiocinia, in decretal. l. 1. §. officio. de tutel. & ratio. distrah.

Rationarius. Rationarius dicitur liber, in quo rerum gestarum rationes continentur, accepti videlicet & expensi. Vel etiam vir ratiocinarius, qui rationibus praefectus, seu illas conficit, vt refert Caelius lib. antiquarum lectionum 7. c. 12.

Rationalis. Inde Rationalis pro procuratore Caesaris, secundum glo. & doct. in l. ad fiscum. C. vbi caus. fisci. cales. & fere alibi. Pyrrhus vero insequens Alciatum in lib. 2. de magistra. dicit esse generis vocabulum, à rationibus dictum: quod probat per l. Senatus. ff. de iure fisci. vbi Iuriscōf. ait praefectum ararij rationum cognitionem habere. Lucas vero in l. si quando. C. de bonis vacan. lib. 10. dicit eos causis facti ararij praesidentes. Ego vero putarem hodie officiales omnes praefectos computationibus Caesaris, rationales dici: vt sunt magistri cōputorum, qui audiunt & dispungunt rationes thesaurariorū, receptorum & aliorū officialium Regiorum: quādoquidem rationes officialium Regis audiunt, & de his solum cognoscunt. Itidem procurator fisci in dicta camera cōputorum, & alij generaliter omnes officiales rationibus additi, rationales vocari possunt: & non solum qui audiunt, sed & qui reddunt, quos Gallic. vocamus *comptables*. At procurator fisci alijs rebus, quā rationibus praefectus,

rationalis minime vocabitur. facit l. officiales rationales. C. de episcop. & cleric. sed tantum procurator rationis, siue priuate fisci. l. procurator. C. de edendo, siue publica rationis, vt ibi.

VLPIAN. LIB. VIGESIMO SEPTIMO ad Sabinum. Lex xc.

QUI VTI OPTIMAE, MAXIMAEQUE SVNT AEDES tradit, non hoc dicit, seruitutem illis deberi: sed illud solum, aedes liberas esse, hoc est nulli seruire.

Iuriscōsultus hic vult declarare certum & vsitatum loquendi modum apud Iuriscōsultos. Vti optima maximaque sunt aedes: vel, Vti optima maximusque est fundus, sit tibi donatus, aut venditus: hoc significare dicens, quod aedes, vel fundus ira designatus, sit liber, non seruitutem illis deberi. Ideo qui vendit aedes, vel donat, vt optima maximaque sunt, eas liberas ab omni seruitute praestare debet, vt hic: non tamen ob hoc seruitutem domui deberi dicit. l. penult. ff. de euictio. l. seruo. §. si fundus. de lega. 1. melior text. in l. non tantum, infra eod. quae per istam satis explicatur, quia forte aedes non indigent seruitute, & ideo optima esse non desinunt, licet eis non debeatur seruitus, cum sine ea optima sint: sed optima non essent, si seruitutem deberent, arg. l. vbi. ff. de verbor. oblig. Censuales ergo non dicuntur optima: quia alaudiales, id est liberae ab omni censu, meliores sunt, rub. de alaudijs & feudis.

Item fundo legato, vti optimus, maximusque, retia apraria, & cetera, quae venationis instrumenta continentur, ad instrumenta pertinent, si quaestus fundi maxima ex parte in venatione consistat. l. fundo legato. ff. de fundo instruc. & instrum. de lega. Tamen legato sic fundo non debentur instrumenta emptionum, nec nomina debitorū. l. si mihi. ff. de lega. 3. Et haec claus. vti optimus maximusque est, etiam vnum fundum solum comprehendit, sicut suprema tabula. l. illa verba. infra eod.

Nec obstat, quod si non apponatur haec clausula, vti optimus maximusque est, tamen liber fundus praestari debet: alioqui vendens teneretur ad id quod interest. l. 1. in fi. & l. Iulianus. §. quod autem. & l. in venditione. ff. de actio. emp. Respond. quādo quis ignoranter vendit sine hac clausula fundum debentem seruitutem, actione quanto minoris teneretur. l. quoties. ff. de aedil. edicto: sed si cum illa clausula, vti optimus maximus, licet sit ignorans fundum seruum esse, tamen ad interesse teneretur. non enim debet asserere, quod ignorabat. d. l. Iulianus. in §. 1. & glo. in d. l. quoties.

Nec assentior Alciato dicenti contractum emtionis dissolendum, cum quis sic vendidit, vti optimus, & c. tanquam fides non sit seruata: quia loquitur sine lege, imo contra iura, primo cōtra l. 1. in fi. ff. de actio. emp. vbi si quis vendiderit fundū liberum, & tamen seruitutē debebat, non rescinditur contractus, sed ad interesse agetur. Etiam est tex. contra eum expressus in l. penult. ff. de euictio. vbi qui sic vendidit, vti optimus maximusque est, tenetur tantum de euictione, & contra eum sic agitur, ergo tenet venditio. Adhuc venditio non rescinditur ad requisitionem vnus partis. l. 1. & 2. C. quādo. liceat ab emptio. discēd. etiā si duplum offerret, nisi ius hoc ex causa permittat. l. nō est probabilis. C. de rescind. venditio. Itaq; si sciens vendiderit seruitutem, aut partē rei, tenetur ad interesse, etiam si dicat, Qualis esset, nisi expresse quoque declarauerit seruitutē, aut venditam partem: vt in d. l. 1.

Optimus non est seruitute oneratus.

Nomina debitorum non continentur sub hac clausula, opt. maximus.

Venditor quanto minoris, vel ad interesse quando tenetur.

Alciat. sententia ratiocinatur.

d. l. 1. in fi. Si autē ignoret seruitutem, dicens, Qualis est, sit tibi emptus, non tenetur venditor ad interesse. glo. in l. cum venderes. ff. de cōtrah. emptio. l. 1. in l. stipulatio ista. §. 1. col. 4. ff. de verbor. oblig. Et emptoris erit probare scientiā venditoris: praesumitur enim ignorantia, per regul. iuris. nisi de facto venditoris ageretur, quod is ipse vendiderit, vel alienauerit.

Idem censendum est, etiam si aedes seruitet Regi, quia totum negat ibi, hoc est nulli seruire. Nec obstat, quod autoritas superioris cōsecatur excepta. c. venientes. de iureiur. Sed hic nō agitur de autoritate Regis, sed de cōmodo venditoris, quod non est exceptum. Ideo si quis venderet domū affectā receptioni cuiusdā nobilis, nisi hoc exprimerat, tenebitur venditor, per praedicta. Secus vbi casu fortuito vel natura rei subiectio quaedā contingeret, vt quia per aduētum Regis illa domus ampla deberet recipere hospites: aut si talis domus esset iuxta Regium praetorium: tunc si fiat hoc autoritate Regia non poterit emptor ad id quod interest agere: quia scire debebat, & prauidere domos curiae Principum vicinas hospitium receptioni additas esse, & curialium miseris, iuxta sententiam Vergilij sic dicentis:

Mantua vena misera nimium vicina Cremona. Alioqui omnes domus pagorum, vel paruarum ciuitatum, quae ad hoc tenentur, non possunt vendi sine hac expresseione, quod est ridiculum.

Limitatur, quando sic ego venderem fundum, vti optimus maximusque esset, & ius fundi non detentius factum esse promiserō: quia tantum praestare debeo ius fundi non esse factū detentius. l. si cum fundū. & l. non tantum, infra eod. ibid. videte alia.

Notandum est quod ista dictio vt, pro vt exponitur quandoque: vt in l. fi. §. 1. ibi, poena autē eius, qui non promittit, vel satis non dat, ea est, vt in possessionem mittatur aduersarius. ff. ne vis fiat ei. l. si indebitum. §. si. ibi, vti a sollet. rem ratam haberi. l. si. penult. & vit. de doli exceptio. l. traiecitia. in princ. de actio. & oblig. l. si vendidero. §. si Titius. de furtis. l. si quis ante. de acquir. possess. l. 1. §. cum per errorem. de appella. l. 2. de re militari.

Vti interdum pro sicut, prout. l. 3. §. merito ergo ad refectioē se praetor retulit, vt tibi (inquis) ius est, refectias. vt autem ius est, hoc est refectias: sicut per seruitutem imposita licet. ff. de rit. act. q; pri. & in rub. vt possideris, quominus possideatis, vim fieri veto. l. 1. in princ. ff. vt possidet. l. de superficie. l. 1. de aqua quotidiana. & actiua. in princ. l. 1. de ritus. l. 1. in princ. de fonte. Et tunc est dictio ad aliud relatiua, nō ex se dispositiua, vt ibi, & in l. Scia. in fi. ibi, vt possidet. ff. de fundo instruc. l. palam. §. si. ff. de ritu nuptiar. l. cum debere. de seruitu. vt banor. praedior. l. verbis 12. tabul. vti quique legasset. infra eod.

Vti pro postquamquam. l. qui Romae. §. Callimachus. ibi, conuenit inter eos, vt cum Callimachus Berithensium peruenisset. ff. de verbor. oblig. vbi glo. Sed exponere ibi pro vt, ratione illius dictionis cum, quae tempus significat, vt alibi dixi.

Vti que pro certe ponitur, in l. 2. §. si quis nemine. ibi, vti que is, qui publicis operibus procurat, debebit id deponere. ff. nequid in loco public. scripti in l. littus. §. 1. infra eod.

Alias vti, verbum est significans quasi vtilitate rei, qua vtimur, capere. in l. alienationis. ibi, non vtendo amisit seruitutem. l. sub signatum. in princ. l. cetera. l. speciosas. cum l. seq. l. in lege censoria. & l. liberorum. infra eod. l. sed & si quid. §. & si vestimentorum. ibi, dicendum est ita vt cum debere, ne abutatur. ff. de usufruct. l. Pomponius. §. si liber homo. de acquir. possess. l. vna. §. hoc interdictum. vt in

fiumi. publico nauigar. liceat. l. interdicto. de vi & vi arma. l. 3. §. vt. de itinere. l. 1. de precar. l. 1. de exceptio. lege. reus. in fin. de munerib.

Inde vti frui, sine copula frequenter vtuntur Iuriscōsul. Et dictio vti vsum respicit, frui vsu fructum: inter quae est differētia, vt in rub. de usufruct. Insti. & scripti in l. re de dicimus. supra eodem. l. si vsus fructus legatus. in fin. ff. de usufruct. l. 3. quod quisque iuris.

Vnde si quis debeat vti secundū consuetudinē patrisfamil. illa verba referuntur ad modum, non ad qualitatem, vt eo modo, quo paterfamil. vtebatur, is vti debeat: veluti, si sylvam caedam solitus erat caedere in quinquennium, iste quoque non antea caedat. l. item si fundi. in fi. ff. de usufruct. Et sic non refertur ad qualitatem, vt is vti debeat in ea qualitate, qua paterfamilias. gloss. & Alberic. ibi. Boer. in decif. Burdegal. q. 51. sed quid retento.

Vtile, in l. taberna. infra eod. Vtilis actio, iudicium, & vtilitas, in lege, cum praetor supra eod.

Aedes, aedem, etiam in singulari pro domo accipit. Imperator post Ciceronem, in l. aede. C. loca. quem Alcia. citat, & eius opinionem tuetur lib. 6. parer. cap. 10.

PAVLVS LIBRO SECVNDO Fideicommissis. Lex xcj.

Meorum & tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum est.

Actiones continentur appellatione meorum & tuorum: & idem in pronomine suorum, cum ista inter se pronomina aequiparentur. glo. in c. quo iure 8. distinet. in verb. mea. quam singul. no. Corset. in singul. incipien. meus. Vnde si legem mea sine adiuncto, vel donem, aut vendā, tunc & iura & actiones cōprehenduntur, vt hic scribitur, si in neutro genere & absque substantiuo ponantur. idem si dicam, omnia bona mea dono: his verbis etiā actiones continentur, & actiua, & passiua. l. vel omnia. ff. ad Trebell. Recte dicimus meum fundum esse, cuius nō potest alterius pars dici. l. recte. supra eod.

Idem si adiungatur substantiuum generis generalissimi: vt si dixerō, Vendo tibi bona mea, res meas: vel notarius dicat, Talis vendidit bona sua: tunc etiā continentur iura & actiones. per l. si legatus. §. 1. & l. nam quod. §. si. ibi, vel vnuerfam rem suam. ff. ad Trebell. nam veluti substantiuū est amplum, & hoc pronomen meū, tuum, suum: ita horum ampla erit significatio. quāuis glo. & Bar. in l. 1. ff. de statu homi. teneant cōtra. & Barba. conf. 36. illud in 1. vol. quod videlicet iura nō videantur dici posse mea, nec actiones. Sed actiones suas Iuriscōsul. Paul. scribit in l. si filius. in fi. ff. de fidei cōmissa. libera. & Africa. in l. si quis legatū. in fi. de falsi. ibi, creditori actio sua denegari debet. Et quia pro iuri bus actionem habens, ipsam rem habere videtur. l. qui actionē. infra titul. proximo. Et nil secum facit l. si. ff. quorū bonorum. quae nō loquitur de bonis meis, sicut hic. imo Iuriscōsul. in l. si quis habens. ff. qui & a quib. inquit ibi, donec creditori bus suum soluatur. vbi debitū suum vocat. Ergo non est inconueniens, quod quis vocet actiones suas & iura sua, per praedicta: ita quoque possum actiones meas vocare, per istum tex.

Si vero haec pronomina, vel eorū alterum iungantur substantiuo generis subalterni (genus accipiēdo, prout accipiunt Iuriscōsul. vt argentum meum, tunc illa denotant dominium. l. Quintus. §. argento. & ibi Bartol. ff. de auro & argen. lega. l. seruus. ff. de lega. 3. Bar. & Alex. in l. certum. §. sed & si fundum. ff. de cōfess. & omne illud, quod possum vindicare. l. solum. ff. de rei vindica.

Vti frui.

Verbum vti non ad qualitatem, sed ad modum refertur.

Vtile.

Aedes, aedem.

Meum tuum, suum actiones continentur.

In venditione bonorum & actiones continentur.

Actiones suas vocat Iuriscōsul.

Meum, dominium de notat.

Limitatur ratione personae loquentis: vt si con-

Secundo restringitur pro natura eius, cum quo loquimur: vt si dico seruo, lego omnem suam pecuniam, vel monacho, intelligitur improprie, vt habere potest. l. 4. in princ. ff. de manumissio.

Tertio vitatur secundum rem, & materiam, de qua loquimur: vt si legem famulis meis centum, non ex hoc ostendo me habere dominium in famulos. l. cum si non exhibuissent. §. 1. ff. de publica. glo. in lege 2. c. quib. in caus. colo. lib. 11. & Soci. in tract. fallent. in regul. 96. dominium.

Quarto perdit officium, ad euitandum absurdum, vel contrarium: quia tunc improprie pro debito accipietur. l. si me. in fin. ibi, sed quia pecunia mea. vbi glo. ff. si certu peti. glo. in l. 2. de eo quod certo loco. l. cum possessor. de censib. Panor. in c. nullus. de iureiur. Et vbi subiecta materia non possit de dominio intelligi. Vnde tuum beneficium, vel meum dicitur quoad titulum, non quoad verum dominium. c. 2. de donatio. Igitur haec pronomina secundum materiam subiectam inferunt, modo ius in re, modo ius ad rem, de qua agitur: vt est text. in c. si tibi absent. ibi, vt tuum dici valeat. de prob. in 6. & ibi Philip. Perus. in 3. no.

Item meus fundus dicitur, mihi seruus. l. si cuti. §. 1. ff. si serui. vindicet. vt exponit ibid. Accurf.

Quando vero haec pronomina substantiu habent particulare, vt talem librum meum, tunc demonstrationis causa ponuntur, si verbo praesentis temporis adiciatur, vt dono Infortium librum meum. textus in l. si ita. ff. de auro & arg. lega. vbi venditio suorum bonorum intelligitur de illis, quae tempore testamenti habebat. Quod si quis bona obligauerit, tunc etiam futura erunt hypothecata: quia in obligatione modicum vertitur prauidicium. l. si. C. quae res pignori obligari possunt. Corset. in d. singul. incipi. meus. Secus si iugatur verbo futuri: nam tunc conditionem notat: vt Stichum, qui meus erit, cum moriar, lego, id est si meus erit. l. Stichum. ff. de lega. 1.

Item Rex Fraciae ex pluribus equis donauit cuiquam nobili suum equum, quaeritur quis debeatur? Et respon. illum deberi, cui frequentius insidere solebar: vt pleno modo intelligatur meum quoad proprietatem & usum. per l. penul. §. fin. ff. de auro & arg. lega. sic decidit Bal. in l. 1. C. eo. veluti Christianissimus etiam Galliae Rex Henricus praecunclis suis castris vnum Fontisbelli castrum, suum appellat: & in multis aliis videre licet, vt paterfa. suum caudelabrum dicat illud, quo utitur.

Postremo meorum appellatione omnes defcedentes ex comuni loquendi usu continentur, sicut suorum & tuorum. no. Guido Pape in decis. Delphi. q. 230. Perrus. & q. 306. generale. Et sic Gallic. dicere solemus, *my referu à moy, & aux miens, à toy, & aux tiens, à luy, & aux siens.* vt plenius dicam in librorum. in fi. infra eod.

Adde quod scribit glo. in c. dilectissimus. 12. q. 1. quietissime homines victuros, si sublati essent ista pronoraina meum, & tuum. quod an expediat docet Aristotel. lib. 2. polit. non expedire: & probat Conrad. in tract. de contract. q. 9. tract. 1. in quietissime homines victuros, & negligentissime.

IDEM LIBRO SEPTIMO Quaestio. Lex xcij.

Proximus est, quem nemo antecedit: supremus, quem nemo sequitur.

Iurisconsultus hic declarans, quis sit proximus, & supremus, proximum dicit esse, quem nemo praecedat: supremum, quem nemo sequitur. Et de hoc verbo *antecedit* loquitur Iurisconsultus in l. Paulus. ibi potest videri calumiose fati petere, quae alius antecedit. ff. de prator. stipula. & l. 2. §. legitima. ff. de suis & legit. heredib. Ne vero cuiquam in fructu sua videatur haec lex, aliquot referamus utilitates.

Prima est quod agnatus proximus ad bona cognatiuei decedentis intestati ex lege duodecim tabularum admittitur, quae his verbis lata fuit: *INTESTATORVM HEREDITATES PRIMO SVORVM HEREDVM VELINT, NOLINTVE SVNTO: HIS DEFICIENTIBVS AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO.* probatur in §. 1. & §. proximus. de legitim. agnator. success. vbi proximus dicitur, quem nemo antecedit. ac licet vnus tantum sit, nihilominus electiue dicitur proximus, non cognatiue. l. 1. §. proximus. ff. vnde cognati. quo loco Iurisconsultus sic ait: proximus autem accipitur etiam qui solus est. quamuis magis proprie proximus ex pluribus dicitur. l. 2. §. legitima. ff. de suis & legitimis. l. proximus, iuxta l. 1. ff. quis ordo in bonor. possessor. seruer.

Atque licet longe distet ab eo, de quo agitur, tamen adhuc proximus dicitur, quem nemo praecedit. no. per illum text. in l. vacante. C. de bonis vacan. lib. 10. Et proximum non eum quaerimus, qui tunc fuerit, cum moreretur paterfamil. sed eum qui tunc fuit, cum intestatum decedisset certum est. l. 2. §. interdum. ff. de suis & legitimis.

Secundo eodem tenore tutela ad proximum defertur, cum successione habeat emolumentum. §. si. Inst. de legi. patronor. tutel. Intelligite proximum, vt hic, id est priorē, dicit Alexand. consi. 137. praclare. in 1. vol. id est quem nemo praecedat: licet longe distet, etiam in decimo gradu. §. si. de successio. cognati. in Insti.

Tertio consuetudo generalis Franciae fauit consanguineum proximum de bonis morientis, id est ad eum defert & bona, & illorum possessionem. Ioan. Fab. in l. apud hostes. C. de suis & legitim. hered. l. 3. C. de iure deliber. Boer. in §. 6. de testam. in consuetud. Biturig. quod est notorium in Regno. Et pro hac consuetudine facit text. in §. diutina possessio, quae prodesse coepit defuncto, & heredi, & bonorum possessori continuatur. de vsucap. in Inst. De hoc abunde scripsi in tract. de mater. possessor. in 3. tomo commentar. in consi. Reg. Gallic. artic. 9.

Quarto proximus habet retractum ex consuetudine etiam generali Regni: cuius meminit text. in c. constitutus. de integ. restit. facit l. dudum. C. de contrah. emptio. Consideranda tamen est proximitas illius lineae, ex qua bona orta sunt, vt docet Boer. in §. 2. de consuetud. retract. videlicet vt paterna paternis, materna maternis relinquuntur: nisi consuetudo contrarium disponderet. Chassa. in §. 1. gl. *le plus prochain.* tit. *des retraitz.* text. in c. vno. in fin. de natur. success. feud. Et fuit in hoc Senatus pronuntiatum hoc anno 1541. die Mercurij hebdomadae Sanctae, posthumum nondum conceptum tempore venditionis, natum tamen tempore factae factae per dominum, debere admitti ad retractum: quia saepe accidit, qui tempore aut venditionis, aut mortis proximior non erat, proximus esse incipiat. docet text. in §. proximus. Insti. de legitim. agnator. success. l. 2. §. proximum. ff. de suis & legitim. quamuis contrarium scribat do. Tiraquell. in tract. de retractu, in 1. parte. §. 1. glo. 9. *ou lignagier.* nu. 92. & seq. in venditione pura, vt tempus venditionis inspicere debeat. Sed Gallii tempus factae inspiciunt.

Quinto debet intelligi de proximioribus testatoris,

Proximus ad successione nem intestati admittitur.

Longe distet ab aliquo proximus dicitur.

Tutela ad proximum defertur.

Saistus est proximus.

Retractum proximus habet.

Arestum. Posthumum ad retractum recipiunt.

Proximus

testatoris, non heredis

toris, non heredis. l. generaliter. §. cum autem. in fi. ibi, pronepotes, vel pronepotes morientis. C. de insti. & substi. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. peto. §. frater. ff. de lega. 2. Bar. in l. si cognatis. col. vlt. de reb. dub. Et ista est communis opinio, & tuenda, teste Ias. in consi. 215. ex Valentia. col. 1. vol. 2. & consi. 159. in praesenti. ibidem. col. 1. vol. 4. Quamuis contrarium teneat Soci. in l. si cognatis. & in l. heredes. §. cum ita. ff. ad Trebell. Quae opiniones conciliari possunt, vt in dubio si testator loquatur de proximis suis, intelligatur de suis, id est testatis. l. ex facto. ff. ad Trebell. vbi gl. aut loquitur de proximis alterius, & tunc res est clara, vt de proximis illius intelligatur. & idem, quando lex vel ordinatio sic loquitur de proximis. Secus vero, quando simpliciter loquitur de proximis: tunc inspiciendum est, ad quem verba dirigantur, & intelligitur de proximo illius. Vnde si consuetudo dicat retractum competere proximo venditoris, de illo intelligitur: vt concludit D. Tiraquell. §. n. glo. 1. in tract. de retractu, & Ludouic. Gonsadi consi. 4. prima facie. col. 3. num. 17.

Proximi nomine omnes conuenerunt

Proximos & proximios adifferant. Proximus pro conuenerunt.

Proximus quocumque accipitur

Sexto si testator dicat: si filius meus decedat sine proximis, bona veniant ad talem extraneum: tunc appellatione proximorum continebuntur omnes conuentione sanguinis. l. cum alienam. C. de lega. l. quamuis. 2. de adulter. Bal. in l. dudum. in fi. C. de contrah. emptio. & veditio. per illum text. & in tract. statut. in verb. alienare. q. 3. sequitur Barba. in repet. Leum acutissimi. col. 34. C. de fideicom. mil. & Bertrand. consi. 30. punctus. in 1. vol. ex noua editio. col. 2. Quod facit ad intellectum consuetudinum huius Regni, loquentium de proximis, Gallic. *des prochains*, vt fere de consanguineis intelligantur: quando vero loquantur de proximioribus, Gallic. *des plus prochains*, tunc de illis, qui alios antecedunt, vt hic. Et sic distet loqui de proximo, vel de proximioribus: quamuis interdum pro materia nil intersit, vt concludit Bal. consi. 146. praemissis. col. 2. in princ. vol. 2. Nempe licet appellatione proximorum veniant omnes conuenerunt, habenda tamen est ratio proximitatis, quando proximis quodpiam est quaerendum, per l. Gallus. §. quidam. ff. de liber. & posth. l. 2. §. legitima. & §. seq. ff. de suis & legitim. & Lucas de Penna in rub. de proximis factor. seruior. lib. 12. Secus quando proximi excludunt extraneum, tunc quilibet attenditur. Inde proximitas pro consanguinitate accipitur. l. capit. ff. de capit. deminutio. l. 1. §. 1. de iuris & facti ignoran. l. si spurius. vnde cognati. item prator. de suis & legit. heredib. l. 2. C. qui admitti.

Septimo potest proximus comparare pro consanguineo sine mandato. l. exigendi. C. de procura. tor. aliaque hic addi possunt, quae scripsi in l. licet. l. §. paternos. supra eod.

Ex praedictis patet proximum pro conuenerunt, id est consanguineo interdum accipiendum: aliquando pro eo quem nemo praecedat, & tunc intelligitur de proximo conuenerunt: nisi addatur aliqua dictio aliud significans, vt proximus vicinus. l. 1. §. quod ait prator. ibi, & tam ad proximum vicinum hoc interdum pertinet, quam aduersus vteriores. ff. de cloac. l. qui domum. loca. l. non solum proximo vicino. denouui oper. numria.

Alias quoque refertur haec dictio ad tempus, vt proximo anno, proximis Calendis: quae possunt intelligi & de futuris, & de praeteritis. Leum qui Calendis. ff. de verbor. oblig.

Quandoque proximus refertur ad res, vt proximus ager. l. 1. §. deinde. ibi, & si forte (inquit) cloaca dicta sit ex urbano edificio ad proximum agrum, ff. de cloac. & l. cum de lanionis. §. a fin. ibi, quibusque primis proxima copulata procedunt. de fund.

instruc. vnde Iurifcon. ait in l. 1. ff. ad legem Iul. maicsta. proximum sacrilegio crimen est, quod maicstatis dicitur.

Ad aetatem quoque refertur, vt proximus puberati. l. heredibus. ff. de dolo. Et tunc masculus dicitur pubertati proximus, quando excedit annum decimum tertium cum dimidio. gloss. & doct. in §. pupillus. insti. de inutilib. stipula.

Vel etiam ratione exhibitionis beneficii dicitur proximus, vt Luc. 1. & Lucas de Pen. in rub. C. de proxi. factor. seruior. vbi alia addit.

Proximus agnatus dicitur, quem nemo antecedit. Sed filius patri non dicitur agnatus proximus: nam quidpiam maior est filius, & vocatur suus. l. in suis. ff. de liber. & posth. & l. scripto. vnde liberi. potest tamen appellari filius proximus patri, sed non agnatus. l. filius. ff. de suis & legit. §. 1. & §. si plures. de legit. agnator. success. in Insti. quamuis Alciat. lib. 3. parerg. c. 25. contrarium asserat, si inter se merito est, & text. absque negatione legendum: quod improbo in meis no. interpretat. per text. in l. 2. §. 1. ff. de iis & legit. l. sunt autem. de legi. tuto.

Simile in verb. primogenitus, vt veniat etiam, quem nemo antecedit, etiam si solus natus sit. c. Ioseph. de regul. iur. nisi de contraria voluntate constet: vt si donetur domus praecipua primogenito secundum ordinem primogeniturae: tunc enim intelligitur de priore filio, & eo mortuo de alio in eius locum succedente, & de filio non de filia. Guido Pape singul. 322. in contractu. Quod est notandum pro nobilibus, qui plerumque substituunt filios seruato ordine primogeniturae, masculis praecedentibus foeminis: vt si fuerint tres filij, primo natus succedet, quo defuncto sine liberis succedet eius frater, & demum eo fratre quoque mortuo succedet alius. & hoc probatur per text. in c. licet. in fin. ibi, ordine primo geniturae. de voto. & ita expressse docet ibi Panor. & alij. Et dicitur ista substitutio fideicommissaria, quia habet verba denotantia tractum, videlicet *selon l'ordre de primogeniture.* Et quod sic habens tractum dicatur fideicommissaria, text. est in c. Raynautius. & c. Raynaldus. de testam. c. si pater. illo tit. in 6. & l. generaliter. §. cum autem. de insti. Alex. & alij in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posth. ita consuluit Franciscus Curtius in consi. 43. praesupponitur. Dec. consi. 378. in fo consilio.

Item alias nil prodesse illa verba, seruato ordine primogeniturae, si diceremus vulgare esse substitutionem: contra. l. si quando. ff. de lega. 1. nec seruaretur ius primogeniturae, quod esset contra mentem disponentis. alia scripsi in c. Raynautius. de testam. Hoc tamen intelligendum est, si primogenitus moriatur sine sobole, tunc secundo genitus succedet: secus si cum sobole etiam foeminarum, quia foeminae succedunt, & veniunt appellatione filiorum. d. l. generaliter.

Idem quoque dicendum, si referat se ad consuetudinem, videlicet, succedat secundum ordinem primogeniturae, & consuetudinem patriae. Nam si patriae consuetudine caueatur, vt primogenito decedente cum filiabus succedat filiae, tunc excluderit minor frater: vt consilui. vide Ioan. Lupum in repet. cap. per vestras. de donation. inter virum & vxor. atq. fuit ita indicatum in magno consilio pro do. de Villars anno 1545. pro quo consulueram.

Insuper nota, quod dicenti se esse proximium incumbit onus probandi. arg. l. quotiens. §. qui do. lo. ff. de probationib. nec sufficeret se probare fratrem, nisi probaret se proximiorē, & quod nemo eum praecedat: vt expressim tenet Alexand. consi. 124. viso processu. col. 1. vol. 7. no enim debet quis admitti vt talis, nisi probauerit se tale. l. non igno-

Proximus pubertati.

Filius an patri dicatur agnatus.

Primogenitus quis, & de ordine primogeniturae.

Substitutio qua sit seruato ordine primogeniturae.

Arestum, filia succedant primo genito.

Allegati se proximum incubit probatio.

Pronomina meum, tuum, suum, quando veru nonde notent dominium.

Pronomen causademstrationis quando ponatur.

Suum dici tur quoad usum.

Meorum nomine descendentes veniunt.

rat. C. qui accusar. non possunt: & probari potest per testes: qui debent incipere à communi parente, vel à germanis, & fratribus, declarando eorum propaginem. c. licet ex quadam. ibi, singulos gradus clara computatione distinguant. de testib. Panor. in c. tua nos. 2. no. de consanguinita. Dec. consil. 321. in causa. colum. 2. Et sufficere probare consanguinitatem, & quod alius eum non precedat: sed alius dicens se precedere, hoc docere debet, teste Cuma. consil. 43. in quaestione. colum. prima ubi allegat Bartol. in l. is potest. ff. de acquiren. heredita.

Et testes possunt dicere talem esse reputatum proximiorum consanguineum, ab omnibus cognoscens eum, sic docet Alexand. consil. 195. reddito. in 7. vol. & D. Ferro. §. 9. rub. de retractu, in consuetud. Burdegal. Quod est verum, quando ageretur inter duos consanguineos: secus si consanguineus ab extraneo peteret retractum, vel successio nem: tunc enim sufficeret se probare consanguineum, tum quod ille extraneus ius alterius, forte nolētis retrahere, deducere nō potest, tū quia proximus, cuius interest, non conqueritur. l. 2. C. de successor. edito. Alexand. & Iac. in l. is potest. ff. de acquir. hered. & idem Alexand. consil. 179. visis. in fi. vol. 7. Soci. consil. 89. in causa, col. 3. versu. & si iterum. in 1. vol. multa scribit do. Andre. Tiraquel. in tra. ct. de vtroque retractu, in 1. parte. §. 11. glo. 2.

Ita supremus est, quem nemo sequitur, id est vltimus. Vnde si testator substituat Titium filio, qui supremus morietur: si contingat vtunque simul mori, succedet Titius, quia nemo sequitur. l. qui duos. ff. de rebus dub. & l. ex duobus. de vulgar. Et substitutio valet, etiam si ille vnicus esset. l. in vulgari. infra eod. Veluti supremæ quoque hæc tabulæ sunt, non quæ sub ipso tempore mortis factæ sunt, sed post quas nullæ factæ sunt. l. 1. §. supremæ. ff. de bonor. possess. secund. tabul.

Idem in verbo nouissimus. l. eum qui nouissimus. ff. ad Trebell. Soci. in d. l. qui duos. col. 3. Idē in verb. vltimus. l. si fuerit. & ibi Soc. ff. de reb. dub. Et in verb. postremus. l. qui his. §. vltimo. ff. de lega. 3. l. 2. §. legitima. de suis & legit. Alia dicuntur in l. proximi. infra eod.

Idem in verbo extremus. l. vna. ff. si quis ius dicenti non obtempe. l. fi. de custod. reo. versu. fraudulenter. ibi, vel in extremū gradum militiæ detur.

CELSVS LIBRO DECIMONONO Digestorum. Lex xciiij.

Mouentium, iterum mobilium, appellatione idem significamus: si tamen appareret defunctum animalia duntaxat, quia seipsa mouerent, mouentia appellasse, quod verum est.

Scrupulosam quandam verborum differentiam moderatur hoc loco Iuriconsultus. Mouēs enim vocabatur, quod per seipsum mouere se potest, vt animalia: mobile, quod non per se moueri potest, sed per alium, vt vestis, liber, & similia. At Iuriconsul. hic docet non sic ad amussim hæc accipienda esse, quinimo vt plurimum idem significare. Vnde siue quis donauerit mobilia, siue mouentia, idem erit. itaque veniet quæcunque facile moueri possunt. Aut si quis donauerit res mobiles. comprehenduntur & mouentes, per hunc tex. & l. vnam. §. 1. & ibi glo. in verb. mobilem. ff. si quis ius dicen. non obtempera. & l. fi. de donatio. l. Titia. de solutio. l. si fideiusso. §. si. qui satisfar. cogant. Idem si dede-

rit mouentes, vt etiam mobiles includantur. Idem enim ista significant. l. generali. §. si. ff. de usufruct. lega. l. penul. de vi & vi arma. l. vulgaris. §. certe. de furt. ibi, ex pluribus rebus mouentibus in horreo reclusis. & Iuriconsul. in l. fi. de requirend. reis, sic ait: bona absentis annotata intra annum medio tempore mouentia, si qua sunt, ne aut mora deteriora fiant, aut aliquo modo intereant, venire debere, pretiumque eorum in deposito esse. Et de rebus mobilibus loquitur l. mercis. supra eod. & l. pecuniæ nomine. & l. plebs. §. penul. infra eod.

Quæ omnia limitat hic tex. in fin. nisi appareat defunctum animalia tantum vocasse mouentia: quia tunc ad propriam horum significationem se restringit. quasi dicat, Mouentia sunt, quæ seipsa mouent, vt dixi mobilia, quæ mouentur per alios, vt sunt res inanimatæ. Et hanc differentiam constituit Iuriconsul. in l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudica. vbi primo vocat res mobiles, secundo animalia, quæ proprie dicuntur mouentia. Verum tamen Gallis magis familiaris est appellatio mobilis, quam mouentis. Et appellatione mobilium veniunt quoque mouentia, & econuerso. d. §. in venditione. l. 1. §. illud. & l. 3. §. consequenter. ff. de vi & vi arma. & l. sed si vi. ibidem. l. vim facit. §. quod in nauic. quod vi aut clam: nisi voluntas contraria appareat legis, vel hominis disponentis. d. l. fin. ff. de requir. reis, vt inferius dicitur.

Iuriconsul. Vlpia. interdum vocat bona mobilia. friuola. l. solutum. §. solutam. ff. de pignoratit. actio. Aliis modis sumitur verbum friuola, vt scripti in rub. de friuol. appella. in concordia.

Et alibi friuolus vocat friuolam coniugum iram, & subitam, per quam ad diuortium non est peruentum. l. cum hic status. §. si diuortium. ff. de donatio. inter vir. & vxor.

Mobilia etiam omnia dici possunt, quæ facile sine relictione, peremptione vel deterioratione moueri possunt: alias inter immobilia computantur. per l. Iulianus. in fin. ff. de actio. emp. & l. 1. §. si iusserim. ibi, quæ propter magnitudinem ponderis moueri non possunt. ff. de acquir. possess. Ideoque bombardæ ad ruinationē castri postæ inter immobilia cōputantur: molendina quoque nauibus imposita, necnon vento agitari solita, & alia, nisi manuaria sint, quæ Gallic. *moulin* à bras vocantur: veluti habetur in consuetud. Bitur. no. rubr. *quelles choses sont reputées meubles*. Videte nihilominus do. Andr. Tiraquel. in tract. de vtroque retrac. §. 1. glo. 7. nu. 89. cum seq. in 1. parte.

Torcular etiam affixum domui, quod sine deterioratione remoueri non potest, inter immobilia computatur. l. fundi. ff. de actio. emp. Secus vbi facile moueretur, vt in Montepefulano, quod rotis per ciuitatem vehi solitum est, tunc dicitur mobile, sicut horreum frumentarium, de quo in l. Titius horreum. ff. de acquir. rerum domi. Chassa in consuetud. Burgund. in rub. *des droiſts*. §. 2. gl. *meubles*. Omnia etiam, quæ domui sunt affixa ad perpetuam rei vtilitatem, inter immobilia computantur. l. Iulianus. §. si. cum l. seq. vsque ad l. vereres. ff. de actio. emp. necnon dolia, & alia, quæ non possunt extrahi, nisi rumpantur, immobilia dicuntur. Gallic. dicimus, *ce qui est enclaué & affix en terre, & qui tient à cloſou, & à cheuilles, qu'on ne peut mettre hors sans desſe cer, est immeuble*. per d. §. si. cum l. seq.

Secundo mobiliū appellatione venit pecunia: quia sapius mouetur, nisi ab auaris. §. si vero vniuersa. in arthen. de nupt. colla. 4. ibi, in pecuniis, aut in aliis mobilibus rebus, &c. Et dicitur de rebus, quæ seruado seruari nō possunt glo. in l. interdum. ff. de cōdict. indeb. & in l. 1. §. fuit questitū. vbi las. ad Trebel. & has gl. cōfirmat tex. in l. Iulianus. ff. de

Mouentia sunt, quæ se mouentur.

Friuola, bona mobilia.

Friuolus, coniugum.

Bombardæ & molendina dicuntur inter immobilia.

Torcular an inter immobilia computetur.

Dolia an sint mobilia.

Pecunia est mobili.

Qui lucratur dimidiat partē cōquestū. & pecunia.

Pecunia destinata ad emptionem prædiorum vel reditus dicitur in mobilis.

Lignum ad edificium destinatum inter immobilia computatur.

In annullis & mobilibus pretiosis non habet locum retractus.

Auri nomine non veniunt pecunia numerata.

Fructus mobilium nomine accedunt.

Reditus inter immobilia computantur.

ff. de petit. heredita. sic consuluit Dec. consil. 472. restator. in 1. q. Ob id in hac patria vir, qui lucratur mediam partem mobilium vxoris, prædecedente vxore, lucrabitur mediā partem pecuniæ: nisi esset destinata, vt mutuo daretur. tunc non dicitur mobilis, nec cōputatur inter mobilia. l. si chorus. §. 1. ff. de lega. 3. Franciscus. Curtius consil. 183. præsupponitur. col. 1. in 2. parte. las. consil. 65. spectabilis. col. 2. in 1. volu.

Idem quando esset ad prædiorum emptionem destinata. per l. quid ergo. §. quid ergo. ff. de cōtrar. & vtili actio. tutel. singul. secundū Rom. singul. 103. & Franciscus. Cremen. singul. 59. & Corset. in singul. incipien. pecunia. & Alexand. in l. 1. §. fuit questitum. ff. ad Trebell. Ideoque si dimidia pars pecuniæ dotalis sit destinata ad emptionem prædiorum, maritus non habebit dimidiam partem illius, sed tantam immobilis reputabitur. Et ita seruatur in hac patria.

Idem si fuerit destinata ad emptionem reditus perpetui, vel deposita penes nummularium ad licitum & honestum reditum comparandum: teste Ludouic. Roma. consil. 188. in hac causa. in fin. quia reditus annuus inter immobilia computatur, ff. in seq. dico. Ita quoque lignum destinatum ad edificia computatur inter immobilia: teste Specula. in titul. de fructib. & interesse. §. 1. versic. 3. queritur per l. ligni. §. si lignum. ff. de leg. 3.

Præterea quando conuentum esset, vt pecunia haberetur loco immobilium, tunc conuentio seruanda est, & pecunia loco immobilium habebitur ex hac conuentione. l. iuriscōtum. §. prætor ait. ff. de Paſt. Quæmadmodū in hac patria pacisci solet in matrimoniis, quod dimidia pars dotalis pecuniæ fortietur naturam immobilium, altera naturam mobilium, & hoc sciunt coniugati.

Annuli vero, gemmæ, & alia res pretiosæ comprehenduntur sub mobilium appellatione, regulariter: vt per glo. in c. is cui. de electio. in 6. & in c. 1. de cleric. a. grotan. in 6. Et idem in illis rebus mobilibus pretiosis non habet locum retractus: vt concludit dom. Andreas Tiraquel. in tract. de retract. §. 1. glo. 7. nu. 99. & seq.

Veruntamen notate, quod appellatione auri & argenti non venit pecunia numerata, quæ facta est, vt exponatur ad necessaria & vtilia personæ. l. cum aurum. & l. Quintus. 2. §. 1. ff. de auro & argen. leg. nisi appareat testatorem contrarium sensisse. d. §. 1. vel si testator non aliud aurum, vel argētum haberet: tunc ne legatum sit inutile, comprehenditur etiam pecunia numerata. d. l. Quintus. vbi Bart.

Idem quando ex cōmuni vsu loquendi nos vocaremus pecuniam numeratam argentum, & aurum, veluti communiter in Francia: tunc etiā simpliciter donās argentum, videtur omne argentum donare, & sic pecuniam. argu. l. librorum. §. quod tamen Casius. ff. de lega. 3. nisi expresse diceretur, *argent non monnoyé*, vel si alias id probaretur ex consuetudine patrisfamilias. l. si seruus plurium. ff. de lega. 1. Decius in d. consil. 472.

Adhæc notandum appellatione mobilium venire etiam fructus. l. si. ff. de requir. reis. nisi fuerint pendentes: quia tunc antequam colligantur, pars rei sunt. l. fructus. ff. de rei vindic. imo camenta, lapides, & alia tigna femota à domo, mobilia reputantur: per ea que dixi in l. tigni. supra eod. Sic & pisces in stagno computantur inter immobilia: diuersum est, si capti sunt. l. Rutilia. ff. de contrahen. emptio.

Reditus autē perpetui, vel ad longum tempus, inter immobilia computantur: per tex. in clem. exiui. §. cumque reditus. vbi scripti, de verb. signif. glo. in verb. annonas. l. iubemus nulli. C. de sacro-

sanct. eccles. Secus de momentaneo reditu, vel ad breue tempus: teste Alexand. hic in additio. ad Bar. & Chassa. in consuetud. Burgūd. in rub. *des droiſts*, in glof. *meubles*. Et ita esse à senatu iudicatum refert Aulfre. in stylo parlam. arctio 32. videte que scripti in tract. de consi. redituum, in 2. tomo comment. ad consi. Reg.

Primo scēditur regula, quod mobilium & mouentium appellatio idem significet, cum de contraria testatoris voluntate appareat, vt hic: quæ ex dispositione elici potest, vt plene consuluit Dec. consil. 653. casus. de quo & superius dictum fuit.

Secundo perdit officium, quando mobilia & mouentia in vna & eadem dispositione separatim proferuntur: tunc vnum appellatione alterius non veniet: alioqui superflue vtunque fuisset expressum: per l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. l. si filiusfamil. C. famil. erciscund. l. vna. §. exactio. de rei vxor. actio. l. in rebus. de iure dotiū. l. 2. §. 1. ibi, mobiles autem, vel se mouētes. C. quand. & quib. quart. pars debetur, lib. 10. l. 1. in princ. ff. de adilit. edicto. Vnde si quis separatim vni donaret res mobiles, alteri res mouentes, tunc quoque faciendā esset distinctio, vt superius dictum fuit.

Tertio vitatur, quando loquendi vsus communis esset in contrariū, vt videlicet alio nomine mobilia vocarentur, quam mouentia: tunc enim dispositiones secundum huiusmodi vsum forent interpretandæ, teste loā. And. in additio. ad Specul. in tit. de fructib. §. 1. versic. sed pone. Oldrad. cōsi. 219. refert Dec. cōf. 472. testator. col. 2. in 2. dubio. per e. quanquam. ibi, secundum vocabula, quæ vsus obrinuit. 2. q. 7. & l. librorum. §. quod tamen Casius. ff. de leg. 2. Et Gallicus sermo promittit vtitur verb. *meubles ou mobiliers*, quem ex prædictis intelligetis.

Sed dubitari potest, an appellatione mobilium & immobilium veniant nomina debitorum, & iura. glo. hic arguit, & Perr. Iacob. in sua practica. in libell. de actio. ex testamento. in versic. *questio est notabilis*. Breuis tamen est cōclusio, nomina non contineri: quia nec mobilia, nec immobilia sunt, sed iura sunt incorporalia, quæ nec tangi, nec moueri possunt: quamobrem non mobilia. l. 1. ff. de rerum diuis. & Instit. de reb. corporal. & incorpor. text. expressus in l. quam Tuberonis. §. si. ff. de pecul. ibi, hoc amplius, & nomina debitorū. l. si mihi. de legat. 3. Cum hæc igitur expresse separantur à mobilibus, & immobilibus. d. l. quam Tuberonis. & l. a diuo Pio. ff. de re iudica. facit l. fin. de dona. nomina debitorum erunt species separate. l. 3. ff. pro socio. l. ea. C. famil. ercisc. tum quia nō circumscribuntur loco, sicut alia bona. l. si fideicommissum. §. 1. ff. de iudic. & l. Gaius. de lega. 2. l. questitū. §. 1. de legatis tertio. facit text. in l. ad cum. ibi, tam in nominibus, quam in rebus mouentibus, & c. ff. de donatio. ita consuluit las. in consil. 5. circa. col. 4. volum. 4. versic. 2. pro ista parte. & in lege stipulatio hoc modo, de verbor. obligatio. Summatim differunt hæc iura à mobilibus & immobilibus: substantia, natura, & effectu. Primo quia substantia iurū est indiuisibilis & incorporea, mobilium & immobilium diuisibilis & corporea. Instit. de reb. corporal. & incorporal. & l. seruus. §. incorporales. ff. de acquiren. rer. dom. l. 1. §. quadam. de rer. diuis. Natura mobilium est, vt possideri possint, iurium non itidē. d. §. incorporales. Effectus diuersus est, nempe res mobiles triennio vsucapiuntur. Instit. de vsuca. immobiles longo tēpore. C. de longi temp. præscript. Iura vero sunt perpetua, & non præscribuntur ante 30. annos. l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Dinus in reg. sine possessio. de reg. iur. in 6. Bened. in reper. c. Raynuitius. in verb. cetera bona. nu. 25. de testa. Non veniet igitur nomina debi-

Arestum.

Mobilia & mouentia quando separantur.

Nomina debitorum & iura sub mobilium nomine.

Nomina quorū modo à mobilibus & immobilibus differunt.

torum appellacione mobilia vel immobilium.

Secundo vbi legatur mobilia vni, alteri immobilia, neutri debeantur nomina. l. si chorus. §. i. ff. de lega. 3. testis est hic Alber. & Socin. in tract. obla. libello. 8. q. 6. Cornel. consil. 104. circa primū. col. 3. in 2. vol. quae mobilia nec immobilia sunt.

Pretium domus non debetur ei, cui mobilia & immobilia sunt relicta.

Tertio si legauerit testator vel donauerit vxori suae mobilia, & immobilia, & is condito testamento vendiderit vnam domū, & ante solutionem pretij mortuus ipse fuerit, vxor non habebit illud pretium, nec alia debita. debitum enim appellacione mobilia, & immobilium non continetur. l. Caius. ff. de lega. 2. sic expresse tradit Auffer. in decif. Tholos. q. 315. & Bai. consil. 232. super. in fi. vol. 2. sic consiluit Oldrad. in legato factō à Rege Fracīe de mobilibus. consil. 219. factum tale. quod consilium hic transcribit Alber. idem consilium Decius consil. 237. in casu col. 1. & consil. 474. visō. in 2. d. abio.

Vfructuarius non debetur vsus nominum.

Quarto si testator reliquerit usufructum bonorum mobilia & immobilium vxori, non habebit usufructum nominū: prout consiluit Bal. in propriis terminis. consil. 423. Andre. in 3. vol. Et hoc quando fuit relicta cum adiuncto mobilia & immobilium: secus si bonorum simpliciter. l. si vxori meae. ff. de usufruct. lega. Corne. consil. 183. circa. 1. in fi. vol. 3.

In confiscatione mobilia & immobilia bona non continentur.

Quinto si bona mobilia & immobilia propter delictum sint ex consecradine vel statuto confiscanda, tunc non veniēt nomina: quemadmodum expresse docet Alberic. in 3. parte itator. in qu. 13. item quæro. & Guido Pape in q. 341. supr. & piene Berrand. consil. 34. sententia. in 2. vol. secundū nouam impressionē. Ideo iudices solent dicere, bona talis N. confiscamus, & debita tunc continebuntur.

Sexto si mulier donauerit bona sua mobilia & immobilia in dotē viro suo, non tamen dare censetur nomina debitorū, quæ tertiam efficiunt speciem, vt dictū fuit, hoc docet Guido Pape in decif. Delphi. q. 499. restator, &c.

Obligatio bonorum quæ debita re spectat.

Septimo obligando bona mobilia & immobilia non veniunt nomina debitorum, licet alias veniant sub obligatione bonorum. l. 3. & ibi Bar. C. de hereditaria actio. & l. nomen. C. quæ res pignori obligat. possunt. ita expresse Anto. Negusantius in tract. de pignori. & hypothec. in 1. mēbro 2. partis, num. 8. & seq. Bonorum enim indefinita & simplex appellatio continet etiam iura: vt scripsi in l. bonorum. supra eod.

Debita quæ comprehenduntur bonorum mobilia & immobilium nominis.

Amplia etiam si donauerit bona mobilia, presentia, & futura. Guido Pape consil. 52. factum tale. & in decif. Delphi. q. 201. appellacione. Illa siquidem verba nō possunt huius legis decisionem imutare, quin hæc separata maneat, & veluti tertia species.

Primo limita, cum in instrumento diceretur, Donauit omnia & quaecunque bona, tam mobilia quam immobilia: tunc ratione generalitatis etiam iura veniunt, per l. si legatus. §. i. ff. ad Trebell. Bart. in l. Quintus. §. argēto. de auro & argen. lega. Idem si dixerit, cetera bona, per c. Raynatus. ibi, cetera bona, vbi Bened. de testam. Roma. in l. ad tempus. in fi. ff. de usufructu. vbi dicit, quod si quis accepit emphyteusim pro se, & heredibus, & successoribus quibuscunque, tunc comprehenditur etiam legatarius. nam qui totum dicit, nil excludit. l. a procuratore. C. mada. nisi dicas omnia bona mobilia & immobilia: sed iura non sunt eius speciei: ergo non veniunt. Nisi tanta esset generalitas: vt, dono omnia bona mea mobilia, vel immobilia quaecunque & qualiacunque, & vbi quæque sunt, sine aliqua reservatione, &c. Vel si dixerit omnia & quaecunque bona, siue mobilia, siue immobilia, & alia quaecunque: eo quod in principio vsus est verb. bona, quod

etiam nomina debitorum comprehendit. l. bonorum. vbi dixi, supra eod. licet ea postea diuidat ad faciliorem explanationem in mobilia, & immobilia, tunc non censetur excludere nomina debitorum. Et solent notarij Gallie exprimeret latissime *biens meubles & immeubles. créances debtes & autres droitz*, &c. Vnde putarem ex talibus notariou verbis, Talis donauit bona mobilia & immobilia: non intelligi nomina. Si vero diceret, Donauit omnia bona, siue mobilia siue immobilia, & alia quaecunque: tunc etiam nomina debitorum comprehenderentur, non obstante declaratione & diuisione bonorum postea facta.

Praxis notariorum.

Secundo non procedit, quando nomina essent collocanda inter has duas species. quia tunc si actio contineat rem mobilem, continebitur inter mobilia: si rem immobilem, inter immobilia. l. potest. ff. de author. tutor. vbi actio pro re mobili præscribitur triennio, pro immobili decennio. & ibi Bar. Vnde si instituitur vnus in mobilibus, alter in immobilibus, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, actio pro mobilibus dabitur ei, qui mobilia habet, & alteri actiones pro immobilibus, sius nostrū. ff. de regul. iur. Guido Pape consil. 52. factū tale. col. 2. per glo. solēnem in §. 1. in verb. numerata. in auth. de nō alienan. reb. eccles. col. 2. Bald. d. consil. 423. Ioan. Andr. in additio. ad Specu. in tit. de fructib. §. 1. verfic. sed quid si debeo. glo. in l. 1. C. si aduers. transactio. facit l. si ad resoluen. C. de præd. minor. vbi sicut minor non potest rem immobilem alienare sine decreto, ita nec actionem ad eandem rem cedere. Petr. de bella Pertica. q. 236. Secus in actione, quæ ad rem mobile, quæ seruando seruari non potest, datur, teste Pyrrho in regul. qui actionē. infra titul. proximo. Ita cum maritus præcedente vxore lucratur dimidiā partem bonorum mobilia, & conuersionem immobilium, & è conuerso vxor, tunc quoque nomina inter mobilia computantur: vt docet Ioan. Masuer. in rub. de societa. §. itē nomina. quod non procedit secundum eum, si nomina illa proueniēt ex alienatione rei immobilis. *Car les deniers yssus des heritages, sont réputés immeubles.* Res enim subrogata, &c. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. vt supra scripsi. Limitate tamen, quādo actio cōpeteret ad genus, vel ad quantitatem: quia tunc non computaretur inter mobilia, nec inter immobilia, sed esset tertia species, teste Lappo allega. 92. in Christi, &c. imprimis. in fin. quod paucis notum esse dicit Iacob. in l. 1. C. si aduers. transactio.

Alioquin quando inter mobilia vel immobilia computantur.

Tertio flectitur regula, quando ex cōmuni vsu loquendi actiones veniunt sub mobilibus, vel immobilibus: teste Oldrad. d. consil. 219. factū tale, &c. Feli. in proem. decretal. qui vsus cōmunis probandus esset, vt scripsi in l. creditores. supra eod.

Nomina quando inter mobilia computantur.

Quarto non habet locum, si cōtraria voluntas appareret, vel diuersa ratio: quia mēs est attendenda. l. 3. C. de liber. præte. c. intelligētia. de verb. signi. extra. sic consiluit Decius consil. 481. visis. col. 2. & consil. 461. præfens. Soci. in tract. de oblatio. libell. 8.

Non omitterendum, quod nomina debitorum ex aliquo contractu proueniētia, censentur esse de bonis loci, in quo initus est cōtractus. l. Titium. §. tuores. ff. de administ. tutor. vel illius loci, in quo factūda est solutio. l. quæro. ff. de solutio. l. contraxisse. ff. de actio. & oblig. Vnde si quis habeat nomina debitorum in patria iuris scripti cōtracta, & ibi soluenda, in bonis illius patriæ annumerabuntur: veluti in Anglia cōtracta annumerabuntur inter bona Anglica. text. singul. in §. si vero violator. de pace tenend. & eius violator. secundum Bald. ibi, & Alexand. consil. 16. volum. 1. Lappus allega. 92. imprimis. sic expresse dicit, & plura allegando Albert.

Nomina an censentur ex bonis loci.

Albert. Brunus in tract. de statu. excluden. foemin. artic. 8. q. 26. do. Ioan. le Cirier in tract. de iure primogenituræ, lib. 2. q. 9. Quāuis alias nomina non circumscribantur loco. l. sed & si susceperit. §. fin. ff. de iudic. vt alibi scripsi in consil. Reg.

Apparere quæ de possessore testatoris rem sensisse de immobili libus.

Apparet. Sed quomodo apparere potest? Respōd. si fuerint animalia ab aliis mobilibus separata, ipseque vocauerit animalia mouentia, alia vero, res mobiles: vel id arguimus ex præcedentibus & sequentibus, vt tradit Iuriscōsult. & ibi Accurf. in l. si seruus pluriū. in fin. ff. de testam. vide in l. vrbana familia. infra eod. Potest etiam apparere per testes, instrumenta, & alias species probationis, secundum glo. in c. si à sede. de præb. in 6. Bal. in rub. de proba. scripsi in §. vlt. de nomina. Reg. in cōcord. Franciæ.

IDEM LIB. VIGESIMO DIGEST. Lex nonagesimaquarta.

Verbum REDDENDI quanquam significatum habet retrodandi, recipit tamen & per se dandi significationem.

Reddere duobus accipiatur modis.

Duplicem huius verbi, Reddo, significationem assignat hic text. Prima communi est, vt pro restitutione capiatur, quando retrodatur. declarat Celsus in l. cum quidam. 1. de lega. 1. & Callistr. in l. diuis. 1. in fin. ff. de fals. ibi, si quis duobus heredibus instituit adiecerit, vt si alteruter heres sine liberis decessisset, ei qui superesset, & liberos haberet, hereditas redderetur, vel, &c. & in ferius explicabitur fufius. & pro hoc est text. in l. Labeo. 1. & l. plus est. & lege, restituere. 1. & l. boues. §. inter ac lege, pronuntiatio. §. 1. & l. cum quærebatur. ac l. vlt. eod.

Secundo capitur pro dare, videlicet de nouo: vt si testator vxori mancipia legauerit, & cauerit annulos & vestes eidē vxori ab heredibus reddi: etsi non fuerit vxoris, nihilominus prestari debebunt ex causa legati, quia legatū animo dedidisse videtur: per l. qui vxori. in prin. ff. de auro & argen. legat. facit l. si decē. de verb. oblig. vbi sic dicitur: si decem cum petiero, dari fuero stipulatus, ad monitionem magis quandam, quo celerius reddantur, & quasi sine mora, quam conditionem habet stipulatio.

Pena quantum ad legitimum non prestatur.

Pone quod relicta est legitima filio, quem heres non reddit, id est non præstat vsque ad sententiam, tenetur vterius ad aliam tertiā partem astimatiōnis huius legitima, quæ fuerat in testamento relicta. l. si quis in suo. in princ. C. de inoffic. testam. pena tamen illius legis in hoc Franciæ Regno non seruatur: sed quandoque pars succumbens condemnatur ad multam extraordinariam pro arbitrio iudicam: interdum ad expensas, damna & interesse.

Interdictū reddi.

Item si testator grauauerit heredem reddere Stichum seruum suum, tenetur heres illum dare: quia qui reddere, simul & dare iubetur. l. heres meus. in princip. ff. de lega. 3. idem probatur in l. si vero non remunerandi. §. idem Papinia. ff. manda. ibi, reddendum pretij redderet. & ibi, pretio reddito. & cap. duo sunt. in fi. ibi, decimas reddere. 12. q. 1.

Item vtile interdictum reddi pro dari dicitur, in l. si ff. vt possidet. vbi in princip. dicit reddendum, in fi. dandum, faciunt iura seq. l. hæc autem. in fin. ff. ex quib. caus. in posses. eat. l. 1. §. 1. de itinere actusque priua. Iuriscōs. Vlpian. in l. 1. ff. de inderict. & l. 1. de Salua. interdict. & l. 1. §. sed si is. de noui oper. nuntia. l. 1. §. 1. de itinere actusque priua. & l. fin. ibi, redditur præiudicium. ff. si liber. ingen. esse dica. l. fideiusor. §. creditor. de nego. gest. ibi, iudicium reddetur. l. 1. §. quia. quorum legator. l. 4. de vi & vi arma. l. Lucio. in fin. de aqua quotidiana. l. penul. ibi,

interdicto reddito absoluetur. arbor. furtim caesar. & Imperator in l. cum etiam. C. de reb. credit. cap. quid dicam. 14. q. 4. Ideo si testator iusserit reddi centum, quæ debebat Titio, licet nihil debuerit, nihilominus legatum præstabitur. l. Lucius. §. 1. ff. de lega. 3. l. Lucius. §. quisquis. 2. de legat. 2. & actio in heredes non est reddenda. l. item apud. §. si quis Astrologus. ff. de iniur. Et vtrum prius in eum actio reddi, quam in fideiusorem debeat. l. Imperator. §. 1. ff. ad municipal. Et eodem loco pena reddita sit, quo latrones homicidia fecissent, l. capitalium. §. famosos. ff. de poenis. l. Titius. de procurator.

Reddi dicitur pro dari, vel prestari.

Nam qui repetit, petit: qui reddit, dat, vt in d. l. heres meus. Ideoque sustinetur libellus, si quis petat sibi reddi decem, quæ fuere sibi legata in testamento. Bald. in l. cum etiam. C. de reb. credit. post Alber. hic, per legē si. in fi. ff. de custo. reo. ibi, quod si fugitium domino reddēdum perdidit, si facultates habeat, domino pretium reddere inberet.

Aliquando & regulariter, retrodandi significationem habet, id est restituendi. l. statuliberos. §. sed si argento. ibi, non enim videtur dedisse, sed magis reddidisse. & l. Stichum. §. si heres. ibi, quia reddere eam magis, quam dare videtur. ff. de statuliber. l. quod si possessor. ibi, euicta hereditate legata reddi. ff. de petitorio. heredit. & §. 1. l. si quis dicit. cum l. seq. de manumissio. l. apud. §. quod si is. de doli exceptio. l. dolo facit, qui petit, quod redditorus est. ibidem. l. qui Romæ. §. 1. de verb. oblig. l. si cum aurum. de solutio. & l. si cum Cornelius. ibid. l. itaq. ibi, nam qui non habet quod reddat, eius periculo nihil est. l. itaque. ff. de furt. l. falsus. §. qui alienum. ibidem. l. aut damnum. in fin. de poenis. §. in seruorum. ibidem. l. si astimatis. ff. solut. matrim. l. fin. de seruis fugiti. l. seruus. de poenis. §. qui alienum. de contrahen. empr. l. si quis rerum. & l. si rem mobilem. de acquir. posses. & l. si non. §. penul. de bonis authorita. iudic. possid. l. ex his. quæ in fraud. creditor. l. omnes. in fi. ibidem. l. 1. soluto matrim. l. cum pater. §. fidei tuæ cōmitto. in fi. ibi, quoniam reddi potius videtur, quam dari. de leg. 2. & ibi gl. adducit alia iura huc pertinētia. & in l. 1. §. eleganter. de pos. ibi, aliud est reddere, aliud quasi de suo dare. & §. si. ibidem. l. 1. & per totū, si plus quam per legē Falcid. l. fin. verfic. quæ ita de sponsalib. & arhis. & l. 2. de libert. & eor. liber. l. damni. 3. in fin. ff. de damno infecto. l. si alienā. §. si. de dona. caus. mort. & l. si mortis. 2. ibidem. l. penult. §. 1. soluto matrimo. l. si tibi area, de præscript. verb. Etiam si quis scipius accipiat, & reddat, dicitur retrodare. l. si quis duos. ff. de solutio. videte quæ dixi in l. mulieris. §. abesse. supra eodem.

Interdum Iuriscōsultus ad vberiorē elucidationem dicit retrodare, & retro reddere. in l. si quis duos. ff. de solutio.

Reddere pignus.

Item pro eodē, videlicet restituere, dicit pignus reddere. l. diuortio. §. illum autem non credimus teneri, qui gerit negotia debitoris, ad reddendum pignus, cum pecunia ei debeatur, nec fuerit quod sibi possit exoluere. ff. de nego. gest. l. creditor. in 1. de pignora. actio. lege, si quis vxori. §. cum creditorem. ibi, pignus nō reddit. de furt. Et reddere sumptus litis, in lege, cum quem. ibi, viatica litisq. sumptus reddere oportebit. ff. de iudic.

Reddere sumptus. Reddere usufructu pecunia.

Item in stipulatione de reddendo usufructu pecuniarum, duo soli casus interponuntur, mortis, & capitis deminutionis. l. in stipulatione. ff. de usufruct. ear. rerum.

Reddere pro agere.

Tertio reddere accipitur pro agere, seu profectui: vt in rubr. an per aliū caus. appellacionis reddi possint. iuncta lege prima, ibi, per procuratorem agi non licet hæc. in fine illius legis sic dicitur: & generaliter quæ causa per alium reddi non potest, eius

eius nec appellationem per alium agi oportet. vbi quod semel dixerat reddi, postea vero agi vitur, facit l. si ff. si tutor vel curat. & lex, Lucius. de appel. & lex, vna. C. si pendente appella. mors interuenit.

Pro allegare.

Quarto reddere est allegare, dicere. l. 3. in fi. ibi, quid ergo si certam appellandi causam dixerit, an liceat ei discedere ab hac, & aliam causam allegare? & postea dicit, puto tamen, cum semel prouocauerit, esse ei facultatem in agendo, etiam aliam causam reddere. ff. de appella. vbi quod semel dixerat allegare, postea dicit reddere. facit lex vlti. in fine, ibidem. ibi, debuisse causas appellationis reddere. Et absens reus eius absentia per procuratorem reddere potest. l. absens. de procura.

Ratio reddatur.

Quinto redditur ratio, id est assignatur. l. quod ait lex. §. quare. ibi, illa ratio redditur. ff. de adulter. l. 2. §. 1. ibi, vtriusque legis reddit ratione. de noxal.

Literas reddere.

Sexto reddere literas, pro tradere, vel prestare. lege, si epistolam misero, non erit ea tua, antequam tibi reddita fuerit. & postea dicit, tradidero. ff. de acquir. rer. domin. & l. qui nomine pratoris literas falsas reddidisse, edictumve pratoris falsum proposuisse dicitur, in factum poenali tenetur, quaquam lege Cornelia reus sit. ff. de fall.

Tutela reddere.

Septimo reddere tutelam, est tutela rationem prestare, & reliqua. l. 2. §. legis. ibi, eum qui tutelam reddenda causa Romae esset euocatus. ff. de iudic. scripti plene in l. boues. §. inter. supra eod.

Reddere debitum.

Octauo reddere debitum, pro soluere capitur: vt si creditores heredem suspectum putent, satisfactionem exigere possunt pro suo debito reddendo. l. si creditores. ff. de priuileg. creditor. vel vt debitum reddatur, id est soluat. l. cum indebitum. §. fin. ibi, creditor vt procuratori suo debitum redderet, debitori mandauit. ff. de conditio. indeb. nam quod semel creditor debitori presterat, ei redditur.

Ius reddere.

Nono ius reddere dicitur iudex, pro dicere, administrare, exercere, decernere. l. penul. ff. de iustit. & iure. ibi, prator quoque ius reddere dicitur, etiam cum inique decernit. & l. 2. §. eodem tempore & magistratus iura reddebant, & vt scirent ciues, quod ius de quaque re quisque diciturus esset, seque primum edicta proponerent. & §. post originem. ibi, parum est enim ius in ciuitate esse, nisi sint qui iura reddere possint. ff. de orig. iuris. l. obseruandum. de offic. praesid. l. in fin. de diuers. & temporal. de scriptis.

Debitum uxori reddere.

Decimo ius canonicum appellat reddere debitum coniugale uxori, id est ea cognoscere, & cum ea commisceri. c. fi. de eo qui cogno. consanguin. uxoris suae. & alibi saepius, vt dicat in titul. de verb. signific. in decretal. dum per aetatem liceat.

Reddere quando pro reuel im proprie accipitur.

Vndecimo pro concipere, dare. l. cum Aquiliana stipulatio interponitur, quae ex consensu redditur, lites de quibus non est cogitatum, in suo statu retinentur. ff. de transactio.

Et insert gloss. hic, quod dum reddere accipitur pro dare, improprie ponitur: & sic non habet locum in statutis, per l. 1. §. eleganter. ff. de pos. ibi, aliud est reddere, aliud quasi de suo dare. l. cum pater. §. fidei tuae commito. ff. de leg. 2. Sed illa iura non obstant, aliud enim est dare de suo, aliud depositum reddere. nam dum reddere ibi ponitur ad differentiationem dandi, differt. & in d. §. fidei tuae commito. ar non dicitur ibi, quod improprie loquatur: quippe verbum vnum etiam proprie potest habere duo significata, vt hoc verbum reddo. Igitur dicerem verbum reddere etiam dandi significationem habere, & proprie: cum iurisconsulti. sic dicat, Per se dandi significationem habet: ergo non improprie. Iurisconsultus enim si quid improprie loquutus fuerit, exprimit hoc per abusionem fieri: alias pro-

prio loqui intelligendus est. Cum igitur text. hic dicat, per se, intelligemus proprie: & dum dicit, recipit. Itaque significatio haec comprehenditur etiam in statutis odiosis, dum subiecta non refragetur materia, vel nisi diuersa ratio assignaretur. Idem de aliis ferè verbis infra descriptis: quorum significatio pro simplici ponatur, necne, pro subiecta materia iudicabitur. Ex re ergo intelligitur, vt scripsi in l. saepe. supra eod. & facit l. debitoribus. ff. de re iudica. vbi si referatur ad eum, qui mutuum suscepit, & postea facetur, capitur pro retro dare: si ad eum, qui promissit, pro dare. Et per ista cessant multa iactata per doct. in rubr. ff. soluto matrim.

Recipere.

Sequuntur verba quadam similia, affinem quandam iterationem significantia, & interdum pro simplicibus vsurpata: vt recipere, iterum capere. l. sed si vi armata deiectus es, sicut ipsum fundum recepisses, etiam si vi, aut precario, aut clam eum possideres, ita res quoque mobiles omnimodo recipies. ff. de vi & vi arma. l. 3. C. soluto matrim. l. 2. ff. si certum petat. l. 1. §. mutui. de actio. & obliga. Tamen Iurisconsultus quandoque dicit, rursus accipere. l. postliminium. ff. de captiuis. De hoc verb. plene scripsi in l. qui fundum. infr. eod.

Remittere.

Ita verbum remittere est iterum mittere. l. 3. §. si quis eum. ibi, posteaquam semel remisit. de liber. homin. exhib. & Gallic. dicimus remouere. de quo in l. inter. §. 1. infra eod.

Remearere.

Remearere, id est retro meare, id est reuerti, & redire. l. etiam ea. infra eod.

Recurrere.

Idem in verb. recurrere. l. fi. C. soluto matrimo. ibi, quoad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. l. fi. §. 2. ff. de administra. rer. ad ciuit. pertinen. ibi, cum possint ad authores suos recurrere, quasi iterato cursu ire.

Rescribere.

Rescribere, iterum scribere: vt not. doct. in rubr. de rescript. & in l. de diuers. rescrip. & in pragma. sanct. scripsi in tract. de rescrip. & liter. Reg. in 2. tomo commeta. in consit. Reg. Gallic. Veruntamen aliquando rescriptum pro scripto simplici capitur secundum quosdam, in l. a diuo Pio. in princip. ff. de re iudica.

Redigere.

Redigere est perducere, & vi quadam vel industria ad aliquid ducere: vt docet Spiegel & refertur interdum ad personas, vt in l. & pubes. ibi, in potestatem eius redigi. ff. de adoptio. & l. sed si hac. §. liberos. ibi, sed & si per poenam deportationis ad peregrinitatem redactus sit patronus. ff. de in ius voca. Inuiti filij naturales non rediguntur in patriam potestatem. l. fi. de his qui sunt sui vel alieni iuris. in l. quod ait. de adulter. l. qui cum vno. §. grauius. ibi, nam & qui olim ad edictum non respondebant, vt proditores libertatis in seruitutem redigebantur. ff. de re militar. l. de poenis.

Alias refertur ad res: vt compromissum ad similitudinem iudiciorum redigitur. l. 1. ff. de arbit. Rediguntur igitur ad heredem per hoc interdictum ea, quae legatorum nomine possidentur. l. 1. §. rediguntur. ff. quor. legator. l. si societatem. §. fin. ibi, ad viri boni arbitratu redigi debeat. ff. pro socio. l. interdum. 2. §. qui tutelam. de furt. ibi, in potestatem suam redigere rem furtiuam. Et summa redigenda est ad id, quod est minimum. l. semper in stipulationibus. de regu. iuris. ff. Et ad id quod actum est, interpretationem redigenda censet rex. in l. Nepos. infr. eo.

Secundo redigere si ablatiuo iungatur, capitur pro reducere, extrahere, vel elicere. l. 2. ibi, ex ceteris pecuniam suam redigere possit. ff. qui potior. in pignor. habeant. l. 2. in fi. de curator. bonis dand. l. ex senatusconsulto. ff. de vi priuata.

Inde redacti dicimus, sic redacti & extractum, in l. debitor. ff. de neg. gest. ibi, impendi decem, deinde redacta ex venditione rei hereditariae centum in

Redacta pecunia.

in arca reposui. Iurisc. declarat redactam pecuniam non solum si iam exacta sit, verum & si exigi potuit, nec exacta est: & hoc quoad illum titulum de petit. heredit. ff. l. si possessor. §. 1. & nummus redactus ex re furtiua non est furtiuus. l. qui vas. in fi. ff. de furt.

Tertio redigendi sunt in numero materiae. l. pali. infra eod. vel reducendi.

Quarto redigere fructus, id est recolligere. l. is cui. §. qui legatorum. ibi, & ratio quidem est heredem colere agros, ac posse fructus redigere. ff. vt in possess. legator. l. vim facit. ff. de vi & vi arma.

Quinto redigere in testatu, id est in scripturam reducere. l. 1. §. recte. ff. vstru. quemadmod. caueat. ibi, recte (inquit) facient & heres & legatarius, qualis res sit, cum frui incipit legatarius, si in testatum redegerint, vt inde possit apparere, an & quantum rem peiorem legatarius fecerit.

Redire.

Redire, quasi retro ire, vel iterum. Gallic. dicimus retourner. Et refertur tam ad res, quam ad personas. l. litigatores icerint, mox ad eundem arbitrum redierint. ff. de arbit. l. sequitur. §. quod autem. & l. Labeo. vbi declaratur, quando res dicatur in potestatem domini rediisse. & in l. non solum. §. si dominus. ff. de vsucapio. facit l. si colonus. de acqui. possess. l. ex facto. in magna. ibi, ituras & redituras. in fi. de hered. infr. l. 3. §. ite feras. ff. de acqui. possess. l. 1. §. ripa. de fluminib. c. statutum. §. pro ferendo. ibi, veniendo, stando & redeundo. de rescript. in 6. l. seruus. ff. de actio. & obliga. l. si sine. in fin. rem ratam haberi. Et rediit res ad intestati exitu. l. filium. §. 1. ff. de bonor. possess. contra tabul. Er redire bona ad nos tunc dicuntur, quando semel nostra fuerit, vel a nobis possessa: quod probat l. naturalem. §. ceruos. ff. de acqui. rer. domin. & l. si mater. §. eandem. de exceptio. rei iudica.

Item redire is dicitur, qui fuit alius in illo loco, & postea ad eundem reuertitur. l. ex maleficiis. §. ideo autem id ita receptum est, quia plerumque homines eo animo proficiuntur, quasi statim redituri. ff. de actio. & oblig. l. fin. ff. de offic. procurat. Caesar. ibi, deinde neque redire cuiquam possunt permittere. l. postliminium. §. postliminio rediisse videtur, cum fines nostros intrauerit. de capt. Et qui ad tempus relegatus est, si redeat, in insulam relegetur. l. capitaliu. §. in exilibus. ff. de poenis. Expulsus hostibus ex agris, quos ceperant, dominia eorum agrorum ad priores dominos redire ait Iuriscos. in l. si captiuus. §. 1. ff. de capt. l. si. de vsufruct. eorum rerum. ibi, cum pecunia erat relicta Titio, ita vt post mortem legatarius ad Meuium rediret. Et sic ad proprietatem refertur.

Item dos a patre profecta, si in matrimonio mulier filiafamil. decesserit, ad patrem redire debet. l. dos. C. soluto mari. Et dos ad ius suum redire dicitur, in l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis. Interdum Iuriscos. dicit retro redierat, in l. si ex pagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aquil.

Capitur etiam pro ire, si glo. credamus in l. exigere dotem. in fin. ibi, in cuius domicilium & ipsa mulier per conditionem matrimonij erat reditura. ff. de iudic. vbi glo. exponit, id est iura: quia sequitur mulier forom viri. l. cum quadam. de iurisdic. omnium iudic. ff. Sed ego exponere reditura proprie pro reuersura: quod videlicet mulier ad suum pristinum domicilium est reuersura per conditionem matrimonij, si separatum fuerit.

Idem in verb. redhibendi. Redhibere enim est facere, vt rursus habeat venditor, quod habuerat: & quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitio est appellata, quasi redditio. l. redhibere. ff. de adilit. edict. Qui venditori suo redhibet rem, non videtur iudicij mutandi causa facta alienare. l. ex hoc edicto.

Declaratur l. exigere dotem. Redhibere.

§. si. de alienario. iudic. mutand. caus. fac. Et venditionis resolutio redhibitio est. l. Pöponius. §. praeterea. ff. de acq. poss. l. si hominē. de vsucap. l. si iustam. de exceptio. Diciturque redhibitio quaedam in integrum restitut. l. cum autē. §. 1. ff. de adilit. edicto. Et redhibitus, id est rehatitus, redditus. Seruus in eius caput, a quo distractus est, non torquebitur in memoriam prioris dominij, l. vnus. §. seruus. ff. de quaestio. Etiam si redhibitus fuerit seruus in caput emptoris, non torquebitur. l. etiam. ibidem. Redhibita res. in l. si possessor. §. ait senatus. ff. de petitorio. heredita. Redhibiturus. l. item Mela. §. in eo homine, quē tibi redhibiturus essem. ff. ad leg. Aquil.

Actio redhibitoria ex exceptio.

Actio redhibitoria est, quae datur emptori serui, vel animalis vitiosi contra venditorem, vt illud animal venditum redhibeat, id est rehatbeat, & venditor emptori pecuniam restituat. l. 1. & per totum, ff. de adilit. edic. l. diuortio. §. illi. de nego. gest.

Exceptio quasi redhibitoria opponitur agenti venditori de pretio, si seruus redhibitus fuerit, vel redhiberi petatur. per text. in l. pure. §. si seruus. ff. de doli exceptio. qui text. est singularis in iure loquens de hac exceptione redhibitoria.

Referre.

Simile videmus in verb. referre, vt interdum significet retroferre. l. si vt certo. §. si de me. ff. commoda. ibi, argentum domi referre non possem. Alias pro simplici ponitur, nec non aliis multis modis, quos scripsi in l. detestatio. §. serui. supra eod. & Iuriscos. in l. item illa. §. 1. ff. de constit. pecunia. dicit, rertorsum se hac actio refert.

Reducere.

Idem in verb. reducere. l. qui mittuntur, vt milites ducerent, aut reducerent. ff. ex quib. caus. maior. l. fi. C. de libertis & eorum liberis. ibi, liberi ad seruitutis nexum proculdubio reducuntur, id est retro ducentur. l. si vxor. §. sed si qua. ff. de adulter. iuncta l. si quis adulterium. ibidem. plene scripsi in l. qui neque. supra eod.

Refugere Refuga.

Refugere, retro fugere. c. fi. in fi. 3. q. 5. Et refuga, qui dominum refugit. l. aut damnus. §. quique refuga ex opere metalli in metallum damnantur. ff. de poenis. & in §. qui quis. ibidem, dicitur refugit. l. milites agrum. §. eius fugam. ibi, quia custodiae refuga, non desertor militiae est. ff. de re militar.

Refugium.

Inde refugium, locus ad quem confugitur. l. 1. §. quod autem prator. ff. de seruis fugit. ibi, refugium abscondendi causa seruo prestare. Et domus est tutissimum cuique refugium, atque receptaculum. l. plerique. ff. de in ius vocand.

Repignere.

Repignere est rem pignoratam luere, & redimere. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. ibi, rem tibi dedi, vt creditor tuo pignori dares: dedisti, non repignoras, vt mihi reddas: Labeo ait commodari actionem locum habere.

Reponere.

Reponere, iterum in suo loco ponere, vel in obligatione. l. sequitur. §. ideoque. ff. de vsucapio. vbi sic habetur: ideoque si seruus meus rem mihi surripuerit, deinde eandem suo loco reponat, poterit vsucapi, quasi in potestatem meam redierit, &c. Illud verum est, si ex facto debitoris metum adhibentis fideiussores acceptatione liberati sunt, etiam aduersus fideiussores agi posse, vt se reponant in obligationem. ff. quod met. caus. l. omnino. de impens. in rebus dotal. fact. Er Labeo etiam eam arborem recte dici putat, quae subuersa a radicibus etiam nunc reponi potest, id est restitui. l. penul. ff. arbor. furt. causa. l. 2. §. item Varus. ff. de aqua pluuiua arcend.

Reuertit.

Aliquando reponere pro deponere capitur. in l. 1. §. is quoque apud quem rem aliquam reponimus. re nobis tenetur. ff. de actio. & obliga.

Reuertit ab hostibus dicitur, qui semel captus redit ad eum locum, a quo discesserat. in rubr. ff. de capti. & postlim. reuert. per totu. titu. l. legatus. 2. de legatio.

legatio. ibi, si quis in munere legationis, antequam ad patriam reuenteretur, decefferit, sumptus, qui proficiscenti dari sunt, non restituntur. l. i. §. idcirco. de vi & viarma. Et charissimi me cum primitiuum feruum, qui homicidium in se coningere metu ad dominum reuertendi suspectus esset, falsa demonstratione dānasti. l. i. §. si quis vltro. ff. de quaest. l. 2. de nundinis. Et eius, qui ab hostibus captus est, bona venire non possunt, quandiu reuertatur. l. si. ff. de priuileg. creditor.

Et reuerti bona dicuntur, quae cum deserint aliquid esse, ad eundem redeunt. text. in l. inter stipulantes. §. sacra. ibi, in priuatis vsus reuerti. ff. de verb. oblig. l. i. vbi Decius nu. r. C. de pact. l. si vnquam. in verb. reuertatur. de reuocand. donatio. Bar. in l. quisquis. de omni agro deserto. libr. r. l. si vsusfructus mihi. §. i. ff. vsusfruct. quemadmod. caueat. l. 3. §. penul. ibi, ad proprietatem reuerti. de vsufruct. l. naturalem. §. ceruos. de acquir. rer. domin. l. si rem mobilem. in si. cum l. seq. de acquir. possess. l. semper. §. si quis reipublica causa abfuisse, deinde reuertus. ff. quod vi aut clam. & l. eos. cum l. seq. l. in bello. & l. cum duar. & per totum. ff. de captiuis. Verbum reuertatur commune est. doct. in l. centurio. ff. de vulga. & in d. l. si vnquam.

Repedare. Repedare fere idē, quod redire, reuerti. l. si quis ex grege. C. de cohorta. lib. 12. ibi, aut si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare. & non inueni apud Iuriconsult.

Recedere. Recedere, quasi retro cedere, discedere. l. 3. §. is qui nescit. ibi, recedendum erit ab hoc interdicto. ff. de liber. homi. exhibend.

Recido. Recido, recidi, recasum, & recasurus, pro iterū cadere: veluti cum dicimus, fieri potest pupillaris substitutio impuberi, si non sit recasurus in patris potestate. l. 2. ff. de vulgari. §. i. de pupilla. in Insti. l. siue contra. §. i. de liber. agnoscent. l. nepotes. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

Aliquando tamen recidit, capitur pro accidit: vt in lege, si stipuler. §. i. ff. de verborum obligatio. ibi, vt recidit in sorore adoptiua. de his plura dixi in l. sylua. §. glans cadaua. supra cod.

Retrahere. Retrahere, iterū ad se trahere. Nempe consanguineus rem a consanguineo venditam iterum ad suam, & primam familiam trahit. L. enit. 25. Vnde vocamus ius retractus illud ius, quod cōpetit consanguineo ad rehabendam & redimendam rem venditam extraneo a suo consanguineo. l. dudum. C. de contrah. emptio. c. constitutus. de in integrum resti. Et hanc materiam amplissime tractauit D. Andr. Tiraquel. in suo tract. de vtroque retractu.

Adhuc Iuriconsul. ait, agros reipublica retrahere curatorem ciuitatis debere, licet a bona fide emptoribus possideantur, in l. si. §. item rescripturunt. ff. de administra. rer. ad ciuita. pertinen. facit l. in fraudem. §. a debitore. de iure fisci. l. 2. C. si maior factus. l. si ex plagis. §. in ciuio. ff. ad legē Aquil. Et a debitore fisci in fraudē datas libertates retrahi placuit. l. in fraudem. §. a debitore. ff. de iure fisci.

Retractare. Retractare, quasi iterum tractare, examinare & discutere. l. 2. de collus. detegend. verfic. sicubi plane artas eius, cuius retractatur collusio, differendam retractationem in tempus pubertatis vel alterius rei suadeat, quinquennium non currere dicendum est. quinquennium autē non ad perficiendum retractationem, sed ad inchoandum puto praefinitum. & l. vlti. ibidem. facit l. aut priuari. §. abolitione autem publica facta non retractabitur in iudicio repetendo de mariti iure. ad Turpil. quamuis glo. exponat ibi pro auferatur. sed non videtur conuenire. l. eius. §. plane. de iure fisci. l. i. ff. ne de statu defunctorum.

Interdum pro rescindere, reuocare. l. nō solum. §. item ait. ff. de procurator. ibi, ne reuertus ille velit retractare, quod actum est. & l. si dolo: de dolo. l. quod autē. §. si vxor. de donatio. inter vir. & vxor. l. Pompo. §. ex facto. de acquir. possess. l. quo enim. §. vlt. rem ratam haberi. ibi, nam qualiterunque quis eundem actum retractet, qui a procuratore actus est, committi stipulationem oportet.

Regredior, id est pedem refero, reuortor. l. serui. §. si. ibi, qui in potestatem domini non regressum bona fide possidere coeperit. ff. de furt. l. 3. ff. si famul. furtum fecisse dicar. ibi, ad quem par non nunquam regressus est, &c. Ratio publicandorum seruorum est, vt sine villo metu verum dicant: & ne dum timeant se in reorū potestatem regressuros, obdurent in questione. l. si postulauerit. §. alienum seruum. ff. de adulter. l. ordine decurionum ad tempus motus & in ordinē regressus, ad honores exemplo relegati tanto tempore non admittitur. ff. ad municipal.

Reuocare pro retractare, rescindere. l. quod ius sit. ff. de iudic. vbi abunde scripsi.

Reuocare testes, quod recolere dicimus, & cum elogio mittere reum, id est cum oneribus & informationibus. Budæ. in annota. primis. facit text. in l. diuus. 2. ff. de custod. reor.

Reuocare domum, in l. 2. §. legatis. ff. de iudic. ibi, reuocandi domum suam ius datur. & ibi accipitur pro remittere, quod vulgo dicimus *renoyer*, vt non teneantur respondere in loco legationis, sed domum remitti debeant.

Reuocare, retrahere, auferre. l. denique non esse praestandas vsuras, cum pecunia reuocatur. ff. de iure fisci. Et reuocata pecunia, in l. seq. iuncta. l. de ferre. in fin. ibidem.

Recuperare est pristinum ius recipere. l. postliminium. ff. de captiuis. dixi in l. si cum nulla. ff. de re iudica.

Inde vocatur interdictum recuperandae possessionis, quod datur pro amissa possessione repetenda, & rehabenda. §. recuperandae. de interdict. in Insti. loquitur l. i. & per totum. ff. de vi & viarma. & in rub. C. vnde vi. & in rubr. de resti. spoliator. in iure canonico.

Recuperari interdum etiā dicitur id, quod nobis erat debitum, licet nunquā antea habuerimus. in l. cum possessor. in princip. ff. de censib. ibi, tamen est fiscus pecuniam suam recuperauerit.

Idem in verb. restituere, vt scripsi in l. restituere. & l. cum praetor. supra eo. licet interdum pro dare, praestareve capiatur. in l. 2. ibi, his qui nō gratuitam legationem susceperunt, restituantur. ff. de legatio. Quod legatiū declarat text. in l. munerū. §. legati. ff. de munerib. sic dicens: legati quoq; qui ad sacrum Principis mittuntur, quia viaticum (quod legatium dicitur) interdum solent accipere. facit lege quod si in diem. in principio. ff. de petitione heredita.

Relegere, iterū legere. l. cognoscere. supra cod. vbi plene scripsi.

Retradatur, id est iterum tradatur. l. metum. in magna. §. ex hoc edicto restitutio talis facienda est in integrum officio iudicis, vt si per vim res tradita est, retradatur. ff. quod met. cau.

Reintegretur obligatio. l. illud. ff. quod met. cau. ibi, vt in tua persona reintegretur obligatio, id est renouetur, restituitur. Reintegretur matrimonium, id est reconciliatur. l. cū maritus. §. i. de pact. dotal. vbi nūc vno, mox altero verbo vtitur. l. reintegrato. rerum amotar. Reintegretur seruitus, id est restituitur, restituitur. l. si maritus. de fund. dotali. vbi quod prius dixerat restituitur, postea reintegratur, & demum restituitur.

Repra

Repraesentare, iterum praesentare, seu praesentem exhibere denuo. l. 3. §. Iulianus. ff. de liber. exhib. vbi in l. i. dicitur interdictum de liberis exhibendis dari contra eum, qui filium meū detinet, vt exhibeat, & praesentet: postea si illum filiū exhibuit velim ducere, competit mihi interdictū de liberis deducendis aduersus eum, qui filiū defendit. d. l. 3. §. hoc autem interdictum. & postea subiicit Iuriconsultus: quod si moueatur questio de filio ducendo, si impubes sit filius, & pater exploratae fidei, differre oportet rem in tempus pubertatis: sed si is qui se patre dicit, est notē auctoritatis, filium vsque in diem litis impuberē apud se habeat: si vero is, qui controuersia facit, sit humilis, calumniator, notaque nequitia, repraesentanda cognitio est. id est iudici iterum praesentanda, vt breui decidatur, & non differatur. & gl. ibi in d. §. Iulianus. exponit repraesentari, id est statim terminari, & quasi accelerari. Sed ego proprius dice rem iterum praesentari. nam primo is, qui possidet illum filium, exhibere debet, per primam partem tituli de liber. exhib. Secundo si is, qui motet controuersiam, sit calumniator, iterum praesentabitur, scilicet cognitio illius filij: quae celeriter terminabitur, ne calumniator, si differretur cognitio, calumniam super calumniam adderet, vt dicam in intellectu ad illum legem. Vnde solēt obligari fideiussores de repraesentando reum in iudicio. l. sancimus. C. de fideiuss. & mandatorib.

Alias repraesentare est ostendere: vt culpa dolo proxima dolum repraesentat. l. i. §. non autem. ff. si quis testam. liber esse iustus fuer. & in idem fere recidit. l. penul. §. penul. ff. de iuris & facti ignor. ibi, quod totum aliena libertatis gloriam repraesentet. l. aut facta. §. non enim. de pennis.

Interdum repraesentare, est praesenti die pecuniam in diem debitam exhibere, & soluere, quasi ante diem praesentare, & soluere, vel ad praesens afferre. Inde Iuriconsul. vocat illam pecuniam repraesentatam, id est ante diem solutam, in l. cum hi. §. eam transactionē oratio improbat, quae idcirco fit, vt quis repraesentatā pecuniā consumat. ff. de transactio. Inde commodum repraesentationis dicitur illud commodum, quod aliquis habet ex eo quod praesenti pecunia soluitur id, quod in diem, vel sub conditione deberet. l. ait praetor. §. si cum in diem deberet mihi fraudator, praesens soluerit, dicendum est in eo, quod sensi commodū in repraesentatione, in factum actioni locum fore. ff. quae in fraud. credit. Vnde si quis in diem vel sub conditione debitū debitori pure legauerit, vile est legatum propter repraesentationem. §. si quis debitori. vers. quod si in diē. de lega. in Inst. l. 2. §. idem querit. ff. de dote preleg. ibi, quero an commoda repraesentationis, &c. De comodo repraesentationis vide etiam, quae proxime dicā.

Repraesentare etiam est referre: vt filius repraesentat personam patris sui. Vel commodum repraesentationis est, quando patre mortuo filius subintrat locum patris, & in locum patris sui sic cedit: sicq; filius repraesentat patrem. de quo text. in §. cum filius. de heredita. quae ab intesta. defer. & §. si autem. & §. huiusmodi. in athen. de here. ab intesta. venien. colla. 9. Quae repraesentatio quandoque per consuetudines aufertur, & tunc is qui est prior succedit.

Nonnunquam accipitur pro reddere, vel dare: vt repraesentare mercedē pro opera. l. si constanter. §. quotiens. ibi, deducto commodi medij temporeis condemnationis residui repraesentatur. ff. sol. matrim. & ibi, nec ferenda est mulier, si dicat se magis velle dilationem pati, quam in repraesentatione deductionem in solutione, & praestatione.

Repraesentare quoque est approbare, vallare, munire. athen. hoc amplius. vbi glo. C. de fideicommiss. vbi sic habetur: hoc amplius & qui defuncti iudicium lege repraesentatum monitus a iudice intra annum non implet, &c.

Relegare, iterum legare. l. 3. §. idem Papinia. ff. quib. mod. vsusfruct. amitta. ibi, in repetitione autem vsusfructus non totum, sed partem Titio relegasset. Interdum relegare est in exilium mittere. vnde relegati, exules. de quibus in rub. ff. de interdict. & relega. Est quoque differentia inter relegatum & deportatum. de quibus in l. relegatorum. ibidem, & in §. cum autem. vbi gl. quib. mod. ius patriae potesta. soluitur. in Insti.

Resumere, iterum sumere. l. 3. §. penul. ff. quib. mod. vsusfruct. amitta. ibi, neque enim potest dici eo momento, quo quis amittit vsusfructum, & resumit. Et hoc verbo vtitur frequenter dialectici, qui si resumere argumenta nesciant, dialectici nomen habere non merentur.

Renascitur actio, id est rursus nascitur. l. & si forte. ff. si seruit. vindice. ibi, reuocetur tibi vindicatio. videre tex. in l. diuortio. §. si vir. ff. sol. matrim. ibi, vt lapis ibi renascatur. dixi in l. sylua. supra eo.

Reposcebat. l. si ex plagis. §. i. ff. ad legem Aquil. ibi, lucernam reposcebat. pro petere, seu iterum petere, quod nostrum est. l. creditores. de vi priua. l. extat. quod met. cau. ibi, per iudicem reposcit, id est coram iudice petit.

Remanere, iterum manere. l. postliminij ins. circa. si. ibi, & ideo Marco Attilio Regulo, quem Carthaginenses Romam miserunt, responsum est, non esse eum postliminio reuertum, quia iurauerat se Carthaginem reuerturum, & non habuerat animum Romae remanendi. l. aut damnū. in si. ff. de pennis. Aliquando pro simplici, vt scripsi in l. alienatum. supra cod. & in l. cum autem. §. si. ff. de aedit. edicto, glo. exponit venditio remansisset, id est facta non esset, sed mihi videtur exponendum pro durasset, perseverasset, vt ex sensu tex. dignosci potest.

De verbo repetere abunde scribam in l. quos nos. §. i. infra eo. & dedi nouum intellectum in l. in generali petitione. supra eo. ad ti. ff. & C. si certum peta. & soluto matrim. vbi reprobaui communem interpretum sententiam.

Quamquam, pro quamuis accipitur, & est dictio hic aduersatiua, & ita in l. fugitiuus. infra cod.

MARCEL. LIB. DECIMO. quarto Digestorum. Lex xciv.

Potest reliquorum appellatio & vniuersos significare.

Sensus est, quod haec dictio *reliquorum*, nō solū partem significat restantē, sed & totū. quod probat dictio & hic posita, quae significat etiā: vt scripsi in l. mulieris. supra eo. Et quando totum significat, vile est ad sequentia. Nempe si quis optionē duorum seruorum Titio, & reliquos Meuiō dederit, si Titius non optet, forte quia non vnit, omnes seruos habebit Meuius. l. cum optio. ff. de optio. lega. Et sic reliquorum appellatio omnes significat. l. 2. C. sine censu. Et hoc ex vi verbi, non ex iure accrescēdi. Roma. singul. 35. lego de meis. Idem & multo fortius, quando dicit, Reliquum omne reddas: vt l. vxorem. §. si. ff. de lega. 3. l. cum miles. §. si. ex quib. cau. maio. l. si ex plurib. ff. de solutio. Idē in donationibus, & aliis fere actibus.

Secundo idem in verb. ceterorum, vt etiam totum significet. ceterorum. infra eo. vbi de vtroque verbo scribitur.

Residui.

Tertio idem in verb. residui, vt interdum partem, interdum totum pro qualitate materię significet. l. 2. C. de hered. inst. & in l. qui nō militabat. §. si. cum l. seq. ff. eo. l. i. qui potior. in pignor. habeant. l. si miles. 2. ff. de testa. milit. l. plerunq. §. si serui. de iure dotium. l. inter eos. §. i. de fideiuss. l. Lucius. de euictio. l. cum eo. cum multis legib. illius tit. ff. ad legē lul. pecul. l. cum interdicta. C. arbitrium tutel. c. Raynaldus. de testa. videre Berco. in reducto. morali. in verb. residui, quomodo capiatur per theologos: & per canonicas, in c. prudentiam. in princ. de offic. delega. Alex. in l. item quod Sabinus. §. si. ff. de hered. insti. in additio. ad Bar. & idem Alex. in consi. 130. in 2. vol. facit l. restamento. 4. ff. de manumiss. testamen. l. si statulibera poenae. §. statulib. ff. de statuliber. l. in fraudem. 3. qui & à quib. manumissi libe. nō fiāt. l. diem functo. de offic. assessor. l. 3. §. penul. de sep. ratio. l. i. §. eueniet. de coniungend. cum emancipa. liber. l. qui Romae. §. Seia. ff. de verb. oblig. & residuo tempore, dicit Iuriscōf. in l. insulam. in fi. ibidem. l. si seruus communis. 2. §. si. ibi, residui temporis. de stipula. seruo. l. si intra. ibi, acceptū tibi residuum serui. ff. de pact. l. si non fortem. §. si decem. de condit. indeb.

Residuum integrum. l. sed & si lege. §. adeo. ff. de petit. here. lita. ibi, puto tamen residuum integrū nō esse restituendū, sed partem eius dimidiā.

Quarto idem in dictione amplius. l. i. §. hæc verba. ff. si cui plus quam per legem Falcidiam. vbi glo. & las. consi. 129. consilii. in 4. vol.

Quinto idem in verb. virilis, vt scripti in l. virilis. infra eod.

Sexto idē in dictione quātominus, vt etiā totū significet. l. decē. ff. de verb. oblig. l. amissi. de fideiuss. l. si decē. de solut. fustius scribit in l. si ita. infra eod.

Septimo extendendum est ad dictionem plus. Nōpe si statuto cautum sit, vt si potestas cōdemnerit aliquem plus debito, quod teneatur ad poenam quadrupli: si in totum condemnatur ad poenam, tenebitur etiam ad quadruplum, vt docet Bar. per illum tex. in l. si seruus legatus. ff. de leg. 1. l. si ita scriptum. & las. d. consi. 129.

Octauo dissimile non est in verb. superfluum, cuius etiam appellatio totum cōtinet. ar. tex. in l. insulam. §. fructus. ff. solu. matri. ibi, ad finem superflui seruare cōuenit, id est residui, exponit ibidem glo. facit l. alio. ff. de alimen. & cib. l. leg. 1. cum patet. §. patet. ff. de leg. 2. vbi ponitur pro residuo, & residuum totum significat, vt supra dixi. Et aliquando ponitur pro parte restante, & proprie in l. a diuo Pio. §. si pignora. & §. quod si res. ff. de re iudic. facit l. de iur. l. §. si. ff. ad Trebell.

Nonno his a ldi potest verbum supererit, vel supererit, vt si restitui debet, quod supererit, totam vtique restitutum erit, si totū supererit. l. si grege. ff. de leg. 1. & l. Imperator. §. si. de leg. 2. potest tamen sic rogatus consumere referuando quartam. authen. contra cum rogatus. C. ad Trebell. sic consilii las. consi. 129. consilii. in 4. vol. cōcludens idē in verb. restare. & Iacob. in l. 2. de hered. insti. dicens idem appellatione partis, per l. vxori. in princ. ff. de leg. 3. Quod poterit pro subiecta materia dignosci. Nempē quando cōuenit toti, totum: si parti, partem significabit. Ex re itaque intelligemus, vt superius scripsi. Et hoc est ex ipso rum Iuriscōfultorum declaratione, quæ pro lege seruanda est, etiam ad proprietatem denotandam per hoc verbum significare. de quo in l. prima supra eod.

Proprie quoque appellatio Reliquorū, & aliorum verborum superius expressorum ad partem restantem refertur. l. boues. in fi. supra eo. l. is qui

§. hoc interdictum. ibi, reliquum opus. ff. quod vi aut clam. l. rescriptū. de his quib. vt indig. l. si Stichum. ibi, reliquus debetur. de verb. oblig. l. si familia. de iurisdic. omniū iudic. l. Aemilius. ibi, reliqui pretij partem. & ibi, reliquum pretium. de minor. l. alumnae. §. quæ filias. ff. de adimend. lega. l. prædiis. de leg. 3. & l. Offidius. ibid. tex. in extrauag. vna. de elec. Ioan. 22. & c. quamuis. 3. q. 6. l. fi. in fi. ff. de leg. 3. l. Moschis. de iure fisci. c. Raynaldus. de testa. l. qui quadringenta. ff. ad Trebell. l. si pure. de fideicom. libera. & l. Thais. §. itē quæro. ibidem. l. rescriptum. de his quib. vt indig. l. i. §. veteres. & l. si quis fundum. de acqui. posses. l. serui. de vsucap. l. si stipularus. §. i. & l. ex parte. de solut. l. Moschis. de iure fisci. Maxime quando exprimitur. l. siquidem. ibi, residuum debiti partem. C. de transactio. l. 3. §. si decem. l. si quis testamento. & l. si seruo. de manumiss. testam. & l. si. in princ. de condit. indeb.

Limitatur in materia odiosa, in qua stricta facienda est interpretatio: vt si si Ieiuis promittat ex cōsum aureis debitis viginti, & alter residuum vel reliquam summam: si primas nil soluat, secūdus non tenebitur ad totum. l. inter si Ieiuis. res. cum glo. vt. & l. inter eos. ff. de si Ieiuis. Bal. in l. si. col. 2. C. de vsuris rei iudica. Sed hoc est ratione certæ promissionis, cui nihil aliud idem est citra consensum promittentis. & cum promittēs non promiserit nisi reliquum, ergo non omnem summam. arg. l. in agris. ff. de acquir. rerum domi. l. quicquid astringit. de verb. oblig. Et actus agētium non operantur ultra eorum intentionem. l. non omnis. ff. si certum pera. nam expressa summa excludit nō expressam. per l. si vnus. §. si cum mihi. ff. de pact.

Secundo quando nihil restaret: vt si quispiā esset institutus in reliqua parte: si nihil superest, in nihilo videtur institutus. l. item quod Sabinus. §. sed si asse. & l. qui non militabat. §. si. cum l. seq. ff. de heredib. insti. facit l. qui libertatis. §. seruus. de euictio. Reliqua dicuntur in l. 2. de hered. insti. C. Si plus restet, testamēti tempus debet inspicī, nisi aliud importaret verba, videlicet de his quæ perfectuerūt. l. si ita. de auro & arg. lega. Feli. in c. a. hæc. col. 1. de rescrip. allegat Paul. & alios in l. cum stipulamur. ff. de verbor. obliga.

Nota tamen singulariter, quod si creditor recipiat decem à debitore, pro eo quod superest, vel pro residuo, vel pro summa restare. Gallic. par. res. de payment, postea nō poterit aliud petere, etiā si plus ei debeat. tex. sing. & ibi Accurs. in verb. reliquam. in l. si ex plurib. ff. de solutio. secundum Roma. singul. 699. verba. Ideo cautus debet esse creditor, vt non inserat in acceptilatione, id est quietantia, quod recepit pro reliquo, pour reste: teste Paul. in l. 2. in fi. C. de heredib. insti. & Cepol. ca. tel. 121. ego do tibi. & las. consil. 100. vol. 4. Chassa. in consuet. Burgundie, in rub. des enfans de plusieurs liez. §. 6. glo. & reliqua. Idem dici potest in chirographo, in quo insitior promittit soluere decem aureos pro residuo, pour reste de compte. Debet tamen apparere de computo, quod probatur ex illo chirographo, nisi contrarium probetur. nam impurandum est illi, qui schedulam siue chirographum sic inscriptum recepit, posset tamen error probari, maxime quando is, qui conscripsit acceptilationem, esset bonæ fidei vir, & simplex, qui non præsumitur hæc cogitasse. no. in l. vna. C. de error. calculi: & tunc impetrando liras Regias, quibus narret se nullum fecisse computum, & quod illa verba, pour reste de compte, sunt per errorem, vel partis malitiā apposita, tunc releuaretur, sicq; vidi prouideri. Quod si illud chirographum loque

Soluens pro residuo non potest inquietari pro alia summa.

Promittit pro residuo computum sententia.

loqueretur pro residuo vini, non extēderetur ad aliud ex pluribus, aut alijs causis debitum, nisi generaliter cautum fuisset ex residuo omnium summarum debitarum. Et ita vidi seruari in praxi.

Reliqua contrahere dicitur debitor, quando superest debitum in reliquis. l. i. C. de conueniend. fisci debitor. lib. 10. vulgus dicit ex reliquis, id est des arriuerages. Vel trahere reliqua dicitur, cū remanet debitor in aliquo. l. seruus heredi. §. i. ibi, si reliqua non trahat. ff. de statuliber. & l. prior. §. i. ibi si reliqua traxerit. de administ. rer. ad ciuita. perti. l. Lucius. 2. in princ. ibi, qui Sempronius reliqua traxit. de administ. tutor. Quales sunt multi consules ciuitatum, vel municipales scabini, & administratores honorum, qui multa sibi reliqua trahunt. Etiam reliquum vocat Scauol. detrimentum, in l. constitutionibus. ff. ad municipal.

Reliquari.

Reliquor, reliquatus, remaneo ex reliquis debitor, quæ Galli des vestes vocant. l. Lucius. in fi. princ. ff. de administra. tutor. demouer en debito de veste. l. rescripto. §. debitoribus. ff. de munerib. & honor. ibi, eos demum debitores rerum publicarum accipere debemus, qui ex administratione reipublicæ reliquantur. vbi glof. dicit, id est debitores ex reliquis sunt. l. constitutionibus. ibi, ex administratione honoris reliquatur. ff. ad municipal.

Reliquatores dicuntur debitores reliquorum, id est summa restantis, des arriuerages, cum non ex asse & integro fuit persolutum. l. creditor. §. Valerius. ff. de solutio. ibi, cū superioris anni sit reliquator, id est debitor reliquorū anni præcedentis.

Intellektus ad l. licitatio aut, locatio.

Indē est, quod reliquatores vectigalium ad iterandam conductionem antequam superiori conductioni satisfaciatur, admittendi nō sunt. l. licitatio. §. reliquatores. ff. de publica. Sunt qui dicant illum tex. aliter esse legendum, videlicet Locatio, & non licitatio, cui consentit Alcia. li. di. punctio. l. c. 12. & ita inueniunt in Pandec. Floren. Item ibi in §. 1. Ad cognoscendum, legunt. sed vera lectio est, Ad conducendum vectigal nemo inuitus cōpellitur. & qui legunt cognoscendum, dicunt neminem inuitum teneri cognoscere vectigal, videlicet vt illud cōducere cogatur. Sed præcedens lectio melior est & clarior. Alij legunt, reliquatores vectigalium ad intuendam, vel iterandam conductionem, antequam superiori conductioni satisfaciatur, admittendi nō sunt. Cōmuni lectura est, ad iterandam: sed ego putarem legendum, ad retinendam conductionem. Et vterq; intellectus in idē reincident, vt dicā in interp. meis nouis ad illū tex.

Reliquationem sequuntur pupillus, in l. qui nominibus. §. si. ff. de administ. tuto. ibi, reliquationem eius sequuntur vsuras acceptauerit.

Reliquus seruus in singulari dicitur apud Iuriscōsultum in l. si Stichum. ff. de verb. oblig. pro eo qui superest, ibi, reliquus debetur mihi à te.

Reliquum.

Reliquum vel reliqua dicitur debitum restans, siue ex censu, vt in rub. sine censu vel reliquis. maxime in l. 2. vbi Imperator prohibet, ne quis emat fundum, ne censum debitū præster, si census debebatur: vel ne cōueniat, quod non soluat, quod ex censu superest, si quid solum fuerit: quia sine censu vel reliquis fundus comparari non potest, quando ille fundus debet censum: alioqui cōtra. sicque debet intelligi illa rub. Et emptor tenebitur soluere censum non obstante cōuentione, vt ibi tamen habeat postea regressum contra venditorem ratione cōuentionis. & ita seruatur. Et generaliter reliquum dicitur, quicquid superest.

Reliquia.

Reliquia etiam generaliter dicuntur ratione corporum. Vnde reliquias corporis id dicimus, quod ex corpore superest. l. quidam. ff. de condit. insti. laudandus est magis quam accusandus he-

res, qui reliquias testatoris non in mare secundum ipsius voluntatem abiecerit, sed in memoriam conditionis sepultura tradidit. l. fundus. famil. er. cif. ibi, reliquias condita sunt.

Vnde dicit Bal. in c. ex parte M. col. 3. de appel. quod interdum ex præcedenti materia remanet aliqua dispositio in subiacenti substantia: sicut quando ex aegritudine remanent reliquias ipsius morbi, vt quoddam impedimentum ad operandum naturaliter. l. Martius. ff. loca.

Reliquiæ patris dicuntur filij. Reliquiæ sanctorum dicuntur ossa, & alia quæ ex corpore remanent: quas non licet venerari sine summi Pontificis autoritate. c. 2. in tit. de reliquis & venera. sancto. & Iuriscōf. in l. fundus. r. ff. famil. er. cif. sic ait: in eo fundo reliquias condita sunt, quibus religio ab vtriusque partibus debebatur. l. monumētum. & l. cū in diuersis. ff. de religiof. l. si. de mortuo inferend. Dicimus etiam reliquias exercitus. Vergil. Reliquia Danaum & inuictis Achillis. Quibus declaratis, ad reliqua pergamus.

Reliquia patris, & sanctorum.

CELSVS LIB. VIGESI MO- quinto Digestorum. Lex xcvi.

Littus est, quousque maximus fluctus hybernus à mari peruenit. idque Marcum Tullium aiunt, cum arbiter esset, primum constituisse.

Hæc lex partes continet duas, prout duo dicta ponit. secunda ibi, prædia. Littus ergo dicitur hic terra, quæ mari alluitur per maximos fluctus hybernos. & alibi Iuriscōf. ait, in l. littus. infra eod. quod littus publicum est eatenus, quatenus maximus fluctus exactuat, & effluit. & Imperator in §. flumina. de rer. diuis. in Insti. est autem littus maris, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit. Et dicitur littus maris, ripa vero fluminis, cōmuniis. l. riparum. ff. de rer. diuis. §. 1. & §. riparū. illo tit. in Inst. littora. ff. ne quid in loco pub. Ad maiorem tamen elucidationem interdum exprimitur littus maris, vt in l. 2. & l. nemo. ff. de rei. di. vel ripa fluminis. l. i. §. nuntiatio fit. ff. de noui oper. nuntia. l. qui autem. de acq. rerum domi. Promiscue tamen sermo Gallicus vtitur his vocab. riuage, seu riuo, vt comprehendat vtraque, & ripam maris & fluminis, simpliciter videhet loquedo: sed communius cum adiuncto profertur le bord, seu riuage de la mer, ou des riuieres. Ripa autem ab Vlpia. ita recte definitur, id quod flumen continet, naturalem rigore cursus sui tenēs. in l. i. ff. de flu.

Differētia inter littus & ripam.

Et sic tria requirit iste tex. Primo quod fluctus excurrat per illum locum. ibi, peruenit. Secundo quod vbi fluctus non solū quotidianus exactuat, dicitur littus, sed & vbi maximus fluctus, vt in hoc tex. dicitur: quia vsque ad quē locum peruenit mare tempore hyemis, vel fluctus, dicitur esse littus, licet quandoque possit ad agriculturam redigi. Tertio requiritur fluctus maximus hybernus, quo tempore solet maxime exactuare, & effluere mare: & tunc cognoscitur littus, quantum protendatur id temporis. Intellige sane communiter. nam quod semel forte contigerit ultra modū extendi, nō eatenus dicitur littus. Quod enim regulariter & singulis annis fit, nō quod semel contigerit, spectatur. l. fistulas. §. si. ff. de cōtrah. emp.

Triā in tex. requiritur.

Quod ne quis forte superuacuum esse putet, colligere possumus aliquot utilitates. Primo igitur conferre potest: nempē sicut mare iure naturali cōmune est: ita & eius littus. §. 1. de rer. diu. in Insti. l. i. in fi. illo tit. Et sic ad littus maris nemo

Littora sunt communia.

accedere prohibetur, dummodo se à villis, & edificis abstineat. §. 1. Infr. de rer. diu. & l. nemo. ff. de iur. Quod est verum, quatenus maris seruit vsum: alias dicuntur publica. §. 1. de rer. diu. in Insti.

Inuenta in litore quæ do occupari possint. Praxis.

Secundo, quæ in litore maris inueniuntur, iure naturali sunt primi occupantis. l. item. ff. de rer. diu. nisi ex naufragio ibi ceciderint. nã eo casu permanent illius, cuius erant. authen. naufragia. C. de furtis. Vel si vi fluminis ad fundum aliquis peruenerint, tunc cautum est, vt fiat proclama. quod dominus intra certum tempus veniat, & tollat illam rem: alias fundi dominus eam retinebit. Freder. consil. 102. domine Franciscæ. Vel si quidam ibidem res suas ad tempus apposerit, tunc res tales non licebit alteri occupare. §. 1. vbi doct. Infr. de rerum diu.

Littora triplex consideranda.

Tertio in hoc consideranda sunt littora, primo quoad proprietatem, quæ in nullius bonis sunt. d. §. littorum. Secundo quoad iurisdictionem dicuntur illorum, qui habent imperium in illo loco. l. littora in princ. ff. ne quid in loco publ. Tertio quoad vsum sunt communia. §. 1. Infr. de rer. diu. Cepol. in tract. de seruitu. rusticor. prædior. in rub. de littore maris. fol. 82. vbi licet videre. Fluminum vero proprietates publicorum Regis est in hoc Regno: quia sunt de Regalibus, vt in rub. quæ sint Regalia. nisi fuerit aliter cõsuetum, vt firmat Iacob. in tract. de feud. in verb. & cum piscationibus. dicens vsum fluminum publicorum esse cõmunem: secus in fluminibus priuatis. l. 1. ff. de fluminib. sed est communis, quantum vtendi fluminis ratio postulat, non vltra.

Ripa quando mensurari possint.

Quarto vtile est. nam cum littus maris non sit proprium, qui vendit fundum ad numerum iugerum, littora non computantur illo numero: quapropter nec mensuranda sunt. l. littora. ff. de contrah. emptio. Secus in ripis fluminis, si fructus ex his colligi possint propter salictum aut arbores fructiferas: tunc enim cõnumerantur, quod si nullos producerent fructus, idem quod in litore non posse cõnumerari. Bald. in l. riparum. ff. de rer. diu. l. id quod. §. si de pericu. & commod. rei vend. Alex. consil. 120. in 2. vol. Ias. in repet. l. quominus. q. 9. ff. de fluminib.

Ædificia in litore maris cuius possit auctoritate.

Quinto licet quod in litore publico infruxerimus, nostrum fiat, tamen decretum prætoris adhibendum est, vt id facere liceat. l. quamuis. ff. de acquir. rer. domi. At in hoc Regno Regis ipsius auctoritas necessaria foret ad ædificandum in litore maris castrum, vel ædificium aliud perpetuum, non tamen ad casas: alias ædificium propria constructum auctoritate solo cederet, nisi possessum esset tanto tempore, cuius initij memoria nõ est in contrarium, quod loco tituli haberetur. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana. & æstiu. Ias. & de Ripa post Bar. in l. quominus. ff. de flumini. licet Iurifcon. in l. quod in litore. ff. de acq. rerum domi. dicat sic: quod in litore quis ædificauerit, eius erit. nam littora publica non ita sunt, vt ea, quæ in patrimonio populi sunt, sed vt ea, quæ primum natura prodita sunt. hæc ille. allegatur etiã l. Cicero. ff. de pœnis. nos tamen in regno priorem seruamus sententiam.

Quousque quo modo in iure capiat.

Quousque id est vsque ad quem locum, vt hic: & sic interdum respicit locum, vt hic. Interdum respicit tempus, quousque, vsque ad quod tempus. l. an vsu fructus. §. vlt. ibi, vnde sequens est dubitatio, quousque tuendi essent in eo municipes. ff. de vsu fruct. l. fructus. 1. de rei vendic.

Aliquando interrogatur accipitur, vt in l. 1. §. 1. ff. quæ res pignor. obligari possunt. ibi, facti tameo est questio, si quaratur quousque permiffum eis videatur peculium administrare.

Maximus, dicitur nullo maior. idem in l. littus 2. infra eo. Maximam partem dicit Iurifcon. in l. no men. §. 1. infra eo. Vt optimus maximus est, liberum fundum significat. l. qui vti. & l. illa verba. isto tit.

Maxime, aduerbiu. in l. pecunia. 2. §. hereditas. infra eo. Similes phrasas itaquã vulgares omitto. Fluctus hybernus. Hoc addit ad differetiam illius, qui æstate contingit, paulo minor. Et vestes hyemales seu hyberna à Calendis Septembris vsque ad Calendas Octobris dari debent. l. 1. C. de militari veste, lib. 12. Vnde grauatius dare vestes hyemales, id temporis præstare debet, per illu text. singul. no. Ludouic. Rom. singul. 99. aliud non scimus. & Corset. in singul. incipien. vestis. Nisi aliter consuetudo dictauerit. Sed in Pandec. Floren. hybernus, deficit.

Peruenit, Hoc verbum est commune, vt ait Alexan. consil. 43. ex narratis. in 5. vol. & Ioan. de Ana. consil. 46. circa. & ibi in additio. Siquidem in dicta significatione capitur. in l. 2. §. peruenisse. ff. de heredita. vend. & l. in heredes. in princ. ad Trebel. Et in obliqua. in l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. de legat. 3. & in d. l. heredes. §. cum iia. Alia de hoc verbo scripti in l. aliud est. §. si supra eod.

Constituisse. Sed vbi id Cicero constituit? Respõ. in l. Topico. in loco à definitione per translationem verbi, vbi sic ait: Solebat igitur Aquilius collega & familiaris meus, cum de littoribus ageretur, quæ omnia publica esse vultis, quærentibus his, ad quos id pertinebat, quid esset littus, ita definire, quæ fluctus elideret. Littus etiam dicitur de quacunque extremitate, vt ait Alcia. quem reprehendit Florid. in l. 1. lectio. succif. Cũ res exigui sit emolumenti, vestro relinquo iudicio: nec aliis nostrum esse cenfeo, tales nunc componere lites. De verb. constituere, scripti in l. locus. supra eod.

§. Prædia dicimus aliquorum esse, non vtique communiter habentium ea, sed vel alio aliud habente.

Prædia non dicuntur esse alicuius, quando sunt cõmunia, sed cum illorum quilibet habet dominium. etiam partij diuisæ: veluti si quispiã habeat vnum prædium, alter aliud, poterunt tunc illorũ dici prædia: quoniam vterque commune est, non potest dici alicuius illorum. nec enim propriu illud dicitur, quod est commune. c. sicut hi. 47. dist. Itaque si prædia sint inter fratres communia, nõ dicitur simpliciter esse vnus fratris: per istum textum sed cum adiuncto, scilicet prædium est Titij pro parte. iste est Baro talis loci pro parte: sed non dicitur Baro simpliciter. Et Iurifconsultus quando loquitur de seruo communi, dicit, Si seruus communis, vel de seruo duorum, dicit, Si seruus duorum, Titij & Meui: si vero sit vnus, dicit simpliciter prædium Titij. Qui genitiuus significat dominium, nõ bonæ fidei possessionem. in l. seruus communis. & l. item si seruus. & l. si communis seruus. ff. de stipula. seruo. l. Iulianus. de rei vindic. tex. in l. 2. §. 1. ff. de religio. & sump. funer. ibi, in locum alterius accipere debemus, siue in agro, siue in edificio. nam cum dicat in locum alterius, apparet eum de domino sentire, id est eo, cuius locus est. vbi Fulgos. & bonus tex. in l. & tantum. §. si seruus communis meus & tuus proprium meum seruum corruerit. ff. de seruo corrupto. hic nempe seruus domino dat actionem, non bonæ fidei possessori, vt cum dicat in locum alterius, apparet eum de domino sensisse. id est de eo, cuius erat locus. l. Marius. ff. de acquir. rer. domi. ibi, ager Lucij Titij. & l. si quis in aliena. in princ. ibid. ibi, si in alterius agro inuenerit, partem ei acquirat. iuncto §. si cõmunis. ibi, domini prædij. ibidem.

Maximus.

Fluctus hybernus. Vestes hyemales que tempore dari debeant.

Peruenit commune est.

Res communis, quæ do est eadẽ ratio, regitur vt propria.

Confiscatis bonis. & communia.

Res communis am ducatur vni.

Commune mem dicit potest.

Genitiuus significat dominum.

Domini nomine etiam venit domini pro parte.

Titij res dicit non potest, si communis sit.

Res communis, quæ do est eadẽ ratio, regitur vt propria.

Confiscatis bonis. & communia.

Commune mem dicit potest.

Domini nomine etiam venit domini pro parte.

Ideo dicimus bona illorum de Baillaunicis, quæ non sint illis ciuibus communia, sed quæque separatos ab iniunctis fundos habeant. Idẽ in aliis sic habentibus, vt illorum prædia dicantur, quem admodum gl. hic intelligit in fratibus, & Alciat. Ex quibus sequentes colligamus cõclusiones. Prima est, quod res nõ potest dici Titij, vel Caij, seu alterius, quæ communis est. sic debet iste tex. & quæ superius dicta fuerunt, intelligi: quia genitiuus denotat dominium seu proprietatem pertineret ad illum in solidum, ad quem refertur, vt patet in proem. ff. & Infr. & l. 2. de religio. & sump. ptib. funer. §. 1. ibi, nam cum dicat in locum alterius, apparet de domino eum sentire, id est de eo cuius locus est. l. à diuo Pio. §. si super. ff. de re iudic. Alexan. consil. 35. viso processu. col. 4. in 4. vol. Inde concludit idem Alex. in l. ait prætor. in fin. princ. ff. de re iudic. quod si verba legis vel statuti loquatur per genitiuum in iurisdictione, vt cuius de ea re notio est, debeant intelligi de eo, qui propriam habet iurisdictionem, non delegatam. l. 1. §. si de offic. eius. facit l. hoc legatum. ibi, eius causa parata. ff. de lega. 3. ibi, veniunt ea quæ erant ad proprium vsum vxoris, non communem, ob verbu eius, &c. Videte tamẽ inferius limitationẽ.

Quæ tamen cõclusio limitatur primo quoad matrimoniu, vt sicut liberta inuito patrono, qui in solidum patronus est, non potest diuertere. l. si in princ. ff. de diuor. propter reuerentiã patroni. l. in eo. ff. de ritu nuptia. ita & liberta communis, quæ nupit alteri ex patronis, non potest ab illo diuertere: quia reuerentiã eadem ratio locum habet in isto casu, & sic dispositio. Cum igitur eadẽ erit ratio in re cõmuni, quæ in re propria, eadem quoque procedet decisio, per prædicta. Secundo non procedit negatiue. Res enim cõmunis non potest negari alterius esse. l. illud. ff. de ritu nuptia. l. pupillus. in fin. infra eod. Vnde confiscatis bonis Titij, & communia confiscata erunt, quia non possunt dici illius non esse. doct. in l. si quis intra. C. de bonis damnator. siue tamen præiudicio alterius fiet.

Tertio vitatur, quando vsum cõis esset cõtrarius: enim spectatus est. l. Labeo. ff. de sup. leg. Secunda cõclusio, quod commune est, meum dici recte potest. l. serui. §. 1. cum l. seq. ff. de lega. 1. etiam proprie, per illa iura. tum quod Iurifconsultus illa mea vocet, & non vitur ibi verb. denotat fictionem, aut impropriam. facit l. recte. vbi dixi, supra eo. & l. Stichum. ff. de leg. 1. vbi si legauero seruum, qui meus erit, cum moriar, etiã si tantum communis sit, debetur pro parte, & tamẽ cõditio impleri proprie debet. l. Meuius. & l. qui heredi. ff. de conditio. & demõst.

Limitatur quando aliter sensit restator, vel aliter est constitutum. l. Iulia. §. seruos. ff. de lega. 3. l. 2. de conditio. insti.

Secundo non potest habens rem communem, totam rem dicere suam, nec de ea disponere, sed de ea tantum parte, quam habet. l. serui. §. 1. vbi doct. multa iactant. ff. de lega. 1. Imo si communis dominus præi simpliciter dicens se dominum, venderet pratum, teneretur ad id quod interest, quia falso censeretur vendere totum pratum. l. 1. ff. de actio. emp. Ideo declarare debet, quam partem in ea re habeat.

Tertia conclusio, appellatione domini venit etiam dominus pro parte. l. 1. §. domini. 2. ff. de senatusconsult. Siliana. Et dictio forte, ibi non est nota dubitationis, sed assertionis. l. extraneo. §. 1. ff. de questio. ibi, quod pro domino forte videretur. l. si duo. ff. de recep. arbit. scripti in forma mandati. gl. dispensationum. in fin. in concordia.

Non procedit quoad domus destructionem: nempe communis dominus non poterit illam pro libito diruere, aut tabulas, vel marmora ad honorem domus affixa euellere, quemadmodu proprietario in solidum liceret. l. cetera. §. si duobus. & per totam l. ff. de lega. 1.

Item ecclesia potest dici Titij, quando est ei iure collata, & ipse eam habet. c. quia V. de iudic. vbi Panor. & alij: quamuis solam in ea administrationem habeat. c. 2. de donatio. Et sic genitiuus non importat dominium, quando materia subiecta non patitur, vt in beneficiis ecclesiasticis, teste Decio ibi in 3. nõ. & Alexand. in d. l. ait prætor. Alia ibi dicuntur, & in l. serui electione. ff. de lega. 1. quæ poterit quisque videre.

Vtique pro certe, vt l. armorum. supra eo. & in l. inter stuprum. §. verum. infra eo. faciunt iura sequentia. l. vtique. de rei vindic. l. non vtique. de eo quod certo loco. l. 1. de senator. l. adeo. §. ex diuerso. de acquir. rerum dom. l. Pompo. §. 1. de acquir. poss. l. si non. §. 1. ibidem. l. 1. §. idem videamus. de separatio. l. ex maleficiis. §. si iudex. & l. obligatio non fere. §. modus. ff. de actio. & oblig. l. si sine. §. procurator. rem ratam haberi. l. 3. §. non tantum. versic. sed etenim. de incend. l. libellorum. de accusa. l. non vtique. ad municipal. l. 2. de administr. rerum ad ciuit. pertinen. l. si. de variis cognitio.

Vtique pro ita. l. qui libertatis. in fi. ibi. & cum sciebat certam seruitutem deberi, peruersorie dixit, itinera. a. stitque, quibus sunt, vtique sint, recte accipitur. ff. de euictio.

Communiter. Vide quod modis commune accipiat in l. inter stuprum. §. fin. infra eo. & de his hactenus.

IDEM LIB. TRIGESIMOSECUNDO Digestorum. Lex xcvj.

Cum stipulamur, QUANTA PECVNIA EX HEREDITATE LVCHII TITII AD TE PERVENIT: RES IPSAS, QUÆ PERUENERUNT, NÕ PRETIA EARUM SPECTARE VIDEMUR.

Cum pecunia verbum generale sit, vt in l. pecunia. supra eo. si emptor hereditatis stipuletur sibi restitui, quia pecunia ex hereditate Titij peruenit, res ipsas videtur quæ ex hereditate cõsecutus fuerit stipulari, non earum rerum pretia, vt hic dicitur. facit l. veditor. 2. ff. de hered. vel actio. vend. l. si creditor. de pecul. Nempe verbum quantum non refertur solum ad numeratam pecuniam, sed ad corpora. l. quisquis. ff. de leg. 3. veluti pecunia etiã ad corpora refertur. l. pecunia. supra eo. Igitur si quis promiserit restituere, quanta pecunia peruenerit ad eum ex bonis Titij: si res ad stipulatorem peruenerint, has res restituere tenebitur, per istum tex. abundantius dixi in l. prope modum. supra eod. Et quod lex ait, QUANTA PECVNIA ERIT, TANTAM PECVNIAM DATO, ostendit estimationem hereditatis, vel bonorum liberti, non ipsam hereditatem voluisse legẽ præstare, nisi manibus ipsas res tradere maluerit: & hoc veluti benignitatis admitti debet. l. si vero. in fi. ff. soluto mati. facit l. 1. in princ. ibi, q. ianni ea res erit, tantam pecuniam det. iuncta l. 4. §. hæc cautio. ibi, si quis pecuniam suam soluat, vel suam rem tradat. ff. si cui plus quam per legem. Falci. l. Si tamen pecunia ex hereditate peruenerit, cum sit hereditaria, restitui quoque debet, vt probat iste tex.

Stipulamur. Verbum stipulari tam ad rogantem, quam ad promittentem refertur: sed hic ad in-

Communis dominus domum destrueret nõ potest.

Beneficiu eius dicitur, cui est collatum.

Vtique.

Quanta pecunia erit ad res restitetur.

terrogantem, siue ad creditorem, & communis in iure. & falsiue accipitur, vt stipulor abs te. sicut videre licet passim in tit. ff. de verbo. oblig.

Stipulari unde.

Descendit autem hoc verbum à stipe: quia maxime circa stipem, id est pecuniam consistat stipulatio: vel à stipulo, quod est firmum. §. i. Instit. de verbo. oblig. vel secundum quosdam à stipite: quod sicut stipes, id est truncus firmus est, & firmior arboris pars, ita & stipulatio firma est.

Et stipulatio firma est promissio. Sicut enim veteres stipulum firmum appellabant, ita Imperator firmam promissionem vocat stipulationem, d. §. i. non quod imperator velit stipulationem proficisci à stipulo, sed à stipe: & quasi per similitudinem dicitur: quemadmodum veteres (inquit) stipulum, firmum appellabant: ita & nos stipulationem, tanquam firmam. Et sic non videtur ibi reprehendendus Imperator: licet Beroald. & alij reprehendendos conentur. & Catellia. Cotta in 2. parte memor. in verb. stipulum.

Aut à verbo Græco *σπύλον*, quod fringo significat, deductum forte dicit Alcia. in l. parerg. lib. c. 39. quod partes stringat ad seruandum ea, quæ in stipulationem deducta sunt.

Elige cui dicas, tu mihi sola places.

Stipulatio quo conficitur modo.

Stipulatio ergo conficitur per interrogationem, & responsionem ad illam. l. i. ff. de verb. oblig. cuius tex. verba sunt hæc: stipulatio non potest confici, nisi utroque loquente. & stipulatio est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur daturus, facturumve se id, quod interrogatus est, respondet. l. 5. §. stipulatio. ff. de verbo. oblig.

Stipulator, stipulans.

Stipulator est is, cui præcedente interrogatione promittitur. l. in iure. ff. de regul. iur. l. Stichus. ad legem Aquil. l. Neratius. de religio. l. i. de eo quod certo loco, qui etiam vocatur stipulans. in l. qua legata. ff. de reg. iur. & l. si quis cum aliter. de verbo. obliga.

Quanta respicit quantitatem.

Quanta, respicit quantitatem. l. certum. ff. si certum petat. quæ in pondere, numero & mensura consistit, vt scribam in l. inter hæc verba. infra eodem.

De verb. *peruenit* scripti in lege. aliud est capere. in fin. & in l. proxima supra.

Spektare.

Spektare. Spektare, frequenter inspicere: vel pro simplici inspicere capitur hic, & in l. in cōuentio. infra eod. l. si vero. §. prætor ait. 2. ff. de his qui deiecer. ibi, nec spektamus vt noceat, sed omnino si nocere possit. l. Iulianus. r. §. i. ibi, fructuum rationem vsque ad rei iudicatæ tempus spektandam esse. de rei vindic. & l. 2. §. si quis in mari. ne quid in loco publico. ibi, aut in theatro spektare arceatur. Quidam de mulieribus scribens inquit. *Spektatum veniunt, veniunt spektentur vt ipse.*

Tempus spektamus, quantum socius facere possit. l. verum. §. tempus. ff. pro socio. Dies spektandus. l. 2. ff. de peric. & commod. rei vend. Spektari pretia. l. 3. in fi. ff. de actio. emp.

Spektare pro pertinere, iudicare, approbare.

Spektare, pertinere. l. 3. §. sed vtrum. versic. proinde. ibi, magis enim patris quam filij interest, licet aliquo casu peculium ad filium spectet. ff. de minor. l. Pompo. §. primo. ibi, ad notitiam eius spektantia. famil. circif. & l. 3. de nautic. fenore. Et an denotet dominium, scripti in l. verbum pertinere. infra eod.

Spektare pro iudicare seu pronuntiare, an possit accipi, videte in l. si pars. ff. de inoffic. testa. Nā iudicem, antequam iudicet, oportet cuncta inspicere, & ea rimari. c. iudicantem. 30. q. vlt.

Spektatus, & spektabilis.

Spektare aliquem, æstimare vel approbare. Inde spektatus: quod is qui alicuius est excellentiæ, æstimari & spektari solet. Hinc spektabilis, spektatione dignus. solent enim virtutibus honestati

inspici quodammodo, & admitti, vt doct. elucidunt in l. i. ff. de offic. eius. dicam in l. speciosas. infra eod.

Spektaculum.

Spektacula, ea quæ inspiciuntur: vt ludij, vel locus, vnde inspicitur. Gallic. *chassaux*. Et ideo solent qui vulgo iuvenes se appellant, in quibusdam ciuitatibus turbulentis se acclamationibus accommodare, qui si nihil amplius admiserunt, nec ante sint à præside admoniti, fustibus cæsi dimittuntur, aut etiam eis spektaculum interceditur. l. capitalium. §. solent. ff. de pœnis. Et sic potest interdici his acclamationibus spektaculum, & quilibet locus extra templum, vbi sit congregatio hominum, ne populū suis acclamationibus moueant. facit. l. i. & per torum. C. de spektacul. lib. i. Vnde quidam Aurelianenses fuerit condemnati ad magnam multam, eo quod acclamassent in scholasticos, à mort. à mort. vt refert Auffer. aresto 76. it. ærestum. in stylo parlam. quod fuit prolatum anno 1488. vltima Ianuarij.

Clamantes à mort quo modo puniend. Arrestum.

Præbens sui spektaculum. in l. 2. §. penult. ff. de his qui no. infam. infamis est.

Specularium.

Specularium. l. nam & si ramos. ff. quod vi aut clam dicitur vitrum, quo clauduntur fenestæ, vel hiatus alij, quibus lux in domum transmittatur, vt speculari possimus. declarat Budæ. in annotat. ad Pandect. in tit. ff. de usufruct. l. sed & si quid. §. de quibusdam. vbi olim dicit fieri solitum ex lapide translucido. Specularia quoque affixa, magis puto domus esse partem. nam & in emptione domus specularia, & pegmata cedere, siue in ædificio sint posita, siue ad tempus detracta. l. quæsitum. §. specularia. ff. de fund. instruc. domus tamē instrumento non continentur. §. si domus. ibid.

IDEM LIB. TRIGESIMONONO DIGESTORVM.

LEX NONAGESIMAOCTAVA.

Cum bis sextum Calendis est, nil refert, vtrum priore, an posteriore die quis natus sit: & deinceps sextum Calendas eius natalis dies est. Nam id biduum pro vno die habetur. & posterior dies intercalatur, non prior. Ideo quo anno intercalatum non est, sexto Calendas natus, cum bis sextum Calendis est, priorem diem natalem habet. Cato putat mensē intercalarem additium esse: omnesque dies eius pro momento temporis obseruat, extremoque diei mensis Februarij tribuit Quintus Mutius. Mensis autem intercalaris constat ex diebus vigintiocto.

Quoniam astrologorum castra, non vt transfuga, sed vt exploratores ingressi sumus, nauanda strenue opera est, vt inde veluti postliminio non redeamus, nisi suffertis manibus, publico quidem studioforum bono electius aliquid cultusque referentes.

Sciendum itaque est apud Latinos annum primum à Romulo constitutum fuisse, ab eoque in decem menses diuisum, 304. diebus completum: tum quod mulieri pragnanti hoc tempus sufficere, vt pareret: tum quod mulierem abstinere à nuptiis post mariti mortem tatum tempus, vt par-

Annuus quo constituitur.

Vnde dicitur mensis.

Ignis nouum quando accendatur.

tus diiudicari patre certo possit, arbitratur. l. liberorum. §. i. ff. de his qui no. infam. iuncta l. 2. C. de secund. nupt. Primum enim mensē Martium, vel à Marte patre suo, vel à Marte, id est bello, quod tum Reges bellū preparare maxime solerent, nominauit. Cuius mensis die prima ignem nouum Vestæ aris accendebant, vt incipiente anno cura denuo seruandi nouati ignis inciperet. Quemadmodū etiam apud nos fieri solet in templis pridie Paschatis, vt docet Ioan. Durand. in suo ratio. diuinor. officio. li. 6. c. 80. Secundum autem mensē Aprilem, vel ab aperiendo, quod hominum pori, terræ, & arborum aperiuntur, & herbæ, ac folia in arborib. vel *deus F. a. opus*, quod est puma maris, ex qua Venus nata fingitur, quæ principij generationis Romuli fuit, dictus Aprilis, quasi Aphrilis. Tertium autem mensē Maium à maioribus, id est senioribus consiliis rempub. tuentibus: quartū Iunium, à iunioribus rempublicam armis tutantibus. Reliquos ab ordine numeri: vt Quintilem, quod quintus esset: Sextilem, quod sextus: & sic de alijs. vnde alludit Ouid Fast.

Martius erat primus mensis, Venerisque secundus.

Hæc generis princeps, ipsius ille pater.

Tertius à senibus, iuuenum de nomine quartus.

Quæ sequitur, numero turba notata suo est.

Alij tamen Maium à Maio Deo, qui est Iupiter, à magnitudine ac maiestate dictum autumant: vel à Maia, vt Macrob. lib. Saturnal. l. c. 12.

Postea vero Numa Pompilius duos adiunxit menses, scilicet Ianuarium, & Februarium. quod non omisit Ouid. ibidem:

At Numa nec Ianum, nec auitas præterit umbras,

Mensibus antiquis præposuit que duos.

Ianuarius & Februarius cur sic dicti.

Ianuarium eo vocauit, quod sicut per ianuam fit in domum introitus, ita per hunc mensē secundum Romanorum computationem fit ingressus in annum: vel à Iano, quem nulla ciconia pinsit, cum esset biceps, teste Persio. Februarius vero à Februo, id est Plutone, quia Romani id temporis sacrificare Plutoni solebant pro animabus antecessorum: vel à febre, quod in calidis regionibus homines febricitare incipiant, vt scribit Ioan. de Sacro Busto in suo libro de anniratione. Numa igitur Pompilius Rex Rom. secundus annum ex 12. mensibus constituit. imperfecte tamen egit. assumpsit enim menses lunares, vnum scilicet 30. dierum, & alium 29. dierum. vnde annus illius tantum constabat 354. diebus. qui numerus dierum reuolutionem solis non complet, nec eius cursui sufficit, vt pulchre docet Ioan. Stasler in suo Calendario Roma. magno, propositio. 34.

Quamobrem Iulius Cæsar iustum complere volens numerum, n. dies adiecit, & quadrantem id est sex horas. vnde Iulij annus constabat 365. diebus, & sex horis, quibus sol lustrat zodiacū. superflue tamē duodecimam partem vnus horæ apposuit. Calendarium etiam à Martio inchoari iussit, & dies anni per menses competenti numero distribuit, sic vt impares menses triginta vnum dies haberent, pares autem 30. Sed cum ad vltimū imparitatis rancem Ianuarium peruenisset, defuit ei vnus dies, quem à Februario detraxit, eumque recuperari voluit anno bisextili. Verum cum Romani Iulio Cæsari adulari, & illi morem gerere vellent, Quintilem mensē Iulij appellarunt, quod id temporis ad quartum Idus Quintilis Iulius natus fuisset. Tempore etiam Augusti Cæsaris Sextilem mensē Augustum ab Augusto ex senatusconsulto vocarunt. At cum Augustus mensē suum Iulio breuiorem cerne- ret, diem à Februario quoque subtraxit, Augustō-

Cur mensis sic nominatus sit.

que addidit: sicque factus 31. dierū, & Februarius remansit 28. dierum. At cum intentus cerne- ret tres menses contiguos, 31. dierum esse, Iulium videlicet, Augustum & Septembrem, à Septembri vnum diem subtraxit, quem Octobri dedit, & alterum diem à Nouembri, quem Decembri contulit. Hæc breuis est anni computatio, egregij Principes, quam si degustaueritis, perfacilis erit vobis ista lex: quibus adde Macrob. in lib. Saturnal. l. c. 13. & seq.

Omitto de Calendis, Nonis, & Idibus pertractare, quia glo. plene tradit: quæ licet in multis deficiat, non defunt tamē exacti hac in re scriptores, qui vobis alias huiusce rei peritis sufficere poterunt.

Sensus itaque huius legis est, quod cum bisextus est in Calendis, id est intra Calendas, vt solet (nec enim est intra Idus, vel Nonas) vult tex. dicere, quando est bisextus, nil refert vtrum priore, an posteriore die bisexti quis natus sit. nam sexto Calendas erit eius natalis dies, cum biduum pro vno die habeatur. Erideo posterior dies, videlicet bisextilis, per singula quadriennia intercalatur, id est interseritur, non prior, qui nō mutatur. Ideo illo anno, quo non est intercalatū, id est quo nō est additus aliquis bisextilis dies, quia nō erat bisextus, dicitur natus sexto Calendas. Cum vero bisextus est, habet priorem diem, id est sexto Calendas natus erit. Igitur die bisextili natus anno reuoluto in priori die sexto Calendarū dicitur habere annum. idem in secundo, & alijs annis sequentibus. Et in anno bisextili primus sextus Calendarum erit dies eius natalis. Sic intelligi hic tex. debet, vsque ad versic. Cato.

Legis elucidatio.

Cato autem putauit mensē intercalarem esse additium, & omnes eius dies esse pro momento, & hunc diem bisexti esse addendum vltimo diei mensis Februarij. Huius autem Iunifonsul. Cato- nis computatio erat suo tempore vera, videlicet antequam Iulius Cæsar annum sic distribuisset, vt prædixi. Nam à Romulo annus fuit institutus 10. mensium; & à Martio mensē incipiebat: verum Numa Pompilius duos menses addidit. Verum quia hæc cōputatio nō quadrabat lunæ, Pontifices alternis annis 12. dies, quandoque 13. intercalabāt: aliquando minus, quandoque plus pro momento obseruabāt, cum nihil certi statutū esset. Ideoque iste mēsis erat addititijs, quod aliquādo adderetur aliquādo non. Et addebat in fi. anni iste Februarius, & in fine mensis addebat dies bisexti: & sic pro lunæ momento habebatur, ac si solum momentum temporis occuparet, quia momento addebat, & pro momento obseruabatur. Et hæc est Cato- nis sententia. Sed videns Iulius Cæsar hæc computationem minus conuenientem esse: decem dies addidit Februario, effecitque vt 28. dierū esset, iussitque inseri singulis quadriennijs diem bisexti sexto Calendas Februarij. Et sic Mutij sententia est vera secundum nouam computationem. Hoc annotant Budæ. & Alcia. Nam annus 365. diebus constat (vt l. cum heres. ff. de fideicom. lib. 1. si ita vulneratus. §. æstimatio. ad legem Aquil. probatur) & sex horis, quæ in quadriennio diem constitunt integrum, vt prædixi. & nisi constitutus esset vnus dies ex his sex horis quatuor annorum, certe annus aliquando inciperet mane, aliquando à meridie, demum à vespere; & postea à media nocte. quamobrem fuit coniunctum hoc tempus ad constituendum diem integrum, qui Februario tanquam pauperiori datus fuit, eo scilicet mense & Ioco, quo etiam apud veteres mensis intercalabatur ante quinque vltimos Februarij mensis dies: idque bisextum censuit nominadum. Ma-

prob. c.14. & seq. Saturnal. Quamvis in Pandec. Floren. sic habeatur: extremusque diei mensis Februarij tribuit Quintus Mutius. & sic non erat Cato sententia huius.

Festa in Idibus erant.

Apud veteres quoque Idus cuiusque mensis festa erat, vt docet Alexand. ab Alex. lib.3. genial. c.18. fol. 78. & de multiplici anno multa scribit idem Alexand. fol. 85. ibidem. facit glo. in c. preter. in 18. distinet. l. qui Rome. §. r. ff. de verbor. obligat. l. si ex pluribus. in fin. de solutio.

Vtilitates huius legis plures.

Vtilitates huius legis sunt sequentes. Quod bis sextus dicitur eo, quod dies bis nuncupatur sextus à Calēdis, quemadmodum Romanis patet sic computantibus in bullis Papę. dicunt enim primo sexto Calend. Februaria. & idem bis sextilem secundo sexto Calend. Februarij, vt sepius vidi, & scripsi in forma manda. in si. in concordia.

Calend. Nonarum, & Iduum quare fiat computatio.

Secundo hæc computatio Calendarum, Nonarum, & Iduum inuenta est, tum ratione maioris certitudinis, quia si diceretur decima die, ignoraretur an esset decima mensis intrantis, an finientis: tum etiam vt falsitas euitetur. nempe cum non omnes istam sciant computationem, facilius detegitur falsum, teste Bal. in tract. de pace Constā. in si. in glo. die Lunę.

Computatio per dies quando fiat.

Limitatur, quando hæc computatio fieret per dies: vt intra sexaginta dies debeat quis rem redimere, tunc dies etiam bis sexti in hoc computatur numero. l. 2. ff. de diuersi. & temporal. præscrip. Ita communius computant omnes curiæ Franciæ. Et sic iste mensis die bis sexti computato habebit 29. dies, secundum sententiam Q. Murij. Et ideo in curia Romana dicitur prior dies simpliciter sexto Calendas Martij, dies autem bis sexti secundo sexto Calendas. Ex quo vidi quendam, qui secundo sexto impetrauerat ecclesiam parochialem, & nõ fuerat promotus intra annum, iuxta c. licet canõ. de elect. in 6. sed impetrauerat dispensationē quinto Calendas Martij, vt posset illam ecclesiam retinere, priuatum sua ecclesia, eo quod annus erat iam elapsus, & nil iuris habebat in beneficio, nec hoc expresserat, & sic sua dispensatio erat subrepticia. c. 1. & 2. de filiis presbyter. in 6. scripsi in forma manda. in concordia. in glo. dispensationis. & in verb. post mensē. quomodo mensis computetur, ac plene. in praxi benefic. in 3. parte in forma dispensa.

Beneficium impetrans post annū quo est priuatus, nil agit.

Tertio prodest ad tutelam, & curas, vt finita sit tutela etiam die priore sexto Calendas finito. §. 1. quib. mod. tutel. si p. in Insti.

Vsucapio triennij quomodo computatur.

Quarto ad vsucapionem, vt finitum dicatur triennium in priore die bis sexti, cum de momento ad momentum computetur tempus. Ita etiam quoad decretum de pacificis possessoribus, cum fauorabile sit. l. 3. §. minorē. ff. de minor. Et si venditio fuerit facta die bis sexti, anno finito & reuoluto sexto Calendas finietur die: eritque exclusus retrahens, qui de iure habet annum. §. Titius. si de feud. controuerf. fuer. inter dom. & agnat. vassal. Idem in præscriptionibus statuitur ibi in d. l. 3. §. minoreni.

Annus de portus quomodo debeat computari.

Quinto idem in legatis, quæ relinquuntur ad annum, vel biennium, secundum glo. hic. Sexto ad inuestituram petendam intra annū & mensē. c. vno. quo tempore miles inuecti. petere debeat. Septimo. prodest ad deportus, vt archidiaconus, vel episcopus recipiens fructus primi anni beneficiorum vacatūum debeat computare annū vt hic, videlicet à primo die mensis, quo vacauit. glo. singul. in c. si propter. in verb. primi anni. de rescrip. in 6.

Octauo quoad ordines, vt is dicatur posse suscipere subdiaconatum, si decimum octauum annū

attigerit: diaconatum, si vigesimum: presbyteratū si vigesimū quintum. clem. vlt. de ætate & qualita.

Nono quoad testamenta prodest, vt in l. qua ætate. ff. de testam. Decimo vt possit obtinere beneficia curata vel dignitates. c. cum in cunctis. §. inferiora. de electio. Vndecimo vt possit fieri iudex. c. cum vigesimum. de offic. delega. Duodecimo ad festi sancti Mathiæ celebrationem. de quo in c. quæsiuit. §. si. de verbo. significa.

Decimotertio prodest in suspenso ad annum, vt illa dies non computetur, imò celebrare poterit elapsis crecētis sexaginta quinque diebus. glo. in c. quæsiuit. de verbor. signific. Nec non ad alia poteritis extendere, in quibus de temporis computatione agitur, quemadmodum etiam declaratur in l. eum qui Calendis. ff. de verbor. obligat. De anno & calendis loquitur tex. in l. syna. §. noualis. supra eod. & l. anniculus vtraque. infra eod. & l. si calumniatur. §. 1. infra eod.

Verum quia glo. latius de Nonis, Idibus & Calendis tractat, eam videre si non grauemini, poteritis. verius tamen explicat Ioan. de Sacro Busto in suo tract. de anni rutio. Calendarium etiam quid sit, tra lit glo. in l. eius. ff. si certum pet. at minus bene. ideo Berburg. in tract. de yfura censu. c. 3. dicit esse libellū, in quo id, quod singulis Calendis acceptum, expensumve esset referebatur. Vel est liber rationum, qui ad fœnus respiciunt: in quo nomina debitorum scribebantur. & quia Calendis pecuniæ fœnori dabantur, & yfura exigebantur, ob id Calendarium, quasi ad Calendas spectans dictum est, de quo loquitur l. qui filium. ff. de leg. 3. & l. vxorem. §. legauerat. 2. respõ. & l. nomen. ibidem l. 3. de compẽsa. l. si. de pecul. l. dominus. de pecul. lega. l. vxori. ibidem l. Stricho. de statulib. l. pater. §. penultimo. de doli except. l. nepoti. de fund. instruc.

Calendarium.

Observat, pro custodi. Observare autem, teste Valla, duo significat: primo idem, quod custodire aliquid oculis, animo que in modū speculatoris, ne nos silentio taciteque prætereant: & ita hic capitur, quasi custodiat, & annotet, ne dies bis sexti prætereant, & quo obseruabitur anno. Interdum obseruare est non speculantis modo, sed admirantis venerantisque: & id tantum in homines, non res, quoties quem vel virtute, vel dignitate suspicimus & colimus. hæc Valla li. 4. c. 3.

Observat quid.

Apud Iurisperitos frequentius etiam prosequare & diligenter aduertere capitur, & vt vulgo dicimus, prendre garde. l. 1. in si. ff. de ventre inspici. l. Barbarius. in si. ff. de offic. prator. ibi quod ius multo magis in Imperatore obseruandum est. & l. obseruare autē proconsulem oportet. de offic. proconsul. l. obseruandum. de offic. præsid. & l. obseruandum. de iudic. & l. obseruandum. de ritu nuptiar. Et quæ leges non seruēt in hoc Regno, scripsi in proœm. consti. Reg. in 1. tomo commenta. ad consti. Reg. Gallic.

Posterior.

Posterior dies, vltimus, extremus, sic posterior pars. l. si cum fundum. infra eod. posterior obligatio. idem. in l. Nepos. infra eod. posterior scriptura. l. inter illam. in eo. posteriore testamento. l. Sequola. infra eo. Alia nunc missa facio, quæ magis non sunt emolumentum.

VLP IANVS LIB. PRIMO DE OFFIC. CONSVL.

LEX NONAGESIMANONA.

Notionem accipere possumus, & cognitionem, & iurisdictionem.

Hæc

Notio & iurisdictionem continet, & cognitionem.

Hæc lex tria dicta ponit, sciq; 3. habet partes. 2. ibi, continentes. 3. ibi, instrumentorum. Hoc principii vult, quod notio cõprehendat iurisdictionē & cognitionem: cognitionē autem causarum habent & iudices, & arbitri: iudices autē cum iurisdictione, arbitri vero compromissarij notionem, id est cognitionem, sed non iurisdictionem, quæ introducta est de iure publico. l. i. iuncta glo. ff. de iuridif. omnium iudic. quandoquidem priuatorum consensus non potest dare iurisdictionem non habenti. l. priuatorum. C. de iurisdictione. omnium iudic. Dabit ergo illi arbitro notionem. l. ait prator. ff. de re iudica. vbi dicit: condēnatus, vt pecuniam soluat ab eo cuius iurisdictione est, cogi debet ad soluendum. melius dixisset, cuius notio est. Etenim notionis nomē ad eos pertinet, qui iurisdictionem non habent: sed habet de quauis alia causa notionem, nempe condemnatus ab eo cuius notio est, cogitur soluere etiam per exactiorem poenæ. l. diem proferre. §. tari. ff. de arbit. vel per adionē aut exceptionem, quæ ex sententia arbitratorum oriuntur. l. cum antea. & l. ne in arbitris. §. si. C. de arbit. Et hoc docet glo. hic. Non tamen respexerunt conditores ad illas leges nouas, quia non potuerunt præfigere, sed compilatores potuerunt. Vel dicite, vt superius scripsi.

Notio quæ do cognitionem significat.

Item iudex delegatus habet iurisdictionem, videlicet delegatam, non propriam. l. 1. §. qui mandatum. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdictione. & sic est elucidata gloss.

Sed dubitari potest, quomodo notio in dubio capiatur, an pro iurisdictione, vel cognitione? Respondent vbi notio refertur ad iudices, accipitur frequentius pro cognitione & iurisdictione. l. 1. §. de his. ibi pratoris erit vel præsidis notio. ff. de separatio. l. ad Imperatorem. ibi, si ad eius notionem pertinet. de appel. l. penult. ibi, cuius de ea re notio est de calūnia. l. ex omnibus. ff. de offic. præsid. ibi, præsidum prouinciarum est notio. l. deinde. §. hoc autem. verfic. ceterum ibi, notio prtoris. de liber. exhibend. l. 1. §. suspecti. ad Turpil. l. cum hi. §. 1. ibi, pratoris notio ob transactionem erit. ff. de transactio. l. 1. §. cum vrbem. de offic. præfect. vrb. l. in sūma. in si. ibi, vt re integra de causa notio præstabitur. ff. de re iudica. l. non aliter. in si. de lega. 3. Et in dubio refertur ad iudicem, si dicatur cum cuius notio est, æstimaturum. l. Aurelius. §. Titius. 2. ff. de libera. lega. l. vlt. in si. de actio. & obliga. l. 2. in si. ad legem lul. de adulter. vel in publica notionē. l. si. C. de. prob. c. 1. de except. in 6.

Si vero ad arbitros referatur, pro cognitione sine iurisdictione capitur. d. l. ait prator. notio enim à nosco descendit, & sic proprie cognitionē denotat: in qua aliquando iurisdictione continetur, aliquando non, vt prædixi. De cognitione scripsi in l. pronuntiatum. & melius in lege cognoscere supra eodem.

Aliquando Iurifconsul. ait, Cuius de ea re iurisdictione fuit. l. 3. §. sed & si quidem. ff. iudica. solui.

§. Continetes prouincias accipere debemus eas, quæ Italiae iunctæ sunt, vtputa Galliam: sed & prouinciam Sicilia magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto ab Italia diuiditur.

Continens, & continens quid, & vnde, & a differat.

Continens prouincia dicitur, quæ est continua, & coniuncta, quasi simul cum alia se teneat, à con & teneo. Inde continens actus, seu continuus, abque intermissione, vel cum nullis ha-

bet actus extraneos. l. continuus. ff. de verbor. obli. l. diuus ibi, continua mentis alienatione. de offic. præsid. quæ ne transfertur quidem dignitū relinquit hominem, sicut de febre continua medici dicunt, facientes tamen differētiam inter febrem continentem, continuam, diariam, simplicem & duplicem.

Continua prædia Iurifconsul. vocat contigua, in l. tria prædia continua, trium dominorū obiecta, id est opposita. ff. de seruitu. rustic. prædior. facit l. in tradendis. §. fina. ibi, quamquam dici potest, si tria prædia continua haberem. ff. communia prædior. Gallia ergo dicitur continens, & prouincia Italiae: sed magis est continens Sicilia. de qua videndus est Cicero quinta in Verrem actio. & Blōdus in lib. 3. & in Pandec. Florent. iungitur prouincia cum Sicilia.

Continua febris, prædia, & alia phrasæ.

Norandum vero est cõtinens variis sumi modis: primo pro coniuncto & connexo, vt hic.

Secundo continere idem est, quod abstinere. c. quod à te. ibi, quia continere carnis deuidcti vitio non valentes, vxores accipiunt. de cleric. coniuga. Inde continens, abstinens: & contentia, castitas. c. cum olim. ibi, Orientalis ecclesia votū continentia non admisit. eod. titul. & his vocabulis frequenter vitur ius Pontificium.

Continere pro abstinere.

Tertio rei appellatio continet tam ea, quæ in patrimonio nostro sunt, quam quæ extra patrimonium, id est comprehendit. l. rei. i. supra eod. & l. heredis. 1. & l. verbum. §. vlt. ibidem. l. neque leges. iuncta l. non possunt. ff. delegib. vbi in vna lege Iurifconsul. vitur verb. continetur, & in altera verb. comprehendit. facit l. 1. §. incile. de riuis. l. inter. §. sacram. verfic. vini autem. de verbo. obliga. Et actio stellionatus neque publicis iudiciis, neque priuatis continetur. l. 1. ff. de crimi. stelliona. l. 3. §. maxime. ibidem.

Continere pro comprehendere.

Quarto cõtinere est simul quasi intra se tenere, Gallice continer. vt rei iudicariæ exceptio tacite continere videtur omnes personas, quæ rem in iudicio deducere solent. l. rei iudicata. ff. de exceptio. rei iudica. & pratoris stipulationes aut rei restitutionem continent, aut incertam quantitatem. l. 2. de prator. stipula. l. 3. §. ideo ea quoque arbor esse videtur, cuius radices desinunt viuere, quauis adhuc terra contineantur. ff. arbor. futrum casar. Et ades hoc ipsum continent, id est tigna, lapides, & alia. l. eum qui. §. si. ff. de vsucap. Et qui liberam mulierem consuetudinis causa non matrimonij cõtinere, stuprum committit, l. stuprū. ff. de adulter. & quædam poenæ quæ coercionem corporis continent. l. si quis forte. in si. ff. de poenis. & duæ istę significationes proximè accedunt.

Continere pro intra se tenere.

Quinto continere pro tenere, vel esse. vnde Labeo scribit, vt possidetis eum vt possit de eo loco, quo radices continentur vitium. nam si tibi vim fecerit, quominus eas vites vel præcidas, vel traducas, vim tibi facere videtur. l. 3. §. item videamus. 1. ff. vt possidetis. l. 3. §. 1. de riuis. ibi, si riuum, qui ab initio terrenus fuerit, qui aquam non continebat, cementitium velit facere, audiendum esse. Et fructus desinit se continere terra, quando extra terram, in qua producti fuerat repositi sunt. l. si eius. ff. de rei vindica.

Continere pro tenere.

Sexto continere significat retinere, vel intra carceres tenere. Solent autem præfides in carcerem continendos damnare, vt in vinculis contineantur. Sed id eos facere non oportet, nam humilimodi poenæ interdicitæ sunt. Carcer enim ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet. l. aut damnatum. §. solent. ff. de poenis. Et furiosi si non possunt per necessarios contineri, in carcere continentur. l. congruit. ff. de offic. præsid. l. si eius

Continere pro retinere.

l. si eius. de rei vind. Et is, qui exercitui præest, continere milites in castris debet. l. officium. §. officium. ff. de re militar. Et si canis cum ducere...

Septimo, rescripto diui Pij ita continentur, id est ita describitur, statuitur, exprimitur. l. si legatum. ff. de oper. publ. l. 3. §. etiam. de liber. exhib. l. quædã. §. numularios. de edendo. l. mandato generali non contineri. de procurator. Vel dicite, vt supra.

Octavo, continentur solo, id est completuntur consistunt, tenentur. l. r. in princ. ibi, quæ specialis in rem actio locum habet in omnibus rebus...

Nono, quædã corpora vno spiritu continentur, id est includuntur, vt homo. l. rerum. ff. de vfucapio. & l. in rem. §. item quæcunque. in fi. de rei vindica. id est sunt vnita, & congenita, & confecta. declarat. Cal. lib. antiquar. lectio. 15. c. 23.

Decimo, pacta quæ turpem causam continent, nullius sunt momenti, id est habent, comprehendunt, completuntur. l. si vnus. §. pacta. ff. de pact. Et hoc edictum meram continet poenam. l. vna. si quis ius dicen. non obtempera. & capitale crimẽ poenam mortis continet. l. r. de bonis eorum, qui mort. Et an denoret proprietatem scripti in l. pecunie. & l. verbum. supra eod. Et omnes hæ fere significationes licet in idem propemodum cadãt, facillioris tamen explanationis gratia ita separare volui.

Ex prædictis apparet quod continens dicitur proximus, perpetuus, continuatus, coniunctus, vel affixus. Vel itum erit iudicare, cui potissimum significationi subscribitis.

Obtinere & retinere, elucidandi in l. qui neque. supra eod.

Sciendum est, quod quædam est causæ continentia, id est connexitas, tum ratione personarum, nam plures tutores, seu socij, vel illorum heredes ad diuersos iudices trahi non debent, sed coram vno conueniri illius ratione connexitatis. l. omnes. Carbit. tutel. l. 1. & 2. ff. de qui. reb. apud eud. iudic. ear. Tum ratione generalis actionis, vt in actione negotiorum gestorum, pro socio, & tutelæ. in his quippe coram vno iudice quis est conueniendus inue vnus gesserit, siue plures. Et idem in tutoribus & socijs docet glo. & doct. in l. nulli. C. de iudic. Et ratione subiecti dicitur causæ continentia, vt si d. 10 iudicia ad vnum & eundem finem tendunt, vt possessorium, & petitorium, tunc iudex possessorijs decidet petitorium. cap. 1. & 2. de caus. possess. Alciat. lib. 1. parerg. cap. 9. declarat. Ego quoque scripti abundantius in tract. de exception. in vert. diuis. exceptio. versi. septimo, opponi potest.

Continentia etiam causæ dicitur, quæ propter incommo dum diuisionis separanda non est: vt si vnus iudex inceperit de vna causa cognoscere, vt alius nõ possit. d. l. nulli. & c. 1. & 2. de caus. possess. Vnde fuit annullata comprehensio vnus iudicis, qui informationes confecerat super falsitate comissa in alio iudicio, & postea quam primus iudex cognoscere inceperat, secundus iudex delinquentem ceperat, in carceremque detruserat, vnde remissa fuit causa ad primum iudicem, videlicet ad seneschallum Lugd. mens. qui iam de eo cognouerat. Ita fuit pronunciatum die 26. Martij in decuria criminali Paris. quam Tornella vocat, anno 1540. Ita que pronuntia continentia erant coherentes,

Iudex qui informatioes conficit, de causa cognoscere debet. Ar. ff. sum.

quasi se tenentes. exponit l. rerum mixtura. ff. de vfucapio. Sic ædificia continentia dicuntur, quasi continuata. l. ædificia. infra eod. Continua ædificia suburbia dicuntur. l. 2. iuncta l. vt Alphenus. & l. collegarum. l. absentem. isto titul. Aliis modis à grammaticis & oratoribus accipitur, sed illis relinquo, vt intra ius me contineam.

Vtilitas esse potest, quod si iudex gratia instructionis exhibenda, siue testibus siue instrumentis egeat, tenetur dare dilationes pro distantia locorum, scilicet tres menses, quando sunt illius provincie: si vero testes vocandi sunt ex continentibus provinciis, tunc sex menses dantur. l. r. C. de dilatio. Verumtamen in hoc Regno dilationes sunt arbitrariæ, vt dixi in tract. de dilatio. in 3. tomo commentar. in consti. Reg. Gallie. Alias utilitates dicam in l. qui in continentibus. infra eod.

Diuiditur, id est separatur, vt in §. seq. vbi text. vtritur verb. separare, & diuidere, pro partiri. & l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbor. obligat. l. collegia. de colleg. illicit. ibi, permittitur eis cum dissoluantur, pecunias communes, si quas habent diuidere, pecuniam quæ inter se partiri. Materia vero diuidui & in diuidui traditur in l. 2. & seq. & l. stipulationes. & l. in executione. de verb. obligat.

Iudicium communi diuidendo datur ad res communes, siue per societatem, vel alias diuidendas. l. r. & per totum. ff. communi diuidun. Familie autem eriscudã actio datur coheredibus, volentibus à communionem discedere, & res diuidere hereditarias. l. r. & per totum. ff. famul. erisc. De his quoque actionibus scripti in tract. meo. actio. & exceptio.

Hinc diuisio, quæ dicitur multa afferre incommoda. l. plane. ff. famul. erisc. und.

Diuisiones etiam interdum dicuntur per figuram ea dona, quæ inter aliquos diuiduntur, quasi distributiones. in l. cum quidam decurionibus diuisiones dari vultisset die natalis sui. ff. de annuis lega. vbi glo.

Differentia inter diuisionem & partitionem tanquam à grammaticis satis plene traditas, & vobis notas, nunc missas facio.

§. Instrumentorum appellatione quæ comprehendatur, perquam difficile erit separare. Quæ enim proprie sint instrumenta, propter quæ dilatio danda sit, inde dignoscemus, si in presentiam personæ, quæ instruere possit, dilatio petatur: puta qui actum gessit, licet in seruitute, vel qui actor fuit constitutus: putem videri instrumentorum causa peti dilationem.

Hunc §. declarat Paul. Iurifcon. in l. r. ff. de fide instrum. sic dicens: instrumentorum nomine ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui potest. Et ideo tam testimonia, quam personæ instrumentorum loco habentur. Et quamvis Iurifcon. hic dicat perdifficile esse separare, quæ instrumentorum appellatione comprehendantur, vt singula capita elucidetur, tamen cum personæ instruere causam possint, instrumentorum nomine continentur. Nam instrumenta, quæ proprie sint, propter quæ dilatio danda sit, nos inde cognoscemus, si dilatio petatur in presentiam personæ, id est ob presentiam personæ, & vt haberi eius presentia possit, quæ persona forte causam instruere possit: vt pote quis actum gessit, licet in seruitute

Continentes presentie.

Communi diuidendo iudicium cui datur, & famul. erisc. tit. 2.

Seruus & pupillus quando deponere possunt.

Instrumentorum nomine an proprie continentur desbos.

Continentia.

Intellectus duplex ad res.

Videri. Nonus intellectus.

seruitute, vel forte quis actor municipum factus sit, vel bonorum administrator: tunc si presentia eius requiratur, quæ forte causam instruere possit, instrumentorum causa dilatio peti censetur. Vel potest intelligi, si dilatio personæ petatur, quæ in presentia instruere possit, id est nunc, nam licet non fuisset idonea persona tempore seruitutis, tamen hodie eius presentia instruere, & ideo admitti, & dilatio recte peti potest: quia tempus presentis inspicitur. l. r. C. de testa. & ista est sententia Viglij in tit. de testa. in Insti. quæ non est spernenda: tamen præcedens magis conuenire videtur.

Et sic dicitur perquam difficile esse separare: quia non potest Iurifconsultus diuidere, & separare personam ab instrumentis, cum dilatio ob presentiam personæ habendam petatur, quæ causam instruere possit: vel si dilatio personæ habendæ petatur, quæ de presentia instruere poterit. Nec debet intelligi iste text. quod dilatio in presentiam personæ petatur, vt quidam existimabant: quia si presentia personæ necessario adesset, quid citationis, aut dilationis ad eam habendam foret opus? Quamobrem intelligitur, vt prædixi. Vnde glo. hic dicit seruum deponere posse de eo, quod in seruitute vidit. Sic & in pupillo, de eo quod factum est in pupillari ætate. Subtrahendi tamen erunt quatuordecim anni pupillaris ætatis: quicquid enim videbat illa ætas, ignorabat iuris præsumptione. l. r. C. de fals. moneta. sicque seruum in testibus antiquis centum annorum, vt non dicatur deponere, nisi de octoginta annis. Quidam antiqui libri habent, ob presentiam personæ, & tunc text. est planus. facit l. oratione. ff. de fer.

Ex quo inferunt doct. quod appellatione instrumentorum proprie non veniunt testes, per text. in d. l. r. ibi, instrumentorum loco habentur. qui est enim loco talis, non est proprie talis. l. si cui ex empto. supra eodem. vbi dixi, & in l. mercis. 2. infra eodem.

Item æqualem vim habent testes & instrumenta. in exercendis. C. de fide instrum. ergo non sunt vnus, & vtrumque alterius appellatione non comprehenditur. facit l. r. in princip. C. de dilatio. ibi, instrumentorum, vel personarum gratia. multa allegat Felin. & Dec. in d. rub. de fide instrum. dicentes hanc esse communem doct. sententiam.

Nec refragatur c. peruenit. r. de testib. cogend. ibi, instrumenta, quorum appellatione testes continentur. Ipse respon. quod verbum continentur ibi denotat improprietatem, vt quandoque. de quo scripti in l. sciendum, supra eod. Et maxime cum sit declaratum à Iurifconsulto in l. r. ff. de fide instrum. cum dicit, instrumentorum loco habentur, vbi sunt tam verbum loco (quod supra ponderatum fuit) quam etiam verbum habeatur, quod etiam improprietatem denotat, & fictionem. teste Corse. in singul. incipien. habeatur. & Iacob. in l. si sine. ff. de interrogator. actio. scripti in meo tract. de fictio.

Nec obstat hic text. dicens, videri, quod etiam fictionem denotat, vt supra dixi. Vt responderi potest, quod non probat id, ad quod allegatur, videlicet quod instrumentorum appellatione testes continentur: sed dicit, quod si quis petat dilationem ad habendum presentiam alicuius personæ quæ possit instruere causam, videtur instrumentorum causa dilatio peti. nam postquam persona indigeo, quæ instruat causam, & peto dilationem vt illam producam, illa dilatio videtur peti causa instrumentorum, id est vt causa instruat, sicut per instrumeta. Et ita forte intelligi potest iste text.

Barba. vero in rub. de fide instrum. contrarij firmat, dicens proprie & vere instrumenti nomine venire testes. probat per dictum ca. peruenit. & hunc §. & alia, vt per ipsum.

Ego vero conciliando vtranque sententiam, dicere instrumenti nomine venire etiam proprie omnia, quibus res apparatur & instruitur, tam instrumenta, quam personas. quia instrumentum generale nomen est, vt docet Vlp. in l. quesitum. vbi ait instrumentum esse apparatus rerum diutius manurarum. sine quibus exerceri nequirit possessio. ff. de fundo instruc. & in l. cum de lanionis. §. r. ibidem. scribit Paul. Sed istud est perquam difficile separare, vt inquit Vlpia. hic, & singula capita dignoscere.

Igitur si fundi instrumentum dicamus, venient tam personæ quam rerum apparatus. d. titul. de fund. instruc. maxime d. l. quesitum. Et si dicamus causæ vel litis instrumenta, veniet omne illud, quod instruet causam. Vnde instrumenta ea accipienda erunt, quibus causa instrui poterit: ideoque tam testimonia, quam personæ instrumentorum loco habentur. l. r. ff. de fide instrum. Et si instrumentorum causa dilatio petatur, id est vt causa instrui possit, tam personæ quam chartæ continentur, vt hic: quia certum est instrui posse causam & personis, & chartis.

Ergo si materia respiciat ad instructionem causæ, vel ad probationem, venient omnia quibus causa instrui potest: vt commissarius datus ad instruendam causam, possit & testibus, & instrumentis aliisque iudiciis & probationibus eam munire. Siquidem instruere hoc proprie denotat, vt dicam in l. instrumeta. infra eod.

Sed si materia respiciat separationem chartarum seu instrumentorum, & testium, tunc non venient testes instrumentorum appellatione, vt in l. r. C. de dilatio. Vnde si non possit res probari nisi instrumentis, non poterit probari testibus. l. testiu. C. de testib. l. contractus. de fide instrum. nam communis appellatio instrumentorum & testium separata est, & vulgus per instrumenta non comprehendit testes: igitur ex communi vsu testes non venient, l. librorum. §. quod tamen Casius. ff. de lega. 3. quia minime mutanda sunt, quæ semper certam interpretationem habuerunt. l. minime. ff. de legib. Vnde colliges, quoties loquimur de instructione causæ, tunc testes instrumentorum nomine comprehendit: alioqui contra.

Quod limitatur, nisi eadem ratio locum haberet in vtroque: veluti si subtrahens instrumenta parti puniri debeat, punietur etiam is, qui testes abduxerit: quemadmodum statuit Alexand. Papa in c. peruenit. r. de testib. nam qui subtrahit defensionis copiam aduersario, iniquam videtur fouere causam. l. prouidendum. in fi. C. de postuland. c. constitutis. r. de testibus. & is qui testes subtrahit, copiam defensionis tollit: nimirum si cum eadem sit ratio, poena quoque extendatur.

Vtilitas prædictorum esse potest, quod si præstatur poena mortis producti falsum instrumentum, non habebit locum in producente falsos testes: tum quia in statutis non facimus largam interpretationem, maxime in poenalibus. regul. in poenis. de regul. iur. in 6. cum etiam quia instrumentorum nomine ex communi vsu testes non continentur. Bar. no. in l. si is qui. ff. de vfucapio. & hoc expresse decidit Floria. in l. r. ff. de fide instrum. quandoquidem hæc materia tantum chartas respicit, & non testes.

Item leges Regiæ & iura loquentia de instrumentis, non habebunt locum regulariter in testibus, cum communis vsus nunquam vocet testes instrumentum

Conciliantur contraria loci. sententia.

Fundi vel causa instrumentum.

Quando instrumentorum nomine testes continentur.

Lex Regia contra producentem falsum instrumentum.

instrumenta, vt supra dixi. Idem etiam in consuetudinibus Francia videte in ordinib. Reg. titu. l. des faux tabellions.

Acta an no- mine in- strumen- tum conti- neantur.

Secundo instrumentorum nomine continentur acta. Bar. in l. in fraudē. §. neque. ff. de iure fisci. c. inter. versic. secundo per instrumentum. de fide instrum. l. emancipatione. C. illo titu. vbi appellatur instrumentum emancipationis: tamen constat esse de actis curie. Poena igitur statuti loquentis in instrumentis habet locum in falsario actorū, teste Alber. in tract. statutor. q. 97. in 2. parte & Bonifac. in tract. maleficio. in rub. de falsis. Auctoritas enim publica versatur in actis, sicut in instrumentis: & sunt redacta in scripturam, sicut instrumenta c. quoniam contra. de proba. Alexand. Iaf. & Dec. in rub. C. de edendo.

Nec obstat d. §. neque vbi copula Et ponitur inter instrumenta & acta, que solet inter diuersa locari glo. in rub. ff. de iuris & fact. ignoran. Respon. quod copula Et ibi ponitur inter genus & speciem. sicut in rub. C. de feruit. & aqua. ita respondet Barb. in rub. de fide instrum. in repetit. col. 36. Vel potes dicere, cum ille text. scribat sic: neque instrumenta, neque acta à quoquam aduersus fiscum edi oportet. quod primo ait genus. videlicet instrumenta non esse aduersus fiscum edenda: verum quia potius aliquid dubitare, quid de actis, ideo dicit, neque acta, & ad maiorem expressionē hoc addidit. At quæ dubitationis tollendæ causa inferuntur, non vitiant. l. qui mutuum. ff. manda. imo Barba. addit ex communi vsu loquendi omnem scripturam publicam vocari instrumentum, siue in iudicio facta sit, siue extra. Sicut testimoniā & depositiones redacta in scripturam, instrumenta vocari poterunt: videte Alexand. in rub. C. de edend. Et hoc est, quod dicit hic Iurifcon. perquam difficile esse separare ista capita.

Per instru- mentis, vul- gus non in- telligit pri- uatam scri- pturam.

Tertio no. quod appellatione instrumenti, vulgo instrumentis, non venit scriptura priuata, ex communi vsu loquendi Gallie: quia scriptura priuata habet nomen separatum ab instrumento, aut cum adiuncto dicuntur instrumenta priuata. l. instru- menta. C. de proba. Bar. Bal. & alij in l. i. C. de iure iur. propter calum. dand. Panor. consil. 64. venio. col. vl. & Areti. consil. 11. videtur. Roma. consil. 23. nescio. in 2. q. scripti in prafa. ad tract. de chirographor. recogniti. in l. i. tomo commentarior. in con- stitutio. Reg. Gallic. Ideo si de quolibet debito, de quo fiet instrumentum, soluenda sit gabella, non soluetur de scriptura priuata. cōmunis enim vsus (vt dixi) repugnat. Et si quodlibet instrumentum debeat insinuari, registrari, & publicari, nō publicabitur scriptura priuata. doct. in d. rub. de fide instru- mentis. nisi hoc in ea fuerit expressum. quod facit ad constitutionem Regiam nouissimam. Tamen Iurifc. Modestini. in l. tutor. in fi. ff. de vsur. vocat chirographum instrumentum. Et sic instrumenti nomine de iure iure, si non repugnaret consue- tudo, veniret scriptura priuata.

Præuilegiū an contine- atur nomi- ne instru- menti.

Quarto nota, quod appellatione instrumenti non venit priuilegium, quia separatim ea priuilegia vocamus. c. inter dilectos. de fide instrum. vbi Papa distinguit & separat priuilegia ab instru- mentis. & ideo proprie non continentur, vt consu- luit Cuma. consil. 98. stante dicto. Ego vero dice- rem contrarium: quandoquidem priuilegia in- struitur causam, & quæ in scripturā redacta sunt, nō immerito instrumenta vocantur. vnde si quid in- strumētis probandum sit, appellatione instrumēti venit priuilegium, vt firmat Panorm. & Dec. in rub. de fide instrum. l. i. col. 2. ff. de fide instru- ment. nec quicquam facit d. c. inter. & d. Cuma. ex suo capite loquitur: ob id ei non crederem.

Quinto inferitur instrumentorum appellatione non venire confessionem: ideo commissarius datus ad recipiendum testes, & instrumenta, non poterit recipere confessionē partis. tex. in c. præsentiū. §. testes. de testib. in 6. vbi expressē datur potestas recipiendi confessiones: quippe sunt diuersa, vt patet ex diuersitate titulorum: & ita tenet ibi Dominie. & Perus. & Barba. in repet. illius rub. col. 32. probatur in c. quoniam contra. de probat.

Non obstat, quod contrarium tenuerunt domini. de Rora. decis. 389. quia confessio causam instruit: ergo dicitur instrumentum. fateor in proprie quidem & abusiue, sicque poterit commissarius admittere confessionem causæ instruendæ gratia emissam: at proprie non. ita concludit lacob. in l. i. ff. de fide instrum. Vel dic, quod si cui liceat instruere causam, quod id etiam per confessionem possit: secus vbi tantum instrumenta recipere, & testes commissum est, vt tunc confessio non contineatur, quæ non habet illas solemnitates, quas habent instrumenta publica, quippe sunt omnino separata, & tituli separati, nimirum si quoque separatim hæc accipienda sint, vt neutrum alterius nomine comprehendatur. Quod limitarem, quando confessio redacta esset in scripturam publicam, eo casu instrumentum cōfessionis, sicut locationis dicitur, in d. c. inter. de fide instrum. & alia omnia, que in scripturam rediguntur publicam: vt probat Specu. in titul. de instru. editio. & ista est regula ad hæc materiam.

Sexto nomine instrumenti non venit instrumentum simulatum. Bal. in l. fi. §. in computatione. col. vlt. C. de iure deliber. quia non est simpliciter instrumentum. per l. imaginaria. ff. de regul. iur. glo. & doct. in l. i. & per totum. C. plus valere quod agitur.

Septimo scheda, quam protocollum dicunt, venit appellatione instrumentorum. glo. in verb. in instrumento. & ibi doct. in l. contractus. C. de fide instrum. Et notandum est, quod instrumentū semel parti traditum, non debet iterum illi parti expediri sine iudicis decreto, ne diuersa dentur instrumenta: quia tunc neutri staretur, si pluri- bus factum esset, vt scribit Bal. consil. 392. vltimus in 3. vol. quia scripturæ variæ sibi derogant. l. scri- pturæ. C. de fide instrum. Secus si ab vna persona publica varia instrumenta expediantur: nam illi stabitur, quod concordat cum originali, vt consu- luit Bal. consil. 409. quidem. in 3. vol. & consil. 428. casus talis. ibidem. Soci. consil. 277. visis. vol. 2. Etiam si pars iuret se amisisse instrumentum, ad- huc iudicis præceptum requiritur, teste Masuer. in rub. de literis. notis & nota. in §. item aduerter- dum. Barto. Iaf. & alij in l. si quis ex argentariis. §. prætor. versic. prohibet. ff. de edendo. vide inferius in versic. secundo. Hodie lex regni hoc statuit in tit. de notar. artic. 11. imo ibidem articulo præcedente prohibet idem Rex notariis, ne communicent, edantve libros alios, quam contrahentibus, heredibus, & successoribus, & illis, ad quos ius pertinet in illis contractibus. Pertinere vero ad eos videtur, quibus mandantibus huiusmodi actus facti sunt, aut eorū nomine à procuratoribus. l. si quis ex argentariis. §. pertinet. & seq. ff. de edend. nam qui non rogauit notarium, nec eum cogere poterit, vt sibi edat, vel instrumentum tra- dat. per glo. & doc. in l. prætor. in princip. & §. ra- tiones. ff. de edendo. Bal. in c. r. nu. 4. de fide instru- ment. Econtrario æquum est, quod mei causa con- fectum est instrumentum, id mihi edi. d. l. prætor. §. i. igitur cum mea intererit, per iudicem cogam instrumentum mihi edi, nec tenebor probare illud

Confessio an possit di- ci instru- tum.

Regula, quando in- strumen- tum dicitur.

Scheda in instru- tum dicitur. Instrumen- tum semel expeditum à notario, non debet iterum ex- pediri & dari.

Interesse quando in- tamento probetur.

Requisita vs post mortem notarij alter instru- mentum cō- feciat.

Scheda ma- nu notarij sit scripta.

Index com- munit, vt instru- menta mortui per alium conficiantur.

illud interesse, sed allegare sufficit, & iuramento firmare. Bar. in l. de tabulis. in fi. ff. de tabul. exhib. sic consuluit Roma. consil. 83. licet iure communi. Vnde partes erunt iudicis, statim interrogare petentem instrumentum, an sua interfit, & præ- stito à petitore iuramento, quod sua interest, de- cernet iudex instrumentum huic esse edendum, quemadmodum vidi seruari in forensi iudicio, quia non agitur de magno præiudicio respectu notarij.

Octauo regula est, vt si notarius morte præuentus nō potuerit instrumenta ad debitam formam redigere, quod autoritate iudicis possit alteri tabellioni committi. c. penul. de fide instrum. Tamen requiruntur sequentia. Primo, quod notarius primus qui recepit contractum sit morte præuentus, vt probatur in d. c. penul. ibi, morte præuentus. Idem tamen doct. affirmant, si longa valetudine detineatur, vel in exilium mittatur. per l. si longius. ff. de iudic. & glo. declarat in l. penul. ff. de in integr. resti. mors enim ciuiliis æqui- paratur naturali. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. glo. in c. susceprum. de rescrip. in 6. dico in l. si decesserit. ff. qui testis. De consensu tamen notarij, si haberi possit: alias eius cōsensu per iudicem suppletur. l. bonorum. C. qui admitti.

Secundo requiritur, quod notarius huiusmodi publicum instrumentum partibus non prius tra- diderit: tunc enim cum pars iam habeat, non po- test alteri committi, vt per ordinationem superius allegatam. Non potest instrumentum bis ex- pediri, nisi ex causa. per l. si quis ex argentariis. §. si. ff. de edendo. vbi Bar. expressim hoc asserit. nec refragatur l. i. is qui. ff. de testam. vbi licet instru- mentum imperfectum non probet, verum est quando scheda prima non esset perfecta, quam protocollum vocant: secus vbi prima scriptura esset perfecta, & sic ibi tex. intelligitur. quæ prior scheda si non inueniatur, instrumentum videtur esse suspectum, & ei non creditur. Bal. in rubr. C. de fide instrum. col. 7. quod est notandum, & in vsu forensi quotidianum.

Tertio requiritur, quod notarius contractum redegerit in scripturam. si enim tantum verbo te- nuerit acceptis partibus, minime redigendum foret autoritate iudicis, aut alias in publicam formam. doct. in d. c. penul. Adde requisitū, quod probetur schedam notarij propria manu fuisse scriptam, teste Boer. in decisio. Burdegal. q. 37. quia supra.

Quarto, quod ad petitionem eorum, quorum interest, fiat. hoc enim iudicium non datur, nisi fuisse postulatū. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect.

Quinto, quod autoritate iudicis ordinarij cō mittatur. Ergo non possit notarius autoritate propria notas alterius in publicam redigere for- mam sine iudicis autoritate, etiam si fuerit he- res, aut eidem donata vel legata fuerint, de stylo Francia, vt docet Guido Papæ q. 2. in decis. Del- phi. licet Panor. in c. cum P. tabellio. de fide instru- ment. contrarium teneat. primam tamen veram scribit Boer. in decis. Burdegal. q. 36. sed hic fuit. post Iaf. in l. si quis. §. cogentur. nu. 14. ff. de eden. & ista in praxi seruatur contra Panormita. sen- tentiam.

Sexto requiritur, quod index committat nota- rio alteri, vel tabellioni, vt in superscriptione d. c. cum P. tabellio. patet. nec possit iudex Regius cō mittere scripta notarij notario Apostolico, vel e- contrario index ecclesiasticus notario Regio, ne- quis falcem in messem alienam mittat, contra ca.

nouit. de iudic. Sed instrumenta notarij Regij in- dex Regius alteri notario Regio committet, no- tas vero notarij ecclesiastici index ecclesiasticus alteri notario ecclesiastico: alias fidem non fa- crent.

Septimo requiritur, quod ille notarius, cui est commissum, fideliter in publicam formam redi- gat, & ad verbum transcribat, & inserat in suo in- strumento, nihilo addito, nihilque detracto, vel immutato, vt Panor. & alij asserunt in d. c. cum P. tabellio. primo narrare quippe debet se inuenisse istam scripturam inter schedas talis notarij, quæ autoritate iudicis eidem fuere decreta, ideoque se ad verbum hic transcripsisse affirmet.

Octauo hoc instrumentum debet in publicam redigi formam, sicut alia instrumenta. d. c. cum P. tabellio. docto. per illum text. in c. significauit. de testib.

Nono requiritur, quod is, contra quem publi- catur instrumentum, sit citatus: teste Panor. in d. c. penul. quod est verum, vbi semel fuit expeditū: secus si nunquam. Guid. Papæ in decis. Delphi. q. 404. licet de iure. & Boer. d. q. 37. Et quando instru- mentum vetustate aut alias consumptum debeat reparari, vel de nouo rescribi, tradit Rebuff. & alij in l. 2. C. de discussio. lib. 10. & in l. penul. de excusa. muner. ibidem.

Decimo semper præsumitur pro instrumento publico, donec contrarium probetur. l. cum pre- cibus. C. de proba. Et ex eo duæ præsumptiones oriuntur, quod videlicet verum sit, & solemne. Bal. in c. i. §. si instrumentum. de notis feudo. referet Iaf. in repet. l. admonendi. col. 53. num. 154. ff. de iur. iur. & alibi dicit Bal. quod instrumentū est probatio probata, & non probanda. l. quoties. in fin. C. de iudic. quia non oportet probare instrumen- tum esse verum.

Postremo accipitur instrumentum pro omni- re, quia aliquid operamur. Grece ἰσχυρισμός vocatur, vnde boues aratorij instrumenta fundi vocitan- tur, qui capi non possunt pro executione, aut vē- di. l. executores. C. quæ res pignor. obligar. pos- sint. videte in tit. de fundo instrum. & quæ dicam in l. instructam. infra eod.

Appellatio vero munimentorum latissime patet, vt comprehendat etiam confessiones. glo. in c. coram. de in integr. resti. c. quoniam contra. de proba. omniāque alia continet, quibus munitur causa. Archid. in c. quamuis. circa fi. de elect. in 6. c. 1. de appella. cod. lib. Felin. in c. peruenit. 1. de tes- tib. cogend.

Quid vero contineatur appellatione documen- torum, des enseignemens, ou documents, tradit tex. in ca. plerunque. 2. q. 7. glo. in c. 1. de exceptio. in 6. no. in c. 1. de appella. ibidem. c. 1. de elect. cod. lib.

Separare. Separare est distrahere & segregare, vt hic, & in rubr. de separa. scripti in l. locus. supra eodem.

Inde dignoscemus, id est cognoscemus, discerne- mus, seu intelligemus. videte in l. cognoscere. su- pra eod. Et quoniam alia verba superius fuerunt elucidata, alio properemus.

IDEM LIB. SECVNDO DE Offic. Consul. Lex c.

Speciosas personas accipere debe- mus clarissimas vtriusque sexus: item eas, quæ ornamentis senatoriis vtuntur.

Etsi vulgatum significatum habet hoc nomen Speciosus pro pulchro, tamen hic aliter accipi-

Praxis no- tarij cui in- strumenta sunt com- missa.

Citari an debeat pars &c.

Instrumen- tum pro omni re ac- cipitur.

Munimen- ta quæ.

Documen- ta.

Speciosus.

mus. accipimus, inquam, speciosas personas pro clarissimis, siue sint masculini sexus, siue foemini- ni. Vnde quidam dicebat clarissimas personas eo dici speciosas, quod frequentius ab illis clarissi- mis pulchros & praestanti corpore, & nonnulla- natos exire videamus, vt vos ipsi oculati omni- bus testes estis, egregij Praefules, quod faustum foelixque vobis, ac toti Regno sit.

Ornamen- ta senatoria.

Ad haec personae speciosae dicuntur, quae orna- mentis senatoriis vtuntur, id est veste laticlaui- a. Gerebant enim senatores latum clauum, quod amplissimi ordinis insigne erat, vt docet Alciat. hic. Senatoriaque ornamta haec erant, quae sena- torem ab eaque discebat, videlicet locus, au- thoritas, domi splendor, apud exteras nationes nomen, & gratia, toga, praetexta, scilla curulis, in- signia, fasces, exercitus, imperia, & prouincia: te- ste Baifio in tract. de re vestiaria, fol. 33. Addit text. iste, *Qua vtuntur*. nam si fuisset senator nomine te- nus, domi se continens, nil praeter se gerens, non diceretur speciosa persona, vt scribo in l. vi- naria vasa. infra eod. Possumus quoque tex. hunc intelligere, quod Imperator quando alicui non senatori concedit ex privilegio, vt ornamtis vti possit senatoriis, haec inter speciosas personas co- putandus est, & speciosa vocari potest persona, seu spectabilis, non vero illustris.

Quatuor gradus di- Superuli- strae quibus sit.

Alciat. hic quatuor ordines dignitatum dicit recentiores tradidisse, cum quinque scripserint in l. i. ff. de offic. eius cui manda. est iuris d. Primus gra- dus est superillustris, vt Papa, Imperator, & rex Franciae. quod probant in authen. vt ab illustrib. & qui supra eos sunt. colla. 5. vbi ea verba, & qui supra eos sunt, ad illos referuntur: alias essent su- perflua. & tex. in §. si. in authen. de appella. colla. 8. ibi, quibus apices dignitatum super spectabilitate sunt. Item hi sunt illustrissimi: ergo supra positum, videlicet illustres. l. vbi. in princip. ff. de verb. obliga. Si quis ergo velit declarare su- perlatiuium per positum, necesse visum fuit ad- dere dictionem perquam, hoc significantem. Sed ad maiorem emphasim Iurisperiti addiderunt su- per. inde vocauerunt superillustris, ad denotan- dum supremam eorum dignitatem: quemadmo- dum est tex. in l. si quando. ibi, siue illustri dignitate decorat, siue etiam maiore. C. de appella. ma- iore siquidem eos dignitate praefulgere decebat, quam horum magistratus, quorum nonnulli sunt illustres, vt statim dicitur.

Et quamuis Alcia. dicat non esse dictionem La- tinam, est tamen a Iurisperitis inuenta, & vsu rece- pra. Ideo Iurisperitus vocabula Iurisperorum se- quatur. & fateor me non inuenisse apud Iurisco- n. sed interpretes frequenter vsi sunt.

Et dato, quod non sit gradus, sed principiu & sum- mitas graduu, vcluti quia sunt isti super omnes gra- dus, c. in apibus. 7. q. 1. tamē superius adhuc qua- tuor, vt infra patebit, nimiru si quatuor tantu gra- dus fuerint connumerati, licet quinque essent de- scripti, vt interpretes asserunt.

Nec refragatur §. illud. in authen. de appella. col. 4. vbi sunt tres gradus, videlicet maiores, mi- nores, & medij: quandoquidem ille text. refert an- tiquitatem illos tres gradus introduxisse, sed nou- itatem hęc dereliquisse. Igitur parum probat ille text. Et quamuis hoc esset de iure nouissimo, ta- men ille text. non impediret alios plerisque gra- dus facillioris explanationis gratia posse constitui, vt de iurisdictione, quae triplex est, alta, media & minima, quis negabit infinitas alias propemodu asserri diuisiones, vt etiam vnaquaeque earum in sex gradus distingatur: in l. imperium. ff. de iuris-

dict. omnium iudic. vbi scripsi hoc esse superuaca- neum. Ideo proprie tres gradus constituuntur, vt scripsi in l. qui indignus. ff. de senator.

Illustres sunt Reges, Cardinales, senatores, & pares Francia, & praefecti pratorio, & nonnulla- lij, qui speciali privilegio Principis illustrium di- gnitate decorantur. De senatoribus est text. in l. quisquis. C. ad legem. Iul. maesta. l. si. ff. de senato. De praefectis pratorio probatur in §. illo. in au- then. de appella. col. 4. nam hi primum post Prin- cipem tenent locum. ff. & C. de offic. praefecti. prae- tor. De regibus & Cardinalibus tradit Purpura. in rub. de iurisd. omnium iudic. ff. Etiam de Cardina- libus plene Barba. in tract. de praestan. Cardinali. in 4. q. basilia. r. partis. Et doctores, qui per 20. annos legerunt, bona pars interpretum inter illustres hosce computat, in l. i. C. de professor. qui in vrb. Constantinop. com. meru. lib. 12. Ego. ne vspe- ctus videar, non alias meum interpono iudicium: sed puto cancellarium illustrem vocari posse. §. cumque hoc Deo propitio. in prooemio Insti. Et praesidentes curiarum supremarum & parlamen- torum. Sed Papa, Imperator, & Reges non cogno- scentes superiorem, non sunt in ordine dignita- tum, nec magistratum: quia supra omnes magi- stratus sunt in suis Regnis, & super omnes gra- dus, vt scripsi in d. l. qui indignus. & declarat Im- perator in §. si. in authen. de appella. colla. 4. illu- stres tamen vocari possunt, cum super eam digni- tatem sint, & nulla inueniatur maior illa.

Illustris.

Aemylus tamen Ferretus de iniur. in Insti. in si. illustres eos in genere accipiendos esse tradit, qui in senatu dicenda sententia ius habebant: quales erant olim praetores, postea permulti, veluti praefectus vrbi, & pratorio. probat per l. si. ff. de sena- tor. quae lex potius probat contra suam sententia. nec enim loquitur de pratoribus, qui dicuntur spe- ctabiles, vt infra dicitur: sed dicit, hi soli videlicet senatores in senatu sententiam dicere possunt. Ergo soli senatores essent illustres. quod est ab- surdum.

Aemylj. Ferretij sen- tentia.

Quamobrem vt ista conciliemus, dicere possu- mus illustrem duobus modis sumi. primo gene- raliter pro claro & nobili: interdum pro titulo di- gnitatis, & sic pro habente dignitatem senatoria, vel aliam hoc gradu decoratam, quemadmodum hic accipitur. De senatoribus plenius Alex. in lib. genial. 4. & Budae. in annora. in Pandec. Ego quo- que dicam, si longior aetas detur, in continu. Reg. Gallic.

Illustris duobus si- mitur mo- dis.

Hodie Gnathones quidam intantum suis blan- diuntur Principibus, vt nedum honorificentissi- mos quosque titulos, vel pene diuinos attribuunt, sed omnimodam tam in spiritalibus, quam tem- poralibus potestatem conferant, in graue torius reipub. detrimentum: vt pote qui tanta freti pote- state, sapissime gradum suae dignitatis exceden- tes, perniciosam inoliunt tyrannidem.

Spectabiles sunt, qui hac dignitate honestatur, vt episcopi, praetores, praefectus vigilum, & praefe- ctus Augustalis. d. §. illo. vbi loquitur de praetore. glos. in l. vna. ff. de offic. praetor. De praefecto vigi- lum est text. in l. 3. in princip. ff. de offic. praefecti. vigil. qui licet olim Romae non mediocris esset auctoritatis, hodie tamen in Francia vilescit hoc officium vigilum, quod ipse ad spoliandum no- ctu vagantes maxime scholasticos exerceat. De praefecto Augustali scribitur in l. 2. C. de offic. praefec. August. Et alij multi videlicet duces, comites, archiepiscopi & episcopi, vt vult Ias. esse specta- biles, quos doc. numerat in d. l. i. sicut enim spectatio- ne digni, si bona agant, scripsi duobus etiam modis capi,

Spectabi- les.

Clarissimi.

Ita clarissimi dicuntur, qui hac dignitate infi- gniti sunt, vt rectores & praesides prouinciarum, abbates & procuratores Caesaris. hi nempe vltra alios subditos bonis moribus fulgere debent. De praeside tex. est in l. 2. C. de delator. li. 10. De rectore in l. i. C. de offi. comit. Orient. ac doctores Re- gentes inter clarissimos numerat Pyrrhus in rub. C. de dignita. lib. 12. si munere Regiae digni sint. Nec placet opinio Alcia. dicentis spectabilem ad clarissimo non differre: nam senatores clarissimi dicuntur, in l. foemina. ff. de senator. sed ille text. probat contrarium ibi, Tandiu igitur clarissima foemina erit, quandiu senatori nupta est, vel cla- rissimo. arguit namque differentiam esse inter se- natorem & clarissimum illa particula, Vel, quae inter diuersa poni solet. Et quamuis mulier nupta sit senatori, non dicitur illustris, sed clarissima, quamuis ipse illustris sit, vt scripsi in l. foemina. de senator. Et sciendum est, quod in superiori gradu constitutus, etiam inferiori praerogatiua decora- tus censetur. nempe illustris est clarissimus: sed e- contrario clarissimus non est illustris, nimirum senator clarissimus vocatur, in l. 2. C. de his qui ve- niam aet. impetrauer. & praefectus pratorio. l. 2. §. si publico. ff. de adulter. & l. i. C. de tutor. illustr. & Comites. l. i. C. de aduoca. diuersor. iudic. ita pro- consul. l. & si seuerior. C. de his qui no. infam. Ta- men clarissimus simpliciter non potest vocari spe- ctabilis, aut illustris: vt dicimus de presbytero, qui diaconus vocitari potest, sed diaconus non potest dici presbyter. no. in clem. vl. de aetate & qualita. Nec igitur cuiquam exorbitans esse videatur illu- stre vocari clarissimum. nam qui dignus est su- periore gradu, dignus est etiam inferiore. econtra indignus inferiore, est quoque superiore indig- nus. l. qui indignus. ff. de senator. vbi istos ordi- nes magistratum docui. Et omnis dignitas dicitur clarissima, teste Pyrrho in l. i. C. de dignita. li. 12. l. 1. & per totum. vbi senator. vel clariss. scribit D. And. Tiraquel. in tractatu nobilitat. c. secundo.

Senatores & illustres clarissimi quoque sunt.

Inferior.

Solemus quoque dicere clarissimos viros infi- gnes, qui fama quodam fulgore resplendent: alio nomine inclyti appellantur, etiam si prorsus alia careant dignitate. l. hac lege. ff. ad legem Iul. pecu- lia. vbi videre licet casum mirabilem. Et sic duo- bus modis clarissimi vocantur, vel a titulo digni- tatis, vel a virtute & nobilitate, vt scripsi in d. l. qui indignus.

Inferior ma- gistratus.

Inferior magistratus sunt municipales, qui tantu de minimis causis cognoscunt, vt defensores ci- uitatum. glo. in rub. C. de magistra. municipi. Ias. in l. magistratibus. ff. de iurisd. omnium iudic. glo. & doct. in l. i. ff. de offic. eius cui manda. est iuris d. & hi sub clarissimis comprehenduntur, nec faciunt gradum nouum. Vide aliqua per Alciat. iactata. lib. 3. dispartitio. cap. 4. de his scribam in l. muni- cipes. infra eodem.

Personae, & persona- lis actio.

Personae. De hac dictione loquitur lex proxima supra, in si. & l. habere. in si. infra eod. ac l. pronun- tiatio. §. 1. l. potestatis. & l. liberorum. ibidem. & quomodo capiatur in iure canonico, & persona- tus, scripsi in §. praefati que ordinarij, & in §. statui- mus. secundo, de colla. in concordia. Franc. ac ple- nius in praxi benefic. in 1. parte. Inde actiones personales, in l. pecuniae. §. actio- nis. infra eod. vbi explicabitur fufius.

MODESTIN. LIB. NONO
Differen. Lex c.

Inter stuprum & adulterium hoc in- teresse quidam putant, quod adulterium in nuptam, stuprum in viduam com- mittitur. sed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur.

Hac lex quatuor habet partes, prout quatuor dicta complectitur. prima docet differentiam in- ter adulterium & stuprum. secunda ibi, diuortij. inter diuortium & repudium. tertia ibi, verum, inter morbum & vitium. quarta dictum ponit.

Adulterij quid.

Adulterium est alieni thori violatio, dicitur e- nim adulterium, quasi ad alterius thorum acces- sio. c. lex illa. 36. q. 1. Vnde vir coniugatus accedens ad aliam mulierem, quam suam, etiam non con- iugatum, dicitur committere adulterium. not. in c. fraternitatis. 34. dist.

Stuprum.

Stuprum proprie est virginum illicita defloratio. c. lex illa. 36. q. 1. l. 2. §. initium. ff. de origin. iur. ibi, arrepto cultro de taberna laionis filiam interfecit, in hoc scilicet, vt morte virginis contu- meliam stupri arceret, &c. Stuprum etiam intel- ligitur in his mulieribus, quae turpiter viuunt, & vulgo quaestum faciunt, etiam si non palam. l. stu- prum. ff. de ritu nuptiar. Vnde tex. iste ait adul- terium in nupta, stuprum in vidua, vel virgine, seu puero committi. & in l. stuprum. ff. de adulter. l. i. §. qui puero stuprum persuasit. de extraord. crim. in b. Sed lex Iulia de adulteriis indifferenter hoc verbo vtitur, vt hic, & promiscue. *ad 2. p. 5. uel 7. p. 10. l. inter liberas. §. 1. ff. de adulter.*

Fornicatio.

Fornicatio vero licet videatur esse genus cu- iuslibet illiciti coitus, qui fit extra vxorem legitimum, tamen specialiter intelligitur in vsu vidua- rum, vel meretricum, aut concubinarum. ca. lex illa. 36. q. 1. Ego scripsi 30. poenas in istos fornicarios, & concubenarios, in rub. de public. concubi- nar. §. 1. in concordia. Adulterij malum vincit for- nicationem, vincitur autem ab incestu. peius est enim cum matre, quam cum aliena vxore com- cumbere. Sed horum omnium pefissimum est, quod contra naturam fit. c. adulterij. 37. q. 7. l. cum vir. C. de adulter. & in authen. vt non luxuriosus homin. contra naturam. Incestus igitur est cofan- guinearum, vel affinium abusus. Vnde incestuosi dicuntur, qui affinibus, vel consanguineis suis abutuntur. cap. lex illa. 36. q. 1. & declaratur in rubr. C. de incest. nupt. & in authentic. eodem titulo.

Aliquando tamen adulterium committitur cum propria vxore, & nati ex ea sunt spurij, nec patri succedere possunt. cap. ministri. & ibi gloss. 81. dist. vt pote dum vterque coniugatus vovit castitatem, & ingressus fuit religionem, si nihilomi- nus postea coierint, & ex huiusmodi coitu soboles procreata fuerit, erit illegitima: teste Roma. singul. 521. maritus. per d. glo.

Lauren. Valle im- pugnat, & dissolu- bio.

In praefatis definitionibus Lauren. Valla li. ele- gan. 6. c. 45. infurgit contra Iuriconsul. huiusmo- di definitiones conscribentes, dicens eas sibi esse inuicem contrarias. nam Modestini in vno loco, hic videlicet sentire visus est cum lege Iulia de adulter. in altero non, in l. stuprum. tit. de adulte. Et ideo secundum eum, non est amplius, quod miremur, si plures diuersique Iuriconsul. inui- cem dissentiant, cum vnus idemque Modestinus sibi contrarius existat. Vnde dicit, quod non om- ne stuprum est adulterium, sed omne adulterium stuprum est. ideo Iuriconsul. non recte excipit stuprum a nupta, cum etiam in quotidiano ser- mone sic loquamur, vt est videre apud Quintilia-

num: vxor marito dixit appellatam se de stupro à priuigno. & alibi furtiua supra, raptòque concubitus obicit, vel ex falso maritus. Quare dicit stuprum esse coitum lege vetitum, qui duplex est: vnus cum nupta, aut cum puero, aut cum sanguine cõiunctis, aut sanctimonialibus: alter, cum vim inferentis cuiilibet personæ, etiam ancillæ. hæc Valla.

Annorauit etiam Buda. in d.l. inter literas. stuprum pro adulterio poni: vt per Cicero. in Verrem Antoni. 2. Dolabella odij causam ausus est dicere, quod ab eo forori & vxori tuæ stuprum oblatum esse cõperiffes. idem in Verrem actione vlt. noctu stupri causa lætica in vrbe introferri solitus est ad mulierem nuptam. Quæ parum animaduertisse Papinianum testatur Buda. vbi supra. Catellian. tamen Cotta in 2. parte memor. in verbo adulterium. dicit stuprum aliquando pro turpitudine veteres accepisse, vt apud Quintilianum in loco superius citato. Et Ennius poeta sic ait: fcede, stupreque castigor quotidie, stupre, id est turpiter. Et sic est pro defensione Iurisconsul. quæ permodica est. Alcia. autem lib. dispuñtio. r. c. 27. abradendum promiscue dicit, & lib. 4. de verbor. signific. verba Modestiani non recte intellecta. Florid. in lib. de interpretib. iuris tuetur Lauren. Vailam, eius sententiam pluribus confirmans. Hæc sunt variae scriptorum sententia.

Quas ego sic conciliandas esse arbitrarer, vt stuprum duobus modis capiatur: primo pro omni libidine lege vetita: scilicet; adulterium comprehendit, secundum prædicta, nec non alia capita libidinis. confirmat tex. in c. nemo. 32. q. 4. dicens omne stuprum adulterium esse. Interdum stricte sumitur pro illicito coitu virginum, puerorum, & viduarum, vt superius dixi. Quapropter ad discernendum horum verborum in l. positorum significatum, animaduertendum est, an lex ambobus casus comprehendere velit vno nomine, vt nunc adulterium sub nomine stupri complectatur: si vero segreget stuprum quoque ab adulterio, distinguendum est, veluti maxime probatur ratione coniunctionis: nempe si maritus cognoscat ancillam virginem, adulterium ipse proprie, ipsa vero stuprum committit. Si ergo vno verbo arguamus delictum commissum, & vocemus stuprum, recte quidem facere existimo: ita si adulterium quis illud totum facinus nominet, recte quoque facturum. Verum si singulas personas discerneremus, & cuiusque delicta separemus, in marito adulterium proprie, in ancilla stuprum complecteremur. hoc liquido probat. inter liberas tantum personas adulterium, stuprumque passas, lex Iulia locum habet. & postea adiicit Papinia. ibidem: lex stuprum & adulterium promiscue & *υποχρηστικῶς* appellat. idem in l. auxilium. in fi. de minor. Sed proprie adulterium in nuptam committitur, ob partum ex altero conceptum, compositio nomine: stuprum vero in virginem, viduamque committitur: quod Græci *υποχρηστικῶς* appellant. sed lex Iulia promiscue dicit quem adulterij tenent, licet tantum stuprum commiserit: & indifferenter vno vtitur, & altero.

Et sic inferitur, quod lex loquens de adulterio, non habet locum in stupro: cum adulterij proprie stuprum non sit, sed abusu, nec e contrario, quando fit separatio, vt l. inter liberas. §. i. ff. de adulter. nisi eadem esset ratio in vno sicut in altero, & materia vtrique posset conuenire. capitulo, at si clerici. §. de adulteriis. vbi Decius. r. no. de iudic. per l. si ca. cum gl. C. ad legem Iuliam de adulter. nisi in lege Iulia de adulteriis, vt dictum fuit.

Authoria sententia de stupro, & adulterio.

Lex loquens de adulterio non habet locum in stupro.

Qualiter puniantur adulteria, traditur in l. quamuis. & authen. sed hodie. C. de adulter. & in §. item lex Iulia. de public. iudic. in Insitu. Plene Ioan. Berber. in viator. iuris, in §. i. parte rubr. de adulter. stupro, incestu & lenocinio. & in c. i. & 2. de adulter. per Panor. Breuiter dicendum est iure diuino pœnam mortis infligi adultero. Genes. 20. cap. ait Deus ad Abimelech: non morieris propter mulierem, quam tulisti: habet enim virum. & ibi diuus Ambros. Quod amplia, vtroque etiã voluntarie committente. Deutero. 22. ca. Quam iuris diuini dispositionem amplectitur nostrum iuris ciuile, vt vltiore quoque gladio tales adulteros puniat. §. item lex Iulia. Insti. de public. iudic. Et miratur Ioan. Faber in d. §. item lex Iulia. huiusmodi pœnam iure diuino introductam, & iure ciuili firmatam, in Gallia penè sublaram, nosque secutos Massageras, Aethiopes, barbarasque illas nationes, apud quas impunita adulteria fuerunt. Lacedæmonij etiam adulteria non nouerunt, Nomades habebant vxores, & filios communes, & Scythæ. Tamen Zalcucus Locrensis Rex vtroque oculo mutilauit adulterum, vt docet Valer. tit. de iustit. & Parthi nullum delictum grauius adulterio vindicant. inter ceteros Opius Macrinus adulteros deprehensos ignibus cremauit, teste Alex. lib. 4. genial. c. 1.

Apud Cumanos mulier in adulterio deprehensa in forum deducebatur, & saxo imposita omnibus spectanda proponebatur. inde super asino constituta per vrbe peruectam in eundem locum restitui oportebat, ex quo deducta erat. Et ex illo infamia notata *υποχρηστικῶς* appelladam censuerunt, vt quæ asino imponeretur, ac per ciuitatem veheretur: & ab eo tempore lapidem illum tanquam impurum & detestabilem vitabant, vt auctor est Platarch. & huc alludit glo. quæ ex his intelligi poterit, in ca. de benedicto. 32. q. 1. & vide commentar. Taciti fol. 38. de situ & moribus Germanorum.

Ego quoque vidi apud Paris. famulum laqueo suspensum, quod furtim maritum simulans vxorem eius dominam suam noctu quiescentem, in thoro maritali cognouisset. Ita ibidem me præfente vxor commissarij cuiusdam adultera condemnata fuit, & detrua in monasterium, vt pœniteret: libera tamen facultate relicta marito asciscendi eam ex monasterio, cum vellet: sin minus, ibi perpetuo mansura: doteque priuata fuit, & conquestibus, quæ marito applicarentur. Adulter vero ad multam honoraria, quam vocamus, fuit condemnatus: quam indusio tantum indutus, & fune ad collum cõorto perageret, demum in exilium perpetuum missus, & cõdemnatus ad quadringentas libras marito offenso præstandas, Regi vero ducentas. die Augusti vltimo, anno 1552. Et sic triplex est pœna: prima, separatio thori: secunda, vt in monasterium detrudatur: tertia, vt priuatur fructu & commodo matrimonij, vt docet Ludo. Roma. sing. 667. nos sumus.

Et quamuis iudicibus ecclesiasticis iure tributum esset cognoscere in huiusmodi adulteros, etiam laicos ratione violatæ fidei, quæ debet inesse matrimonio. c. coniuges. & c. omne. 27. q. 2. Guido Papæ consil. 153. in curia. & consil. 159. quod coniugatus. docet. in c. at si clerici. §. de adulteriis. de iudic. Roma. singul. 667. nos sumus. nihilominus hodie seruatur apud nos, vt ecclesiastici non cognoscant contra laicos adulteros, sed iudices Regij. Sicque prolatum dicunt arestum, quod Gallic. vocant *des ribaux mariez*. inducetes ad hoc constitutionem Regis Philippi tum Franc. Regis, editam anno 1536. die 10. Iulij, & regeam in

Adulteria qualiter puniantur.

No. pœnâ famuli suspensæ propter adulterium.

Iudices qui de adulterio cognoscant.

lib. ordinatio. Regiar. fol. 30. numero 9. de quo aresto alibi dixi: & fuit ea constitutio maxime edita contra episcopum Ambianens. vbi frequentius adulteria committabantur. quia laici Clodium condemnaturum moechos non sperant.

Quæ vero sit pœna stupri, tradit Angel. in tracta. de malefic. in glo. *che ay adulterata la mia dona*. versic. quæ sit pœna stupri.

De verbo adulterare, & de adulterina moneta, & aliis scripsi in l. probrum. supra cod.

Commisere pro perpetrato.

Commissum.

Committit in legem.

Committit in senatusconsultum.

Cadere in commissum.

Commisiss merce.

Commisiss ad heredem, & contra transferrunt.

Committitur. Committitur hic perpetrare, delinquere significat, & l. 4. in fi. ibi, peculatus crimen committi. ff. ad legem Iul. pecula. l. fugitiuus. infra cod. Inde commissum delictum, id est perpetratum, vel dolum commissum. l. at qui natura. §. r. ff. de negot. gest. ibi, dolum, aut culpam in seruitute commissam. l. r. §. si quis seruum. ff. de offic. præf. vrb. Commissum etiam substantiue positum neutri generis, vel admissum, sumitur pro delicto. l. si quis extraneus. ff. de acquir. hered.

Alias committere, id est facere. l. 4. §. Caro. ibi. ab omnibus quodammodo factum videtur. iuncto versic. ibi, omnes commississe videntur. ff. de verbor. obliga. l. altius. ibi, quod alium facientem prohibere ex officio tutor, vel curator necesse habuit, id ipse committere non debuit. ff. de iudic. l. inde Nerarius. §. sed & si seruus, qui magis fraudes in meis rationibus commiserat. ff. ad legem Aquil. & conuenit fere cum primo.

Committit in legem, pro facere contra legem, & contra id quod lex prohibet. l. si quis pro eo. in fi. ff. de fideiussor. ibi, item pro eo, qui in legem Aquilianam commissit. l. auxilium. in l. fin. ff. de minor. ibi, & non sit ætatis excusatio aduersus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat, cõtra eas committit. c. quia frustra. de v. sur. l. de eo. de falsis. ff. Et is proprie committit in legem, qui id facit, quod lex prohibet. l. contra legem. & seq. ff. de legib. Similiter de eo, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem, l. non dubium. C. de legib.

Committit in senatusconsultum, idem l. r. §. si pendeat. ff. ad Macedo. ibi, in pendenti est, an in senatusconsultum sit commissum.

Committit in publicum, est redigere: & confiscare vulgo dicimus. l. debitor. in fin. ff. de negot. gest. ibi, veluti si periculum erat, ne prædia in publicum committerentur. & l. vir vxori. §. fina. ad Velleia. ibi, vel quod fundus communis in publicum committeretur.

Inde bona dicuntur cadere in commissum, quando publicantur, & confiscantur. l. interdum. ibi, nec vendendus est eius seruus, qui in commissum ceciderit. ff. de publica. & §. i. & per totam legem, maxime in §. licet. vbi pro eo dicit, in pœnam vectigalis incidit. iuncta rub. C. de vectiga. & commiss. l. Aemilius. ff. de minor. Et res confiscatas commissæ ibi vocat.

Commisiss merce, publicata: & confiscate dicuntur à Iuriscon. in l. cotem ferro. §. dominus. ff. de publica.

Commisiss ad heredem, & contra transferrunt, nomine etiam ad heredem transmittuntur. nam quod commissum est, statim definit eius esse, qui crimen commisit. l. commississ. & l. fraudat. ibidem. vbi etiam dicit commississ perfectionem aduersus heredem cõpetere. Et pœna commississ, id est confiscationis, secundum Papinia. in l. Imperatores. §. si. ibidem. Item onus impositum commississ tollere. l. penul. ff. loca.

Committit pro commẽdare, & fidei alterius tradere. l. vtrique. in fin. ibi, nisi minus idoneis hominibus eam commiserit. ff. de rei vindica. vnde

non oportet salutem dominorum, seruatorum arbitrio committi. l. vnus. §. seruo. ff. de quæstio. & in l. r. ff. de decret. ab ordi. faciend. vbi dicitur medicos eligendos ab ordine, qui melius probitatem morum, & artis peritiã cognoscant, quam alij: quibus electis se, liberòsque suos in agritudine corporum committant. Inde fidei tuæ committito, & fideicommissum, ac fideicommissarius. per totum tit. ff. & C. de lega. & ad senatusconf. Trebel. & est verbum Iurisconsultis per familiarē in hac significatione. §. fina. de singul. rebus per fideicom. relicto.

Fideicommissum.

Item pro credere, concedere: veluti procurator, cui generaliter rerum administratio libera commissæ est, potest exigere, nouare, aliud pro alio permutare. l. procurator cui. ff. de procurator. l. municipales intelliguntur scire, quod sciunt hi quibus summa reipublicæ commissæ est. ad municipal.

Committit pro credere.

Committit rem iudicandam, id est delegare, mandare iurisdictionem. l. penul. in fi. ff. de vaca. muner. ibi, tolerabilius est iudicem, qui semel cognouit, tãtis per expectare, quam iudici nouo rem rursus iudicandam committere. iuncta l. r. & per totum. ff. de offi. eius cui manda. est iurisd. Quod si datum est negotium alicui consiliario, vel iudici, vt cognoscat, & demum referat, non poterit ipse decidere. authen. adhæc. C. de iudic. Salicet. in authen. qui semel. col. penult. quomo. & quãd. iudex. Boer. q. 294. plerunque. in decis. Burdegal. in fin.

Committit pro præfere.

Hinc commissio, id est actus committendi, mandatum. Gallic. *commissio*, quæ commissio stricte est interpretanda, & non excedenda, teste Barba. consil. 7. in fin. vol. 3. Ideo commissarius stricte secundum verba commissionis cognoscere debet, alioqui nil agit. l. diligenter. ff. manda. & videte quæ scripsi in 3. tomio commentario. in consil. Reg. Gallic. in tracta. de inquisitor. seu commissar.

Commisiss.

Inde arbitrium medicorum præfinitum, est ordini commissum. l. r. ff. de decret. ab ord. faciend. id est decurionum ordini datum est, vt præfinit, & constituant numerum medicorum in ciuitate, non vero præfidi prouincia.

Numerus medicorum à scabinis & consiliibus statuentus est.

Committit edictum, est parare, & agendi viã præbere, ac locum edicto facere. l. 3. §. si quis ex liberis. ff. de bonor. possess. contra tab. vbi sic dicitur: si quis ex liberis heres scriptus sit, ad contra tab. bonor. possess. vocari non debet. cum enim possit secundum tabulas habere bonorum possessionem, quo bonum est ei contra tabul. dari? Plane si alius committat edictum, id est aperiat edictum. glo. ibi: vel locum faciat edicto, aut agat secundum edictum prætoris, & ipse ad contra tabul. bono. possessionem admittetur. facit l. si post. §. i. & per totam legem, ac l. seq. & per totum tit. ibidem. l. r. §. iungitur. de coniungend. cum emancipat. liber. Commissum edictum, in l. non putauit. de bonor. possess. contra tab.

Commisiss lex, & commissoria, forte quia factum est contra eam. l. si fundus. §. i. ff. de lege commissor. Et commissoria lex est, quæ maxime venditionibus adicitur, contra quam si factum fuerit, resoluitur venditio: vt si ad diem pecunia soluta non sit, fundus sit inemptus. l. r. 2. & per totum, ibidem. quæ in pignoribus reprobatur: vt si non soluerò intratale tempus, res fit

Commisiss lex, & commissoria.

Committit
re in actio-
nem.

tua. cap. significante. de pignor. Budæ. in foren. Committit in actionem pro socio, aliquid fa- cere, ut actio pro socio competat. l. actione. §. La- beo. ff. pro socio. ibi, si renuntiaverit societati v- nus ex sociis eo tempore, quo interfuit socij nō dirimi societatem, committere cum in pro so- cio actionem.

Committit dicimus ea, quæ cum magno pe- riculo volumus esse servata. Inde municipes in- telliguntur scire, quod sciant hi, quibus summa reipub. commissa est. l. municipes. ff. ad municip. Nec ante rei suæ administratio eis committi de- bebuit minoribus, & c. l. r. in fin. ff. de minor. Ego dicerem ibi committere pro credere, nec esse o- pus prædictæ expositione, quamvis Spiegel. eam approbet.

Committit in pœnam edicti, est incidere in pœnam edicto cōtinentam, vel teneri ad pœnam. l. si. iuncta l. 3. ff. quod quisque iuris. l. Celsus. §. r. C. de arbit. ibi, sed ipse recte putat duo esse arbi- tri præcepta, vnum pecuniā dari, aliud intra Ca- lendas dari. Licet igitur in pœnam non commit- tas, quod intra Calendas non dederis, quoniam per te non steterat, tamen committis, id est de- pes in ea parte pœnam, quod non das, & c.

Committit pœna, id est debetur, locum vel effectum habet. l. 2. §. itē si in facto. & l. 3. §. ff. de verbor. obliga. ibi, si fortem promiseris, & si ea soluta non esset, pœnam, etiam si vnus ex heredi- bus tuis portionem suam ex parte solueret, nihi- lominus pœna committitur, donec portio co- heredibus solvatur. l. si homo. l. si ad diem. l. qui Romæ. ibidem. l. ne in potestate. & l. diem profer- re. de arbit.

Præterea committit est ad cōtentionem, vel concertationem exhibere. l. quæ actione. §. si quis in colluctatione. vers. plane. ibi, nisi domino com- mittente hoc factum sit. ff. ad legem Aquil. vbi sic exponit Budæ. glo. pro permittere, ego pro iu- bere, vel impellere.

Committit
re prozer-
tare.

Committit pro concurrere, certare, consil- gere. l. i. §. cum arietes. vel boues commisisent. ff. si quadrup. pauper. fecisse dicat. quamvis Bu- dæ. exponat pro irritare & prouocare, dicens ibi commissum bellum, quod aliqua iniuria lace- scente inter duos populos irritatur, quasiq; re ipsa indicitur. Quomodo nullum bellum esse arbitror, quin iniuria quadam præcedat: alioqui foret iniustissimum.

Spupulatio
committi-
tur.

Committit stipulationem est teneri ad id, seu debere quod in stipulationem deductum est, vel locum facere stipulationi, vt exponunt qui- dam l. r. §. recte. ibi, vt iustus autem visum est stipu- latione de hoc caueri, vt si quis non viri boni ar- bitratu vtatur, committatur stipulatio statim. ff. vstruict. quemadmod. can. l. stipulatio ista. §. r. & §. si cur. & §. alteri. & per totam legem. ff. de ver- bor. obliga. l. ita stipulatus. ibidem. l. 3. §. penult. cum multis legib. illius tit. ff. iudica. solui. & l. r. & per totum, rem ratam hab. l. ex ea parte. §. pe- nullum. de verborum obligatio. l. lecta. in fin. si certum peta.

Oldendor. autem in sua copia verb. dicit, com- mittere est efficere, vt aliquid incipiat: vnde dici- mus committi stipulationem. lat qui natura. §. si cum me. ff. eod. ibi, subicere debes aliquem, qui à te petat meo nomine, vt & mihi rem, & tibi sti- pulationem quæditionis committat, hoc est faciē- do initium aperiat feruetque. Ego vero expone- rem, committitur stipulatio, id est vires, effectū- que habet: quemadmodum exponit Iuriconsul. in l. stipulatio ista. §. si quis forte. & valet stipula- tio. §. si stipuler. ibidem. Et ita potest exponi in l.

insulam. illo tit. l. si cum. de fideiusor. l. 3. iudica. solui. l. non à iudice. ff. de iudic. videre an debeat intelligi, vt in tit. C. de contrah. & committend. stipula. vbi committere stipulationem, est eam contrahere, concipere & constituere.

Existens stipulatio primam stipulationem cō- mittit, id est constituit, & commissam in secundam transfert. l. 4. §. hanc stipulationem. cum §. seq. ff. rem pupilli saluam fore. iuncta l. quoties. §. si. ff. de noua. l. si seruus. & l. quories. si quis cautio.

Commissa stipulatio amplius committi non potest. l. si ita quis stipulerur. ff. de verborum obligatio.

Admittere, emittit, permittere, declaran- tur in l. Labeo. r. §. rem amissile. supra eod. Re- mittere, in §. seq.

§. Diuortium inter virum & vxorem fieri dicitur: repudium vero sponsæ remitti videtur: quod & in vxoris perso- nam non absurde cadit.

Hic traditur differentia inter diuortium & repudium. Diuortium autem inter virum & vxorem dicitur, cum inuicem separantur. l. si vxor à legato Romæ diuertit. ff. de iudic. & in rub. ff. & C. de diuort.

Quod est verum, nisi coniugum subitam ob- iram quis ab altero discederet, sed statim reuertere- retur: quod vocatur fruiusculum, quasi fruiola ira, seu discessus à feruore animi. l. cum hic status. §. quod si diuortium. ff. de donatio. inter vir. & vxor. non enim dicitur diuortium, nisi perseveran- tia animi apparuerit. l. quicquid. ff. de regul. iur. l. 3. de repud.

Ita veteres, cum vxores repudiare vellent, so- lebant libertum mittere, & septem ciues Roma- nos testes puberes adhibere: alioqui non habe- batur ratum diuortium. l. nullum. ff. de repud. nisi cum solennitate ibi posita. Quomodo Iu- uenal. in hanc sententiam dicit:

Collige sarcinulas, clamat libertus, & exi.
Repudium est instar diuortij quadam separa- tio, & solutio à nexu coniugali inter sponsum & sponsam. Proprie etiam persona vxoris repudia- ri censetur, vt docet Vlpia. ff. de ritu nupt. l. si qua mihi vxor fiat, deinde à me repudiata nupst. & l. matrimonij. ff. qui & à quib. declarat Impera. in rub. C. de repud. vt in statutis etiam locum pos- sit habere, per istum tex. ibi, non absurde, & doct. in l. consensu. C. de repud. post Azō. in summ. illius tit. Et repudium dicitur renuntiatio, in l. 2. ff. de diuort. quasi ob rem pudendam vxoris remissio: quia sine re pudenda fieri à sapientibus non sole- bat. Imo veteres fidem coniugalem cupiditari- jiberorum præulerunt, vt narrat Valer. lib. 2. de insti. antiq. de spurio Carba.

Item dicitur repudiari cōditio. l. si filius. in fi. ibi, cuius conditionem certum sit patrem non re- pudiatum. ff. de ritu nuptia.

Repudiare pro respuere, recusare, magis quæ- renda, quam quærita respicit. l. r. §. decretalis. ff. de successor. edict. ibi, quia quod acquisitum est, re- pudiarum non potest. Et is potest repudiare, qui & acquirere potest. l. is potest. ff. de acquir. heredita. & Impera. in tit. C. de repud. vel abstinent. hered.

Dicitur etiam diuortij, vel à diuersitate men- tionum, vel quia in diuersas partes eunt, qui distra- hunt matrimonium. In repudiis autem, id est in renuntiationibus comprobata sunt hæc verba, Res tuas tibi habeto: in sponsalibus vero, Condi- tio

Commissa
stipulatio
amplius
non com-
mittitur.

Fruiuscu-
lum.

Repudium.

Repudiare
quærenda
respicit.

Diuortium
vnde.

Diuortij,
etiam si in-
ste non sint
nuptia.

Vxor viri
relinquere
non licebat.

Vxor hodie
repudiari
non potest.

Matrimo-
nium causa
religionis
separatur.

ditione tua non vtat. l. 2. & seq. ff. de diuort. Et di- uortium non est, nisi verum verbum, quod ani- mo perpetuum constituendi dissolutionem. fiat. l. 3. ibidem. Er hanc differentiam videre in l. inter diuortium. infra eod. quæ per istam intelligitur. facit l. sed si maritus. §. r. ff. qui & à quib. ibi, & sim- pliciter quidem lex mulierem prohibuit intra se- xagesimum diem diuortij manumittere: siue au- tem diuertit, siue repudio dimissa sit, manumif- sio impeditur. Aliquando tamen diuortium di- citur, licet non sint iustæ nuptiæ. l. quod seruus. ff. de condit. caus. dat. Proprie vero diuortium est inter coniuges, repudium inter sponfos. Sali- cet. in rub. C. de diuort. licet promiscue vtatur, vt hic, & in l. ea quæ. de dona. inter virum & vxor. videre l. cum quærebatur. infra eod. Et in euan- gelio dicitur, quod libellus repudij mitteba- tur in veteri testamēto propter cordis duritiam. Interdum refertur etiam diuortium ad amatum interruptam amicitiam, atque ad animi & cor- poris separationem.

Non prætermittendum est, quod ex lege Ro- muli vxori virum relinquere, & cum alio copu- lari nequaquam licebat: viro autem, nisi vxor in adulterio, aut veneficio deprehensa foret, aut vi- num biberet, neque permittebatur: & ex aliis cau- sis in l. consensu. C. de repud. descriptis. Quare Tiberius Cæsar quæstorem gradu deiecit, quod coniugem, quam duxerat, tertio post die dimisit. Et Luc. Antonius à censoribus notatus, & senatu motus fertur, quod nullo consilio aut modo, quā in matrimonium duxerat, repudiasset. Ex istis di- uortijs multa promanabant mala, nonnunquam mors repudiantium. nempe M. Lepidus, quod Apuleiæ vxoris desiderium post diuortium ferre nequiret, morbo extubuit: sicut Antistiam à Pō- peio repudiatam ipsius mater ferre non valens, necem sibi manu conscuiuit. Quamobrem apud Athenien. libello repudij potestatem concedi deberet, magistratus decernebat, teste Alexand. lib. genial. 4. c. 8. Interdum quoque stipulatio in- terueniebat, ne per vxorem morésque suos hoc fieret. l. ea quæ. ff. de donatio. inter virum & vxorem.

Hodie vero lege Euangelica non conceditur hæc matrimonij separatio: nempe, quos Deus coniunxit, homo non separet. ca. inter corpora- lia. de transla. episc. nisi quoad thorum, videlicet causa adulterij, vt maritus vxorem adulteram apud se habere non teneatur. c. gaudemus. de di- uort. Sed neuter potest cum altero iungi, vt ibi. Sed si mulier adulterium commiserit, iudicio ec- clesiæ separari quoad thorum potest & perdit do- tum, & bona paraphernalia, ac conquestus, qui applicantur marito, per tex. & ibi glo. in c. plerū- que. de dona. inter vir. & vxor. secundum Roma. singul. 3. propter. & Petr. Gerald. singul. 48. scias. Si vero maritus commiserit adulterium, ex quo fuerit separatus, perdit donationem propter nu- ptias. tex. in authen. vt liceat matri & auic. §. si vir de adulterio. colla. 8. doct. in c. r. vt lite non conte- sta. Si tamen filios habeant hi adulteri, ista bona acquiruntur illis, quia non peccarunt, teste Ioan. Lupo in repet. c. per vestras. de donatio. inter vir. & vxor. §. 20.

Item si causa religionis etiam post carnalem copulam separatio fiat: nempe si alter ex consen- su alterius fiat religiosus, quod potest: eo casu nō religiosus abstinerere debet. c. ex publico. de con- uerf. coniugator. In frigidis vero, qui admodum pauci sunt (nisi ad bonum peragendum) alter po- test, qui non est frigidus, contrahere cum alio. ca. fraternitatis. de frigid. & maleficia.

Quomodo olim adulterium suspectum dilue- batur, tradit Baptista Fulgos. lib. 2. de iustit. antiq. in lib. de fact. memor. Et quomodo adulterium probetur, scribit Lucas de Penna. in l. r. col. 3. C. de dignita. lib. 12. doct. in c. r. de iudic.

Renuntiare id est, quod repudiare, resigna- re, cedere. l. naturaliter. §. nihil commune. in fi. ff. de acquir. possess. l. sed & si quis. §. quæstum. ibi, sponte renuntiatum est. si quis cautio. Et sic ca- pitur in tit. de renuntia. in iure canonic. & de hac quantum ad beneficia attinet, abunde tractauit in 3. parte praxis benefic.

Inde renuntia affinitas dicitur, quando renū- tiatur matrimonio, quod fieri sperabatur. l. videamus. 2. in princip. ff. de vsur. & renuntiare nuptiis etiam dicit Iuricons. antequam contracta sint, in l. 2. in fi. ff. de priuileg. creditor.

Renuntiare pro dimittere. l. si absenti. ibi, licet legationi, quam suscepit, non renuntiauerit. ff. de lega. Vel potest exponi pro referre, nuntiare, di- cere, quid in legatione effectum sit. vulgo rappor- ter. l. r. in princip. ff. si mensor fals. mod. dixer. ibi, interest nostra, ne fallamur in huiusmodi renun- tiatione. & in fi. ibi, is autem tenetur hac actione, qui renuntiauit. Sed renuntiasse eum accipere de- bemus, qui per alium renuntiauit. l. 3. & l. si men- sor. & pene per totum illum tit. l. r. §. 1. de ventre inspiciend. l. r. §. si præses. de magistra. conueniēd. l. magis puto. §. ne tamen. de reb. cor.

Vnde experientes magistri artifices, quibus est commissum negotium videndi rem, debent pos- tea iudici renuntiare, quid eis videatur de prædi- cto actu. l. qui fundum. ff. de contrah. emptio. Et si quis ob renuntiam testimonium falsum, pecuniam acceperit, falsi pœna tenetur, id est di- cendum. l. r. §. sed & si quis. ff. de fals. Et causaria missio est, cum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiæ renuntiat, id est mitti- tur, remittitur. l. milites agrum. §. causaria. ff. de re militar.

Inde renuntiatores dicuntur, qui reuelant Re- gis secreta. l. si quis aliquid. §. r. ff. de penis. ibi, transfuga ad hostes, vel consiliorum nostrorum renuntiatores, aut viui exurantur, aut furca sus- pendantur.

Item is qui ad locationem perpetuam, vel ad censum rem tenet, non potest illi rei renuntiare inuito domino, sed eo vocato tantum, & solutis omnibus reliquis, quæ areragia vulgo vocamus: & in iudicio hoc eidem permitti solet absque do- mini detrimento, quemadmodum in Francia ser- uatur, per ea quæ scribit Bart. in l. is cum quo. ff. de aqua pluuiæ. Iacob. Rebuff. in l. qui vitia. C. de omni agro deserto. lib. 10. Paul. in l. & si forte. §. etiam. ff. si feruit. vindicet. Ioan. Raynald. in cō- prehens. feud. in rub. de prohib. feud. alienat. per Federic. §. pœna.

Sequitur in tex. non absurde cadit. Vnde colligitur virandam esse absurditatem, & arguere possu- mus ab absurdo. l. nam absurdum, vbi addidi, ff. de bonis liberti. Et argumentatio ab absurdita- te est multum utilis, teste Bald. in authen. sed no- uo iure. in fi. C. de episcop. & cleric. Vnde si sta- tuto cauatur, quod occidens occidatur, intelli- gitur, si dolo homicidium commiserit: secus si ad suam defensionem, alioqui sequeretur absur- dum. Item si nullus debeat ingredi cōclauē, quo- omnes conueniunt Cardinales, ad celebrandam electionem Papæ, secundum c. vbi. de elect. in 6. medicus tamē, seu alius necessarius ingredi pos- set, eadem ratione. Sic enim intelligenda est di- spositio, ne absurdum, iniuile, inhonestum, in- conueniēsvē sequatur: alioqui dispositio, vel

Renuntia-
re quid.

Renuntia-
ta affinitas.

Renuntia-
tores.

Concludit
quando
quis in gre-
di possit.

lex quantumvis generalis est restringenda.
 Econtrario quoque, vt absurdum vitetur, extenditur lex correctoria.glo. singul. in elem. fi. de rescrip. l. vt gradatim. ff. de munerib. & honorib. plene Nicola. Euerard. in tract. de locis legal. in argum. ab absurdo. ac Petr. Grimar. Cantiancul. & Hengerdo. in eodem argumen.

§. Verum est morbum esse temporalem corporis imbecillitatem, vitium vero perpetuum corporis impedimentum, veluti si luscus sit: nam & luscus utique vitiosus est.

Differentiam hic inter morbum & vitium Iuriscōsul. præscribit, quod videlicet morbus sit ægrotatio temporalis, vitium vero impedimentum corporis perpetuum, vt luscus: si quidem hic non æger, vel morbosus est, sed vitiosus.

Luscationem quidam esse putant, vbi homo lumine adhibito nihil videt. l. idem Offilius. in fi. ff. de ædilit. edict. Alij legunt Luscationem. Sunt enim luscationis, vel lusciosi, qui & mane & vespere parum admodum vident: vt declarat Budæ. in d. l. idem Offilius. Sed ego putarem proprie dici luscationem actum ipsum priuandi altero oculo. Et elucere est aliquem altero oculo orbare. l. sed & si quæcunque. §. si. ff. ad legem Aquil. ibi, Iulianus scribit Aquilia teneri eum, qui elucauerit in disciplina discipulum. Inde seruum elucatum, id est luscum factum, dicit Iuriscōsul. in l. in hac. in fi. ff. de triticar.

Lippus est, qui oculos, dum putredo fluit, lachrymantibus habet ex pituita distillatione, non si ex potatione hautus pleni vini meri. alio modo declarat tex. in c. 1. 40. distinct. vers. lippus.

Vitium itaque est perpetuum corporis impedimentum. Est enim luscus is, qui altero priuatus est oculo, qui coecus etiam vocatur, vt Annibal fuit.

Imbecillitas corporis temporalis morbus est: & reciproce morbus imbecillitas corporis debilitasque dicitur, quod morbofi debiles sint. Interdum quoque refertur ad ætatem, ad consilium, ad animum: vt imbecillitas animi, &c. & ad murum, vt imbecillitas murorum, &c.

Iuriscōsul. alibi sic ait: morbus est habitus cuiusque corporis contra naturam, qui vsu eius ad id faciat deteriorem, cuius causa nobis natura sanitatem eius corporis dedit. l. 1. §. sed sciendum. ff. de ædilit. edic. Et dicitur morbus, quod interdum pariat mortem: teste Archidia. in c. legitima. de appella. in 6. & Luca. de Penna in rub. qui morbo. lib. 11.

Médici vero dicunt morbum esse affectum præter naturam, à quo primum vitatur actio. Et tria maxime genera morborum distinguunt. Vnum, quod in similibus sit, & dicitur intemperies morbofi. Alterum, quod in instrumentalibus duntaxat partibus consistat, mala constitutio seu compositio appellatur. Et horum quidam sunt duplices, alij simplices, qui rursus numero sunt quatuor. Tertium morbi genus, quod similibus & instrumentalibus commune est, solutio vnitatis seu continuitatis dicitur: quod, vt alia duo, etiam simplex & compositum existit, vt per Galenum videre licet, & alios.

Morbus ergo differt à vitio, quemadmodum supra dictum est. quæ differentia non seruat in c. ficto ædilitium, vt l. cum l. seq. ff. de ædilit. edic. & his promissive vitur l. milites agrum. §. causaria, cū quis vitio animi vel corporis minus ido-

neus militiæ renuntiat. ff. de re milita. Morbus enim debilitatem corporis tantum respicit: vitium vero & animi, & intellectus. in l. 1. vers. sed sciendum. & in l. ob quæ vitia. ff. de ædilit. edict. Sed pluribus quoque in locis Cicero, maxime lib. 3. Tuscul. quaestio. in princip. indifferenter vitur, dicens: Animi morbum corpore non sentimus. & paulo post: At morbi perniciosiores pluresque sunt animi, quam corporis. Et quantum ad ædilitium, videmus hoc iure nos vti, vt vitij morbi que appellatio non videatur pertinere nisi ad corpora. l. ob quæ vitia. §. 1. ff. de ædilit. edic. de Ripa in tract. de peste. in princip. Quid sit morbus fonticus, dicitur in l. morbus fonticus. infra eod. & eius vititates. Et videre Plinium lib. 7. natural. histor. c. 50. de X enophilo mufico, qui centum & quinque annos sine vilo corporis morbo, & incontinuo vixit, quod perraram est. & si non peccarent homines, morbis non affligerentur gratioribus. vbi idem Plinius scribit naturam nil hominibus breuitate vitæ melius præstitisse, nam in senectute hebecunt sensus, membra torquentur, præmoritur visus, auditus, inceffus, dentes etiam, ac ciborum instrumenta, tot periculorum genera, tot motbi, tot merus, tot cura, toties inuocata morte, vt nullum frequentius sit vitium. Et idem Plinius cap. 48. scribit de spaciis vitæ longissimis.

Morbofos quænis maiores nostri solos iracundos nominauerint, quia tempore iræ amentes sint. tamen hodie morbofos vocamus ægros, & valetudinarios, vt in rit. de ædilit. edic. constat, & dicam in l. morbus. infra eod.

Addunt nonnulli in fi. tex. veluti si talum excusit, ita luscus utique vitiosus est. Et sensus esse potest, illi esse vitiosum, cui machina bellica, vel aliud instrumentum, seu morbus Neapolitanus excusit talum: & sic erit perpetuo vitiosus, sicut luscus. Quia tamen etiam absque ista suppletionem sensus consistere potest, parum id referre arbitraret, nisi ad maiorem exemplorum copiam.

Notandum est, quod excusio multis capitur modis. Primo pro ademptione, seu perpetua deterioratione, vt hic. nempe si vngula ab equo, vel mulo dimoueat, perpetuo vitiosus erit, vt fabris & aliis expertis notum est.

Secundo excusio dicitur ab ex & quatio, & significat in terram deicere. l. si quis dolo malo insulam meam excussit, id est domum in terrâ deiecerit, capitis pœna plectetur. ff. de sicar.

Tertio excutere est commouere se, & spiritus omnes, sensusque suos ad intelligentiam colligere, & excitare. quod fit, cum res aliqua intellectu difficilis obicitur nobis. Vnde factum est, vt excutere sit diligentius æstimare, & exactius aliquid expendere. Budæ. in annota. ad l. cum in plures. §. mandauit. ff. loca. facit l. item quod Sabinus. ff. de heredib. instit. l. nec ei. §. 1. ibi, & primum quidem excutiendum erit, quæ facultates pupilli sint. de adoptio.

Quarto excutere puluerem, pro expellere. Gallic. *espasser, faire sortir, ieter*. l. si seruus seruum. §. si quis de manu alicuius nummos aureos, vel argenteos, vel aliam rem excusserit, furti teneri. ff. de furt. l. quemadmodum. in fi. de noxal. ibi, tuque nummos, quos ex pretio habebat, ei excusseris. Inde excusoria, vulgo *espossetes*.

Quinto excutere est inquirere, & inquirendo animaduertere, æstimare, & explicare, seu inuestigare. l. si. ibi, idque excutere præsidem adhibito procuratore debere. ff. ad municipal. l. congruit. in fi. & l. diuus. §. cum autem. ibi, & causam tante negligentia excusseris. de offi. præsid. l. magis pato. §.

Sine morbo vixit Xenophilus.

Excutere varie accipitur.

Excutere pro inquirere.

to. §. non passim. de reb. cor. ibi, & ideo prætori arbitrium huius rei seruatus dedit, cuius officio imprimis conuenit hoc excutere. l. si tibi. m. daucro, vt vires excuteres eius, cui eram crediturus. ibidem l. 2. in fi. ibi, nec enim fortunas cuiusque naua excutere debet. ff. ad legem Rhod. de iact. l. 1. §. quotiescunque. & §. mittantur. de ventre inspiciend. & conuenit cum tertia significatione supra.

Sexto excutere pro exigere, remouere, eripere. l. si fideiussor. l. §. si cum debitor. ibi, debuit enim debitor notum facere fideiussori iam se soluisse, ne forte creditor obrepat, & ignorantiam eius circumueniat, & excutiat ei summam, in qua fideiussit. ff. manda.

Septimo excutere est discutere. l. 1. §. si inter. ibi, prius tamen arbitror conueniendum eum, qui hoc suscepit, deinde excusis facultatibus eius veniendum est ad collegam. ff. de magistrat. conueniend. l. apud Iulianum. ibi, ius fisci ante excutiendum sit. de iure fisci. l. semper. §. diuus quoque Pius rescripsit, vt quoties de aliquo nauiculario queratur, illud excutatur. ff. de iure immunita. l. magis puto. §. non passim. de reb. cor. quamuis Budæ. in annot. l. cum in plures. §. mandauit. ff. loca. dicat excutere esse nomen exigere, & debitorum appellare.

Vnde excusio est illa bonorum disquisitio, quæ fit vsque ad peram & saccum, secundum Luc. de Penna in l. 1. C. de decurio. lib. 10. per l. vlt. in fi. ff. quæ in fraud. creditor. Bar. & alij doct. in l. si. si certum pera. Bal. consil. 198. in 1. vol. Inde beneficium excusationis habere dicitur fideiussor, nisi renuntiauerit. authen. præfente. C. de fideiussor.

Octauo excutere est rationes examinare, dispungere. l. si. §. si. ff. de manumif. testam. ibi, nisi diligenter rationes excusseris, liber ne esto. cuius intellectum excusit Alciat. lib. 3. paradox. cap. 4. scripsi in l. cognoscere. §. dispungere. supra eo.

Nono excutere est scrutari, & diligenter inquirere, teste Budæ. in l. cum in plures. §. mandauit. ff. loca. quod intelligit verum secundum illum ita accipi primum in illo tex. sed cum secundo ponitur (bis enim inseritur in illo tex.) capitur pro exigere, vel impendere, vt exponit glo. ibidem. & hoc probat tex. sic dicens: mandauit tibi, vt excuteres, id est inquirereres, quanti villam edificare velles, id est quanti pecuniis renuntiaſti mihi ducentorum impensam excutere, id est retulisti te velle exigere, vel impendere ad opera illius villæ construenda ducentorum impensam. Et iste sensus est illius tex. quamuis Budæ. contra ibidem.

Impedimentum. Impedimenta pleraque enumerati in tract. de excusa. & exon. in 3. tomo commentar. ad constitutio. Regis Gallic. & in §. 1. de colla. in concordia. vbi ista abunde tractauit: quam obrem hic non repetam.

§. Seruis legatis etiam ancillas deberi quidam putant, quasi commune nomen vtrunque sexum contineat.

Huius §. materia fuit elucidata in l. 1. & in l. de testatio. §. serui. supra eo. vbi scripsi vititates.

Quasi commune, &c. Quasi dictio aliquando diminutionem quandam ostendit, seu impropriam, vt l. item Mela. §. Celsus. ff. ad legem Aquil. ibi, si alius mortifero vulnere excussit, alius postea animauerit, priorem quidem non teneri quasi occiderit, sed quasi vulnerauerit, quia ex alio vulnere perit. & §. sed & si seruum plures percussent, vtrum omnes quasi occiderint, tenean-

tur, videamus. & si quidem apparet eius ictu perierit, ille quasi occiderit, tenetur. Quasi mortis causam præbuit. ibidem. §. quamuis. d. l. item Mela. ibi, is qui tenuit, mortis quasi causam præbuit, in factum actione tenetur. Quasi non sententis. l. 2. ff. de inofficio. testam. & l. 5. ibidem. Quasi furiosus. l. 2. & l. mater. ibidem. Quasi dotem. l. nec vllam. §. penul. ff. de petit. heredita.

Quasi vacantem. l. etiam. §. item si quis à fisco. ff. de petit. heredita. Quasi prædonem. l. etiam. §. si quis absentis. ibidem. l. sed & si. §. ante. ibidem. Quasi possidere. l. sed & si. §. quod ait. ff. eod. & quasi possidentem. l. etiam. §. non solum. eodem. Quasi à iuris possessore. l. idem. ibid.

Quasi Publiciana. l. nec quasi. ff. de rei vindica. l. de pretio. de public. Quasi debita. l. denique. ff. quemadmodum. seruitur. amittant. l. pactum. de pollicita. Quasi tutor. l. sed si hac. in fi. ff. de in ius vocand. l. item eorum. quod cuiusque vniuersa: nom. Quasi nulla actio. l. & eleganter. §. seruus. ff. de dolo. Quasi factum non sit. l. 2. §. air prætor. ff. de capit. deminutio. Quasi plura. l. quid tamen. ff. de arbit. Quasi præuentus. l. 2. §. item si extra. l. si quis postea. ff. de iudic. Quasi procurator. l. tam ex contractibus. ff. eod. Quasi contumax. l. quoties. §. prætor. de noxal. Quasi heres. l. & puto. §. sed & si. ff. famil. erciscund. l. de eo. §. vltim. ad exhiben.

Interdum significat veritatem, vt in euangel. Ioan. 1. ca. ibi, quasi vnigeniti à patre. Alia in finita possem afferre exempla, quæ breuitatis gratia potius omittenda esse duxi.

Commune nomen hic dicitur, quod vno quodam complexu masculinum & foeminitinum denotat, vel sub se plura significat, vt telum. l. si calumniatur. in fi. infra eod.

Commune substantiue pro communitate reipublicæ, habetur in l. Imperator Alexander. ff. de appella. in libris antiquis. & in l. si duas. §. est autem. de excusa. tutor.

Commune pro connexo, proprio. l. quid tamen si de pluribus controuersis sumptus est nihil sibi communibus. ff. de arbit. l. naturaliter. §. nihil commune habet proprietatis cum possessione. ff. de acquir. possess. iuncta l. 1. §. huius. ibi, sepa rata debet esse possessio à proprietate. ff. vt possidetis. l. Papinia. ff. de mino. ibi, quid enim commune habet delictum cum venia ætatis? vbi alia videbis.

Communis vsus loquendi sequendus. l. anniculus. & l. in vsu. infra eod. & in proem. ff. no. & Decreta. Et communis opinio, & crebrior, & frequens, pro eodem. in l. vna. ff. de offic. quæstor. Neuisa. in sylua nuptia. plura de communi opinione scribit post doct. in proem. Decreta.

Item commune dicitur, quod omnium est, vel plurium. l. pronuntiatio. §. l. ibi, aut iure proprio, aut communi vniuersæ cognationis. infra eo. sic accipitur in tit. communi diuidendo. l. si quis. §. si initium. ibi, communis enim omnis rationis est præpositio diei. ff. de edend. Commune, quod ad seruos & liberos spectat. l. si quis seruum. ff. si quis cautio.

Inde dicit Papinia. communem filium, videlicet & vxoris & viri, qui non est vxoris tantum, vel viri tantum. in l. vxorem & filium commune heredem instituit. ff. de lega. 3. l. de dote prælega. & alumnus communem, Scauola in l. qui vxori. §. 1. ff. de auro & argen. lega. Communem seruum. l. 1. §. communis seruus. & per totum. ff. de stipula. seruo. & in tit. C. de communi seruo man.

Communis hereditas, quæ plurium est. l. Titia.

Verbi Commune significationes & phrasæ.

Luscatio. Lusciosis.

Lippus.

Luscus.

Imbecillitas.

Morbus quid.

2. §. Caius. ff. de lega. 2. Communis promiscuique vsus l. hoc legatum. ff. de lega. 3. Communis pecunia sic dicitur in l. Theopompus. in si. ff. de pote. praeleg. Et commune solet negligi. l. 3. §. apparet. ff. de admin. tuto.

Ius commune dicitur ius gentium, quo iure omnes vtuntur. l. ius ciuile. & l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. 6. ius autem ciuile. de iure natur. in Inst. Aliquando iure communi, ad differentia specialis iuris. l. pradiis. §. balneas. ff. de legat. 3. l. cum pupillus. de conditio. & demon.

Regulariter tamen, quando statuta vel ordinationes loquuntur de iure communi, intelliguntur de iure hoc ciuili per excellentiam aliorum iurium, vel statutorum. §. sed ius quidem ciuile. de iure nat. in Inst. Bal. Consil. 292. verba factoru. in 2. vol. & Dec. consil. 469. vifa. col. 2. & consil. 683. in casu. col. 2. & las. in l. omnes. col. 2. ff. de iustit. & iure.

Nisi verba repugnent: vt pote si dicatur in Francia, secundum ius nostrum commune, tunc intelligitur de constitutionibus Regis. Bal. asserit in c. cum venissent. col. 2. de eo qui mitti. in possess. & Ioan. Lupus in c. per vestras. in introduct. col. 2. de dona. inter vir. & vxor. Panor. in rub. de consue. dicit statutum in loco, vbi viget ius commune, dici posse, non tamen simpliciter, sed ius commune illius loci Franciae, vel Italiae. Bal. in l. 1. col. 12. vers. quinto dico. C. de confessis. las. consil. 149. praefens quaestio. col. 3. in 2. vol.

Idem si materia conueniret alteri iuri: vt si in materia canonica loquamur de iure communi, vt pote materia beneficiaria, vel excommunicationis, tunc intelligemus de iure canonico, & pontificio: vt probatur in c. 1. vt lite pendens. Panor. & alij in cap. pastoralis. per illum tex. de fide instru. Philip. Perus. in c. 1. col. 4. de consti. l. 6. dicens pro materia intelligi debere de illo iure, quod magis congruit. Barba. in ca. iurauit. nu. 29. cum seq. & Dec. in c. licet. 2. no. de probatio.

Commune etiam dicitur vulgare, ritum: vt in l. litus. §. praedia. supra cod. scripsi.

IDEM LIB. SEPTIMO REGULAFUM. Lex cij.

Derogatur legi, aut abrogatur. derogatur legi, cum pars detrahatur: abrogatur legi, cum prorsus tollitur.

Differentiam assignat hic Iurisconsul. inter derogatur, & abrogatur. derogatur autem legi, quando pars detrahatur, & de legis effectu aliquid dimittitur: vt puta cum lex testamentaria in testamentis septem testes adhibendos esse statuit, derogatur huic legi in testamentis inter liberos, vel ad pias causas conditis, vbi duo testes sufficiunt. l. hac consultiissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. cap. cum esses. & cap. relatum. illo tit. idem Vlpianus sic ait in tit. de libertis: Lex aut rogatur, id est fertur: aut abrogatur, id est prior lex tollitur: aut derogatur, id est pars quaedam tollitur: aut subrogatur, id est adicitur aliquid legi: aut obrogatur, id est mutatur aliquid ex prima lege. Inde dicimus, quod species derogat generi. l. sanctio. ff. de poenis. c. 1. de rescrip. Abrogatur vero lex, quando tota tollitur: quod quando fiat, ex casibus sequentibus apparebit.

Primo igitur abrogantur leges moribus vtentium in contrarium, sicut & moribus vtentium approbantur. c. in istis. §. leges. 4. distinct. l. ibi, sicut enim moribus vtentium in contrarium non nul-

lae leges hodie abrogatae sunt, ita moribus vtentium ipsae leges confirmantur. Velut etiam moribus vtentium comprobaturum est in hac patria, vt cum simplici signatura possessio beneficii accepta valeat: & quod actus fieri coram duobus notariis sufficiat. Et alia multa moribus vtentium comprobata sunt, quae leges abrogant, quemadmodum ego plenius scripsi in prooem. primi tomi commentar. ad const. Reg. Gallic. Siquidem id rectissime receptum est, vt leges non solo suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur. l. de quibus. in si. ff. de legib. & in prooem. Instit.

Secundo contraria constitutione. c. ante trinitium. 31. dist. c. 1. de consti. in 6. vbi Romanus Pontifex condendo posteriorem constitutionem videtur abrogare priorem, & tollere: quia vltima prioribus derogant. l. si mihi. 1. §. in legatis. ff. de lega. 1. l. si quis. in princip. de lega. 3. l. pacta nouissima. C. de pactis. Et sic expresse & tacite abrogantur leges. Etiam requiritur, vt is qui vult eas abrogare, habeat potestatem: quia inferior legem superioris non tollit. clem. ne Romani. de elect. ca. inferior. 21. distinct.

Tertio cessatione causae. c. Neophytus. 61. distinct. nam cessante causa legis, ipsa lex cessare debet. c. cum cessante. de appella. Et hoc argumento sapienter vtitur: nempe cessante bello, cessare debet constitutio ob belli calamitatem introducta: & quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas sopire debet. l. vnic. in princip. C. de caduc. tollend. & do. Tiraquel. plura ad hoc congesit in suo tracta. Cessante causa.

Quarto locorum varietate. c. aliter. 31. distinct. vbi in Orientali ecclesia clericis matrimonio iam contracto vtuntur, sed contrarium est alibi. ca. cum olim. de cleric. conijuga.

Quinto nimio legis rigore: nempe vbi lex vel constitutio est nimis rigorosa, abroganda est. c. fraternitatis. 34. distinct. nam sunt quidam legislatores, qui pro suo arbitrio momentaneo leges promulgant durissimas, quas in seipos nusquam ferrent: quam obrem ea facilitate, qua fuerunt introductae, sunt abolendae. Quippe sicut bonus vir sine Deo non est, ita lex sine Deo bona non est. Bal. in l. ambigua. ff. de legib. multa conscripsi in prooemio commentar. ad consti. Reg. Gallic. in legibus condendis requisita. in 1. tomo.

Sexto ob disparem temporum successionem etiam leges & constitutiones abrogantur. ca. fraternitatis. 34. distinct. vbi dicit quod defectus nostri temporis, quo non solum merita, sed corpora ipsa defecerunt, districtio illius non paritur manere censuram. Et non debet reprehensibile iudicari, si variantibus temporibus, statuta variantur humana. c. non debet. de consanguinita.

Septimo propter emergentia mala. cap. quia. §. vtrum. 63. distinct. vbi Ezechias destruxit serpentem anemum, quem Moyses fecerat: teste Syluestro in sua summa, in verb. abrogatio.

Effectus autem legis abrogatae nullus est, adeo vt nec seruari, nec quidem allegari debeat. l. fin. ff. de falsis. Et licet quidam interpretes dicant falsi poena teneri eum, qui legem correctam allegat, per illum tex. falsum tamen est. At is falsi tenetur, qui falsas constitutiones allegat, dicens esse leges, quae tamen non erant: & ita loquitur ille tex. Et leges correctae tunc demum allegari possunt, vt videlicet cognoscatur, in quo corriguntur, vt nihil antiquitatis remaneat incognitum. §. 1. Inst. de testa. vbi plene Baner. Sic etiam ratio legis correctae allegari non prohibetur. glo. in verb. quicunque. c. nouit. de iudic. Praepos. in c. cum cessante. col. 1. de appel

Contraria constitutio tollitur lex.

Rigorosa constitutio abroganda.

Legis abrogatae effectus.

de appella. Feli. in c. 1. col. 1. de rescrip. Adhaec per legilatores allegari potest lex correctae, per doc. quoque ad interpretationem legis nouae. l. 2. §. penul. de consti. pecunia. & d. §. 1. de testam. l. 1. ff. si certum petat. Soci. in tract. fallen. regul. 230. Lex abrogata quoque potest allegari ad causas tempore illarum legum introductas. authen. vt cum de appella. cognosci. in princ. col. 8. vel quando non in totum est abrogata, tunc in aliis suis casibus allegari poterit, vt ibidem no. per doct. Constitutio nes autem in totum correctae, sunt de codicibus abradendae, ne membranas occupent. c. si Romanorum. 19. distinct.

Aliquando tamen hoc verbum abrogare ad magistratum, imperium, & ad alia refertur, capiturque pro adimere, abdicare, abolere, irritum facere, extinguere. l. nec mandato. §. 1. ff. de tutor. & curator. datus ab his. vbi dicit, quod tutor non abrogat magistratum. & in l. si quis fundum. in si. ibi, bonis omnibus abrogatis. C. ad l. Iul. de vi publica.

Est tamen differentia inter arrogare & abrogare. Arrogare enim vindicare est, & ad se trahere, vt laudem & gloriam. Vnde arrogans, superbus & insolens.

Item alia significatione arrogamus illum, qui sui iuris est: adoptamus autem eum, qui in alterius est potestate. §. adoptio. & per totum tit. ff. & C. & Insti. de adopt. quia illum in filium ad nos quodammodo trahimus, & nobis vindicamus.

Abrogare vero est tollere, vt hic. Sic fere dicimus in verb. diminueri pro parte, consumere in totum. glo. & ibi Angel. & doct. in §. 1. Insti. de factis. tutor. Idem scripsi in verb. tollere, vt significet in totum. l. hac verba ille. & l. malum. infra co. Remittere, in parte. l. quod iussit. in §. no. ff. de re iudica. per illum tex. hac tamen differentia sepius abrogatur.

Erogare vero est distribuere, praestare, impendere, & ea quasi rogatoribus & destinatis dare. l. quaedam. §. numularios. ff. de edendo. ibi, huiusmodi numularij sicut argentarij rationes consiciunt: quia accipiunt pecuniam, & erogant per partes. & l. quae vtiliter in negotia alienius erogantur, in quibus est etiam sumptus honeste ad honores per gradus pertinentes factus, actio. negotior. gestor. peti possunt. ff. de negot. gestis.

Inde erogatio, ipsa distributio, praestatio, vt in tit. de erogatio. militar. annona. lib. 12. & l. si. ff. de petiitio. heredit. ibi, sed erogationem in honorem filij, cum esset senator, fecit. De qua erogatione quomodo, & a quibus facienda sit, tractat de Ripa in tractatu de peste, quae st. 13. versicu. plura alia. cum sequen.

In eadem significatione erogare pro impendere, praestare: vt si quid erogauerit creditor in re, in cuius possessionem missus erat, si sine dolo malo, hoc repetit, etiam si nihil profuerit erogatio. l. pretor. §. quod ait. & §. seq. ff. de bonis authorita. iudic. possid. Et nihil ex testamento videtur capere, qui tantum erogat, quantum accipit. l. ciuitatibus. §. si. ff. de lega. 1.

Irogare pro imponere, infligere. Vnde irogare poenam pro modo delicti dicit Vlpian. in l. penul. ff. de calumniator. Et infligere maculam dicit Callistratus in l. crimen. ff. de poenis. & irogare poenam, in l. absentem. & l. si poena. & l. sanctio. ibidem. Irogata poena. l. si qua. §. fin. ff. ex quibus caus. maior.

Poenae capitum, astimationis, ac pecuniariae irogari solet, pro imponi exponit Iurisconsul. in l. aliud est fraus. §. 1. infra cod.

Irogata deportatio, idem. l. si debitori. 1. ff. de

fideiussor. ibi, si debitori deportatio irogata est, non possit pro eo fideiussorem accipere scribit Iulianus, quasi tota obligatio contra eum extincta sit.

Irogare mortem pro inferte, conscire. l. si quis autem. ff. de bonis eorum, qui in mortem sibi conscuer. ibi, videri autem & patrem, qui sibi manus intulisset, quod diceretur filium suum occidisse, magis dolore filij amissi mortem sibi irogasse.

Irogatum exilium, impositum. l. Imperator. ff. de postuland. ibi, diuus quoque Adrianus rescripserat, de exilio reuersum postulare posse: nec adhibetur distinctio, quo crimine silentium, vel exilium sit irogatum.

Irogare infamiam exponit Iurisconsul. Marcellus in l. iustus furtium infamiam non importat, sed causa, propter quam id pati meruit, si ea sit, quae infamiam irogat. ff. de his qui not. infam. Irogare igitur infamiam est notare infamiam. l. quid ergo. §. quantum. §. si. & l. ob haec verba. & l. ex ea causa. de postulando.

Prorogare vero significat proprie loquendo, quid gratis, & quasi roganti, non autem ex debito distribuere. Alciat. in lib. 1. parerg. c. 4. per l. si tibi. C. loca. Vel prorogare est ante tempus soluere, & idcirco quod ad solutionis diem attinet, donare. §. plus. de actio. in Insti. dico in interpreta. meis ad d. l. si tibi.

Prorogare quidem est ante tempus soluere, sed non semper videtur donatum, quod soluitur ante tempus: nempe si locata mihi domus combusta fuerit, pensio residui temporis repetitur, vt Vlpian. scribit in l. sed addes. §. si quis cum in annum. ff. loca. quamuis Curtius legat. lib. 2. coniecit. cap. 33. ibi, prorogare pro representare. quae expositio non videtur tex. conuenire.

Prorogare vero est pro alio soluere, cum sperare cuperandi, quod soluitur: vt cum procurator, vel aduocatus sumptum in causa clientis facit, & impendit, sibi finita lite restituendum. l. sumptus. ff. de pactis. l. quid ergo. §. consequitur. de contrar. actio. tutel. l. 4. in fin. princip. de manumisso. l. c. iur. censum. C. de decurio. lib. 10. vbi Lucas exponit prorogauerit, id est procul querendo erogauerit, id est soluerit, vide quid ibi dixerim in meis interpretationibus ad d. l. sumptus.

Alias prorogo, id est extendo, differo, profero. l. si in lege. ff. locati. ibi, ideoque arbitrium ad qualitatem operis, non ad tempus prorogandum. l. sed si manente. ibi, prorogatur precarium. iuncto vers. sed in longius tempus profertur. ff. de preca. l. 1. de his qui in exil. lib. 10. C.

Inde prorogatio est iurisdictionis extensio, quae non potest in eum fieri, qui nullam habet iurisdictionem. l. priuatorum consensus. C. de iurisdictione. omnium iudic. Sed ius quidem patribus permittit consentire in alienum iudicem, & sua proterere iurisdictionem in personas consentientes. l. 1. ff. de iudi. Et si iudex ad tempus datus sit, possunt tempora prorogari, dum non fuerit inhibita prorogatio. l. 2. §. sed si iudex. ff. de iudic. vbi etiam gl. concludit prorogationem de re ad rem fieri posse, per l. de qua re. ff. de iudic.

At hodie in Francia iurisdictionem sine domini consensu non prorogat laicus, instar vassalli in alium iudicem non Regium: quia iurisdictiones sunt patrimoniales. c. ceterum. de iudi. Ioan. Fab. in l. si qui. C. de episcopal. audien. Et de multiplici prorogatione clericorum, quae non est correctae, scribit tex. & ibi Panor. & alij in cap. P. & G. de offic. delega. Et nouem requisita in hac prorogatione scribit Ioan. Monach. in cap. 1. de foro competent. lib. 6. Addidi ego quoque ea, quae seruantur in

Irogare mortem &c.

Prorogare quid.

Prorogare.

Prorogatio in Francia non fit sine domini consensu.

Rogatur lex, abrogatur, derogatur, subrogatur, obrogatur.

Leges quae abrogantur.

Laud. in additio. ad Angel. in tract. de malefic. in glo. & ibi cap. vers. sed quid si statutum dicat. & doct. in c. quamvis. de poenis. lib. 6.

Appellare cuiuslibet licet etiam pro condemnatio ad carcerem perpetuum.

Ultra praedicta resultat utilitas, quod sicut pro iniuste condemnato ad mortem quilibet appellare potest, clericus, vel laicus, necnon religiosus. In non tantum. ff. de appella. ita poterit appellare pro alia poena capitali, de qua per hanc legem: vt scribit, dubitatur tamen, Feli. in cap. cum super. col. 2. de re iudica. cum hic aequiparentur. & credo humanitatis ratione omnem prouocationem audiri debere. d. l. non tantum.

Secundo sicut clericus & vassallus debet tueri dominium, alias perdit feudum, si dominus in mortis periculo sit constitutus. c. vno. quib. mod. seu. amitta. sic cum & capitalis imminet ei poena. Ita etiam famam domini, cum fama & vita aequiparentur. l. iusta. ff. de manumiss. vindic. vbi alia iura addidi.

Tertio sicut licitum est ad tuitionem sui occidere aggressorem: ita & pro fama defensione. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. Tamen causa existimationis non dicitur capitalis, quinimmo est ab ea separata, licet in quibusdam conueniat, vt dixi in d. l. vt vim.

Quarto nota, quod si aliqui ex principalibus alicuius ciuitatis latrocinium commiserint, aliud ius facinus, quod capitalem poenam meruisse videatur, perperrauerint, non debet iudex eos condemnare, nisi Principi rescripserit, & adiecerit, quod quisque commisit. no. text. in l. diui fratres. in ff. de poenis. & vidi hoc scriuari saepius in fontensi iudicio.

Caput quoque modis accipitur.

Notandum est praeterea caput in iure variis modis sumi: primo pro membro hominis principali, quod Graece dicitur κεφαλή, & Hebraice ראש: vel quod ab eo initium sensus, & nerui capiunt, vel à Graeco κεφαλή, vel à usque eiusdem significationis. Et quam ob rem vocetur animae sedes, explicat Cael. lib. antiq. lectio. 2. c. 23. & de hoc capite intelligitur l. cum in diuersis. ibi, quod principale est conditum, id est caput. ff. de religiof. & in l. capitalium. ibi, capitis amputatio. de poenis. Ideoque praesumitur is alium velle occidere, qui caput vulnerat telis ad mortem accommodis. l. 1. §. diuus Adrianus. ff. de sicar. declarat Gale. in l. 1. regiminis acuto. Vnde vidi alicuius gratiam periclitari, quod in ea dixerat, se noluisse illum occidere, cuius tamen caput percusserat ense.

Caput pro persona.

Secundo caput sumitur pro persona, & sic pars pro toto. in l. pronuntiatio. §. r. infra cod. vbi primo vocat personas, postea capita. & in l. 3. in ff. de capite. deminutio. ibi, quia seruile caput nullum ius habet. Inde dicimus noxam sequi caput. l. 2. de noxal. actio. & inferius scripsi. facit l. 2. §. cum in eadem. ad legem Rhodiani de iactu. Et exactores pecuniae pro capitibus personalibus muneris sollicitudinem sustinent. l. fi. §. qui annonam. ff. de munerib. Et lata fuit lex, ne consules in caput cuius Romani possent animaduocare. l. 2. §. iisdem temporibus. 2. ff. de orig. iuris.

Sicque dicimus seruum ciuitatis non posse in caput ciuium torqueri, id est contra singulos ciuites, in personas ciuium. l. 1. §. seruum municipi. ff. de quaestio. quia non est singulorum seruus, sed reipub. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocand. l. 2. quod cuiusque vniuersita. nomi. In patroni caput (pro persona) nec libertum torqueri constitutum est. d. l. 1. §. sed nec libertum in caput vxoris seruum mariti torqueri posse diuus Traianus rescripsit. §. seruum. ibidem. Et in caput domini seruus torqueri non debet. §. si seruus. & §. cum quaestio. & §. cum quidam. ac l. 2. cum

sequen. l. extraneo. l. si quis viduam. ibi. d. m.

Inde capitatio vocatur tributum, quod a singulo capite pendebatur, l. vlt. in ff. de munerib. & in tit. C. de capita. ciuium censib. eximen. lib. 11. Erat autem hoc tributum pro masculo vnus aureus, pro foemina dimidius: vt plene per gloss. in rubr. C. de annoniis & tribut. lib. 10. scribitur, & in l. 2. C. de imponend. lucrat. descript. lib. 10. l. immunitates. & l. cum antea. C. de agricol. & censit. lib. 11. & l. vna. de colo. Thracens. ibidem. A quo tributo exemit Imperator ecclesiam Thesalonicens. vt apparet in l. sacrosancta. C. de sacrosanct. eccles.

Item capita gregis pro singulis ouibus accipit Iurifconsul. in l. 1. in fin. ibi, sed & gregem sufficit nostrum esse, licet singula capita nostra non sint. ff. de rei vindica. in l. 2. dicit, in restitutione gregis non venire aliena capita, id est alienas oues. & in l. 3. ibidem. idem dicitur in l. quid ergo. de usufructu.

Tertio caput pro vita, seu pro capitali: vt de capite agitur hominis, in l. aliud est fraus. §. 1. ibi, poena aqrem non tantum pecuniaria, verum capitis & existimationis irrogari solet. infra cod. vel dic, vt supra, pro capitali.

Quarto caput pro initio, & origine. l. pronuntiatio. §. fi. ibi, mulier familiae suae caput, & finis est. infra eod. & in capite ratio debet ed. l. argentiarius. §. r. ff. de edendo. Vnde caput aquae illud est, vnde aqua nascitur, si ex fonte nascatur ipse fons. l. 1. §. haec interdicta. & §. caput. ff. de aqua quotidia. & aetna. Vnde dicimus caput legis.

Quinto caput dicitur initium sententiae in libris, quod alias capitulum apud vulgares dicitur, teste Gel. facit l. 1. §. in initio. ibi, qui superioribus capitibus notantur. ff. de postulando. l. 2. ad legem Aquil. & l. si seruus. §. serui. ibidem. Et sicut nos singulos iuris ciuilibus text. leges appellamus: ita iuris canonici singulas decretales, singula capitula. Et quamuis Gel. vulgares dicat vti capitulo, tamen Iurifconsul. Modesti. vti in l. eriam. l. 1. §. 1. ff. de minorib. ibi, pupilla aduersus vnum capitulum sententiae restituere volebat. Et quod Iurifconsul. in l. 2. ff. ad legem Aquil. vocat caput, in l. qui occidit. §. in hac. nominat capitulum. & caput in l. diuus. 2. ibi, sed & caput madorum extat. ff. de custod. reor. & capitulum in l. 1. de interd. & relega. in l. 1. de militat. testam. Et capita seu capitula dicuntur, quibus distinguuntur res variae, & materiae. l. Titia. l. 1. §. Lucius. 2. de lega. 2.

Videamus an leges capita allegari possint, vt c. 1. de postul. ff. quod videretur probare Caius in l. 2. ff. ad legem Aquil. Ego dicerem legem factam super vno negotio posse in plura diuidi capita, vt lex Aquilia. d. l. lex Iulia. de adulteriis. l. capite quinto. ff. de adulter. Sed quando plures leges factae sunt super vno negotio, vel pluribus, debent allegari leges, & non capita. l. quinque legibus. & l. sed si alia lege. ff. de bon. damna. Vnde cum ignoremus, an sint capita vnius materiae vel legis, vsurpatum fuit, vt leges adducamus: vt l. 1. ff. de iustit. & iure. Nec ab vsu isto antiquissimo facile recedendum est, quod probatur in l. ex hac lege. ff. si quaeupes pauper. fecisse dica.

Capitulum etiam pro paruo capite. Item pro congregatione canonicorum secularium, seu pro collegio ipsorum: quemadmodum sumitur plerumque in iure canonico, vt in c. capitulum. & ibidem Panor. de rescrip. sic intelligitur rubr. de his quae sunt a praela. sine consensu capitul. & in rubr. de his quae sunt a maiori parte capit. & alibi saepius. Et interdum pro loco, in quo congregatur canonici. c. in causis. de electio. plene Ioan. Francisc.

Capitatio.

Capita gregis.

Caput pro vita.

Caput pro initio.

Caput, & capitulum.

Capitulum an possit in allegari.

Francisc. in tract. de offic. & potesta. capitul. sede vacan. in §. praesud. plenius forte dicam, si per gratem liceat, in decretal. hoc tit.

Sexto caput accipitur pro statu, vt per totum tit. ff. & insti. de capitis deminutio. vbi dicitur, capitis deminutio prioris status commutatio est.

Septimo sicut caput est hominis principale membrum. l. cum in. diuersis. de religiof. ita pro principali loco seu ciuitate dicimus omnium ciuitatum caput esse Romam. §. fin. Insti. de satisf. da. instar cuius etiam Lutetia Regia vere ciuitas, & caput ceterarum Galliae ciuitatum dici promeretur. facit l. si in aliquam. ff. de offic. promconsul.

Roma & Parisys capita aliarum sunt ciuitatum.

Capite cauere & foris.

Capitis inimicus.

Capitales inimicitiae.

Capistrum quod.

Capitium.

Capitium quod vocatur.

Capite cauere & foris, est nexu corporis & bonorum sese obligare, fortunas personamque pignori cautionis opponere, possessorem possessioneque obligare. Gallic. *s'obliger corps. & biens.* Buda. in foren.

Capitalis homo, sceleratus & perniciosus, qui capitis poenam meretur. Capitalis inimicus, qui caput alterius puniri cupit. ca. accedens. 2. vt lite non contestata, & is recusari solet, vt scripsi in tract. de recusa. & salua. testium, in verb. inimicus.

Capitalis accusatio. l. 1. §. penul. ad Turpilliam. est illa, in qua de vita hominis, exiliove tractatur: vt in l. 2. ff. de public. iudic.

Capitales inimicitiae. l. sanc. ff. manda. quarum ea est grauitas, vt ad caput remouendum tendat: vt quando agitur de vita hominis, vel de amissione ciuitatis. vt hic. Et tales inimicitiae superuenientes post testamentum factum inter testantem & legatarium inducunt reuocationem legatorum. l. 3. in ff. de adimend. lega. Alios effectus enumeravi in tract. de reproba. & salua. testium, in verb. capitalis.

Capitale crimen, sicut causa capitalis dicitur, in l. 1. §. remouet. ibi, & qui capitali crimine damnatus est, non debet pro alio postulare. ff. de postuland. l. si de plagiar.

Capitalis reus. l. bona fides. ff. de pos. dicitur is, qui de crimine capitali accusatus est.

Capitales poenae. l. capitulum poenarum. ff. de poenis. vbi omnes capitales poenae describuntur. Et capitis poena est, vel bestis obicit, vel alias similes poenas patitur. respiciendum. ff. de poenis.

Capistrum dicitur vinculum, quo equus, iumentum, aliudque animalia ad caput ligantur: vt in l. 1. §. quae depositi. ff. de positi. vbi de deposito equo, non tamen est depositum capistrum. Sed venditio equo, & sella & capistrum venditum, tanquam accessorium censetur. l. aediles. 2. in principi. ff. de aedilit. edicto. & l. si in §. actionum. num. 38. de actionib. in Institutionib.

Capitium est capitis regmen. l. vestis. §. muliebria. ff. de auro & argen. lega. ibi, muliebria sunt, veluti stola, pallia, tunicae, capita, zona, &c. Dicitur ad capite, vel quod pectus capiat, hoc est comprehendat: quod in matronis capiam appellamus, teste Baifio in d. l. vestis. Et certum est capitium regmen capitis veteribus fuisse: & ipse vidi antiquos gestantes ista capita in capite, quae tamen hodie in desuetudinem abierunt.

Adhuc etiam vsu communi loquendi vocamus capitium in signe, quod praese ferunt magistratus, vt praefides, ac consularij, doctores, aduocati, procuratores, sacerdotes, artium magistris, & quidam alij, in signum videlicet praeminetis eorum scientiae, quae debet in eis praeferre. Quod in signe denegatur mechanicarum artium magistris. Interdum stultis quoque damus capitium, ad denotandum eos carere regmine sensus, & caput stolidum indigere coopertorio.

Capitularia sunt libri statutorum, vbi sunt plura descripta capita, seu capitula. autien. cassa. C. de sacrosanct. eccles. ca. nouerint. de senten. excommunicata.

Capitularia.

Capituleses populi sunt Italiae, a Capitolio oppido. de quibus Iurifconsul. in l. fin. ibi, similes his Capituleses esse videntur. ff. de censu. & Plinius lib. 3. ca. 5.

Capituleses.

Capio verbum est, de quo plura scripsi in l. aliud est capere. supra eod. Capi nomen vocatur, quasi captio: teste Geilio lib. 7. c. 10. Vnde vsucapio est acquisitio domini per vsu. l. 2. & 3. ff. de vsucapio. Inde mortis capio dicitur, quicquid mortis causa capitur. & ideo qui pretio accepto hereditatem praetermisit, siue ad substitutum peruentura sit, siue ad successurum ab intestato, mortis causa capere videtur. l. qui pretio. ff. de donatio. causa mort. & ibi Bar. & Inol. scribunt. Et differentias inter donationem causa mortis, & mortis causa capionem tradunt iurum interpreses in l. 1. §. item si ita legatum. & in l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam. Alia vide in d. l. aliud est capere.

Capio, vsucapio, & mortis causa capio.

IDEM LIB. SECUNDO EXCUSATIONUM. Lex ciiij.

Natorum appellatio & ad nepotes extenditur.

Appellatio natorum, sicut & liberorum ad nepotes extenditur. Et sic duobus modis capitur natus. Primo natus, id est ortus, genius, vt in l. cum bis sextus. supra eod. & l. qui in continentibus. l. is qui natus. l. municipes. l. quod dicimus. ac l. anniculus. 2. infra eod. l. qui in vtero. cum similib. ff. de statu homi. l. 2. §. in filiis. de decurio.

Natus duobus modis accipitur.

Secundo natus capitur pro filio, etiam apud rhetores, vt Quintilian. in praef. lib. primii. in audiendo nato tuo non inuites fore librum viderentur. & Virg.

Nate mea vires, mea magna potentia solus.

Nate patris summi, qui tela Typhoea tenens.

Et natus natus, qui natus scitur ab illis.

Quidam addunt, & dicant gnatos, sed idem est. Et in psalmo Dauidico habetur: si nati eius in interitum. Vnde si quis substituit filiis Titium, & eius natos, appellatio natorum ad nepotes extenditur. Item si quis substituat eos, qui nascuntur ex corpore suo, nepotes etiam continebuntur, sicut in liberis decidit Iurifconsul. in l. Lucius. 2. ff. de hered. lib. instituend. Iacob. Curtius in li. coniectura. r. c. 44. Quippe officium aut circa nepotem ex officio patris erga filium pender. l. dedit. ff. de colia. bonor. & sic nepos nascitur auo, sicut filius. l. Gallus. ff. de liber. & posthu. Idem si quis substituat Titio, si sine natis decedat, filij comprehenduntur & nepotes, per istum text. & huius est sententiae Philippus Perus. in cap. si pater. num. 113. de testam. lib. 6.

Idem in prognatis, seu progenitis censet Alcia. hic, quia praepositio hoc magis inducere videtur: sicut cum pronorum, pronepotem dicimus. Et in hoc Alcia. sententiam non improbarem.

Praeterea si emphyteusis vel feudum concessum fuerit Titio, & eius natis, etiam ad nepotes extendetur, per hunc text. quod plenius declarabitur in liberorum. infra eod.

Limita non procedere, si diceretur, do in emphyteusum Titio, & suis heredibus natis, tunc non venient nepotes, quia intelligitur hoc casu adiectiue, videlicet de filiis iam natis, l. est ortus. S.

cus si substantiue, vt volo quod bona mea natis delectantur, intelligitur tam de filiis quam nepotibus: vt scribit Barba. in repet. legis, cum acutissimi, col. 54. C. de fideicommiss.

Natus pro masculino

Interdum natus pro nascituro accipitur. in l. 1. §. sed si seruus heres institutus fuerit, si nemo natus sit. iuncta glo. ff. de ventre inspiciendi.

Item ex statuto Regis Aragoniæ, quo cautum erat, ne rex posset alienare aliqua immobilia Regni, nisi infantibus natis nostris, postea donauit Regi, an valeat? Alber. docet in tract. statutor. in prima parte, q. 144. incipien. de statuto. vbi dicit etiam debere intelligi tam de filiis natis, quam nascituris. Quia dum hæc dictio natus pro filio occupatur, non quærimus an sit natus, vel nasciturus. de quo abundantius scribam in l. liberorum. infra eodem.

Natorum igitur appellatio ad nepotes extenditur. iste est communis, & hætenus ab omnibus receptus intellectus. Contra quem tamen Alciac. hic, & Augusti. in lib. ad Modestinum de excusationibus tutorum, c. 2. dicunt errasse interpretes, qui hoc loco natorum verterunt, cum recte scripsissent liberos, cum de filiorum multitudine scribit. Et de prompta fuit hæc lex ex l. 2. ff. de excusationibus tutor. vbi sunt hæc verba. τὸν τέκνον ἄπορροτοπία κεί ἐν τῷ ἔργῳ ἔστω ἐκείνου. Cui sententiæ Iaco. Curtius etiam acquiescit lib. coniectural. l. c. 50.

Ego vero dicerem communem sensum vtilem esse, & sustineri posse. nec enim satis constat locum hunc excerptum ex illa l. 2. ff. de excusationibus tutor. quo etiam concessio, adhuc illud nomē τέκνον ad natos refertur. Ad hæc consentiunt omnes τὰ τέκνα significare liberos, etiam natos, à verbo τέκνω, id est pario. vnde natus dicitur Græcè τέκος, siue τέκνον.

quid.

Tenenda.

Ad hæc τὸν τῶν parturio: ergo τῶν partum, & natum quoque denotabit. Præterea τὸ τέκνον generalius est, quam liberi. significat enim tam natos ex animalibus, quam ex hominibus, vt tam Græcè, quam Latine patet apud Colum. de pulvis equarum lib. 6. c. 27. sic habentem: id præcipue genus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit. ergo non debet exponi de liberis specialiter, at potius de natis, qui multo latius patent.

Nati nomē generalius, quam liber.

Alioqui foret hæc lex superflua, cum in l. liberorum. & aliis quam plurimis legibus satis expressum esset de liberis. Quamobrem & rectius ista gradatim accipienda esse videntur, quod scilicet generalissimi sint nati, pro partu etiam quorum cunque animalium: minus generaliter dicantur liberi, quoad homines, siue in primo gradu filij sint, vel secundo, & sequentibus in infinitum, vt sic nepotes & pronepotes comprehendantur: postremo specialissimi, vt sic dicantur filij, qui videlicet nati sunt in primo gradu. Vnde concludemus secundum intellectum communem hanc l. natorum. minime superflua, at summe vtilis: quicquid in contrarium iactetur, vt ex sequentibus apparebit. & Alex. lib. genial. l. c. 15. dicit Cassium Iurisconsultum ad inferiores vtriusque sexus in infinitum extendisse, sicut verbum liberorum.

Primum quoque ad hanc iuris regulam, videlicet pro nato haberi, qui natus adhuc non est, fauore testamenti. l. Titius, §. final. ff. de liber. & posthum.

Sic qui mortui nascuntur, pro non natis habentur. in l. qui mortui. & l. anniculus. in fin. infra eo. vbi dicam.

Natus eo- so matris tenen.

Natus tamen dicitur, qui casu matris vtero viuus nascitur. l. quod dicitur. ff. de liber. & posthu.

Socin. consil. 197. in secundo volum.

Natu grandes dicuntur seniores. l. non tantum qui teneræ ætatis, sed etiã qui grandes natu sunt, decuriones fieri prohibentur. ff. de decurio. & l. 2. in fin. ibidem.

Nata in- sula.

Nata insula quasi repente, quæ occupanti conceditur. l. adeo. §. insula. ff. de acquir. ref. domi. §. insula. de rerum diuis. in Insti.

Natio quid.

Natio, genus, siue terra. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædilit. edict. vbi sic scribitur: qui mancipia vendunt, nationem cuiusque in venditione pronuntiare debent, plerumque enim natio serui aut prouocat, aut deterret emptorem. idcirco interest nostra scire nationem, præsumptum etenim est quosdam seruos bonos esse, quia nationis sunt non infamata: quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est.

IDEM LIB. DVODECIMO responforum. Lex cv.

Modestinus respondit, his verbis, LIBERTIS LIBERTABVSQVE MEIS, libertum libertæ non contineri.

Quamuis manifesta sint huius legis verba, attamen non est negligenda eius interpretatio, vt Vlpian. docet in l. 1. §. quamuis. ff. de ventre inspiciendi. Vnde si legem alimenta libertis meis, & libertabus, non videor legare libertis libertorum meorum: quia mei non sunt, sed libertorum. Quod non procedit, quando libertos liberi sui pro suis habebat, & eos pro suis tractabat, eos forte nominando suos libertos. tex. vbi Bar. in l. alimenta. ff. de alimentis & cibis. leg. l. pater. §. duobus. de leg. 3. Et quamuis loquatur hic de libertis libertæ, tamen idem in filiis liberti, vt scripsi in l. 1. in verb. tam masculos. supra eod.

Non absimile est, si quis alimenta suis legaret libertis, vt ea debeantur non solum libertis, quos tempore testamenti habebat, sed etiam seruis legatis, vt manumittantur: siquidem liberti erant testatoris tacite ratione dispositionis, vt docet tex. in l. 2. ff. de aliment. & cibis. leg.

Legatis alimentis suis libertis, & seruis debentur.

Et per istum text. consului pro filio cuiusdam insignis diuitis, cuius pater reliquerat centum singulis suis famulis, quod vxoris famulis non deberentur, cum vxor haberet bona separatim per se, & habitationem, & famulos. erat quippe domina præpotens, quæ suis poterat succurrere seruis: nec de eis erat verisimile maritum intelligere voluisse, vt plene probaui.

Item dicit hic glo. quod vassallus vassalli mei vassallus meus non est. quod procederet, si vassallus esset alterius rei: secus si in eadem re. tex. in §. illud. de prohib. feudi aliena. per Federic. vbi vassallus clientis Regis priuatur feudo, si delinquat in Regem: & debet applicari vassallo primo, & non Regi, nisi Rex primum clientem requisierit, & hic non requisierit secundum: tunc feudum Regi applicabitur, teste Ioan. Raynando ibidem, & Dec. in l. consilij. vbi est glo. similis. ff. de regul. iuris. l. as. consil. 233. col. penul. in 2. vol. Alber. Brunus consil. 8. versic. 13. & col. vlt. ac consil. 32. in materia feudor. Alexand. consil. 139. in 5. vol.

In simili firmat glo. quod socij mei socius meus non est socius. l. nam socij. ff. pro socio. Eo ipso tamen, quod quis est inimicorum amicus, dicitur esse suspectus. glo. in c. 1. 93. distinct. De hac materia videte per Io. de Platena in l. vna. C. quibus. m. excu.

Socius mei socij non est meus socius.

ne. excusa. liceat, lib. 10. & in l. vna. de peric. nomina. eod. lib. c. legitur. §. distinct. Panor. in crepellantur. de accusa. Bal. consil. 41. vol. 5. Cornet. consil. 317. vol. 1. Et an possit reprobari socij mei focius, scripsi in tract. de reprob. test. & salua. in verb. focius, vel an quoque inimici mei amicus, ibidem scripsi. Quibus adde, quæ scribit Gregor. in regesto his verbis: Legitur, quod beatus Angustinus nec cum sorore habitare consenserit, dicens: Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. c. legi. §. distinct.

IDEM LIB. PRIMO PRÆ- scriptionum. Lex cvj.

Dimissoria literæ dicuntur, quæ vulgo dicuntur apostoli: dimissoria autem dictæ sunt, quod per eas causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur.

Dimissoria litera quid.

Dimissoria literæ vocantur apostoli. τὸν ἀποστόλου, siue τὸν ἀποστόλου dicuntur nuntij, quicumque mittuntur, vt olim fuerunt Christi apostoli, ab ipso domino Christo cum mandatis missi per vniuersum mundum, vt euangelium prædicarent omni creature. Marci vlt. à verbo Græco τὸν ἀποστόλου, quod est mitto. Vnde apostoli dimissorij, & literæ dimissoriae idem significant, & sunt illæ literæ, quas iudex à quo dat parti, per quas dimittit causam ad iudicem ad quem. l. præses. & l. eos. §. apostolos. C. de appella. qui nonnunquam vocantur libelli dimissorij, in rub. ff. de libell. dimissor. & glo. hic tradit praxim. sed nos alia vtimur. Et quamuis rigor iuris exposcat eum qui appellat, debere petere apostolos congruo loco, & tempore, sapius & instanter, aliisque non esse liberum proseguere appellationem. clem. 2. de appella. hodie, tamen in Francia in causis secularibus sufficit verbo appellare: nec apostolos tenentur appellantes petere, vt lege Regia cautum est in tit. de appella. artic. 10. in consil. Reg. Gallic. Tum quod non omnes sciebant eos petere, & succurri tunc ex bono & equo dicit Guido Papæ in decis. Delphi. q. 456. Tum etiam quia iudices quoad poterant, cautelis & cauillationibus curabant excludere appellantes, teste Mathesilla. no. 21. no. practica, nimirum si cautelas huiusmodi rescuerit æquitas Franciæ, sicque prouidere curauerit saluo in aliis iure communi. l. alimentorum. ff. de assigna. liber. Quod etiam ius apostolorum querendorum, intactum adhuc remanet in curijs ecclesiasticis.

Antes dicitur, & apostoli quid.

Alij dicuntur apostoli refutatorij, cum videlicet iudex recusat appellationem admittere. Panor. in c. bona. de appella. & Helias Reynier. in clem. 1. eod. Sed hodie isti quoque non exiguntur in curijs secularibus huius Regni: verum omni defertur appellationi propter reuerentiam superiorum: & vocantur apostoli reuerentiales. ca. 1. de appella. in 6. licet interdum executio fiat non obstante appellatione in casibus prouisionalibus, quos describo in tracta. meis de sentent. præiudicial. seu prouisional. & in tract. de sentent. executor. in primo tomo commentar. in consil. Reg. Tamen adhuc executione facta poterit quis proseguere appellationem, vt ibi licet videre. Nec enim iudicis est inferioris dicere, non recipimus appellationem: sed quando casus est executorius, non obstante appellatione, pronuntiabit executionem faciendam, & perficiendam, non obstante ap-

Apostoli re- futatory.

pellatione, & sine illius præiudicio.

Aliis etiam modis literæ dimissoriae vocantur, vt quedam commendatiæ literæ sic dicuntur, quod commendent mores proficiscientis: veluti cum clericus aut laicus obtinet à suo prælato facultatem abeundi, commendari solet in huiusmodi literis, quo facilius recipiatur in partibus alienis. c. innotuit. de elect. & c. relatum. de cleric. non residen. Quas etiam commendatitias solet interdum nostra Parisiens. vniuersitas his maxime indulgere, qui rectoriatus munere sancti sunt, vt ipse vidi. de quibus loquitur Imol. in ca. fraternitati. in princip. de cleric. non residen.

Dimissoria litera pro commendat.

Quedam sunt etiam literæ dimissoriae, seu commendatiæ ad ordines: & conceduntur ei, qui vult ordines suscipere ab alieno episcopo: quas tribuit episcopus originis, domicilij, vel beneficij ecclesiastici, seu eius vicarius generalis, & mortuo episcopo capitulum sede vacante. ca. cū nullus. de temporib. ordinad. in 6. Poterit tamen inferior episcopo hæc cōcedendi facultatē præscribere per tantum tempus, cuius initij memoria non sit in contrarium, vel cum titulo putatio: vt scribit Ausier. in decis. Tholos. in q. 450. per glo. in d. c. cum nullus. in verb. indultum. de temporib. ordinand. de quibus literis abunde tractaui in prima parte praxim beneficijs, in titul. de liter. dimissorijs.

Dimissoria litera ad ordines.

Aliæ sunt literæ dimissoriae, quæ ad tempus dantur ex iusta causa: vt pote quando peregrinari vult clericus, tunc has concedet episcopus. c. non oportet. de consecra. distinct. 3. l. si qua. in fin. C. de episcop. & cleric. quas etiam quilibet inferior prælatus concedere poterit. Panor. in cap. fraternitati. col. 2. de cleric. non residen. Innocen. in rubr. de cleric. peregrinan. & c. duæ sunt. 19. q. 2. & 71. distinct. per totum.

Dimissoria data ad tempus.

Aliæ sunt, quæ dantur religiosis aliquò missis. non enim debet religiosus iter aggredi sine his: alioqui tanquam fugitiuus apprehendi posset, vt cauetur eorū regula clem. exiui. de verb. signifi. Notandum est, quod dimittere multis sumitur modis. Primo pro mittere. vnde missus à militia, dimissus dicitur in l. 1. & 2. ff. de his qui no. infam. l. vt agendi. C. de curs. public. lib. 12. Et nihil interest, quomodo captiuus reuersus est, vt rum dimissus est, an vi vel fallacia, hostium potestatem euaferit. l. nihil. ff. de captiuis.

Dimissoria data religiosis.

Secundo significat resignare & cedere. ca. admonet. & c. post translationem. de renuntia. assigno tamen differentiam in tract. de pacific. possess. in amplia. vlt. ac in l. sequester. infra eo.

Dimittere.

Tertio dimittere creditores, est creditoribus solvere, & satisfacere. l. idem obseruandum crit. & l. si proprios creditores ex ea pecunia dimiserit. ff. de lega. 2. l. debitor. in fin. de separa. ibi, si proprii creditores fuerint dimissi. l. consilio. §. 1. de curator. furios. l. penul. C. de his qui in credito. locum succed. l. quæris. de pact. dotal. Nam postquã debitor soluerit creditori, nil superest agendum cum eo, sed creditor dicitur dimittere debitorem in pace & sine processu. facit l. ait prætor. §. 1. quæ in fraud. creditor. l. nisi. ibidem.

Debitorem dimittere, est liberare, remittere, non proseguere, sed negligere debitum ab eo petere. l. ambitiosa decreta decurionum rescindi debent, siue aliquem debitorem dimiserint, siue largiti sint. Et debitore liberato per consequentiam fideiusor dimittitur. l. si fideiusor. ff. de dolo: Et creditor qui permittit venire, pignus dimittit. l. creditor. de regul. iuris. Et filius famil. patre inuito debitorem eius liberare non potest. acquirere enim obligationem potest, dimittere non

Debitorem dimittere, quid sit.

potest. l. filiusfamil. 1. ff. de solution.

Quarto dimittere possessionem, est eam omittere, vulgo *laisser*. l. quod meo. §. 1. ff. de acquiren. posses. l. i. sufficit quippe te dimittere possessionem, etiam si non transferas, &c. & dimittere rem idem. in l. a diuo Pio. §. si super. ff. de re iudica. l. i. si forte hi dimittendam eam rem esse putauerint. idem in l. libellorum. §. sed si aliud crimen obiciat, quod domum suam praebuit, vt stuprum matrem. pateretur, quod adulter deprehensam dimiserit. ff. de accusa. l. mariti. l. enociniu. lex coercuit, qui deprehensam vxorem in adulterio retinuit, adulterumque dimisit. de adulter. l. si ex plagis. §. tabernarius. & §. seq. ad legem Aquil. l. si bonafidei. de noxal. l. de atate. §. nihil. de interrogator. actionib.

Quinto dimittere rem in iusurandum, id est, relinquere rem iuramento decidendam. l. iusurandum & ad pecunias. §. cum res in iusurandum dimissa sit, iudex iuramentum absoluet. ff. de iureiu.

Sexto dimittere, absolvere, seu relegare. l. neque. l. i. qui in ius vocatus est, duobus casibus est dimittendus, si quis eius personam defendat, & si dum in ius venerit, de ea re transactum fuerit. ff. de in ius vocand. Et ad bestias damnatas, fauore populi praeses dimittere non debet. l. ad bestias. ff. de poenis. & l. 1. §. item diuus Adrianus rescriptit eum, qui stuprum sibi vel suis per vim inferentem occidit, dimittendum. ff. de sicar.

Dimittere librum penes aliquem, est cum depone, vt in tit. ff. de positi.

Amittere vsucaptum. l. etia. 2. ff. de minor. & superius dixi in l. Labeo. 1. §. rem amississe. & de verb. Admittere, ibidem. Committere in legem. l. inter stuprum. §. 1. supra eo. elucidauit.

Demittere, est deorsum mittere, descendere, hinc demens, deorsum a mente, quasi extra mentem. l. ram dementis. C. de episcop. audien.

Intermittere spatium, id est inter vnam & alteram rem spatium dimittere. l. Imperatores. l. i. intermisso legitimo spatio a vicina insula. ff. de seruitu. vrbano. praedior. & quantum spatij intermitti debeat, tradit l. si. ff. finium regundo.

Intermittere, aliquando ad tempus cessare: vt intermittere studium, significat non in totum omittere, sed laxare, respirare, vt alacrior postea accedat. Et si viuo Titio negotia eius administrare coepi, intermittere mortuo eo non debeo. l. nam & Seruius. §. si viuo. ff. de negot. gest. Quotidiana eriam aqua dicitur, cuius seruitus intermissione temporis diuisa est. l. 1. §. duo autem. ff. de aqua quotid. & aetna.

Sic dicitur intermissum dominium, in l. si mater. §. eandem. ff. de exception. rei iudica. l. i. nisi forte intermissum dominium, medio tempore rediit quodam postliminio. Vt si seruus captus fuit ab hostibus, intermissum censetur dominium tempore captiuitatis.

Compromittere, est causam arbitro decidendam sub poena praestatione committere. l. de his rebus. & per totum. ff. de arbit. quod videlicet vtraque pars simul promittat se arbitri sententiae parituram. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitris.

Inde compromissum dicitur partium conuentio, per quam aliquem gratia finendi controuersiam inter partes poena metu recipimus. l. 1. & per totum. ff. de arbit.

Compromissarius est is, qui negotium partium sibi commissum decidendum recipit. ca. si compromissarius. de elect. in 6. & l. cum lege. ff. de arbit.

Compromissa pecunia dicitur pollicita, pro-

missa in compromisso. l. non distinguemus. iuncta. l. litigatores. §. quod ait praetor pecuniam compromissam accipere nos debere, non si vtraque poena nummaria, sed & si aliares vice poena interuenerit. & §. idem Iulia. & §. seq. ibidem. facit l. non distinguemus. §. si mulier alieno nomine compromittat, non erit poena compromissa propter intercessionem. ibidem. id est non videtur, glo. ibidem. nam quantum ad effectum actio non datur contra mulierem, quae poenam promissit nomine alieno. l. 2. ff. ad Velleia. ergo poena promissa non censetur. l. arbitet. §. si iubeat. ibidem, & l. seq. De arbitrio plene scripti in l. illa verba. supra eod. Manumittere, in l. scauola. infra eod.

Omittere, est dimittere. l. si pignus in fin. l. i. idemque & si quis debitor in fraudem creditoru pignus omiserit. ff. quae in fraudem creditor. videte quae scripti in l. alienationis. supra eo. De verbo permittere, in l. duobus. infra eod.

Praemittere, est ante mittere, seu praedicere, vel praefari, praeloqui. Inde praemissa, praefationes, & praeloquia, ac praedicta dicuntur. l. si. ff. de heredi. insti. ca. cupientes. §. in super. & sequen. de elect. in 6. Praefationes enim nos ad lectionem propositae materiae perducunt, & cum illuc venerimus, eius euidentiorum praestant intellectum. l. 1. in si. ff. de orig. iuris.

Praetermittere, est relinquere, praeterire, omittere. vnde sic ait Iuriscōsul. in l. 1. §. praetermittere. ff. si quis omissa causa testam. praetermittere autem causam testamenti videtur, qui cum posset iubere, noluit id facere. & quod in princip. dixit omittere, postea dixit praetermittere in d. §. praetermittere. & §. seq. vbi in §. praetermittere. sic dicitur: praetermittere causam testamenti est, si quis repudiauierit hereditatem. ibidem. facit l. 2. C. de fide instrumea. & iure haerit fiscal. lib. 10. l. si cum dotem. §. sin autem in nouissimo. soluto matrimonio.

Promittere est polliceri. l. si me & Titium. & l. pecuniam. ff. si certum peta. videte in l. aliud est promittere. infra eod.

Remittere, dixi in l. inter stuprum. supra eo. De verbo. Submittere in l. alienationis. supra eo.

IDEM LIB. TERTIO PANDectarum. Lex cvij.

ASSIGNARE LIBERTVM, hoc est testari, cuius ex liberis libertum esse voluit.

Assignare libertum, est significare, cuius ex liberis libertum esse velit. Et hoc patet ex senatusconsulto, quo fuit concessum, vt pater vni ex filiis quem vellet, libertum, vel libertos assignare posset. l. 1. & per totum. ff. de assignand. liberis. & Institutionib. de assigna. libertor. per quam assignatione ius patronatus illi quaritur, cui fuit assignatus: qui poterit eum libertum rebellem accusare, & in seruitutem ob ingratitudinem reuocare. l. si quis hac lege. in fin. ff. qui & a quibus. Et fit haec assignatio, verbis, nutu, testamento, codicillis, vel quibuscunque verbis, etiam mera voluntate. d. l. 1. §. assignare. & gl. vlt. in c. appellatio. de appella. in 6. & doct. in rubr. de assignatio. libertor. in Insti. Assignare vero & pure, est sub conditione, & per epistolam, vel testationem, vel chirographum possumus. l. assignare. illo tit. habetque locum, etiam si liberti post assignationem manumittantur, vt adhuc eis debeantur, quibus assignati fuerunt in prima testamenti parte. l. 1. ibidem. Et qui liberti assignationem sua manu scripsit, falsi tenetur. l. impuberem. §. qui liberti. ff. de falsis.

Secundo assignare beneficium, est conferre. c. pro illorum. de praeb. cap. proposuit. & ibi glo. & doct. de concess. praeb. no. in ca. si beneficia. de praeb. in 6.

Quod est verum, si assignetur ante collationem: focus si post, quia tunc potius videretur episcopus in possessionem mittere, vt docet Panor. in c. autoritate. de insti. Idem dixi de inductione in possessionem, in forma manda. in glo. inducent. in concordia. & in praxi benefic. tit. de missio. in possessio.

Tertio assignare dicitur Princeps, id est concedere. l. 1. in si. ff. de aqua quotid. & aetna. l. i. meminit autem debemus in hoc interdicto totam quaestionem finiri assignationis, &c. & ibi, sed aut habet ius assignatum sibi, aut non habet. vbi glo. dicit Assignatum a Principe. iuncto §. permittitur. ibidem. l. i. idque a Principe conceditur, alij nulli competi ius aquae danda.

Quarto assignare importat translationem domini. l. si pluribus. ff. de lega. 1. vbi Aret. in 3. not. probat l. 4. ff. de iustitio. l. & si Titio fundus. de usufruct. lega. si iuris ratio, aut materia hoc patitur: teste Bal. in l. 2. C. communia de lega. & Aret. in d. l. si pluribus. Bar. & alij in l. si constante. in 2. q. 4. paris. ff. soluto matrimonio. las. consil. 92. circa primum. in 1. vol.

Quinto assignare interdum dicitur tradere ad custodiam. l. 1. §. si. & ibi glo. ff. nauae, caupo. stabular. l. i. recepit autem saluum fore vtrum si in nauam res missae ei assignatae sunt, an & si non sint assignatae. & l. cum pater. §. pater pluribus. de leg. 2. vbi assignare clauis, est tradere custodiam rerum, quae sub illa clauis clauduntur: vel pro tradere simpliciter capitur. l. qui officij. §. si. ff. de contrah. emptio. l. penul. de optio. lega.

Sexto si assignatio verbalis, cuiusdam rei fiat alicui, legari dicitur illa res. l. quidam. in princ. C. de necessar. seruis heredit. insti. & l. penul. C. de lega. Et an per hoc verbum testator videatur codicillari vel testari, videte per glo. & ibi Bald. in l. quoties. C. famil. ercif. las. in l. si fundum per fideicommissum. col. 1. ff. de lega. 1.

Septimo significat iuris effectum cum executionis tractu. ca. constitutus. & ibi Bal. de rescript. videlicet assignerente sur ses biens, & constituer. Et si maritus assignet vxori aliquam rem ad alimeta, an censetur legasse proprietatem? Quod sic, decidit Guido Papa in decision. Delphinal. q. 525. sed iuxta. per legem, donationis species. ff. de donatio. quae lex parum hoc probat, vt dico in meis interpretationib. Et an sine traditione, q. praeced. per eundem Guido.

Octauo per verbum assignare ceduntur actiones. l. arbitet. ff. de distractio. pignor. Archid. in cap. si canonici. de offic. ordinar. in 6. refert Barba. in additio. ad Bal. in cap. vno. in princip. quid sit inuestitura.

Nono capitur assignare pro praesentare. c. vt debitor honor. l. i. priuquam delegato fuerint assignatae literae. de appella. vbi doct. videte tex. in ca. cum speciali. de appella.

Decimo assignare insulam, est eam designare, & declarare, ad quam se conferre. debeat deportatus. l. 1. l. i. ibi, approbata enim sententia praedicta, tunc solet insula assignari. ff. quando appelland. sit. & l. 1. §. 1. ibi, relegandi deportandique in insulam, quam Imperator assignauerit, licentiam ha-

bet. de offic. praefect. vrb. & Iuriscōsul. ait, In insulam relegare praesides prouinciarum possunt: sic tamen, vt si quidem insulam sub se habeant, id est ad eius prouinciae formam pertinētem, quam administrant, etiam specialem insulam assignare possint. inque eam relegare. l. relegatorum. §. 1. ff. de interdict. & relega.

Vndecimo assignare est subsignare, vt glo. & doct. tradunt in l. si ita stipulatus fuero. §. Chrylogonus. ff. de verbo. obliga. Ego accipere ibi Assignante pro ordinante, & statuyente: quod seruus scriberet illud chirographum.

Duodecimo assignare pro attribuere, adscribere. l. praeporis enim nimia sauitia culpae assignatur. ff. ad legem Aquil.

Decimotertio assignare terminum peremptorium, est praestituere, constituere. c. si iuncto c. 1. de dilatio. Inde iudex dicitur assignare tempus ad opponendum. c. praesentium. de testib.

Decimoquarto verbum assigno, est verbum directum, tantum significans, quantum in iustitio. l. 3. de assignand. libert. Bald. in l. fina. col. penult. C. de sacrosanct. eccles. sic consuluit Bertrand. consil. 176. donatio. versic. ad secundum. in 3. vol. ex 1. editio.

Decimoquinto assignare pro subscribere exponunt glo. & doct. in l. inter. ff. de author. tutor. videte Dec. consil. 349. consiluit.

Vltimo verbum assigno capitur secundum causas praecedentes, & secundum quod iuris ratio patitur. Nam si pater filio emancipato bona assignet, donare videtur. l. si donatione. C. de colla. Alexand. consil. 40. super primo. col. 2. in 4. vol. & las. consil. 92. non est. col. 1. in 3. vol. Si autem filio in potestate assignet, dicitur concedere in peculium. l. fin. ff. de pecul. lega. vel si res assignetur in feudum, aut in emphyteusim, ita quoque data videtur. l. 1. vbi doct. C. de iure emphyteu. §. 1. qui feudum dare possunt.

De assignalibus scribit las. in consil. 92. & Chasfan. in consuetud. Burgund. rubr. des droitz. §. 17. in princip.

Testari. Eius amplam significationem tradidi in l. verba contraxerunt. in verb. testandi. supra eodem.

Voluit. De hoc verbo scribunt doct. in l. 1. C. de summa trinita. & in l. verbum volo. de fideicom. Si operae pretium fuerit, inferius tractabo.

IDEM LIBRO QVARTO Pandectarum. Lex cviiij.

Debitor intelligitur is, a quo inuito exigi pecunia potest.

Vt quis debitor dicatur, videtur hic tex. exigere tria: primum, quod quis debeat: secundo, quod debitum ab eo exigi possit: tertio, quod etiam ab inuito. & cum his vere dicitur quis debitor. Quae Iuriscōsulti definitionem si velimus sequi, fideiussor cum ab eo inuito pecunia valeat exigi, debitor quoque dici poterit: quamuis contrarius vsus loquendi repugnet, teste Alber. in tracta. statutor. in 1. parte q. 179. & Alexand. in l. 1. in fin. ff. si certam peta. dixi plene in l. creditores. & seq. supra eod. Adde etiam id quod scribitur in l. pecunia. 2. §. fin. infra eod. vbi dicitur hoc verbum debuit omnem omnino actionem comprehendere. intelligitur, siue ciuilis, siue honoraria, siue fideicommissaria fuerit persecutio. & ibi explanabimus, Deo nobis adiutore.

Dimittere possessione quid.

Dimittere rem quid.

Dimittere librum quid.

Demittere quid.

Intermittere quid.

Compromittere quid.

Compromissum quid.

Compromissarius.

Omittere quid.

Praemittere.

Praetermittere.

Promittere polliceri.

Assignare multis modis accipitur.

Assignare pro designare.

Assignare pro subsignare.

Assignare pro praestituere & c.

Assigno, in iustitio.

Tria requiruntur, vt quis dicatur debitor.

Debitor is dicitur, qui spore soluit.

Intelligite, quod si voluntarie debitor solvere vult, quod non omnibus contingit, adhuc non minus dicitur debitor: quia regulariter ab inuito solet exigi: & quod frequentius fit, Iurisconsul. cogitavit, iuxta glo. in clem. r. de rescrip. Et pecunia hic generaliter accipitur pro qualibet re, & substantia: nempe à quo potest exigi liber debitis vel res, debitor dicitur, & creditor is cui debetur. in l. creditores. cum l. seq. supra eod. Is etiã, à quo decima potest peti & exigi, dicitur debitor. cap. parochianos. vbi etiam Panormitanus de decim.

Vnde infertur, quod cum à debitore in diem vel sub conditione non possit exigi pecunia vel debitum, ergo nondum simpliciter dicitur debitor, sed cum adiuncto, vt scripsi in l. conditionales. supra eod. & Iurisconsul. in l. qui cum herede. in fin. ff. de actio. & obliga. air: quandiu bonorum possessio contra tabulas filio dari potest, heres quodammodo debitor non est.

Secundo fuit confirmata veditio facta per debitorem, qui ratione computorum, & ex reliquis seu restis (vt dicunt) debebat sex mille libras, quas promiserat intra annum soluere: quod si eas non soluisset intra illud tempus, vendebat domum Lugduni sitam pro dictis sex mille libris: & exnunc prout extunc constituat se eam nomine creditoris precario possidere. finito anno non soluit, sed petit instrumentum cancellari. creditor impetrauit literas falsinã, petens contractum seruari. Curia seruandum statuit anno 1324. die 8. Iulij. quia non allegabatur lãssio, nec deceptio, nec pactum legis commissoria: de quo in ca. significante. de pignor.

Tertio quando fiscus illius bona possidet, qui deportatus fuit in insulam, creditores tunc ex anteregesto non habent cum eo actiones, qui quondam fuit debitor. l. penul. ff. de senten. passis.

Quarto recipit debitor honores subire non debet ibi. in l. i. C. de debitor. ciuita. lib. ii. nec legatione fungi. l. sciendum. ff. de legatio.

Quinto debitor is dicitur, cui nulla competit exceptio. l. 4. in fi. iuncta l. seq. ff. de heredita. ved. Et sic verbum debere capitur hic pro obstringi, denotat. & in l. creditores. & seq. & l. satisfactionis. l. verbum amplius. supra eod. & l. cedere. & l. i. ita. & l. non tantum. infra eod.

Debere tamen verbum quamuis capiatur vt hic, tamen & capitur generalius pro quoquo modo teneri, id est *estre tenu*: & interdum non respicit obligationem. in l. si cum fideicommissa. ibi, reuocari in seruitutem debere. ff. qui & à quib. l. 2. si quis in ius voc. non ierit. l. quibus. supra eod. l. si cum fundam. & l. quæretet. & l. coram. infra eod. l. certum. §. si alia. de confesio. l. 2. §. si vero nihil. ne quid in loc. publ. l. de accessio. de diuers. & temporal. præscrip. l. qui Romã. §. Flauius. in fi. de verbor. obliga. l. si commissã. rem ratam haberi. l. parricidij. ibi, habere debebit. ff. de parricid. l. i. §. si seruus bona fide. de quæstio. Et regulariter necessitatem denotat, teste glo. in clem. attendentes. in verb. debeant. de statu monacho. scripsi in §. i. in glo. debeat. de colla. in concordã. facit l. hæc autem. §. i. ff. quib. ex caus. l. 2. §. i. de curator. bonis dand. l. i. §. i. quod vi aut clam. Cum via publica fluminis impetu, vel ruina amissa est, vicinus proximus viam prestare debet. l. si locus. in fi. ff. quemadmod. seruit. amittant.

Interdum Iurisconsul. addit ex necessitate, vt in l. quam Tuberonis. §. sunt quidam. verfic. seire autem non vtique singulas res debet esse necessitate. ff. de pecul.

Debet pro potest exponit. glo. in l. qui inter-

rogatur. ff. de interroga. actio. & perperam. quimo potius exponendum videtur pro vile est, veluti probat ibi ratio, dum dicit: quia si perperã confessus fuerit, incommodo afficietur. ergo ne incommodo afficiatur, debet impetrare tempus ad deliberandum.

Debere, id est licere, in rub. ff. si quis in ius voca. non ierit, siue cum quis vocauerit, quem ex edicto non debuerit, id est, non licuerit, non potuerit.

Debemus intelligere, in l. inter publica. in fin. supra eod. Accipere debemus, in l. pronuntiatum. supra eod. l. notionem. §. i. & l. seq. ibidem ac l. prouinciales. infra eod. & l. absentem. Appellare debemus. l. late culpã. §. i. infra eod. Alia dicitur in l. pecuniã. in fi. infra eodem.

Inuito, id est, nolente, facit l. impense. vbi scripsi. §. i. supra eod. l. coram. in fi. l. fugitiuus. ibi, inuito domino subtraxerit. infra eod. l. i. ff. de furt.

Et potest quis nolle, vel contradicendo, quemadmodum accipitur in l. impense. supra eod. vel non expresse consentiendo, vt in procuratore constituto. l. filiusfamil. §. Quintius. ff. de procurator. & in l. 4. de seruitu. vrbano. p. prædior. docto. & alij multa scribunt in l. inuito. ff. de regul. iur.

IDEM LIB. SEXTO PANDECTARUM. Lex cix.

Sequester dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuersia est, deposuerunt: dictus ab eo, quod occurrenti, aut quasi sequenti eos, qui contendunt, dimittitur.

Hæc lex primò quid sit sequester, demum vnde dicatur, elucidat. Secunda ibi, dicitur ab eo. Sequester itaque dicitur, apud quem plures deponunt rem conuersam. Dictusque est à sequendo, secundum quosdam: quod vtraque pars illius fidem sequatur. sed Iurisconsul. ait hic dici ab eo, quod occurrenti, id est vltro offerenti se accepturum ei res dimittatur, aut quasi sequenti eos qui contendunt. nempe sequitur eorum voluntatem, accipiendo rem sequestratam. Quam Iurisconsulti etymologiam subduram inueniens Alciatus, grammaticorum primam etymologiam præfert. quod enim occurrere & sequi pro similibus accipit hic Iurisconsul. ipse omnino diuersa existimat, dicens: occurrit qui aduersum tendit, sequitur qui post venit. hæc ille.

Ego vero putò Iurisconsul. etymologiam, aut allusionem minime improbandam. Nec obstat quod occurrere & sequi sunt diuersa: verum est quoad vnum significatum, sed occurrere est etiã vltro se offerre, quasi obuiam ire voluntati partium, & illarum voluntatem acceptare. Cum igitur partis vtriusque sequatur voluntatem sequester, occurrere dicitur, & quasi eos qui contendunt sequi: vt hic Iurisconsul. non solum etymologię rationem habeat, sed vocabuli quoque declarationem amplectendo apponat: aut quasi sequenti, scilicet quod ipse sequester partium voluntatem sequatur, & occurrat voluntati illarum.

Et sic probat voluntarium esse sequestri officium, & de partium voluntate hunc esse recipiendum, velut inferius dicitur. Itaque sequester dicitur, eo quod res ei occurrenti dimittatur, aut quasi sequatur voluntatem eorum, qui contendunt: quia voluit, vt ipse eorum rem custodiat, fructusque

Debet pro licet.

Sequester vnde dicitur.

Sequestri officium est voluntarium.

cuis rei recipiat, & in fine litis rationem vincenti reddat. Et huic acqiesco sententię: licet quidam veriorum etymologiam dicant, quod eos qui contendunt & inter quos rixa est, velut medius secat, & dirimit, quod parum videtur text. conuenire. veltum erit iudicare.

Quo loco sciendum est sequestrationem esse triplicem: voluntariam, necessariam, & mixtam. Voluntaria est, quæ fit ex conuentione & voluntate partium, de qua hic, & in l. interesse puro. ff. de acquir. postest. Et ista semper est permisa. l. i. ff. depositi. l. si solutus. de solutio. quia si partes sunt concordēs, quid ad iudicem? l. i. §. inde. ff. de noui operis nuntia. Sex differentias inter depositum & sequestrum tradidi in tract. meo. de sequestris, in 3. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic.

Necessaria est, quæ præcepto iudicis vel magistratus fit, & interdum ex officio iudicis: vt si ipse videat aliquos ad rixam paratos, tunc potest suo officio eos compescere, & rem sequestrare. l. æquissimum. ff. de vsufruc. Et eo dicitur necessaria, quia partes eam necessario tenentur subire, postquam iudex eam esse faciendam decreuerit, vel ordinatio Regia. de qua infra dicam, vt est in hoc Regno Franciã regulariter, & de ea dixi artic. i. in glo. i. tract. meo de sequestris.

Mixta est, quæ ex vtroque, & legis vel iudicis auctoritate, & voluntate etiam partium fit, quem admodum etiam in hoc Regno obseruatur, vt videre licet in d. tit. de sequestris. in consti. Reg.

In qua materia quia tractatum iam edidimus de sequestris seu commissariis in 3. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. vt nil amplius desiderari possit, satis esse duxi capita materiæ breuiter hic perstringere, & si quid noui foretis noster vsus attulerit, nequaquam omittere.

Prima ergo sit conclusio, sequestrationem regulariter esse prohibitam, vt indicat titulus. C. de prohibita sequestra. iuncta l. vna. & c. l. eo. tit. Ratio ponitur in d. l. vna. Oportet enim debitorem primo conuinci, & sic deinde ad solutionem pulsari: quam rem non tantum iuris ratio, sed & ipsa æquitas persuadet. Et quia non est quis sua priuãdus possessione lite pendente. ca. i. vt lite pendente. executio que non debet ex abrupto fieri. l. i. C. de executio. rei indica.

Quod non procedit, quando lex vel constitutio contrarium disponderet, vt in hoc Regno, quãdò possessionis vsus est recens, & dubius. ca. fi. ii. q. i. Ex multis etiam causis potest fieri sequestratio, quas tradit glo. in c. 2. eod. vbi Panor. & c. in. ibidem. quæ limitatio breuiter comprehendit ceteras, in quibus multum laborare videtur nostri iurium interpretes.

Secunda conclusio, sequestratio faciendã non est, nisi aliquantulum de iure illius qui illam petit, saltem summarie constet. l. cum proponas. C. de bonis authorita. iudic. possid. l. si is à quo. ff. vt in posses. legator. Et sic non debet fieri non productis, nec visis titulis. doct. in c. examinata. de iudic. nec valent litera à cancellaria imperata, concedere apparitoribus sequestrare: quod sine causã cognitione fieri non debet. §. si vero etiam. in authen. de exhibend. reis. colla. 3. quemadmodum etiam censuit senatus anno 1551. prohibendo secretariis, ne talibus literis subscriberent. Et sequestrum factum non auditis partibus à seneshallo Pictauiens. annullauit, vt dixi in glo. i. in tracta. de sequestris. in 3. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic.

Tertia conclusio, sententia lata super sequestratione, executoria est, non obstante appellatione. l. Imperatoris. in fi. ff. de appella. & Roma. in

Sequestratio est triplex.

Necessaria.

Mixta.

Sequestratio est prohibita regulariter.

Sequestratio non fit, nisi constet de iure illius qui illam petit. Arestum.

Sententia lata super sequestratione, est executoria.

l. si fideiussor. in fin. qui satisfar. cogant. quia appellatum censetur causã impediendã executionis. l. satis. C. de fals. maxime in hoc regno, cum sequestratio fiat vi constitutionis Regiã, à qua non potest appellari. l. si qua. infra eod.

Quarta conclusio est, post latam sequestri sententiam debent partes intra tres dies conuenire de sequestro seu commissario. artic. 4. eodem tit. in ordina. Regiis. Alioqui iudex eligere poterit. l. in venditione. §. fin. ff. de bonis authorita. iudic. post.

Quinta conclusio, possessionem vacuam debent partes relinquere sequestro, sub poena amissionis causã, vt in d. artic. 4. & in beneficalibus, sub poena excommunicationis. clem. vna. co. tit. quando est extraneus. quod si pars impediit, ipso iure priuatur, vt ibi.

Sexta conclusio, non tenetur sequester inuitus rem accipere. l. fin. §. sin autem. vbi Angel. C. de bonis authorita. iudic. possid. c. examinata. de iudic. quia est officium voluntarium, non necessarium. Bart. per illum tex. in l. litibus. C. de agricol. & censitis, lib. 10. Sed hodie multi volentes sibi potius acquirere, quam partibus, sequestrum petunt in perniciem forte animarum.

Septima, postquam recepit, non potest amodo sine iusta causa deserere. l. ei apud. §. fin. ff. de pos. Bal. in rub. C. depositi. in fin. iusta vero causã censetur, si damnum pareretur. d. §. sin autem. At si cum res immobilis Titij licitaretur, plures se opponant, non sufficit vnus consensus, ad hoc vt facta sequestratio dissoluatur, sed omnium opponentium consensus, ad hoc vt facta sequestratio dissoluatur, sed omnium opponentium consensus desideratur, vt censuit senatus anno 1542. die 18. Aprilis post Pascha.

Octaua, sequester actione præscriptis verbis conuenitur. l. si oleum. in princip. ff. de dolo. vbi Bart. Et actione ex stipulatu, quando obligatur coram notariis, vt in hoc regno, & manu militari aufertur res. l. qui restituere. ff. de rei vindica. nec non in carceres detruditur. Bal. in ca. i. supra eod. etiam die feriato.

Nona, sequester ex mandato illius iudicis, à quo sequestrum recepit, tenetur restituere. d. clem. vna. & l. fin. §. sin autem. C. de bonis authorita. iudic. possid. etiam si sit clericus. Bal. in l. acceptam. col. i. C. de vsuris. quia executiue proceditur, non per modum iudicij.

Decima, sequester tenetur plus offerenti vocatis partibus de iudicis mandato fructus vendere, vel rem locare, & pretium custodire. d. l. litibus. verfic. iterum per officium iudicis fructus vendantur. Et pretia eorum secundum prædictum modum deponantur. C. de agricol. & censit. & artic. 3. eod. tit. in consti. Reg. Quod si etiam alter colligantium plus obtulerit, permittit senatus, vt præferretur, anno 1529. die 10. Iunij.

Vndecima, sequester nullas expensas nisi cum iudicis permisso, & partibus vocatis facere debet. l. ait prætor. in fi. ff. de iure liber. & artic. 2. ibid. Roma. singul. 408. tu habes.

Duodecima, sequester recipere salariam potest ad iudicis taxationem, quæ illi vocatis partibus fiet. artic. 3. eod. tit. arg. l. vnic. C. de prebend. salar. lib. 10. & l. mulier. ff. de captiuis. ne damnus partium. d. l. fin. de bonis authorita. iudic. Barba. cõ. sibi teneri dare salariam Thomã nobili, qui ciuitatem Asten. sequestratam possedit.

Decimatercia, si sequester acceptus de voluntate partium, soluendo nõ sit, partibus imputatur. §. fin. in fi. pro socio. si vero iudex illum dederit, tenetur

Sequestre possessio va cua relinquitur.

Sequester rem inuitus non tenetur capere.

Sequester rem capiens non sine causã deserit.

Sequester conuenitur præscriptis verbis &c.

Sequester tenetur plus offerenti vendere.

Sequester facit expensas de permisso iudicis.

Seq. salariam habet à taxatione iud.

Sequester si non sit saluandus &c.

Arestum ratione debiti latum.

Fisco possidante bona deponati, creditores non habent actiones.

Debitor rei pub. honores subire non debet.

Debere quo modo capiatur.

Debet pro potest.

reatur ipse, prius excusis fideiussoribus. l. i. ff. de magistr. conueniend. §. penult. de satisfda. tutor. in insti.

Sequeſter unus ſufficit.

Decimaquarta, vnus ſequeſter ſufficit. clem. y. na. eod. ibi, apud aliquam perſonam idoneam, tum ne duplex ſalarium præſtare oporteat, tum quia res p̄t plures regi ſolita negligitur. l. 3. ff. de adminiſtra. tutor. Ad ſummum duo, arg. l. i. ff. de iure de ſiber. Ideoque ſenatus reprobaui ſequeſtrum, in quo tres erant conſtituti, anno 1533. die 12. Maij: niſi bona eſſent in tribus locis, arg. l. ex factio. in magna. ff. de heredi. inſti. Et tres tantum legati poſſunt dari. l. ſciend. in ſin. ff. de legat.

Sequeſtratio in quibus caſibus prohibetur &c.

Decimaquinta, in quibus caſibus ſequeſtratio prohibetur, in illis rerum & fructuum deſcriptio fieri poterit, ad hoc vt quantitas facilius præſtari poſſit. Bar. per illum tex. in l. i. in ſi. ff. de ventre in poſſeſ. mittend. laſ. in l. ſi fideiuffor. in ſi. ff. qui ſatidat. cogant.

Sequeſter in aut lata ſententia ad rationem reddendam.

Vltima concluſio, ſequeſter debet citari lata ſententia, ad reddendum rationem & reliqua, non vero ad reddendum fructus. Siquidem ab executione non eſt incipiendum. l. i. C. de executio. rei iudica. Ita fuit iudicatum anno 1541. die vltima Februa. Sed ratione reddita, præcipitur ei, vt fructus reddat. Amplius per me tractata ſi quis perlegere cupiat, adcat tractatum de ſequeſtr. in 3. tomo commentar. in conſti. Reg. Gallie.

Controverſia. De hac ſcripſi in l. reſtituere. 2. ſupra cod.

Deponere. Deponere eſt rem cuſtodiendi cauſa alicui tradere, commendare, credere. l. ſi quis eo animo. ff. de religioſ. Et de poſitum eſt, ſeu de poſitio, quod cuſtodiendum alicui datum eſt: dictum ex eo, quod deponitur. præpoſitio enim De aucto poſitum, vt oſtendat totum fidei eius commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet. l. i. iuncta l. licet. & l. Publia. ff. de poſiti. Et duplex oritur actio ex de poſito, directa videlicet, & contraria, vt patet in rub. ff. de poſiti. vel contra. Eſt autem directa, qua agit deponens, vt ſibi res de poſita reſtituatur. §. præterea, quib. mod. re contrah. oblig. l. i. §. 1. & per totum. eod. Actio de poſiti contraria competit de poſitario, ſi quid impenderit in re de poſita. l. actio. ibidem. l. in rebus. §. poſit. ff. de commoda.

Ex de poſito duplex actio oritur.

Deponere quoque eſt deprimere, demittere, vt ædificium de poſit, vulgo *mettre bas*. l. & ſi forte. in princip. ff. ſi ſeruit. vindicet. ibi, ſed ſi intra tempus ſtatutum ruſus de poſerit ædificium ſuum viciniſ, renaſceret tibi vindicatio, & de poſitio ædificij. l. metum magna. §. idem Pompo. ff. quod metus cauſ.

De poſita quis.

Deponere pro deprimere, demittere.

Deponere pro tranſferre.

Deponere imperium officium.

Deponere imperium, officium.

Depoſitio dignitatis. l. aut damnum. in principi. ff. de poenis. & depoſito magiſtratu, in l. nec magiſtratus. ff. de iniur.

Depoſito dignitatis.

Et lugubria deponere. l. genero. in ſin. ff. de his qui not. in ſam. ibi, Labco ait ipſo die & ſumere ea lugubria, & deponere.

Lugubria deponere.

Deponere naturam veneni. l. quod ſape. §. veneni. ff. de contrah. emptio. ibi, de his vero quæ mixta aliis materiis adeo nocendi naturam deponunt, vt ex his antidota, & alia quædam ſalubria medicamenta conſiciantur, aliud dici poteſt.

Deponere naturam veneni.

Pignori deponi, id eſt cauſa pignoris poni, concedi. l. ſeruus. ff. de condi. indeb. ibi, reſpon. ſi ſis qui pignori accepſſet magidem alienâ, ſcit apud ſe pignori deponi. Ita poteſt dici deponi commodati cauſa, id eſt poni, & concedi in commodatû, & aliis modis.

Et animo ab accuſatione deſiſtit, qui affectum, & animum accuſandi de poſuit, pro reiecit, dimiſit. l. ab accuſatione. §. 1. ff. ad Turpillia.

Contendere quid.

Contendendum. Hic contendere pro certare & litigare accipitur, quaſi contra tendere: quod in litibus maxime actor tendat contra reum, & reus contra actoris voluntatem. Et hoc verbum reſpicit tam iudiciales, quam extraiudiciales controverſias. probat l. vt in conditio. ff. pro ſocio. ibi, nã qui nolunt inter ſe contendere, ſolent per nuntium rem emere in commune.

In iudicio, hic & in l. i. ff. de edendo. ibi, vt proinde ſciat reus, vt rem cedere, an contendere vltra debeat. & ſi contendendum putet, veniat inſtructus ad agendum. l. circa. §. quoties. de proba. l. ſi de iur. iurand. l. i. §. apud. ff. de poſiti.

Extra iudicium, probat text. in l. 2. §. deinde & cum poſt aliquot annos quam duodecim lata ſunt, & plebs contenderet cum patribus. ff. de origin. iuris.

Contentio.

Inde contentio, id eſt controverſia. l. in re communi. ff. de ſeruitu. vrbano. prædior. ibi, itaque propter immenſas contentiones plerique res ad diuifionem perueniunt. l. in princip. ſi menſor falſi. modum dixerit. ibi, ſi forte de finibus contentio fit. l. ſi de iniur.

Monachi contentioſi puniend.

Contentioſus monachus aut murmurâs iuxta arbitrium rectoris, modumque peccati patientis eſt. l. ſi quis monachus. 90. diſtinct. Et ipſi litigioſi ac contentioſi ordinari prohibentur. c. hoc habet. in ſi. 46. diſtinct. Et generaliter perfectis prohibetur in iudicio contendere. Pater ergo, quod non licet illis iurare coram iudice captando lucri, ſed licet eum ad damnam. c. epiſcopus. 14. q. 1. & ibi, aliis autem coram iudice ad iuſtitiæ, & pro eis iudicem in reſpellat nonnullos ſanctorum legimus. hi autem non ſibi ſtant, ſed pauperibus, quorum neceſſitatibus profutura repetit. Et ita non prohibetur ſtare coram iudice.

Contentioſa voluntatiſ.

Inde contentioſa iuriſdictio, in l. 2. ff. de offic. pro conſul. eſt, quæ inter contententes & litigantes exercetur, & in iuſtos datur. l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verbor. oblig. vt ſi duo coram iudice ſiſtent, illa iuriſdictio, quæ inter iſtos exercetur, vocatur contentioſa.

Contentioſa voluntatiſ quid.

Voluntariam vocant, quæ à volente & inter volentes exercetur. vt adoptare, manumittere, & alia ſimilia. l. i. de offic. pro conſul. l. i. de offic. prætoris.

Contentioſa pro niſſo tendere.

Contendere, niti, laborare, intendere, dicere. l. qui interrogatus. iuncta l. licet. ff. de petiti. heredita. ibi, qui interrogatus cur poſſideat, reſponſurus ſit, quia poſſideo, nec contendit ſe heredem, vel per mendacium, &c. quæ lex interpretata fuit in meis interpretacionibus. facit l. ſi filius. ff. de proba. ibi, & quia ſe liberum eſſe quodammodo conſiderat.

contendit. l. ſi duo, §. idem Iulia, & l. duobus. §. qua iuravit. de iur. iur.

Contendere, idem, in exceptionibus in ſin. ff. de proba. ibi, hoc amplius ſi iudicatur rei, vel iurifurandi cõditio delata dicatur de eo, quod tunc petitur. Siue in alea geſtum eſſe cõtendatur, eum implere probationes oportet. l. extraneo. de quaſt. l. ait prætor. §. quod ait. quæ in fraud. credit.

Contendat, id eſt contendere debeat, exponit glo. in l. ſi vſufructus. ff. de aqua pluuiæ arcend. videte.

Dimittitur. Hoc verbum, & eius phraſes tradidi in l. dimiſſoria. ſupra cod. ne plura.

IDEM LIBRO QUINTO Pandectarum. Lex cx.

Bona fidei emptor eſſe videtur, qui ignorauit eam rem alienam eſſe: aut eum, qui vendidit, purauit ius vendendi habere: puta procuratorem, vel tutorem eſſe.

Is bona fidei emptor vocatur, qui ignorat rem quam emit alienam eſſe, ſed eam arbitratu eſſe venditoris: vel quando putat eum qui vendidit, ius vendendi habere: vt procuratorem, & tutorem. Quod loco ſummæ tibi ſufficiat. Alibi dicitur bona fidei poſſeſſor, quando ignorat ſe poſſidere alienum: cum vero ſciuerit, nec ab aliena poſſeſſione neceſſit, tunc mala fidei perhibetur. verba ſunt text. in c. ſi virgo. 34. q. 2. Et mala fidei poſſeſſor dicitur, qui aliena noſcit poſſidere. l. quare. ff. de vſucapio. l. item veniunt. §. petam. 2. de pet. heredita. ibi, nam vbi ſcit, incipit eſſe mala fidei poſſeſſor. id eſt cum primum ei denuntiatum eſt. ca. vigilantia. de præſcriptio. Ioan. Franc. in tract. præſcrip. in 2. parte 3. partis in principi. videre Bal. confi. 464. in ſi. vol. 1. Et hic bona fidei vocatur etiam iuſtus poſſeſſor, in l. ſi quid poſſeſſor. §. ſed & ſi ipſi. ff. de petiti. hered. & d. ca. ſi virgo. ibi, tunc iuſte iniuſtus poſſeſſor vocabitur. dicam in l. iuſta interpretacione.

Videtur fictioem non denotat.

Et verbum videtur hic fictionem non ſignificat, ſed accipitur pro dicitur, intelligitur, vt ſcripſi in l. i. ſupra eod.

Itaque duobus modis vocatur hic bona fidei emptor. Primum cum quis ignorat rem eſſe alienâ, vtpote quia putabat vendentem eſſe dominum: vel ſi alienam eſſe ſciat, tamen putabat venditorem ius vendendi habere, vt ſcribit Fabianus de Monte in tract. de emptio. q. vlt. verſic. 2. pro hoc allego tex. in l. qui balneum. in ſi. ff. qui potior. in pignori. habeant. ibi, bona fide, id eſt ſi ignorauerit Menio obligatum eſſe.

Ad hæc qui auctore iudice comparauit, bona fidei poſſeſſor eſt. l. qui auctore. infra titul. proximo. quia ius vendendi index habet. §. ſi. Inſtit. de offic. iudic. Non poſſunt tamen videri bona fidei poſſeſſores eſſe, qui nec poſſidendi animum habent. l. eius. in ſi. ff. ſi cert. peta. Et bona fidei poſſeſſor nulli querelæ ſubiectus eſt. l. ſi quid. §. ſicut. de petiti. heredita.

Idem in creditore, curatore & executore, per text. & ibi glo. in §. 1. quib. alienari licet, vel non. in Inſt. vbi deſcribuntur alij caſus, in quibus is qui dominus non eſt, iuſte tamẽ alienari rem, & is qui emit, bona fidei poſſeſſor dicitur.

Præterea bona fides dicitur ignorantia rei alienæ, ſeu iuris ſui: mala fides vero eſt ſcientia, ſiue

notitia rei alienæ, ſeu iuris. §. quod autem. de vſucapio. in Inſtit. & l. traditionem. ff. de Publicia. in rem actio. l. ſi quis fundum. ff. de acquir. poſſeſſ. l. bonorum. r. ſupra cod. Bar. in l. furto. §. fundi. de vſucapio. Quod eſt verum, quando agitur de acquiritione rei, vel fructuum. Sed proprie bona fides dicitur animi intentio ſine actu & dolo: & cõtrario mala fides. vnde text. ait in l. 3. in ſin. ff. pro ſocio, quod fides bona cõtaria eſt fraudi & dolo.

Ex his collige ſequentes effectus ac vtilitates. Primus effectus eſt, quod res bona fide vendita propter minimam cauſam inempta fieri non debet. l. res. ff. de contrah. empt. niſi quis fuerit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij. l. 2. C. de reſcind. venditio. ca. cum dilecti. & ca. cum cauſa. de emptio. & vend. Secus ſi dolo. C. de reſcind. venditio. Quippe dolo dans cauſam contractui bona fidei, eum annullat: ſi vero tantum incidat in contractum, tunc contractus non erit nullus, ſed annullandus. l. & eleganter. ff. de dolo. Item ſi dolo det cauſam contractui ſtricti iuris, annullari poterit. l. ſi dolo. C. de contrah. & committend. ſtipula. Apertius explicauit in tract. de reſciſ. contract. Et intra quod tempus peti debeant, in 2. tomo commentar. in conſti. Reg. Gallie.

Effectus & vtilitates bone fidei.

Secundus eſt, quod bona fidei emptor facit fructus ſuos pro cultura & cura. §. ſi quis à non domino. de rerum diuiſ. in Inſti. nam quod ad fructus attinet, loco domini pene eſt. l. bona fidei. ff. de acquir. rer. domi. l. & ex diuerſo. vbi Bart. ff. de rei vindic. laſ. in l. 3. §. ex contrario. num. 40. ff. de acquir. poſſeſſio. vbi alias deſcribit rationes.

Sed bona fidei emptor intelligendus eſt, quoad fructuum perceptionem, quando euietus fundus non fuerit. l. qui ſcit. §. ſin. ff. de vſuris. Et ſufficit in his fructibus lucranda abeſſe malam fidem. Bart. in l. ſed & ſi lege. §. ſi ſciat. ff. de pet. heredita. Alexand. confi. 154. in 6. vol. Imo etiam fructus beneficiorum bona fide perceptos non tenetur bona fidei poſſeſſor reſtituere, teſte Panor. in c. in literis. col. 6. num. 20. de reſti. ſpolia. per glo. in ca. grauis. ibidem. Panormita. in cap. dilecto. de prebend. Franciſqui. Curtius confi. 28. ſicratiffime. col. 2.

Poſſeſſor bone fidei quid iuris habeat.

Porro bona fidei poſſeſſor in percipiendis fructibus id iuris habet, quod domino prædiorum tributum eſt. d. l. qui ſcit. §. 1. vide te laſ. in l. Neſen ius. §. fundum. ff. de re iudica. Felin. in cap. cum cauſa. col. 8. de re iudica. Et ſic eos reſtituere non tenetur, niſi fuiſſet effectus locupletior: tunc enim ex quo & bono teneretur ad reſtitutionem, quatenus eſt locupletior. per l. ſi me. ff. ſi certum peta. & ibi iuris interpretes. Aut etiam illos fructus compenſare tenetur cum impenſis à ſe factis. l. fructus. ff. de vſuris. & l. ſumptus. de rei vindica. niſi poſſederit rem cum titulo oneroſo: quia tunc non tenebitur fructus cum impenſis computare. per glo. ſingul. in l. emptor. §. ſin. ff. cod. & Franciſ. Cremenſ. ſingul. 105. ſi feci. Bart. in d. l. ſumptus. Alexand. confi. 154. conſideratis his. in 6. vol. Bal. confi. 303. ad euidentiam. in 1. vol. laſ. in l. ſi domus. ff. de lega. 1. Franciſqui. Curtius confi. 6. circa. in ſi. Soci. in tract. fallen. regul. 298. poſſeſſor. Anto. Neguſant. in tract. de pignori. in 4. membro. 5. partis. num. 12.

Tertius, fructus ad bona fidei poſſeſſorem ſpectant, quoquomodo à ſolo ſeparati fuerint, ſecus in mala fidei. l. ſi eius. ff. de rei vindica. l. qui ſcit. §. præterea. de vſuris. & l. bona fidei. de acquir. rerum dominio.

Quartus eſt, quod ſi bona fidei emptor ceſſarit à ſolutione penſionis per triennium, ignorans rem eſſe emphyteuticariam, excuſatur à commiſſo, ne

Bona fidei emptor excuſatur à commiſſo.

fo, nec res amittatur ob defectum solutionis, saltem per restitutionem. l. 3. iuncta glo. vlt. vbi omnes doct. C. de iure emphyteu. vbi las. nu. 184. refert omnes communiter hanc opinionem tenere. idem firmat Guido Papae in decis. Delphi. q. 24. quipiam quia tenus ignoranti currere non debet, saltem in effectu. l. annus. ff. de calumniato.

Bonafidei possessor pretium non restituit.

Quintus est, quod bonafidei possessor non tenetur restituere pretium rei hereditariae venditae, ne in totum damno afficiatur, & nisi quatenus factus est locupletior, l. vtrum. & l. sed & lege. §. cofuluit. ff. de petito. heredita. vbi quoque dicitur eos non esse locupletiores, qui donauerint, quamuis ad remunerandum sibi quodammodo obligauerint donatarium. Vnde scribit glo. in l. item veniunt. §. eos. in verb. facti. ibidem, optimam esse regulam, & nullam in iure veriolem, quod bonafidei possessor in id tantum tenetur, quod ad eum peruenierit.

Bonafidei emptori restituitur pretium.

Sextus effectus est, quod bonafidei emptori restituitur pretium ab eo datum: malae fidei vero, non. l. in fi. C. de praescrip. triginta vel quadragin. annor. facit l. quemadmodum. in fi. C. de agri col. & censit lib. i.

Septimus, si bonafidei hereditatis possessor sine sua culpa pecuniam rei venditae perdidit, sufficit quod actiones cedat: si fuerit malae fidei, tenetur si male credidit, id est commisit. l. item videndum. in principio. & l. Iulia. scribit. ff. de petito. heredita.

Bonafidei emptori actio Publiciana datur.

Octauus, bonafidei emptor habet actionem Publicianam contra quemlibet possessorem, excepto domino: quod non est in malae fidei possessore. l. l. cum qui. §. praetor ait. ff. de Publicia. §. sed ista. de actio. in Insti. vbi doct.

Nonus, emptor bonafidei praescribit rem per tempus legitimum. l. bonafidei. ff. de acquir. rer. domin. etiam totam, quamuis sciat vendentem non esse dominum totius, dummodo putet illum ius vendendi totam rem habuisse. l. fi. ff. pro emptor. Et sufficit habuisse bonam fidem in initio tempore traditionis. c. placuit. 2. §. praescriptionu. 16. q. 3. versic. si vero. l. si aliena. ff. de vsucapio. quia bona fides facit praesumere titulum. Bal. in l. fi. 15. oppo. versic. item quoad bonam fidem. Cod. de edicto diui Adriani tollend. Possessor vero malae fidei nullo tempore praescribit. regul. possessor. de regulis iuris. in sexto. Et contractus malae fidei vocatur, in quo mala fides, astus, & dolus fuit adhibitus. l. si fraude. C. de praescrip. longi tempor. Casus tamen est singularis, in quo malae fidei possessor praescribit, & bonafidei possessor non, in l. adeo. §. cum in suo solo. ff. de rerum diuis. & in §. cum in suo solo. de rerum diuis. in Insti. item in l. generaliter. ff. de noxal.

Malafidei contractus quis.

Casus in quo possessor malae fidei praescribit & bonafidei possessor minime.

Bonafidei possessor de bis in natura deducit.

Bonafidei possessor reus soluitur.

Bonafidei possessor reus soluitur.

Bonafidei possessor reus soluitur.

Bonafidei possessor reus soluitur.

Decimus, quod bonafidei possessor deducit etiam debitum naturale. l. si quid possessor. §. sed & si. ff. de petito. heredita. vbi quoque Bar. hoc firmat post glo. in §. sicuti. ibidem, dicens bonafidei possessorem omnia debita deducere: malae fidei solos sumptus, quos fieri expediebat. Et malae fidei caueri debet de defendendo: bonafidei non. Bar. in l. cum idem. ff. de petito. heredita.

Vndecimus, bonafidei possessor solvens pro libero homine, quem seruum esse credebatur, repetit. glo. in verb. in cognitum. & ibi Bal. in l. apud antiquos. col. 3. C. de furtis. & l. igitur. in fin. ff. de liber. caus.

Duodecimus, bonafidei possessor debet rem mobilem vbi est restituere, vel vbi petitur, sumptibus tamen petitoris: malae fidei possessor, vbi inuenitur, vel vbi petitur, & sumptibus suis. l. si res. cum l. seq. vbi Bar. ff. de rei vindica. facit l. cum

res. vbi iurium interpretes. ff. de legat. r. l. si fidei commissum. de iudic.

Decimustertius, bonafidei possessor non tenetur de rei interitu ante culpam suam, vel moram. l. item si verberatum. §. si seruus. & l. si a bonafidei. ff. de rei vindica. Secus in malae fidei possessore. l. illud. ff. de petito. heredita. l. quod te. si certum petra. vbi plene doct.

De rei interitu non tenetur bonafidei possessor.

Decimusquartus effectus, si species aliqua ex aliena materia bona fide facta fuerit, fit specificata: secus si malafide. tex. in l. adeo. §. cum quis. ff. de acquir. rerum domin. & §. cum ex aliena. de rerum diuis. in Insti. l. de eo. §. si quis ex vuis. ff. ad exhibend.

Species ex aliena materia fit specificata bonafidei.

Decimusquintus, non tenetur possessor bonafidei de rei deterioratione, si absque culpa sua euenierit. l. non solum. & ibi glo. & doct. ff. de rei vindica. Secus in malae fidei possessore. l. quod si malit. ibidem. Placenti. in tract. de varietate actio. lib. 1. rub. de rei vindica. col. 2.

De rei deterioris non tenetur possessor bonafidei.

Decimus sextus, litis impendia bona fide facta, vel ab actoris aut rei procuratore, debere ei restitui aequitas suadet. l. qui proprio. §. litis. ff. de procurator. l. sumptus. de pact. l. idemque. §. idem Labeo. manda.

Impendia litis bonafidei facta restituntur.

Decimus septimus, bonafidei possessor si hominem vel equum restituat, de dolo caueri tenetur ante litem contestatam: malae fidei possessor etiam de culpa. l. si homo scit. ff. de rei vindica.

Bonafidei possessor tenetur de dolo caueri.

Decimus octauus, debet quis restitui ad possessionem alterius etiam non iustam, dum tamen bona fide quaesita sit, si de spoliatione constet. Innocen. in c. a. p. col. 1. in fi. de restitu. spoliato. ca. in literis. ibidem. Spoliatus enim ante omnia venit restituendus. l. si quis. C. de vi public.

Ad possessionem alterius bonafidei quaesita restituitur quis.

Decimus nonus, bonafidei possessor recuperat sumptus per doli exceptionem, nisi actor deductionem ei concedat super fructibus. l. si naudem. §. in re petita. ff. de rei vindica. Secus est in possessore malae fidei. l. in fundo. ibidem. Praedo autem de se queri debet, qui sciens in rem alienam impendit. l. plane. ff. de petito. heredita. Sic tamen potest in eo esse differentia, vt bonafidei possessor omnino deducat impensas, licet res non exierit in quam fecit, sicut tutor vel curator consequntur: praedo autem non aliter, quam si res melior sit. §. si. ibidem. Soci. in tract. fallen. regul. 298. Imo debet bonafidei possessor fructus computare, & compensare cum sumptibus: non enim simul & fructus lucrabitur, & sumptus deducet. l. super. vbi Bal. C. de euictio. vt superius dixi.

Sumptus recuperat bonafidei possessor.

Vigimus, bonafidei possessor partem rei furtivae apud eum conceptum vsucapere potest: quod in malae fidei possessore secus est. l. qui vas. §. si ancilla. ff. de furtis. l. si aliena. §. fi. de vsucapio. l. bonafidei. in fi. de acquir. rerum domin. scripsi in l. partem. supra cod. Tamen requiritur, quod duobus temporibus emptor fuerit bonafidei, scilicet tempore contractus, & traditionis: licet in aliis contractibus sufficiat, quod bonafidei sit tempore traditionis. l. 2. §. 1. iuncta l. fi. ff. pro empto. & l. si aliena. ac l. 3. pro solo. Dinus in regul. possessor. de regul. iur. in 6. Ideo lana ouium furtiuarum si quidem apud furem detonsa est, vsucapari non potest: si vero apud bonafidei emptorem, contra. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucapio.

Partem rei furtivae praescribitur a bonafidei possessore.

Vigimus primus, pupillus non potest soluere creditoris sine tutoris autoritate: si tamen soluerit eidem bona fide recipienti, isque pecuniam pupilli consumperit, liberabitur pupillus. l. obligari. §. pupillus. ff. de autorita. tutor. l. non omnis. in fi. vbi doct. plene, si certum petra.

Pupillus sine tutoris autoritate non tenetur.

Vigimus secundus, tutor si bona fide rem pupilli palam emerit, valebit emptio: secus si malafide. l. pupillus. §. item. & seq. ff. de autorita. tutor. facit l. non existit. & l. cum plures. ff. de administratio. tutor. Bald. consil. 347. Titius in 4. vol. Et quando bonafidei censetur hoc facere, docet Bartol. & alij in l. singularia. si certum petra. & in l. transactio. C. de transactio.

Actio in factum possessor bonafidei datur.

Vigesimusseptimus, libertus, famulus, aut vassallus excusatur ab operis ratione morbi: & idē in alijs qui seruire tenentur, l. scur. & l. hæc demit. ac l. cum patronus. in fi. de oper. libertor. Idem in milite dicitur. in l. qui cum vno. §. ff. de re militari.

Vigesimusoctauus, ad testes valetudine detentos mitti debet, sicut ad personas egregias. cap. si qui testium. de testib. l. ad egregias. ff. de iur. iur. c. mulieres. de iudic. in 6. ad detentos vero Neapolitano morbo non, nisi quando sunt in cstu, & argenti viui receptione, & tunc canunt illa ProPERT. carmina:

Medolor, & lacryma merito fecere peritum: Atque vinam posito dicar amore valet.

Vigesimusnonus, arbitrum valetudine detentum iudex cogere non debet ad sententiam proferendam. l. licet. ff. de arbit. quippe hoc arbitro est impossibile: & impossibilium nulla est obligatio. l. impossibilium. ff. de regul. iuris.

Trigesimus, causa reipublicæ absens, peractio etiam negotij, si incidit in agritudinem, non definit causa reipub. abesse. l. si cui. §. ff. ex quib. caus. maior. Et an à poena excuset morbus, tradit tex. in l. si cum dies. §. si quis. ff. de arbit. & Ludo. Roma. in l. si vero. §. de viro. in 44. fallen. fol. mat.

Trigesimusprimus, seruus quem dominus pro delicto ob grauem infirmitatem habuerit, si conualuerit, libertas ei competit. l. 2. ff. qui sine manumissio. l. vna. §. sed scimus. C. de Latina liberta. tollend.

Vltimus, si qua ex causā collega consulis manumittere non possit, infirmitate vel alia iusta de causā impeditus, collegam posse manumissiones expedire senatus censuit. l. vna. ff. de offic. consul. Quos infirmitatis effectus vbi cumulassent, peruenit ad me liber D. Gomeij super regul. cancel. in quo 90. infirmitatis priuilegia describit, in regul. de infirm. benefic. rescriptantib. quæstio. nona. Quamobrem his non diutius vos detinendos esse putant.

Verum intelligite prædicta de corporis infirmitate. siquidem infirmitas animi non excusatur. l. 1. C. si aduers. delictum.

Ad quorum pleniorum resolutionem præmit-

tendum est ex interpretum sententiā multiplicem esse valetudinem, seu infirmitatem. Quædam enim est infirmitas corporis, & dicitur morbus: de quo hic, & in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. ibi, si constat maritum aliquandū cum vxore non concubuisse infirmitate interueniente. c. cum infirmitas corporis. de poenit. & remissio.

Alia est infirmitas mentis, & dicitur mentis alienatio, seu dementia. c. si. de success. ab intesta. c. vno. de cleric. agrotan. in 6. l. diuus. ff. de offic. præsidis. & animi potius quam corporis vitium est: veluti si ludos assidue velit spectare, aut tabulas pictas studiose intueatur, siue etiam mēdax sit, aut similibus vitijs teneatur. l. si. ff. de ædilit. edict.

Alia est infirmitas memoriæ, quæ dicitur obliuio. l. peregre. ff. de acquir. possess. l. hac consulti. §. at cum humana. C. qui testam. facere possunt. & Plato in dialog. 4. de republ. vel de iusto, ait virtutem sanitatem quandam esse, prauitatem morbum.

Aliās infirmitas etiam dicitur imbecillitas, vt minoris ætatis & senilis, & quæ consilio curatoris regitur, in l. non quasi. in fi. ff. rem pupilli saluam fore. & l. in metalli. de poenis. l. minor autē. §. 1. de minor. l. 4. de postuland. l. si seruus decem. ff. de solutio. & imbecillitas ætatis, in l. ait prætor. §. penult. de minor.

Aliquando dicitur inconsulta facilitas. l. verū. §. item non restituetur. ff. de minor.

Infirma ætas senioris, pueri, & puellæ. l. ciuitatibus. de lega. 1. ff.

Infirmi, valetudinarij, imbecilles & debiles. Et sic regulariter capitur infirmus pro debili. Et quia agri sunt debiles & imbecilles, ob id vocantur infirmi. l. si seruum. de verbor. obliga. & valetudo, infirmitas. l. vna. ff. de offic. consul. & l. 2. qui sine manumissio. & supra dixi. ac l. si cui. in fi. ff. ex quib. caus. maior.

Sexus infirmitas, id est imbecillitas, & fragilitas. l. 1. §. accusationem. ff. ad Turpillia. l. deferre. de iure fisci. l. 1. quand. mulier tutel. offic. fung. post. C. & in l. 2. §. verba. ff. ad Velleia. primo dicitur imbecillitas sexus, postea infirmitas.

Infirmitas humana resistere non potest, id est fragilitas. l. 1. §. is vero qui. ff. de actio. & obliga.

Infirmum & fragile minorum consilium, id est debile, non firmum. l. 1. ff. de minor. & multis suppositum captionibus, multorumque insidijs expositum. ibidem.

Infirmare electionem, est eam cassare, & annullare, quasi non firmam facere. c. congregato. & c. venerabilem. de electio. Idem in alijs actibus. l. vna. C. de his qui poenæ nomi. ca. cum Ioannes. in fi. de fide instrumen.

Infirmabitur petitio, id est irrita fiet. l. inter. §. si rem. in fi. ff. de verbor. obliga.

Infumato contractu, id est annullato. l. aufertur. §. quod à præside prouinciarum, vel à procuratore, vel à quolibet alio in ea prouincia in qua administrat, licet per suppositam personam, com paratum est, infirmato contractu vindicatur. ff. de iure fisci.

Infirmatur testamentum, annullatur, irritatur. l. mater. ff. de inofficioso testam. versic. ceterum. l. etiam. ibidem.

Infirmabitur sententia. l. 1. ff. de feriis. ibi, citra appellationem sententia infirmabitur, id est infirma, & inualida ostenditur: & hoc, quando referatur ad actum, qui nullus est: tunc sic accipitur, vt in ca. si quis presbyterorum. de reb. ecclesiæ non alienand. alioqui pro annullabitur.

Interdum infirmabitur id, quod non tenet contra appellationem. id est non valere, non firmum

Duplex est morbus.

Infirmitas memoriæ.

Infirmus quomodo capiat.

Infirmitas sexus.

Infirmum consilium minorum.

Infirmare electionem quid.

Phrases & significatio nes verbor. infirmari.

esse ostendetur, & declarabitur. l. i. ff. de feriis.

Infirmare est summovere, repellere. vnde Iuriconsul. ait nihil interesse ipso iure quis actione non habeat, an per exceptionem infirmetur. l. nihil interest. ff. de regul. iuris.

Infirmior, id est imbecillior. l. in bello. §. si pignori. ff. de captivis. ibi, vt infirmior dimittendus est.

Generaliter quid sit morbus, & quando morbi principium finiatur, & quis sit acutus, lateralis, puerorum, pedicularis, lunaticus, Herculeus, Regius, comitalis, sacer, attonitus, & alij, non est nostrum differere: sed vos reicio ad medicos Hippocraticam, Galenum, & alios,

Sequitur in rex. *Nocet*. Nocere proprie dicitur secundum quosdam, qui personam nocet. l. i. §. hec autem verba, si viuet, nocitumque ei esse dicitur, non pertinet ad damna, que in rem liberi hominis sunt. ff. de his qui deiecer. vel effuder. quod est verum, quando refertur ad personam, vt ibi, & in l. si vero. §. pretor. 2. ibidem: secus, si respiciat rem, seu actionem, vel exceptionem: vt non nocet exceptio. l. iurifgenium. §. siue autem. ff. de pactis. probat. l. i. si quadrup. paupe. fecisse dica. l. 3. §. sed si sic. de in rem verso.

Nocens est noxius, qui nocuit. l. absentem. ff. de poenis. ibi, sanctius enim esse impunitum relinquere facinus nocentis, quam innocentem condemnare. Nocens opponitur innocenti, seu innocio. l. custodias. ff. de public. iudic. Post furtum nemo defuit poenitentia nocens. l. qui ea mente. ff. de furtis. & Imperator ait, Qui alij nocendum esse existimavit, ipse suam sentiat iacturam, in l. penul. C. de lega.

IDEM LIBRO DECIMO- quinto. Lex cxliij.

Soluendo esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest soluere.

Duo præfatur hæc lex, scilicet eum dici soluendo esse, qui totum id soluere potest, quod debet: & non soluendo, quando non potest totum soluere, etiam si bonam partem soluere possit. Et sic est soluendo, id est sufficiens ad soluendum. Gallic. soluable dicimus. Et non est soluendo, id est non est sufficiens ad soluendum. Et ita communiter intelligunt Iurisperiti, licet quidam contra.

Hereditas non potest dici non soluendo, quæ inuenit emptorem. l. 3. in princip. ff. ad legem Falcii. Nemo enim dubitat soluendo videri eum, qui defenditur. l. nemo dubitat. ff. de regul. iuris. Ideoque fiscus semper idoneus est, & soluendo. l. 2. in fi. ff. de fund. dora. Possit soluere etiam dicitur, si possit per alium. glof. hic. Et quando habet fideiussorem idoneum. l. si plures. §. si ff. de fideiuss. Soluendo quoque videtur, qui habet nomina debitorum idonea. l. facere. vbi Bal. ff. soluto matrimonio. Quia potest executio in nominibus fieri. l. a diuo Pio. §. sic quoque. ff. de re iudica. Quod procedit, quando facile conueniri possent, & ab eis exigi: alias contra. l. vel a debitoribus si facile exigi possit. ff. de religio. Alexand. consil. 37. viso. colum. 4. versic. 3. pro hoc. in 2. volum. facit quod dicit Bart. in l. fideiussor. ff. qui faciendar. cogant. vbi non dicitur idoneus, qui difficilis est ad conueniendum, vt annosus procurator vel apparitor, seu notarius vel aduocatus cauillosus. Ex quibus resultare possunt utilitates sequentes.

Prima est, quod debitor qui non est soluendo

bonis cedere potest, ne in carceres coniciatur. l. 1. & per totum. C. qui bonis cedere possunt. Et nõ dicitur esse soluendo, si totum debitum soluere nõ possit, vt hic, & c. Odoardus. de solutio.

Secunda, qui non est soluendo, nõ potest suum manumittere seruum, nisi in testamento, etsi nemo alius eidem heres existat. l. qui soluendo. 1. ff. de heredib. instituend. §. licet autem. Institu. quib. manumit. non licet. etiam si heres sit locuples. l. non hereditas. ff. qui & a quib. Tamen qui codicillorum tempore soluendo sit, recte hereditatem dare placuit, quamuis testamenti facti tempore soluendo non fuerit. l. 4. ff. de iure codicil.

Tertia, seruum dotalem vir qui soluendo est cõstate matrimonio manumittere potest, si autem soluendo non est, libertas seruo impeditur. l. seruum. ff. de manumissio. facit. l. si quis locuples. de manumiss. testam.

Quarta, fullo & sarcinator habent contra furẽ, qui vestimenta sibi tradita surripuit, furti actionem, ita demum si soluendo sint. nam si non sint soluendo, tunc domino qui vestimenta fullo tradidit, furti actio cõpetit: quia sua interest rem ipsius saluam esse. Et idem est, si tantum pro parte fuerit soluendo fullo, aut sarcinator, vt actio cõpetat domino. §. item si fullo. de oblig. quæ ex delict. nascunt. in Insti. l. itaque. & l. si quis vxori. §. si seruus tuus. ff. de furtis.

Quinta, actio furti nauaræ competit, cuius res sit periculo, nisi ipse surripuerit, & postea ab eo surripatur, aut alio surripiente ipse naua soluendo nõ sit. l. 4. in princ. ff. nauaræ, caupo. stabul.

Sexta, contutores qui non administrarunt, non tenentur actione tutelæ, dum ij qui administrauerunt, sint soluendo. l. 1. §. vsque adeo. ff. de tutel. & ratio. distrah. glof. & doct. in l. C. de transactio. facit. l. Imperatores. & l. quid ergo. ad municipal. Sic fuit prolarum arestum in magna camera huius reuerendi senatus Paris. anno 1541. die vero 12. mensis Decembris. Imo non putet quisquam etiã ad honorarios tutores periculum non redundare. Constat enim hos, excusis prius facultatibus eius qui gesserit, conueniri oportere. Dati sunt enim quasi obseruatores actus eius, & custodes: imputaturque eis quandoque, cur si male eum conuerfari videbant, suspensum non fecerunt. l. 3. §. 1. ff. de administra. tutor. Quod est notandum contra episcopos, qui tutores honorarios se creari lubenter patiuntur, vt ad prædicta quoque teneantur, sicut scripsi in l. Paulus. infra eod.

Septima, qui adit hereditatem etiam quæ soluendo non est, tenetur omnibus creditoribus vltra vires hereditarias. l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio. nisi confecerit inuentarium. l. fin. C. de iure deliber. Barba. in repet. ca. Raynaldus. col. 49. de testam. Hodie apud nos impetrantur literæ, vt quis possit adire hereditatem sub beneficio inuentarij, quemadmodum scripsi in proœm. consilii. Regiar. in r. romo.

Octaua, quando debitor non est soluendo, poterit agere creditor in illum, qui occidit seruum, vel equum datum pignori. l. qui occidit. §. 1. ff. ad legem Aquil.

Nona, quando tutores non sunt soluendo, nec fideiussores dati pro eis, possunt conueniri magistratibus, qui decreuerunt dandam esse tutelam his tutoribus, ac fideiussoribus receperunt: nec tenentur pupilli probare eos non esse soluendo, sed magistratibus, eos fuisse sufficientes tempore receptionis. l. 1. §. 1. & §. probatio. per totum. ff. de magistra. conueniend. §. penult. & vlti. de satisfda. tutor. in Insti.

Decima, in officiis idem. nam magistratuum officium

officium est inuiduum, ac periculum commune, quod sic intelligi oportet, vt ita demum colligatur periculum adscribatur, si neque ab ipso qui gessit, neque ab his qui pro eo interuenerunt, res seruati possit, & soluendo non fuerit honore depositio. l. Imperator. ff. ad municipal.

Vndecima, si principalis debitor notorie non sit soluendo, poterit fideiussor conueniri priusquam reus, & eo non discusso. l. si plures. §. si ff. de fideiussor. authen. præsent. C. illo tit. & glo. quæ reputatur singul. in l. si ff. si certum petat. vbi addidi. & l. si infra eod. Etiam si in defectum principalis fideiussor accipiatur: nam eo soluendo existente fideiussor non tenetur. l. si fideiussores. ff. de fideiussor.

Duodecima, restituitur minor, si non fuerint soluendo tutores, quorum damno amissa sunt debita. l. amissi. §. 1. ff. de fideiussor.

Decimatertia, quando plures sunt fideiussores, inter eos quantitas debiti diuidenda est, & tenetur vnusquisque pro sua virili, dum soluendo sint: alias contra. l. inter eos. §. 1. ff. de fideiussor. & §. si plures. de fideiussor. in Insti.

Decimaquarta, minor qui mandato alicuius maioris negotia illius administrauit, si is cuius negotia gessit, reperitur non soluendo, sine dubio prætor interueniet per restitutionem: alias non. l. cum mandato. ff. de minor. vide tex. in l. in causa. 1. in fin. ibidem.

Decimaquinta, si pro collusionem procuratoris absolutus sit aduersarius, mandari eum teneri: sed si soluendo non sit, tunc de dolo actionem aduersus eum, qui per collusionem absolutus sit, dandum ait Iurifconsul. in l. si procuratorem. ff. manda. facit. l. & eleganter. §. pen. ff. de dolo.

Decimasexta, vbi fideiussor succedit debitori, extinguitur obligatio accessoria, quando hereditas erat soluendo: secus si non erat soluendo, & fideiussor inuentarium confecerit. tex. in l. si debitor. ff. de separa. bonor. vbi Barto. & alij l. debitori. C. de pact. & l. si vxor. de bonis authorita. iudic. possidend.

Decimasextima, si tutore auctore pupillum datum in possessionem sit, & tutor soluendo non sit, actio de dolo in Titium dirigetur. l. ideoque. ff. de dolo.

Decima octaua, si ille qui detulit arma ad Sarcenos fuerit soluendo, debet quæcunque in remunerationem ab eis recepit, in subsidium terre sanctæ transmittere: si vero soluendo non fuerit, castigari debet. c. ad liberandum. de ludæ.

Decimanona, institutus ex asse qui soluendo non est, quamuis alias solidum capere non possit, totum capere poterit. l. si quis solidum. ff. de heredib. insti.

Vigesima, si emptor plus dederit veditori propter falsam renuntiationem, condicere potest ab eo emptore, si soluendo sit: alioqui a mensore, vt tunc subsidiarie mensor teneatur. l. si duobus. §. si emptor. ff. si mensor fals. mod. dixerit.

Vigesima prima, quando maritus soluendo non est, æstimatio bonorum dotalium non facit emptionem. glo. singul. in l. in rebus. in verb. æstimata. C. de iure dotium. secundum Bald. consil. 160. in 2. vol. & las. in l. col. 2. ff. de æstimator. actio. Et va vxori, cuius maritus soluendo non est, & qui iocalia amisit in bello Neapolitano. Et qui ex priuilegio, quando non est soluendo, non potest conueniri nisi quatenus facere potest, tamen eius heres in solidum poterit. l. & si fideiussor. ff. de re iudica. cum l. seq.

Vigesimasecunda, si is qui dolo fecerit quominus in iudicio vocatus sit, soluendo non fue-

rit, æquum erit aduersus ipsam reum restitutoriam actionem competere, ne propter dolum alienum reus lucrum faciat, & actor damno afficiatur. l. si. §. plane. ff. de eo per quem fact. erit.

Vigesimatertia, si reus dolo malo procuratoris vicit, datur in eum de dolo malo actio, si procurator non sit soluendo, nec sit reus paratus iudicium in se transferre. l. & eleganter. §. si dolo. ff. de dolo. facit. l. si oleum. in princip. & l. seruus. in princ. ibidem.

Vigesimaquarta, si quadrupes tua dolo alterius mihi damnum intulerit, si dominus quadrupedis non sit soluendo; dari debere de dolo actionem, si noxæ deditio non sit secuta, asserit Iurifconsul. in l. & eleganter. §. si quadrupes. ff. de dolo. & §. seruus. in fi. ibid.

Vigesimaquinta, si tutor soluendo non sit, qui colluit cum aduersario pupilli, dicens eum erit pupillo de dolo actionem dari: secus vbi fuerit soluendo. l. ideoque. ff. de dolo.

Vigesimasexta, si mulier apud minorem intercesserit, & prior debitor non sit soluendo, non vteretur mulier senatusconsulti Velleiani auxilio. l. si apud. ff. de minor. Alios casus describit glof. in l. 1. ff. ad Velleia. Et Tholofa abiit in deturudinem hoc Velleianum, vt patet in rubr. de dotibus. §. 1. & sequen. quod illic forte mulieres viderentur sagaciores: quibus non facile consentiret Paris.

Vigesimasextima, si minor deceptus rem suam vendiderit, rursus emptor alij, si prior emptor soluendo non sit, æquus est minori succurri etiam aduersus ignorantem, quamuis bonafide emptor sit. l. in causa. r. in fi. ff. de minor.

Vigesima octaua, non restituitur minor, qui mandato patris, vel alterius negotia gessit: quia tunc maiori potius consulatur, cuius damno res sit cessura: si tamen ex euentu passurus sit, & is cuius mandato gessit, non est soluendo, sine dubio interueniet prætor. l. cum mandato. ff. de minorib.

Vigesimanona, si tutor dolo fecerit cõtra misum in possessionem, ne vtatur, actio in pupillum datur, si soluendo tutor fuerit. l. 1. §. hoc edicto. ff. ne vis fiat ei. dabitur etiam in tutorem, vt ibid. Et in hoc Regno in forensi iudicio repelleretur agens contra pupillum.

Trigesima, sententiæ, quas vocant appunctamẽta, ab aduocatis & procuratoribus partium factæ cum consilio, non possunt reprobari a partibus, & vt Gallic. dicitur, ne sunt subiectes a defaucto, nisi dolo probeur: sed pars poterit agere contra procuratorem, si soluendo sit, alias contra partem, vt fuit pronuntiatum in senatu anno 1539. die 6. Iunij. facit. l. si procuratorem. iuncta glof. ff. de procurator. las. in l. si procurator. ff. de condic. iudic.

Trigesima prima, actoris procurator nõ in rem suam datus propter impensas quas in litem fecit, potest desiderare vt sibi ex iudicati actione satisfiat, si dominus litis soluendo non sit. l. actoris. ff. de procurator.

Trigesimasecunda, si procurator qui soluendo non erat, intra decem dies non appellauerit, poterit dominus postea appellare: secus si soluendo fuerit, quia tunc ageret cõtra procuratorem. tex. no. in l. in fi. iuncta gl. ff. quand. appelland. sit. vbi Bar. & Guid. Papæ cõs. 198. in fi. & in statu. Si quis. in verb. appellacione. & in decif. 344. Alex. consil. 95. nu. 7. & seq. in 2. vol. alia addidi in d. l. i. Hodie à cancellaria impetrantur literæ, quibus domino concederetur, quod non obstante negligẽtia procuratoris, liceret ipsi domino appellare. Ita vidi seruati in praxi.

Trigesima

in quem datur.

Actio de dolo in procuratorem datur.

Quadrupes aduocatus si soluendo non sit etc.

Tutor si nõ etc.

Mulier nõ iuuatur. Velleia. cõ. pupillum.

Minori decepto succurritur.

Negotia gerens de mandato alij etc.

Tutor si fecerit ne misum in possessionem etc.

Appunctamenta non solent reprobari.

Si procurator non appellat intra tempus, potest dominus appellare.

Nocere quid.

Nocens quis.

Contutores non tenentur actione tutelæ, nisi administrarunt.

Minor restituitur si soluendo nõ sunt tutores.

Fideiussor si succedat debitori, obligatio extinguitur.

Arma ad Sarcenos deferretur omnia transferruntur.

Maritus si non sit soluendo, bona dotalia nõ faciunt emptionem.

Reputatur singul.

Utilitates huius legis.

frequentius tamen capitur pro emptione. in l. si sciente. de parricid. l. Lucius. ad municipal. l. 2. §. frumentaria. de administra. rerum. l. sed & si fideicommissum. §. r. & l. heres absens. §. proinde. ff. de iudic.

Comparare pro equitativa.

Tertio comparare pro equiparare. l. non distinguimus. §. illud. ibi. compromissum illud comparavimus ordinariæ actioni. ff. de arbit. Et liber homo bona fide serviens comparatur seruo. l. liber homo. 2. ff. de verb. oblig. l. si de castren. pecul. Et servitutem mortalitati fere comparamus. l. servitutem. ff. de reg. iur. Et lata culpa dolo comparatur. l. 1. §. lata culpa. si mensor fals. mod. dixerit.

Scientia amici comparatur.

Quarto comparare. id est acquirere: vt ex scientia comparabis tibi amicos. l. 1. C. de metallar. si. n. vel congregare. seu congerere. l. 3. ff. ad legem lul. maiesta. ibi; qui iniussu Principis exercitum comparaverit. lætæ maiestatis tenetur, & fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam dilationem negari non placuit. l. in fraudem. §. fiscalibus. ff. de iure fisci.

Comparare pro producere.

Quinto comparare. dare. componere, producere: vt visum est Iuriconsulto actionem in eam rem comparat. l. 1. in fin. ff. de eo quod certo loco. l. apud. §. si à Titio. de doli exceptio.

Comparare pro conferre.

Sexto comparare pro conferre: cum bona veniant debitoris in comparatione extranei. & eius qui creditor. cognatusve sit; potior habetur creditor. cognatusve: magis tamen creditor, quam cognatus. l. 1. ff. de privileg. creditor. l. cum bona. in no. editione. de reb. authorita. iudic. possid. videtamen. an hæc lex de emptione possit intelligi. facit l. 1. §. priorem ætatem ex comparatione duarum ætatum. de aqua quotidiana. l. si servus decem. de solutio.

Comparatio literarum.

Septimo comparatum. constitutum. vel statutum: vt natura ita comparatum est. vel sæpe ita comparatum est. l. sæpe. supra eo. & futuri iudicij. non facti huiusmodi exceptiones comparatae sunt. l. si post litem. ff. de exceptio.

Scriptura fallax.

Octavo comparatio literarum dicitur quedam collatio vnius scripturæ ad aliam. quando quis negat se scripsisse chirographum aut aliam scripturam: vel dubitatur. an illa scriptura sit Titij: tunc alia producetur. & comparabitur cum illa. an sit illi similis. l. comparationes. C. de fide instrum. & in authen. de instrum. cautel. & fide. colla. 6. vbi dicit esse fallacem. sicut medici dicitur experimentum in lib. 1. aphorismor. Sic fecisse comparationem dicit Iuriconsul. in l. Stichum. §. si mandato. ff. de solutio. De verb. parari. scripti in l. propemodum. supra eod.

Aurum et paravitium quid.

Comparativum aurum est. quod æquat. aut est simile alteri. quod præbetur. l. 2. C. de militar. veste. lib. 12. quicquid ibi dicat glo.

Ager et possessio differunt.

Possessio. Possessio vero ab agro iuris proprietate differt: quia possessio est visus. quasi pedum positio. vel sedium. vt aliqui dicunt. l. 1. ff. de acquir. possel. Ager est loci proprietas. Vnde quando quidpiam apprehendimus. cuius proprietas ad nos non pertinet. tunc dicitur possessio. vt in rub. ff. & C. de acquir. possel. vel cum ad nos pertinere non potest. vt rei sacræ. hoc etiam possessionem appellamus. Et sic non est ineptum. vt Valla dicit. differentiam constituere inter possessionem. & agrum. nempe possessio est visus agri: ager vero est ipsa proprietas. possessio & proprietatem faciunt prædium. ergo possessio est ager. id est possessio cum proprietate. sunt species prædij. & prædium genus. Ob id dicit tex. vtriusque superscripti prædium esse generale nomen.

Apprehendere.

Apprehendimus. Apprehendere est quasi ad se pre-

hendere. capere. accipere. nancisci. Vnde Iuriscōsultus ait eum furti teneri. qui gallinam alterius lucranda animo apprehenderit. l. naturalem. §. gallinarum. ff. de acquir. rer. domi. & §. gallinarum. de rerum diuisiō. Insti. Et ideo quicquid filius peculiarit nomine apprehenderit. id statim pater eius possidet. l. 2. ff. de acquir. possel. l. quarundam. §. sed videamus. ibidem. facit l. sequitur. §. Labeo. ff. de vscaplo. vbi primo dicit nactus. postea apprehendat. l. si is qui. §. si servus. ibidem. l. 2. pro soluto. l. Stichum. §. dolo. de solutio.

dere quid significet.

Possessionem apprehendere quid.

Possessio vno actu momentaneo. acquiritur.

Comprehendere posse.

Apprehendere ex maleficiis. quid.

Prehensio quid.

Comprehendere latronem.

Comprehendere terram.

arbor. furt. casar. ibi. quamvis nondum comprehenderit terram. arborem tamen videri.

Comprehendere pro exprimere.

Comprehendere pro exprimere. l. 3. ibi. & quorundam nomina in libellis sunt comprehensa. ff. de appella. l. 2. §. fenatus. de iure fisci. l. vbi sententia comprehendit etiam delatores edicto id comprehendisse. id est vt in sententia exprimat. in edicto in citatione expressos fuisse. & citatos delatores. l. 2. in fi. de administra. rerum. nam quod Iuriconsultus primo dicit expressum. postea comprehendens vocat. l. & si forte. §. etiam. si seruit. vindicet. l. nō possunt omnes articuli singulatim aut legibus. aut fenatus consulis comprehendit. ff. de legib.

Comprehendere pro continere. concludo.

Comprehendo pro continere. concludo. l. stipulationes commodissimum. ibi. quecunque specialiter comprehendit possunt. continentur. ff. de verbor. obliga. Et hoc vsus est verbo. ne bis idem repererit. videlicet continet. l. si. §. hæc omnia mu nera. quæ trifariam diuisimus. vna significatione comprehenduntur. de munerib.

Comprehendere pro dico.

Comprehendo pro dico. vt l. 1. in fin. ibi. de qua supra comprehendit est. ff. de his qui no. infam. Comprehensa mentio. id est habita mentio. dictū est. l. sed interpellatur. in fi. ibi. si ab altera tantum parte heredis mentio comprehendit fuerit. compromissum soluetur. ff. de arbit.

Comprehendere. intelligere: & proprietatem significat.

Comprehendere. statueret. l. si ista stipulatio. ibi. quia contenti esse debemus pœnis legibus comprehendens. ff. de verbor. obliga. l. certo generi. in fi. de seruitu. rusticor. pradior. ibi. vna poterit eligi via duntaxat eius latitudinis. quæ lege comprehendit est.

Comprehendere diem pro designare.

Comprehendere diem. designare. l. libellorum. ibi. neque autem diem. neque horam inuitus comprehendet. ff. de accusa. l. si locus iubendo iudicare non est comprehensus. videtur eo loco iudicare iussisse. quo solet iudicari sine incommodo litigantium. ff. de iudic.

Deprehendere quid significet.

Deprehendere pro comprehendere. tradit Iuriconsultus in l. si quis in seruitute. ff. de furtis. vbi primo vitur verb. deprehendere. & demum comprehendere: vt quilibet intelligat vnum passim pro alio capi. & idem significare. vt etiam probatur in l. 2. ff. de plagiar. Et miles qui in furto balneario deprehensus est. cum ignominia mitti debet. l. si. de furib. balnear. l. capitalium. §. solent. de pœnis. l. si. ff. de bonis eorum.

Deprehendere quid significet. Aliter non potest retinere uxorem deprehensam in adulterio.

Sed deprehendere proprie est in ipso actu delicti comprehendere. l. palam. §. que in adulterio deprehensa est. ff. de ritu nuptiar.

Inde deprehensam in adulterio uxorem maritus absque inflexione pœna retinere non potest. l. 2. §. item in eum qui in adulterio deprehensam retinuerit. ff. de adulter. Et filiam in adulterio deprehensam pater occidens non punitur. l. quod ait lex. ibidem.

Lex pœniam deprehensam intelligitur de adulterio.

Vnde infert Bar. in l. 1. C. de peti. bono. subla. l. 10. quod quando lex vel statutum puniat deprehensum. tunc ille censetur deprehensus. qui in ipso flagrante crimine deprehenditur. Et si puniri debeat deprehensus cum armis. non punietur qui visus fuerit cum armis. si fugit. ita quod non fuerit apprehensus.

Sed si lex Regia vel alia puniat deprehensum in crimine. intelligitur de conuicto. per d. l. 1. C. de pet. bono. subla. lib. 10. Quamobrem lege vel constitutione dicantur. quod deprehensus puniatur. puniendus non erit. nisi qui fuerit conuictus. Vulgatum enim est non esse puniendum nisi conuictum. aut conuictum. e. at si clerici de iudic.

Et si constitutio vel lex dicat deprehensum in crimine in carceres conuictum. tunc quidem sufficit cum inuentum & captum fuisse. Vnde consuetudo Francia & praxis volens. vt deprehensus in crimine flagrati possit capi sine informationibus. conformis iuri in l. nullus. vbi Salic. C. de exhibend. reis. non haberet locum in eo qui esset confessus crimen. vel testibus esset extra iudicium conuictus: sed ex illa confessione necesse esset informationes conficere. quod est notandum. De hoc scripsi in interpreta. l. diuus. ff. de fenatus consul. Silan.

Verum si statutum dicat. quod si iudex aliquē deprehendat in maleficio. homicidio vel alio delicto. puniat in centum libris: etiam si iudex reperiat extra crimen flagrans. poterit delinquentem punire: quia iudicis non est deprehendere delinquentem in delicto. nisi per actum iudicalem. & sic illum conuincendo. Et ita deprehendere inteligitur ibi pro inuenire. & pro cognoscere: vel uti si iudex per probationem delinquentem cognoscat. illum punire pro modo delicti poterit.

Deprehendens etiam vocamus in re improvisa. Gallic. dicimus *surpris*. vt docet Buda. in forensi.

Deprehendere possessionem. pro apprehendere. in l. siue. ff. de condi. furtiua. vbi primo dicit deprehendere. postea apprehendere. Aliis etiam capitur modis. vt per Lucam de Penna in l. r. col. 1. C. de peti. bono. subla. lib. 10.

Reprehendere. corripere. carpere. l. item Labeo. §. si. ibi. Marcellus reprehendit. ff. famil. ercif. & l. continuus. §. cum ita. ibi. neque tam delicate progredi debeat. vt reprehensione dignus appareat. ff. de verbor. obligat.

Vel dicitur pro iterum deprehendere. seu retro. vulgo dicimus *reprendre proces*.

Possessio. Ista est definitio possessionis secundum Alcia. videlicet est vsus rei à proprietate separatus. sed quæ definitio non videtur declarare singula definiti membra. differentiamque solum tradit. hic Iuriscō. inter possessionem & proprietatem & ad hoc facta est hæc lex. Verum quia parui sunt hæc momenti. non diutius insistendum puto. Rarum quippe est. quin possit subuerti definitio. l. omnis definitio. ff. de reg. iur. hinc dicit Arist. pau cas inueniri definitiones. sed tantū descriptiones.

Nec tamen est prætermittendum. quod Alcia. hic scribit. videlicet quod possessio est in fundis. qui non iure. sed mancipatione nobis comparatus est. videlicet vsu & præscriptione quaesitus. & ideo eius proprietas ad nos non pertinet: vt velit fundum nobis quaesitum non amplius dici possessionem. sed agrum. & ideo rex. ite dicit. Quicquid apprehendimus. cuius proprietas ad nos non pertinet. aut nec ad nos potest pertinere. possessionem appellamus. ergo possessio est vsus. & ager loci proprietas. A possidendo & vtendo fruendo dicitur possessio. non quando ager est acquisitus præscriptione. vt arbitrat Alcia. sed tunc ager est. licet in præscriptione nō habeam nisi dominium vtile. proprietatem tamen habere large dicor. vt declarant doc. in rub. de caus. possel. & proprietate.

Possessio tamen est interdum cum dominio. l. etiam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. possel. no. in l. naturaliter. §. nihil commune. ibidem. scripti in l. interdum. supra eo. & tex. in l. 1. in fi. ff. de furtis.

Item sapienter differentiam facit Iuriscō. inter vsum & possessionem. sic dicens: furtum est contractario rei aliene inuito domino fraudulosa lucrificandi gratia. vel ipsius rei. vel etiam vsus eius. vel possessionis suæ. Idem habetur in §. furti. Insti. de oblig. quæ ex delict. nascunt. & l. si pigno-

Deprehendere possessionem.

Possessio definitio datur ab Alciato reprehenditur.

Possessio unde dicitur.

Differentia inter vsum & possessionem.

re. §. i. ff. de furt. sic dicitur: ex quo satis apparet furtum fieri, & si quis vsum alienae rei in suum lucrum conuertat. Inde dicitur in l. i. ff. de appella. appellandi vsum quam sit frequens, quamque necessarius, nemo est qui nesciat. & Iuriscons. etiam sic ait: vsum procuratoris perquam necessarius est. l. i. ff. de procurat. Et qui non vitur nudinis per decennium, vsum amittit. l. i. ff. de nudinis. Videre alias definitiones per doc. in d. §. nihil commune. Et sic potest declarari: Possessio est corporalis rei detentio: quasi possessio est incorporalis rei, & iuris vsum docet Theoph. de inter. in Insti. §. i.

Pradium generale nomen. Doctores conciliantur per authoritatem contra Vallam.

Pradium. Pradium vero ad agrum & possessionem generale nomen est. nam siue quis per vsum, id est possessionem, seu per proprietatem rem acquisierit, recte pradium suum dicere poterit. l. 3. ff. de vusufruc. Et sic non sunt contrarij Iurisconsulti, quemadmodum putat Valla. Et quo facilius intelligatur, breui repeto. nempe quicquid solo continetur, etiam si sit aedificium, fundus dicitur, sed plerumque fundus sine aedificio est, ut hic: & in hoc errauit Valla non ponderans verbum plerumque hic possum. Et sic non vult negare, quin fundus aliquando dicatur, etiam si ibi sit aedificium, ut in l. fundi. infra eo. vbi sic dicitur: fundi appellatio orane aedificium, & omnis ager continetur. Et quod capiat pro loco, vbi est aedificium, probat l. vna. C. si curialis relicta ciuita. rus habit. ma. luer. lib. 10. Ager vero dicitur, vbi non est aedificium: quamuis ager interdum vocetur etiam, vbi est aedificium. l. i. ff. ad legem Iul. de vi publ. tamē proprie dicitur, vbi non est, ut hic. Sed aliquando exprimitur fundus & aedificium, ut in l. 3. C. de delator. l. ii. Item ager est, qui ad vsum hominis paratur, quia in eo quicquam agitur: fundus vero siue in eo aliquid agatur, siue non, siue cultus, siue incultus: ut ita fundus sit genus, ager vero species denotans tantum cultum agrum, & ad vsum hominis paratum. Et possessio in vsum consistit, proprietatis in iure. Pradiū vero est generale ad agrum & possessionem, ut contineat & possessionem & proprietatem: tamen non continet tantum quantum fundus, sed generale est ad duo praedicta, per istum tex. probatur ibi, praedium vtriusque supra scriptae rei generale nomen est. Non igitur simpliciter generale dicitur Iuriscons. sed vtriusque. Et sic conciliandi sunt Iurisconsulti: quamuis ridiculus Valla illos derideat, quia eos (ut constat) non intelligebat. Et culpa est immiscere se rei ad ipsum non pertinenti, per regul. culpa. ff. de reg. iur.

Ager definitur. Fundus quid.

Item quamuis glo. dicat hic istam differentiam magis subtilem quam vtilem, tamen ex his intelligitur tit. de fundis & saltibus rei dominica. tit. de fund. limitrophis. & tit. de fundis patrimonial. & de fund. rei priua. aliaque leges de fundis loquentes, ac tit. ff. & C. de acquir. possess. & in finiti alij loci, quibus fit mentio de possessione, etiam intelligitur tit. de omni agro deserto. lib. ii. & alij leges loquentes de praediis, ut c. de praediis tamiacis. & rub. de diuers. praed. lib. ii. & de praediis nauicula. ibidem. Et sic est valde vtilis haec lex: quamuis ista differentia interdum non ita exacte seruetur, sed vnum pro altero vsurpetur, ut vide licet in l. quaedam mulier. ff. de rei vindic. & in l. adeo. §. i. de acquir. rerum domin. ac in l. i. §. idcirco. de vi & vi arma. vbi primo dicit deiectum de agro voluisse ad praedium reuerti: & sic non facit differentiam inter agrum & praedium: sic nec Iuriscons. in l. milites prohibentur praedia comparare. & in l. milites agru coparare prohibentur, ff. de re militar. & sic vno pro altero sepius vitur. An pasqua contineantur appellatione fundi, scribitur in l. Seie. §. Tyrana. ff. de fund. instrum.

Fundus magis generale, quam praedium.

Quae sint instrumenta fundi, videte in l. instrumenta. ff. de fundo instrum.

Supra scripta. De hac dictione loquitur l. lecta. ff. si certum petat. l. Titius. de const. pecun. l. idem Offilius. de aedil. edict. l. emptori. in fi. & l. ex mille. §. quasitum. de cuius d. & l. qui testamentum. de testib. l. i. §. i. & §. si pecuniam. depositi.

Norandum, quod dictio supra pro vltra frequentius accipitur: ut supra Iuriscons. l. fin. ff. de iuris. omnium iudic. Supra priorem modum. l. si testamento. de seruitu. vrb. praedior. Supra legitimum modum. l. si non fortem. ff. de condit. indeb. Supra statutum modum. in l. placuit. ff. de vstr. Supra duplum. in d. l. si non fortem. §. si decem. Supra dotem. l. Seia. ff. de dote praega.

Adhaec supra opponitur dictioni infra, & dicitur inferius & superius: veluti dicitur arbor supra terram, in l. si gemina arbor. ff. arbor. furtim. cesar.

Dictio super vel supra ab homine prolata denotat ius in re, cum adicitur: ut vendo decem sextaria frumenti, vel dono super vel supra tali fundo, vel mutuo. significat enim, obligo fundum illum pro decem. Vnde prohibitus foenerari supra vel super domo, non potest eam pignori dare, per tex. in l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. 2. quem tex. singularem dicit Roma. singul. 625. cōpraesta mihi. & Francis. Cremē. singul. 45. mutuaui tibi. hoc nominatim docet Bar. in l. fundus. ff. de annuis lega. & Ioan. Fab. in §. item Seruiana. in fi. de actio. in Insti. & Lucas de Penna in l. fi. C. de agricol. & mancip. lib. ii. & Chassa. in consuetud. Burgund. in rub. des censēs. §. 4. glo. i. sur l'heritage. De dictione super scripti in l. appellatione parentis. supra eodem.

Supra pro vltra.

Supra quid denotet pro larum ab homine.

IDEM LIBRO SEPTIMO Epistolarum. Lex cxvj.

QUISQVIS MIHI ALIUS FILIUS, FILIIVE HERES SIT: ait Labeo non videri filiam contineri, Proculus contra. Mihi Labeo videtur verborum figuram sequi, Proculus mentem testantis. Respondi: non dubito, quin sententia Labeonis vera non sit.

Si testator filios habens eos instituat heredes, sic dicens: quisquis mihi alius filius, filive heres fuerit, dato decem Titio: his verbis non contineri filiam Labeo dicebat, Proculus vero contra. Sed Labeonis sententia vera non est, quia secutus figuram verborum, Proculus vero testantis mentem. Igitur ex mente testantis filij appellatione & filia continetur. l. iusta. & l. liberorum. infra eo. Alibi dicit Iuriscons. in l. nō figura literarum, sed oratione quam litera expriment, obligamur. ff. de actio. & obliga. vbi etiam adicit, placuit non minus valere quod scriptura, quam quod verbis lingua figuratis significaretur, id est formatis. & in l. haec verba. ibi. simili figuratio, id est forma. infra eod. Et tabulas testamenti accipere debemus omnem materiam figuram. l. i. ff. de bonor. possess. secund. tabul. Et non humana figura parum dicit Iuriscons. in l. quaereret. infra eod.

Ideoque dicere figuram verborum hic posse intelligi pro forma, voce, seu cortice ipsorum verborum. nempe filius est masculini generis, & sic ex voce & forma non continet foeminam, sed ex significatione sic. Inde quidam dicunt figuram casum,

Figura quomodo capiatur.

casum, pro eo quod est fingere casum, seu ponere casum, aut speciem, vel hypotesim. Et figuratorem dicit Iuriscons. in l. haec verba, ille aut ille. infra eo. & figuratum Graeca voce dicitur in l. calumnietur. §. telum. infra eo. quod coloratum diximus in tract. de pacific. possessio.

Figura pro vltra.

Aliquando figura dicitur ordo: ut procedas sine figura iudicij, id est sine ordine. clem. saepe. de verbor. signific. Bar. in extrauag. ad reprimum. quomodo in laesa maiesta. crim. proceda. in verb. figura. Interdum dicitur similitudo, ut apud theologos.

Item obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex malificio, aut ex proprio quodam iure, ex variis causarum figuris. l. i. ff. de actio. & obliga. id est ex variis speciebus & factis. docet Petr. Iacob. in sua practica. in libell. de actio. in factum ex variis figuris causarum.

Istum etiam tex. ad hoc egregium dicit Ias. in l. licet Imperator. col. 3. no. 4. ff. de lega. i. Quod in vitimis voluntatibus debemus sequi defectu voluntatem, & non corticem verborum, & figuram. l. in conditionibus. vbi addidi. ff. de conditionib. & demonstra. Istud plene tradit D. Tiraquel. in interpreta. l. si vnquam. in verb. libertis. C. de reuocand. dona.

Voluntas defectu sequenda est.

Nec omitemus, quod ista dictio quisquis & quicunque est distributiva, & verificatur in vno & in omnibus: ut quisquis mihi sit heres, siue vnus, siue plures. docet Bar. in l. hoc articulo. & ibi Imol. post eum. ff. de heredi. insti. Ias. & alij in l. 4. & l. qui filius. de lega. i. & in l. qui liberis. §. i. ff. de vulgar. videte in l. creditorum. supra eod.

Ex quibus colligitur modestiam laboleni reprehendit Labeonem, & cum excusantis, quod respexit figuram & corticem verborum. Quia figura inspecta summo iure procederet eius opinio: sed quia mens verbis praefertur, ut scripti in l. nominis. §. si. supra eo. sic & opinio Proculi sequentis mentem testantis proculdubio praefertur. Quod facit contra quosdam iuris doctores, imo peruersores, qui ore aperto debacchari non verentur in scribentes, plus laudis & gloriae in verbis se ferentes, quam doctriinae: quibus deberent scholastici obuiare, ne diutius mutis maledicant, ut superius scripsi.

IDEM LIBRO OCTAVO Epistolarum. Lex cxvij.

Non potest videri minus soluisse is, aduersus quem amplioris summae actio non competit.

Hic casus esse potest: Debebas soluere decem Paris. Calend. Iulij, quae non soluisisti: es in mora, praetextu cuius possum etiam petere interesse. si tamen accipiam decem, non diceris minus soluisse quam deberes: quia nulla actio competit amplioris summae. Exincto enim principali, accessorium censetur extrinsectum. l. cum principalis. ff. de reg. iur. & regul. accessorium. in 6.

Imo eadem ratione creditor accipiendo pecuniam, poenam remississe videtur. l. si. ff. de eo quod certo loco.

Ita si quis accipiat summam, quam in iudicio petebat, nulla facta expensarum mentione, ut non possit expensas postea petere, suadet l. 4. C. de pos. quia nec potest videri minus soluisse is, aduersus quem amplioris summae actio non competit. Quod est verum, quando ante condemnationem

recepisset: diuersum, cum post condemnationem. tunc enim expensas etiam potero petere, ad casque remanet actio, per d. l. 4. ibi, non enim duae sunt actiones, alia sortis, alia vsurarum: sed vna. Ex qua condemnatione facta, iterata actio rei iudicata exceptione repellitur.

Item si quis debebat mihi decem aureos hinc ad triennium soluendos, pactusque fuerit sex nunc soluendo, liberaturum iri pro reliquo: si pacto satisfaciens persoluerit eos sex aureos, non dicitur minus soluisse. Siquidē amplioris summae actio non competit, per istum tex. Sed an hoc sit licitum: cum ita debitor videatur videri tempus, quod est prohibitorium in c. in ciuitate. de vsur. Respons. si quidpiam debitor vult sibi remitti, quia tempus solutionis praenit: & hoc petit ratione interesse, quod patitur praenitendo solutionem: hoc casu licitum est. sed si sine damno praenit tempus, eoque solo praetextu diminuat ex principali debito: tunc est vsura, per d. ca. in ciuitate. & hoc firmat Conrad. in tract. de contracti. q. 66. & q. seq.

Vendere tempus non est licitum.

Limitatur secundum glo. hic, quando retentio fieri poterat. Quando autem fieri possit, regula est, quod vna res pro alia retineri non potest. l. plane. ff. de petit. heredit. Vnde si commodauerim tibi librum, cum deberem tibi decem, non poteris vti retentione libri mei pro illis decem. l. si. ff. commoda. Ita dominus domus rem non potest retinere pro pensione domus, nisi speciali iure, cum res illa fuerit illata, vel inducta. l. si non inducta. C. in quib. caus. pignus tacit. contrah. vt abunde scripti in tract. de liter. obligator. artic. 6. to. i. commentar. in consti. Regias Gallic.

Vna res pro alia retineri non potest.

Item iudices, aduocati & procuratores non possunt retinere instrumenta, nec scripturas partium pro salario, vt asserit Ias. in l. si non fortem. §. si centum. col. vlt. ff. de condit. indeb. Et ita tuit Carol. septimus, vt est in tit. de procurator. artic. 16. vbi prohibet expresse procuratoribus eorumque famulis, ne retineant literas vel instrumenta partium pro suo salario, sub poena priuationis & emendae, ac alia iudicis arbitrio imponenda. Ita nec iudices retinere possunt processum pro rapportu, seu pro speciebus vulgo vocatis, quia loco pignoris non datur: sed vt videat & examinet, vt decidit Boer. in decif. Burdegal. q. 15. quaeritur an si index.

Aduocati & procuratores non possunt retinere scripturas partium.

Imo etiam eandem rem non possum retinere, quando cum vitio peruenit ad me. Vnde legatarius non potest retinere rem sibi legatam, quam occupauit. l. i. §. i. vbi Bar. ff. quorum legator. c. fi. de ord. cognitio. Nec is qui rem suam furto subtraxit, in qua alius qui surripuit, impensas fecerit. l. si is qui rem. ff. de furt. nec rem mihi legatam retineo, si testamentum impugnauerim. l. sub conditione. ff. de bonor. possess. contra tabul.

Legatarius non potest retinere rem sibi legatam.

Primo perdit officium suum regula, quando res erat obligata pro vno debito: nempe pro alio retineri potest. l. vna. C. etiam ob chirogra. pecunia pignus teneri posse. l. eleanor. §. si post rem iudicatam. ff. de condit. indeb. Vnde si necessarias impensas fecerim in seruum aut in fundum, quem pignoris causa acceperam, non tantum retentionem, sed etiam contrariam pignoratitiam actionem habeo. l. si necessarias. ff. de pignoratit. actio.

Res pro vno debito obligata pro alio retineri potest.

Nisi quis veller eam pro debito poenali retinere: tunc enim non posset odio poenae. Roma. singul. 107. tu habes, &c. per tex. singul. in l. pignori. C. de vsur. vbi Bal. & videte tex. in l. per retentionem, ibidem.

Res pro debito poenali retineri non potest.

Secundo vitatur regula fauore dotis. l. si filiofamilias. i. ff. soluto matrimo. Ideo marito mortuo

Vxor mortuo marito.

eo remane- re potest in domo mariti, donec ei soluta sit dos.

Arrestum. Res tradita pro debito quod putatur debitum: nempe si ex alia causa vere debitum erat, res retineri poterit.

Quarto regula flectitur, etiam si non expresse res fuerit obligata, sed tacite, ut pro pretio venditori: quia venditor retinere rem venditam poterit, donec integre pretium eidem fuerit exolutum.

Quinto, quando res vna functionem reciperet pro alia, tunc potest per compensationem retineri: ut si quis debeat mihi decem frumenti sextaria, & ego illi duodecim si petam ab eo, poterit ille compensare decem. l. f. C. de compensa. Salic. in l. f. C. commoda. nam alibi Iurisc. ait, Excedit legatarium retinere summam magis, quam mihi in possessionem rerum hereditariarum. l. pure. in princ. ff. de doli excep.

Sexto in contractu depositi descendens ex mutuo, licita est retentio. Vnde si decem a te mutuo receperim, quae apud te deponam, donec egeam, si postea tempore quo reddere mutuum debebam, peto depositum, retentio tibi competit: tunc quod illud depositum sortiatur naturam mutui: tunc quod dolo faciam, petedo quod sum restitutus. Ideoque depositum non habebit sua privilegia, ut consilium Bal. consil. 317. ad eundem titulum, in 3. vol. quem sequitur Catel. Corta. in 2. parte memor. in verb. hypotheca. plus dicens in extero qui rem emit contra prohibitionem statuti, ut eam retinere possit, donec pretium ei restituarur. allegat Bal. in l. f. §. vlt. C. communia. de lega.

Vnde etiam caupo vel hospes retinere poterit equos pro expensis, & alia mobilia hospitis, ut Bal. expresse dicit in l. certi. col. 2. C. loca. si tamen non retinuerit in primo prandio, sed in secundo vult retinere, hoc ei non licebit nisi pro ultimo: quia intelligitur pro illo tantum debito, quod nunc fecit, & non pro alio, ut est in consuetud. Bitur. art. 19. & seq. dicitur hospites in illo debito preferendos, arg. l. creditor qui ad refectorem. ff. si certum pet. l. interdum. qui potior. in pignori. habent. Quod verum esse crederem, si primum debitum & pradium alio tempore factum esset: secus si eodem tempore. tunc enim retentio fieri posset pro toto debito facti pluribus diebus. l. i. & per totum. ff. nauta, caupo. & in d. l. certi.

Septimo retineri potest res, etiam si non esset, nec fuisset obligata: si tamen occasione debiti peruenisset ad eum, qui vult eam retinere. Vnde si reprobos nummos dederis, vel pro auro aes, non liberaris: sed & nummos & aes retinebo, donec solueris. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignoratit. actio. l. si cum aurum. de solutio. quod declarat Paul. & alij in l. petenti. ff. de pignoratit. actio. Bal. in c. dudum. 2. in fi. de electio.

Octavo restringitur regula, quando res aliena scienter obligata esset: nempe si postea obligans efficiatur dominus, poterit pro debito retineri. l. i. §. i. ff. de pignori. vbi glo. Bar. & alij.

Ultimo res potest retineri ex causa, qua rei coheret, si ex voluntate debitoris ad creditorem peruenerit. Bar. & alij in d. §. si centum. & in l. si inducta. C. qui potior. in pignori. habent. Ideoque pro expensis factis datur retentio. l. si in area. in fi. ibi, nullo alio modo quam per retentionem. ff. de condit. indeb. Secus si rem sciebat esse alienam. l. adeo. §. ex diuerso. ff. de acquir. rer. domi. & §. ex diuerso. Insti. de rerum diuis. Corne. consil. 86. in 4. vol. plene Salic. in l. domum. C. de rei vindic.

Vnde comodarius pro expensis in re comodata necessario factis, habet retentionem. l. in rebus. §. possunt. ff. commoda. l. si is qui rem. 1. & l. creditoris. in fi. ff. de furtis.

Itaque quoque rem licebit retinere pro mercede. Vnde sutor retinere poterit vestimentum pro mercede. Bal. in l. fin. C. commoda. vbi idem dicit in fabro, ut quum possit etiam retinere, quem curauit.

Item scriptor vel compaginor librorum pro expensis & salario libros iure retinebit. glo. in l. si non fortem. §. si centum. ff. de condit. indeb. Corser. in trac. de minimis. versic. 11. 2. partis.

Idem in muliere arbitratum iuris interpretes, ut tam pro salario rei vehenda, quam pro impensis quas praestitit, possit res delatas retinere, donec ei integre persolutum fuerit. Bald. & alij in d. l. fin.

Idem in beneficio concludit Panor. in cap. de multa. nu. de praeb. Sed in hoc alibi declaratum esse arrestum in contrarium. videte Bal. in auth. excipitur. C. de bonis quae liber.

Etiam singularis successor, veluti emptor qui erogauit impensas, hac retentione vtetur. l. in hoc iudicium. versic. ceterum. ff. communi diuid. quem tex. singul. dicit Bolog. ibi, & Roma. singul. 174. tu scis, & c. & Alexand. in l. qui exceptione. §. si pars. ff. de condit. indeb.

Sive res sit mobilis, ut dixi, siue immobilis: neque expensa facta pro melioratione rei immobilis alienae, bona fide tamen, per retentionem rei, & nullo alio modo reperuntur. l. Paulus. ff. de doli exceptio. l. si in area. in fi. de condit. indeb. Et ideo colonus retinet rem, donec expensa soluantur, ut concludit Bal. in l. emptorem. col. 2. nu. 7. C. de loca. nec prius cogendus est quis rem restituere, quam si necessarias impensas consequatur. l. ait praetor. §. per hanc. ff. quae in fraud. creditor. l. in hoc iudicium. communi diuid.

Secus si mala fide. l. adeo. §. ex diuerso. ff. de acquir. rerum domi. §. ex diuerso. Insti. de rerum diuis. l. quod si possessor. iuncta glo. ff. de petit. hereditaria. l. in fundo. de rei vindica. quia nullum negotium cum domino gessit. Corne. consil. 86. circa. in 4. vol. Angel. in §. certe. de rerum diuis. in Insti. Salic. plene in l. domum. col. penul. & seq. C. de rei vindic.

Ideo si sequester vel commissarius absque iudicis autoritate fecerit impensas etiam necessarias, minime tamen datur retentio: sed dabitur cautio de restituendo, illis liquidatis. Ita fuit dictum pro archiepiscopo Bituricensi domino de Turnonio contra sequester domus sitae Paris. anno domini 1327. die vltima Aprilis. Idemque fuit dictum contra Renatum Gentil, & alios executores pro tutoribus & curatoribus puerorum domine Claudiae Herbeborae, anno domini 1330. die 12. Februarij. Ex quibus apparet, quod si expensa non sint liquida, ut quia non constant scripto, non habet quis retentionem. Eorum enim quae non sunt, vel sunt & non apparent, idem est iudicium. l. duo sunt. ff. de testam. tucl.

Item haec expensa ita demum repeti possunt, si

si res melior facta sit, & quatenus, & non ultra. Ideoque si in domo exposuerim ceterum aureos, domus tamen non est melior, nisi in quinquaginta: ista tantum repetentur, & non centum. l. in fundo. ff. de rei vindica. Panor. & alij in c. i. col. 1. de in integrum resti. & in cap. ad nostram. de reb. eccles. non alienand. Fel. in ca. cum causam. col. pen. de re iudic. Et in hoc inspicendum est tempus, quo debet res restitui. nempe si melioratio non sit nisi ad decem id temporis, quo restituitur res, solum illa decem reperentur. l. domus. ff. de legat. 1. vbi Paul. l. f. & alij: licet melioratio tempore quo impensa facta fuerint, plus fuisset aestimata.

Addendum etiam est, quod si sententia lata fuerit ad restitutionem rei, tamen in executione sententiae poterit excipi de expensis & meliorationibus, donec ei soluantur. Bar. & alij in d. l. in fundo. in fi. l. f. in area. de condit. indeb. quia meliorationum exceptio non impugnat sententiam: ideo post sententiam opponi potest, ut declarat Bal. in l. peremptoria. col. 3. C. sententiam rescindi non posse. scripti in trac. de exceptio.

Imo si quis esset condemnatus restituere soluti expensis, res non potest auferri ab eo possessore, antequam soluta fuerint impensa: nec auditor victor volens cauere pro expensis: quia ablatiui absoluti important conditionem. l. ab emptione. ff. de pactis.

Tum quia praecedere solutio debet ex verbis sententiae: quam obrem non prius executio fieri debet. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. Alex. & l. f. in l. 1. col. 1. ff. qui satidat. cogant. vbi quando ex tenore sententiae debet fieri solutio, non auditur volens satisfare. l. promissor. §. constituto. ff. de consti. pecun. per l. statuliber rationem. §. si de statulib. dicendo esse differentiam, an conditio sonet in faciendo, ut tunc satisfatio datur, ut ibi: aut in dando, & tunc oportet dare, ut in d. §. fin. & plene Anto. Negufantius in trac. de pignori. & hypoth. in 4. membro quintae partis.

Praterea iste qui habet rem, praefertur alteri eam habenti ius in pignore anterius: ut pote quia prius erat ei hypothecata. l. interdum. & seq. ff. qui potior. in pignori. habent. Alexand. in additio. ad Bar. in l. si non fortem. §. si centum. ff. de condit. indeb.

Nec est omnimodum, quod si is qui habebat domum restitutioni subiecta impensas necessarias fecerit, & postea adueniente restitutionis die expensas petat, non tenebitur fructus computare cum expensis, vel expensas cum fructibus quos percepit, quia percepit illos ex re sua. Et hoc casu fructus non computantur, per gl. singul. in l. emptor. ff. de rei vindica. singul. secundum Francisc. Cremon. singul. 105. si feci. & in d. l. emptor. additio alia. Secus in alio recipiente fructus ex re aliena. is enim impensas computat cum fructibus. l. sumptus. ff. de rei vindica.

Item si fiduciaria possessio mihi fuerit adiudicata ex inordinato processu, potero tamen retinere rem, donec verum soluat debitum, si res erat mihi antea obligata. Ita singul. Bald. in l. fundus qui. ff. de rescind. venditio. sequitur Francisc. Cremon. singul. 92. tenuta. & Bertachi. Firmia. in tracta. de episcopo, in 3. parte primi lib. q. 49. Haec si placet retinere, quia non inuenietis ita declarata.

Nota retentionem interdum etiam dari contra tertium, a quo causam non habeo. l. qui iniuria. §. fin. ff. de furt. Soci. consil. 15. vilis. col. 5. in volum.

Intellige dari retentionem pro necessariis expensis & vtilibus, sed pro voluntariis non. Potest

Res non reddidit, nisi expensis solutis.

Res pro mercede retinetur.

Scriptor & compaginor librorum pro expensis retinet libros.

Ad alio pro salario retinetur rem.

Singularis successor retinet retentionem.

Expensa rei retentio non repetitur.

Habens rem praefertur habenti ius.

Habens domum subiecta restitutioni non computat fructus.

Sequester non datur rei retentio.

Retentio datur contra tertium.

Expensa

Expensa

Expensa

tamen quis eas prosequi per modum interesse, & quatenus a iure permittitur, ut fuit dictum in hoc senatu pro magistro Ioanne Lepine, anno 1427. die 17. Aprilis.

Postremo in quibus casibus retentionem habeo, si iudex me condemnet ad reddendum & restituendum rem, reseruatam mihi actione, dicitur me grauare: ideoque licebit appellare. Siquidem minus est actionem habere, quam rem. per l. minus. ff. de regul. iur. & ita videtur iudicari contra retrahere volentem, qui sententiam obtinuerat, quod admitteretur ad retrahendum, reseruatam actione super reparationibus & expensis, quae fuit reformata per senatum.

Amplioris, id est maioris. Comparatiuum enim est ab amplo. Amplum est non angustum, sed magnum ac late patens. de quo Iurisc. consil. in l. f. in ris. 2. ibi, itaque si amplum iudicium testator iusserit. ff. de religiof. Et ampla aedificia. in l. ex duobus. de negot. gest. Est igitur oppositum angusto. l. si boues. ff. ad legem Aquil.

Inde amplissimum superlatiuum, de quo Iurisc. in l. vim facit. §. quod inane sit, vel in qualibet re amplissima, mobili tamen, non continetur hoc interdicto. ff. quod vi aut clam.

Amplissimus ordo senatus, in l. 2. §. verba. & in l. si decipiendi. ff. ad Velleia.

Inde ampliare est augere, extendere, ut ait Iurisc. in l. i. ff. de fluminib. ibi, nemo denique Nilum qui incremento suo Aegyptum operit, ripas suas mutare vel ampliare potest.

Item ampliari imperium adiectione hominum, scilicet Iurisc. in l. fin. §. fed & diuus Adrianus, ff. de bonis damnator. Et sicut diligentia cultura pretia praediorum ampliantur, ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est. l. non intelligitur. §. diui fratres. ff. de iure fisci.

Amplitudo, in l. quid aliud sunt. supra eo. Amplius, in l. verbum amplius. supra eod.

Summa superlatiuum exponi solet pro summa, ut scripsi in gl. concordia. in procut. in verb. summas. & sic intelligitur tex. in l. qui venenum. ibi, summus poetae Romanorum Homerus. infra eo. Et interdum pro praecipua: ut summa de iure personarum hac est diuisio. l. 3. ff. de statu homi. & Imperator. in Insti. de iure perso. & de obliga.

Summa substantiuum exponi potest pro numerorum quadam collectione. Gallic. dicitur vna summa. ut hic, & in l. hac adiectione. infra eo. & comprehendit etiam speciem. l. 2. §. cum in eadem. ibi, iactura summam pro rerum pretio distribui oportet. ff. ad legem Rhodiam de iactu. l. cum clericis. vbi gl. C. de episcop. & cleric.

POMPONIVS LIB. SECVNDO ad Q. Mutium. Lex cxvij.

Hoftes ij sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decreuimus: ceteri latrones, aut praedones sunt.

Hoftes sunt, qui Romanis bellum indicabant, vel ij quibus Romani: alij vero latrones, & praedones. Et sic lex hac differentiam assignat inter Hoftes, & latrones, ut inferius dicitur. Idem scribitur in l. Hoftes. ff. de capriuis. Hodie quia Romanis Imperium ademptum est, eos proprie diceret Hoftes esse, quibus princeps non alium recognoscens in superiore indicit bellum, addunt alij, dum non sint Christiani. nam inter Christianos, cum omnes simus fratres in Christo, c. ad men-

Arrestum.

Index enim grauat, qui habet retentionem, si cum rem reddidit, non denuciat.

Amplum quid & amplissimum.

Amplissimus ordo senatus. Ampliare quid.

Imperium ampliare.

Summa, sive summus vna summa.

Hoftes hodie cui dicitur.

fam. ii. q. 3. iura omnia belli cessant. Adhuc hostes proprie sunt, qui nihil inuicem sibi debent. at Christianus multa debet Christiano, in euangelio descripta. Sed vulgo parum obseruatur hec nominum differentia: quinimo passim quoscumque vocamus hostes etiam Christianos, quibus legitime bellum indictum est. Et quos nos hostes veteres perduelles appellabant, per eandem adfectionem iudicantes, cum quibus bellum esset. l. quos nos. infra eod. In lege duodecim tabularum hostes quoque inuicem litigantes vocabantur, quos nos priuatos aduersarios intelligimus, vbi sic scribitur: SI STATVS DIES SIT CVM HOSTE VENITO: ADVERSVS HOSTEM AETERNA AVTHORITAS ESTO.

Ex quibus inferitur, quod capti in bello inter Christianos non efficiuntur captiui ferui. Bar. & alij in l. hostes. ff. de captiuis & postlimi. reuerf.

Sed tenetur captus iure belli pretium redemptionis persolvere, quod Græci vocant λύτρον: nēpe λύτρον redimo, & λύτρον redemptor: quod pretium Galli vocant rançon. Boer. in §. i. de consuet. iur. & statu persona. Ioan. de Terra Rubca in trac. contra rebelles Regum, vlt. artic. tertij tract. conclus. 17. & Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 824. de testam. Sed quam redemptionem respon. pro qualitate persone, & bonorum quantitate, quam hic captus habebat. Et quando bellum est iustum, captis talia imponi possunt. vtor verb. Bal. in l. nam & Seruius. ff. de nego. gest. Et iustum videtur bellum, quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulsandorum hominum causa. tex. in c. i. 21. q. 2. Quod pretium redemptionis creditur lucro captiuis, vel est diuidendum inter illos, qui ceperunt captiuum, dummodo pretium illud non excedat milia decem: quia tunc esset Principis, cuius demum est liberalitas suam captiuis exhibere, vt Boer. scribit in decis. Burdegal. q. 178. an licitum. col. i. Et anno 1406. die 9. Aprilis censuit senatus, & declarauit Guilielmum Laglois iuste, & in iusto bello cepisse quendam Digo, & decreuit dictam D. Guilielmo: & fuit condemnatus Digo ad quingentas libras Regi pro fractione carceris, & ad expensas, damna & interesse partis, de quibus prius soluebat partem quam Regi.

An vero teneatur Rex soluere redemptionem illum, decidit Aegid. de Bella Mera confi. 22. quidam mercator. videri, non teneri: quia locator non tenetur de casu fortuito. l. ex conducto. §. i. ff. loca. nec mandans. l. inter. §. non omnia. manda. vide ibi.

Et si pro capto redemptionem centum aureorum quis soluerit, tenetur illos ipse restituere. l. liber captus. ff. de captiu. & postlim. reuerf. ita cōsuluit Decius pro Marchione de Piscaria consil. 691. in facto proponitur.

Imo si quis redemerit aliquem, qui non habeat unde soluat, tenebitur ei seruire, donec pretium datum lucratus fuerit, & interim nexu pignoris possidebitur. l. ab hostibus. i. C. de postlim. reuerf.

Secundo etiam hodie in bello iusto bona mobilia efficiuntur captiuium, immobilia Principis. l. si captiuus. §. si. & l. si quid in bello. vbi Bar. ff. de capt. & glo. in l. diuus. ff. de iure fisci. l. as. & moder. in l. i. ff. de acquir. possess. & in l. lex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Et hoc etiam de generali consuetudine feruari dicit Bened. in verb. & vxorem. nu. 323. c. Raynutius. de testam.

Tertio prohibitum est bona & arma deferre ad hostes, videlicet fidei: & deferens est excommunicatus. ca. ita quorundam. & cap. ad liberan-

dum. & ca. significauit. de Indæ. Et iste est vnus de casibus in bulla coenæ domini reseruatus, prout ibidem plenius scripsi.

Quarto captus à Christianis iusto iure postlimini iura non habet, sed si sit læsus, restituitur ex clausul. Si qua mihi iusta causa videbitur, impetrado literas Regias in hoc Regno. l. i. ff. ex quib. caus. maior. nec enim vsquam audiuntur legi, nisi vi restitutionis Regia, vt vidi in forensi iudicio feruari. in qua restitutione iudices omnia isti restituere debent, quæ leges postliminio reuerfis concedunt, vt scripsi in 2. tomo commentar. in consil. Reg. Gallic. tit. de restituito.

Quinto facit l. absentem. §. si. infra eod. vbi captus ab hostibus non censetur absens, & ideo procuratorem constituere non potest: secus si à latronibus detineatur. Veruntamen æquiparantur hostes & latrones, quado subest eadem ratio: vt si metu hostium vel prædonum donauerit bonasua, censetur esse donatio causa mortis. l. 3. ff. de donatio. causa mort.

Sexto eius qui ab hostibus captus est bona venire non possunt, quadiu reuertatur. l. fin. ff. de priuileg. creditor.

Septimo si cum quis in hostium potestate esset, factum ei factum sit, & postliminio redierit, poterit quis dicere eum furti habere actionem. l. si cum quis. ff. de furtis. Et lege Hostilia permiffum erat agere furti nomine eorū, qui apud hostes essent. §. præterea. de his per quos agere possumus. in Instiit.

Non omnittendum est, quoad ius diuinum & canonicum duplicem nos habere hostem. Primus est interior, vt est mala voluntas. ca. paratus. in fin. 23. q. 1. & vitia luxurie, vanæ glorie, & alia quæ nos circumducunt, de quibus diuus Paulus scribit ad Galat. 5. ca. Et multo quidem seipsum, quam hostem superare operosius est. Valer. li. 4. c. 1. plene Lucas de Penna in l. i. col. 1. & 2. C. de re militar. lib. 12. Ioan. Fab. in proœm. Insti. Exterior hostis est homo. Et exteriorem hostem pugnarem debet necessitas, non voluntas deprimere. c. noli. 23. q. 1.

Inde hostilis & hostile est, quod ad hostem perinet. l. transfugam. ff. de acquir. rerum domi. sic dicente: Transfugam iure belli recipimus, & quæ res hostiles apud nos sunt, non publice, sed occupantium sunt. Et hostile aliquid agere seu hostiliter, est tanquam hostis aliquid moliri: nempe iuriconsul. ait hostile, & abominandum esse ciues Romanos aliàs, quam per portas egredi. l. si. ff. de rerum diuis. Hostili animo contra Principem animati. l. si. ff. ad legem Iul. maiesta.

Hostorium est radius, siue instrumentum, quo raduntur mensuræ. vnde natum est prouerbiū, Sine radio cumulare, seu absque hostorio: quod est affluenter & vltra mensuram congerere, teste Cælio lib. 6. ca. 4.

Decernimus. id est constituimus, sancimus, censemus bellum faciendum esse. l. amissione. §. qui deficiūt. ff. de capit. deminutio. ibi, sed & hi quos senatus hostes iudicauit. l. si. §. mista. de munerib. ibi, Herennius Modestinus notando & disputando bene & optima ratione decreuit. l. i. quod quisque iuris. ibi, decerneretur. id est statueretur.

Decernere quæstionē accipitur pro eo, quod nunc dicimus ordinare, vt fiat informatio, & vt contra delinquentem procedatur. Budæ. in l. 2. ff. de orig. iuris. Ego vero putarem decernere quæstionem à iudice tunc dici, quando constituit ex vrgentibus coniecturis cuidam infligendam esse quæstionem, & illum torquendum machinis quibusdam secundum variam locorum consuetudinem

ma est ex cōmunicatu.

Captus à Christianis non habet iura postlimini.

Captus ab hostibus non constituitur procurator.

Bona eius qui ab hostibus est captus, non venduntur.

Duplices sunt de iure diuino.

Hostilis & hostile quid.

Hostorium quid.

Decernere quæstionem quid.

tudinem, vt per totum titul. ff. de quæstio. Decernere honores, imponere, indicere. l. iniuriarum. §. si quis de honoribus decernendis alicui passus non sit de cerni. ff. de iniur.

Decernere prouinciam, assignare: & decreta prouincia, assignata. l. i. & l. obseruare. ff. de offic. proconsul.

Decretum quid. Decretum etiam dicitur autoritatis interpositio, quam index in rebus ecclesie vendendis, fisci, aut minoris interponere, vt rite fiat alienatio, solet. ca. fine exceptione. 12. q. 2. & per totum titu. de reb. eccles. non alienand. & in l. i. C. de fide instrumen. & iure hasta fiscal. lib. 10. ac in rub. C. de præd. minor. sine decreto non alienand. De hoc plene scripsi in rub. de conclus. Lateranen. concilij, in verb. decretis. in concordia. Francia.

Decretum & sententia definitiua differunt. Et differentia est inter decretum & sententiam definitiuam: quod hæc totum definit negotium per condemnationem, vel absolutionem. l. i. ff. de re iudica. Decretum vero non requirit condemnationem vel absolutionem, sed tantum iudicis autoritatem, causa facta cognita interpositam. l. i. ff. de consil. Princip. & §. sed & quod Principi. de iure natur. in Insti. l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eorum.

Inde lege Iulia repetundarum tenentur, qui cum aliquam potestatem haberent, pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum, decernendum, ve acceperunt. l. 3. ff. ad legem Iul. repetunda. vbi gloss. dicit decernendum aliquem honorem vel munus. ego quoque interpretar ibi decernendum, id est autoritatem interponendum: videlicet si iudex accipiat pecuniam, vt perperam decretum interponat in re minoris, ecclesie, vel fisci vendenda, lege repetundarum adstringitur, vt ibi. & sic amplio legem illam in meis no. interpreta.

Vnde ambitiosa decreta, quæ per gratiam & fauorem facta, & statuta sunt. l. ambitiosa decreta decurionum rescindi debent. ff. de decret. ab ord. faciend. facit l. seruo. §. cum prætor. ff. ad Trebell. & l. 3. de minor.

Decretum interdum potest etiam pro sententia accipi. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. l. decreta. de re iudica. l. penul. de iustit. & iure.

Decretalis bonorum possessio est, quæ causa cognita, & iudicis decreto decernitur. l. 3. §. decre talis. ff. de success. edicto. Et quæ sit ratio, cur decretum in bonorum possessione requiratur, & non in additione, tradit Ias. & alij in l. i. C. qui admitti. & Alcia. lib. 4. paradox. quam rationem reprobat Arnal. Contad. Narbon. in tract. de bono. possess. & Francisc. Zoanner in lib. restit. ad 50. lib. ff. ca. 2.

Decreta Principum, iudicia, placita, constitutiones. l. 2. in princi. ibi, edicto decreto ve Principum tibi concessum est. ff. ne quid in flumi. public.

Decreta ordinis sunt statuta societatis, corporis, vel collegij, vt in tit. de decret. ab ordi. facien. vbi illa decreta, quæ non legitimo numero decurionum coacto facta sunt, non valent. l. 2. ibidem.

Latrones qui dicantur. Ceteri latrones, aut prædones sunt. Latrones sunt, qui per vim furantur, vel spoliando homines, vel occidendo, siue semel, siue pluries: reiecta opinione glo. in authen. sed nouo iure. C. de seruis fugiti. Angel. & Paul. ibidem. plene Iacob. Boulenc. per illum tex. in l. capitalium. §. famofos. in princi. ff. de penis. l. absentem. in fi. infra eod.

Vt sic vult innuere text. quod illi qui indicunt bellum non iustum, sunt potius latrones & prædones, quam hostes: quia hostes in bello iusto iu-

re agunt, sed illi furantur, & deprædantur homines: sicque puniendi sunt tanquam fures & latrones: tam in foro conscientie quam in foro seculi, si apprehenderentur. sed quia communiter sunt potentes, apprehendi vix possunt, sed iudicio Dei referuntur.

Aut potius vult tex. bellum non alias dici, nisi quod publica autoritate, vel supremi Principis indictum est: tuncque vere hostes appellari, vt omnia belli iura locum habeant. Quod si priuatum & ab eo qui non habet potestatem, bellum suscipiatur aut indicatur, nihil iure belli bestagij, & nec quidem hostes appellandi, sed latrones aut prædones.

Hinc videmus lege Regia prohibitum, ne quis priuatus indicat bellum alteri. Contra quod si quis priuata sua autoritate bellum indixit, non tanquam hostis hic indicens, sed tanquam latro affici debet, & tenetur ad restitutionem eorum, quæ alter impendit in hac latrocinij defensione, vt scribunt theologij, sicque grauitur animaduertendum esse in Vaconia contra latrones quosdam, quos vulgo bandolliers vocant.

Item si quis filium cum nouerca adulterantem occidit, magis latronis quam patris iure occidisse videtur. l. diuus. ff. de parricid. quasi volens dicere, quod pater occidens filium cum nouerca se commiscens, magis occidit eum vt aliàs latronem, quam iure patris: quia pater non potest occidere filium, tamen latronem iure quilibet occidere potest, si te aggrediar. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. l. scientiam. §. si. ad legem Aquil. Et sic tanquam latro occiditur filius iste adulterans nouercam.

Prædo autem is dicitur, qui rem quam scit ad se non pertinere inuadit, & qui nullam possidendi causam habet. l. si de fundo. ff. de vi & vi arma. ibi. si de fundo proprietarium prædo expulserit. l. sed & si lege. §. quod autem. i. ff. de petit. heredita. ibi, quod autem ait senatus eos qui bona inuassent, loquitur de prædonibus, id est de his qui cum scirent ad se non pertinere hereditatem, inuassent bona, scilicet cum nullam causam haberent possidendi.

Secundo qui rem sibi debitam propria autoritate accipit. l. si ex stipulatione tibi Stichum debeam, & non tradam cum, tu autem nactus fueris possessionem, prædo es. ff. de acquir. possess. Vnde in possessionem mittendi sunt emptores, & alij acquirentes res iusto quouis titulo.

Quod etiam in beneficiis quidam procedere dicunt, de quo plene scripsi in tit. de pacific. possess. in concordia. & in eodem tract. post Panor. in ca. transmissam. de elect. & gl. in pragma. sanct. in tit. de pacific. possess. & nouissime in praxi beneficial.

Tertio prædo est, qui rem suæ administrationis sibi post rationem redditam retinet. l. Pomponius. 6. ex facto. ff. de acquir. possess. ibi, prædone possidete.

Quarto prædo est, qui frumentum quod exercitui mittitur, emit: & capitali poena plectitur. l. si. C. quæ res vendi non possunt.

Quinto prædo dicitur aduocatus vel procurator, qui de quota litis paciscitur, vel vltra debitum à clientibus exigit salarium. l. si qui aduocatum. C. de postuland. Bal. in margar. in verb. aduocatus. 12. q. & idem in iudice probatur in l. omnes. C. ad legem Iul. repetund. Et milites, qui vltra stipendia data aliquid exigunt. c. militare. 23. q. 1.

Sexto prædonis loco intelligendus est, qui ratiociniam fide interposuerit, vt non captiui restitueret. l. prædonis. ff. de petit. hered. Hippol. singular. 388.

insti sunt latrones.

Prinatus non potest aliorum iure bellum indicare.

Pater occidens filium cum nouerca adulterantem, iure occidit.

Prædo quis dicitur multis modis.

Aduocatus capiens vltra debitum est prædo.

Capti in bello non sunt ferui.

Captus soluit pretium. λύτρον, & λύτρον, & λύτρον.

Pretium ad eum qui cepit hostem pertinet, vel diuiditur.

Pretium si excedat milia decem, ad Principem pertinet. Arctium.

Rex non tenetur soluere redemptionem nisi militis.

Redemptus non habens unde soluat, tenebitur seruire reductoris. Bona mobilia sunt ea pignora, & immobilia Principis.

Hostes ad liberan-

ITA IUS ESTO, latissima potestas tributa videtur, & heredes instituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque constituendi: sed interpretatione coangustatum est vel legum, vel auctoritate iura constituentium.

Hic declaratur ista lex 12. tabularum, ut quisque legasset, sua res in ius esto. id est prout quisque disposuisset, & de re sua statuisset ad alium post mortem transferenda, pro iure seruandum est: ut sequitur, & probat l. ff. ad legem Falcid. & §. disponat. in authen. de nupt. colla. 4. Et huius legis meminit Cicero lib. 1. rhetor. ad Herennium. Verum latiori significatione capitur hoc verbum legasset, quia in tit. de lega. ff. & C. videlicet pro disposuisset: ut postea declaratur in hoc tex. & in l. 1. ibi, dare legare vult. ff. ad legem Falcid. Bar. & alij in l. 1. ff. de leg. 1. dixi in l. 1. §. stipula. supra eo. Et hoc statutum est, quia expedit reipublicae voluntates defunctorum executioni mandare. l. vel negare. ff. quae admod. testam. aperiant. Vnde quando non est qui legatum petat, utpote relictum pauperibus, tam procurator episcopi in curia officialis, quam procurator Regis in curia laica illud petere potest. & hoc vidi seruari in forensi iudicio, per rex in l. hereditas. ibi, tamen Principali, vel Pontificali auctoritate compelluntur. ff. de petit. heredita. facit l. ossa. de religiof. scripsi in tracta. de sentent. prouiso. in praef. num. 77. & seq. in 1. tomo commentar. in consti. Reg. Gallie. Et hoc verbum legasset est verbum antiquum, quo veteres utebantur Legislatores: at nunc in usu non est.

Voluntates defunctorum debent executioni mandari.

Sua res verbum.

Sua rei. Per hoc verbum suae elucidatur, de qua re possit quis disponere, videlicet de sua: quod dominium importat. l. Quintus. §. argento. ff. de auro & argen. lega. scripsi in l. meorum. supra eo. & in l. pupillus. §. si. eod. nam suae quidem rei quisque moderator est, & arbiter non omnia negotia, sed pleraque ex proprio animo facit. aliena vero negotia exacto negotio geruntur. in l. in re. C. manda. Et sic de realia disponere non est licitum etiam per rescriptum Principis, siquidem auferre non potest dominium de iuregentium. gl. in l. 2. C. de precib. Imperator. offerend. nisi iuris auctoritate hoc fiat: utpote si iudex, procurator, tutor, vel creditor rem alienam ex causa vendant. §. 1. quib. alienari licet. in Inst. l. bona fidei. supra eo. Et non solum disponere de re sua quisque habilis potest, sed etiam abuti. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. heredita.

Ius esto, quid denotet.

Ius esto, id est pro lege, pro iure illa dispositio habeatur, firmum & stabile sit, & ut voluntas testatoris pro lege seruetur, dicit Alber. per §. disponat testator, & erit lex. in authen. de nupt. colla. 4. & ista est phrasis, ac dicendi modus Iurisconsulti per familiaris, ut in l. 1. ibi, ius potestasque esto. ff. ad legem Falcid. vbi multa citantur alia iura. Verum enimvero quia in hac dictione Iurisconsulti variis vtuntur modis, ad illos animaduertite. Interdum Iurisconsult. ait Recte intulit, id est iure licito. probat l. 3. ff. quod met. caus. ibi, sed vim accipimus atrocē, & eam quae aduersus bonos mores fiat, non eam quam magistratus intulit, scilicet iure licito, & iure honoris quem sustinet. l. 1. de proxenet. l. si minor. 2. ibi, in integrum restitutionem aduersus talem obligationem iure desiderant. l. cum a te. in fi. ibi, replicatione iure uti poterō. de dolo. l. 1. de oper. noui nuntia. Et tunc exponitur pro recte, merito.

Iure datus procurator. l. filiusfamil. §. 1. ff. de procurator. ibi, & erit iure ab ipso filiofamil. procurator datus.

Hoc ius possidens tuendus est. l. 2. in fi. ff. communia praedio. l. fin. ff. de itinere actiuque priua. ibi, ius fundi possedisse oportet, & sic iubet possideri.

Iure & merito. l. in fraudem. §. si principalis. ff. de iure fisci. ibi, iure ac merito restitui postulat.

Interdum Iurisconsult. & frequenter vtuntur meo iure, tuo iure, suo iure: & idem est, quod aliquid agere facereve mea facultate vel auctoritate, vel concessa mihi omnium libertate & potestate, recte Budae. in l. usufructuarius. ff. de usufruct. quod probat per Ciceronem & rhetores: sed ego potius in Iurisprudencia probationes a Iurisconsultis petendas esse censeo. Declarat quoque Adria. Cardi. in lib. suo de sermo. Latino.

Meo iure. in l. fluminum. §. si. & l. Proculus. ff. de damno infect. ibi, in qua iure meo usus sum. l. 1. §. denique. quod vi aut clam.

Tuo iure. in l. Proculus. ff. de damno infect. ibi, eaque iure tuo altius tollas.

Suo iure. l. is qui duo. ibi, an possit id iure suo facere, necne. ff. de seruitu. rusticor. praedior. Et dicitur suo iure uti, quando vtitur illo iure pro suo, ac si ius suum haberet, credens id ius ad se pertinere. probat l. si. ff. quemadmod. seruit. amittant. ibi, seruitute usus non videtur, nisi is qui suo iure uti se credit. ideoque si quis pro via publica alterius seruitute usus sit, nec interdicitur, nec utilis actio competit. l. si. ff. de itinere, sic dicente: si per fundum tuum nec vi nec clam, sed precario commauit aliquis, non tamen tanquam id suo iure faceret, sed si prohiberetur non facturus, inutile est ei hoc interdicitum. probat tex. in l. 1. §. Aristo. de aqua quotidia. sic in quens. Aristo. putat eum demum interdicitum hoc habere qui se putat suo iure uti, non eum qui scit nullum ius se habere. Et non videtur dolo malo facere, qui iure suo vtitur. l. 3. §. is tamen. ff. de liber. homi. exhib. l. nemo videtur dolo. de reg. iur. l. 3. §. si emancipatus. r. ibi, cum possit a iure suo uti, eumque exheredare. de bonor. posses. contra tabul. l. 1. §. post editum. de ventre inspiciendo.

Suo iure in iurisdictionem habere quid sit.

Suo iure iurisdictionem habere, est habere iurisdictionem ordinariam, non delegatam. l. more maiorum. ff. de iurisd. omnium iudic. ibi, more maiorum ita compertum est, ut is demum iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure, non alieno beneficio habet. l. eos. de decurio. ibi, quam iure suo ita aediles officio isto fungantur.

Suo iure possidere, est suo iure uti. l. Titius. ff. de iure fisci. vbi est bonus casus. l. si is qui. §. 1. ibi, vel iure suo possideant. ff. de inofficiof. testa. vbi reiecta opinione gl. exponerem iure suo, id est titulo iusto. nempse si filius exheredatus argueret vel lit testamentum inofficiosum, & postea fuerit institutus ab extraneo herede patris sui, hoc potest si eam portionem non possideat, vel iure suo possideat, utpote quia eam emit, aut alio titulo legitimo possidet, tunc ager de inofficiof. ad rumpendum testamentum patris, ut videlicet illa portio quam iure suo possidebat, iure demum hereditario habeat, & a patre suo.

Ius vendendi. l. bona fidei. supra eo. Ius ipsius. l. quod dicimus. infra eod.

Iure militare. l. qui cum vno testiculo natus est, vel amittit, iure militabit. ff. de re militar. quae phrasae tanquam faciles expositionem non egent.

Iure pristino. l. filiusfamil. ff. de castren. pecul. ibi, quibus heredibus cessantibus iure pristino pater habebit.

Iure

Iure conuenit. l. Lucius. ad municipal. l. 2. in fi. de administra. rerum ad ciuita. pertinen. l. penult. de negot. gest.

Iure succedere.

Iure succedere. l. 4. de decurio. vbi sic dicitur: Decurio qui prohibetur conducere quaedam, si iure successerit, in conductione remanet.

Iure proprio.

Iure proprio. l. 1. in princi. ff. de actio. & obliga. ibi, obligationes nascuntur aut ex contractu, aut ex maleficio, aut proprio quodam iure. l. pronuntiatio. §. 1. infra eod. Iure dominij. l. habere. infra eod.

Iure dicere.

Iure dicere. l. 1. ff. de variis & extraordinar. cognitio. ibi, praetor prouincia de mercedibus ius dicere solet, id est cognoscere, iurisdictionem exercere. Ius dicendi & cognoscendi. in l. pronuntiatum. supra eod.

Ius sanguinis.

Ius sanguinis. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. ius agnationis. l. ius autem agnationis. de pact.

Ius publicum.

Ius publicum. l. nihil. ff. de reg. iur. l. Nerarius. de religiof. l. ius publicum. de pact. l. 1. in fi. de iustit. & iure. §. si. illo tit. in Insti.

Iure pignoris.

Iure pignoris. in fin. ff. communi diuid. Iure hereditario. l. vel quae. ff. de religiof. Iure optimo. l. si mulier. ibi, quam iure optimo consecuti videntur. ff. de minor.

Iure aliquo.

Iure aliquo possidemus, id est aliquo titulo. l. verbum pertinere. infra eod. Ius terrendi & submouendi, elucidatur in l. pupillus. §. territorium. infra eod.

Ius demonstrare.

Ius demonstrare. l. ius demonstratum nomine patrisfamil. non solam personam. l. pronuntiatio. §. 1. versic. patet autem famul. infra eod.

Ius hereditum.

Ius hereditum. l. in conuentionibus. infra eod. Ius successiois. l. bonorum. 2. infra eod. Ius testandi. l. verba contraxerunt. supra eod.

Ius ipso.

Ius ipso. l. minor. 25. annis adito. ff. de minor. ibi, respon. hi qui debita exoluerunt liberati iure ipso non debent iterum conueniri, id est a iure liberati, quasi ab ipso iure vel ipso facto non est opus alia sententia priuationis, sed bene declaratoria. c. cum secundum leges. de haeretic. in 6. scripsi in arbor. feudor. Et siue dicatur iure ipso, siue ipso iure, idem est. l. in causae. 2. §. 1. ff. de minor. ibi, satis enim ipso iure mutus est. & §. Pomponius. ibi, non enim ipso iure, sed per conditionem minuta est. l. item. §. sed si ita. ibi, ipso iure id decretum nullius momenti est. quod cuiusque vniuersita. nomi. l. si tibi. §. 1. de pact. l. si vnus. §. pactus. ibidem. Nam hic verba transposita idem significant, ut dicam plene in l. bonorum possessio. infra eod.

Quando de iure dubitari potest.

Quando de iure dubitari potest. De iure dubitari potest, quando praesupposito facto quaestio est iuris: ut facto testamento an is qui fecit, testari potuit. l. eum qui. §. iudicibus de iure dubitantibus praesides respondere solent. ff. de iudic.

Quando de facto dubitatur.

Quando de facto dubitatur, quando factum est incertum: ut quis prior natus fuerit. l. Arethusa. & l. inde. ff. de statu homi. vbi Alber. & Bal. facit. l. Herennius. infra eo. vbi dicitur quaestio iuris, vel facti.

Dubium in iure quando dicatur.

Dubium in iure quando dicatur. In iure dicitur dubium consistere, quando quaeritur quid iuris sit in facto, quando de facto. l. pen. ff. de capit. deminutio. ibi, quia tale legatum in facto potius, quam in iure consistat: videlicet tunc quaeritur de facto, an viuat is cui relictum est, vel an mortuus sit: & non de iure, an valeat legatum.

Ius commune quid.

Ius commune quid. Ius commune est, quod omnibus obuiam est, non singulare, id est alicuius populi, ut est nostrum ius ciuile factum ad singulorum utilitatem. de

quo in l. iurifgentium. §. si paciscar. ibi, & generaliter quoties pactum a iure communi remotum est, seruari hoc non oportet. ff. de pact. Vel iure communi uti, est uti non iure socij, vel singulari, sed omnium iure & vulgari. l. an vnus. in fin. ff. si feruit. vindicet. l. quae dubitationis. ff. de reg. iur.

Iure honorario, id est pratorio. l. si tibi. §. de pignore. ibi, iure honorario nascitur ex pacto actio. ff. de pactis. scripsi in l. creditores. supra eod.

Iure honorario.

Iure ciuili, aut gentium. l. usufructuarium. ff. de usufruc. l. creditores. & l. sciendum. supra eod.

Iure ciuili.

Ius reuocandi domum, id est declinandi forum. l. nec non. §. si cum in prouincia. ff. ex quib. caus. maior. ibi, si ius reuocandi domum aduersarius habuit. & l. 2. ac l. heres absens. de iudic. vbi ius reuocandi domum habere censetur ij, qui iure domum remitti, & ad suum iudicem, petere possunt.

Ius domum reuocandi.

Ius crediti amittere, quod sibi debebatur. l. sed & pactus. in fi. ibi, & ius crediti amississe. & l. extat. ff. quod met. caus.

Ius crediti amittere.

Ius publicum inuocare, est iuris auxilium implorare, aduocando iudicem, vel illum qui ius reddit. l. si. in princi. ff. quod met. caus. vbi sic habetur: non est verisimile compulsum in vrbe inique indebitum soluisse, cum potuerit ius publicum inuocare, & adire aliquem potestate praeditum, qui utique eum vim pati prohibuisset.

Ius publicum inuocare.

Iure domicilij. l. heres absens. §. at si quis. ff. de iudic. Larius declarauit in tract. de domicil. elect. in 3. tomo commentar. in consti. Reg. Gallie.

Iure domicilij.

Ius ex sententia iudicis fieri, id est acquiri ius. l. qui repudiantis. in fi. ibi, hoc enim casu non creditur ius ex sententia iudicis fieri. ff. de inofficiof. testam.

Ius fieri ex sententia.

Iure filij pater potest testamentum, a quo recepit legatum, in officiosum accusare. l. filius. ff. de inofficiof. testam. id est nomine filij.

Iure viri, id est tanquam vir, tanquam maritus. l. inter. §. filiusfamil. & l. si vxor. de adulter.

Iure viri.

Iure Romano. l. 1. §. si quis ita. ff. de rei vindicatio.

Iure Romano.

Iuris proprietatis effectum, id est usum, exponit de Ripa in c. saepe. de resti. spoliator. vel potes exponere effectum pro utilitate. De multiplici iure scribit Lucas de Penna in rub. de iure fisci, l. 10. & Paul. de Citad. in tract. iuris patrona. in princip. Spiegel. in suo dictionario. In finibus alias huiusmodi phrasae per vos colligere poteritis.

Latissima potestas, id est amplissima. l. 1. ff. de iurisd. omnium iudic. vbi Bar. & doct. assignant differentiam inter latissimam & longissimam. scripsi in l. 2. supra eo. Et ista est declaratio Pompon. Iurisconsult. vsque ad finem.

Latissima potestas quid.

Tributa videtur. Verbum videtur denorat hic veritatem, licet plerumque fictionem, ut in l. natu raliter. ff. de acquir. posses. dixi in tract. meo de fictio. Et dic tributa, id est concessa. l. iustitia. ff. de iustit. & iure. & Insti. illo tit. in princi. l. bona fides. ff. de positi. l. tempus. de re iudica. l. immunitates generaliter tributa. de iure immunita. & l. semper. ibidem. Videte quae scripsi in Lager. §. stipendium. supra eod.

Videtur de notat veritatem.

At insistant gl. & doct. in l. 1. ff. ad legem Falcid. postquam lex duodecim tabularum liberam dedit facultatem legandi, quomodo lex Falcidia respondet, dedit lex Falcidia, id est daram declarauit, quam expositionem reprehendit, & merito Alciat. lib. 5. parerg. ca. 23. dicens legem Falcidiam dedisse, quia lex Voconia & Furia eam facultatem coangustauerant, quas leges postea Falcidius abrogauit. Ego vero praedictis opinionibus reiectis, dicerem legem duodecim tabularum dedisse facultatem

cultatem disponendi de bonis suis liberam, non restrictam ad aliquam partem; sed postea leges latae potestatem illam restrinxerunt. vnde Falcidia lex postea liberam facultatem dedit, id est concessit vsque ad dodrantem, non ultra: & sic non declaravit, quod iam erat derogatum legibus, scilicet Voconia & Furia: sed vere de nouo introduxit liberam legandam facultatem ad dodrantem vsque, non ultra. Et cum lex duodecim tabularum indistincte loqueretur, haec lex Falcidia rem omnem sub distinctione moderatur.

Heredes instituendi. Haec lex 12. tabularum permittebat generaliter de bonis suis disponere, & Pomponius hic eam declarat, quod videlicet lege duodecim tabularum generaliter concessum esse censeatur instituire filium vel extraneum, & vel vnum vel plures. §. 1. & §. vnus. & per totum. Insti. de heredib. insti. Sed hoc est postea coangustatum, vt infra dicitur. Primo ne liceat extraneum instituire, nisi relicta legitima filio, vel filiis. §. primum itaque, in authen. de heredib. & Falcid. colla. r.

Item non omnes heredes scribere fas est. Deportatus enim heres institui prohibetur, & alij descripti in l. 1. & per totum. C. de heredib. instituend. l. si in metallu. C. de his que pro non scrip. Alias personas scribit Lucas de Penna in l. fin. de delator. l. i. o. C. glo. & Bar. in l. si queramus. ff. de testam. Panor. & alij in rub. illius tir. extra.

Neque ex tempore, neque ad tempus, neque ex die heres institui potest. l. hereditas. §. 1. ff. de heredib. insti. §. heres. Insti. illo tit. Aliisque modis est restricta potestas heredes instituendi, vt potest videri per totum illum tit. ff. & C. de heredib. instituend.

Insuper notandum est, quod instituire in iure variis capitulis modis: pro heredem scribere & nuncupare, vt hic, & l. 1. §. ff. de heredib. insti. ibi, institutum autem heredem cum quoque dicimus, qui heres scriptus non est, sed solummodo nuncupatus, & per totum illum tit. & C. ac insti. & l. 1. §. sed si in duobus. ibi, heredes scripserit. ff. de bonor. postea, secund. tabul. Hinc institutio est ipse actus faciendi & instituendi heredem. l. 2. & per totum, ff. de heredib. insti.

Instituere licet, est eam inchoare vel preparare. l. desitisse, ibi, desistere est eum a negotio in totum abstinere, quod calumniandi animo instituerat. ff. de iudic. l. posthumus. §. si cum l. seq. l. filius in fi. de inofficio. testa. & l. nam & si. §. 1. ibidem. vbi primo dicit preparare, postea instituere.

Instituta lis, incepta seu mora. l. venditores. ibi, quae ob litem de proprietate institutam facta essent. ff. de verbo. oblig. l. 1. §. quia. quorum legato. l. cum in debitum. in fi. de condic. indeb.

Instituere iudicium, pro eodem. l. si. ibi, cum soluto matrimonio rerum amotarum iudicium contra mulierem instituitur, reintegrato rursus matrimonio soluitur iudicium. ff. rerum amotar.

Instituere causam, instituit agere causam, in l. de eo solo delatore, qui solus causam agere instituerat. id est constituerat, vel inceptorat. ff. de iure si sci. l. si priore iudicio. ibi, de occiso agere dominus instituerit. ad legem Aquil. l. Iulianus. qui strigla. cogant.

Instituere querelam, instituit querelam. l. non putauit. ff. de bonor. posses. cōtra tab. ibi, sane si velint inofficiosi querelam instituere, l. Papinianus. in princip. & l. cum qui. de inofficio. testam.

Instituere petere, idem. l. si sine, ibi, eandem pecuniam petere instituit. ff. rem raram haberi. l. duobus. ibi, agere simili actione instituit. de exceptio. rei iudica.

Instituere actionem, instituit actionem est intendere, agere, seu cōstituire. l. qui peritorio. ff. de rei vindic. l. ubi, qui

peritorio iudicio vtitur, ne frustra experietur, requirere debet, an is cum quo instituit actionem, possessor sit, vel dolo desit possidere. l. qui iniuriarum actionem per calumniam instituit. de iniur. l. & heredi. §. nos autem. de pact. l. Pomponius. de procurator. Vnde instituitur actio. l. senatusconsulto. ff. de offic. praesid. l. 1. & l. de atate. §. 1. & §. qui tacuit. ff. de interrogator. actio. & l. si filius. l. in fi. ibidem. Constituta actione vtitur Iuriscōs. in l. & tantum. §. 1. ff. de seruo corrupto.

Instituere accusationem, idem. l. 4. §. ff. de adulter. ibi, si autem extraneus instituerit accusationem, an superueniente marito permittatur accusatio. ff. de adulter. l. diuus. ad Turpil. In l. hi tamen. & in l. in eum. ff. de accusa. dicitur intendere crimen.

Instituta accusatio. l. si cui. §. iisdem. ibi, de ea que se ignorasse accusationem ab alio institutam. ff. de accusa. l. sciendum. §. si accusatio alicuius publice instituta sit, de legatio. l. si absentis. §. 1. ibidem. l. posthumus. in fi. & l. si instituta. de inofficio. testam.

Instituta poena, id est statuta. l. penul. ff. de parricid. ibi, poena parricidij more maiorum haec instituta est.

Instituere argentifodinas, in l. equissimum. §. 1. ff. de usufruct. vbi glo. pro de nouo incipere exponit, scilicet de nouo facere.

Instituere pro de nouo facere, in l. 2. §. merito. ibi, & ita solet Princeps, quoties aliquid noui operis instituendum petitur, permittit, ff. ne quid in loco public.

Institui, id est facere constitui, propositui, deliberari. l. qui luminibus. in fi. ibi, ad adificia que facere institui. ff. de seruitu. vrbano. praedior. l. si. de in rem verso.

Instituere nouum vectigal, pro constituit, dicitur tex. in l. vectigalia. ff. de publican. quod idem est, quod imponere vectigal. l. vna. in fi. ff. de ambitu. quod nemini licet, in rub. C. noua vectigal. institui non posse. Et imponentes noua vectigalia in bulla coena domini sunt excommunicati, vt patet ibidem. artic. 2. vbi elucidauit.

Instituere salicium est instruere, & in ordinem redigere. l. 3. ibi, sed & si quis salicinas virgas instituerit. l. salicij causa defixerit. ff. arbor. furtim caesa.

Instituere pastinam. l. diuortio. in fi. ff. solut. matrimo. expofui in l. impense. supra cod.

Instituere pueros, est instruere & docere. l. si pendentes. §. si serui. ff. de usufruct. ibi, si cum discipulis, vel arte instituerit.

Instituere pro destinare, ordinare. l. aut damnatum. §. hoc enim tantum distat a ceteris, quod instituuntur venatores. ff. de poenis.

Institutum, inceptum, inchoatum. l. pen. ibi, qui id opus facere. iunctis alijs verbis. ff. de pollicita. l. de vsu aquae. ibi, de riuus nouis inciuiliter institutis. de var. & extraord. criminib.

Instituere, constituere. l. quamuis. §. si cum essem. ibi, datur in te actio, quae instituit magis, quae restituit obligationem. ff. ad Velleian.

Instituta dicuntur interdum boni mores consilio & ratione desumpti. Quin. l. i. c. 2. & Valla lib. 4. ac Valerius li. 2. de institutis antiquis.

Vel est ius non scriptum, quod tamen certum habet auctorem, id est magnum aliquem auctorem, quem reliqui imitari non erubescant, teste Budaeo in annota. in Pandect. in l. 2. de orig. iuris.

Institutiones vero sunt praecepta, quibus inhibentur, & docentur homines, vt libri Institutionum iuris,

Et legata, scilicet dandi ex hac lege 12. tabul. l. i. bera

Instituere accusatorem.

Instituta poena.

Instituere argentifodinas.

Instituere vectigal nouum.

Instituere salicium.

Instituere pueros.

Instituere pro destinare.

Institutum pro inceptum.

Instituta dicuntur boni mores.

Institutiones quae.

Libera bera

Pater instituit extraneum debet filio legitimam relinquere. Heredes non omnes institui possunt. Heres ad tempus non instituitur.

Instituere multis modis sumitur.

Instituere licet.

Instituta lis.

Instituere iudicium.

Instituere causam.

Instituere querelam.

Instituere actionem.

rat potestas olim totas suas opes legandi.

bera siquidem erat potestas opes suas totas dandi, etiam si vniuersa legatis hereditas exhauriretur. l. 1. in princ. ff. ad legem Falcid. ibi, quicumque cuius Romanus post hanc legem rogatam testamentum faceret, is quantum cuique cuius Romano pecuniam iure publico dare legare voluit, is potestasque esto. & in l. cetera. ff. de lega. 1. dicitur cor pora omnia legari posse, & iura, & seruitutes: quo fiebat, vt plerique factio etiam testamentum heredem non inuenirent: & cum rubor quodammodo esset sine herede, decedere, & intereffet testatoris heredem habere. l. 1. & quis. ff. de interrogator. actio. §. 1. Insti. quib. ex caus. manumit. non licet. ob id iure coangustatum est: & lex Falcidia lata fuit, quae cautum est, ne minus quam quartam partem hereditatis ex eo testamento heredes capiant. l. 1. ff. ad legem Falcid. Et a C. Falcidio tribuno plebis sub Octauiano Caesare apud vrbe condita est haec Falcidia lex, vt docet tex. in ca. quaedam 2. distinct. licet gl. in d. l. 1. contrarium asserat.

Restricta quoque fuit a iure potestas legandi quoad personas, vt is tantum legare, qui heredes instituere, possit. l. 2. ff. de lega. 1. & illis demum legari permittit, quibus testamenti factio est. §. legari. Insti. de lega.

Circa etiam res potestas angustata est: vt res quarum commercium non habemus, legari prohibeantur, vt quae sunt contra bonos mores. l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de lega. 1. & l. idem Iulianus. §. costat. ibidem. & ea quae edibus affixa sunt. l. cetera. & l. fenatus. ibi. Aliisque modis restringitur dicta legandi potestas, vt videre licet per totum tit. ff. C. & Insti. de lega.

Et libertates dandi. Lex 12. tabul. potestatem dominis dandi libertates passim permisit. §. multis. & seq. Insti. de libertis. Sed haec quoque potestas restricta est ex lege Aelia Sentia, quae voluit Aelius Sentius, vt is qui eo animo, vt creditoribus fraudaret, manumiserit nihil agat. §. 1. & §. in fraudem. quib. ex caus. manumitte. non licet. l. in fraudem. & l. qui in fraudem. ff. qui & a quib. manumitter. l. 1. C. qui manumitter. non poss. Idem si in fraudem fisci. l. si in fraudem. ibidem. Et alijs modis, quos ibidem licet videre, & in rub. quib. ad liberta. proclama. non licet.

Tutelas quoque. Etiam ex lege 12. tabularum permiffum est parentibus liberis suis, siue masculini, siue foemini sexus sint, si modo in potestate sunt, tutores testamento dare, etiam posthumis filiis, vel nepotibus, vel ceteris liberis. l. 1. ff. de testam. tutel. Et lex 12. tabular. sic loquebatur: **TUTORIS LIBERIS IN POTESTATE TESTAMENTO PARENTES DANTO: SI NON SINT DATI, AGNATI QUI PER SVCCESIONEM SPERANT, VT Tutores svnto.** Igitur lex 12. tabularum dedit potestatem constituendi tutelas, id est dandi creandique tutores, vt in l. 12. tabul. dicitur, **PARENTES DANTO.**

Constituendi. Constituere accipitur pro statuere, creare, dare, dare. l. in tempore constituto indicatis. ff. de diuers. & temporal. praescrip. l. 1. vbi pupill. educar. debeat. ibi, & solet praetor frequentissime adiri, vt constituat, vbi filij alantur. & postea dicit, statuat. facit l. 1. §. 1. nauae, caupo. stabular. Et praetor ex consensu maioris partis creditorum curatores constituat. l. 2. de curator. bonis dand. l. interdum. 2. §. is qui furem. de furtis. l. non dubiu. de custod. reor. l. in feruorum. de poenis. & l. respiciendū. ibid. l. 1. §. solent. quand. appelland. sit. De hoc verb. plenius tractauit in l. locus. supra co.

Sed interpretacione coangustatum est. Iuriconsulti enim qui legem hanc 12. tabula. interpretati sunt, restrinxerunt, & voluerunt, quod illi tantum tu-

tores testamento dari possint, cum quibus testamenti factio est. l. testamento. 2. ff. de testa. tutel. id est qui heredes in testamento institui possunt. gl. ibi, & in §. legari. Inst. de lega. Ideoque spurius tutor dari non potest, teste Ludouic. Roma. singul. 82. quia non potest heres institui. l. si is qui ex bonis. ff. de vulgar. Ex hoc tamen non vidi spurium in forensi iudicio recusari, dum alias sit idoneus. Prohibetur quoque alij tutores dari, in tit. qui testa. tutor. dari possunt. & C. quād. mulier tutel. offic. fungi potest. vbi non omnes tutores dari possunt. Et si nemo adierit hereditatem, nō valet tutela constitutio. l. si nemo. 1. ff. de testa. tutel.

Item legitima tutela agnatis delata sunt l. 12. tabul. & consanguineis. l. 1. ff. de legitim. tutor. Et quibus testamento tutor datus non est, his ex lege 12. tabul. agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi. §. 1. de legitim. agnator. tutel. in Insti. Hoc etiam multum coangustatum est, vt nō detur tutor nisi satisfact, vt in rub. de satisfacta. tutor. Restrictum in hoc quoque est, vt non detur tutor suspectus, in tit. de excusa. tutor. & de suspect. tutor. in quibus alia videri possunt.

Notare possumus in super ex hoc tex. Iuriscōs. interpretationem esse necessariam: secus in doctorum interpretatione, nisi quatenus ratione aut lege fulciatur. l. 1. C. de legib. c. 1. de postula. praetor. Quo magis detestor triduanorum quorundam Iuriscōsultorum audaciam, qui sui vaniloqui adducunt auctorem Plautum in A sinaria, & in Aulularia, nec non alios quosdam historiographos, maxime a forensi negotio, eaque arte ciuili, quam tractant, alienos.

Vel legum. Etiam lex 12. tabula. per legum interpretationem coarctata est, vt ff. ad legem Falcid. cum similibus. multae enim sunt leges restringentes illam legem 12. tabularum quoad testamenta: quae multa superius descripsimus.

Auctoritate iura constituentium, vt pote Iuriscōsultorum, qui ab Imperatore potestatem habuerunt iura constituendi, id est condendi, & in ordinem redigendi. §. responsa. de iure natur. in Insti. Igitur auctoritate istorum Iuriscōsultorum coangustata est lex 12. tabul. tā quoad institutiones, quam quoad legata, libertates & tutelae, vt supra scripsi, ex interpretatione legum. Et iste verus est (vt reor) intellectus ad istam legem: quamuis doctor in l. 1. ff. de lega. 1. eam obtenebrent, & Lancelo. Politus in tract. substi. col. 2. & 3.

Et sic patet rem esse notabilem, & maioris auctoritatis propter praesentiam & auctoritatem facientis, vt hic, & l. 1. ff. ad legem Iul. de adulter. vbi sic dicitur: haec lex lata est a diuo Augusto. sicque maioris auctoritatis propter auctorem.

Auctor vero deducitur ab augēdo: auget enim confirmatque alios exemplo sui. Et ab auctore deducitur auctoritas. Cuius dictionis in iure quin quae reperit significaciones Alciat. lib. 2. parerg. c. 9. Prima est, vt ius rei suae vindicanda: qualibet vsucapione reiecta significet. vnde in lege Atinia, Quod subreptum erit, eius rei perpetua auctoritas esto. l. 4. §. quod autem. ff. de vsucapio. Et in l. 12. tabula. sic cauebatur: **ADVERSVS HOSTEM AETERNA AVCTORITAS ESTO.** id est perpetua potestas, & facultas agendi.

Secundo auctoritas, id est actio pro euictione, exponitur a Iuriscōs. in l. si. ff. de euictio. & Paul. lib. senten. 2. venditor si dominus non sit, auctoritatis manet obnoxius.

Tertio pro iure accipitur, quod quis ab auctore, id est venditore cōsecutus est. l. si. ff. de pignorat. actio. ibi, mora sibi controuersia de latitudine a vicino, quod alias probare nō poterat, petiit

Spurius nō datur tutor.

Agnatis tutela legitima deferuntur.

Interpretatio Iuriscōs. necessaria, nō doctorum.

Intellectus verus ad hanc l. verbis legis.

Res est maioris valoris propter auctorem.

Auctor non de dicitur. Auctoritas varijs modis sumitur.

Auctoritas pro euictione.

Auctor pro venditore.

à creditore, vt instrumētum auctoritatis à se traditum exhiberet. Et vulgò dicimus instrumētum tituli sui.

Quarto pro iudicis edicto. l. i. C. si cert. peta. in Theod. C. sed ego non inueni in meo.

Auctoritas pro mandato no.

Quinto pro mandato & iussu Principis seu senatus, in nouella constitutione C. Theodos. de indulgen. reliquorum. ibi, vix vno è prouincia decedente cum nouis auctoritatibus alter excurrit. facit. l. si. C. de vendend. reb. ciuita. lib. ii. & l. si. de omni agro deser. ibidem.

Auctoritas pro fama, praeminentia.

Sexto auctoritas accipitur pro fama, praeminentia, existimatione, momento, pondere, fide, & testimonio, vt hic. Vnde dicimus auctoritatem veterum, in l. saepe. in l. si. supra eodem. Et Cicero de senectute: senectus honorata maximam habet auctoritatem. Et Pompo. ait: quaedam scribuntur quae ad auctoritatem scribentis duntaxat referuntur, nec obligationem pariunt. l. Quintus Mutius. ff. de annuis lega. vbi in fi. adicit haec verba: in omnibus vbi auctoritas sola testatoris est, neque omnimodo spernenda, neque omnino obseruanda est: sed interuentu iudicis haec omnia debent, si non ad turpem causam referuntur, ad effectum perducunt. l. auctoritatem. C. vnde vi.

Auctoritas pro approbatione.

Septimo auctoritas pro approbatione sumitur in tit. de auctorita. tutor. hocque declarat Paulus Iurifcon. l. 3. ibidem, his verbis: etiam si non interrogatus tutor auctor fiat, valet auctoritas eius, cum se probare dicit id, quod agitur. hoc enim est auctorem fieri.

Auctoritas pro voluntate.

Octauo pro voluntate seu temeritate, quando sine iudice, vel titulo quis rem accipit. l. si ex stipulatione. ff. de acquiren. possess. l. extat. quod met. cau. l. diligenter. ibi, auctoritate illicita, nec appetito colore sacri oraculi huiusmodi aliquid pertentatum fuisse dicitur. C. de aqueductu, lib. ii. ca. eum qui de praeb. lib. 6.

Auctoritas pro vi & effectu.

Nono pro vi & effectu, vt i. iurandum specie transactionis continet, maioremque habet auctoritatem quam res iudicata. ff. de iureiur.

Auctoritas quid.

Auctorari est auctoritatem praestare, auctor esse fore fieri. l. 3. & l. si pluribus. cum l. seq. ff. de aucto. tutor. vbi quod in vna lege dicitur tutor auctoretur, in aliis legib. dicitur auctor fiat. l. obligari. §. tutor. ibidem.

Inde auctorare militem, dicimus sacramento militiae obligare. Budae, in l. 2. per illum text. ff. de his qui no. infam.

Exauctorare quid.

Contrarium exauctorare, est ab ea obligatione militem soluere, & illum dimittere: qui si ignominiae causa missus fuerit, in famis fit. l. 2. §. ignominiae. ff. de his qui no. infam. ibi, sed si ista exauctorauerit, vt insignia militaria detraheret, inter infames efficit, licet non addidit ignominiae causa se ita exauctorasse.

Et quamuis in hoc Iurifconsultum Valla reprehendere velit, quem sequitur Florid. in interpret. iuris: nec tamen sententia reprehendi non mereatur. mea enim in libris correctis legitur, quemadmodum ipsi recitant, sed vt supra scripsi. Iurifconsultus vero declarat dupliciter exauctorari posse militem: ignominiae causa, cum ei militaria insignia detrahuntur. l. proditores. ff. de re militari, quod nos vulgò dicimus degradari. In clericis, cum videlicet insignia ratione officij clericatus, aut senatoriae dignitatis collata, propter delictum auferuntur. de quo in c. degradatio. de poenis. in 6.

Miles duo bus modis exauctoratur.

Alias miles exauctoratur, quando simpliciter dimittitur, & comitatus illi datur, non auferendo insignia militaria. l. qui cum vno. §. no. omnis. & §. exauctoratus. ff. de re militari. Quibus non pugnant historiographi, sed omnia recte concilian-

tur. Inde exauctoratus miles, sacramento solutus, & à belli acie dimissus, vel cingulo priuatus. d. §. exauctoratus.

Authenticum instrumentum quid vocetur, scripsi artic. i. in glo. 7. authentique. in trac. de liter. obligator. in i. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. De Auctore multa aliò dicenda transfero, ne legis huius proluxa forte nimis interpretatio tedium afferat.

Authenticum instrumentum.

IDEM LIB. QVINTO.

Lex cxxj.

Vsura pecuniae, quam percipimus, in fructu non est: quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est: id est est noua obligatione.

Sensus huius legis est, quod vsura non computatur inter fructus: nec enim nascitur ex ipso corpore. Nam aureus vel solidus non potest alium generare vel parere, nec fructu facere ex seipso: imo est contra naturam, nec in fructu computatur. Quia vsura ex alia causa est, id est ex noua obligatione venit: vt potest si ex stipulatione promittatur, non alias in contractibus fructu iuris. l. 3. C. de vsuris. sed in bonae fidei contractibus debentur non solum ex pacto incontinenti appposito, sed etiam ex mora. l. i. ff. de vsuris, & in l. in initio. C. de pact. inter emptor. & venditor. De noua obligatione scripti in l. sylua. §. noualis. supra eod. & Papinia. ait: vedtura, sicut vsura, non natura prouenit, sed iure percipitur. l. si nauis. de rei vindic.

Vsura non computatur inter fructus.

Sed hodie vsura quantumuis promittatur per stipulationem non debetur, quia ab Euangelio Lucae 6. est reprobata, his verbis: date mutuum, nil inde sperantes. Est enim turpe lucrum. c. quoniam. 14. q. 4. & c. quoniam. 47. dist. vt non immerito Hebraei vocent eam mortuum, Exod. 22. cap. mordendi enim officium vsurarius exercet. Stipulatio vero turpitudinem continens est improbat. l. si plagij. de verbor. oblig. etiam si per iuramentum esset vsura promissa non deberetur, nisi prout loquitur cap. debitores. vbi dixi, de iureiur. imo belle inquit tex. in c. si quis. 14. q. 4. Si quis vsuram accipit, rapinam facit, vita non viuat. Et sic differt vsura à fructu. Fructus enim ex re prouenit. l. item. §. i. ff. de vsufruc. & ex fundo siue corpore nascitur & renascitur. l. diuortio. §. si vir. ff. soluto matrimo. à fruendo vel ferendo dicitur, secundum Iacob. Currium in lib. 2. cōiectural. c. 12.

Vsura si promittatur, non debetur.

Stipulatio continens turpitudinem, reprobat.

Vsura autem ex ipso pretio lucrum quoddam est ratione mora procedens ex conuentione vsus nomine: vsuraque dicitur, quodcumque forti accedit: & quod velis, ei nomen imponas, vsura est. vnde ait tex. in l. si. C. de vsur. neque vsuram vsurarum accipies, neque omnium rerum: scilicet cum amplius requiritur, quam datum fuerit. exempli gratia, cum solidos decem praestitisses, & amplius quaesieris: aut si dederis frumenti modium vnum & insuper aliquid exegeris.

Vsura & fructus differunt.

Item eadem vsura est, & vestis vsura est. c. plerique. 14. q. 3. c. vsura. ibidem. Et in c. putant quidam scribitur: vsuras quidam putant tantum esse in pecunia: quod prauidens diuina scriptura omnem aufert superabundantiam, vt plus non recipias quam dedisti. & sic quicquid accedit forti, vsura est. c. consuluit. de vsur. quod intellige, quando à principio fuit conuentum: alias secus, teste Ioan. Andr. in regul. peccatū. de regul. iur. in 6. & Cardi. in clem. i. §. si. de vsuris. Dec. in l. rogasti. §. si tibi. in fi.

Vsura est, quod sibi accedit.

Esca & vsura est.

Hereticum est dicere vsuram non esse prohibitam.

in fi. ff. si certum peta. Et hereticum est dicere vsuram non esse prohibitam, nisi dolo vel fraudi proxima sit, prout vidi quosdam neotericos grauius scriptis etiam suis in hoc lapsos esse.

Hereticum est dicere vsuram non esse prohibitam.

Vtilitas huius legis esse potest, quod ille qui tenetur ad fructus, non tamen ad vsuras tenebitur, vt mafidei possessor hereditatis. l. sed & si lege. §. quod autem. ff. de petit. heredita. & facta mentione de fructibus, nusquam intelligitur vsura. c. quia frustra. ibi, vsuris vel fructibus. de vsuris.

Heres qui differt solvere legatum loco pio, tenetur ad fructus & vsuras.

Nisi hoc exprimeretur, vt in §. si autem heres. versic. si autem distulerint. in authen. de eccles. tit. colla. 9. vbi heres, qui distulit soluere legatum loco pio per sex menses, debet praebere legatum, & fructum & vsuras. Et ita fructus appellatione non venit vsura, cum ibi vtrunque exprimitur.

Condemnatio ad restituendum fructu rei, non sufficit ei restituere sine alio fructu, vt scripsi in l. restituere. i. supra eod.

Item cōdemnatus ad restitutionem fructuum rei, vel beneficii, non tenetur restituere vsuras, per istum tex. vnde si fuerit ei pecunia numerata, sufficit ei restituere sine alio fructu, vt scripsi in l. restituere. i. supra eod.

Ad haec constitutio Regia artic. i. tit. de fructibus.

Ad haec constitutio Regia artic. i. tit. de fructibus iuri conformis in l. mora. §. in bona fidei. & l. videamus. ff. de vsuris, statuens reum condemnandum ad fructus à tempore morae, non habebit locum in pecunia. Veruntamen si iudex videat aliquem temere litigasse super pecunia debita, poterit illum condemnare ad summam debitam, & pro interesse ad quindecim pro certum, iuxta extratrag. regimini. de emptio. & venditio. in tit. de expens. damnis & interesse. art. 9. vbi etiam scripsi in 3. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic.

Tutor tenetur ad vsuram.

Præterea tutor, qui pecuniam pupilli non locauit, vel ad emptionem praediorum, vel ad honestum lucrum, tenetur ad vsuras, per l. tutor qui. §. si post depositionem. ff. de administ. tuto. quod etiam de iure canonico locum habere censet Panor. in cap. cōquestus. in fi. de vsuris. veluti etiam aucto fuit comprobatum anno 1530. die 22. Nouembris.

Arrestum.

Item quamuis vsurae non sint in fructu, vicem tamen fructuum obtinent. l. vsura. ff. de vsuris. vbi vide gl. & dicitur fœnus, quasi fœtus, ad imitationem Graeci sermonis, qui partum & vsuram arrestum fuit comprobatum anno 1530. die 22. Nouembris.

Vsura vicem fructuum obtinent.

Vsura vicem fructuum obtinent.

IDEM LIB. OCTAVO.

Lex cxxij.

Herennius ait, si ita scriptum sit, FILIIISQUE MEIS HOSCE TUTORES DO, masculis duntaxat tutores datos, quoniam à singulari casu, hoc est filio, ad pluralem videretur transisse, continentem eundem sexum, quem singularis prior positus habuisset. Sed hoc facti, non iuris habet quaestionem. Potest enim fieri, vt in singulari casu de filio senserit: deinde plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando voluerit. quod magis rationale esse videtur.

Duas partes haec lex habet. prima Herennij dictum continet cum sua ratione: secunda reprobat illius dictum assignando rationem. secunda ibi, Sed hoc facti. In libris antiquis est Herennius, in nouis est Seruius.

Sensus est, quod si quis tutores filio, filiisque suis dederit, Herennius vel Seruius dicebat filibus non datos: quia testator à singulari casu, filio & masculo, videtur transuisse ad pluralem eundem sexum continentem. Sed hoc facti quaestionem habet, videlicet an testator voluerit transire ad pluralem cum eodem sexu, & non iuris. ob id non responderetur, an voluerit transire ad eundem sexum. Sed hoc Iurifconsultus dicit esse posse, quod in singulari senserit de filio masculo, & postea in plurali de omnibus liberis: vt sic filibus etiam prospexisse videatur, cum haberet vnum filium, & plures filias: & filiorum appellatione feminae veniunt. quod aequitati consonat, & tenendum est.

Dans tutores non expresso filij nomine, omnibus dedisse videtur.

Igitur si quis filij nomine non expresso tutores dederit, cum plures haberet, omnibus dedisse videtur: quamuis Pompo. dubitet, vt asserit Vlpia. in l. si quis ita. ff. de testam. tutel. multo magis quādo vtrunque expressit, vt est in hoc tex. quippe geminatio aliqui operari debet, vt in l. ballista. ff. ad Trebell. & per Corset. in suo tract. de geminatio. sub tract. de potestate Regia.

Dans filios tutores, & filias dedisse videtur.

Ira si quis tutores filii dederit, & filias de diserte videtur. in d. l. si quis ita. non tamen nepotibus, nisi fuerit vsus verb. liberorum. l. quid si nepotes. ff. de testam. tutel. Alia faciliora esse arbitror, quā vt interpretatione indigeant.

Colligemus vero primum ex nostro tex. quod magis rationale sequendum est. Vnde pro causis in senatu decidendis litis expositor & relator solet in vtranque partem rationes adducere, vt demum iudices videant, quid potius sequendum.

Secundo quod ad quaestionem facti non respondet Iurifconsultus. videlicet an testator voluerit transire de singulari ad pluralem eiusdem sexus. facit l. cum quem. §. i. ff. de iudic. dixi in l. verbis. supra eod. Ex coniecturis tamen dignosci potest voluntas testantis. l. si seruus plurium. in fi. vbi gl. & doct. ff. de lega. i.

Singularis casus. Singula familia. Singulares persone.

Singularis casus hic, singularis appellatio, in l. in vsu. infra eod. oppositum ad plurale est nomen. Singulae familiae pro vnaquaque. l. pronuntiatio. §. i. infra eod.

Singulares personae dicuntur ad differentiam vniuersarum. d. l. pronuntiatio. In singulos, id est contra singulos. l. penul. in fi. ne quis cum qui in ius voca. est. vi eximat. ibi, hoc iudicium in factum est: & si plures deliquerint, in singulos dabitur.

Procurator vniuersitatis non est singularium.

Hic quoque de plurali casu loquitur Iurifconsultus. & in l. non est sine liberis. infra eod. & de plurali numero in regul. pluralis. de regul. iur. in 6.

Procurator vniuersitatis non est procurator singularium. l. 2. ff. quod cuiusque vniuersita. no. Aliud porro sunt singuli, aliud vniuersi. l. cum qui. ff. de vsucapio. Singuli de vniuersitate, vel ciuitate sunt idonei testes vniuersitati, vel ciuitati, si non ipsi commodum habeant, vt in pascuis, quod casu repelli debent. l. tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuis. vbi Bar. Feli. in cap. in super. col. 2. de testib. & Iac. in l. sed si hac. §. patronum. col. vlt. ff. de in ius vocand. De singularibus testibus scripsi in tract. de reprob. restium.

Ius singulare quid.

Ius singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem constitutum est. speciale. l. ius singulare. ff. de legib. Singularia praeccepta specialia. l. singularia. ff. si certum peta.

Sentire pro percipere sensu.

Sentire est sensu percipere, intelligere, vti hic. Potest enim fieri, vt in singulari casu de filio senserit. & l. Nepos. ibi, nam qui ambigue loquitur, id loquitur, quod ex his quae significatur, sensu. l. cum quarebatur. infra cod. l. i. §. nauam. ibi, sed de excuratore solummodo prator sentit. ff. naua, caupo. stabul. vnde Vlpia. putat de ea restitutione sensum, quam Princeps vel senatus indulsit. l. i. §. de qua autem. ff. de postul. l. dicere. ibi, Sabinum non sensisse. ff. de arbit. l. nemo. in fi. pro socio.

Sentire pro opinari.

Sentire est opinari, iudicare. Inde sententia, iudicium illud quo sentimus, suffragium, voluntas, sensus ipse per quem intelligimus, & est cuiusque rei inuentione, teste Luca in l. 2. col. 3. C. de exacto. tributor. lib. 10. Et dicimus, quod per sensus anima subtilissime totum corpus agit vigore sententiae. Vnde & praesentia dicuntur. Est quoque sensus ille corporis vltimus, ex quo appellata est sententia, vt scripsi in interpret. l. quod iussit. ff. de re iudica.

Sentire pro subire, pati, amplecti, sustinere.

Sentire pro subire, pati, amplecti, sustinere: vt qui sentit onus, debet sentire commodum. regul. qui sentit. de regul. iur. in 6. Et aequum pratori visum est, sicut commoda sentimus ex actu inflitorum, ita etiam obligari nos ex actu ipsorum, & conueniri. l. i. ff. de inflitor. actio. Sed pro eo vtiur Imperator verb. amplecti, in l. vna. §. pro secundo. in fi. C. de caduc. tollend. Iurifconsultus vero pro eodem sustinere onera, dicit in l. is qui in potestate. §. si. ff. de lega. praestand. ibi, absurdum est illum commoda hereditatis habere, & alium onera sustinere. Et damnnum quod quis sua culpa sentit, sibi & non aliis debet imputari. regul. damnnum. de regul. iur. in 6. & in l. quod quis sua culpa damnnum sentit, non videtur damnnum sentire. ff. de regul. iur. & l. sed & si lege commissoria vendidit, idem erit dicendum lucrum quod sentit lege commissoria praestaturum. ff. de petit. heredita. l. si cum exceptione. §. in hac. ibi, lucrum tamen sensisse. quod met. caus. l. si quid igitur. ibi, damnnum vicinus sensisset. de seruit. vrbano. praedior. Societasque Leonina vocatur, quando sociorum alter damnnum totum, alter lucrum sentit. l. si non fuerint. §. Aristo. ff. pro socio.

Societas Leonina que.

Sentire percipere quid.

Sentire periculum, in l. aliud est capere. supra cod. pro subire. d. l. si non fuerint. §. i. ff. pro socio. l. cum & forte. de actio. empti.

Plenus quid denotet.

Plenus, id est amplius, fufius, copiosus, abundantius. Vnde Iurifconsultus ait: Plenus voluntates testamentum interpretatur, quam contractus. ff. de regul. iuris. & alibi. Duo genera tribuenda muneris publici vacationis sunt: vnum plenus, cum & militia datur; aliud exiguum, cum nudam muneris vacationem acceperint. l. penul. §. duo. ff. de vaca. muner. Et Celsus scribit licere responsi poenitere, si quis plenus postea instructus sit. l. de aetate. §. si. ff. de interrogator. actio. l. at si quis. §. plenus. ff. de religio. Plenus acceptum, in l. vt res. de contrah. emptio. l. 2. §. peruenisse. de hered. vel actio. vend.

Pleniora.

Pleniora. l. i. §. cum quis. ff. de quaest. ibi, quibusdam vero quae sunt pleniora, hoc cauerur.

Plenissimum.

Plenissimum. l. nouissima. ff. iudicat. solui. ibi, verbum enim abfuturum esse plenissimum, & ad omne tempus refertur. l. i. §. i. de pericul. & commod. rei vendita.

Curator plenissimus.

Plenissimus curator dicitur habens non solum in vna re, sed in omnibus rebus administrationem. l. obseruare. ff. de curator. furios. vbi sic scribitur: Obseruare praeiorem oportebit, ne cui temere citra causa cognitionem plenissimum curatorem det: quoniam plerique vel furorē vel dementia

tingunt, quo magis curatore accepto onera ciuilia detrectent.

Plenissimam coercionem habet dominus serui, qui tantum proprietatem habet integram, & non diminutam, licet alius in seruo habeat vsum fructum. l. locum. §. ex eo. ff. de vusu fructu.

Plenum enim dicitur completum, refertum, integrum, affluens. l. si arborem. ibi, quo facto locus opacus quondam coepit sole esse plenus. ff. de seruitut. vrbano. praedior. l. si seruus seruum. in fi. ff. ad legem Aquili. ibi, item si viatori locaveris lacum vino plenum curadum, & ille cum pertuderit, vt vinum sit effusum, Labeo scribit in factum agendum.

Plenum vsum declarat Iurifconsultus in l. plenum. ff. de vfu & habita.

Plena proprietates ea dicitur, quae iuncta est cum vusu fructu. l. cum in fundo. ff. de iure dotium. ibi, consecutus per dorem plenam fundi proprietatem, non separatam ab vusu fructu. l. si extraneo scripto herede. ibi, plena proprietates pietatis respectu matri praestanda est. & l. qui vsum fructum. §. i. ff. de vusu fructu. l. 2. §. i. ibi, per vices temporum plena proprietates erit, quibus mod. vusu fructu. amitta.

Interdum vocatur plenum dominium, in l. 4. ff. de alimen. & cibari. lega. ad differentiam nudae proprietates, de qua inferius dicitur.

Pleno grege. l. quid ergo. ff. de vusu fructu. circa fi. ibi, verius puto ea quae pleno grege edita sunt, ad fructuarium pertinere. plenus grex dicitur integer, completus, non diminutus.

Plenis vberibus, pro refertis, lacte impletis. l. bonae fidei. in fi. ff. de acquir. rer. domi. ibi, & sane quin lac suum faciat, quamuis plenis vberibus venierint, dubitari non potest.

Plenum ius. l. Iulianus. i. ff. de rei vindica. in fi. ibi, quia plenum ius incipit habere. vbi glo. exponit, id est dominium directum, cum prius haberet vtile. quod non probat: nam ex vscupatione dominium tantum vtile quaeritur, athen. nisi tricennale. C. de bonis marer. Et ibi possessor vscupat, ideo plenum ius incipit habere post praescriptio nem, quia ius percipiendi fructus ex bona fide habebat, & nunc post vscupationem ius plenum habet, id est dominium vtile, vt libere de re illa disponere possit.

Plenum compromissum, in l. si cum dies. §. i. ff. de arbit. ibi, plenum compromissum appellatur, quod de rebus omnibus, cotrouersisue compositum est: nam ad omnes cotrouersias pertinet. Sed si forte de vna re sit disceptatio, licet plenum compromissum factum sit, ex ceteris causis actiones superesse. nam hoc plenum compromissum factum post vnus rei prosecutionem non extenditur ad alias res, de quibus non fuit actum. l. age. C. de transactio.

Plena defensio. l. item ait. in fi. ff. ex quib. caus. maior. ibi, plena defensio accipietur, si iudicium non detrectetur, & iudicatum solui satisfidetur. l. iusurandum & ad pecunias. §. pupillo. ff. de iur. iur.

Plena actio, in l. diuortio. ff. de negot. gest. dicitur, quae insoludum datur, non in quantum facere potest. glo. ibi.

Plenus numerus. l. 2. ff. de decurio. ibi, & si numerus ordinis plenus, id est repletus vel completus sit, expectare oportet, donec alius locus vacet.

Plenam diligentiam vocat Iurifconsultus. exactiorem, & maiorem quam in rebus suis quis adhiberet. l. 2. & seq. ff. de pericul. & commod. rei vend.

Plena opinio. l. inter. ff. de interditi. & releg. ibi, deinde Principi scribere remissa plena opinione, vt Princeps astimet, an sequenda sit eius sententia.

Pleni quomodo capiuntur.

Plenus in suis.

Plena proprietates qua dicitur.

Plenum dominium.

Pleno grege.

Plena vbera.

Pleni in.

Pleni compromissum.

Plena defensio.

Plena actio.

Plenus numerus.

Plena diligentia.

Plena opinio.

Plena liberatio.

Plena facultas.

Plena facultas. l. i. §. accusati onem. ff. ad Turpillia. vbi plena accusandi facultas dicitur, quando omnino permittitur accusare, nullo obstaculo interueniente.

Plena actio legis.

Plena legis actio. l. magistratum. ff. de adoptio. l. i. C. illo tit. Plenam legis actionem dicitur is magistratus habere, qui ordinariam habet iurisdictionem, & de omnibus rebus, apud quem experiri omni actione aduersus vnumquodque possumus. Budae. ibidem. scripti in l. Labeo. 2. in princ. supra eodem.

Pleni mandatum.

Plenum mandatum dicitur cum libera. Bart. & Angel. in l. procurator cui libera. ff. de procurator. & in l. si procurator. C. eo. plene Feli. in c. non nulli. §. i. in l. amplia. de rescrip.

Plena pubertas.

Plena pubertas dicitur aetas decem & octo annorum. l. arrogato. §. non tantum. ff. de adoptio. ibi, & vbi que plena pubertatis, id est decem & octo annis cum praecedere debet. Et annus coeptus interdum pro pleno habetur. l. ad rem publicam. ff. de munerib. id est pro completo.

Pleno iure res perime re qua dicitur.

Pleno iure dicitur res ad me pertinere, cum habeo & vsum fructum & proprietatem, & ius de re perfecte disponendi. l. si ita stipulatus fuero. §. si Titius. ff. de verbor. oblig. declarat Iurifconsultus in l. libertis. r. ff. de alimen. & cibari. lega. & Imperator in l. si. §. similiter modo. C. de bonis quae libera. fa cit. l. generaliter pignori datus seruus sine dubio pleno iure est debitoris. ff. qui & a quib.

Vxor instituta usufructuaria, si alij instituantur heredes, usufructus auferretur.

Vnde consilium Alexand. consil. 36. perlectis in 3. vol. quod si testator vxorem suam, dominam re liquerit, & usufructuarium omnium bonorum, si postea filias pleno iure instituat, diuidetur usufructus ob clausulam, pleno iure. per l. r. C. de reuocacione donatio. & per praedicta: cui facile acquiesco propter verisimilem testantis mentem, qui filias instituerat. Diuersum foret, si extraneis: quia intelligeretur bona eo casu pleno iure relinquere, videlicet & quoad dominium directum & vtile, & totum ius quod in illis habebat: nec tamen videtur admississe vsum fructum, quem iam donauerat, nisi de ademptione appareat, de qua non constat: vt per totum tit. de adimen. lega. Et claus. pleno iure, satis operatur sine usufructu, vt testator nihil retinere videatur de re bonorum, quando dicit pleno iure. Ita quoque clausula non tantum significat vsum fructum, sed proprietatem, sed etiam aliud ius secundum materiam, vt superius scripsi. ideo nec iuuat cautel. Ferrae. 32. quod iudic. nisi de mente testantis appareat volentis adimere vsum fructum, de quo disposuerat: nec per id verbum pleno iure, videtur testator quicquam adimere, quicquid doct. iactent.

Pleno iure in substitutione posita directa substitutionem facit.

Plus tamen dicit idem Ferrae. quod hoc verbum pleno iure, in substitutione co-scriptum: vt pleno iure substituo: facit directam ceteri substitutionem, per quam potest quis bona, auctoritate sua capere. allegat Bal. in athen. hac vsum praestatio. C. de sacrosanct. eccles. vt ibi per eum videre licebit.

Plena liberatio.

Ad haec inferunt, vt si bona pleno iure restituenda sint, non possit heres grauatus quartam detrachere Trebellianicam, vel Falcidiam: per l. decem. iuncta glo. ff. de fideicommissar. liberta. qui text. loquitur, cum tota hereditas restitui debet: sed cum pleno iure venit restituenda, intelligitur proprietatem cum usufructu restituendam, & non sine detractione: nisi adiceretur, vt integra restituitur, teste Corset. in singular. incipien. integræ.

De plena, pleniore, & plenissima liberatione

scribit Accursus in l. ait. prator. §. permittitur. ff. de minor.

De plena & semiplena cognitione loquitur Specula. in tit. de offic. iudic. De plena gratia in verb. plena. scripti in for. mad. in cocorda. Franc.

Satis plena dicitur institutio, quando pure & sine conditione facta est. l. si te solum. ff. de here. instituo.

Plena probatio, integra. l. admonendi. ff. de iureiur. vbi glo. Bar. & alij. Semiplena, quasi dimidia, & non plena. l. in bonae fidei. C. de reb. cred. vbi glo. & doct.

Pleno iure quando dicitur ecclesia ad aliquem pertinere, docet Panor. in ca. in Lateranensi. de praeb. col. 2. ego vero scribam in tit. de verbor. significati. in decretal. vt non cumulem significati ones verborum iuris Pontificij cum verbis Iurifconsulti: imo ex verbis Imperatorum. C. cod. dicitur differentia super istis.

Nuda autem proprietates dicitur non plena, quando separata est ab usufructu. l. si usufructus. 2. & l. si alij. ff. de vusu fructu. l. videmus. r. in princ. de vusu. ibi, neque enim nuda proprietates, quod ad proprietates nomen attinet, fructus vllas intelligi potest. l. 2. quib. mod. vusu fructu. amitta. l. si conuenit. 2. §. si nuda proprietates. de pignorat. actio. l. si postulauerit. §. in proprio. de adulter. vbi sic dicitur: in proprio, cuius usufructus alienus est, nudam proprietates, in quo tantum vsum fructum habuerit reus.

Et nudum officium vel beneficium, quando retentis fructibus est collatum. c. vno. in fi. vt eccl. benefic. sine diminutio. confer. l. cum in fundo. §. vxor. ff. de iure dotium. Alibi sola proprietates vocat Iurifconsultus. nudam in l. sciendum. §. item qui solam proprietates. ff. qui satisfida. cogant.

Nuda traditio, sine titulo & iusta causa. l. nunquam nuda. ff. de acquir. rerum domi. & l. traditionibus. C. de pac. Soci. consil. 170. in 2. vol. quae nudum factum dicitur. l. in conuenionalibus. in fi. ff. de verbor. obliga.

Nuda conuentio, quae nil praeter conuentionem habet. l. solent. ff. de praescrip. verb. iuncta l. iurifgentium. §. sed cum nulla. de pac. vbi plenus scripti. facit l. i. ff. de pignorat. actio. l. cum emptor. de rescind. venditio.

Nuda voluntas pro beneplacito. l. i. §. assignare. ibi, vel vnus adimere assignationem etiam nuda voluntate possumus. ff. de assignand. liberr. l. in commodato. §. sicut. verfic. quaeritur. commoda. Vel nuda voluntas dicitur simplex consensus absque facto vel traditione. l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquir. rerum domi. l. 3. ff. de rescind. venditio. l. i. §. sed si sciente. de exercitor. actio. Aut partis praesentia. l. i. de reru permuta. §. item emptio. declarat glo. & Bar. in l. Pomponius. i. ff. de negot. gest. l. 3. in fi. de adimen. lega.

Item nuda ratio non facit debitorem. l. non solum. in fi. ff. de peculio. quo loco arbitror nudam rationem vocari solam descriptionem in libro rationum, nulla causa praecedente: veluti si quis priuatim scribar aliquem sibi debere centum, instrumenta illa domestica, & libri rationum non probant. l. instrumenta. & l. rationes. cum l. seq. C. de proba. hoc declarat Iurifconsultus in l. nuda ratio. ff. de donat.

Nudum pactum pro conuentione nuda, de qua supra, & in l. traditionibus. & l. si certis annis. C. de pac. l. si diuisionis. ff. eod. & l. litigatores. §. interdum. ff. de arbit. l. si dominus. de prescri. verb. l. etiam. de vusu. & alias a Iurifconsultis vocatur nuda pactio, in d. iurifgentium. §. sed cum nulla. ibidem.

Plena & semiplena cognitio.

Satis plena institutio.

Plena probatio.

Ecclesia quando pleno iure ad aliquem pertinet.

Nuda proprietates qua dicitur.

Nuda officium vel beneficium.

Nuda traditio que.

Nuda conuentio.

Nuda voluntas.

Nuda ratio debitorum non facit.

Nudum pactum.

Nuda vacatio muneris. Nudam vacationem muneris accipere. l. penul. §. duo. ff. de vaca. muner. pro sola accipi debere, declarat Iurifconsul. ibi.

Nuda praecipua testatis, ut res non alienentur, an valeat. Nudum testamenti praecipuum, ut res non alienentur, non valet. l. filiusfamil. §. diui. ff. de lega. 1. nudum praecipuum vocatur simplex prohibitio sine causa emissā. l. pater. filium. §. Iulius Agrippa. ff. de lega. 2.

Nuda consensus obligatio. nihil tam naturale. ff. de regul. iuris. ibi, ideoque verborum obligatio verbis tollitur, nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur. vbi vocat nudum consensum, sine stipulatione, traditione & facto. l. 1. & 2. C. quā. liceat ab emptio. disced. Et vocatur nuda voluntas à Scæuola in l. Pomponius. 1. ff. de negot. gest. ibi, nam quomodo cum semel cœperit, nuda voluntate tollitur. l. 1. §. item emptio. de rerum permuta. l. qui ad certum. loca. l. 4. de sponsal.

Nuda solutio debiti. Nuda solutio debiti. l. si quis. §. rationem. ff. de edendo. ibi, nec vllam rationem à nuda duntaxat solutione debiti incipere. nudam solutionem debiti vocat sine negotiatione accipiendi.

Nuda possessio. Nuda possessio, cum est à proprietate separata. l. si mulier. §. 1. ibi, abest autem nuda possessio cū suis fructibus. ff. quod met. caus. l. si cum veditor. de euictio.

Nuda interrogatio. Nuda interrogatio est illa, quæ fit sine questione. l. item apud. §. quæstionem. ibi, nuda ergo interrogatio, vel leuis territio non pertinet ad hoc edictum. ff. de iniur.

Nuda exulatio. Nudus exulatio, qui amisit bona & ciuitatem. l. tutelam. in fi. ff. de capit. diminutio.

Nudo sermone. Nudo sermone dicitur in §. 1. ibidem. d. l. sciendum. quod sine stipulatione & promissione enūtiatur verbo tenus.

Nudata intima & secreta. Nudata intima, & secreta, id est aperta, patefacta, & reuelata. l. 3. §. 1. ff. de arbitr. ibi, finge enim post causam semel atque iterum tractaram post nudata vtriusque intima, & secreta negotij.

Nuda cautio. Nuda cautio, sola promissio, sine pignorbibus, vel fideiussoribus. l. 2. §. sed verum nuda cautione, an satisfatione, Marcellus dubitat: mihi videtur sola promissione, quod Mela scribit. ff. de iudic.

Nuda pro prietas. Nuda autem proprietas, sine usufructu. l. fructus. 1. ff. de rei vindic. ibi, hac ratione si nudæ proprietatis dominus petierit. l. si dominus nudæ proprietatis. de usufruc. scripti in l. interdum. supra eodem.

Nudus vsus. Nudus vsus, sine usufructu. l. 1. de vsu & habita. vbi Iurifconsul. exponit. l. 3. in fin. ff. de usufructu. ibi, quibus autem modis usufruc. constituitur & finitur, iisdem etiam modis vsus nudus constituitur & finiri solet.

Nuda repromissio. Nuda repromissio, pro cautione sine satisfatione. l. verum. §. id quod. ff. pro socio. & l. disti. §. 1. ff. de euictio. superius scripti in l. satisfationis.

Nuda pollicitatio. Nuda pollicitatio. l. nuda. C. de contrah. stipula. dicitur promissio sine stipulatione.

Nuda laus qua. Nuda laus, asserita & expressa, sine tamen promissione. l. sciendum tamen est quædam & si dixit præstare eum non debere, scilicet ea quæ ad nudam laudem serui pertinent, veluti si dixerit seruum frugi, probum, dicto audientem. vt enim Pedius scribit, multum interest, quemadmodum serui causa quid dixerit, an vero præstaturum se promiserit, quod dixerit.

Nudi ministerium. Nudum ministerium. l. ad Velleia. ibi, in quo non sola opera nudumque ministerium earum versaretur, sed etiam periculum rei familiaris pro facto accipi potest.

Nuda res. Nuda res. l. 1. §. est autem depositi, vocatur so-

la, sine fructibus, accessione & causa.

Nuda & imaginaria venditio. Nuda & imaginaria venditio pro non facta est, nec alienatio eius rei intelligitur. l. nuda. ff. de cōtrah. emptio. Et licet Alber. nudam venditionem exponat pro fictitia & simulata, videre si possit exponi pro sola voluntate facta, & verbo tenus sine conclusione & rei interuentu, & sine pretio. §. 1. & 2. de emptio. & venditio. in Insti. Lucas de Pēna in l. cum supra. de re militar. lib. 12.

Prosperio quid. Prosperio, id est prouidisse, seu consuluisse, vel cauuisse: & hoc cum datio, vt hic, & in l. 3. in fi. ibi, si prospicere. ff. usufructuar. quemadmod. cauat. l. 2. §. 1. ibi, & tam publicis vtilitatibus, quam priuatorum per hoc prospicitur, ne quid in loco publico fiat. Et iterum facientibus prospicitur, in l. 1. §. 1. ff. de his qui deiecerunt. Et in illa stipulatione prospiciendum est coheredi eius. l. heredes. §. in illa. ff. familia.

Idem si in accusatio cum præpositione: vt in eam quoque rem prospexit. l. 1. ff. de alienatio. iudic. Consequens enim fuit prætorum etiam in hunc casum prospicere. l. si vero. §. hoc edictum. ff. de his qui deiecer.

Licet prospicio idem sit, quod aspicio, quasi procul respicio, cogito, præuideo, præsentio. l. verum. §. Iulianus. ibi, æs autem alienū graue, quod non prospexit posse euenire. ff. de minor. l. sed & si. §. si feriat. ibi, solemnum enim feriarum rationem haberi non debere, quia prospicere eas poterit, & debuerit. ex quib. caus. maior. l. si vero. §. prætor. de his qui deiecer.

Inde seruitus prospectus, & ne prospectui officiat, elucidatur per Iurifconsul. in l. inter seruitutes. & l. seq. ff. de seruitutib. vrbano. prædior. & per Cepolam in tract. de seruitu. vrbano. prædior. c. 34. & doct. in §. æque. de actio. in Insti.

Deinde, id est postea, deinceps. de qua dictione scripti in l. appellatione parentis. supra eod.

IDEM LIB. VIGESIMOSEXTO ad Quint. Mutium. Lex cxxij.

Verbum ERIT interdum etiam præteritum, nec solum futurum tempus demonstrat. quod est nobis necessarium scire. Et cum codicilli ita confirmati testamento fuerint, QUOD IN CODICILLIS SCRIPTVM ERIT, vtrumque futuri temporis demonstratio fiat, an etiam præteriti? Si ante scriptos codicillos, quis relinquat: quod quidem ex voluntate * disponentis interpretandum est. Quemadmodum autem hoc verbum EST non solum præsens, sed & præteritum tēpus significat: ita & hoc verbum ERIT non solum futurum, sed interdum etiam præteritum tempus demonstrat. Nam cum dicimus, L. TITIVS SOLVTVS EST OBLIGATIONE, & præteritum & præsens tempus significamus: sicut hic, L. TITIVS OBLIGATVS EST. Idemque fiet, & cum ita loquimur,

Nuda & imaginaria venditio.

Prosperio quid.

Prospicio pro aspicio.

Seruitus prospectus.

Deinde, id est postea.

** Aliis scribitur.*

TROIA CAPTA EST. non enim ad præsentis facti demonstrationem refertur is sermo, sed ad præteritum.

Sensus huius legis est, quod verbum ERIT futuri temporis, interdum etiam præteritum continet: & hoc, quando apparet ex voluntate scribentis: vt si quis dicat, Quod in codicillis scriptum erit, confirmo. si codicilli iam erant facti, erunt confirmati. Huic conuenit, quod scribitur Ecclesiastæ 1. ca. Quid est, quod fuit: ipsum quod futurum est. quid est quod factum est: ipsum quod faciendum est. ac eiusdem Ecclesiastæ 3. c. Quod factum est, ipsum permanet: & quæ futura sunt, iam fuerunt, &c. Et sic regulariter verbum ERIT significat futurum, sed interdum quoque præteritum, vt declarat Alber. hic, & Iurifconsul. in l. si vxori. §. fin. ff. de auro & argen. lega. vbi sic inquit: illa verba, quod domi meæ erit, sic accipi solere, id est esse solebat. & hoc probat: Quemadmodum, inquit dictio ERIT præsens & præteritum denotat, vt Lucius Titius solutus est obligatione, & præteritum & præsens significamus, videlicet quod de præterito fuit liberatus, hodieque est liberatus: sic dicemus in verb. ERIT, vt præteritum & futurum significet. Et in hoc verb. ERIT non repetitur dictio interdum, vt in verb. ERIT. De hoc videte Bar. in repet. l. omnes populi. in 6. q. princip. vers. quid de tempore. nu. 64. ff. de iustit. & iure. las. in l. si quis filius. §. 1. no. 1. ff. de lega. 1. plene scripti in l. verbum oportebit. supra eod.

Colligere possumus ex hoc tex. ibi, quod est nobis necessarium, quod Iurifconsul. necesse est scire vim & significationes verborum, vt etiam attestatur in l. 1. ff. si certum peta. Quamobrem nec vereantur nostri iuris interpretes in his operam suam impendere, maxime circa iuris propria quædam vocabula, vt declaratione tali præfata, addatur vtilitas, & verbi effectus.

Ad hæc colligite ibi, ex voluntate disponentis interpretandum est, quod testamenta & dispositiones testantium interpretandæ sunt ex mente & voluntate testatorum, arguendo videlicet & sumendo coniecturas tam ex illa dispositione, quam ex consanguinitate, dilectione, & consuetudine patrifamil. testantis, & aliis quæ scribuntur in l. si seruus plurium. in fi. ff. de leg. 1. l. duo sunt. de testa. tutel. l. heredes palam. §. sed & si notam. de testam.

Et cum codicilli. Codicilli sunt quædam vltimæ voluntatis dispositio tam in scriptis quam sine facta, absque tamen heredis institutione. Et dicuntur codicilli, quasi parui codices. l. si. C. de bonis libertor. fere semper in plurali, rarissime in singulari. l. non est sine liberis. infra eo. Nempse si quis oblitus fuerit aliquid in testamento, codicillos conficiet: vel si noluerit condere testamentum, aut impeditus fuerit, etiam codicillos conficere poterit, in quibus non fit heredis institutio. Vnde quidam eos ita definiunt, esse voluntatis nostræ iustam sententiam sine heredis institutione. declarat Azo in tit. de codicillis. & in C. de iure codicillor. Et regulariter in hac patria testamenta omnia dicuntur codicilli, quandoquidem in his heredis institutio non fit: sed cōsuetudo facit eos heredes, quibus defert bona.

Alias dicuntur Imperiales codicilli, literæ creationis patris, & in quibus quis efficitur patrius. §. filiusfamil. Insti. quib. mod. ius patriæ potest. soluit. l. si. C. de consul. li. 12.

Codicilli quoque generaliter dicuntur literæ & diplomata Principis, in quibus de officio prouidetur. l. administrantes res Principum ex indul-

gentia eorum, licet citra codicillos à tutela, itaque à cura tempore administrationis delata excusantur. ff. de excusa. tutor. l. si. §. viros. C. vbi fenator. vel clarissimi.

Confirmatio, id est approbatio, roboratio. l. lege obuenire. infra eo. vbi alia de hoc verbo dicemus.

Demonstratio, id est ostendit, probatur in l. pronuntiatio. vers. seruientium. & l. iusta interpretatiōne. & l. pueri. ac l. bonorum. 2. infra eod.

Hinc demonstratio est quædam qualitatis rei legatæ ostensio non necessaria, vt in rub. ff. de cōditio. & demonstra. & in l. demonstratio. ibidem. vt si dicam, Lego infortiatum, quod habuit à Diogene, illa falsa demonstratio non vitiat legatum, vt ibi: & frustra rei demonstratæ adiicitur demonstratio. l. 1. in fi. ff. de dote prælega.

Sermo, pro clausula, seu locutione. sic accipitur in l. anniculus. 1. §. 1. & l. in vulgari. in fi. l. pronuntiatio. in princip. & l. qui venenum. §. fin. infra eodem.

PROCVLVS LIB. QUINTO Epistolarum. Lex cxxij.

Hæc verba, ILLE AVT ILLE, non solum disiunctiua, sed etiam subdisiunctiua orationis sunt. Disiunctiuum est, veluti cum dicimus, AVT DIES, AVT NOX EST: quorum posito altero, necesse est tolli alterum: item sublato altero, poni alterum. Ita simili figuratiōne verbum AVT, potest esse subdisiunctiuum. Subdisiunctiuorum autem genera sunt duo. vnum, cum ex propositis finibus ita non potest vtrunque esse, vt possit neutrum esse: veluti cum dicimus, AVT SEDET, AVT AMBVLAT. Nam vt nemo potest vtrunque simul facere, ita aliquis potest neutrum: veluti is qui accumbit. Alterius generis est, cum ex propositis finibus ita non potest neutrum esse, vt possit esse vtrunque: veluti cum dicimus, OMNE ANIMAL, AVT FACIT, AVT PATITVR. nullum enim animal est, quod nec faciat, nec patiat: at potest simul, & pati, & facere.

Ista lex declarat orationem disiunctiuam, & subdisiunctiuam, in prima parte dicens hanc particulam Aut non disiunctiuam tantum, sed etiam subdisiunctiuam. In secunda parte ibi, Disiunctiuum est, &c. declarat disiunctiuam esse, quorum vno posito necesse est alterum tolli, & vno sublato necesse est alterum poni: vt aut dies est, aut nox. In tertia parte ibi, Ita simili. cōcludit dictionem Aut posse etiam disiunctiuam esse. Quarta pars ibi, Subdisiunctiuorum. docet duo genera esse subdisiunctiuorum. primum quando simul vtrunque esse non potest, neutrum tamen esse potest: vt si dicamus, Aut Rex sedet, aut ambulat: non potest simul vtrunque facere, sed neutrum sic, si forte in lectica vel in lecto iaceat, aut si stet. Vltima pars

ibi, Alterius generis. docet subdistingtionem alterius generis esse, quando vtrunque simul esse potest, & non potest neutrum esse: vt omne animal aut faciat, aut patitur, nullum enim est animal, quod nec faciat, nec patitur. etiam potest animal simul pati & facere: vt equus ducendo currum facit & patitur. idem si grauius onustus sarcinam quamdam perferat. Et fit distinctiua per dictiones Aut, Vel: & vocatur alternatiua simplex & propria per Bar. in l. si quis ita. z. ff. de auro & argen. lega. vbi possunt aliquot utilitates videri, & per Bart. Calcpinum in l. si is qui duceta. §. vtrum. ff. de rebus dub. scripti regul. cum limita. in l. saepe. supra eo. quae omnia hic pro reperitis habeantur.

Ponere quid.

Posito altero, id est apposito. Ponere siquidem est locare, & constituere. Galli. *mettre* dicimus. l. Celsus scribit: si quis merces quas vehendas conduxit, in horreo posuit. ff. ad exhib. l. 3. §. penult. ibi, is qui ius aquae quotidianae habet, vel fistulam in riuo ponere, & c. de aqua quot. l. 3. de seruit. rustic. praedior. §. tertij. in proem. ff. l. quid tamen. §. sed & si stagni. quib. mod. vsus fruct. amitta. quod facit ad intellectum tit. ff. de his qui deiecer. vel effuder. l. si vero. §. praetor ait. vbi praetor statuit, ne quis in subgrunda, profecto, vel supra eum locum quo vulgo iter fiet, vel in quo consistetur, id positum habeat, cuius casus nocere alicui possit. & postea declarat ibi, Positum habere etiam in recte videtur, qui per se quidem non posuit, vel ab alio positum patitur: quare si seruus posuerit, dominus autem positum patitur, non noxali iudicio dominus, sed suo nomine tenebitur. & §. praetor ait. & seq. l. Titia. §. si de auro & argen. lega.

Positum habere.

Status utilitatem habent.

Status habent aliquam utilitatem, si quo loco opporuno ponantur. l. statuae. de vsu fruct. ff. & concedi solet, vt imagines & statuae, quae ornamento rei pub. sunt futurae, in publicum ponantur. l. si ff. de loco public. l. inter. in fi. famil. circif. cund. l. 2. §. quod de. ff. de administra. rerum. l. si legatum. de oper. public.

Ponere adificium.

Ponere adificium, construere, aedificare. l. Iulia. 2. ff. de rei vindica. ibi, nec enim debuit in alienum certum adificium ponere, sed hoc ei concedendum est, vt sine dispendio domini area tollat aedificium, quod posuit. l. si area. ff. de condit. indeb. vbi prius dicit ponere, postea aedificare. Inde aedificium deponere dicimus pro destruere, demoliri. l. si arborem. ff. de seruitutib. vrb. praedi.

Positum in arte.

Positum adificium. l. aequissimum. §. sed nec. ff. de vsu & habitatio.

Ius ponendi.

Positum in arte. l. Labeo. r. supra eod. In magistratu positus, id est constitutus. l. 3. §. tractemus. ff. de arbit.

Ponere rationes.

Ponendi ius. l. quemadmodum. in princi. ff. ad legem Aquil. ibi, si laqueos coloci posuisses, quo ius ponendi non haberes.

Ponere pro concedere.

Ponere rationes. l. 1. §. sed si fideicommissaria. ff. si quis testam. ibi, arbitrum ex contineri dandum, apud quem ratio ponatur: qui computationem ineat, & ratio reddatur, vt elucidat l. si pure. ff. de fideicommiss. liberta.

Ponere arborem.

Ponere pro concedere. Ponere pro concedere, fingere: vt ponamus esse aedil. edicto. ibi, ponamus enim talem esse, qui capere aliquid in testamento non poterit. l. at si quis. §. sed pone me testatum. de religiof. Inde solemus dicere, pono casum, vel facti speciem.

Ponere pro apponere.

Ponere arborem. ponat, vt luminibus officiat. ff. de seruitu. vrb. praedior. l. si finium regundor.

Calendis. §. quotiens. ff. de verbor. obligi.

Ponere pignori, obligare, dare in pignus. l. seruus magidem. ibi, pignori eam posuit. ff. de condit. indeb.

Ponere pignori.

Ponere spiritum, deponere, emittere. l. cum hic status. §. si ambo. ff. de dona. inter vir. & vxor. ibi, & si quidem possit apparere: quis autem spiritum posuerit, & c.

Ponere spiritum.

Positiones. l. 1. §. si ff. de iustit. & iure. Huius studij duae sunt positiones, id est species, vt in §. si illo tit. exponitur per Theophil. Et alijs varijs modis per rhetores. Et plerunque dicuntur pronuntiatia cuiusque scientiae ac disciplinae propria, quae in controuersiam non veniunt: sed ponuntur veluti certissima a praceptoribus in arte tradenda. Quo verbo illi voluerunt ibi vti: quoniam haec tanquam prima principia esse voluerunt.

Positiones quae.

Inde solent quoque dicanici positiones, alia tamen significatione conscribere, quibus pars respondere tenetur. c. 1. de confess. in 6. vbi est optima glo. ad hoc. Et impertinentes positiones vocant, quae non pertinent ad causam, nec eam adiuuant, vel profunt. Bar. & alij in l. si duo. §. idem Iulia. ff. de iure iur. & doct. in c. si de confess. lib. 6.

Apponere accusatori.

Apponere accusatori, adhibere, & (quod vulgo dicimus) curare se per tertium citandum collusionis gratia. Budae. in foren.

Apponere aduocare.

Apponere aduocare, adhibere, iuxta ponere. l. Arethusa. ff. de statu homi. ibi, haec conditio libertati appositam implenda mulieri est.

Appositum pro apto.

Appositum interdum pro apto, accommodato: vt in l. proinde. in fi. ibi, nam Iulianus ait, etiam traditiones ab herede factas ad id tempus redigi, quo hereditas adita fuerit, cum repudiatum fuerit legatum aut appositum. ff. si certum peta. Et quamuis doct. ibi dubitent: tamen puto quod si heres tradat rem legatam, illa traditio redigitur ad tempus aditae hereditatis. quia si legatum sit repudiatum, valebit traditio ab herede facta alteri quam legatario: si vero legatum sit appositum, id est acceptatum, & commodum factum legatario, forte per euentum conditionis, illa traditio ab herede antea facta redigitur etiam ad tempus aditae hereditatis, vt legatum valuerit id temporis: & sic heres legatam rem non potuit alteri tradere. Iste videtur verus intellectus ad l. proinde. vt siue legatum sit repudiatum, siue factum commodum legatario, tunc traditio a die aditae hereditatis computetur, vt non valeat vel valeat, quasi retrofingatur valere.

Intellectum l. proinde ff. si certum petatur.

Opponere probationes.

Opponere probationes, idem. l. si ff. quod met. causi. ibi, sed huiusmodi praesumptioni debet aper tissimas probationes violentiae opponere. id est afferre debet, & obicere probationes contra illam praesumptionem.

Opponere aduersarij potentiam.

Opponere aduersarij potentiam, idem. l. ff. de alienatio. iudic. mutand. iuncta l. item. §. non tamen. ibidem. l. 3. §. pen. ibi, forte si quas impensas fecerit, vel si quam aliam incommoditatem passus erit, alio aduersarij subdito. ibi.

Actus prohibitus in fauore partis, ea non opponente valet.

Actus prohibitus in fauore partis, ea non opponente valet. Et regulariter quando actus prohibitus est in fauorem partis, tunc ea non opponente valebit. Feli. in c. pastoralis. col. pen. de exceptio. quod est verum, si pars non negabat potestatem faciendi actum: alioqui non valebit actus, etiam si haec verba negatiua dirigantur ad iudicem: vt iudex non possit facere, vel non valeat actus. Bar. in l. r. ff. de feriis. & in l. r. C. de dila. glo. in regul. 1. verb. non potest. de regul. iur. in 6. & dicuntur non negatiua potestatis, si dicatur in ordinatione: non concedat iudex, non admittat, non recipiat, non audiat pars: tunc parte non opponente valebit actus, quia pars non contradicendo tacite consentit, teste Innocen. in ca. quod ad consultationem. de re iudica.

Citatio non facta secundum ius, si pars non con-

Idem in his, quae sunt negatiua potestatis: vt non possit iudex, non valeat, nihil agit, irritum sit, & similia. Vnde quamuis citatio debeat fieri in facie, vel ad domum coram testibus. l. 1. §. 1. ff. de liber. agnoscend. & in tract. de cita. artic. 1. & 2. vbi scripsi: tamen et si non fuerit ita facta citatio, vale-

Copositiu

Aut. l. si cum dies. §. plenum compromissum appellatur, quod de rebus omnibus controuersis siue compositum est. ff. de arbit. iuncta l. sed & si compromissum. ibid. & in tit. de pact. inter emptor. & venditor. compositis, & c.

Coponere pro pacifici. Transactio prohibetur in spiritualibus.

Alias componere est pacifici, transigere. Inde transactio composita, id est per transactionem sopita & confecta. l. vt sunt. infra eo. Et compositio dicitur gratuita & amicabile compositio: transactio vero fit aliquo dato, vel retento. quae prohibetur in spiritualibus: sed compositio permittitur. c. super eo. & c. seq. ac ca. fi. de transact. facit l. ab accusatore. ff. ad Turpillia. l. si fuerit libertas. §. penult. ff. de manumiss. testam. ibi, componenda enim est heredi libertatis celeritas praematura pecuniarum solutione. Alij ibi legunt Compensanda.

Exponere, dictio.

Exponere, in l. 1. §. quod autem. ibi, sed si veracunde exposuerit, si scruitiam, si duritiam, si famem, quae eos comprimant, si obscenitatem, in quam eos compulerint, vel compellant, apud praefectum vrbis exponant. ff. de offic. praefecti vrb. pro enarrare, explicare, edicere, exprimere. §. his ita. de iustit. & iure, in Insti.

Opponere quid.

Imponere quid significet, scripsi in l. saepe. supra eo. Interponere quor modis accipiat, docui in l. haec verba cui. supra eod.

Opponere est contra, seu in aduersum ponere, obicere. Et quia exceptio opponitur actioni, ob id reus dicitur opponere. l. 2. ff. de exceptio. Et exceptiones opponi. l. si filius. §. si. ibi, exceptionibus quae influtis in iudicio contra reos actionibus opponuntur, etiam is vti potest, qui ex sua responsione conuenitur. ff. de interrogator. actio. l. in personam. in fi. de pactis. l. qui procuratorem. de procuratoribus. Inde opposita exceptio pro obiecta. l. si cum exceptione. §. cum qui. ff. quod met. causi. ibi, & consumi alteram actionem per alteram, exceptione opposita. l. aut si ante. de rei vindica. l. sed si priore. ad legem Aquil. l. si plurius. 2. in fi. de noxal.

Opponere probationes.

Opponere probationes, idem. l. si ff. quod met. causi. ibi, sed huiusmodi praesumptioni debet aper tissimas probationes violentiae opponere. id est afferre debet, & obicere probationes contra illam praesumptionem.

Opponere aduersarij potentiam.

Opponere aduersarij potentiam, idem. l. ff. de alienatio. iudic. mutand. iuncta l. item. §. non tamen. ibidem. l. 3. §. pen. ibi, forte si quas impensas fecerit, vel si quam aliam incommoditatem passus erit, alio aduersarij subdito. ibi.

Actus prohibitus in fauore partis, ea non opponente valet.

Actus prohibitus in fauore partis, ea non opponente valet. Et regulariter quando actus prohibitus est in fauorem partis, tunc ea non opponente valebit. Feli. in c. pastoralis. col. pen. de exceptio. quod est verum, si pars non negabat potestatem faciendi actum: alioqui non valebit actus, etiam si haec verba negatiua dirigantur ad iudicem: vt iudex non possit facere, vel non valeat actus. Bar. in l. r. ff. de feriis. & in l. r. C. de dila. glo. in regul. 1. verb. non potest. de regul. iur. in 6. & dicuntur non negatiua potestatis, si dicatur in ordinatione: non concedat iudex, non admittat, non recipiat, non audiat pars: tunc parte non opponente valebit actus, quia pars non contradicendo tacite consentit, teste Innocen. in ca. quod ad consultationem. de re iudica.

Citatio non facta secundum ius, si pars non con-

Idem in his, quae sunt negatiua potestatis: vt non possit iudex, non valeat, nihil agit, irritum sit, & similia. Vnde quamuis citatio debeat fieri in facie, vel ad domum coram testibus. l. 1. §. 1. ff. de liber. agnoscend. & in tract. de cita. artic. 1. & 2. vbi scripsi: tamen et si non fuerit ita facta citatio, vale-

bit non opponente parte. Bar. & alij in rub. de in ius vocand. Et tenetur pars eligere domicilium. artic. 24. & l. nihil ad municipal. alias non debet audiri, si hoc opponatur: alioqui contra. Ita licet quis non possit ius sibi dicere, nec suis. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdictioni. omnium iudic. si tamen pars non opponat, non infringitur iudicium: vt asserit Paul. & alij ibidem, & doct. in c. postremo. de appella. ac Purpura. in q. 1. de offic. assessor. nu. 56. vbi alia adducit similia.

radicat, vales, & in dicitu non in frangitur.

Item non opponente parte valebit quarta productio testium omissa solemnitate. c. vltra tertiam. de testib. doct. in cap. in causis. ibidem. Et ex praemissis dicebam, quod licet vna tantum dilatio detur ad producendum auctorem, quem garandum dicunt, vt patet in dictis ordinatio. nouissimis, & habetur in tit. de dilatio. tamen non opponente parte valebit secunda dilatio. Sic & vna dilatio datur ad probandum, ibidem. Tamen si pars non opponat, valebit iudicium, etiam si tres dentur dilaciones, vt ibidem scripsi in 3. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic.

Productio quarta testium non seruata solemnitate valet.

Praeterea valet productio testium post publicationem parte non opponente. glo. in clem. 2. in verb. producere. de testib. Bart. in §. item si vassalus. de controuers. inuesti. lmo probatio contra sententiam, quae transiit in rem iudicatam, facta, si pars non opponat, valet. Innoc. in ca. cum Bertoldus. col. 2. de re iudica. Panor. in c. cum contingat. col. 3. de offic. delega. refert Feli. in c. inter monasterium. col. 8. nu. 16. ibidem.

Productio testium post publicationem valet.

Adhaec non potest pars quae succubuit in possessione, prosequi petitorium, nisi possessionem fuerit prius integre decitum, & pars illi plene satisfecerit. tit. de caus. benefic. postest. Si tamen pars quae obtinuit, non opponat, valebit petitorium. Et ita seruatur in forensi iudicio, vt ibi scripsi in 3. tomo commentario. in constitutio. Reg. Gallic. artic. 12.

Petitorium non prosequitur nisi possessio discussa.

De oppositione in obiecto tractat. l. seruo manumissio. ff. de condit. indeb. dum dicitur, seruus manumissus. quia si seruus sit, ergo non manumissus: si manumissus, non est seruus. Idem in l. si seruo. C. de senatus. conf. Silania.

Oppositio in obiecto.

Praepo, id est ante pono, vel praefero. l. miles. §. socer. ff. de adulter. ibi, quare non inique repellitur, qui commodum dotis vindictae domus suae praepo, non erubuit.

Praepo quid.

Praepo, praeficio. l. 1. §. nautam. ff. nautae. cau. po. ibi, sunt quidam in nauibus, qui custodie gratia nauibus praeponuntur. Inde omnes qui praesunt, praepositi recte vocantur, & qui priorem curam quandam super alios gerunt. c. quamuis. e. tit. Vnde praepositus alicui negotio, praefectus, qui curam huius negotij gerit. l. si institorem. in fi. ff. si certum peta. l. r. de exercitor. actio. ibi, cum qui magistrum nauis imposuit teneri, vt tenetur qui institorem tabernae vel negotio praeposuit.

Praepo pro praeficio.

Praepositi laborum vulgo dicuntur portuensis, & ensignes, teste Chassa. in catalo. glor. mundi. in 1. parte, conclus. 49. & considera. 20. in 9. parte. Laborum speciem esse vexilli, declarat gloss. in rub. ibidem.

Sed praepositos laborum dicit Alciat. & Pyrrhus esse illos, quibus media sunt omnes, alique Imperatoriae domus opifices subessent: a labore sic dicti. cuiusmodi nos magistros dicimus. Pyrrhus in rub. de praepositi. sacror. seruior.

Praepositus agentium in rebus is dicitur, qui praestit his qui in rebus Principis agunt, id est qui res Principis curant, vt declarat patruus meus Iacob. Rebuff. & alij in rub. C. de praepos. agent. in reb. lib. 12. & in rub. de susceptor. praepos. & arcar. lib.

Praepositus agentium in rebus.

lib. 10. hos quoque docet Chassa. in catalog. gloria mundi, dici posse, qui praesunt ducentis aut quadringentis nobilibus, seu militibus Regis.

Præpositus carceris.

Præpositus carceri. l. carceri. ff. de custod. reor. Gallic. dicitur *geolier*: commentariensis, *garde de prison*. l. ad commentariensem. C. de custod. reor. qui si pretio corruptus sine vinculis agere custodiam, vel ferrum, venenium ve in carcerem inferri passus est, officio iudicis puniendus est, ibidem, & per totum tit. ff. de custod. reor. & conductor Regius tenetur hunc commentariensem alere, vt censuit senatus me praesente in magna classe, anno 1335. die 16. Nouembris.

Præpositus sacri cubi.

Præpositus sacri cubi.

Præpositus sacri cubi dicitur is, qui praestit his, qui lectum Principis custodiunt. Gallic. vocatur *le grand chambellan*. Rebuff. in rub. de præposit. sacri cubi. Alij simpliciter vocantur *chambellans*, quo officio decorari solent bailliui & seneschalli.

Præpositus sacrorum seriniorum.

Præpositi sacrorum seriniorum vocantur secretarij, à secretis: vt in rub. de præposit. sacror. scrinior. li. 12. Aliter declarat Budej. in annota. ad Pandectas, comparans eos magistris requaristarum, quem sequitur Pyrrhus in lib. 1. de magistra. Romanor. & Iurisc. ait philosophos, grammaticos, rhetores & medicos immunes esse non solum à praefecturis gymnasiarum, sed & frumenti, vini & olei emptiois. id est philosophi, & alij ibidem conscripti non sunt praeficiendi ad emptioem vel curam vini & olei: imo ab his immunes sunt, quia parum hoc negotiationis genus curant viri literati, minisque forent cauti huiusmodi negotiatores. l. si duas. §. sint autem. alias est in l. sed & reprobari. ff. de excusa. tutor. Et præpositio certam legem dat contrahentibus. l. 1. §. igitur. ff. de exercitor. actio. nam si aliquis fuerit præpositus vendendo oleo, certum est non habere potestatem in alijs. Ob id præpositio certam legem dat contrahentibus, vt debeant contrahere super eo, in quo sunt præpositi, & non in alio. Et Vlpia. ait sic: communis enim omnis rationis est præpositio diei & consilis in initio posita, ideo edi debet. l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de edend.

Præpositio dat legem contrahentibus.

Præpositus quis.

Præpositus etiam apud nostrates vocatur is, qui certum habet officium seculare, iudicis communiter agens partes, in prima instantia. vulgo appellamus *procureff*. De cuius officio multa statuuntur in const. Reg. Gallicis, tit. *des seneschaux, baillifs, procureffs, & leurs licençes*.

Præpositus pro eo, qui habet dignitatem ecclesiasticam.

Præpositus etiam dicitur habens in ecclesia dignitatem, quae est interdum maior post Pontificalem, vt Tholoise: & quado sit officium simplex aut dignitas, aliquando quoque archidiacono vel decano maior, in hoc inspicitur fundatio ecclesie & consuetudo, vt docet domi. de Rota decis. 451. fuit dubitatum in no. Alias (vt dixi) est officium in ecclesia, de quo loquitur tex. in ca. r. de arate & qualita. c. cum inter canonicos. de elect. Et de præposito Magalon. loquitur tex. in ca. cum olim. de re iudica. scripti in praxi benefic. in 2. parte bullae dispensa.

Præpositura pro dignitate.

Inde præpositura dicitur illa dignitas, seu officium. c. cum nostris. de concess. præb. c. r. de consuet. li. 6. Et quamuis omnes qui praesunt, præpositi rite vocentur: vsus tamen obtinuit eos vocari præpositos, qui quandam prioratus curam super alios gerunt. c. quamuis. eo. tit. in decretal.

Præpositus mercibus.

Alia significatio est præpositus mercibus, institutor vocatur. l. seruus. ff. de vsu & habita. l. habebat quis seruum merci oleariae præpositum. Arelate. de institor. actio.

Præponere Calendario.

Hinc præponere Calendario. l. eius. in princip. ff. si certum peta. exposui in l. cum bis sextus. super pra. cod.

Et præponere, id est substituere, exponit glo. in l. 1. §. quid tamen. ff. de exercitor. actio. ego nihilominus exponerem ibi praeficere: nam substituendo praeficit, vt ibi patet.

Præponere pro substituire.

Præponere, id est constituere, concedere, dare, introducere, promulgare. l. 1. ff. si pars heredita. peta. ibi, post actionem, quam proposuit prator. l. de fideicommissar. heredita. petitio. vbi glo. l. 1. ne quis eum qui in ius voca. est. l. 1. §. secundo edictum proponitur in eos. ff. de postuland. l. 2. de interrogator. actio. l. si quis. ff. senatusconsulto. de religiof. l. 3. §. vtilitas. de itinere. l. in conuentionalibus. de verbo. obliga. l. 1. §. interdictum. de mortuo. infer. l. qui nomine. de falsis. l. 1. si memor falsum mod. dixerit.

Præponere pro constituere.

Præponere, palam facere, ostendere. l. si quis id quod propositum erit, dolo malo corrupit. ff. de iurisdic. omnium iudic. l. 1. §. item cum ex edicto peremptorio, quod neque propositum est, neque in notitiam peruenit. ff. quæ senten. sine appella. rescind.

Præponere pro ostendere.

Præponere, in medium afferre, adducere, & ob oculos ponere. l. proponebatur. ff. de iudic. l. Attilicinius. ibi, hi qui ex fundo Sutriano aquam ducere soliti sunt, adierunt me, propositumque, & c. ff. de seruitu. rusticor. prædior. l. 5. §. proponitur autem apud eum species talis. ad legem Aquil. Vnum interim propositum contentus ero. l. ita. §. penul. ibidem. Et Iurisc. sulti, maxime Sequola, soliti sunt respondere secundum ea, quæ proponerentur. l. Lucius. ff. famil. erciscund. l. fin. de condic. indeb. l. qui Romæ. de verborum obligation.

Præponere pro afferre in medium.

Propositi. l. cum hi. §. in persona. ff. de transactio. ibi, in persona eius à quo alimenta relicta sunt, hæc erunt spectanda, quibus facultatibus sit, cuius propositi, cuius opinionis. id est cuius voluntatis intentionisve fuerit. Et sic propositum dicitur animus, voluntas, intentio mente vel verbis concepta. l. 1. §. sed vtum. ibi, si vero laudator huius propositi, tenetur de seruo corrupto.

Propositi.

Proposita. l. metum. magna. §. sed ex facto. ff. quod met. caus. ibi, vt sine actione vellet aduersus Campanos experiri, esse propositam. id est introductam, datam, constitutam.

Proposita.

Proponere, dicere, allegare. l. si cum exceptione. §. aliquando tamen et si metus adhibitus proponatur. ff. quod met. caus. l. verum. §. quod si minor. ibi, proposui maiorem.

Proponere pro dicere, allegare.

Proposuit, id est promulgauit edictum prator, naturalem æquitatem secutus. in l. 1. ff. de minor. Inde propositum. l. penul. ff. de falsis.

Proponere pro promulgare.

Propositum pratoris, id est intentio. l. 3. §. sed vtrum. ibi, nequaquam fuit pratoris propositum. Prator enim minoribus auxiliu promissit, non maioribus. ff. de minor. l. si quis nec causam, nec propositum forenandi habuerit. si certum peta. l. rogasti. ibi, quod si non fuit hoc propositum, vt venderem. ibidem. l. de interdicto. de aqua quotidiana. l. aliud est promittere furem. & l. fugitiuus. infra eodem.

Propositum pratoris pro intentione.

Proponere dicitur actor, reus vero opponere. allegatur tex. in l. 1. in fi. ff. de iurisdic. omnium iudic. tamen per supra dicta reus etiam interdictum proponere dicitur.

Propositum delinquerit quid sit.

Proposito delinquere, est de industria, consilio, prameditato, studiose, instituto, data opera, seu (vt Graeci dicunt) *προσθετικῶς καὶ ἐπιδοῦν*, id est, cum quis prudens, sciensque quicquam admittit. l. respiciendum. in fi. ff. de poen. Et Iurisc. consil. pro dictione propositio, prudens sciensque interpretari videtur in l. qui ædes. ff. de incendio. Alibi dicitur sua voluntate. l. furtim. ff. arbor. furtim. casar.

Propositio

Propositio apud Dialecticos quid. Postpono.

Propositio secundum dialecticos est oratio verum, aut falsam significans. vnde Iurisc. ait in huiusmodi propositionibus non propriis verbis nos vt. l. si tibi. ff. si cert. pet.

Repono.

Postpono, quasi post me, id est retro pono, dimitto: vt cum dicimus, omnia postponere debemus, vt præceptis Dei obtemperemus: quia præstat mori, quam malo consentire. l. isti quidem. ff. quod met. caus.

Reponere pro iterum ponere.

Repono. l. riparum. ff. de rerum diuis. ibi, retia siccare, & ex mari deducere, onus aliquod in his reponere. id est collocare, recondere, apponere. l. debitor. ibi, deinde redacta ex venditione rei hereditariae centrum in arca repositu. ff. de negot. gest. l. quæ religiof. circa fi. ibi: vt alibi reponerentur. de rei vindica.

Reponere pro restitueret.

Reponere, iterum ponere, restituere. l. illud quod met. caus. l. seruitutes. §. si sublatum sit ædificium, ex quo stillicidium caput, & in eadem specie & qualitate reponatur, vtilitas exigit, vt idem intelligatur. ff. de seruitu. vrbianor. prædior. l. quæ religiof. ff. de rei vindic. l. sequitur. §. ideoque de vsucapio. ibi, si seruus meus rē mihi surripuerit, deinde eadem suo loco reponat, poterit vsucapi.

Reponere pro reficere.

Reponere, restitueret. l. 2. §. item Varus. ff. de aqua pluuiar. arcē. ibi, vt eum reponat, vel reponi sinat.

Repono pro seorsum pono.

Repono, seorsum pono, segrego. remoueo. l. si finita. §. postea. in fi. ff. de damno infect. ibi, seposito eo, quod quibusdam vel etate, vel qua alia iusta causa subuenitur.

Superpono.

Repono, pro repono, segrego. in l. debitor. ff. de negot. gest. vbi Iulia. scribit in eo verti questionem, vt animaduertamus, an iustam causam habuerim seponendorum centum, & c.

Suppono.

Superpono & suprapono idem est, & nota est significatio, quæ probatur in l. quod conclauē. ibi, vtriuque porticum superposuisse. & ibi, cui superposita. ff. de damno infect.

Supponere pro subdere vnum pro alio.

Suppono, expono. l. 1. §. r. ff. de minor. ibi, nam cum inter omnes cõter fragile esse, & infirmum huiusmodi ætatis consilium, & multis captiombus suppositum, multorumque in fidiis expositu. Sed ne idem verbum repeteret, primo dicit suppositum, postea expositum.

Supponere pro subdere vnum pro alio.

Supponere pro dare. Vnde si obstetrix suis quidem manibus supposuit venenum, videatur occidisse: si vero dedit, vt mulier sibi offerret, in factum actionem dandam. l. item si obstetrix. ff. ad legem Aquil. vbi prius viturur verb. dedit, postea supposuit. & ibi in §. 1. dicitur, quemadmodum obstetrix supponens teneatur.

Suppositus partus.

Supponere est subdere vnum pro alio, subiicere. Et ideo si quis merces supposuerit, vel obligatus auerterit, vel corrupit, æquæ stellionatus reus erit. l. 3. §. sed & si quis merces. ff. de crimin. stelliona. Et hoc obseruant Aegyptij seu Bohemij, qui dum ostendunt fericum, vel alias bonas merces, postea emptione conclusa supponunt alias, & dum eas pliant, emptori tradunt. sed caute, ne pligent post emptioem. l. si mandauero. 2. §. si hi quorum manda.

Inde suppositus partus, adulterinus, pro vero positus. & accusatio suppositi partus nulla temporis prescriptione depellitur: nec interest decesserit, necne ea, quæ partum subdidisse contendatur. l. qui falsam. ff. de fals. vbi primo verb. supponere vitur, denum subdidisse, vnum pro alio ponens vocabulum. Et de partu supposito soli accusant parentes, aut hi ad quos ea res pertineat, non

quilibet ex populo publicam accusationem intendat. l. lex Cornelia. ibidem. De questione etiã suppositi partus, vel si petat hereditatem, quem ceteri filij non esse fratrem suum contendunt, questio de seruis hereditariis habebitur. l. extraneo. ff. de questio. facit l. aufertur. in princip. ibi, suppositus declaratus est. ff. de iure fisci. l. cum suppositi partus. vbi doct. C. de falsis.

Supposita persona pro subiecta.

Supposita persona, subiecta, in locum alterius posita. l. seruus. in fi. ff. de poen. ibi, eos quoque delatoris pœna ex sententia senatus ost. tenet, qui per suppositam personam delatori causam dederunt. Et alibi dicitur, quod à præside, vel à procuratore, vel quolibet alio in ea prouincia in qua administrat, licet per suppositam personam comparatum est, infirmato contractu vindicatur, & æstimatio eius fisco inferitur. l. aufertur. §. quod à præside. ff. de iure fisci. Quam etiam personam interpositam vocat Iurisc. in l. obligari. §. sed & si per interpositam personam rem pupilli emerit. ff. de auctori. tur. alia scripti in l. hæc verba cui. sup. eo.

Suppositus iurisdictioni.

Suppositus iurisdictioni, id est subiectus. l. 1. si quis in ius vocatus fideiussorem dederit in iudicio sistendi causa non suppositum iurisdictioni. ff. si quis in ius vocat. non icrit.

Supponere pignori.

Supponere pignori, id est obligare. Inde supposito, pignoris obligatio. l. cum tabernam. §. 1. ff. de pignor. accipitur quandoque pro submittere, substituere.

Animal.

Animal, vide in l. mouentium. supra eo. & l. quæret. & l. ferri. eod. quod licet genus sit rationalis & irrationalis, vulgus tamen vix hominem solet animal appellare, nisi contumelia causa, cum stupidum significare vult. vnde vulgari sermone vocando quempiam *grand animal*, iniuriam intulisse videmur, quæ sit animo. l. si non conuitij. ff. de iniur.

Sedere pro placere.

Sedet. Nota est huius verbi significatio, opposita verb. stare. nam qui sedet, non stat. Stare debent aduocati, cum postulant. l. quisquis. in fi. C. de postuland. nisi fuerit doctor, secundum Alber. ibi. Consuetudo quoque Franciæ est, vt aduocatus postulans stet, iudex autem sedeat. l. 1. C. de offic. ciuil. iudic. l. si de offic. diuerfor. iudic. §. sedebunt. in authen. de iudic. c. si de re iudica. lib. 6. colla. 6. Laici vero stare, nec in choro sedere debent. c. r. de vita & honesta. clericor.

Sedere pro placere.

Alias sedere, id est placere. l. 3. ibi, quando nostræ federit maiefati. C. de consil. li. r. vbi Lucas de Penna. l. si fideiussor. in fi. ff. qui satisda. cogant. ibi, si hoc iudici sederit.

Residere pro remanere.

Inde sedes, de qua scripti in §. 1. de nominatio. Reg. in concordia. in verb. sedes. & de multiplici sede scribam in l. in lege censoria. infra eod.

Ambular.

Residere, id est remanere, habitare. l. lege. ibi, quia nihil penes eum residere oportet. ff. de lege commissor. iuncta l. seq. vbi in vna dicitur residet, in altera remanet. & sic accipitur in toto tit. de cleric. non residen.

Anteambulones.

Ambular. Huius verbi nota est significatio. Verruntamen aduertendum est hoc verbum interdū ad homines referri, vt hic, & l. r. ibi, ambuladi hominis. ff. de seruitu. rusticor. prædior. Vnde stipitatores, qui regem præcedunt in comitatu, vocat Martial. anteambulones:

Sum comes ipse tuus, sumidig, anteambulo Regis. De hoc verbo loquitur Iurisc. in l. verbum facere. infra eod.

Alias hoc verbum effectum suum res producit & extrahit, nec desinit, sed vadit, dicitur per metaphoram ambulare. Caius Iurisc. ait, per plures personas emptioem ambulare. l. sed vbi. ff. de minor. Iniuria- rum &

rum & actionum ex delicto venientium obligatio- nes cum capite ambulat. l. rutela. ff. de capit. deminutio. & ambulabit stipulatio, dicit Vlpia. in l. sed & si quis. aliis est l. adhuc. §. si operas. verfic. proinde. ff. de usufruc. Ambulaverit possessio per multos. l. sed & si lege. §. perinde. ff. de perit. heredita. Dos & donatio æquis passibus ambulat, ait Iustinia. in l. si. §. si nautem. C. de donat. ante nupt.

Potestas le- gis dicitur ambulatoria.

Ambulato- ria dicitur, & furti a- ctio.

Et potestas legis dicitur ambulatoria. l. erit. ff. de fund. dotali. Et ambulatoria defuncti voluntas vsque ad vitæ supremum exitum, id est duratura. nec enim exponi potest pro transitoria, vt voluit Alber. l. cum hic status. §. poenitentiam. ff. de donatio. inter vir. & vxor. l. 4. de admind. lega. Ambulatoriam conditionem, ait Papinia. in l. seruus si heredi. ff. de statuliber. Ambulatoria furti actio, in l. si. §. i. C. de furtis.

Ambulatoria porticus, ad deambulandum parata. l. sicuti. §. i. ff. si seruit. vindicet.

IDEM Lex cxxv.

Nepos Proculo suo salutem. Ab eo qui ita dotem tibi promisit, CVM COMMODVM ERIT, DOTI FILIAE MEAE TIBI ERVNT AVREI CENTVM: putas ne protinus nuptiis factis dotem peti posse? quid si ita promississet? CVM POTVERO, DOTI ERVNT. Quod si aliquam vim habeat posterior obligatio, POSSIT, verbum quomodo interpretaris, vtrum ære alieno deducto, an extante? Proculus putat: cum dotem quis ita promisit, CVM POTVERO, DOTI TIBI ERVNT CENTVM: existimo ad id, quod actum est, interpretationem redigendam esse. nam qui ambiguè loquitur, id loquitur, quod ex his, quæ significantur, sensu. propius est tamen, vt hoc eum sensisse existimem, quod deducto ære alieno potero. Potest etiam illa accipi significatio, cum salua dignitate mea potero. quæ interpretatio magis accipienda est, si ita promissum est: CVM COMMODVM ERIT, hoc est cum sine incommodo meo potero.

Intellectus legis, Nec- pos Procu- lo.

Tres habet partes. in prima salutatio ponitur. in secunda quæstio bi membris ibi, ab eo. in tertia ibi, Proculus putat. respondet prius secundæ quæstioni, deinde primæ.

Sensus huius legis est, quod si quis promiserit marito centum aureos nomine dotis filiaæ suæ, cum commodum erit, illa verba intelliguntur quando sine incommodo poterit, deducto ære alieno, saluaque dignitate, quando non constaret de alia disponentis mente: sed eo casu existimarem ad id quod actum est, interpretationem redigendam.

Item si pater filiaæ nomine centum doti ita promiserit, cum commodissimum erit: Atticus scri-

psit Seruium respondiße, cum primum sine turpitudine & infamia dari possit, deberi. l. auus. §. si. ff. de iure dor.

Idem putarem si diceret, quando erit mihi utile, promitto: vel quando sine detrimento meo, vel damno potero: vt in c. 2. de consti.

Non absurdum est si dicatur, cum potero. hoc enim intelligitur etiam salua dignitate, & deducto ære alieno, & quando commode: vt hic: & inferius abunde explicabitur.

Ex cuius legis interpretatione sequentes insurgunt effectus. Primus est, quod si quis promiserit interpretari codicem vel institutiones, cum poterit, vel ei commodum: erit: non debet statim post promissionem præcipitari, & rerum necessariorum administrationem intermittere, vel omnibus dimissis negotiis promissioni deferuire: nec rursus tam longum tempus exigendum est, vt quandiu viuat, interpretatio protrahatur: sed tempus modicum, scilicet quo possit absque magno suo detrimento interpretari. text. optimus in l. si peculium. in si. ff. de statuliber. qui tex. plurimum confert ad intellectum huius legis. Et puto hoc totum esse relinquendum arbitrio boni viri, id est iudicis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligat. qui debet inspicere debitam rem, & debiti quantitatem, & patrimonium debitoris, modique, ac creditoris & debitoris qualitatem. Ex quibus cognoscat, quando promissori commodum erit & opportunum. l. 2. ff. de re iudica.

Item per istam legem consilii cuidam rustico obligato ad centum sextaria frumenti, cum ei commodum erit, quod ea dare non teneretur ante mensium recollectionem, nisi foret ei commodum. quod per se non præsumitur. Veruntamen in hac commoditate putarem consuetudinem regionis, ac personæ, qualitatem inspicere debere, vt pro positione patrimonij, & sine vexatione, & incommodo viuere possit. l. 3. ff. de annuis lega. facit. l. Quintus. 2. §. cum aurum. de auro & agen. lega.

Adhæc electores cum primum commode possunt, electionem superiori præsentare debent, vt confirmetur. c. quam sit. de elect. in 6. non dicuntur commode posse, si importunitate niuium & aquarum premerentur, vt ibi, & c. cupientes. §. i. vbi gl. in verb. commode. ibidem. doct. in l. 2. ff. si quis cautionib. per illum tex.

Præterea vicario perpetuo taliter prouidendum est, vt commode viuere possit. c. de monachis. vbi Panor. & alij, de præbend. c. i. illo tit. in 6. & c. 2. de supplend. negligen. prælator. Et dicitur commode viuere posse, quando competenter & congrue habet. Dec. in c. peruenit. no. vlt. de appella. per glo. in d. ca. vno. §. sanc. de statu regular. in 6. doct. in c. extirpandæ. §. qui vero. de præb. scripti plenius in tract. de congrua portio. ibi videte.

Ita si quis promiserit, cum ei commodum erit, vel cum poterit: intelligitur cum poterit salua dignitate sua, vt dicit hic tex. Ideoque si promissor fuerit nobilis, non astringendus est vendere pretiosorem vestem, vt promissis satisfaciat, vel suppellectilem, equos, aut alia sibi necessaria. horum enim subtractione detraheretur sui dignitati. vnde Iurifcons. ait, Quid est habere facultatem repetendi seruos: respon. si habeat pecuniam, ex qua liberari potest. nam non debet cogi vendere res suas, vt soluat pecuniam, & repetat seruum, in l. si seruus depositus. §. i. ff. de noxal.

Similes quoque eodem modo promiserit, relinquenda sunt ei arma, quæ non sine dedecore possunt ab eo auferri. Et qui ea alienat, aut amittit, capite puniendus est. l. desertorem. §. miles. ff. de re

Effectus legis Nepos Proculo.

Prodecima Papalis non capiuntur cruce & calices.

Illud possimus, quod iure possimus.

Mercator promittens in nudinis soluere, si commode possit, quomodo intelligatur.

Illud facere non possimus, quod iuri communi refragatur.

Vicario perpetuo prouidetur vt commode viuat.

Promissio facta, cum quis poterit, quomodo intelligatur.

Promissio facta, cum quis poterit, quomodo intelligatur.

dere militar. l. qui commearus. §. arma. ibidem. Ita si scholasticus promiserit, relinquendi sunt ei libri, & sacerdotibus breuiarium & missale, per istam glo. singulariter brei. nam sine his esse non potest, salua sua dignitate.

Praxis breuiarii regni pro scholasticis.

Imo hodie per istum tex. iuncta gl. praxis inoleuit in hoc Regno, per quam si debitor sit scholasticus, vel clericus, pro executione rei iudicæ non capiuntur libri, nec bona sua mobilia, nec breuiarium presbyteri: vt las. pulchre scribit in §. ite Seruiana. de actio. in Insti. & ego plene in scholasticor. priuileg. 113. & fusius in tract. de liter. obligator. artic. 2. in 1. tomo commentar. in constit. Regi. Gallic. vbi tradidi regulam cum extensio & limita.

Item pro decima Papali, quæ imponitur super beneficiis, non debent exactores ipsius, calices, libros, aut alia ornamenta ecclesiæ diuinis officiis deputata accipere, vel distrahere. per tex. in clem. vlt. de decim. licet aliquando contrarium obseruetur in perniciem animarum eorum tale quid agentium.

A simili, quando rusticus ita promisit, quando poterit: non debent aratra capi, ligones, boues, vel mula aratoria, nec alia id generis instrumenta necessaria. l. executores. cum authen. ibi posita. C. quæ res pignor. obligar. possunt. vt dixi in d. tract. de liter. obligator. artic. 2.

Colligere multa possumus ex hoc tex. ad quæ per doct. allegatur, iuncta glo. Primum videlicet, nos illud posse, quod commode possumus: nos vero illud non posse censerî, quod cum incommodo nostro fieret. Vnde usufructuario eas seruuitutes dominus præstare non debet, quæ cum aliquo incommodo præstarentur. l. i. in fin. ff. si usufruct. peta. Ita sunt quedam personæ, quæ condemnantur, quatenus facere possunt: facere autem posse dicuntur, deducto ære alieno, & salua eorum dignitate. l. sunt qui. cum l. seq. ff. de re iudicata.

Item si mercator promiserit in nudinis soluere centum, dum commode possit: non dicitur commode posse, si merces ibidem emere non sit ei liberum, & referre domum, quibus postea valeat ex negotiatione sua sustentari: sed tunc posse dicitur, si mercibus emptis pecuniâ habeat otiosam.

Secundo colligitur nos id facere non posse, quod iuri communi refragatur: vt nemo facere potest, quin leges in suo testamento loci habeant. l. nemo. ff. de leg. i. licet per restitutionem obtineri possit beneficio Principis. vnde Vlpia. ait: si is qui in integrum restitui potest, abstinuerit se hereditate, an quando poterit in integrum restitui, existimamus constitutionem cessare, quia non est certum ab intestato neminem successorem extare: est tamen verius admittendam constitutionem. l. 4. §. i. ff. de fideicommiss. libert. facit l. & si sine. de minor. & l. vlt. in si. de cõdict. indeb. Corset. in singul. incipit. facere. gl. & doc. in l. postquam liti. C. de pact.

Tertio id fieri non posse dicitur, quod cum dispensatione fit: veluti dicitur quem duo beneficia habere non posse, licet ea possit obtinere ex dispensatione. c. gratia. de referri. in 6. clem. gratia. de referri. scripti in praxi benefi. in 2. parte de dispensa. facit tex. in lidem Iulianus. §. si. ff. de leg. i. ibi, quoniam commercium eorum nisi iussu Principis non fit. gl. in c. ventum. i. q. i. & ibi gl. in verb. non possumus. Vnde si quis promiserit aliquam ducere in vxorem, si possit, non tenetur dispensationem petere, si illa sit consanguinea, vel alias prohibita, vt cum ea matrimonium contrahat, quamuis dispensatio valeat obtineri. Illud enim impossibile censetur, quod ex dispensatione fieri

Quod sit cum dispensatione, dicitur fieri non posse.

potest. allegatur Innocen. in c. pastoralis. de caus. possess. & Barba. consil. 56. à Ioue. col. 7. in 3. vol. & consil. 7. illud. col. 5. in si. vol. 4.

Quarto allegatur ad hoc iste text. Illud possumus, quod de iure possumus. l. recte. vbi Iacob. ff. de iudic. Et ille dicitur comes vel prælatus, qui de iure: vt scripsi in præfa. ad l. vnam. C. de sent. quæ pro eo quod interest. nu. 75. & seq. & ille dicitur tutor, qui iure datus est. l. 3. ff. de testa. tutel. facit ca. conuenior. in si. 23. q. 3. gl. in ca. quamuis. in verb. continuatis. de offic. ordinar. lib. 6. Alexand. consil. 122. nu. 5. in 4. vol.

Prælatum dicitur, qui iure est factus.

Quinto hunc tex. doct. ad hoc adducit, nos id facere non posse, quod turpe & inhonestum est, comprobant per l. filius. ff. de conditio. insti. Angel. in tract. de malefic. in gl. & dicitur Titius se defendendo. Vnde operas turpes non potest exigere patronus à libera, vel dominus ab ancilla. l. eius. ff. de oper. libertor. & inquit Callistrat. his verbis: ea demum imposita intelliguntur, quæ sine turpitudine præstari possunt, & sine periculo vite, nec enim si meretrix manumissa fuerit, eadem operas patrono præstare debet, quamuis adhuc corpore questum faciat, nec arenarius manumissus tales operas, quia istæ sine periculo vitæ præstari non possunt. Nec quis facere debet id, in quo vitæ periculum vel animæ inest. Preces quoque tales non valent, & similes sunt matri filiorum Zebedæi. Ita nec promissiones, quia sunt contra bonos mores. l. non est obligatorium. de regul. iur. in 6.

Turpe est inhonestum quod est, facere non possumus.

Operas turpes à libera vel dominus ab ancilla non exiguntur.

Id fieri non debet, vbi est animæ periculum.

Sic loci dominus, baro vel alius non debet adigere suas subditas ad turpes operas: alias priuaretur iure superioritatis. §. fin. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. 2. illo tit. Bal. in d. l. 2. & l. quod ex libertate. C. de oper. libertor. Guid. Papæ decif. 62. incipien. Si quis baro:

Dominus loci alicuius adigenes suos subditos ad turpia, perdit ius suum.

Sexto id posse non dicimur, quod inhoneste, vel cum infamia possumus. l. filius. ff. de cõditio. insti. vt si quis me ad coenam inuitauerit, cui promiserit interesse, postea velit me ducere ad lupanar, vel ad locum inhonestum, non teneor accedere. nam hoc salua dignitate mea non possum, nec saluo honore & honestate. l. si cum dies. §. sed & si in aliquem. ff. de arbitr. vbi idem dicitur in citato, si arbiter ad locum inhonestum me cõpariturum citauerit, vt comparere non teneat.

Quod cum infamia fit, illud dicimur non posse.

Septimo quoque illud non possumus, quod non nisi cum dedecore, aut verecundia possumus. ca. vno. an ille qui interfecit fratrem domini sui, feudum amittat. iuncta gl. vbi decidit illum, qui sine dedecore in curia esse non possit, amittere feudum, vt pote si suum interfecit fratrem. facit l. sicut. §. si voluntate. ibi. inuerecunde. ff. quib. mod. pignus vel hypoth. soluit. & l. in eadem. in fin. ibi, vt sine dedecore in publico apparere non possint. ff. ex quib. caus. maior. Et Guido Pape in decif. Delphi. q. 253. si quis dedit. facit authen. si quis liberus. C. de natural. liber. Ita vsura, quæ vix sine rubore exigi possunt, non petentur. l. 3. in si. ff. de vsur.

Illud quis non potest quod sit est dedecore.

Sic etiam doli actio cessat aduersus parentes: quia sine rubore à filiis in eos intentari non possit. l. non debet. ff. de dolo. Nec vsura hodie exigi sine peccato potest, vt supra dixi l. vsura. Idem in exceptione doli, & alia quæ parentis aut patroni opinionem apud bonos fugillat, vt aduersus parentes à liberis opponi non possit. l. apud Celsum. ff. de doli exceptio. l. sed si hac. §. prætor. de in ius vocand.

Octauo illud non possumus, quod facile exequi non possumus. Vnde Iurifcons. dicit municipes possidere non posse: quia vniuersi consentire non possunt, scilicet facile. tex. iuncta gl. in l. 1. §. si.

Illud non possumus, quod facile exequi non potest.

ff. de acquir. possess. l. vna. de libert. vniuersit. l. sed est quaesitum, an is qui generare facile non possit. ff. de liber. & posth. l. 2. §. deinde quia difficile. de orig. iur. vbi difficile dicit ibi Cagnol. esse, quod cum multo labore, & longo tempore fieri potest: sicut actus in curia. allegat Aristotel. li. 1. politico.

Actio de dolo non datur contra municipes.

Item de dolo actio non datur contra municipes: quia dolum committere non possunt. l. sed si ex dolo. §. r. ff. de dolo. Impossibile vero dicitur, quod omnino fieri non potest. l. cum sanc. ff. de his qui deiecer. vel effuder. vbi glo. alia iura adducit. facit l. cum mandato. de minor. vnde Vlpian. sic ait: neque enim minori imputare possumus, cur non deseruit accusationem, vel cur abolitionem non petierit: cum alterum si fecisset, in Turpillianum incidere, alterum non facile impetretur. l. qui cum maior. §. r. ff. de bonis liberto. l. si autem. de nego. gest. Si tamen facile Princeps concederet restitutionem, solet imputari non petenti. l. r. §. permittitur. ff. de aqua quotid. ibi, plane ei ad quem dominium transit, impetrabile est. nam si docuerit praedictis suis aquam debitam, & si nomine eius fluxisset, a quo dominium ad se transit, indubitate impetrat ius aquae ducenda. nec est hoc beneficium, sed iniuria, si quis forte non impetrauerit. Et idem ait Vlpian. in l. 3. §. quid ergo. ff. de contrar. actio. tutel. ibi, si quidem non postulauerit a praetore, ut promatur pecunia, vel hoc minus deponatur, sibi imputetur: si vero hoc desiderauit, nec impetrauit, dicendum est non deperire ei viuras in contrario iudicio. & Marcel. in l. pen. de cadauer. punitor. sic ait: & multis petentibus hoc Principes indulserunt. Et quando aditus Princeps hoc facile permittit parti, non petenti est imputandum. l. sed & si. §. hęc clausula. ff. ex quib. caus. maio. pulchre Georg. Nathan. in repe. clem. sepe. in 4. no. eo. tit.

Illud possimus quod iure possimus.

Nono illud possimus, quod iuste possimus. c. faciat homo, 22. q. 2. Et (vt summam dicam) quae facta laedunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & breuiter, quae contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est. Paul. Iuriscons. in l. filius. ff. de conditio. insti.

Posse vel non posse quando datur.

Vltimo non posse vel posse quando datur, docet alibi Bar. in l. Gallus. ff. de liber. & posth. gl. & doc. in c. sciscitatus. de rescrip. Quod summe vtile esse potest his, qui fuerunt eo modo obligati vel condemnati, in quantum facere possunt: quia non faciendum ea, quae sic facere non possunt, non sunt in culpa, nec poena aliqua plestendi. Vnde Vlpian. docet non imputandum matri, si non perierit tutorem a Principe, vel conditionem remitti. l. 2. §. tractari. ff. ad Terullia. ibi, nonne erit matri ignoscendum, aut hoc imputatur matri, cur non desiderauerit a Principe conditionem remitti.

Non refragatur, quod in omnibus obligationibus in quibus dies non apponitur, praesenti die pecunia debetur. l. in omnibus obligationibus. ff. de reg. iur. Sed hic non ita, nempe commoditatis ratio habetur. Et sic responderem istam regulam non habere locum, cum tacite esset tempus praestitutum, vel a iure intelligeretur, vt hic. Et illa regula solum intelligitur, quando simpliciter quis promissit: quia tunc nullum tempus tacite intelligitur fuisse adiectum, nimirum si praesenti die debeat. Secus vbi promissum fuerit, quando com modum erit, vel cum poterit, vel vtile erit, aut aliter: tunc enim proculdubio requiritur illa temporis commoditas, sicut dicimus in eo qui promissit dotē filiae, quando nubilus erit aetatis. Porc. in §. omnis. Insti. de verb. obliga. per l. qui filium. ff. vbi pupill. educar. debeat. Sequitur Dec. in d. regul. in omnibus. ff. de regul. iuris. & ista erit prima limitatio.

Secundo non procedit iste text. si de contraria mente apparet, vt hic. & glo. hoc probat: quia mens disponentis est sequenda, vt in l. nominis. §. r. supra eod. vbi docui.

Tertio quando aliter actum est, & de eo constat, vt hic in tex. ibi, ad id quod actum est, &c. Et Iuriscons. ait: Semper in stipulationibus, & in ceteris contractibus id sequimur, quod actum est. ff. de regul. iur.

Ex primis verbis huius tex. colligitur modus scribendi Latine ad aliquos, vt quamuis nonnulli dicant causa humilitatis praeponendum nomen eius, cui scribitur: tamen hic contrarium videamus, nomen scilicet scribentis prius apponi. confirmat. l. Nefennius. ff. de neg. gest. & in l. Nefennius. de re iudica. l. Attilicinius. de pact. dotal. & alibi saepius in iure. Communisque is est honor, vt a principio salutemus. l. 2. vbi Rebuff. C. de proxim. sacror. scrinior. quod ipsi obseruati summi Pontifices, necnon alij Principes in suis diplomatibus. quae salutatio prodest, vt scripsi in form. mandat. in concordia. in verb. salutem.

Salus autem dicitur in columbis. in l. si calum niatur. §. post Calendas Ianuarias die tertio pro salute Principis vota suscipiuntur. infra eod. In de salubritas. l. quid aliud. supra eod. Sanitas. in l. malum. §. viduam. infra eod.

Salus qua.

Ab eo. Ista particula A & Ab regulariter excludunt, siue respiciant tempus: vt a die porrecti libelli fieri debet contestatio, seu quis debet comparere: tunc dies termini & sententiae non computatur. l. si ex duobus. iuncta gl. & ibi pulchre Imol. ff. de duob. reis. gl. in c. statutum. de praeb. in 6. Bal. consil. 461. in 3. vol. & Pandor. in c. super eo. 2. de appel. Siue etiam respiciant rem. l. ratio. siue datio. iuncta gl. ff. de actio. emp. & ibi addidi.

A & ab re regulariter excluduntur.

Inclusiue tamen quandoque sumuntur, vt in rub. vt ab illustrib. & qui super eam dignita. col. 5. & in rub. C. vt actio. ab heredib. & contra heredes incipiant. plene explicat Oldrad. consil. 49. consueuit. notate tex. in l. sed si hoc. in fi. ff. de condit. & demonstra. sic inquentem: cum vir vxori si a liberis non nupserit, in annos singulos aliquid legauit, quid iuris sit? Iulia. respondit posse mulierem nubere, & legatum capere. quod si ita scriptum esset, si a liberis imuberibus no nupserit, legem locum non habere: quia magis cura liberorum, quam viduitas iniungeretur, & exponitur ibi, Si a liberis no nupserit, id est si quandiu, & quatenus liberos habuerit, non nupserit, & eos non deseruerit: & tunc non valet legatum tanquam viduitatem inducens, vt scribit Alcia. lib. 7. parerg. c. 21. dixi in meis no. interpreta.

Deducto are alieno, id est detracto. & variis sumitur modis, quos scripsi in l. qui neque ducantur, supra eod.

Extante, id est existente. Extare enim pro esse, constare, vel superesse ponitur. l. extat decretum. ff. quod met. caus. & l. extat. de iure fisci, & aliis in multis legibus.

Salua dignitate. Ex hoc tex. colligitur legem vel ordinationem intelligendam salua dignitate: adeo quod lex videtur in dubio salua dignitate statueri. Et sic qui vult aliquem infamem dicere, hoc probare debet. nam quis non efficitur infamis, nisi in lexpressum dicitur. l. r. & per totum. ff. de his qui no. infam. & Iuriscons. Paul. exponit alibi sine praedictis, in l. Claudius. in fi. qui potior. in pign. habeant.

Infamis quis non fit nisi per legem.

Dignitas est auctoritas alicuius, cultu & verecundia & honore digna. Cicero lib. 2. rhetor.

Dignitas accipitur aliquando pro conditione & statu, vt hic. Vlpian. ait vusufructuarium vestire seruos

Dignitas quid sit. Dignitas pro conditione.

ut & seru.

seruos debere secundum ordinem & dignitatem mancipiorum. l. sed & si quid. §. sufficienter. ff. de usufruct.

Dignitas pro potestate.

Sumitur interdum pro potestate: quia praedictus potestate eam digne gerere debet, ipsaque dignus esse. l. r. ff. de offic. quaestor. Lucas de Penna in rub. C. de dignit. lib. 12.

Potest tamen esse dignitas sine potestate, id est administratione: & hec vocatur honoraria dignitas. l. fi. C. de dignit. l. 2. C. vt digni. ordo seruetur. eod. lib. 12.

Dignitas pro fama.

Aliquando accipitur pro fama. l. 3. C. de remilita. lib. 12.

Dignitas de iure canonico quid, vbi & pro ordine, ac potestate.

De iure vero canonico est praereminentia quadam cum iurisdictione. c. de multa. de praebend. Et pro ordine. c. denique. vbi bona gl. 4. distinct. Aut pro potestate seculari. c. administratores. 23. q. 5. dixi in praxi benefic.

Salua iur.

Iurisconsul. alibi dicit Saluum ius sit, pro integro, & sic reseruat ius. in l. mater. in fi. ff. de inoffi. restam. l. voluntate. quib. mod. pig. Et cum salua sana venero, pro incolumi conseruata, superstitite. l. Publica. in princ. ff. depof.

Salua merces.

Salua res esse non poterit, pro conseruata. l. & eleganter in princ. ff. de dolo. Salua merces. in l. 2. ad legem Rhodiam de iactu. Et reipublica interest mulieres dotes suas saluas habere, propter quas nubere possint. l. 2. ff. de iure dotium. Conseruari dicuntur dotes, in l. i. soluto matrim.

Salua fide.

Item usufructus est ius fruendi vtendi rebus alienis salua substantia. l. r. ff. de usufruct. §. r. Insti. eod. tit. Salua fide. l. quod Nerua. depof. Salua ratione recti sermonis. l. Plautius. in fi. ff. de auro & argen. lega.

Salua religione.

Et praetor ait, Nautae, caupo, stabularij quod cuiusque saluum receperint, nisi restituant, in eos iudicium dabo. l. r. ff. nauae, caupo. Et si rationem compensationis iudex non habuerit, salua manet petitio. l. quod in diem. in fi. ff. de compensa.

Salua pignoris causa.

Saluo manente agnationis iure. l. 3. C. de legit. tutel. Adhaec pertinet hoc edictum ad eas capituli deminutiones, quae salua ciuitate contingunt. l. 2. ff. de capit. deminutio. & in titul. ff. rem pupilli saluam fore. Saluo officio. l. penul. ff. de confessio.

Index recipit articulos.

Salua religione. Salua religione aliquid esse faciendum vult Iurisconsul. in l. fi. ff. de mortuo inferend.

Salua pignoris causa. Ista clausula solet reseruare ius vtenti ea: vt si debitor vendat pignus consentiente creditore salua pignoris causa non liberatur pignus. l. si debitor. §. r. ff. quib. mod. pignus soluit. & saluo iure pignoris, ibidem.

Et iudex potest quem condemnare vel absolueri, saluo quod infra dicant. allegatur gl. singul. in litem Labeo. in verb. si pure. ff. famil. erciscun. quam singul. no. Bal. in l. terminato. C. de fructib. & lit. expens. & Corset. in singul. incipien. saluo. & Barba. consil. 51. col. penul. in r. vol. & Iafin l. non solum. §. morte. in fi. ff. de noui oper. nuntia.

Et pro confirmatione praefata gl. tex. est in l. r. ff. ad legem Falcid. & ibi Alexand. & Vincen. no. & tex. in c. Raynaldus. vbi Barba. de testam. Et si emphyteuta vendiderit rem emphyteuticam, saluo iure dominij, decedit Iaf. in l. 3. C. de iure emphyteu.

Index solet recipere articulos vel positiones, saluo iure impertinentium & non admittendorum: vt per doct. in c. praesentium. de testib. lib. 6. Ita collatores conferre solent beneficia, saluo iure illorum: vt scripsi in praxi benefic. in formul. colla. in r. parte. alia in additio. ad dictionar. Alberic. conscripsi.

Ambiguae, id est dubie. Ambiguum dicitur, quasi

quod in ambas partes duci possit, quando videlicet est obscurum. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. l. pupillus. in fin. ibi, verbum suum ambiguum est. infra eo. c. 1. de iudic. li. 6.

IDEM LIBRO SEXTO Epistolarum. Lex cxxvj.

Si cum fundum tibi darem, legem ita dixi: VTI OPTIMVS, MAXIMVS QVE ESSET: & adieci: IVS FVNDI DETERRIVS FACTVM NON ESSE PER DOMINVM PRAESTABITVR: amplius eo praestabitur nihil. Et si prior pars, qua scriptum est, VTI OPTIMVS, MAXIMVS QVE SIT: liberum esse significat, eo que si posterior pars adiecta non esset, liberum praestare deberem: tamen inferiore parte satis me liberatum puto, quod ad iura attinet, ne quid aliud praestare debeam, quam ius fundi per dominum deterius factum non esse.

Intellectus huius legis est, quod si ego tibi donem fundum, vti optimus maximusque est, debeo cum praestare liberum. non enim dicitur esse optimus, nisi sit liber. Si tamen adiecero ius fundi deterius non esse factum per me dominum, tunc sufficit me non imposuisse seruitutem, aut quod ius fundi non fecero deterius: quemadmodum scripsi in l. qui vt optimus. supra eo.

Ex his verbis in tex. ibi, Praestabitur, &c. colligitur quod promissum praestandum est, & nil ultra. facit l. contractus. ff. de regul. iuris. ibi, hoc seruabitur, quod in initio conuenit. Adhaec si conueniat, vt in deposito culpa praestetur, rata est contractus conuentio. Contractus enim legem ex conuenitione accipiunt. l. r. §. si conueniat. ff. depof. tamen a tempore mora tenebitur debitor in plus, vt in l. quod te. & l. cum fundus. ff. si certum peta. l. mora. de vsur. Alibi de his tractabitur.

Promissum praestandum.

Contractus ex conuenitione legem accipiunt.

Secundo colligitur ex hoc text. quod si in vno contractu duae fuerint insertae clausulae, vtraque debet operari, & effectum suum sortiri: licet quidam has se inuicem impedire dicant, quorum opinio conuincitur in hoc text. in quo declaratur clausula, Vti optimus maximus: quae significat liberum debere esse fundum, qui sic promittitur, vti opt. maximusque est, vt abunde scripsi in l. qui vt. supra eod. Verum quia ibi hoc erat tantum elucidatum, opus non erat alia declaratione, ne lex superflua esset: tamen Iurisconsul. hic adiecit, Quid si quis huic claus. Vti optim. maximus, adiuuerit ius fundi deterius factum non esse: & respond. tex. hoc esse praestandum, videlicet quod promissor non fecit ius fundi deterius: alia praestare non oportet.

Si clausula duae insertae sint in contractu, vtraque operatur.

Aduertendum est tamen ad gl. fin. quam singul. exclamat Francisc. Cremē. singul. 157. vnus socius. Vbi dicit quod venditor & is qui promissit se de suo facto tantum teneri velle, vel ius per dominum fundi deterius non esse, tenetur non solum de se, sed de suo auctore, quod est verum de auctore vniuersali: secus de singulari. vt si ab aliquo emisset, vel si vendidisset ea lege promittens ius fundi a se deterius factum non esse, si erat imposita

Venditor tenetur de suo facto de suo auctore.

seruitus per auctorem singularem illius non tenetur: secus ubi fuisse vnuerfalis successor. quod est notandū. tradit Bar. in l. si seruus. in 2. ff. de cōdit. furti. vbi Alex. in additio. nam obligationes actiue & passiuæ transeunt in heredem, & fideicommissarium. l. i. ff. ad Trebell. Alex. consil. 118. attentis. col. 2. in 6. vol. Decius consil. 287. viso puncto. in 2. dubio. quippe illa clausul. De suo falso tantum vult teneri: censetur posita ad excludendum personas extraneas, non aurem heredem, vt concludit Hippol. singul. 475. non est nouum.

Tertio colligi potest ex hoc rex. non esse inco- ueniens eodem verbo pluries vti in vna & eadem lege vel oratione, vt Iuriscons. hic quater repetit verbum præstare, & in l. munus. infra cod. ter, ac l. quotiens. rem ratam haberi. septies, atque in l. cum res. ff. de lega. 1. Vlpia. idem reperit verbum præstare quater decies. Et Iuriscons. sexies verbū deprehendatur in l. 3. & seq. de furt. Et verbum e- dat in l. si. communia prædior. Et quater verbum constituit in l. non est mirum. ff. de pignorat. ac- ctio. & sexies verbum cedere in l. id quod. §. fina. communia prædior.

Præstare pro præbere, dare, exhibere, efficere, concedere accipitur hic. Vnde dicitur, quicquid detrimenti negligentia tua fecit, præstes. l. nam & Seruius. §. mandato. ff. de neg. gest. l. si quis man- dato. ibidem. Omnia enim facta magistri debet præstare, qui cum imposuit. l. i. §. magistrum. ff. de exercitor. actio. l. ex qua persona. de reg. iuris.

Præstare se ad atrogandum. l. si à domino. §. i. ff. de perit. heredit. l. illud. ad legem Aquil. l. fune- ris. 1. de religiof. l. in summa. de re iudica.

Præstare custodiam, diligentiam, præstare mercedem. l. i. de- que. de actio. emp. Præstare venenum pro medicamento. l. qua actione. §. Celsus. ff. ad legem Aquil.

Præstare vfusfructus. l. i. ff. si vfusfruct. petat. Præstare accessum ad rem, quæ legatur. l. binas. ff. de seruitu. vrb. prædior. Præstare seruitutem. l. si mihi. t. in princi. ibi, nihilominus hanc seruitu- tem mihi præstare debebis. ff. de seruitu. rusticor. prædior. Præstare pensionem. l. superficiario. ff. de rei vindica. ibi, vt certam pensionem præstet.

Præstare viam vicinus proximus debet, cum via publica fluminis imperu, vel ruina amissa est. l. si locus. in fin. ff. quemadmod. seruit. amittant.

Præstare vacationem militie munerisque. l. mu- nus. supra cod. & noxiis solutum præstare. l. hæc stipulatio. infra eod. Præstare veram æstimationem. l. in tribus. de iudic. Præstare operas, exhibere, soluere, implere, dare. l. si non sortem. §. li- bertus. ff. de condict. indeb. l. si quis pro eo, de fi- deiuflor.

Ad præstationem legati, id est ad solutionem heres non est compellendus, nisi eo loci vbi ha- bet maiorem partem bonorum. l. si fideicom- missum. in princip. ff. de iudic. iuncto §. fin. & l. cū res. de lega. 1. Et in omnibus bonæ fidei iudiciis cū nondum venit dies præstandæ pecuniæ. ibidem. Et sic debet intelligi rub. de lega. præstan. & l. quod ait. de noxal. l. inter. §. quod ex facto. famil. er- ciscund. l. si plures. de lega. 3. l. generaliter. de vlturis.

Præstare aduocationem, postulare. l. puro. §. si. ff. de postuland. Præstitit damnum. l. si. §. fin. ff. quod met. causid. est damnum dedit. Fidem præ- stare, est quod promissimus dare, vel facere, vel placitis stare. l. furti. §. mandati. ff. de his qui nor. infam. l. epistola. de pact. l. 3. de iure fisci.

Eodē ver- bo quis po- test vti plu- ries in ea- dē lege vel oratione.

Præstare quomodo capiatur.

Præstare se ad erro- gandum. Præstare custodiam, diligentiam, præstare mercedem, venenum.

Præstare v- susfructu, accessum, seruitutē, pensionem, viam.

Præstare vacationē militie, ve- ram æstim- ationem, operas.

Heres non est cogend- us ad præ- stationē le- gati ubi- que.

Intellectus rubr. de le- gat. præst. & l. quod ait. de nox. Præstare aduocatio- nē, damnu, fidem.

Præstare pro efficere exponit Budæ. in l. 2. circa si. ibi, cum ab Adriano viri pratorij pererent, vt sibi liceret de iure respondere, respondit eis hoc non peti, sed præstari solere. ff. de origin. iuris. sed videre, an ibi possit exponi pro concedi.

Præstare culpam est satisfacere, quod sua culpa euenerit. l. Julia. §. in his. ff. de actio. emptio. Inde præstatio, personalis actio. l. item Labeo. §. fin. ff. famil. erciscund. ibi, iudicium ex duobus constat, ex rebus atque ex præstationibus, quæ sunt perso- nales actiones. per quem tex. ego dicerem huius- modi præstationes esse personales actiones, qui- bus conuenitur coheres vel socius ad id soluend- um siue præstadium, in quo erat obnoxius. l. sed & si lege. §. petitio. ff. de petitio. heredita. l. i. com- muni diuid. Per istas actiones petitur damnum datum in re communis, exactio debitorum hereditatis ab altero herede facta, & fructuum & im- pensarum recompensationes ab eo, cum quo rem communem habemus, ac si de illis inter nos cō- uenisset præstandis. l. i. & l. in hoc. communi di- uidund.

Præstetur dolus. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. ibi, illud nulla pactione effici potest, ne dolus malus præstetur. id est pacto remitti non potest, ne dam- num dolo malo datum petatur, & fariatur.

Præstare probationem, probare. l. ab ea parte. in fi. ff. de proba. Præstare sumptum, præbere. l. si procurator. ff. de iure fisci. Præstare patri pietat- tem filius debet. l. filius. ff. de probat.

Obligationum substantia in eo consistit, vt ob- stringant nos ad dandum, faciendum aut præstan- dum. l. 3. ff. de actio. & obliga. vbi dandi obligatio segregatur ab obligatione præstandi. quod declar- atur in l. 2. ff. de verbor. obligat.

Præstare restituere. l. item si verberatū. §. i. ibi, an hoc restituere debeat, & puto præstaturum. ff. de rei vindica. l. heres. de petitio. hered.

Præstare rationem pro reddere. l. penulti. §. si quis iuncto §. si. ff. de ritu nuptiar. vbi in vno §. di- citur reddere, in altero præstare.

Præstare pro impendere. l. si quis negotia a lie- na gerens plusquam oporteat impenderit, recu- peraturum eum id quod præstari debuerit. ff. de negot. gest.

Præstare pro cedere. l. nam & Seruius. §. māda- to. ibi, vt actiones tuas præstes. ff. de negot. gest. l. vlt. rem pupilli saluam fore. l. licet. in fin. nautæ, caupo. stabular. secundum subiectam materiam, veluti cum iungitur nomini, actiones: vt l. item videndum. & l. si possessor. §. ait senatus. ff. de pe- tit. heredita. l. Iulianus. 1. ff. de rei vindica. l. si man- dato. de fideiuflor. & l. cum is. ibidem. l. cum fun- dus. in fi. si certum pera. Vel præstari actiones, id est competere. l. actiones aduersus patrem filio præstari non possunt. ff. de actio & obliga.

Et præstare debet exercitor omnium nautarū suorum, siue liberi sunt, siue serui, factum. id est sarcire damnum proueniens illorum facto. l. de- bet. ff. nautæ, caupo. stabular. & Valla lib. 6. ca. 16. dicit, Præstare est prohibere, ne cui fiat aliquid incommodi, & si non prohibuerint, satisfacere: vt venditor debet præstare vitium rei, quam ven- dit. id est prohibere atque efficere, ne emptor dā- ni quid faciat. Alioqui satisfacere, vel præstare vi- tium rei, est quanto minoris res est ratione vitij satisfacere. facit l. quotiens. ff. de edilit. edictō.

Præstare pro tradere exponit Iuriscons. in l. ex emptio. ibi, imprimis ipsam rem venditorem præ- stare oportet. id est tradere. ff. de actio. empt. l. ob- ligationum substantia. de actio. & obliga.

Tantundem præstare, est æquipollens dare. vel res tantundem præstari, id est æquipollet, tantum

Præstare pro efficere.

Præstare culpam.

Præstare dolus.

Præstare probationē, sumptum, pietatem. Substantia obligationū in quo consistat.

Præstare pro restitu- re. Præstare rationem.

Præstare pro impen- dere.

Præstare pro cedere.

Præstare pro sarcire.

Præstare pro trad- ere.

Tantundem præstare.

valer, tanti est. l. certum. in fi. ibi, nil referre ait Pe- dius, an proprio nomine res appellerur, an digi- to ostendatur, an vocabulis quibusdam demon- stratur, quatenus mutua viceres, fangantur, quæ tantundem præstent. ff. si certum pera. Vel præ- stare, est excellere, superare. Recte præstari, elu- cidatur in l. aliud est capere. in fi. infra cod.

Præsto, præfens, paratus. l. si pariter. §. idem di- cemus, & si duo pluresve domini esse dicantur, & quidam præsto sint, quidam abierint. ff. de libe- ral. caus. l. 1. §. licentia. de administ. tutor.

Adiicere, id est adiungi. Adiicere est quasi iuxta ad- dere. l. impensæ. in fi. ibi, in fular dotali adiectum, supra cod. l. nomen filiarum. §. portionis. infra cod. vide in l. hæc adiectio. infra cod. vbi plenius scripsi.

Attinere, Attinere pro pertinere, decernere, con- uenire. l. quod attinet ad ius ciuile. ff. de regul. iur. l. 1. §. si vir. de acquir. possess. ibi, quid attinet dice- re non possidere mulierem, cum maritus vbi no- luit possidere, protinus amiserit possessionem?

P A V L V S. Lex cxxvij.

Vestis appellatione tam virilis, quam muliebris: & scenica, etiam si tragica, aut citharædica sit, continetur.

Vestis appellatio generalis est, vt contineat & vestes viriles & muliebrēs, aut vestes ludorum gratia contextas, & denique omne vestimentum. l. vestis. & l. inter vestem. ff. de auro & argen. leg. 1. quam l. vestis. fufius explicat Laza. Baiffus in suis annota. ad illam legem. Et sic tam lanea vestimē- ta, quam sericea & alia huius nomine venient, si- ue dicamus vestem, seu vestimenta: quippe sua ge- neralitate comprehenduntur omnia, quibus te- gitur corpus. c. vestimenta. de consecra. distind. 1. & l. vestimentum. de auro & argen. leg. 1. qui- bus §. si ego. de furt.

Dicitur autem vestis à vellere, quod est vniuer- sae onis lana: vel à velando, quod corpus nostrum velet, secundum Varron. vel à Græco vocabulo ἄβρις, littera v, addita. Inde Græci ἄβριον vltim- deam nuncupant, quod totam teneat, tam, de- mosq; prima edificari. Et veteres ἄβριον domos dicebant, siue ἄβριον, qui sine laibus, vltim- iustum: vt apud Cælium lib. antiquar. lectio. 8. ca. 38. & seq. & de vestibus multa scribit idem Cælius lib. 9. c. 9. & seq.

Ex qua elucidatione colligamus vtilitates se- quentes. Prima erit quoad legata, si quis Titio le- gauerit suas vestes, omnes illi debebuntur, quæ tempore testamenti erant legantis. per d. l. vestis. etiam si scissæ tantum erant, nondum sitæ apud fartorem. l. & si non sint. §. infecti. ff. de auro & argen. leg. 1.

Secunda potest esse vtilitas, quod si testator do- nauerit suas vestes vxori, vel alteri, is habebit om- nia vestimenta, vt hic. Alias mortuas vxore vir po- terit retinere vestes vxoris pretiosas: quotidianas vero heredes vxoris habebunt: nisi sit contraria consuetudo, vt in hac patria. Bar. in l. penul. §. ser- uus vxori. ff. soluto matrimonio. quia vestes quoti- dianæ statim efficiuntur vxoris. l. ex animo. in prin- cip. & l. mortis. ff. de dona. inter vir. & vxor. ita cō- cludit etiam Auffer. in decis. Tholof. q. 336. & Lu- douic. Roma. consil. 146. ista quæstio. & consil. 254. in facto. & Bertrand. consil. 81. viso duplici. col. 2. in 4. q. vol. 1. secundum nouam impressionem. & Campes. in tract. de dote. 2. parte. q. 55. Tamen de

consuetudine si vxor non disponat, penes mari- tum remanere solent vxoris vestes.

Item non solum vestes donatæ censentur, sed etiam gemina, & aurum intextum & iunctum ve- stimentis ad ornatum. l. cum aurum. §. plane. ff. de auro & argen. leg. vbi Bar. & Bald. in l. cum te. in fi. C. de donatio. ante nup. Angel. in trac. de testa. gl. 48. item reliquit eius vxori, &c. in 2. q.

Item quando testator legaret vestes muliebrēs, tunc venient vestes tam puellarum quam virgi- num, & omnia alia muliebria etiam pretiosa. l. ar- gumento. §. muliebri. ff. de auro & argen. leg.

Sed vestis appellatione non veniunt tibialia, quæ docto. vocant caligas etiam ex communi v- su loquendi, per text. in clemen. 2. de vita & ho- nestate.

Vnde Alber. in tract. statutor. in r. parte. q. 34. si statuto. dicit in hoc attendendum esse patriæ cō- suetudinem, & communem vsum loquendi, qui est in Francia, vt vestis appellatione tibialia non comprehendamus, nisi fuerit eadem ratio in ti- bialibus, materiaque sit fauorabilis: vt si quis ei promiserit vestimenta, qui nihil haber, famulo forte, vel filiofamil. tunc includetur etiam pileus, & alia necessaria prout dixi in l. verbor. victus. su- pra eodem.

Vbi notandum est nos habere dno Gallica vocabula. primum est vestemens: secundum habille- mens. Appellatione vestimentorum, seu vestemens Gallic. calcearia, siue tibialia regulariter non de- bentur: veluri probatur ex magis communi vfu vocabuli. confirmatum in clem. 2. de vita & hone- state clericor.

Si vero dicamus habillemens, ab habitu, generali- ter veniunt tibialia, pilei & calcei ex cōmuni vfu: quem probat Bar. in l. si. ff. de bonis damnator. & Card. in d. clem. 2. Ideoque si tortoris ius sit ha- bere res habillemens rei condemnati: veniunt omnia, scilicet & calcei & tibialia.

Tertio si testator legauerit suas vestes, non de- bentur illæ, quæ ex statuto vel ordinatione deferri prohibentur. Bar. in l. quamuis. de auro & arg. leg. 1. & in l. r. C. non licere in frans. &c. ibi.

Veruntamen æstimatio debebitur vestis vxo- in tract. de testa. in glo. 48. item vlti. 33. ff. de leg. 1. & c. las. in lapud Iulian. testator illas prohibi- tas. Quod verum, si vero ipse eas haberet, tunc illa- deberentur, & non æstimatio, postquam extant. Ad æstimationem enim ita demum venimus, cū res non extat. l. quod te. & l. vinum. ff. si certum pe- ta. vbi iurium interpre. Quod vfu venire potest in hoc Regno, propter constitutionem prohibē- tem vestes aureas, argenteas & sericas deferri: vt scripsi in tit. de pannis aureis, in 2. tomo commē- tar. in consil. Regias Gallic.

Quarto si quis mandet & velit alicui dari ves- tes & fieri, debent eidem tradi secundum vsum & consuetudinem illius & pro dignitate perso- næ. l. sed & si quid. §. sufficienter. ff. de vltur. ple- næ & scholasticos, in scholasticor. priuileg. 94. & ve- stem polymitam, id est talarem iacob inuenisse & dedisse Ioseph, referunt quidam theologo in Ge- nef. 37. cap.

Ad hæc infert hic Cepol. ad legatum ita factum: Volo, vt talis frater prædicator vestiatur post mor- tem meam: vt non solum debet vestem superio- rem habere, sed & interiorem: cum ita ferat eorū habitus, vt duabus constet vestibus: & vestis no- men generale sit, per istum tex.

Inde vestiarius Iuriscons. accipit pro vestitu: vt si quis cibaria & vestiaria legauerit, id est victū

Gemma & aurū intex- tū vestibus legatis ve- niunt.

Vestibus muliebri- bus legatis, veniunt ve- stes puella- rum & vir- ginum. Tibialia non veniunt vestis appel- latione.

Habille- mens com- prehendit tibialia.

Legata ve- stes que per ordinatione- ri prohiben- tur non de- bentur. Aestimatio tunc sit cū res non ex- tat.

Vestes ali- cui legate debentur pro dignitate persona.

Vestem ta- larem quis inuenit.

Legati si- etiam fratri prædicatori per verbū vestiatur, quomodo sumitur.

Vestiarius

quomodo capitur.

& vestitum. l. a filio. in fin. & l. libertis. §. posthumis. ff. de alimen. & cibar. lega. licet aliquando capiatur pro loco, in quo vestes custodiantur aut venduntur. Gallic. vocatur garde-robe.

Scenica vestis qua.

Et scenica. Vestis scenica est, qua aliquis vitur in scena, id est in theatro ludendi gratia, de qua loquitur Iurifcons. in l. sed & si quid. §. & si vestimētorum. ff. de usufruct. ibi, proinde si scenice vestis usufructus legetur, vel annuli aurei, alibi quam in scena non vitetur, alij legunt, & aulæ loco annuli, vel alterius apparatus. alibi dicam. Et §. seq. dicitur de veste funebri, & tragica, quæ erat destinata ludendis tragœdiis, & citharœdica citharœdis. De quibus vestibus videte per Lucam de Pēna in l. i. C. non licere in franis. & in l. i. de militari veste, ac in l. fortissimis. ibidem, & l. humilioribus. C. de exactor. tributor. lib. 12. & Francis. Crapal. in lib. 2. c. 6.

Funebris vestis, tragica, & citharœdica qua.

De veste quoque meretricia loquitur Vlpia. in l. item apud. §. si quis virgines. ff. de iniur. & de veste lugubri, quæ defertur ob luctum mortis alicuius. d. l. item. §. proinde. vbi etiam fit mentio de veste squalida, id est sordida.

Vestis meretricia. Lugubris, & squalida.

De vestibus sacris & dicatis ecclesiæ non est omitterendum, quod sacerdotes debent huiusmodi vestes vsu detras, aut alia de causa nil amplius deseruientes comburere, & cineres in sacro loco recondere. c. altar. de consecra. dist. 1. Et cōtra clericos ex illis casibus, & vestimentis conficientes burfas, & alia ornamenta ad vsu mundanum exclamat Panor. in c. si. de custod. eucharist. quippe talia desinunt omnino esse in commercio hominum.

Vestimenta sacra detrita comburi debent.

Quemadmodum etiam veles aureæ & purpureæ prohibita sunt omnibus, exceptis Principibus. l. vellera. & l. si. C. de vestib. h. loabar. vt apud Aisyrus nullus tunica purpurea & partim alba præter Regem vt poterat, teste Alex. lib. genial. l. ca. 28. quamuis nostrates quidam nobiles in hoc grauiter excedat, suum fere totum patrimonium hisce ornamentis profligantes. Qua in re pro cuius dignitate modestiam adhibere, non meminerit torius reipub. commodum. Discretus consuetudinem, quod olim apud diuersas gentes Alexand. lib. 5. c. 15. quibus, describit plene idem de pannis aureis & argen. in 2. 76. quæ dixi in tract. in consi. Reg. Gallic.

Vestes aureæ & purpureæ prohibita omnibus, exceptis Principibus.

Postremo summa & generalis hæc diuisio vestimentorum tibi sufficit: quod vestimenta omnia, aut sunt virilia, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiaria. l. vestis. ff. de auro & argen. lega. vbi omnia ista declarantur: illucque vos remitto, & ad Bened. in reper. cap. Raynuius. in verbo qui cum alia. num. 174. & seq. de testam.

Vestimento vti diuisio.

VLPIANVS AD LEGEM Iuliam Papiam. Lex cxxviiij.

Spadonum generalis appellatio est, quo nomine tam ij qui natura spadones sunt: item thlibia, thlasia: sed & si quod aliud genus spadonum est, continetur.

Iurium interpretes hæc tenent in maxima fuere controuersia propter ignorantiam vocabulorum, quibus nunc interpretandis eliciemus quamplurimarum legum intellectum de his spadonibus

loquentium. Primum ergo præmittendū est nomen spadonis generale esse ad omnes tam natos steriles & frigidos ex natiuitate seu natura, vt vult tex. quæ etiam ad castratos factio hominis, nec non ad omnes alios eunuchos, quomodocūque spadones factos. Verum vt in his certam adhibeamus doctrinam, eorum bipartitam constituemus differentiam: quod scilicet alij sunt spadones natura, alij extrinsecus. probatur in l. quæritur. §. 1. ff. de ædilit. edicto. natura spadones sunt, id est natiuitate, forsan vnico testiculo nati: veluti duces Sylla & Cotta memorantur eo habitu fuisse naturæ. l. qui cum vno. ff. de re militari. Qui quidem generare possunt, quamobrem non morbo vel vitio esse censentur. l. P. Pompo. in ff. de ædilit. edict. Si tamen quis ita spado est, vt necessaria pars corporis ei penitus absit, morbosus est. l. sin autē. ibidem. Necessariam partem exponit Accurf. ibi esse, si vterque testiculus absit. ego vero necessariam partem corporis hic interpretarer mētulam & virgam hominis, quæ quidem est necessaria ad meciendum, & ad alia.

Spadonum diuisio.

Spado ut pars necessaria desit, morbosus est.

Spadonem extra naturam qui.

Thlibia de dicitur.

Alij sunt spadones extrinsecus seu extra naturam: quorum nonnulli factio hominis sunt, qui vocantur castrati, non (vt arbitrantur doct.) id est caste nati, quippe sic non differret à superioribus: sed castrati dicuntur, qui factio hominis seu casu tales facti sunt: quemadmodum thlibia dicitur, quibus coeli attriti sunt: dicitur, id est premo, fringo & opprimo. quod in ouibus cōmuniter, bobus & aliis domesticis animantibus fieri videmus, vt opprimatur & vertatur illis vterque coelus, qua pœna forent plectendi quidam incontinentes & libidine furentes homines, maxime sacerdotes & prelati, quorum præcipue desideratur castitas. Ita compressos & attritos coelos vocant Gallic. bistormes: quippe bis solet eis verti coelus. Nec constituenda est differentia, contritiue sint in ætate tenera, vel grandiori: nec enim hoc reperio iure cautum, at sufficit, quod talis sit, quacumque ætate factum esse constat: quicquid dicat Alcia. non tamen negauerim tutius consilium fore salutis & vitæ animantium, dum tenera adhuc ætate sit, minusque versari periculum.

Thlasia qui, & de dicitur.

Casu testiculi amissi.

Thlasia vero dicuntur, qui testiculos habent fractos & euulsos: a verbo thlas, quod est rirango: licet id nomen significare quoque possit eum, qui testiculos habet fractos. Casu etiam quidam amittunt, veluti morbo forsan Neapolitano, aut in bellica clade: vt l. qui cum vno testiculo natus est, quæ amittit, iure militabit. ff. de re militari. l. si quis posthumos. de liber. & posth. Addit Hippocrates spadones nec podagra laborare, neq; caluos effici: quippe nemo antequam incipiat coire, caluescit, vt docet Cælius lib. antiquar. lectio. 7. c. 50. visus tamen legitur his spadonibus, & frequenter coeuntibus, vt idem docet lib. 8. c. 19. quemadmodum sapissime videmus hos libidini deditos minus acutum habere visum, in senectuteque citius deficere.

Spado potest posthumum institui.

In genere do natus magis institui potest, quam temporale.

Ex qua spadonum differentia sequentes resulant vititates. Prima, quod licet spado natura, nō facile generare possit, tamen posthumum institui liberum est ei: quippe nec ætas, nec sterilitas ei rei impedimento est. l. sed est quæsitum. ff. de heredit. insti. Aetas enim seni non est impedimento, quominus posthumum instituat: quia senes etiam generare non valentes per ætatē, posthumos heredes instituiere possunt. l. si quis posthumos. ff. de liber. & posth. Si quidem natura magis in homine generandi, & consuetudo spectanda est, quam temporale vitium aut valetudo, propter quam abdicatur homo à generandi facultate, vt ibidem

ibidem loquitur Iurifcons. Ita nec valetudo prohibet posthumum instituiere, vt per totum tit. de liber. & posth. ante valetudinem enim genitus esse poterat. l. Gallus. eod. tum quia ager matrimonium contrahere potest. l. si serua. §. fin. ff. de iure dotium.

Castratus non potest posthumum instituiere.

Spado, si rigor natura permittat, generat.

Spado ut pars necessaria desit, morbosus est.

Spadonem extra naturam qui.

Thlibia de dicitur.

Castratus vero posthumum instituiere non potest. d. l. sed est quæsitum, quia certum est hunc generare non posse, cum factio hominis prorsus impotens factus sit: & in certis nō est amplius locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. ob. At spado natura, generare forte poterit, si rigor naturæ mutetur, vel frigiditas calefacta sit extrinsecus. docet Plin. lib. 7. Arethusa ita incaluisse, vt die nuptiarum in virum mutata fuerit. Sic quoque legimus Abramum & Sarā præ senectute pene deficientes generasse. Cum igitur in natura frigidio seu spadone vis inrit & habitus generandi, nihil mirum si iura præstituerint his eam libertatem instituenti posthumos, quos videlicet generare possunt iuuante natura, quæ generandi vim infundit. l. i. ff. de iustit. & iure. §. i. de iure natur. in Insti. Castratis vero iura denegarunt posse huiusmodi posthumos instituiere, quod videlicet in his nulla generandi spes superfit.

Castratus hominem puniuntur pœna capitali.

Medicus & chirurgus castratos aliquem volentem, capitali pœna puniuntur.

Homines integros habere Reip. interest.

Puniuntur qui castrati aliquem libidinis refrenando, vel commercij causa.

Vnde nec immerito capitali pœna plectitur, qui hominem castrat, & l. Cornelia. de sicariis tenetur. l. 3. §. qui hominem. & l. lege. §. idem diuus Adrianus. ff. ad legē Cornel. de sicar.

Eadem quoque pœna tenetur medicus castratus & chirurgus, etiam si ille castratus consenserit. l. mo consentientem eadem pœna plecti vult text. in l. lege Cornelia. ibidem. vbi etiam bona castrati vult publicari fisco. etiam si pretiosorem eum reddiderit, nihilominus iniuriarum tenetur castrans. l. si seruus seruum. §. & si puerum. ff. ad legem Aquil. gl. in c. legentes. 23. q. 5. quia hi castrati virilitatem amittunt. l. lege Cornelia. §. plane. ff. de sicar. Publice autem interest integros habere homines, qui ciuitatē liberis hominibus replent. l. i. ff. soluto matrimo. Quamobrem dicit tex. nemo eum liberum seruūve inuitum, sinentē mve castrare debet. l. hi quoque. ff. de sicar.

Eodem supplicio puniendus estis, qui etiam libidinis refrenanda, vel commercij causa aliquem castrauerit. l. 3. §. qui hominem. ff. de sicar. intelligi quoque, commercij causa, id est vt possit secūdum quosdam commercium, id est vsu & consuetudinem cum hominibus habere: quod vix antea habebat præferenti luxuria, insignes quippe luxuriosi solent alios esse à commercio hominum. Aut expone causa commercij, id est mercimonij seu mercaturæ. nam olim eunuchi serui facillius & pluris vendebantur, quam serui integri: vt est apud Terent. & alios auctores. Igitur qui castrat aliquem ad refrenandam illius libidinem, vel quo melius vendat, incidit in legem Cornel. de sicar. vt ibi scribitur.

Medicus, vel alius ob causam & necessitatē castratis non puniuntur.

Maritus potest quem adulterantem castrare impunē.

Ista non procedunt, cum vrget necessitas aduersæ valetudinis ratione, vt forte cæcraiat aliàs: tunc enim si præset castrare, medicus vel chirurgus ex medici consilio castrans non teneretur, quia medicus eo casu potest etiam inuitum curare: sicut eundem extrahere liceret ex domo iam ruitura. c. ipsa pietas. 23. q. 4. imo præsumitur furiosus ager, qui prohibet in ægritudine, ne curetur glo. in summa. 83. dist. inct. nec enim auditur perire volens. l. non tantum. ff. de appella. cap. si quis à medicis. 55. dist. inct.

Limitare etiam, si maritus inueniret quem-piam adulterantem cum vxore sua, quod eū impune castrare possit. iusto quippe dolore motus non potuit continere. l. Gracchus. C. ad legem

Inl. de adulter. vbi in grauiori maritus non punitur, vt si adulterum cum vxore sua inuentum occidat: minus ergo imputabitur, si castrauerit. facit text. no. in l. nec in ea lege. circa medium. ff. de adulter. & regul. iuris vulgata, Cui licet quod est plus. Et pœna talionis ita suadet eum puniendū, in quo deliquit. c. postulastis. vbi scripsi, de cleric. excommunic. ministran. Qui castratus si moriatur, licet ex hoc homicida sit castrans, nec tamen de iure ciuili puniretur: sed in hoc Regno gratia foret ei necessaria, quam facile intuitu iniuriæ sibi illata consequeretur. Et quamuis multi cornuti satis hoc approbarent, cornua tamen permanēt. Et minus in foro conscientia excusandos esse censerem. tex. iuncta glo. in c. inter hæc. 33. q. 2.

Eunuchi nomen generale est.

Eunuchi sunt, qui facti sunt ab hominibus, nec non qui se ipsos castrauerunt propter Regnum cœlorum.

Non omitterendum, quod licet Theophilus in §. sed & illud. Insti. de adoptio. dicat eunuchi nomē esse generale, tamen non sequitur esse generalius nomine spadonis: quippe spadones comprehendunt tam natura spadones, quam extrinsecus, & omnes eunuchos. Eunuchi vero tantum de iure dicuntur, qui facti sunt ab hominibus. l. r. & 2. C. de eunuchis. ibi, feceris & ibi, factos. Sed de iure diuino eunuchorum significatio latius patet: ij enim dicuntur, qui de matris vtero sic nati sunt, & qui facti sunt ab hominibus, nec non qui se ipsos castrauerunt propter Regnum cœlorum. Matth. 19. c. Et hi angelis comparantur. nam in carne esse, & præter carnem viuere, est angelicū. Et de his dicitur: Beati qui se castrauerunt propter Regnum Dei. c. omnes. vbi no. 32. q. 7. & illi Deo valde placent, quos non castrauit necessitas, sed voluntas. ca. qui sitit. 33. q. 5. Lucas de Penna in l. penul. col. 3. C. de præposit. sacri cubicul. lib. 12. Ea enim sunt in officiis nostris gratiora, quæ cum liceret nobis non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. c. iam inde. versic. multa enim. 28. quæst. 1. Et ex istis apparent rari nates in gurgite vasto. vnde Gregor. ait: Quid enim grauius est, aut carnale delictum committere, sine quo pauci inueniuntur, aut Dei filium iureiurando negare? c. quia sanctitas. 50. dist. Et hanc eunuchorum seu spadonum speciem Christus nobis reuelauit in euangelio: sicque iure diuino introducta, prorsus in iure ciuili incognita.

Spadones & eunuchi possunt ordines assumere, & beneficia obtinere.

Qui spadones seu eunuchi possunt ordines assumere, & quælibet beneficia ecclesiastica obtinere, nec non ad episcopatum promoueri etiam absque dispensatione. c. ex parte B. de corpore vitia. c. eunuchus. 55. dist. vbi glo. clamat in rusticis dicentibus castratos illos coelos seruare debere: nihil enim magis hoc prodesset, quam si quis vellet seruare dentes mutaterios.

Castratus se, vt vitet lubricum carnis non potest promoueri.

Si tamen aliquis castraret se (quod estratum) vt lubricum carnis vitaret, non posset postea promoueri: quia sui homicida est, & Dei conditioni inimicus. c. si quis absciderit. cum seq. 55. dist. inct. Idem si fecerit se castrari sine necessitate: quia tunc est irregularis, & promoueri non potest. c. si quis à medicis. & c. si quis pro. 55. dist. Et solus Papa cum isto sponte sua castrato dispensabit, cum ad eum spectet dispensare cum corpore vitiat. Innocē. & Panor. in c. significauit. per illum tex. ibi, auctoritate nostra frenus. de corpore vitiat. Postquam enim episcopus auctoritate Papæ hoc facit, ergo auctoritate sua episcopali hoc facere non posse censendus est. sequitur Præpositus in c. si quis pro ægritudine. 55. dist. inct. videte glo. in c. si quis absciderit. quæ loquitur de Origene, qui se propriis manibus castrauit: quod vix alius faceret. videte quæ abunde scripsi in praxi benefic. in tit. de dispensa. cum corpor. vitia.

Item quamuis quidam spadones generare non

Spadones

possunt ad optare.

possint, adoptare tamen possunt. l. 2. §. illud. ff. de adoptio. §. sed & illud. In sti. illo tit. Et spado arrogando suum heredem sibi adsciscere potest. l. arrogato. §. fin. ff. de adoptio. necnon matrimonij causa manumittere. l. alumnos. ff. de manumiss. vindict.

Spadones possunt iure las subire.

Ita quoque sine excusatione tutelam subire possunt spadones, per l. spadonem. ff. de excusa. tu. Et maxime tutela puellarum idonei sunt, cum in his omnis mala corrupendi suspicio cesset: & magis sunt auari, quam integri.

Spadones ad quascumque dignitates admitti possunt.

Adhaec concludit Alcia. huiusmodi spadones ad quamcunque dignitatem admitti posse, ad dignitatem etiam Papalem. nam quavis ante Papae coronationem soleat inquiri de electo in summun Pontificem, & conclamari (vt fertur) dignum esse parari, quia testiculos habet: sufficit tamen cum habere mentulam, virque ea ratione dici potest.

Spadones non possunt contrahere matrimonium.

Sed matrimonia contrahere non possunt spadones: imo annullari possent matrimonium cum his contractum. tit. de frigid. & malefic. & ibi Hostien. in summa. quia deficeret vnum ex substantialibus matrimoniis. Secus vbi vnicum haberet testem. l. si serua. in fi. ff. de iure dotium. & l. Pompo. de adilit. edicto. Et cauetur in Phisionomia Scoti, quod si quis habeat tantum dextrum, marces tantum generabit: si sinistrum, foeminas. quod est ridiculum. Potius vero opinionem eorum sequeretur, qui paulo magis experti dicunt mane facta digestionem communiter masculos procreant: alio vero tempore, videlicet post fatietatem foeminas ex indigesta materia indigestas quoque nasci.

Matrimonium non infirmatur, si castus maritus amiserit testiculos.

Tamen si maritus consummato iam matrimonio, casu quodam fortuito perdidit coelos, non infirmatur propterea matrimonium: sed vxor abstinebit a maritali recreatione. Quae vobis in hac sterili spadonum materia sufficiant.

PAVLVS. Lex cxxix.

Qui mortui nascuntur, neque nati, neque procreati videntur: quia nunquam liberi appellari potuerunt.

Nati non videntur, neque progeniti, qui mortui nascuntur: quia vocari nunquam poterunt liberi. Vnde melior est canis viuis leone mortuo. Eccles. 9. c. quod facit ad sequentia.

Testamentum non rumpitur agnatione posthumi.

Primo quod agnatione talis posthumi mortui non rumpitur testamentum, postquam non vocatur filius: qui si viuis natus fuisset, rumpereur. l. 2. C. de bonor. possess. contra tabul. l. 3. de posth. heredib. in sti. l. posthumus. de iniurto rupto & irrit. fact. testam.

Mortuus, si reserget, omnia iura filiorum habet.

Sed si per miraculum resurgeret, tunc omnia iura filiorum haberet, exemplo Lazari resuscitati, quem omnia iura recuperasse dicit glo. in l. ex his. ff. de legib. & gl. in c. licite. 32. q. 7. quod etsi raro contingat, non tamen omittendum.

Mortuus non potest baptizari, etiam si sit natus viuis.

Secundo mortuus baptizari non potest, etiam si primo viuis natus fuisset. c. a nobis. vbi glo. in verb. relaxatio. de senten. excommunic. Hostien. in summa de baptis.

Mortuus non potest accusari.

Tertio accusari non potest, etiam si in vita commisisset delictum: quia morte extinctum est crimen. l. defuncto. ff. de public. iudic. nisi in criminibus haereticis & laese maiestatis, & aliis conscriptis in glo. d. l. defuncto. & in l. penul. & si. ff. ad legem Iul. maifesta. & In sti. de heredita. quae ab intesta. defer. §. interdum, vbi memoria defuncti post

mortem damnatur. Tamen propter confiscationem bonorum in hoc Regno vidi post mortem reos accusari & damnari: vt etiam no. in rub. C. si reus vel accusa. mortuus fuer. per totum. & in l. ex iudiciorum. ff. de accusationibus.

Quarto Leuitic. 21. prohibebatur his verbis: Pontifex, id est sacerdos maximus inter fratres suos ad omnem mortuum non ingreditur. Quod hodie non recipitur inter Christianos. quinimo inter opera misericordiae est comitari finis, & defunctum ad sepulturam: vt Panorm. & alij scribunt in rub. de sepultur.

Quinto confiteri non potest. Ecclesiastic. 17. ca. in his verbis: Ante mortem confiteri, a mortuo quasi nihil perit confessio. Confiteberis viuens viuo, & sanus confiteberis, &c. glo. in c. conuictimini. versic. item & a mortuo. de poenit. dist. 1.

Sexto sepeliri non potest iste natus mortuus, in coemeterio: quia non est Christianus. Ange. de Claui. in summa Angel. in verb. sepultura. §. 31. Sed in loco prophano sepelendus est.

Septimo si legatum relictum sit mulieri, si pepererit, dicitur peperisse, licet mortuum pepererit: quia non est, quod sibi impuretur. l. quareret. infra eod. vbi dicitur.

Octauo si mulier consequi libertatem debeat, si pariat, illam consequetur, etiam si mortuum pepererit, eadem ratione praedicta: vt infra dicam in d. l. quareret. per l. Aretusa. ff. de statu homi.

Nono heres occisi debet eius mortem vindicare: alias priuabitur hereditate. l. 1. & per totum. ff. de senatusconf. Silan. & scripsi abunde in l. diuus. ibidem.

Decimo iniuria defunctus affici dicitur. l. fi. C. de sepulchro viola. & in athen. vt defunct. funera non iniuriuntur. colla. 5. Et iniuria afficitur defunctus, qui est sine herede. §. 1. quib. manumitter. licet, in In sti. Imo anima defuncti contristari dicitur in §. quae iure. in athen. de nupt. colla. quarta. & hoc de iure: sed aliter censent theologi, si cum beatis habitet.

Vndecimo excommunicatus mortuus sepeliri non potest in coemeterio. c. sacris. de sepultur. nisi quoque fuerit post mortem absolutus: quod faciendum est cum solemnitate. ca. a nobis. 2. de senten. excommunicata. vbi quia excommunicatio ligat corpus & animam, licet fuerit iniusta, aufert sepulturam. Baptismus vero est anima: character, ideo post mortem conferri anima foret inutile, quando quidem in manu Dei est. glo. in d. ca. a nobis.

Duodecimo mortui sicut vini reuerendi sunt, vt aduersus parentes filius ad dolum non concludat, nec libertus aduersus patronum etiam defunctum. l. apud. §. aduersus. ff. de doli exceptio. Et vidi literas Regias reitici, quibus mandabatur rescindi contractus inuitos inter patrem & filium, si de dolo patris constaret. Quia dolus in patre erga filium non praesumitur: licet quidam bigami dolo filios primi matrimonij successione frustrant: quod non esse est consilio Augustini parent.

Decimotertio in honorem mortui non debet heres eius in iudicium vocari, nisi lapsis nouem diebus post eius mortem, sub poena constituta in athen. vlt. C. de sepulchro viola. laco. in l. interdum. ff. de iudic. de Ripa in tract. de peste. in 3. parte.

Decimoquarto orandum est pro defunctis, qui aliquando viui fuerunt. c. faciendum. & c. anima. 13. q. 2. & 2. Machabaeo. c. 12.

Decimoquinto vassallus, qui cognouit viduam sui quondam domini defuncti, priuatur feudo, teste Andrea de Isernia in c. 2. de feudo sine culpa non amittit. quem refert Lucas in d. l. l.

Quosdam post mortem quis accusatur.

Natus mortuus non sepelitur in coemeterio. Mulier dicitur peperisse, licet mortuum generet.

Heres occisi si mortem vindicare debet.

Excommunicatus mortuus non sepelitur in coemeterio.

Mortuus vt viuis reuerendi.

Heres non debet in iudicium vocari, nisi lapsis nouem diebus. Orandum pro defunctis.

Vassallus, cur priuatur feudo.

Et

VLPIA. LIB. SECVNDO AD legem Iul. Papiam. Lex cxxx.

Mortuus & occisus differunt.

Est tamen differentia inter mortuum & occisum, sicut inter genus & speciem. nam mortui dicuntur, quomodocumque expirent: occisi vero, hominis facto. l. proinde. ff. ad legem Aquil. Et sic occisus dicitur per vim, non naturaliter. Bar. in l. 1. §. occisorum. de senatusconf. Silan. per illum textum.

Privilegium conceditur mortuo.

Decimosexto privilegium conceditur mortuo, in l. 2. C. de prepof. sacri cubiculi, lib. 12. vbi etiam tractat de indulgentia, de qua scripsi in ca. omnis vtriusque. de poenit. & remissio. An possint mortuis concedi.

Decimosexto abolitio sine gratia concessa delinquenti pro iucundo Principis aduentu non extenditur ad mulierem, quae interfecit puerum suum nondum baptizatum: occidit enim corpus & animam: & sic quodammodo est geminatum homicidium: quam obrem in literis habenda erat mentio, vt videtur dicere Francisc. Delphi. q. 161. partis 1. vbi etiam dicit non extendi ad crimen laesa maiestatis, haereticis, raptus virginum & falsa moneta. Quod est notandum.

Mortui an censentur nati.

Vltimo qui mortui nati sunt, etsi quoad matrem procreati dicantur, vt firmavimus in l. quareret. infra eod. quoad ipsos tamen fisione quadam iuris minime procreati censentur, licet vere nati sint: adeo quod si quis abortum procurarit & animatum conceptum interfecerit, vltimo supplicio plectendus sit. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de poenis. quamuis liberi vocari non possint tē pore partus, quia mortui.

Lites mortui pro extinguuntur & sopro.

Adhaec litem mori, pro sopiri siue extinguunt, ait Iurifconf. in l. 2. §. 1. ff. quae in fraud. creditor. licet Imperator lites immortales dicat in l. properandum. in princip. C. de iudic. Alia multa scribit Bened. in repet. cap. Raynutius. in verb. in extremis. de testam.

Nunquam, quomodo capiatur.

Nunquam, id est nullo tempore. Idem in l. fugitiuus. ibi, qui nunquam alienam rem inuito domino subtraxit, aut nunquam alienam matremfamil. corruerit. infra eod. Nunquam dubitauit. Vlpian. in l. locum. in fin. ff. de usufruct.

Nunquam pro nullo tempore.

Interdum exponitur pro nullo tempore & loco, seu in nullo casu. glo. in l. prouidendum. C. de postuland. l. si hereditatem. ff. manda. Archid. in c. vno. col. 2. de cleric. coniug. in 6. l. 1. de eo quod certo loco. l. 3. manda.

Nonnunquam pro aliquo tempore.

Nonnunquam pro aliquo tempore, loco vel casu, & solet exponi pro aliquando. l. nonnunquam autem hoc edictum post tot numero edicta, quae praecesserunt, datur: nonnunquam post vnum, vel alterum: nonnunquam statim, quod appellatur vnum pro omnibus. ff. de iudic. l. cum quem temere. in fi. ibi, haec enim res nonnunquam infamat, & materiam gratiae vel ambitionis tribuit. ibidem. l. nonnunquam. ff. de colla. bonor. l. 1. de praescrip. verb. l. idemque. pro socio. l. sunt persona. de religiof.

Nequaquam quomodo capiatur.

Nequaquam, id est nullo casu, nullo pacto, nulla ex parte. l. etiam. §. si quis absentis. ff. de petitiō. heredita. ibi, puto absentis nomine nequaquam hereditatem, ipsius vero nomine nequaquam. l. Iulia. §. sed cum in facto. ibi, nequaquam dubium est. de actio. emptio.

Nusquam quid denotet.

Nusquam pro nullo in loco, vel cum nullibi est. l. ex conducto. §. si vis tempestatis. vers. idemque dicendum esse, si exercitus praeteriens per laesum aliquid abstulerit: sed si ager terramotu ita corruerit, vt nusquam sit, id est nullus sit, ad nullum vsum, damno domini sit. ff. loca.

Lege obuenire hereditatem non improprie quis dixerit etiam eam, quae ex testamento defertur: quia lege duodecim tabularum testamentariae hereditates confirmantur.

Dubitatio ad hunc text. erat, quod lege nobis hereditas non obueniat ex testamento: nam homo nobis illam relinquit hereditatem in suo testamento: ergo a lege nobis dari non videtur, sed ab homine. Respon. quod lex confirmat, dare quodammodo dicitur. vel lex tacite dare dicitur, non adimendo, quod potest. l. conficiuntur. ibi. l. quoniam creditur paterfam. sponte sua his relinquere legitimam hereditatem. ff. de iure codicil. l. 1. §. sciendum. de lega. 3. Et permittit lex 12. tabularum hominibus legare, & hereditatem cui velint relinquere. l. verbis legis. vbi scripsi, supra eod. & l. 1. ff. ad legem Falcid. & infra eod. subiciam. Sicut ex consuetudine in hac patria succedere consanguineici dicuntur: quia consuetudo partem illis non adimit.

Vbi non mihi placet quorundam interpretum sententia, qui verba tex. exponunt non improprie, id est minus proprie. nam e contra dicerem non improprie, quasi velit dicere, sed proprie. Duae quippe negationes aequipollent affirmationi. l. duobus. infra eod. Cum igitur ex testamento non improprie nobis obueniat lege, ergo proprie. nam patria sunt dicere proprie, & non improprie: vt eleganter, & non ineleganter.

Et sic infert hic Alcia. post alios, quod legitima hereditas proprie dicitur, quae ab intestato defertur, per l. 1. ff. de suis & legitim. hered. & hunc tex. quia lex ipsa absque hominis facto eam proximo defert. Sed quae ex testamento defertur, legitima quoque non improprie, latiore tamen sensu dicitur: & idem docet Alcia. lib. 4. paradox. c. 7.

Quod tamen vltimum non approbo: siquidem illa dicitur proprie legitima hereditas, quae ex lege duodecim tabul. defertur. tex. expressus in l. 1. s. autem nec ad legitimam hereditatem, quae ex lege 12. tabula. defertur, admittitur. ff. de iure patrona. sed illa hereditas, quae nobis ex testamento defertur, non dicitur ex lege 12. tabula. deferri, nisi ratione confirmationis: quam obrem legitima dici non potest. quod etiam probat l. 3. §. de illo. ff. pro socio. ibi, quaeritur quae sit iusta hereditas, vtrum quae iure legitimo obuenit, an etiam ea quae ex testamento? Et probabilius est ad legitimam hereditatem tantum hoc pertinere. Et sic hereditas legitima non dicitur illa, quae ex testamento obuenit. facit l. quidam. ibi, vterque omissio testamento legitima adit hereditatem. si quis omissa caus. testam. l. capius deminutione percunt legitima hereditates, quae ex lege 12. tabula. veniunt. de suis & legitim.

Item diuersitas nominum diuersitatem rerum inducit. at hereditas quae venit ex testamento, vocatur testamentaria, vt hic: quae vero ex lege, legitima: nimirum si diuersa esse censentur. Alias si legitima completeretur testamentariam, testamentaria diceretur legitima, per l. si idem codicilli. C. de codicil. sicque foret superflua titulorum dist. in d. de testamentar. tutel. & de legitima tur. quemadmodum alia multa in iure. quae superfluitas prohibetur in procem. ff. in l. constitutio. C. Praterca

Due negationes aequipollent affirmationi.

Legitima hereditas quae, contra Alciatum.

Nominum diuersitas rerum diuersitatem inducit.

Legitima hereditas proximo defertur.

Hereditatis legitima & testamentaria origo diuersa.

Vel, dicitur, solet inter diuersa poni.

Heres legitimus quis.

Legitimi variis modis capiuntur.

Præterea legitima hereditas tantum proximo defertur, vt expresse vult Iurifcons. in l. 2. §. legitima. ff. de suis & legit. testamentaria vero defertur etiam extraneo instituto: ergo legitima vocari non potest.

Insuper origo diuersa est testamentaria hereditatis & legitima: nempe legitima à lege 12. tabularum ab intestato originem habuit: testamentaria ex testamento, quæ denuum confirmatur à lege 12. tabul. si iure facta sit. l. cum alicui. ibi, arque ita ab intestato Sempronius legitimus heres defuncti extritit. iuncto fin. ibi, legitima hereditas quaesita est. ff. de negot. gest. §. ceterum. in fin. ibi, ad iura successiois legitimæ ab intestato vocari de legit. agnator. success. & legitima hereditas ex fenatusconf. defertur ab intestato, non ex testamento. l. 1. §. sed & vulgo quaesiti. & §. seq. cum l. seq. ff. ad Tertullia. l. si pater. in fin. ibi, si mater ex fenatusconf. legitima legitimum eius hereditatem non vindicasset. de fideicommissar. liberta. l. filio. & l. mater. de inofficio. testam.

Accedit etiam, quod dicitur, vel inter diuersa poni solet, vt in rub. ff. de acquir. vel omittend. heredita. Bar. in l. supra. §. officium. in fi. ff. de aqua pluui. Cum igitur inter hereditatem & testamentum poni solet hæc particula vel, patet ea esse diuersa. probatur in l. is qui heres. ff. de acquir. hered. sic dicente: is qui heres institutus est, vel is cui legitima hereditas delata est. Ideo ex testamento non potest dici legitima. l. 1. ibi, qui dum captat hereditatem legitimam, vel ex testamento. ff. si quis aliquem testat. prohibuer. l. qui autem. §. 1. quæ in fraud. creditor. ibi, qui repudiavit hereditatem vel legitimam, vel honorariam, vel testamentariam. Ex quo apparet testamentariam non esse legitimam, sicut nec honoraria est legitima. facit l. illud. ff. de acquir. hered. ibi, verum eodem momento intelligitur & ex testamento & legitimam repudiare. l. apud. §. si cum legitima ad te pertinet, & ego essem heres institutus. de doli except. facit l. in arenam. C. de inoffic. testam.

Vltimo nec iure, nec consuetudine, nec vsu loquendi inueni testamentariam hereditatem vocatam legitimam.

Igitur legitimus heres vocatur is, qui ex lege venit. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. ibi, cum testamentum nullo iure factum esset, nihilominus matrem legitimam heredem cogendam fideicommissum præstare. l. statuliber à ceteris. §. 1. ff. de statulibe. vbi re vera heres ex lege seu legitimus dicitur, qui ab intestato per legem succedit: sed is qui ex testamento, heres scriptus vocatur. Et rupto per querelam testamento in parte, in illa parte legitimus heres dicitur, in alia parte ex testamento. Ergo testamētarius heres non potest dici legitimus. l. nam & si. in fi. ff. de inofficio. testam. facit l. si quis posthumus. §. sed & si heres. ff. de liber. & posth. vbi si institutus heres omiserit hereditatem ex testamento, erit legitimus heres: sic cum est testamētarius, non potest esse legitimus. facit l. controuerfia inter legitimum & scriptum heredem orta est. de transactio. l. penul. ibi, ex sextante heres institutus, qui ab intestato legitimus heres esse potest. de except. rei iudica. l. fideicommissaria. §. iterum. de fideicommissar. liber. l. generaliter. §. ex testamento. ibid. & in rub. ff. de suis & legit. hered. l. pater. de capriuis. l. 3. de interdict.

Et breui resoluendo, Legitimum variis modis sumitur. Primo legitime sumitur aduerbialiter, in l. 3. §. 1. ff. de decurio. ibi, sed si habet competitorum legitime quaesitum, præferuntur ei oportere diui fratres rescripserunt, id est iure & iuste. l. qui in prouincia. in fi. de ritu nuptiar.

Libellus legitime ordinatus dicitur, quando habet ordinem à lege statutum. l. libellorum. ff. de accusa.

Legitime agere, est cum potestate & mandato experiri. l. de pollicitationibus. ff. de pollicita.

Legitimum tempus, à lege constitutum. l. genero. §. solet. & l. liberorum. §. Pompo. ff. de his qui no. infam. l. 3. de usufruct. l. 3. si usufruct. peta. l. si quis. quemadmod. seruitu. amittant. in bello. §. si quis seruum. de capt. l. interdum. de minorib. l. 3. de vsur. l. si inter. de donatio. inter vir. & vxor.

Legitima conuentio est, quæ lege aliqua confirmatur. l. legitima. ff. de pact.

Legitima latitudo, iusta & vera. l. certo. §. vlt. ff. de seruitu. rusticor. prædior.

Legitimo modo acquirere. l. 2. ff. communia prædior. est titulo à iure introducto & approbato acquirere.

Legitimi pro agnatis. l. si quis. §. sanus. ff. de religiof. Scriptos heredes ea res contigit: si nemo scriptus est. legitimus vel cognatus quosque suo ordine, quo succedunt. l. cum quidam. §. 1. ff. de acquir. hered.

Legitimæ nuptiæ. l. cum legitimæ nuptiæ factæ sunt, patrem liberi sequuntur. ff. de statu homi. & ibi vocantur legitimæ, quæ secundum legem factæ sunt. l. miles. §. mulier. de adulter. l. si ira. de ritu nuptiar.

Legitimum matrimonium. l. lex naturæ. ff. de statu homi. ibi, lex naturæ hæc est, vt qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur, nisi lex specialis aliud inducat, & legitimus filius natus ex hoc matrimonio: de quo loquitur rub. ff. de suis & legit.

Legitima vxor, iusta, vera & secundum leges habitata. l. 4. ff. de ritu nuptiar. scribam in iusta interpretatione. infra cod.

Legitimam poenam. l. 1. §. 1. ad Turpill. ibi, si vero in euidenti calumnia cum deprehenderit, legitimam poenam ei iurogar. id est à lege statutam, delicto conuenientem.

Legitimus successor, secundum leges. l. proponendatur. in fi. ff. de castren. pecul. ibi, quasi patrefamilias legitimum habebit successorem.

Legitimæ vsuræ, id est secundum ius constitutæ. l. 1. §. penul. ff. de pignor. iuncta l. eos. C. de vsur. & in l. cum debitor. ff. in quib. caus. pignus. l. 4. de nautic. foenor. l. pecunia. de vsur.

Legitimus numerus. l. 2. ff. de decret. ab ord. faciend. ibi, illa decreta quæ non legitimo numero decurionum coacta sunt, non valent. Legitimus ergo numerus est à lege institutus, vt duæ adsint partes. l. 2. ibidem.

Legitimam obseruationem. l. si non secundum legitimam obseruationem. ff. de donation. inter vir. & vxor.

Legitimas actiones, à lege introductas dicit Iurifcons. in l. sciendum. ff. de noui oper. nuntia. ibi, integras legitimas actiones manere. l. si usufructus. de aqua pluuiæ arcend. l. qui seruandarum. §. si de præscrip. verb.

Legitimæ tutelæ lege 12. tabular. agnatis delatæ sunt, & consanguineis, item patronis. id est his qui ad legitimam hereditatem admitti possunt. l. 1. ff. de legit. tutor. l. cas. de capit. deminutio. Adoptiones legitimæ exponuntur ab Vlpia. in l. si qua. in fi. ff. de ritu nuptiar.

Legitimos tutores nemo dat, sed lex duodecim tabularum fecit tutores. l. legitimus. ff. de legit. tutor. Legitimum virum Stoici esse dicunt, qui legem & sequatur, & quæ præcipiuntur ab ea faciat. Legisperitum vero eum, qui legem interpretari callear: nullum autem malorum aut legitimum, aut

Tempus legitimum.

Legitima conuentio. Latitudo legitima.

Legitimi pro agnatis.

Nuptiæ legitimæ.

Matrimonium legitimum.

Vxor legitima.

Pœna legitima.

Legitimus successor.

Vsuræ legitima.

Numerus legitimus.

Legitima obseruatio.

Legitima actio.

Legitima tutela, & adoptio.

Legitimi tutores. Vir legitimus. Stoicos quæ.

Legitima quaesita.

Probatio legitima.

Aetate legitima est 25. annorum. Pœna legitima in crimine stellionatus non est.

Accusatio legitima. Fœdus conuictum Titio & suis, quomodo intelligatur.

Successio qua defertur ex testamento, non dicitur legitima.

Intellectus l. unica. C. quando non potest parari.

aut legisperitum esse, teste Plato. de natura.

Legitima dicitur illa portio, quæ filii debetur ex bonis patris vel parentis iure quodam naturali. nam & si parentibus. & fere per totum. ff. de inoffic. testamen. l. cum ratio. de bonis damnar. l. vnde si parens. C. de inofficio. testam. in authen. de hered. & Falcid. colla. 1. §. primum itaque. & §. aliud quoque capitulum. in auten. vt cum de appella. cognosc. colla. 8. vbi iure institutionis debet relinquij legitima, id est filius vel nepos in ea debet institui.

Legitima probatio, à lege inuenta vel probata. l. cum de indebito. ff. de probatio. ibi, & ipse qui dederit legitimam probationibus solutionem approbavit.

Legitima ætas vocatur viginti quinque annorum, vt docet Iustina in l. si. C. de his qui veniam æta. impetraue. & l. pen. quand. dies lega. ced.

Et secundum Iurifconsultum pœna stellionatus nulla legitima est, id est à lege certa pœna non est imposita, quia non est crimen legitimum, id est publicum. dicitur tex. cum glo. in l. 3. in fin. ff. de crimin. stelliona.

Legitima accusatio, iusta & iure probata. l. miles. §. quæ propter. ff. de adulter.

Vnde infertur, quod si feudum vel emphyteusis sit Titio & suis legitimis heredibus concessa, intelligitur tantum de his qui Titio ab intestato succedere possunt, non vero de extraneis heredibus institutis, qui non sunt legitimi heredes, vt supra probauit. facit l. si posthumus. verfic. itaque. ff. de liber. & posth. ex facto. §. si. ad Trebellia. Sic consultit Alexand. consi. 56. viso processu. col. 2. in 2. vol. & Panor. expresse in consi. 3. nitar in present. col. 4. verfic. ex his infertur. in 2. vol. licet Alcia. contr. teneat.

Secundo infertur contra Bar. & alios in l. 3. §. de illo. ff. pro focio, quod successio, quæ defertur ex testamento, non dicitur legitima: siue illud verb. legitima proferatur à lege, siue à contrahentibus. per supradicta, & l. quia autem. ff. si quis omiss. caus. testam. Quamuis Ias. in l. vna. C. quæd. non peten. part. contrarium teneat, & Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. & vxorem. num. 74. & seq. de testam. & communiter docto. quia partes non possunt, nec videtur immutare vocabuli nomen. l. Stichum. ff. de lega. 3. quemadmodum dicit Alcia. lib. paradox. 4. c. 7.

Tertio infertur contra Ias. & alios in l. vna. C. quando non peten. part. vbi dum tex. dicit, Cessante legitima successione, intelligunt tam de successione ab intestato, quam ex testamento. Quæ interpretatio consistere non potest. nam ibi dicitur, Quoties pluribus liberis cessante legitima successione bonorum possessio defertur: si aliqui ex illis adeant, alij non, accrescit portio non aduentum, ad euntibus. & sic dicit, Cessante legitima successione, id est civilis: nam ea durante non datur bonorum possessio, quæ iuris est prætorij, alioqui si perfluum esset prætoris remedium. Ita nõ potest intelligi de successione ex testamento. Bonorum enim possessio non datur, si ex testamento petitio hereditatis de iure civili daretur. Ergo patet intelligendum esse de successione legitima, id est quæ iure civili defertur ab intestato: quicquid ibi dicat iuris interpretes. Nempe primo succeditur ex testamento: tuncque, si vno deficiente prouisum sit de portione illius, non erit locus iuri accrescendi: sicut procederet in legitima portione, vt dicunt doct. in l. re conuicti. ff. de leg. 3.

At dicit quis, cessare debere testamentariam & legitimam, antequam bonorum possessio deferatur. ergo legitimæ appellatione comprehendi

videtur testamentaria. Respon. non esse verum: quia durante testamentaria non erat dubium deferendam non esse bonorum possessionem. quæ obrem eius tanquam satis notorij mentionem non habuit ibi lex. Et licet ex testamento cessare debeat, antequam bonorum possessio detur, non tamen ex illo tex. sed ex iure iam deciso: non autem proprie legitima comprehendet testamentaria. Nec quidem negauerim, quod si lex prohibeat legitimam, quin forte ex alia lege, vel ex eadem ratione habeat etiam locum talis dispositio in testamentaria ex extensione, non ex proprietate vocabuli: vt si prohibeatur deportato capere testamentariam successione ratione delicti, nec quidem legitimam capere poterit. l. 1. C. de here. insti. non quod successio testamentaria sit legitima, vel contra: sed ex paritate rationis. quod est vitale & subtile.

Non refragatur legitimum dici, quod lege confirmatur. l. legitima. ff. de pact. sed hereditates testamentariae confirmantur à lege: ergo legitimæ dicuntur. Respon. quamuis lex 12. tabular. confirmet hereditates, non tamen eas facit legitimas: quia lex illa confirmat hereditates his verbis, HEREDITATES IN TESTAMENTO IURE FACTO DATÆ RATÆ SINT. confirmat scilicet his, quibus relictae sunt, si iure relictae sint, vt rata voluntates sint. Si quidem est differentia, an id quod confirmatur non alias teneat, vt tunc dicitur legitimum, vt d. l. legitima. At testamētariæ successiones iure factæ valent sine confirmatione legis, cum sint de iure gentium. l. interdum. ff. de codic. indeb. vbi Bar. & ceteri. nimirum si ea approbatio non faciat eam dici legitimam, sed à lege approbatam & confirmatam. Bar. & alij in l. mora. ff. de iurisd. omnium iudic. Sic quoque differentiam facit ius inter legitimam & testamentariam.

Nec me mouet iste text. quia non dicit legitimam hereditatem ex testamento obuenerim (& in hoc fuerunt hallucinati nostri iuris interpretes) sed dicit quidem iste tex. lege nobis obuenerim hereditatem etiam eam, quæ ex testamento defertur: quia lex eam confirmat. Et sic lege nobis obueneri dicitur hereditas etiam ex testamento, sed non ob id dicitur legitima: quia lex confirmat testamentaria, & approbando ea non facit, vt hereditas ex testamento obueniens dicatur legitima, vt satis superque superius expressi.

Non etiam obstat tex. in l. mater. ff. de inofficio. testam. vbi filia erat instituta in quadrante, & tamen legitima vocatur ibi hereditas. Respo. ibi legitimam dici vt hic, videlicet quæ lege ab intestato defertur, non quæ ex testamento, quod erat ibidem ruptum per querelam: ideo per testamentum non videtur repudiassè legitimam hereditatem, vt in l. legitima. ff. de petitio. heredita. Alias sequeretur, quod tutores testamentarij dicerentur legitimi. cuius contrarium constat: nam legitimus definit, quando in testamento quis datus fuit. l. iure. §. si. cum l. seq. ff. de testam. tutel. Imo quando ius testamentaria speratur, legitimam cessare docet Iurifcons. in l. si quis sub conditione. ff. de testam. tutel. & heredes instituti etiam legitimi dicerentur, contra distinctionem positam in rub. ff. de legitim. tutor. & rub. ff. de suis & legit. heredib. & superius abunde scripsi.

Sic igitur est concludendum, quod hereditates dicuntur lege obueneri. Sed quadam veniunt ex testamento, & dicuntur testamentariae, vt hic in tex. qui nos docet, quomodo vocanda sit testamētaria, & non legitima. Alias vero hereditates obueneri lege, iure tamen legitimo, siue ab intestato. l. qui pretio. ff. de donatio. caus. mort. quæ dicitur

Hereditates confirmantur lege.

Hereditas dicitur nobis obueneri lege etiam ex testamento.

Hereditates quadam ex testamento veniunt.

cuntur legitima. ita docet text. in l. 3. §. de illo. ff. pro socio. tex. expressus. in l. illud. ff. de acquir. heredita. Quae multum conferre possunt ad intellectum rub. ff. de suis & legit. heredib. & l. si quis ita heres. ff. de heredib. institutend.

Postremo non obest tex. in l. qui in vtero. ff. de statu ho. vbi legitime hereditates debent restitui his natis, qui in vtero erant tempore mortis patris, vel alterius. & idē dicit ibi gl. in hereditatibus testamentariis. Respō. vt superius dictum fuit: quāuis id quod disponitur in legitima hereditate, possit ex identitate rationis extendi ad testamentariam, vt ibi: non tamen ex eo sequitur legitimam nomine venire eam, quae est ex testamento.

Sequitur in tex. quia lege 12. tabularum testamentaria hereditates confirmantur. Et sic patet testamenta confirmari a lege 12. tabula. vnde resultat ea non esse a lege inuenta. Quae vt exactius perspicere valeamus, tres quaestiones vobis dissoluam, sperans ea non pauci fore emolumentum.

Imprimis igitur quero, testamenta quāobrem inuenta sint? Respon. ne iniuria defunctus afficiatur, si non habeat heredē. §. 1. Insti. quib. licet manum. nemp. rubor est sine herede decedere: sicut doctori perito est dedecori nō relinquere suae doctrine semen. c. obiciuntur. 34. q. 4. l. de stud. libe. ral. v. b. Romē. li. 1. C. Et iniuriam patri dicitur filius inferre, si se ab hereditate patris absteat. argum. l. Iulianus. ff. si quis omīssa caus. testam. Bal. in c. vno. col. 2. an. cognā. vel filius. quemadmodū etiam scholasticus, qui abstinet a lectione sui doctoris, forte propter lusum pile, vel alias voluptates: quales multi sunt scholastici vix ad vllam frugem peruenientes.

Secundo inuenta sunt propter necessitatem, vt creditores post mortem habeant, quem conueniant. l. & quia. ff. de interrogator. act. l. r. C. de hereditat. actio. doct. in l. r. ff. ad Trebel.

Tertio ad obuiandum litibus, & querelis, quae post mortem possent inter proximiores heredes ab intestato, suboriri. Porc. in §. 1. Insti. de testa.

Quarto ratione pietatis, pium enim & aequum est, vt is qui toto suae vitę curriculo non sine ingenti labore bona quaedam acquisiuit, ea possit alicui grato relinquere, cum illa secum ferre non liceat. l. 1. C. de sacrosanct. eccles.

Quinto charitatis exercendae gratia, & retribuēdi: vt videlicet is qui bona habet, post seruitia sibi impensa benemeritis & gratos remunerare possit, & ingratas auferre. §. aliud. & §. causas. in auth. vt cum de appella. cognoscit. colla. s. c. cum in officii. de testam.

Sexto ratione vtilitatis publicae, nam eo quod homines testari possunt, incenduntur ad acquirēdum & laborandum: quod publice interest. l. 1. ff. solu. matri. l. vel negare. quemadmodū. testam. aperiānt. veluti mulieres cōmuniis in ista patria Gallie consuetudinaria, in qua dimidiam partem cōquāstuum sibi acquirunt ex cōsuetudine, sunt diligentes, quam in patria iuris scripti, vbi quicquid acquirunt, maritis acquirunt, aut filiis si quos habeant: ideoque nihil mirum, si paulo negligentiores sint ad acquirendum, & prōptiores ad expendendum in pompis & rebus superfluis.

Vltimo inducunt ad seruendum & mōgerādum testari valentibus, & auferunt materia delinquendi. sperant enim filij, & alij cōsanguinei successione obsequendo patri vel cōsanguineo. siquidē illis obnoxij sumus, qui nobis seruierunt. c. cum in officii. de testa. Econtra quando velint nolint parentes, eorum bona deseruntur filiis, & aliis cōsanguineis, contemnunt nonnulli filij perditionis, nec debita praestant obsequia paren-

tibus, & plus sibi tribuentes quam deceat, nō verentur dicere non posse priuari successione eis per consuetudinem delata. Quamobrem mihi summopere semper fuit amplectenda haec libera testandi facultas iure diuino inuenta, & iure humano confirmata.

Secundo igitur quero, quo iure testamēta sint inuenta? Respon. Ista de quibus hic loquimur, sunt introducta de iure gētium, quoad primariam inuentionem. Nam eo ipso quo gentes esse ceperunt, de bonis suis disponere voluerunt, vt legitur de Iacob. Genes. 27. & gl. in l. quotiens. ff. de heredib. insti. & 3. Reg. ca. 2. vbi Dauid instituit Salomonem, & huius sententia fuit Bar. in l. interdum. ff. de condit. indeb. Alexand. conf. 2. nu. 20. in 1. vol. & communiter iurium interpretes.

Verum quoad formam & solemnitatem fuerunt testamēta introducta de iure ciuili, & quoad confirmationem, vt hic: quia lex testamenta confirmat: & sic antea inuenta erant, vt scribit Barba. in rub. de testa. & in tract. de prestat. Cardinal. in q. 1. partis 1. col. 1. Alexand. in rub. ff. de acquir. hered. Roma. in l. si non speciali. & l. si testamētum. C. de testam. vbi Laf. & Bauer. in §. 1. col. 4. no. 4. Inst. de testam. Alber. Brunus in tracta. de statuto excluden. foemi. q. 1. vbi plene scribit.

Ex quibus infertur primo, quod Imperator vel Rex non potest derogare testamentis, si iure facta sint. l. si testamentum. C. de testam. vbi plene docto. cum iuris gentium sint. Et res in testamentum prohibita alienari, Princeps non potest concedere, vt alienetur: nisi magna ex causa, de qua debet constare. Et si rescriptum alicui contra testamentum iure facta concesserit, iniuriū iudicabitur: vt consiluit Dec. consil. 357. in casu magnifici. col. 3. per d. l. si testamentum. & consil. 537. accurate. col. 2. vbi concludit legitimum ad Principe non excludere substitutum. & consil. 608. viso eleganti. & c. nemp. quia iuri gentium sine virgente causa Princeps derogare non potest. Dec. consil. 403. quamuis. col. 3. q. 2. gl. in l. 2. C. de precib. Impera. offerend. vbi dicit Principem non posse auferre dominium, quod est de iure gentium, & ibi alia addidi iura.

Imo de tali causa constare debet, nec partis assertioni staretur. gl. in l. si donatione. C. de colla. Bar. in l. si forte. ff. de castren. pecul. l. si donatio. C. de colla.

Potest tamen Princeps surdo aut muto, aut aliis sanae mentis hominibus, quibus testamēti factio tantum a legibus prohibita est, testandi facultatem concedere. l. si mutus. ff. de testa. Et an testamenta propter solemnitatem omīssam tempore pestis, sique minus legitima, confirmare possit, scribit Lucas de Pēna in l. 1. col. 4. C. de his qui in exilium dati. lib. 10. & plene de Ripa in tracta. suo de peste.

Item consuetudo non potest tollere testamentum, sed solemnitates sic. Ludouic. Roma. in d. l. si testamentum. per l. si. C. illo titul. Quemadmodum testamenta coram duobus notariis facta vi nostrae consuetudinis Parisiensis valent vbique. nam haec sola est solemnitas, quae in hac patria consuetudinaria sufficit in omnibus actibus. Et hoc modo idem auctor testatus est Lutetiae Paris. anno domini 1557. die vlti. Octob. & die 2. Nouemb. subsequens migravit ad dominum, & sepultus in sacello collegij Heduenfis parocēie sancti Andreae de Arcubus. Sic in testamento deposita nullus mutare potest, quando ad vsum destinatum res commode valet accommodari, praxer Papam clem. quia contingit. de religiof. domib. vbi addidi. & Aufrer. in decif. Tholosa. q. 26.

Testamēta quo iure sint inuenta.

Testamēta inuenta quoad formam de iure ciuili.

Quibus testamentum Rex vel Imperator in potest derogare.

Princeps surdo, aut muto permissit vbi stentur.

Testamēta per consuetudines non tolluntur.

Sed in contrarium quibusdam videtur hoc ius testandi parum iuri conuenire: quinimo absurdū esse nituntur hoc argumēto probare. paria siquidem sunt aliquid facere tempore inhabili, vel cū habili sit, illud cōferre ad tempus inhabile: vt donatio decem sponsae, quando erit vxor mea, hoc nō valet: quippe censetur huiusmodi donatio facta esse tempore matrimonij. l. quod sponsae. C. de donatio. ante nupt. Ita qui testatur, confert voluntatem suam in tempus inhabile, vt pote post mortem: quia testamentum est voluntatis nostrae iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri voluit. l. 1. ff. de testam. Et tamen post mortem nihil habet, cum mors omnia soluat. §. deinceps. in authen. de nupt. colla. 4. Et quando quis nihil habet, nec actu, nec potentia testari potest, nihil ingressi: C. de sacrosanct. eccles. Barba. in rub. de testam. plene vsque ad nauisam scribit.

Cui difficultati respondet Panor. in rub. de testa. quem multi etiam recepte auctoritatis sequuntur, hominibus tantum ex gratia concessum esse ius testandi: sed de rigore nemini licitum esse testari, sicut de iure patronatus dicimus, quod ex gratia concessum est laicis. c. 3. de iure patro. ibi, quia haec tenus eos ecclesia sustinuit.

Ego vero putarem necdum de gratia permissam esse hominibus de rebus suis disponere, verum etiam de stricto iure. per l. in re mandata. C. mandata. vbi scribitur, quod quisque rei suae est moderator & arbiter. Imo etiam quis abutendo potest disponere. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. heredita. maxime in vltima voluntate. l. 1. ff. ad legem Falcid. §. disponat testator, & erit lex. & §. deinceps. de nupt. colla. 4. sequitur Bertrand. consil. 777. viso. in 1. vol. secundum no. editio. Alioqui sequeretur falsum esse, quod superius diximus, ius hoc testandi iure gentium adinuentum esse. nam eo iure gratiam non inuenimus, sed meram facultatem omnibus passim concessam, quae à iure ciuili postea ex causa restricta est. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. & superius dixi in l. verbis legis.

Vnde Christopho. Porc. in §. 1. Insti. de testa. respondet, quod hereditas iacens, quae personā defuncti repraesentat, est domina rerum post mortem. l. 1. §. 1. ff. si quis testam. liber esse iustus fuer. & l. hereditas. in princip. ff. de acquir. rerum domi. Sed haec sententia parum satisfacere videtur. nam etsi hereditas iacens est domina post mortem: non tamen ex hoc tollitur contrariū, imo augetur. quippe semper id obstat, quod testatus non est post mortem dominus: sicque testamentum suum in tempus mortis collatum valere non potest: tunc quia vere non inuenitur, quod hereditas iacens sit rerum domina. nec enim ei hereditati iacenti quidpiam reliquit testator. Quamobrem aliter & secundo respondet idem Porc. quod volūtas iam est sortita effectum: ergo non vitatur, licet peruenit ad eum casum, à quo non potuit incipere. l. pluribus. §. & si placeat. vbi Bar. ff. de verbor. obligat. in quibus adhuc doct. valde se contorquent. Quamobrem impraesentiarum meam non verborum interponere sententiam: quam, si vobis grata videatur, benignis auribus accipite.

Vt igitur nodum hunc à doctoribus nondum extricatum dissoluamus, primum oportet praefari, aliud esse disponere in vita, & cōferre post mortem: aliud disponere, & non conferre post mortem. Siquidem post mortem conferre quis dicitur, quando institueret expresse, vel legaret post suam mortem, his verbis aut similibus: Ego post mortem meam instituo Titium. vel sic: Ego post mortem meam Titio lego decem: quippe non valetet hoc, per rationes praedictas, & per text. in l. si ita

Donatio facta sponsae, quando erit vxor mea, non valet.

Testari nō potest qui nihil habet.

Ius patronatus ex gratia laicis permissum est. Testari permissum est, & de gratia, & de stricto iure.

Hereditas iacens post mortem est domina.

scriptum. ff. de liber. & posth. Et quia hereditas ex die dari non potest. l. hereditas. ff. de heredib. insti. Et hoc probat l. quod sponsae. C. de donatio. ante nupt. vt quando quis donat sponsae, cum erit vxor: vel, vt tunc adificatur dominium, quādo nuptiae fuerint sequuta. Ecce ergo, quod confert in tempus inhabile. ideo tex. dicit absque effectu esse. Ita & testamenta sic (vt dixi) concepta.

Disponere vero de bonis suis in vita, & non cōferre in aliud tempus dicitur testator: vt institutio talem, Lego illi decem. nam haec dispositio iure etiam stricto valet. l. in re mandata. C. māda. probatur in c. apostolica. 8. q. 1. vbi aliud est praeratum viuentem deliberare cum fratribus de electione, aliud est ex testamento post mortem sibi facere successorem. nec dicitur primo casu in tempus inhabile conferri. nam quādiu viuunt, est dominus: & id temporis disponit: quae dispositio morte confirmatur. l. cum hic status. ff. de donatio. inter vir. & vxor. c. cum Marthae. de celebra. missar. Si quis igitur instituat nunc heredem, nil ei post mortem oberit, cum sit heres tempore à iure praestituito, videlicet ipso mortis tempore. Secus vbi diceret, instituo eum post mortem, vt praedixi: quia post mortem non potest ipse quicquam facere. ideo hoc non valet.

Idem in contractibus & legatis habere locum voluit antiquitas: sed postea pro cōmuni hominum vtilitate hoc Imperator emendauit in cōtractibus & legatis, ne propter subtilitatem nimiam verborum latitudo voluntatis contrahentiū impediatur. l. vna. C. vt actio. ab heredib. l. scrupulosam. C. de contrah. stipula. §. post mortem. de inutilib. stipula.

Non obstat ergo, quod post mortem cōferatur: quo tempore non est dominus. Respon. quod testator disponit in vita, & instituit in vita: sed lex voluntatem suam suspendit vsque ad mortem. l. 4. ff. de adimend. lega. & per mortem confirmat, vt praedixi.

Nec etiam obest, parem esse vim expressi & taciti. l. cum quid. ff. si certum pet. Respon. quoque hoc in multis casibus non procedere, secundum Laf. ibi, & recentiores. Vel dicunt nonnulli hoc esse verum in his, quae ex natura contractus veniunt, vt ibi: alias secus. Vel hic est diuersa ratio. nam actus est in vita perfectus, & per mortem confirmatus, vt praedixi. ideo non vitatur actus perfectus & consummatus, vt probatur in tit. de renūtia. vbi si quis resignauerit beneficium detentus valetudine facta resignatione, & admissa est exutus beneficio: ideo si moriatur, valebit resignatio. sic factio testamento & à iure confirmato, testator est per mortem exurus bonis, quae adita hereditate transcut in heredem, & valet illud testamentum. l. cum heredes. ff. de acquir. possess. pro his tex. est in l. ff. de stipula. seruator. vbi stipulatio ferui facta, cum manumissus erit, valet, & domino acquiritur: promissioque facta filio, cum emancipatus erit, etiam si dolo malo hoc faciat, patri quaeritur. Itaque ait testamētum valere simul atque a testatore legitime factum est, licet non sortiatur effectum, nisi post mortem: quo tempore nihil impedit, quominus effectum habeat. at in donatione illa sponi ius impedit & prohibet, quominus effectum habeat tempore nuptiarum. nec potuit ante valere: quia donans ante nuptiarum tempus valere noluit, ita donando.

Item si quis constituerit se soluturum, quod nunc debet, licet post constitutum debeat, tamen valet constitutum, etiam si eo tempore constituerit, quo erat obligatus, licet in id tempus venerit, quo non tenebatur. l. item illa. §. quod adii-

Testator per quae verba disponat.

Institutio quādo non valet.

Voluntas contrahentium subtilitatem non debet impediri.

Testator disponit in vita, & eius voluntas suspenditur vsque ad mortem.

Actus in vita perfectus, post mortem cōfirmatur.

Testamētum quādo valeat, & quādo suū sortiatum effectum.

Testamēta inuenta. Doctori perito est dedecori sua doctrinam relinquere semini.

Testamēta ad quid proficiunt.

citur. ff. de consti. pecunia. nec actus perfectus vitatur, si peruenit ad casum, à quo non poterat incipere. per regul. iuris.

Omnes testari possunt qui iure prohibentur.

Et sic viget usus testamentorum: quia testatur omnes populi, dum non iure prohibentur. l. si quæramus. & l. 2. ff. de testa. edictum enim de testamento est prohibitorium certarum personarum & regula permissorium. Azo & Hostien. in summa de testa. & doct. in rub. illius tit. in decretal. Et ista notanda sunt in testamentorum materia.

Confirmas actum inualidum videatur dare.

Postremo qui confirmat, an censetur dare, videte plene docto. maxime Curium in l. & quiaquam legunt cum l. more. ff. de iurisdic. omn. iudic. vbi dicunt, quod confirmans actum inualidum, videtur dare: secus si validum. Deci. in rub. de confirma. vtili vel inutili.

IDEM LIB. TERTIO AD LEGEM IUL. PAPIAM. Lex cxxxj.

Aliud est fraus, aliud poena. Fraus enim sine poena esse potest: poena sine fraude esse non potest. Poena est noxæ vindicta: fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi poenæ quædam præparatio.

Hæc lex duas continet partes. in prima differentiam assignat inter poenam & fraudem: in secunda inter poenam & multam ibi, inter multam autem. Et quamuis veteres fraudem pro poena ponere solent. l. c. autem. §. excipitur. ff. de ædilit. edict. l. nec magistratibus. de iniur. tamen hic Iurisconsultus sequentes inter hæc assignat differentias, nempe inter fraudem & poenam.

Fraus quid sit.

Prima differentia traditur ibi, fraus enim sine poena esse potest. quia fraus, de qua in l. si calumniatur. infra eod. est dolus, malitia, fallacia, calumpnia, circumscriptio, damnum, scelus, crimen & delictum: & potest esse sine poena, vtpote si fraus leuis sit, & super re leui, quæ poenâ non meretur. Vel fraus sine poena esse potest, quia fraus damno afficit, & omne damnus non dicitur poena, quæ ad vindictam criminis imponitur: damnus vero detrimentum respicit, & nil ad poenam. nam hoc casu damni restitutio sufficit. §. i. de lege Aquil. Et sic fraus sine poena erit, sed non sine damni restitutione. Et hæc verior videtur.

Pœna furti vel iniuriarum timenda est.

Expedit tamen timere furti vel iniuriarum poenam, inquit Iurisconsultus. in l. si vnus. §. pacta. ff. de pact. quia lento gradu ad supplicij vindictam diuina procedit ira, & tarditatem supplicij grauitate compensat. Valer. in princip.

Vel est de casibus, in quibus impune sit, quos tradit Iacob. Bolenc. in repet. §. famulos. l. capitulum. ff. de poenis. quos transcripsit Chassan. in consuetud. Burgund. rub. des iustices. §. 5. in glo. s'il n'a grace. prætermisso tamen suo auctore, necallegato: veluti si quis ad tuitionem sui corporis alium occidat. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. l. scientiam. §. qui cum aliter. ad legem Aquil. Sed forte dici potest in illis casibus abesse fraudem, cum iuris interueniat auctoritas: ideo sine fraude censetur esse. l. Gracchus. C. de adulter.

Fraus quid est sine poena.

Aut fraus esse potest absque poena, quâdo ignoratur commissâ, vel non probatur. l. absentem. ff. de poenis. secundum glo. hic. Vel toleratur. multi enim corriguntur, vt Petrus: multi tolerantur, vt Iudas: multi nesciuntur, donec veniat Deus, qui illuminabit abscondita tenebrarum. c. multi. 2. q.

1. Cum vero interdum fraus pro poena accipitur, proculdubio cum ipsa poena sit, absque ea esse non potest. l. eum autem. §. excipitur. i. ff. de ædilit. edict.

Puniendus quis non est sine culpa.

Pœna sine fraude esse non potest. Licet fraus sine poena esse possit, nempe sine culpa non est aliquis puniendus. regul. sine culpa. de regul. iur. in 6. Et rem, id est hominem qui culpa caret, in damno, id est in poenam vocari non conuenit. ca. cognoscens. de consti. poena siquidem auctores suos tenere debet. l. sancimus. C. de poenis. ca. 2. de his quæ fiunt à maior. part. capit. Quamobrem non debet quis affligi sine fraude: veluti si casu fortuito quis hominem occiderit, illum poena non sequetur, cum fraus hic absit. l. si putator. ff. ad legem Aquil. l. i. C. de sicar. Et in euangelio scribitur, ex bono opere quem non esse puniendum. Sicque poena sine fraude non est quis afficiendus.

Qui casu fortuito hominem occidit, eum poena non sequitur.

Limitatur primo, quando punitur vnus pro alio. quod in quibus obseruetur casibus, tradit text. in c. ecclesia. §. his ita. r. q. 4. vbi septem ex causis alij puniuntur propter aliorum peccata: vt causa sacramenti, vt lapides & thesauri Hierico, & animalia Amalecitarum. Iosue. 6. c. & primi Regum c. 15. Secundo causa flagelli, vt primogenita & possessiones Aegyptiorum. Exod. 7. cap. cum multis sequen. Tertio ratione criminis detestandi, vt pecunia Simonis, dum fuit dictum illi: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimasti pecunia possidere. c. qui studet. r. q. 1. cap. mulier. 15. q. 1.

Quot ex causis quis puniatur ob peccata aliorum.

Quarto causa experientia, vt electi & propheta. nempe arca & propheta peccato suorum ciuium hostibus traditi sunt: electi quoque, qui murmurare eorum impediti sunt, non in poenam criminis, sed in experimentum, & exemplum patientia hæc passi sunt. d. cap. ecclesia. §. arca. Quinro causa puniendi, in quo deliquerit: vt David, qui populum numerauit: quia in multitudine populi gloria regis, in diminutione contritio Principis. 2. Reg. cap. vlt. ob id fuit peste percussus populus, vt ibi. Sexto causa diminuenda poenæ, vt paruuli Sodomitarum. Genes. 19. c. Septimo causa exempli, & correctionis: vt peccante Cham filius eius maledicatur. Genes. 9. c. in si. & Giezi delinquentem lepra ad posteros transmittitur. 4. Regum 5. ca. Et vtrum sic ad omnes simoniacos lepra deferretur: plurimos enim tales passim hodie cernere, vt scripsi in praxi benefic. in 3. parte. Alia exempla petere licebit ex c. ecclesia. l. q. 4.

Regis gloria in quo consistat.

Simonis ob crimen Giezi postea lepra sum afflicti.

Culpa carere pro alio non puniuntur.

Vltimo sine culpa non potest quis pro alio puniri, nisi sublit causa: vtpote si quis matrimonium contrahat cum vidua, punitur tãquam bigamus, licet non sit in culpa, sed causa subest. d. regul. sine culpa. At poena corporali regulariter vnus pro alio non punitur: nec valeret statutum vel ordinatio contrarium disponens, teste Bal. in rubr. C. res inter alios acta. Dec. & alij in cap. 2. de consti. Lucas de Penna in l. 3. col. 5. C. de excepto. & exactor. lib. 12. Alios casus, in quibus alius pro alio punitur, scribit Archid. in c. qui bona. 17. q. 1. col. penult.

Cum vero dicit text. hic non posse quem puniri sine fraude, & delicto, intelligi hoc verbum potest pro debet, quod scilicet quis sine fraude puniri non debet. Et sic capitur hoc verbum potest, vbi materia non est necessaria. text. in ca. si qui testium. de testib. cap. quanto. vbi glo. de præsumptio. l. nemo potest. ff. de pact. alias regulariter importat necessitatem. glo. singul. in regul. 1. de regul. iur. in 6. vbi alia addidi. Bar. & alij in l. Gallus. ff. de liber. & posth. Vel non potest quis puniri sine fraude, id est sine damno: nam etiam falsum non

Quis non puniuntur.

punitur sine damno.

Punitur interdum quis pro alio.

Iudex debet potius nocentem impunitum relinquere, quam innocentem punire. Italo verbum quid denotet.

Sanguis eius funditur, qui sã quiescunt.

Fraus & dolus differunt.

Capitalem fraudem admittere quid sit.

Libertum in fraudem patroni quando alienare videatur.

Gesta in fraudem creditorum quæ videantur.

punitur, vbi non est damnum. l. damus. vbi glof. C. de falsis.

Imprimis ergo de delicto constare debet. l. i. §. item illud. ff. de senatusconsulto Silania. vt scripsi in interpreta. l. diuus. ibidem. Tamen delicti commisi interdam poenas luit, quamuis tale quid nihil admiserit: vtpote si confiteatur illud crimen perpetrasset, quod vere alius commiserat: nec tamen eo prætextu liberabitur verus auctor delicti. l. si is cum quo. ff. de confessio. qui seruum. de interrogator. actionib. Et interdum iuxta Iuuenalis sententiam,

Dæ veniam coruis, vexat censura columbas. Quod diligentissime iudex animaduertere debet, & fugere. Quippe melius est nocentem impunitum relinquere, quam innocentem puniri. l. absentem. ff. de poenis.

Sequitur in text. Poena est noxæ vindicta: fraus & ipsa noxa dicitur. Alteram hic Iurisconsultus alteram differentiam, quod poena est vindicta delicti, id est castigatio & coercitio. Græce noxa dicitur à nois, id est à labore & dolore: nempe dolet is, cui poena infligitur. & nois id est, quod laboro, doleo. & Gallic. poine: quod Græcum redolet, videlicet nois, iuz, id est supplicium, poena. Fraus vero dicitur & ipsa noxa, & delictum: licet aliquando noxa vocetur delictum, vt in §. i. Insti. de noxal. actio. vbi glof. scribit hunc versum:

Noxia, delictum, delinquens, noxa vocatur. Et quæ vindicta sit permissa, scripsi in interpreta. l. diuus. ff. de senatusconsulto Silan. De noxa dicam in l. plebs. §. noxa. infra eod. Et sic fraus, dum pro damno capitur, potest esse sine poena, id est sceleris vindicta: secus si pro crimine accipitur, vt sequitur.

Et quasi poena quædam præparatio. Ex his verbis text. elicitur differentia, quod fraus dicitur quædam præparatio ad poenam: nempe qui fraudem committit, id est delictum, præparat se ad poenam subeundam. Poena vero est ipsa fraudis castigatio. vnde dicit text. in l. 3. C. de episcop. audien. homicida expectet, quod fecit. & Genes. 9. c. Quicumque fuderit sanguinem, fundetur sanguis illius. Et quisquis præceptis non obtemperat, reus est, & debitor poenæ. c. quisquis. 14. q. 1. & gl. in l. si probatio. ff. de proba. ait: delictum tuum te punit, non ego.

Dolus etiam à fraude differt, licet fraus dolo insit. l. iurisgentium. §. sed & si fraudandi. ff. de pact. Quod fraus non solum ex euentu & re ipsa consideratur, sed consilio quoque. l. fraudis. ff. de regul. iur. vbi inter Dec. & §. in fraudem. quib. manumitter. non licet, in Insti. Dolus ex animo sit, & alterius circumueniendi causa. l. i. ff. de dolo.

Fraudem capitalem admittere, est tale quid delinquere, propter quod capite puniendus sit. Et ita veteres fraudem pro poena ponere solebant. l. cum autem. §. excipitur. i. ff. de ædilit. edict. scripsi in l. licet capitalis. supra eod. Et sic fraus capitalis pro crimine capitali.

In fraudem patroni libertus alienare videtur, qui dolo rem alienauit, vel in necem patroni rem prodegerit. l. 1. §. 1. & §. in ceteris. & §. si mutuum. ff. si quis in fraud. patron. vbi pro damno accipi potest.

Gesta etiam in fraudem creditorum videntur, seu fraudulentiois causa, quæ dolo quis fecit, vt re careret, ne creditoribus satisficeret. l. 1. 2. & per totum ff. quæ in fraud. creditor. & C. illo tit. & §. in fraudem. Insti. de actio. Et quando quis præsumatur in fraudem alienare, docet Angel. sex casus in §. in fraudem. Institutionib. de actio. & doct. in l. post contractum. ff. de donatio. & Federic. con-

sil. 45. ac Dec. consil. 260. fraudator quis. in l. si fraudator. quæ in fraud. creditor.

Fraus facile inter coniunctas personas præsumitur. l. nõ solum. de ritu nuptiar. doct. in d. l. post contractum. de dona. Lucas de Penna in l. 3. C. de iure fisci. lib. 10. & in l. si donatione. C. de collat. Et 222. casus, in quibus fraus præsumitur, scribit Lucas de Penna in l. quemadmodum. C. de agricol. & censu. lib. 11. & quomodo probetur, tradit Barba. consil. in 4. vol. & in causis beneficialibus, scripsi in concordia. §. volumus. tit. de colla. in gl. vlt. & in praxi benefic.

Fraus inter coniunctas personas præsumitur.

Fraus legi sit, cum id fit, quod fieri noluit: fieri autem non veruit. & quod distat verbum ab intellectu. hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit. Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet.

Fraus legi quædo sit.

In fraudem vero legis facit, qui saluis verbis legis sententiam eius circumuenit. l. fraus. & l. contra. ff. de legib.

Quando in fraudem legis quis faciat.

Et fraus quandoque fit de persona ad personam: vt maritus prohibitus donare vxori, donat fratri vxoris vel alteri, medio cuius peruenit ad vxorē. l. 1. & l. si sponsus. ff. de donatio. inter vir. & vxor. aut pupillus donat filio testatoris, seu administratori sui, vt scripsi in tract. de donatio. fact. tutor. & aliis administrator. in 2. tomo commentar. in consil. Reg. Gallic.

Fraus de persona ad personam quædo fiat.

Interdum committitur fraus de re ad rem: vt prohibitus mutare pecuniam filiofamil. si ei tra dat pannum, frumentum aut quidpiam aliud non minus repellatur exceptione senatusconsulti Macedoniani, quam si vere pecuniam mutuaasset. l. sed Iulian. §. mutui. ff. ad Macedo. vel prohibitus transferre frumentum, transfert farinam aut panem, sicut scripsi in l. nominis. §. si. supra eod.

Fraus de re ad rem.

Ita de contractu ad contractum fraus adhibetur: vt cum maritus vendidi animum non haberet, idcirco tamen commentus est, vt donaret: venditionem non valere, nec donationem, scribit Vlpia. in l. si sponsus. §. circa. ff. de donatio. inter vir. & vxor. plene Dinus in regul. certum. de regul. iur. lib. 6.

Fraus de contractu ad contractum.

Fraudem etiam legi factam Iulia. ait, si patronus libertam non ducturus propter hoc solum in reuorando adegerit, ne alij nuberet, & perinde patronum teneri, ac si coegisset libertam iurare non nupturam. l. adigere. §. si patronus. ff. de iure patro. facit. l. si libertus. §. plane. ibidem. Et æqualiter punitur, qui facit aliquid in fraudem legis, ac si faceret contra legem, vt docet Ias. post Bald. ibi in l. non dubium. 1. no. C. de legib. scripsi in l. nominis. §. si. supra eodem.

Fraus legi facta quæ.

Notandum est igitur, quod fraus animum fraudandi requirit. §. in fraudem. quib. ex caus. manumitter. licet, & supra dixi. Vnde si quis habeat duas nauces oncratas, & exonerat vnã, dum vult transire per ciuitatem Parisiensem. vel Aurelianensem. in qua pro qualibet nauis onerata certa præstatur pecunia: ille non incidit in legem, nec fraudem legi facere videtur. non enim hoc lex prohibet facere. imo potest sibi, & suis bonis protulere. Sic dixi in duabus quadrigis, & in altera iuxta ciuitatem exonerata, vel in duobus mulis & animalibus aliis sic exoneratis. mihi siquidem ab initio licuit vnã tantum onerare: nimirum si postea dum voluero, id liceat. Quamobrem inique publicani exigunt, volentes per fas & nefas transeuntes ad solutionem cogere, quod iniquum est, nisi pro vna nauem tantum. quia non videtur voluisse fraudare edictum, qui sibi prospicit. l. si pupillus. 1. §. ff. de acquir. heredita.

Fraus quid requirat.

Item fraudes esse dicitur, id est damno. l. cum

Res fraudi esse quid.

re. C.de pact.inter empror. & venditor. Et dicimus, ne res sit mihi fraudi, id est ne res ea mihi vitio detur, vel adscribatur, seu noceat: vt plene Andria. de sermo. Latino elucidat.

§. Inter multam autem & poenam multum interest: cum poena generale nomen sit, & omnium delictorum coercitio: multa specialis peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria est. Poena autem non tantum pecuniaria, verum capitae & existimationis irrogari solet. Et multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit: poena non irrogatur, nisi qua quacunq; lege, vel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est. quinimo multa ibi dicitur, vbi specialiter poena non est imposita. Item multam is dicere potest, cui adiudicatio data est. magistratus enim solos & praesides prouinciarum posse multam dicere, mandatis permissum est: poenam autem vnusquisq; irrogare potest, cui huius criminis, siue delicti executio competit.

Multa unde dicta.

Hic assignantur differentiae inter multam & poenam. Et aiunt quidam grammatici multam a mulcendo dictam per antiphrasim, teste Alcia. quia non mulcet. Tamen Bal. in ca. cum ecclesia. col. 2. de electio. ait multam dici, quia mulget, id est trahit sanguinem, id est marisipium. Vel iudex mulget lac hominis, id est pecuniam hominis: vel multum extrahit. Vel teste Varro. dicitur, quod olim singula, vt ouis aut bos, ob crimen exigeretur: sed postea multa exigi coeperunt, & vinum atque oleum addi, & in pecuniam conuerti. Et dicunt Sabinum esse vocabulum, quod Ofcum Alcia. appellat. Vel dici potest a mulcendo, eo quod mulcet, lenit & mitigat rebelles, & contumaces, in quos imposita est. Vere puro dicta a mulgeo, quod facit in supino multum, vel multum. inde venit multa. Et poena dicta est, quod puniat, teste Luca in l. i. C. de his qui ex public. ratio. mutuum pecuniam acceperunt. lib. 10. Hae grammaticis relinquo. Ceterum quia tex. hic paululum in verbis difficilis esse videtur, singula eius verba prosequamur.

Poenae unde dicta.

Alcia. sententia reprobat, & datur verus sensus per auctorem.

Cum poena generale nomen sit. Hic prima inseritur differentia inter poenam & multam. nam poena generale nomen est, vt comprehendat quamlibet poenam, & corporalem, & ciuilem, & pecuniaria, & generaliter omnem poenam, pro quibuscunq; delictis imponatur, siue fuerint nominata, siue innominata. Contra Alcia. dicentem poenam dari super nominatis delictis, vt est furtum, adulterium, & similia. speciale vero delictum hic tex. secundum eum vocat innominatum: vt cu quis in ius vocatus non parer, cum temere appeller: huiusmodi facta pluribus verbis designantur specialiter, non vno generali, vt poena. Sed arbitror Alcia. perperam intellexisse hunc tex. qui vult poenam esse, quae imponitur ex quibuscunq; delictis: & vocatur tunc poena. si vero poena aliqua

pecuniaria imponatur super aliquo certo delicto, id est iam commissio, siue nominato, siue innominato, iure permittentur: tunc dicitur multa, non eo quod pluribus verbis designetur: sed speciale dicitur delictum, quia iam commissum, designatum & emergens. nempe non dicitur multa, nisi fuerit imposita pro aliquo peccato iam commissio, vt inferius dicitur: sicque est speciale, non generale. Et haec est mens huius tex. ibi, multa specialis peccati, vt dixi in l. sciendum. supra eod. Quauis idem Alcia. suam confirmet opinionem in l. si qua poena. infra eod. plus dicens, quod si ex lege municipali concessum sit liberum arbitrium circa poenas pro delictis infligendas, vt in hoc Regno Franciae, quamuis furi, vel adultero poenam pecuniariam iudex indicat, non tamen proprie dicitur multasse: quoniam huiusmodi delicta generalia sunt: at multa in specialibus habet locum. Tenet contrarium, quandoquidem praetor cum olim imponebat pro furto bouem aut simile, speciale delictum fuisse probatur: quia multa dicebatur, vt infra dicam. Ideo vos intelligite, vt praedixi. Multare quoque poenam respicit, vt inferius elucidabitur.

Multa habet locum in specialibus.

Poenam extraordinariam criminibus imponitur.

Item in extraordinariis criminibus poena imponitur. l.annonam. §. pen. ff. de extraord. crim. Et tamen sunt delicta innominata: sicque multa foret imponenda, secundum Alcia. sententiam. Verum Iurifconsul. ait, nam & haec res vindicatur extra ordinem non leui poena. l. pen. ff. de extraord. criminib. Ecce igitur poenam dici etiam in innominatis, quicquid velit Alcia.

Quid ergo sit poena, tradit iste tex. videlicet est coercitio omnium delictorum, seu castigatio, quae singulis delictis infligenda est. nempe reipublicae interest, ne delicta remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. cap. vt fama. de sentent. excommunic. Nec tamen debet poena egressi meras delicti. l. mater. de oper. libertor. C. l. Pedius. in ff. de incend. ruina & naufrag. Et in hoc tex. legunt quidam Coercitio, a coercendo, & puniendo. Et coercere proprie ad corporalem punitionem refertur. l. si quis iniuriam. iuncta gl. ff. de iniur. l. medicus. de var. & extraordinar. cognit. Aliquando generaliter accipitur, vt etiam poenam contineat pecuniariam. l. quinque summates. C. de decurio. lib. 10. Luc. de Pena in l. nemo. col. 3. de exactor. tributor. eod. l. i. ff. de offic. eius. vbi iurium interpretes. videte quae dicam in l. haec stipulatio. infra eod.

Multa specialis peccati. Vult dicere multam vocari, quando specialiter est imposita pro certo crimine. Et nisi fuerit imposita, non potest vocari multa. Quamobrem requiritur speciale quoddam peccatum praecedere: quia non praestituitur de iure generaliter pro furto, homicidio vel alio delicto: sed opus est imponi super certo crimine pro qualitate illius. Poena vero generaliter pro omni crimine: vt pro homicidio poena mortis statuitur, & generaliter pro omnibus homicidiis, vt per totum tit. ff. de sicar. nempe Imperator ait, quod homicida sperare debet, quod fecit. l. 3. C. de episcop. audien. vt dictum extitit supra. igitur poena certa praestituitur a lege omnibus delictis, etiam committendis: multa vero non nisi pro speciali delicto commissio.

Peccatum pro delicto concernit societatem.

Et quod in hac lege, & in l. si qua poena. infra eod. vocatur peccatum, intellige pro delicto maxime concernente communem hominum societatem, quam politiam appellamus. Aliter apud theologos peccatum accipitur pro illo vitio, quod nedum ad homines, sed & ad Deum refertur, & quo Deus offenditur. Verum ne plus a quo sita prolixior.

prolixior, forteque mea contentus agam, id theologis tractandum relinquo. Distincta siquidem esse decet cuiusque artis vocabula, ne quid confundamus: velut quidam grammatici, qui non contenti proprietate verborum iuxta grammaticas facultatem, sacra prophana miscent, & ultra metas constituti haerent, vt quo se verant, nesciant. Tutius vero semper existimaui, Quam artem quisque profectur, in ea se exerceat: quemadmodum satis firmat Cicero lib. i. de Oratore.

Multa impositio in pecunia missis.

Cuius animaduersio hodie pecuniaria est. Secunda traditur hic differentia, quod multa est pecuniaria. Et impositio multa consistit in pecunia (vocaui Gallic. emendo) vt in c. 2. de sentent. excommunic. in 6. Et Gallic. est adagium, Que toutes emendes nees au palais sont ameres, his videlicet, quibus imponuntur: alias ameres dulces sunt. Et allusionem vocabuli ponderando emendas puto dici, quod his emendantur delinquentes, seu emendari debent. De re multaritia tres esse leges, vide in catalog. legum antiq. pag. 6.

Multa pecuniaria.

Aliquando tamen Iurifconsul. vocat multam pecuniariam ad vberiore expressione, vt in l. deferrorem. §. i. ff. de re militar. ibi, poena militum huiusmodi est, castigatio pecuniaria, & multa. & in l. 3. §. i. ibidem, & in l. in testamento. i. ff. de conditio. & demoftra. Et terminorum auulforum non multa pecuniaria est. l. i. ff. de termi. amot. l. si. in fi. C. de episcop. & cleric. ibi, nam contemptores huius legis non solum pecuniaria multa, sed & capitae supplicio feriantur. Quamuis iure veteri statutum esset, ne poena capitae cum pecunia coniungeretur, vt docet Blond. lib. 4.

Poenae dupli & quadrupli.

Item poena dupli & quadrupli dicitur in pecunia consistere. l. i. de his qui ex public. ratio. l. 10. C. §. conceptum. Insit. de obliga. quae ex delict. nascunt.

Poenae pecuniariae.

Item poenam pecuniariam alias vocauit Iurifconsul. ad differentiam poenae corporalis. l. 2. ff. de public. iudic. & in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. & l. nec quicquam. pro socio. l. quid ergo. §. poena. de his qui no. infra. l. si quis reum. de custod. reor. l. si de plagiar. l. i. in fin. de poenis. Alibi Iurifconsul. vocat nummariam poenam, in l. litigatores. §. i. ff. de arbit.

Poenae nummariae.

Multari capitur pro puniri.

Adhaec multari pro puniri frequentius capitur. in l. 2. §. hac actione. 2. ibi, sed aliter multabitur. ff. vi bonor. raptor. l. i. ff. de vi priua. ibi, & in tertia parte bonorum multatur. id est punitur. & confiscatur tertia pars bonorum. Alibi, dimidia parte bonorum multatur. l. is qui seruum. de sicar. vel parte. l. bonorum. l. qui cum vno. §. qui filium. ff. de re militar. l. quid ergo. §. poena. de his qui no. infam.

Multatus opere temporario.

Multatus opere temporario, apud Iurifconsul. in l. seruorum. in fi. ff. de poenis. id est condemnatus opus facere ad tempus, vel punitus seu affectus. Quamuis Zaf. in l. acta. §. fi. ff. de re iudica. exponat, id est damnificatus: quia secundum eum vsurpatur verbum multare pro damnum inferre, vel damnum pati in voce passiva. Sed non ita accipitur in illa l. in seruorum. quia licet multa solum respiciat pecuniam, & non poenam: nihilominus multari verbum generalius accipitur, videlicet pro punire, secundum materiam subiectam, vt superius probatum fuit.

Multa multare.

Multa poena pecuniaria.

Multa alim ex poena de solueatur.

Multa multare, condemnare ad multam. ff. de alea. lusu & aleator. l. i. in fi. ibi, aut multa multetur, aut in latomias vel publica vincula ducatur. Et saepius oratores vtuntur.

Multari poena pecuniaria, esse condemnatum a praemende pecuniariae. l. i. §. qui aduersus. ibi, extra ordinem pecuniaria poena multabitur. ff. de postula.

Et iste tex. ideo dicit multa esse pecuniariam, quia olim ex pecude multa soluebatur, quae maxima erat 30. boum & duarum ouium, minima vnus ouis. Deinde in pecunia numerata multa rixi ceptum est, vt ex Aulo Gellio lib. ii. refert Alcia. Et apud Romanos cautum fuit, ne quis multam indicendo bouem, priusquam ouem non nominaret, teste Plin. lib. 18. c. 3. vt videlicet auctore Alcia. innotesceret, Romanis mitiores semper placuisse poenas. Vel forte sicut crescente malitia, crescere debet & poena. ca. cum non ab homine. de iudic. sic & multa parua, nempe ouis prius imponebatur: & postea augete perrinacia, augebatur & multa. & hoc iuri conueniens est. l. vna. ff. si quis in ius voca.

Multa olim dii dicebatur, prius uome ouis, quam bouis erat nominand.

Nota tamen, quod si iudex condemnauerit tres ad centum pro eodem delicto, vnusquisque pro virili portione condemnatus censetur. l. i. C. si plures vna sentent. condem. fuer. quamobrem vno cessante partem soluere, iudex non potest ab alio totum exigere, nisi in sententia dixisset, quod quilibet insolidum teneretur. Quod ita demum facere conceditur iudici, cum insolidum quilibet fuisset coeuentus a procuratore Regio: alias non. argum. l. vt fundus. ff. communi diuit. Specula. in tit. de sentent. §. species. in fi. Et quando condemnari, dicere debet, in residuo eos absolucndo, secundum eum.

Si condemnati sint tres ad centum, quilibet pro sua rili censetur condemnatur.

Coeuenti in solidum, si sint plures, si per iudicem condemnentur in solidum condemnantur.

Poenam autem non tantum pecuniariam, verum & capitae Hic inseritur tertia differentia: quia poena est & pecuniaria, & capitae, id est vitae, seu capitalis. de qua in l. licet capitalis. supra eod. & l. 2. §. post de inde. ibi, quibus etiam capitae animaduersio data est. de orig. iur. ff.

Poenae capitae dicitur tripliciter.

Aduertendum vero est poenam capitalem tripliciter dici, vt in l. transfigere. C. de transact. per glo. ibi, & doct. Primo dicitur capitalis, quae vitio supplicio homines afficit. §. publicorum. Insitutio. de public. iudic. Secundo amissio ciuitatis & libertatis, vt poena dum quis damnatur in metallum. l. quidam. & l. in metallum. ff. de poenis. §. cum autem. quib. mod. ius patriae potesta. soluit. in insti. Tertio amissio ciuitatis tantum, vt cum quis deportatur. l. 2. ff. de public. iudic. l. qui cum maior. §. is demum. de bonis libertor. scripti in l. licet capitalis. supra eod.

Relegatio & ciuitatis amissio non cadunt in seruum. Pecuniaria poena in seruum non cadit.

Et haec postrema species poenae capitalis, de portationis scilicet vel relegationis, minime conuenit poenis seruorum. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. Secus in duabus praenominatis poenis. l. 2. de custod. reor. Cum enim caput non habeant, id est statum, non eis cogitare possunt vel imponi. §. seruus. de capit. demario. in Insti. Na sicut relegatio non cadit in seruum, ita nec ciuitatis amissio, quando deportatur: quippe ciuitatem non habet. Sicque d. §. omnibus. est intelligendus: quamuis glo. & doct. valde laborent ibi. Pecuniaria quoque poena nulla cadit in seruum. d. §. omnibus. cum nihil habeat scilicet: quia dominus omnia acquirunt serui. l. placet. ff. de acquir. hered. §. item vobis. per quas perso. nob. acquir. in Insti.

Intellectus l. si seruus. ff. de accus. & l. 2. de cust. reor. §.

Item eodem modo concilio duo iura, in quib. glo. & doct. plures intricant solutiones, videlicet in l. seruus. ff. de accusa. quae sic habet: si seruus dominus crimine capitali defendat, sistendum satisfato promittere iubetur. Sed in l. 2. de custod. reor. sic scribitur: si seruus capitali crimine postuleretur, lege publicorum iudiciorum cauetur, vt sistendum vel ab extraneo, satisfato promittatur. Adhaec Iurifconsul. in l. hos accusare. §. si seruus. de accusatio. air. eadem in seruus obseruanda sunt, quae in liberis. Ergo debes intelligere, quod si do-

minus defendat sum seruum, debet satisfato promittere, & sic fideiusforibus datis, quod eum sisset. si quoque exterius eum seruum accusatum defendat, debet hic exterius satisfato promittere illum seruum sistendum. Eodem igitur modo tenetur extraneus satisfato, sicut dominus, quem admodum fufius scripsi in meis nouis interpretationibus ad illas leges.

Pena & in corpore, & in pecunia infligitur.

Senatus su premissis mutat ordinationes.

Damnatus altione iniuriarum est infamis.

Pena appellacione quid veniat.

Multa in flagitio à iudice: pena à lege, vel ordinatione.

Multam in iudicio, an iudex remittere possit.

Ita videmus infligi poenam in corpore & in pecunia, vt hic. quod est verum, si illa pecunia ex lege vel ordinatione pro illo criminé sit imposita, teste Specula. & Ioan. Andrea in additio. ad eum, in titul. de sententia. §. species. verfic. est & quarta species. Sed in hoc Regno iudices facile commutant poenas corporales in pecuniarias, dum non ordinationibus Regiis præstitutæ fuerint: has enim immutare nullus præterquam supremus senatus potest. quandoquidem has constitutiones Regias pro sanctissimis habent legibus, & viuæ rationis auctoritatem habent, vt scripsi in 1. tomo commentar. ad consil. Reg. Gallic. in proem.

Et existimationis irrogari solet. Poena igitur tendit ad amissionem vitæ & existimationis, id est famæ: vt in actione iniuriarum damnato. is enim infamis est. l. i. ff. de his qui no. infam. & in casibus ibidem descriptis. ideoque dicimus tales poena existimationis punitos, non multa.

Veruntamen norant iurium interpretes appellacione poenæ venire regulariter corporalem, nõ autem pecuniariam. hoc etiam asserit Panor. in c. inter alia. no. 4. de immunita. eccles. quod est contra istum rex. vbi nomine poenæ venit non tantum corporalis, sed etiã existimationis. Ego vero tunc demum corporalem venire dicerem, quando materia huic soli conueniret, vel cum hoc exprimeretur in l. vt per doct. in l. 4. §. Cato. ff. de verbor. obli. vbi exprimitur poena certæ pecuniæ. & in l. si compromissarius. de elect. in 6. Et poena existimationis corporalis dici potest, vt scripsi in l. licet capitalis. supra eod. At sepius poena pro multa vitium promiscue, & contra, vt firmat Barba. in re. p. c. Raynaldus. col. 12. de testam.

Et multa quidem ex arbitrio eius venit, quæ multa dicit. Tertia est differentia, quod multa infligitur arbitrio iudicis, & sic à iudice: poena vero à lege, vel ordinatione, seu statuto. declarat Lucas in l. 1. C. de his qui ex public. ratio. lib. 10. Et vbi poena certa non est criminibus à iure præstituta, tunc multa iudicis arbitrio imponitur. per totum tit. ff. de extraordinar. criminib.

Et tex. hic intelligi debet, quod multa venit ex iudicis arbitrio: si quidem non nisi ex illius arbitrio imponenda est, vt probat text. dicens: ex arbitrio venit. Poterat quippe iudex aliquando non imponere, vt puta si quid in contemptum eius factum delinquenti remittere vellet. Quod hodie vix in hoc Regno liceret, nisi de consensu procuratoris Regis, qui hoc prosequitur. Quamobrem vt omnibus satisfaciamus, interpretandum est ex arbitrio iudicis venire, scilicet quantã dicat multa: quod cum clare non probet hic tex. vide l. si qua poena. infra eod. Et sic intelligemus, siue arbitrio iudicis dicta fuerit, siue arbitrio legis certa multa præstituta sit, æqualiter enim vtroque casu venire dicitur arbitrio eius, qui multam dicit: vt in ordinatio. Regiis, & in l. 2. C. de episcopa. audien. verum vbi semel fuerit imposita, nõ potest iudex eam remittere, aut quidpiam ab illa diminueret, vt dicit Alcia. hic. nam tunc non diceretur multa venire ex arbitrio iudicis, sed remissio. quod non conueniret tex. dicenti: ex arbitrio eius venit. non dicit, ex arbitrio eius remittitur: quamuis nonnunquam ex causa iudex remittat,

vt inferius dicam per glo. singular. in l. omnes. 2. C. de decurio. lib. 10. Sed à solo Rege potest in Regno huiusmodi remissio concedi. l. omnes. 1. C. de anno. & tribut. lib. 10. vt pote cum ei semel fuerit quæsitã, nimirum si nõ ab alio remitti possit. Quod enim nostrum est, abique facto nostro à nobis auferri non potest, per regul. iur. Tamen si condemnatus sit pauper, solet dimitti. l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offic. præsid. Bar. in d. l. vna. C. si quis ius dicendi non obtinere. & hodie si hic reus in senatu paupertatem ostendat, præstita cautione iuratoriã de soluendo eam multam à delicto non emanaram, cum peruenierit ad pinguio rem fortunam, à carceribus liberari solet, vt pluries vidi seruari. vel solent impetrari literæ Regiæ à cancellaria, quæ hoc concedunt. Nempè Iurif. consil. ait, quod poena, quæ legibus, aut edicto irrogatur, adoptionis remedio non obliteratur. l. si filius qui. in princip. ff. de bonis libertor.

Et multa alia est honoraria, alia rei persecutoria, teste Budæo in foren. in quibus ita solemus concludere, à l'amende honorable & profitabile.

Notate ergo, quod poena irrogatur à iudice, vel etiam is multam dicit. his verbis vtitur hic rex. & l. cum eo. ff. ad legem Iul. pecula. ibi, multam dicens. Multa quoque imposita inferius scribitur. Constitutionibus vero Regiis in tit. des seneschaux, artic. 8. iudices vel castelli prohibentur esse conductores multarum in locis, in quibus iurisdictionem exercent, ne in propria causa iudicet, contra l. vnam. C. ne quis in sua caus. iudicet. Et ne lucri causa plures multas infligat, & maiores quam delictum requirat. Hoc fuisse decisum in parlamento Gratianopolitano refert Franciscus Marc. decif. 7. in 1. parte.

Poena non irrogatur, nisi qua quacunq; lege. Poena irrogari non solet, nisi quæ quacunq; lege, id est aliqua lege imposita fuerit. Nam frequentius Omne etiam sic accipitur. in c. mulier. 15. q. 1. mulier, quæ ad omne pecus accesserit, id est ad aliquod. Et vult dicere tex. poenã nõ irrogandã, nisi in aliqua lege statuta inueniatur, vt in tit. ad legem Iul. maiesta. de adulter. de sacrileg. & similib.

Interdum quacunq; accipitur pro qualibet, vt in l. creditores accipiendos esse constat, quibus debetur ex quacunq; actione. supra eod. & hoc declarat l. ibidem sequens, vbi dicitur ex qualibet causa. cuius loco in lege præceden. ex quacunq; Videre quæ ibidem abunde scripsi.

Vel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est. Vult dicere non irrogari poenam, nisi per aliquam legem, vel alio quocunq; iure, videlicet municipali, aut alias imposita fuerit specialiter huic delicto: vt patet in extrauag. Qui sint rebelles. vltimi in hoc Regno per concordata, per ordinationes Regias, statuta, vel consuetudines municipales. Et de similibus idem sit iudicium.

Veruntamen hanc poenam à lege impositam potest iudex ex causa alterare. l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui not. infam. quæ moderatio faciendã est cum causã cognitione. l. & si seuerior. Cod. ex quib. caus. infam. irroga. Deci. plene in cap. de causis. in glo. penult. num. 18. de offic. delegat. vbi dicit idem, si fuerit imposita à statuto vel ordinatione. Alioqui iudex infamiam incurrit, qui poenam lege vel statuto præstitutam non sequitur: sed eam immutat mitiorem profrendo, per text. singula. in l. seruos. in fin. C. ad legem Iul. de vi public. quæ tex. singu. refert Roma. singu. 77. veni qua. & Hippol. in prac. §. expedita. nu. 87. scripsi in d. l. seruos. in Codi. meo antiquo.

Causæ vero mitigandi poenas sunt hæ: primo personæ qualitas, vt pote qui est minor, tunc ei

Multa in plex.

Iudices prohibentur esse conductores multarum.

Quacunq; dictio pro aliqua.

Quacunq; pro qualibet.

Poena cui irrogatur.

alleuanda est poena delicti. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. l. fere in omnibus. vbi ample Dec. de regul. iur. ff.

Poenam ut asatis moderada.

Poena ob dignitatem moderatur.

Multa quare augetur.

Poena cui minuitur.

Poena quare alienatur.

Rursu cur poena minuitur.

Poena qui aggrauatur.

Rursu quare augetur.

Suprema curia poenas commutat, non alia curia in feriens.

Vel si delinquens est decrepitæ, & senilis ætatis, qui semper honeste vixit, nunc verò facto quodã in delictum incidit: cum non nisi cum temperamento benignitatis irrogari poena debeat. I. agraria. de term. moto. ff. Pauci quippe sunt, quos ita æquus amet Iupiter, vt absque aliqua labe senilem pertingant ætatem.

Interdum ratione dignitatis persona moderatur poena. l. aut facta. §. persona. ff. de poenis. l. quinq; summates. lib. 10. vbi Lucas de Penna. cap. 2. de offic. delega. in 6. vbi loquitur de episcopo. Multa vero augetur ratione nobilitatis, vt plerunque videmus statutis & consuetudinibus locorum, quando inferioris conditionis hominibus infligitur poena sexaginta solidi, vel alia: nobilibus nõ minor, quam sexaginta librarum. Sed hoc non semper obseruari probabimus inferius.

Tertio poena minui debet ratione publicæ utilitatis, & aliquando in totum relaxari. l. ad beatias. ff. de poenis. Cepol. cautel. 2. & Roma. singu. 717. potestas. scripsi in scholasticor. priuileg. 109.

Quarto causa alleuandi poenam est casus fortuitus seu improuisus, seu ignorantia. l. i. ff. de incend. ruina & naufrag. l. qui ædes. ibidem. l. respiciendum. in fi. de poenis. l. 1. C. ad legem Cornel. de sicar. Areti. in l. & si seuerior. col. vlt. C. de his qui not. infam. vbi dicit non esse puniendum eum, qui lapidem proiecit per viam, qua neminem eum cernebat, & casu ibi hominem interfecerit, indigeret tamen gratia Principis in hoc Regno, maxime si in ciuitate Parisiens. & vicis populosis: tunc enim in culpa esse videtur.

Quinta causa minuendi poenam est, si delictum fuerit diutino tempore perpetratum. l. si diutino. ff. de poenis. per quem rex. liberaui quemdam homicidam, qui homicidium tempore iuuentutis admiserat, decem ab hinc annis præteritis. & dixi eum gratia & venia impetrata dignum, & eam comprobandã. Plura in hanc rem adducit Roch. Curt. in re. c. fi. no. 1. de consuetud. Alias causas docet tex. in l. aut facta. ff. de poenis.

Econtrario causa aggrauandi poenas est delicti atrocitas. l. quidam. ff. de poenis. l. presbyteri. C. de episcop. & cleric.

Item delictorum frequentia. l. aut facta. §. si. ff. de poenis, quando videlicet traheretur in exemplum. ibi, nonnunquam conuenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur nimium: multis enim personis crassantibus exemplo opus est. Et cum more prouinciarum aliqua crimina ibi sint peculiariter: vt in l. sacularij. ff. de extraordi. criminib.

Quæ intellige locum posse habere in supremis curiis. Inferiores vero iudices poenam mortis aut aliam ordinationibus Regiis vel legibus Regni præstitutam immutare non possunt: sed literæ à cancellariis, vel à Rege ad has ex causa commutandas impetrandæ sunt: quemadmodum sentire videtur Innoc. in c. licet. de poenis, & Bald. in l. 2. C. de vfur. rei iudica. refert Anto. Capit. in decif. Neapolit. 27. in 3. dubio. Poenas vero iure communi statutas parum curamus.

Quinimo multa ibi dicitur, vbi specialis poena non est imposita. Quarta superadditur hic differentia, quod multa dicitur, vbi poena specialis non est imposita: vt decidat hic tex. dubium, in quibus casibus multa valeat imponi, tunc videlicet cum expresse poena à lege vel ab ordinatione scripta non est. Sed contra quos infligi possit: Respon. omnibus

& contra omnes, quos culpa obnoxios reddit. l. eos. C. de modo multat. Et vbiunque quis iudici non pareat. l. vna. ff. si quis ius dicen. non obtempera. Et iudicis est curare, vt pars parti obediat, secundum Bar. ibi. quod qua via agendum sit, docet Iurif. consil. in l. cum co. ff. ad legem Iul. pecula. ibi, exiger, scilicet pignus capiendõ, corpus retinendõ, multam dicendõ.

Multam autem eo fuisse introductam nonnulli dicunt, vt vita hominum corrigatur, & vt magistratibus metu multæ parcatur, ac deinceps is qui rebellis fuerit iudici, ad bene honesteque viuendum promptior & emendatior fiat. d. l. vna. c. prodest seueritas. 23. q. 5.

Notandum est multam interdum certam esse, quæ tamen vocatur multa, vt in l. 2. C. de episcopa. audien. Sed dicunt nonnulli improprie sic dici. Verius existimo etiam proprie vocari multã, licet certa sit præstituta. nam antequam certa poena huic delicto imponeretur, multa arbitraria erat: nunc vero est taxata, quemadmodum patet in multis casibus ex nostris ordinationibus Regni Franciæ. ff. de iur. iudic. in l. si qua poena. infra eod. non tamen ob taxationem, multæ nomen habere definit.

Interdum etiam lex aliquibus criminibus certam poenam non statuit, sed iudicis arbitrio relinquit. l. i. ff. de effraCTOR. non minus tamen poena dicitur. nec enim lex potuit singulos multæ casus complecti, qui in facto consistunt: sicut dicimus in interesse, quatenus cuiusque interest, in facto & non in iure consistit. l. quatenus. ff. de regul. iur. & sicut consuetudines in scripturam redactæ non mutant consuetudinis nomen, vt patet in consuetud. feudorum: ita quoque non mutatũ nomen multæ, quamuis certa sit imposita in quibusdam casibus: quemadmodum econtra nec nomen poenæ, quamuis specialiter non sit imposita, vt l. i. ff. de effraCTOR.

Postremo pecuniam hanc multarum potest iudex impendere in his, quæ necessaria videbuntur pro utilitate curiæ: vt cameram instruere in qua redditus, aliæque facere quæ cedant utilitati curiæ, vt docet pulchre Bar. in l. diuus. ff. de bonis damnator. Imo possit iudex capere ex hac multa pro stipendiis suis, quando videlicet non aliunde soluerentur: dum tamen quo facilius sibi satisfiat, non augetur emendas. Verum ad vitandum hoc periculum constitutionibus Regiis cautum est, & prohibitum, ne cui de multis liceat disponere, anno 1517. die 28. Augusti. Et hodie receptores harum non solent eas iudicibus pro illorum arbitrio concedere.

Item multam is dicere potest, cui adiudicatio data est. Hic text. duobus modis intelligi potest. Primo quod multa non tantum is dicere potest, qui imperium habet, sed & alij magistratus inferiores, qui iudicare possunt: vt videre licet in glo. seq. Adiudicare siquidem est per sententiam & iudicium rem alicui tradere, vel in solum dare. l. vicinus. ff. de aqua pluuiã arcend. l. is à quo. de rei vindic. l. si quis putans. §. si fundus. communi diuid. Et cui hoc licet, is multam dicere potest.

Vnde quamuis apparitor possit multam precipere partibus, non tamen infligit. at si partes ei non obediant, ad iudicem remittit, diem partibus dicens. Ita seruarur in forensi iudicio.

Et adiudicata res dicitur alicui, quando per sententiam est illi data. l. Iulia. §. idem Celsus. ff. de actio. empt. Et adiudicatio necessaria est, emptio voluntaria. l. si pignori. ff. famil. ercisc. quas adiudicationes prætor tuerur.

Secundo potest intelligi, cum multam dicere

Multa infligi potest contra omnes.

Multa quare introducta.

Multa potest esse certa, & tamen non perdit nomen multa.

Poena vbi non à lege statuitur, arbitrio iudicis velimitur.

Multarum pecunie impedi possit à iudice pro utilitate curiæ.

Arbitrium.

Quis multam inducere possit.

Adiudicatio necessaria qua.

Multa indita sunt pluribus, fisco acquiruntur.

Multa per iudicem operibus pub. adiudicantur.

Multa quando est fisco, vel parti applicanda.

Multam statuere. Clerici super multis ab imperatore donantur privilegiis.

Atheniensium multa.

Denaria multa.

Multa solus magistratus.

Præsides provinciarum multa imponere possunt.

Quousque multa infligi possit.

Defensores civitatum nulla multa indicunt.

posse, cui adiudicatio data est, id est qui eam alicui adiudicare potest. nam si iudex simpliciter multam dicat, acquiritur fisco. ca. vno. quæ sint Regalia. Verum poterit iudex hanc multam adiudicare operibus publicis, vel aliis causis necessariis. l. multarum. C. de mod. multar. vbi hoc firmat Bar. & Auffer. in decis. Tholos. q. 274. Intelligas nisi parti iam acquisita esset. glo. & doct. in l. venia. C. de in ius vocand. Franc. Marc. in decis. Delphi. q. 15. in 2. parte. Et tunc adiudicare, est iudicio peracto rem controuersam actori addicere, teste Alcia. vel est multam alicui per sententiam concedere. Olim quippe lege 12. tabularum si debitor soluedo non erat, adiudicabatur corpus eius creditoribus, teste Gellio lib. 20. c. 1. Sed puto hic iuris cons. non locum de illa adiudicatione, sed de illa quæ fit per sententiam, vt dixi: de qua est text. in l. 1. C. communi diuid. vt satis colligitur ex verbis seq. in tex. ibi, Magistratus enim solos.

Quando vero parti, vel fisco sit applicanda poena? Respon. quotiescunque imponitur multa propter laesionem aduersarij, tunc parti ad solatium applicari debet: alias fisco. l. si. ff. de litigios. glo. in verb. multentur. in l. vna. C. de his qui potest. nom. Et inique decernunt magistratus, parti laesa minimam adiudicando multam, fisco vero cui nihil ademptum est, magnam: cum eis contrarium incumbat agendum, vt scripti in tract. de liter. ciuilib. in glo. vlt. in 1. tomo commentar. in consli. Reg. Gallic.

Item multam statuere, in l. 1. ff. de seruis fugit. In quibus multis inuenio imperatorem maxime donasse privilegiis clericos, sanciendo multas ad clericos non esse exigendas, vel si quæ infligantur, vltreas erogari pauperibus. l. 2. C. de episcop. audien. & d. l. multarum. Et sic per illam legem hodie Principes multam, quam a viris ecclesiasticis exigunt, pauperibus erogare deberent: exemplo Atheniensium, qui multas in aram Iouis seruatoris dedicabant: quas semel illatas remittere non licebat, quamuis poenas iure debitas pecunia redimere fas esset. Item lege Platonis singulis delictis denaria multa constituta fuit, vt pro criminis excessu decuplum poenæ penderetur, teste Alexand. lib. 3. genial. c. 5. quod hodie abrogatum est.

Magistratus autem solos & presides multam dicere, mandatis permittuntur. Ex hoc text. patet, à quibus multa dici possit. Et solos quidem magistratus multare posse vult hic text. contrarium decidendo in aliis priuaris, qui non habent iurisdictionem, per consequens multam dicere non possunt, vt nec quidem partium consensu in hoc quicquam proficit. l. priuatorum. C. de iurisdictione. omn. iudic. Poena autem irrogatur ab eo, qui habet executionem, vt à iudice, licet magistratus non fuerit.

Item presides provinciarum imponere multam possunt. nam hoc mandatis eorum à Principe emanatis concessum erat, vt censet hic text. & constat in tit. de manda. Princip. colla. 3. in auth. De mandato scripti in rub. ff. de offic. eius.

Quousque vero multa possit infligi, videamus. Et vt summam dicam, illustres & maiores magistratus vsq; ad 50. auri libras multare possunt, vltcrius non: speciales vsq; ad tres auri uncias: presides, quos seneschallus & bailliuus in hoc Regno comparamus, vsq; ad duas auri uncias. l. si. C. de modo multar.

Defensores autem ciuitatum, & alij magistratus infimi nullam multam indicere possunt. l. defensores. 2. C. de defensor. ciuita. Sed hodie ex Regni consuetudine modicam imponunt pro qualitate personæ, & iurisdictionis concessæ, & se-

cundum vsum & stylum ciuitatis & fori, cui præsumunt. teste Specula. in tit. de senten. §. species. verfic. sed nõ quid titulus ille. & Bar. in d. l. vna. prout videmus expressum esse in quamplurimis stylis & consuetudinariis curiarum, quæ solent harum multarum quantitates declarare, & quas excedere non possunt iudices.

Adhæc iudex etiam ecclesiasticus ordinarius potest multare. c. præterea. ca. ex literis. de offic. delegat. & §. si vero ecclesiasticum. in authen. vt clerici apud proprios episcopos conuen. colla. 6. Quam multam hodie in pios vsus conuertere debet in hoc Regno. §. quia vero. in rubr. de public. concubinar. vbi scripti, in concord. Franciar.

Iudex tamen delegatus regulariter nõ multat, siue sit à Principe seculari. l. 2. in fi. ff. de iudic. siue ab ecclesiastico delegatus. nempe hic non recipit nisi potestatem censuræ. c. quærenti. de verbor. signifi. cuius nomine multa non continetur. Hosti. in rubr. de multa. §. quis possit. in sua summa. Limitatur, quando suam iurisdictionem aliter defendere non possit, quam per multam. l. vna. ff. si quis ius dicen. non obtempera. ca. pastoralis. §. 1. de offic. delega. Innoc. in c. 1. ibidem, Specula. vbi supra, verfic. est & quarta. Petr. de Bella Pertica q. 432. incipien. in l. aliud.

Secundo regula perdit officium suum, quando specialis imponendi eidem delegato potestas est t commissa. d. l. 2. in fi. Ioan. de Platea in l. 1. col. 2. C. de vsur. fiscal. lib. 10. idem in arbitro dicitur in l. non ex omnibus. ff. de arbit.

Tertio vitatur, cum est delegatus ad vniuersitatem causarum. l. si. C. de sportul. secundum vnum intellectum. nam talis æquiparatur ordinario. glo. in c. cum causam. de appella. Et hæc in practica seruati asserit Auffer. q. 274. in suis decisio. Tholosa. Exemplum esse potest in his, quos conseruatores Apostolicos vocamus. ca. fi. de offic. delega. in 6.

Quarto flectitur regula, quando est delegatus Principis. c. 1. c. sane. in 2. & cap. pastoralis. in fi. de offic. delega. Bar. & alij in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iudic. videt Feli. & alios in c. de causis. de offic. delega. in 6.

Postremo intelligamus iudicem delegatum non posse quidpiam statuere in confiscatione omnium bonorum. Bal. in c. 1. col. 5. de pace tenend. & eius viola. quem refert & sequitur Iacobi. in l. 2. in fi. ff. de iudic. allegando glo. in l. si certarum. §. si. in verb. confirmati sunt. ff. de testam. militar. nam ad hoc non est constitutus. vidi tamen obseruari contrarium in delegatis à Principe. Et anno 1536. die 16. Ianuarij in magna camera fuit prolatum arrestum, quo cautum fuit latrunculatorem (quem Gallic. iuge criminel ou preuost des mareschaux vocamus) non potuisse cognoscere de confiscatione alicuius plume, quæ dicebatur confiscata, sed hoc ad iudicis ciuilibis notionem pertinere.

Poenam autem vnusquisq; irrogare potest, cui huius criminis siue delicti executio competit. Poenam irrogat executor iustitiæ: multa is tantum, cui adiudicatio data est. quæ poena semel irrogata & declarata, non præscribitur longo tempore. c. cum secundum leges. de hæretic. in 6. Et quamuis iudex irrogare multam possit, nec tamen foret ei liberum ob inobedientiam verbalem, vel contumaciam, partem resistentem baculo vel aliis percussere, aut violentas manus in eam iniicere, vel iniuriam illi verbo factore inferre: sed multare simpliciter potest. vt hic, & in d. l. vna. si quis ius dicen. l. non est singulis. ff. de regul. iuris. Alias poterit pars appellare, & (vt vulgariter dicimus) iudicem in partem formalem recipere. glo. in l. quoniam. C. de

Iudex ecclesiasticus multas.

Iudex delegatus regulariter non multat.

Iudex delegatus quando multat.

Iudex delegatus quando multat.

Iudex delegatus à Principe potest multare.

Arestum.

Poenam semel irrogata & declarata non præscribitur.

Quando multa præscribitur.

Poenæ & multa quando inueniuntur.

Poenæ quare inueniuntur.

Multa quare imponitur.

Quoties multare licet.

Intellectus leos. de modo multarum.

de appella. Ita concludit Francisc. Marc. in decis. Delphi. q. 87. part. 1. absurdum esse iudicem officium lictoris vsurpare.

Multa vero nondum imposita vel declarata præscribitur anno, vt nec amplius declarari possit, quousque præceptum quid forte fuerit, puta sub poena viginti librarum, cui præcepto non sit obtemperatum. text. in l. vna. vbi doct. si quis ius dicen. non obtemperauer. & Guid. Papæ expressè in decis. Delphi. q. 359. de præceptis in fin. Diuersum (vt dixi) si fuisset declarata. Imbert. in Insti. foren. lib. 1. §. nec vero otiosum. Et hæc potest esse alia differentia.

Adhæc poena antelgem 12. tabularum inuenta erat, vt in Exodo & Leuitic. patet: multa vero est inuenta ab ipsa lege 12. tabularum. in qua sic dicebatur: IVSTA IMPERIA SVNTO, HIS QVÆ CIVES MODESTE AC SINE RECVSATIONE PARENTO: MAGISTRATVS NEC OBEDIENTEM ET NOCVVM CIVEM MVLTATA, VINCVLIS, VERBERVSVSVE COERCENTO, NI PAR MAIOREVE POTESTAS POPVLSQVE PROHIBESIT, AD QVOS PROVOCATIO ESTO: CVM MAGISTRATVS IVDICASSIT IROGASSITVE PER POPVLVM MVLTATÆ POENÆ CERTATIO ESTO.

Item poena seu animaduersio non ipsius gratia qui poena afficitur, sed reliquorum qui supersunt adhibetur, vt meru poenæ arcantur reliqui, eadēque noxa deterreantur, & vt poena vnus sit metus multorum. l. si. C. ad legem Iul. repetundar.

Multa vero imponitur, vt deinceps is qui deliquit, ad bene honesteque viuendum promptior & emendatior fiat, vt l. vna. ff. si quis ius dicenti. quemadmodum superius dictum extitit, reliqua dicentur in l. si qua. infra eod.

Quoties multare liceat? Respon. ter in anno, etiam si quis centies peccauerit: alias non tenet condemnatio. Et is qui vltra condemnatur, tenetur ad duplum, ne fiscus totam exhauriat hominum substantiam. quamobrem tenetur fiscus ad restitutionem eius, quod vltcrius habuit. l. eos. C. de modo multar. Hostien. in summa de multa. §. quis possit. Sed hoc non seruant iudices, maxime Regij. At quotiens quis deliquerit, vel inobediens iudici fuerit, toties multari solet. Alias daretur materia delinquendi, teste Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in tit. de senten. §. species. verfic. quid de istis in verb. quicunque. per l. quicunque. C. de feru. fugiti. nempe qui non obediit in tribus leuibus causis, & forte in illis fuisset condemnatus ad multas exiguas, postea reliquo toto anno contumax esse impune affectaret: quod esset absurdum. Quamobrem aliter videretur intelligendus text. in d. l. eos. de modo multar. vt iudex in eodē negotio non possit vltra trinam multam ratione continuatæ morositatis infligere, certis in vnaquaque illarum adhibitis comminationibus, quæ vt plurimum sunt tres, quemadmodum tres erant citationes. l. tres denuntiationes. C. quomodo & quand. iudex. l. si. C. de modo multa. vt pote primum sub poena decem præcipit iudex comparere: & reo non comparente, iterum sub poena viginti: postremo illo non obediente, sub alia poena, videlicet triginta adhuc præcipitur. Ex quibus tribus comminationibus iudex vnam tantum multam declarabit. Barto. in l. nunquam. 1. ff. de priuat. delict. Panor. in c. 1. de iudic. & ca. 1. de poenis. glo. in c. dictum. 94. dist. Iacob. in l. vna. si quis ius dicen. non obtemperauer. Et iudices in hoc Regno solent ita comminari multas, & multiplicare poenam vsq; ad tertiam monitionem siue præceptum: cui demum si non pareatur, solent

declarare multam, condemnando reum ad solutionem illius, & condemnatum sistere & arrestare (vt dicitur) quousque illam persoluerit, vt vidi seruari in iudiciis. Quam trinam etiam anni moderationem vult d. l. eos. in fin. non pertinere ad deprædationes, concusiones, furta & alia grauiora delicta, quæ seuerius coerceri conuenit. Sed apud nos parum huius anni rationem obseruari putarem: quinimo quo sæpius auctoritatem iudicis contemnendo foret contumax, eo quoque grauius & sæpius veniret multandus, ne detur ansa peccandi.

Veruntamen intelligamus iudicem non posse secundam accelerare multam, nisi prima exacta: nec tertiam, nisi exacta secunda. quod dicit valde centum ducatis Specula. in tit. de contumac. §. si. verfic. sed pone. referunt recentiores interpret. in ca. 1. col. 68. de iudic. Quod etiam non seruatur Regnicolæ: cum tota huiusmodi multarum exactio posita sit in arbitrio & potestate eorū, quos firmarios, receptores, aut coactores emendarum vocamus: qui dum ipsis videtur, eas exigunt: nimirum si multa nulla exactione procedente, quam penitus ignorat iudex possit ad secundam procedere.

Adhæc non potest iudex multando quadrupli poenam excedere, nisi à iure fuerit expressum. gl. in c. quisquis. 17. q. 4. Alexand. in additio. ad Bar. in l. si qua poena. infra eod. Sed iudices Franciæ propriis vtuntur legibus, & suas consuetudines seruant pro diuersitate locorum: quæ si maiorem poenam imponere iubeant, & taxent, iudices hæc constitutionem sequuntur, & iure.

Et sic notabis, quod ex prima citatione contumax non potest multari, absque alia noua vocatione. Bar. per illum tex. in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ierit. l. sed si hac. §. prætor. de in ius vocad. & ibi Soci. in vlt. no. de accusa. Panor. Feli. & alij in c. 1. de iudic. Angel. in §. si. Insti. de sacrisda. turo. quia pars non facit in prima contumacia id, quod extremum est in iurisdictione, vt probatur in d. l. vna. §. 1. quæ sic debet intelligi: nempe sicut iudex ecclesiasticus inuocat brachium seculare, tãquam vltimum refugium. c. cum non ab homine. de iudic. ita & hic iudex. Quæ poena cum arbitrio iudicis imponatur, vt dictum fuit, & possit iudex hoc suo arbitrio grauare partem, ideo conuenit iterū eam citari. l. de vno. de re iudic. las. in d. l. vna. in princip. qui poterit forte pars iustam absentia causam asserere, quod scilicet valitudine fuerit de-rentus: aut alias: ideoque vocandus est, si quam huiusmodi excusationem probare velit. l. quæsitum. ff. de re iudica. Et ita seruatur in forensi iudicio, vt scripti in tract. de excusa. & exon. in 3. tom. commentar. in consli. Reg. Gallic. & in d. l. vna. in interpret. meis.

Poenæ pecuniaria debetur parti, si agatur ciuilitate: multa vero fisco applicatur. gl. in l. 3. §. 1. ff. de sepulcro viola. Bar. in l. agraria. de termi. amo. nisi fuerit aliter à lege, vel iudice expressum. Et hæc potest esse alia differentia inter poenam & multam.

Adhæc multa non infamat. l. 1. vbi glo. singular. C. de modo multa. vbi addidi in meo antiquo C. & Auffer. in q. 274. in fi. vbi dicit ita fuisse declaratum. Diuersum est in poena. c. infamis. §. porro. 3. q. 7.

Intelligite nisi quis esset condemnatus ad multam pro famoso crimine, vt pro furto, iniuria, vel similibus: tunc enim infamiam incurreret, per l. & si seuerior. C. de his qui no. infam. nec potest facere iudex, quin talem furti damnatum sequatur infamia. l. non potest. ff. de furtis. cap. Euphemium

Multandus sapius qui sapius iudicem contemnit.

Iudex quod do secundam multam accelerare potest.

Iudex quod tã multare potest.

Contumax quando multatur.

Iudex ecclesiasticus implet brachium seculare.

Poenæ & multa cui debentur.

Multa non infamat vt poena.

Multarum quando infamiam.

Annulus amittitur, qui extremo anni die moritur. Et consuetudo loquendi id ita esse declarat.

Hæc lex tres habet partes, prout tria diuersa dicta in se continet. secunda ibi, Ante diem, tertia ibi, Falsum. Annulus dicitur à pristino cuiusque ætatis anno, siue vnus anni puer, siue agnus, vel bos, etiam qui vltimo anni die moritur. l. annulus. infra eodem.

Moritur, id est extinguitur. l. pronuntiatio. §. 1. vñ. denique. infra eod. vide alia in l. in vulgari. in fi. infra eod.

Extremo die, id est vltimo, postremo, idem. l. cū bisextus. in fi. supra eod.

Sequitur in text. Et consuetudo loquendi id ita esse declarat. Vnde colligitur vim hanc consuetudinis esse, vt declarat vocabula. l. cum de interpretatione. ff. de legib. Et ex consuetudine quotidiana intelliguntur leges, & dubitationes arduæ. l. vt Alphenus. supra eod. Itaque primum attendenda est consuetudo, vt quando sunt plures verborum significationes, illa accipienda sit in consulendo & iudicando, quam vsus & consuetudo loquendi recepit & declarauit. Verbo siquidem Declarare vtitur hic Iuriscultus pro manifeste elucidare, monstrare. ita in l. tabernæ appellatio declarat omne vile ædificium ad habitandum factum. infra eod. Et plus (vt dicunt grammatici) est declarare, quam significare: quia & ad facta & ad dicta pertinet, & proprie, vt scripsi in l. supra eod.

Secundo possumus colligere ex hoc tex. credendum esse Iuriscultulo attestanti consuetudinem vt hic.

Idem in doctoribus dicunt interpretes iuris in l. de quibus. ff. de legib. vbi Bar. in 4. q. principali. & dixi in §. si quis vero. in glo. vlt. de collatio. in concordia.

Quod ego verum intelligerem, vt doctori attestanti consuetudinem fieri de consuetudine illius temporis, quo sit huiusmodi attestatio: verū quia consuetudo mutatur tempore, ob id tantum probat fuisse id temporis, & eo loci, in quo doctor scripsit, nam variantibus temporibus, variatur consuetudines, ac statuta humana. ea non debet. de consanguinitate & affinitate. Vnde alleganti aliam consuetudinem incumbit probatio, cum videlicet consuetudo sit facti, & facta non præsumantur, nisi probentur. l. in bello. §. facte. ff. de captiuis. facit l. 2. ff. de probatio. que semel probata præsumitur hætenus durasse, nisi mutaram esse constet. arg. c. scribatur. de præsumptio. & l. siue possidetis. C. de probatio.

Igitur si doctor Gallus talem attestaretur consuetudinem esse, tantum videtur attestari esse in Francia. quamobrem huius consuetudinis attestatio non extendetur, aut faciet fidem apud Italos vel Hispanos, nec econtra. Suo enim sensu quæque regio abundat.

Item si quid ex vsu & stylo curiarum feruari dicam, intelligendum volo quoad curias, in quibus versatus sum, & quas secutus sum, non alias. Quis enim omnes consuetudines, aut quosque stylos posset tenere? quæ sunt facti, non iuris: sicut restatur Roma. Pontifex in c. r. de constitur. in 6. Igitur non imputet quis, si eius quod feruari dixerim, contrarium Tholosæ vel alibi repererit, extra eam regionem, de qua attestor.

Effectus triginta consuetudinis, & quomodo

Consuetudinis vis qua fit.

Iuriscultulo attestanti de consuetudine credendum, vt doctori.

Doctori attestanti de consuetudine credendum, vt doctori.

Quoribus styli adducit Rebuff. de quibus intelligat.

Effectus

consuetudinis.

probetur, aliaque multa tractati in titul. de consuetud. in 3. tomo commentar. in consili. Regias Gallic.

§. ANTE DIEM DECIMVM CALENDARVM, & POST DIEM DECIMVM CALENDARVM: vtroque sermone vndecima dies significatur.

Accursius malam hanc literam dicit, vt pote difficilem: Buda: vero Paul. Iuriscultus. lectorem morari potius voluisse, quam docere. Quod non est verisimile. Leges enim verbis non sunt impostæ, sed rebus. l. 2. C. communia de lega. vt res hæc Delio quodam interprete egere videatur. Augusti. de emendat. iuris sic dicit istum rex. legedum: Ne vtro enim sermone vndecimus dies significatur. quæ si ita legeretur, falsum diceret tex. quod ante diem decimum non significetur vndecimus. quamobrem reiciendus est hic intellectus vltra columnas Hercules, vt qui nullum habeat sensum, aut vtilitatem.

Doctores quoque multa effundunt, variis modis hunc tex. intelligentes. Et Alcia. ad conciliandas omnes opiniones, distinguit: Aut loquimur de præterito, aut de futuro. si de præterito loquamur, vt quia me quicquam fecisse post diem decimum Calendarum dicam, id intelligi arbitrat vndecimo Calendarum esse factum: quod si ante diem decimum dicam, intelligitur nono Calendarum. Sed hoc est sensum textus confundere, & text. addere. Quamobrem verisimilior esse videtur sententia doctorum, videlicet quod paria sunt promittere ante diem decimum, & post diem decimum Calendarum: quod in vtroque casu promittens vndecimo die tenetur. nam promittendo ante diem decimum, intelligit finitum: post diem, inceptum. Et idem de mense: qui promittit ante mensem Ianuarij, & post mensem, vt Februarius comprehendatur, secundum doct. in l. 2. §. si ff. de reb. credit. Et ego in tract. de reprob. & salua. testium. in verb. concordia. Sed hi omnes intellectus parum ardui, nec tex. conueniunt.

Quamobrem aliam nouum afferendo intellectum, visum fuit mihi esse posse interpretari: quod paria sunt promittere ante diem decimum Calendarum, aut post diem decimum: vt vtroque casu dies vndecima significetur. Siquidem in verbis finalibus tex. non dicitur, vndecima dies Calendarum: sed vndecima dies, simpliciter à Calendis. Exempli gratia: si ante decimum diem beati Martini, vel post diem decimum quidpiam promiserim, vndecima dies ante B. Martinum significatur, vt videlicet vndecima die ante, sit obligatus ad dandum, quæ est prima Octobris. Ita si quis promiserit dare post diem decimum S. Martini, vndecima dies post ipsum festum D. Martini intelligitur, quæ est festum præsentationis beate Mariæ. Vnde satis clare constat ante decem, siue post decem, vndecimam semper diem venire, computando à die diui Martini.

Eodem modo in Calendis computari potest, quod videlicet ante diem decimum Calendarum Nouembris significetur dies 11. Calendarum, quæ incidit festum Severi episcopi vel Hilarionis abbas, quæ est vigesima secunda Octobris: & post diem Calendarum decimum Nouembris intelligatur dies vndecima, nempe festum ipsum sancti Martini in dicto mense Nouembri. Ergo ante diem decimum Calendarum Nouembris promittens, tenetur vndecima die ante Calendarum

eiusdem mensis: post decimum vero Calendarum ipsius Nouembris promittens, tenebitur vndecima die post Calendarum dicti mensis. Itaque semper vndecima dies apparet, siue ante, siue post.

Qui intellectus est prima fronte satisfacere videatur literæ, penitus tamen intuens animaduertit quandam verborum improprietatem ex præfata interpretatione resultare, nam licet vtinque & ante & post decimum eiusdem mensis respectiue dies vndecimus dici possit, non tamen vndecimus erit post diem decimum Calendarum, prout sonant verba text. tota nempe difficultas est in hoc verbo Calendarum. Verbi gratia, capiamus eodem themate retento, diem vndecimum Nouembris, qui est post Calendarum Nouembris, sane computando more Romano dies hic vndecimus proprie dici non potest post decimum diem Calendarum, sed post diem decimum Iduum. Vt igitur hæc omnia conciliemus, quæ quidem plus subtilitatis quam vtilitatis habent, animaduertendum est hunc locum magis propriam interpretationem desiderare, vt dicamus eundem diem vndecimum Calendarum, posse dici quadam verborum subtilitate, & ante, & post decimum Calendarum mensis Nouembris vno & eodem instanti, sed diuersis rationibus: videlicet ante diem decimum Calendarum rei veritate, & cursu temporis inspecto, proculdubio præcedit vndecimus dies Calendarum decimum Calendarum: verum computatione quoque Romanorum adhibita, secundum quam præcipue loquitur hic textus, vere potest dici idem dies vndecimus Calendarum Nouembris esse post diem decimum earundem Calendarum, habita scilicet ratione ad numeros Calendarum ordine retrogrado. siquidem numerus vndecimus sequitur, & est post decimum. Igitur ita indagando contingit eundem diem vndecimum posse dici ante & post decimum Calendarum: quod puto Iuriscultum hic sub ænigmate proposuisse, vt quod adagio fertur, Cornicum oculis configeret, dicendo vnum & idem respectu eiusdem, & ante & post stare, prout superius ostensum fuit. quod si quis apertius inspicere voluerit, conferat cum Calendaris ad hanc rem notissimis.

Et secundum hunc postremum intellectum, si quis promiserit mihi certum ante decimum diem Calend. Nouembris, tenebitur vndecima die Calendarum, quæ est 22. Octobris. quæ vere est ante decimum diem Calend. cum sit dies Octobris, & Calend. dies est in mense seq. videlicet Nouembri: & certum est mensem Octobrem priorem esse Nouembri. Sed si computemus Calendarum prius, sic dicendo: Calend. pridie Calend. 3. Calendarum. 4. Calend. &c. vndecimus dies à Calendis est post decimum: sicque semper is & idem dies vndecimus appellabitur. Vt si centum post decimum diem Calendarum promiserim, incipiet eodem quoque modo deberi in 22. Octobris, sicut superius. Igitur idem important hæc verba, Ante diem decimum Calendarum Nouembris, & post diem decimum Calendarum Nouembris: & vtroque sermone dies vndecima Calendarum significatur.

Ante diem. Hæc dictio interdum iungitur temporis, vt hic, Ante diem decimum. & in l. Caius. ibi, ante expletum tempus de pignora. actio. & tunc perfectum tempus significat, vt docet Bar. in l. 2. in fi. ff. de rebus cred. & doct. in l. qui ante Calendarum. de verborum obligationibus, abunde alias scripsi.

Quandoque personam respicit, vt in l. quod si Ephesi. in fin. ff. de eo quod certo loco. ibi, in summa

Ante diem decimum explicatur.

Sententia iudicis inferioris, qua quem condemnat sine nota infamie an valeat.

Arrestum.

Multa quando non infamiat.

Multa si imponatur alicui, potest esse bonis cedere.

mium. §. hinc colligitur. 2. q. 3. Specula. in tit. de sentent. §. species. versic. est & quarta species. Siue iudex augeat poenam criminis, siue minuatur, secundum eum ibidem, per d. l. & si feuetior. & l. si Possidonium. ibidem.

Vnde inferitur quoad hoc non valere sententiam inferiorum iudicum, dicentium in eorum sententiis, sine nota infamie. non enim possunt facere, quin leges habeant locum in suis sententiis eximendo condemnatum futuri ab infamia. l. nemo. ff. de lega. 1. & d. l. non potest. de furtis. l. ex militari. de testam. militat. Sed hoc speciali quodam fauore competet supremis curiis, vt alias audiui dicere, sans encourir aucune note d'infamie. Ita quoque vidi quendam appellentem à sententia iudicis inferioris in actione furti, quod iudex furem condemnauerat ad decem aureos cum hac clausula. Sine nota infamie, obtinuisse, requirente hoc procuratore Regio: & dictum fuit in senatu, Bene appellatum. anno 1526. die 5. Februarij. Nec enim potest inferior legem superioris infringere. clem. ne Romani. de elect. Lex autem superioris est, infamiam sequi furti condemnationem, huic igitur parere necesse est iudici. Sed specialiter curiæ supremæ hoc indultum est, inter 36. specialia curiarum supremarum, quæ congesti in proem. concordia. in verb. summas. quamuis indistincte Barto. dicat iudicem posse condemnare bonam famam referre, in consil. r. quaritur. in fi. quem sequitur Boer. in decis. Burdegalen. q. 64. sed quid si condemnatus. in fin. nam contrarium feruatur, vt probauit superius, & hoc docet Bartol. sibi contrarius in l. infamem. in fin. ff. de public. iudic.

Verum licet multa fuerit imposta ex publico iudicio & famoso, non seruando tamen ordinem iuris, sed extraordinarie: tunc multatus etiam ex illo crimine non fit infamis. Vnde cum in Regno Franciæ crimina saltem grauiora prosequantur extraordinarie, de huiusmodi criminibus condemnatum, non esse infamem colligit pro solemnitate Specula. secundum vnam opinionem, quam tamen postea reprobatur in §. species. versic. quid de istis, & c. ritu. de sentent. At quod sit infamis etiam extra ordinem procedendo, tradit Bal. in l. certa. col. 2. C. quando prouocatur. non est necesse. ibidem addens, quod quandoque infamiam irrogat poena, quandoque causa, aliquando vtraque: vt in tit. de his qui not. infam. Et hæc postrema sententia ranquam probabilior seruatur in forensi iudicio, firmiter Boer. in decis. Burdegalen. q. 254. sacrilegi. in fi.

Quod tamen declarat procedere, nisi multa etiam pro crimine famoso esset imposta, vt tunc non fit infamis. l. quid ergo. §. quæritur. ff. de his qui not. infam. Bal. in l. certa. col. 2. C. quando prouocatur. non est necesse. scripsi in interpreta. l. quod iussit. no. 2. in differen. 21. inter definitiuam & interlocutoriam. ff. de re iudica. quod vix etiam in Regno seruaretur, si ex famoso iudicio fuisset irrogata.

Postremo quæro, an is in quem infligitur multa, bonis cedere possit? Censuit senatus posse, dum ex delicto non fuerit imposta: sed veluti forte propter friuolam appellationem, vt docet Auzer. in stylo parlamen. arresto 172. item nota quod pro emenda. quia cessionis beneficium est fauorabile. §. si. vbi las. de actio. c. Odoardus. de solutio. Multa de hac materia scripsi in tract. de litet. dilator. in 2. tomo commentar. in consili. Reg. Gallic. Reliqua supplebo in l. si qua poena. infra eodem.

Ante ad lo cum refer tur.

Actus qui fieri debet in certo loco, nisi ibi fiat, non va let.

Ante ad materiam refer tur.

Antea di ctio respicit tempus.

Antequam dicitio.

Filius na tum exciso matris ven trefuccedit.

Posthumus

summa æquitate quoque ante oculos habere debet iudex.

Aliquando locum, vt in l. sed & si pupillus. §. pro scribere palam sic accipimus, claris literis, vt de plano recte legi possint ante tabernam, vel ante eum locum in quo negotiatio exercetur. ff. de inffitor. actio. Et quando actus fieri debet ante a dem, vel in alio loco, nisi ibi fiat, actus erit nullus. clem. causam. vbi doct. de electio. si quidem est de forma, qua omiffa nullus redditur actus. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactio. ca. cum dilecta. vbi Feli. de rescrip.

Nonnunquam materiam, & non mutatur eius significatio, vt in l. si cui. ibi, quod si ex populari causa ante litis contestationem recte dicitur creditoris loco non esse. supra eod. & in l. verbum erit. ibi, ante scriptos codicillos. ibidem. Et ante no xale iudicium, dicit Iurisc. in l. si feruus. 2. ff. de noxal. Et ante deditioem, ibid. in l. si quis a mul tis, & ante aditam hereditatem, in l. hæc tenus. de constitu. pecun. l. quam Tuberonis. de pecul. & ante condemnationem, in l. si pro patre. §. 1. de in rem verso. & in l. quamuis. §. Marcellus. ad Vel leia. & ante contractum. l. r. §. 1. quod iussu.

Et in præfatis exemplis cum iungitur casui, tunc est præpositio: sed quando ponitur sine casu de feruiente illi, est aduerbium, vt dicunt grammati ci, & ponitur pro antea. Gallic. parant: vt in l. si qua poena. infra eod. ibi, nec ante debetur; quam aut non est pronocatum, &c. Sed antea conuim niter respicit tempus, in l. non distinguemus. §. il lud. ff. de arbit. ibi, potest dispici, an si antea com promissit legatus, id est ante hoc tempus. l. propo nebatur. de iudic. l. cum multi. si pars heredita. peta.

Idem in dictione antequam, in l. 2. ibi negat lex Regia mulierem si prægnans sit mortua, humari, antequam parus ei excidatur. ff. de morruo infer end. l. si necessarias. §. si annua. de pignoratit. a ctio. & l. si pignus. ibidem.

Antecedit, id est antea. l. proximus est, quem nemo antecedit. supra eod.

§. Falsum est eam peperisse, cui mor tua filius excelsus est.

Peperisse mulier non dicitur, quando excelsio ventre filius extractus est, quia parere verbum e nitentis mulieris actum significat, Alcia. hic: & non dicitur eniti, quæ est mortua. Vnde si quis promissit mulieri decem si pepererit, non debe bitur ei nec eius heredi, si excelsus fuerit filius ea mortua: tum quod non sit enixa, defecitque con ditio ea in puerperio mortua: tum quia non po test capere post mortem ea mulier, cui tantum si pareret, erat promissum.

Quod tamen intelligerem non procedere in sequentibus: veluti primo, si pater vel alius insti tuat filium heredem in affe, quem primum vxor masculum pepererit: si vero foeminam, in femi se: proculdubio si filius excelsio ventre extraha tur, hereditatem habebit. nam & mens & volutas patris ad hoc tendunt, scilicet ad filij fauorem, nõ matris. & ita concludunt Salice. & Iacob. in l. in. C. de posth. heredib. insti. Et idem in substitutio nibus secundum Lancelo. Polit. in tract. substi. in mater. vulgar. col. 75. dicentem matrem non pe perisse quoad suum fauorem, sed in fauorem fi liorum sic. quid enim est, quod impuretur filio iam sic extracto? Sequitur Ias. in l. quod dicitur. ff. de liber. & posth.

Secundo posthumus etiam excelsio ventre

productus, natus ad hoc dicitur, vt rumpat testa mentum. l. quod dicitur. ff. de liber. & posth. feci dum Bal. in margar. in verb. natus. in 2. q. verificatur enim natiuitas, siue naturalis fuerit, seu violen ta. Soci. consi. 197. circa præmissa. vol. 2.

Tertio excelsio ventre editus querela in officio si testamenti agit, sicut alius secundum ordinem natus. l. posthumus. §. item natus. ff. de inofficio. testa. Quod est verum, contra extraneos insti tutos: contra fratres autem, non. Sed virilem par tem habebit, per l. si mater. C. de inofficio. testa. & poterunt eidem sic producto etiam parentes, & alij proximi succedere; teste Dec. consi. 623. in casu. col. 1.

Quarto excelsio ventre natus potest venire ad retractum, etiam si tempore venditionis nõ esset in rerum natura, dummodo sit eo tempore, quo alius venire potuisset: nil enim differt ab alijs na tis, teste Bald. consi. 128. ad intelligentiam. in fin. vol. 1.

Quinto donatio facta Titio, & filiis natis, & na scituris ab illo, comprehendit natum excelsio ven tre: quia dicitur progenitus a patre, qui opus suum compleuerat in conceptione: & tam in contra ctibus, quam in testamentis, vt docet Bald. etiam in secudo, in l. si. col. pen. verbi vidi dubitari. C. de suis & legitim. heredib. licet Iurisc. non hæc faciat differentiam in l. etiam mulier. infra eod. Imo ego dicerem, si mulieri essent bona data, & nascituris ex ea, excelsio ventre natus veniret. nec obstat, quod text. dicit, mulier non peperit. nam verum est quoad ipsam, vt vere peperisse non dicatur: nihilominus editus infans & natus esse dicetur. l. etiam ea mulier. infra eod. Bas. in l. Arethu sa. in ff. de statu homi. Et ita plerunque vidi seruari in forensi iudicio in donationibus, que fiunt quandoque mulieribus fauore matrimonij.

Sexto excelsio ventre progenitus bonorum pos sessionem etiam quoad bona matris suæ petere potest. l. 1. §. si qua. ff. vnde cogna.

Septimo matris suæ successione ita natus am plecti potest vi senatusconsulti Tertulliani. l. 1. §. sed & si matris. ff. ad Tertul. Et sic taliter extractus eius iuribus gaudebit, quibus alij posthumi. Di uersitatis quippe ratio non assignatur a Iurisc. con sultis, iuxta l. 3. §. 1. ff. de iniusto rup. & irrit.

Octauo quoque non video differentiam, an co ditio voluntaria sit, vel necessaria: quamuis Alcia. hic alleget Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. vbi nullum verbum. Vnde si tes tator decem dederit Titio, si extranea mulier pari ar: excelsioq; ventre mulieris nascatur filius, Ti tius legatum habebit: nisi testatoris voluntas, aut materia repugnet, per l. etiã. vbi alia scripsi. infra eod. l. si ego. §. ex omnibus. ff. de Publicia.

Postremo accedamus ad significata huius ver bi pario, quod primum hic accipitur pro edere in lucem. Galli. enifanter. l. ter enixa. infra eod. sic capitur in l. capitalium. §. proinde. ibi, & mulieris hoc modo damnatae liberos pariunt. ff. de penis. & prægnantis mulieris consumenda: damnatae poena differtur, quoad pariat. ibidem.

Secundo accipitur pro producere: vt parit vsu ras pecunia, in rub. de vsuris. parit liberationem. l. idemque. ff. de vsufru. l. licet. §. ea obligatio parit actionem. de procurator. Et l. iurisdictionum conuentiones quædam actiones pariunt, quædam exceptiones. ff. de pact.

Tertio parere pro acquirere: vt magnam parit gloriam legum studium.

Quarto parere conditioni, à verbo pareo, est illam adimplere. l. 1. ff. de curator. bonis dand. ibi, si sub conditione heres institutus est, cogendus est

Natus excelsio ventre matris vni pte testame tum.

Editus ma tris excelsio ventre agi querela re stamenti in officio.

Natus ven tre excelsio agi ad re tractum.

Donatio facta filio natis & nascituris, com prehendit natum excelsio matris vtero.

Natus excelsio ventre matris infans gaudebit privilegio, quibus alij posthumi.

Pario accipitur pro edo.

Pario pro produco.

Pario pro acquiro.

Parere est ditioni est

illam adim plere.

Parere pro obedire.

Parere sen tentia quid.

Dos consi stens in mo bilibus sol uitur intra annum.

Bonorum possessio peti potest intra diem centesimum.

Tempus in

est conditioni parere. l. 1. ff. de condi. cauf. dat. ibi, sed parendi conditioni causa.

Parere stipulationi pro eodem, est adimplere. l. insulam. ff. de verb. obliga. Stipulatio non committitur, si certum esse coeperit parere stipulatio ni residuo tempore non posse.

Quinto pro obedire. l. non videntur dara. §. 1. ff. de regul. iuris. vbi sic dicitur: qui iussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia parere necesse habet. l. qui restituere iussu iudici, non parer. de rei vindi. l. litigatores. de arbit. Sed istud quoque venit à verb. parco. Alteru, de quo loquitur noster text. à verb. pario. l. is qui. §. proinde. ff. de manumissio. licet glo. ibi exponat pro ser uierit. & l. 2. de iustit. & iure.

Ita parere sententia, est ei acquiescere. l. 3. §. si. ff. de verbor. obliga. ibi, si vnus paruierit, alius nõ paruierit sententia iudicis. De his plenius scripti in tract. de liter. ad renutiand. prouoca. in 3. tomo commentar. in constit. Reg. Gallic.

V L P I A. Lex cxxxij.

Si quis sic dixerit, vt intra diem mor tis eius aliquid fiat: ipse quoque dies, quo quis mortuus est, numeratur.

Iussus est heres intra diem mortis restantis cẽ tum dare Titio, vel aliquid facere: quolibet tem pore vsque ad mortem poterit, & die quidẽ mor tis, quia adhuc est intra diem. Vnde Iurisc. ait, Totum enim medium tempus ad soluendũ promissori relinquitur liberum. in l. stipulatio ista. §. inter. de verbor. obliga. facit l. si is cuius. rem ra ram haberi. Et Labeo scribit, Si sic liberas relicta sit: Stichus intra annum postquam mortuus fue ro, liber esto: statim eum liberum esse. nã & si ita sit, si intra annum decem heredi meo dederit, li ber esto: statim soluendo liberum eum esse sine mora futurum. l. si ita fuerit libertas. in ff. de ma numiss. testam. l. si. C. de posth. heredib. insti. vbi posthumus erit heres, qui nascetur intra decem menses: siue nascatur primo mense, siue secundo, vel alio: dum tamen intra decem menses. quamuis glo. in d. l. fin. exponat intra pro circa: sed non potest conuenire verbis illius tex. Et si stipula tus fuero, si intra biennium Capitolium non ascen deris, dari: non nisi præterito biennio recte petam: quia nisi finitum sit biennium, ascendere poteris. l. quicquid. §. 1. ff. de verbo. obligat. facit l. arbiter intra certum diem seruus restitui iussit. ff. de ar bitr. quod prodest potest ad sequentia.

Primo dos soluta matrimonio, in mobilibus consistens potest solui intra annum. intelligite vt hic, etiã die vltimo anni. l. vna. §. ex actio. C. de rei vxor. actio. Vnde quod quis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur, ei potestas est quo libet eius anni die dandi. l. quod quis. ff. de actio. & obliga. Et hic addit etiam die mortis aut vlti ma anni, si intra annum promissit.

Secundo bonorum possessio intra diem cen tesimum peti potest. quod & intelligendum est, vt etiam die centesimo bonorum possessio peti possit: quemadmodum intra Calendas & ipsa Calendæ sunt. l. 1. §. si intra. ff. de successor. edict. Etiam dicit glo. tota dies cedit, quando actus po test per aliu explicari, vt ipso toto die possit fieri, etiam per alium post mortẽ: vt in eo qui est iussus construere monumentum intra diem mortis, vt ipso mortis die eo defuncto per alium fieri possit. l. Arethusa. in ff. de statu homi. Nempe cum tempus in testamento adicitur, credendum est

pro herede adiectum, nisi alia mens fuerit testa toris. l. cum tempus. ff. de regul. iur. Secus si dies adiectus sit non differendæ actionis causa. l. liber homo. 2. §. 1. ff. de verbor. obliga.

Tertio intra dies constitutos, quamuis agi iudicari non possit, tamen iudicatum multis modis liberare potest scribit Iurisc. in l. intra. ff. de re iudica. nam constitutorum dierum spatium pro iudicato, non contra iudicatum per legem con stitutum est, vt ibi dicitur. Ideo condemnatus ad soluendum intra mensem, quolibet tempore sol uere poterit, etiam in fine temporis constituti, vltima quidem die mensis. facit l. debitoribus. in ff. de re iudica. scripti in interpreta. l. si debitori. ff. de iudic.

Quarto in appellatione, quæ intra decem dies fieri debet, vt quis decima die possit appellare. c. anteriorum. 2. q. 6. l. intra. ff. de appella.

Quinto idem procedit in iudicio de in ius vocando aduersus eum, qui in ius vocatus non peti ra venia: quod intra annum datur, non vltra. l. penul. ff. de in ius vocando.

Sexto qui potest redimere intra decem annos rem ex facultate sibi concessa per emptorem, po terit quolibet tempore vsque ad decem annos rẽ habere, siue extantibus mensibus, siue post: per istum tex. & huius sententiæ est Chassa. in consue tud. Burgund. in rub. des ventes vendues à rachapt. §. 1. in 6. dubio. quem refert & sequitur do. Andr. Ti raquel. in tract. suo de vtroque retractu, rub. de re tracti conuentionel. §. 1. glo. 2. nu. 65. Ad alia quoque extendere poteritis.

Septimo hæc dictio intra interdum includit rẽ, siue locum, vel sua extrema: vt si dicatur, Præfe ctus vrbs habet iurisdictionem in vrbe, & intra centesimum milliare: tunc includuntur omnia, quæ sunt intra illum locum, non vltra: vt est text. in l. 1. §. cum vrbe. ff. de offic. præfect. vrb. & §. qui autem. de excusa. tutor. l. statuliberos, de sta tuliber. l. si. ibi, intra fines imperij, de captiuis. & l. pupillus. §. territorium. infra eod. l. ad. ff. de con trah. emptio. l. fundi. & l. quare. de actio. emptio. l. vxorem. §. item quæritum. de lega. 3. licet glo. ibi exponat intra, pro iuxta: sed male. Calendarium enim exercuerat quis in patria, & intra illius fi nes. Et aliud est in patria Montispeffili, aliud in finibus eius. Vergil. in Bucolic.

Nos patria fines, & dulcia linquimus arua: Nos patriam fugimus.

Et pro eo dicit Iurisc. in l. relegatorum. §. fo ler. ibi, intra patriæ territorij. de interdic. & releg.

Quandoque includit tempus: vt si quis intra Calendas Ianuarias dare teneatur, in ipsis quidẽ Calendis dare poterit. l. si ita stipulatus fuero. ff. de verbor. obliga. vbi qui stipulatus fuerit intra Calendas Ianuarias, perinde est ac si Calendis promississet: quia ante Calendas conueniri nõ potest, nec cogi, licet antea possit soluere si velit: quia rẽ pus in fauorem suum est adiectum. Idemque est dicere quoad hoc, ante Calendas, vel intra: intel ligitur enim ante finitas Calendas. l. qui ante. vbi Bar. ff. de verbor. obliga. l. qui bona. §. si. ff. de dani nõ infect. facit l. si venditor. ff. de adilit. edicto. l. calcularij. ibi, intra quinquennium. de munerib. & honorib. l. non omnis. si certum pera. l. intra. de minorib. l. si legatum. ibi, intra diem deponant. ff. de operib. public. l. 3. §. 1. de condi. cauf. dat. l. 2. C. de tempor. appella. authen. qui semel. C. quo mod. & quand. iud. authen. ei qui iurat. de bonis auctorita. iudic. possid. l. iubemus. §. circa mediũ. de rogatio. militar. anno. lib. 12. C. facit etiam l. qui Romæ. §. Callimachus. de verborum obliga. quia ibi includit etiam, quicquid velint dicere

testamento adiectum censetur pro herede.

Condem natus ad soluendum intra men sem, poterit soluere quo libet tem pore mensis.

Appellatio fieri debet intra decẽ dies.

Rem valẽs redimere intra certũ tempus, fru ctibus extra tibus potest eã redime re.

Intra di ctio inclu dit aliquã do.

Intra inclu dit tempus.

P A V L. Lex cxxxiiij.

Annulus non statim, vt natus est, sed trecentesimo sexagesimo quinto die dicitur, incipiente plane, non exacto die: quia annum ciuilitate non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.

Annulus dicitur, qui in vltima die anni constitutus est, in trecentesimo sexagesimo quinto die incipiente, non finito. id est non tantum finito, verum & incepto. Et annulus amittitur, qui vltimo die anni moritur. nempe annus computatur ciuilitate per dies, & non per momenta temporum. Hoc dicunt istae duae leges Annulus. Et sic annulus puer dicitur vnus anni. l. cum quareteretur. ff. de legat. 3. & l. i. §. r. is autem. ff. de vetre inspiciendi. ibi, siue infans annulus. in l. cum spofus in fi. ff. de Publicia. in rem actio. Quod nomen secundum grammaticos non est diminutiuum, sed adiectiuum: vt annulus puer, & annulus taurus. Varro de re rustica. lib. 2. ait: Habet tauros, vnum anniculum, alterum bimium. id est vnus annus, & alterum duorum annorum. De rebus etiam inanimatis dicitur, vt Plinius lib. 9. c. 41. ait: Anniculo gramini ligandus fuccus. vnde quidam dicebant anniculum templum, vno anno constructum, & anniculum etatem. & Augusti. in c. si habes. 24. q. 3. Ego enim senex ad iuuenem, & episcopus tot an nosum ad collega nondum anniculo paratus sum edoceri. Et Marcus Romanorum Imperator percontanti, quoniam aut cur pergeret, sic respondit. καλὸν καὶ γρηγορον τὸ μακρὸν εἶναι. pulchrum etiam senescenti dicere. Caesius lib. 11. antiquar. lectionu. c. 26. vide tex. in l. inter. in princ. ff. de pact. dotal.

Facit, quod si infans nondum annulus sit occisus, aestimatio refertur ad tempus, quo infra annum vixit. l. inde Neratius. §. si infans. ff. ad legem Aquil. per quem tex. dicitur doct. quod herba frummenti destructi tantum aestimatur, quantum potuisset vendi tempore damni dati dubius perceptionis euentus. l. propter spem. ff. famil. erciscund. Sic concludit Alber. in tract. statutor. in 2. parte. q. 78. quid si quis immisit bestias. Specula. in tit. de iniur. §. sequitur. versic. sed quomodo aestimabit. Flor. in l. ex hac. ff. si quadrup. paupe. fecisse dicat. & in d. §. si infans. Boer. in §. i. de consuetud. praedior. Chassan. in consuetud. Burgund. in rubr. des iustices. §. 6. glo. message. nu. 50.

Potest etiam interdum largius sumi, vt in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. vbi sic scribitur: filium cum definimus, qui ex viro, & vxore eius nascitur. At si fingamus abfuisse maritum, verbi gratia per decennium reuersum, anniculum inuenisse in domo sua, placet nobis Iuliani sententia, hunc non esse mariti filium.

Annuitaria, in l. liberto. in fi. ff. de annuis lega. glo. exponit pro singulis annis. Dicitur annuitarium, quod singulis annis, vt in ca. vno. in fi. de cleric. non residen. Annis, fluuius. in l. puro. §. id quod annis fundo post litem contestatam alluit, aequo venit in hoc iudicium. ff. famil. erciscund.

Statim interdum sine mora & dilatione accipiuntur. in l. si ita fuerit libertas. in fi. ff. de manumif. testam. ibi, statim solutio eum liberum esse sine mora futurum. l. habitatores. loca. ibi, statim deductionem ex mercede facere oportet. l. i. de cano. largit. titul. lib. 10. C. & l. diui. de susceptor. praepos. ibidem. l. restituere. l. supra cod.

Verum intelligi debet cum aliquo scilicet temporam

Annulus est adiectiuum, non diminutiuum.

Infans si occisus sit, aestimatio ad quod tempus refertur.

Annulus sumitur largius.

Annuitaria dicitur.

Statim modo capitur.

Delegatus potest suam aequi sententiam in-

peramento temporis. l. ratum. & l. quod dicimus. ff. de solutio. vel quam citius commode fieri poterit. c. quam sit. de electio. in 6.

Idem in dictione confessum. l. qui procurator datur, vt confessum agat, intelligendus est permittere procuratori, & postea litem peragere. ff. de procurator. Et confessum sic erit accipiendum, vbi primum potuit, id est pretoris copiam habuit huic rei sedentis, nisi forte infirmitate impedita est, vel alia magna causa. Vlpia. in l. 2. §. forte. de noui oper. nuntia.

Idem in verb. mox, vt quoddam etiam temporis interuallum aliquando significet. l. de arate. §. ex causa. ff. de interrogator. actio. Et aliquando sine interuallo pro materia subiecta, vt consuluit Alexand. consi. 115. in causa. col. 2. vol. 3. & in l. diuortio. col. 3. ff. soluto matri. l. fructus. ibi.

Idem in verbo illico. l. penult. C. de positi. l. frumenta de subscripto. lib. 10. l. ordinata, de liber. caus.

In recenti, vel de receti. in l. si creditores. §. plane in recenti adita hereditatis, id est cum hereditas de nouo fuerit adita, audiendi erunt qui suspetum postulant. ff. de priuil. creditor. l. si diuino. de poenis. ibi, non eo modo puniendos eos esse, qui longo tempore in reatu agunt, quo eos qui in recenti sententiam excipiunt. id est breui tempore, non diuino, nec tempore inueterato.

Idem in dictione quam celerime, de qua in l. penul. C. de positi. Idem in verbo, quam ocysime. d. l. penul. vt quod in principio dixerat illico, postea istis vtatur dictionibus.

Incontinenti. l. lecta. ff. si certum petat. vbi plenius tradunt doct. Ex continenti, idem. l. iurifigentium. §. quinimo. de pact.

Cito, citius in c. quam sit. de elect. in 6. Idem in verbo, assidue, vt quoddam etiam interuallum significet: si quis teneatur assidue morari cum aliquo, si visat parentes, non obstat, quin assidue moratus dicatur. l. filii. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. i. vbi doct. C. de lega.

Et breuiter dicendo, quantum temporis hae dictiones significet, iudicis arbitrio relinquuntur. l. i. in fi. ff. de iure delibet. qui ex bono & aequo pro materia arbitrabitur. l. si domus. §. in pecuni. ff. de leg. 1. Lucas de Pen. in d. l. diu. de susceptor. scripti in interpretationibus ad l. si debitori. ff. de iudic.

Sequitur in tex. quia annum ciuilitate non ad momenta temporis, sed ad dies numeramus. Vnde notabimus, quod dum in iure ciuili fit mentio de anno, computatur vt hic, scilicet ad trecentos sexaginta quinque dies, non per momenta temporum in horas vel semihoras: vt si hora prima a meridie natus sit, ea hora annulus dicatur, quod non inspicitur. l. cum heres. §. Stichus. ff. de statuliber. quod prodesse potest consanguineo retrahenti intra annum, vt die etiam vltimo anni retrahere possit. §. Titius. si de feudo defuncti contentio sit inter domi. & agnar. vassalli.

Secundo conuenit ei, cui datum est prosequi appellationem intra annum, iuxta c. cum sit Romana. de appella. quod intelligendum est vt hic.

Tertio misso in possessionem ex primo decreto, vt post annum efficiatur verus possessor. l. si finita. §. si plures. & ibi glo. ampla. ff. de damno infecto. cap. 1. de eo qui mittitur in possess. ca. si. §. in aliis. vt lite non contestat. Specula. in tit. de primo & secundo decreto.

Quarto delegatus suam exequi potest sententiam intra annum, postea non: sed ordinarius exequetur. c. quarenti. de offic. delega. Bal. in l. ordo. C. de executio. rei iudica. & computatio facienda est, prout in hac lege statuitur.

Quinto non censetur interruptus processus, si vltimo die anni pars compareat, licet alias omnino transacto hoc anno interrupteretur, vt docet Bar. in §. 23. de iurisdic. omnium iudic. scripti in tract. de restitu. & releuamen. artic. 1. glo. 1. in 2. tomo commentar. in consiti. Regias Gallic. non tamen eo solo quis censetur exclusus ad dandum suas defensiones, vel tradendum causas & grauamina appellationum, nisi quoque prius fuerit cotumax, & (vt dicunt) que ille appellat par desistat. Ita vidi seruari in suprema parlamenti curia. Qui quidem defectus nonnunquam parit in eadem causa vt vulgo dicanici dicere solent, en porte gain de cause: aliquando rursus aliam desiderat citationem pro vltimo peremptorie, secundum subiectam materiam.

Sexto datur ex hac lege & in heredes actio intra annum duntaxat a morte eius, qui arguebatur. l. 2. ff. ad legem Jul. repetundar.

Septimo trahitur ad eum, qui proponere vult erro: em contra a restum, iuxta authen. que suppli cationes. C. de precib. Impera. offerend. vt intra annum proponere debeat illum. Qui annus computabitur ciuilitate, vt hic, non per momenta temporum: prout etiam cauetur in consiti. Reg. Gallic. in tit. de supplicationib. & propof. error. in 1. tomo. artic. 3. vbi scripti, in commentar. licet veteribus constitutionibus daretur biennium ad supplicandum contra a restum, vt in codice Regiarum constituitur. licet videre.

Octauo heredi extraneo praestituitur annus ad deliberandum: intra quem si decedat, transmittit illam hereditatem. l. cum antiquioribus. C. de iure delibet. Hodie restrictum fuit id tempus ad deliberandum, & varie pro consuetudine locorum constitutum, aliquando quadraginta dierum, aliquando sexaginta. de qua praefinitione temporis constare oportet: alioqui ius commune obseruandum est.

Nono facit, quod miles & vassallus inuestitura intra annum debent accipere: intellige computandum, vt hic, quod videlicet 365. diebus constet. probatur in rubr. quo tempore miles inuestitura accipere debeat.

Decimo professio tacita contrahitur, si per annum quis permaneat in religione: & postea dicitur vacare beneficium, quod habebat. ca. beneficium. de regul. iur. in 6.

Vndecimo conuenit tex. in l. filij. in fi. ff. ad Tertullia. & l. vel post annum. de alienatio. iudic. mutand. caus. fact. Et actiones honorariae post annum non dantur. l. in honorariis. ff. de actio. & obligata. intelligite annum secundum nostrum tex. Videte l. diuortio. vbi vxor post mariti excessum per annum est alenda. ff. soluto matrimo. C. orne. consi. 129. licet in 1. vol. 1. 2. C. de nauicul. lib. 11. Aufser. in decif. Tholos. q. 447. Iacob. in l. singularia. ff. si cert. petat.

Duodecimo interdicta possessoria, maxime retinenda non dantur post annum. l. i. ff. vt possidet. qui semper annus computandus est vt hic, vt trecentos sexagintaquinque dies habere debeat & tempore bisexto adhuc vnum, vt dixi in l. cum bisextus. supra eodem, & abunde in 3. tomo commentar. in consiti. Reg. Gallic. tract. de mater. possessorij, artic. 1.

Decimotertio actio ex edicto, ne vis fiat ei, coepetit intra annum, non vterius, cum sit poenalis. l. i. §. fin. ff. ne vis fiat ei. & in l. i. in princip. si quis testam. liber esse iussus fuerit. l. 2. & 3. vi bonor. raptor.

Decimoquarto grauatus a persequatoribus, intra annum conquiri potest, postea non. l. qui

tra annum. Processus non censetur interruptus, si pars vltimo die anni compareat.

Error in anno proponi debet.

Heres extraneus habet annum ad deliberandum.

Inuestituram intra annum miles et vassallus petere debet. Professio tacita contrahitur, si quis per annum permanferit in religione. Honorariae actiones post annum non dantur.

Interdicta possessoria, maxime retinenda post annum non dantur.

Actio ex edicto, ne vis fiat ei, coepetit intra annum, non vterius, cum sit poenalis.

Vltra dictio quibus iungitur.

Intra pro citra.

Intra vsur patitur ab iurisconsultis, & infra a Canonistis.

grauatos. C. de censib. lib. 10. l. 1. in fin. ff. de eo per quem fact. crit.

Heres non implens voluntatem defuncti in vna annis hereditate priuatur.

Decimo quinto heres non implens voluntatem defuncti intra annu hereditate priuatur. §. si quis non implens. in authen. de heredib. & Falcid. colla. 1. auth. hoc amplius. de fideicommiss. cap. nos quidem. de testam. Sed in hoc Regno neminem vidi in forensi iudicio priuari: sed condemnantur heredes ad soluendum id, ad quod tenentur, & interdum ad damna, expensas & interesse: vel etiam pro qualitate facti multantur, vt scripsi in proce. commentar. in constituto. Reg. Gallic. in glo. vlt. in 1. tomo.

Quæ fuerit lex Iunia annalis seu annaria, declarat Cicero in Philip. 5. & Lamprid. in Commod. & Ioan. Zaf. in catal. leg. antiq.

V L P I A. Lex cxxxv.

Quæret aliquis: si portentosum vel monstrosum, vel debilem mulier ediderit, vel qualem visu vel vagitu nouum, non humanæ figuræ, sed alterius magis animalis, quâ hominis partum, an quia enixa est, prodesse ei debeat? Et magis est, vt hæc quoque parentibus profint. Nec enim est, quod eis imputetur, quæ qualiter potuerunt, statutis obtemperauerunt: neque id, quod fataliter accessit, matri damnum iniungere debet.

Primum elucidabimus verba tex. demum alia quoque subiungemus ad intellectum illius, *Quæret aliquis*. Elegans dicendi modus pro eo, quod barbare dicitur, Forte posset aliquis quærere. Et dicit quis, roget quis, vt per Adria. in suo libro de sermone Latino, & inferius dicitur.

Portentosum vel monstrosum, elucidauit in l. ostentum. supra eod.

Debilis, id est imbecillitas.

Debilem, id est imbecillum, vt pote mancum, vel habentem vnam manum aridam, seu pedem: is enim debilis dici potest.

Debilis quis sit infirmitate.

Debilis interdum quis infirmitate fit. Aut dic debilem, in sexto forte mense natum, in quo non potest viuere, vixque sese mouere. l. si. de oper. seruor.

Debilis et debilitas.

Inde debilitare, debilem facere: quod aduersa valetudo corporis & animi parit, vel nimius labor. Debilitas pro infirmitate, & imbecillitate. c. si pro debilitate. de offic. delega.

Mulier ediderit. Et sic de muliere corrupta intelligitur, vt scripsi in l. mulieris. supra eod. De verb. ediderit, abunde scripsi in l. boues. §. inter. supra eod.

Qualem. Inæqualem, legit Alcia. dicens hunc locum esse corruptum: quod ostendit ratio recti sermonis, & sensus. nam sensus est, quod mulier edidit inæqualem partum, id est sine aliqua qualitate, hoc est non habentem qualitatem hominis, sed potius animalis. Atramen qualitas est in eo portentoso.

Sed forsitan non male communis lectio habet *Qualem*, vt sit sensus, quod mulier edidit partum portentosum, debilem vel qualem, id est huius qualitatis, visu videlicet nouum vel vagitu, non humanæ figuræ: sed magis alterius animalis partum: vt pote si bufonem, caurum, aut vitulum peperit. hoc enim visu nouum est. & si talis partus

vagiatur bouis instar, nouum vagitu. siquidem vagire proprie est infantium. Qui intellectus tuetur ex verb. *qualiter* in tex. posito. nã isti matri non imputatur, quæ ipsum edidit partu: quia qualiter, id est cum illa qualitate qua potuit, statutis obtinuit perauit. Et sic *qualem visu* non inepte dixerimus in tex. secundum communem lectionem.

An quia enixa est, prodesse ei debeat? Et magis est, vt hæc quoque parentibus profint. Nil enim est, quod eis imputetur. Vult dicere tex. quod si quis relinquat bona mulieri, si enixa fuerit: si illa demum quid mōstrosum pariat, & figuram hominis non habens, nihilominus ei proderit, vt talis mulier conseqatur legatum, & parentibus, vt debeant loco partus succedere: quia si partus animatus fuisset, successisset mater per Tertullia. ita quoque nunc. neque enim est imputandum parentibus, qui qualitercunque potuerunt, statutis obtemperauerunt. nam vir cum muliere coit in matrimonio secundum legis scita. Quod intellige, dum fataliter, id est ex Dei opt. max. permissione & voluntate accidit: secus vbi dedita opera, vt coeundo cū bruto, quemadmodum inferius scribam. Et cum parentis appellatione veniant pater & mater, vt in l. appellatione. supra eod. ita hic quoque matri proderit, quæ peperit, vt ipsa etiam succedat. hoc probat text. ibi, *neque id quod fataliter accessit, matri damnum iniungere debet: nec etiam patri.* Alia de his monstris plenius vide per me scripta in d. l. ostentum. supra eod.

Mulier parienti quid monstrosum prodesse quoadque.

Sed quæri potest, an valeat probatio per similitudinem: vt pote si probem talem esse Titio similem: an eo probetur illius esse filium? tex. in l. fin. §. penul. ff. ad municipal. dicit esse recurendum ad res, non ad similitudinem nominis vel faciei. Siquidem hæc probatio similitudinis non concludit, teste Guido. Papæ singul. 537. vtrum probatio. Nam sunt quidam adeo similes inuicem, vt vix discerni possint. Vnde Valerius maximus in rub. de similitud. formæ, his verbis ait: Regi Antiocho vnus ex æqualibus, & ipse Regiæ stirpis nomine Artemio perquam similis fuisse traditur: quem Laodice vxor Antiochi interfecto viro dissimulandi sceleris gratia in lectulo perinde quasi ipsum Regem ægrum collocauit, admissumque vniuersum populum, & sermone eius, & vultu confimili sefellit: credideruntque homines ab Antiocho moriente Laodicem & natos sibi commendari. Ipse vidi Paris. duos fratres ex nobili Clericorum familia progenitos ita confimiles, vt vnum ab altero, quamuis mihi per familiares, vix vnquam dignoscere possem.

Probatio per similitudinem an valeat.

Ita si quis vocetur Parisiensis, nõ sequitur eum esse ciuem Parisinum: vt in d. §. penul. l. fin. probatur. Quæ tamen nominis similitudo generat quandam affectionem. l. cum filius. §. pater. ibi, plus tribuas in honorem nominis mei. ff. delega. 2. Boer. in l. vxorem. ff. de manumiss. testam. in additio. ad Bened. Plumbinum, & Gomef. in §. sic itaque. de actio. in Instit. col. 9.

Fratres duo Paris. per similes.

Parisensis si quis vocetur, non ob hoc erit Parisensis.

Nunc redeamus ad verborum significationem, vnde fueramus digressi, *Quæret aliquis*, id est rogabit. Accipitur enim hic, & sæpius alibi quærere pro interrogare, percontari & sciscitari. l. litis cōtestata tempore quæri solet. ff. de negot. gest. l. ab hostibus. in fi. ibi, quærit aduocati. ex quib. caus. maior. l. sicur. §. sed si quærat. si seruit. vindicet. & l. in l. censoria. & l. quod dicimus. & l. cum quærebatur. infra eod.

Quæret pro rogato.

Secundo pro inquirere. l. cum hi. §. vult igitur oratio apud prætorem de istis quæri. ff. de transactio. & §. si prætor. ibi, prætori enim ea res quærenda commissa est. ibidem, & paulo post Iurifconsultus

Quæret pro statu causa.

consultus ponit inquisuerit. Inde Budæ. in annota. in Pandect. primis, ait sic: Quærere est informationem facere, & legibus vindicare. Et quæstio pro publico iudicio accipitur, de qua Iurifconsult. in l. 1. §. præterea. ibi, quive magistratus, iudexve quæstionis sub capitale causam pecuniam acceperit, vt publica lege reus fieret. ff. de sicar.

Quæret pro acquiritore.

Tertio quærere, id est acquirere. l. in fraudem fisci non solum per donationem, sed quocunque modo res alienatæ reuocantur. idemque inris est, & si non querantur. eque enim in omnibus fraus punitur. ff. de iure fisci. quamuis glo. & doct. ibi varie exponant.

Ego vero sic intelligerem illam legem, quod in fraudem fisci alienationes factæ reuocantur, quomodocunque factæ fuerint, etiam si hæc res non querantur illis, in quos facta sunt alienatio: tamen quatenus de facto processit, reuocatur. facit c. cū quis presbyterorum. de reb. ecclæs. non alienand. vt fraus in omnibus puniatur. Tamen non videtur alienare reus capitis, qui siliam emancipauit, vt hereditatem patri delatam adiret: quia fraus non est in acquirendis. l. quod autem. ff. quæ in fraud. creditor. Et in fraude requiritur consilium & euentus. §. in fraudem. Instit. quib. manumitter. licet.

Emancipatio non est alienatio.

Vnde emancipatio non retractabitur, quia nõ est alienatio: at serui manumissio, sic: quæ nempe consistit in commodo pecuniario, non autem emancipatio. Ideoque libertates in fraudem datas retrahi placuit Paul. Iurifconsult. in l. in fraudem. §. à debitore. ff. de iure fisci. Tamen hereditas reo delata non acquiretur emancipato, sed eam fisci perere valebit, vt in l. cum quidam. ff. illo tit. doc. ibi scribunt, & Aufser. in decif. Tholo. q. 150. Be nedict. in repet. c. Raynuitius. in verb. & vxorem. nu. 246. cum seq. de testam.

Inde etiam dicimus quærere dominium, pro acquirere iure dominij rem. l. si seruus. ibi, ceteru si dominium quærere non potuit. ff. de interroga. actio.

Quæstio quid.

Hinc nomen quæstio, elucidatur ab Vlpia. in l. 1. §. quæstionem. ff. de senatusconsult. Silan. ibi, quæstionem sic accipimus, non tormēta tantum, sed omnem inquisitionem, & defensionem mortis. Et alibi sic ait Iurifconsult. quæstionem intelligere debemus, & tormenta, & corporis dolorem, ad erudēdum veritatem. l. iniuriarum. §. quæstionem. de iniur. Gallic. *torure* dicimus. Quid item nomine quæstionis veniat, elucidat Francisc. Brunus in tract. de iudic. & tortura, in 2. parte. q. 2.

Quæstio pro causa.

Quæstio pro causa. l. in omnibus fisci quæstionibus, causis exceptis in quibus minora tempora seruari specialiter constitutum est, viginti annorum præscriptio custoditur. ff. de diuers. & temporal. præscriptio. vbi quod primum quæstio, postea causam vocat.

Quæstio pro alia quærendi.

Quæstio interdum pro actu quærendi, disceptatione, dubitatione: vel propositio dubitabilis dicitur. l. quæstio est. supra eod. & l. in lege censoria. infra eod. l. si. ibi, nulla quæstio est. ff. quod iusti, id est nulla dubitatio. in nēta. l. tutor. §. denique. ibi, nulla dubitatio. ad Velleia. Barto. in l. amplius. col. 2. ff. rem ratam haberi. Seu pro controuersia. l. duobus. §. exceptio. ibi, si modo eadem quæstio in hoc iudicium deducatur. & §. quæ iurauit. ff. de iureiur. cum l. seq. & l. cuiuscunque. in fi. ibi, quæstio moueatur. de vlti. test.

Quæstio pro statu causa.

Quæstio etiã dicitur status & cōstitutio cause, & pro publico iudicio accipitur in l. 1. §. 1. ff. de sicariis. Et quæstio, qui quæstio habet. Budæ. ibi.

Et quæstio ita sumpta si proferatur a lege, intelligitur de illa controuersia, quæ fit per litisconte-

statione, si Bar. credatur in l. amplius. col. 2. ff. rem ratam hab. per gl. in l. 2. & 3. C. finium regundor.

quæstio in re. quæstio in homine. quæstio in capite.

Si vero proferatur ab homine, vt promitto nõ mouere quæstionem seu controuersiam: tunc intelligitur etiam ante litem contestatam, per l. qui fidei. ff. de quæstio. l. Lucius. §. tres heredes. ad Trebel. vbi Bar. & Bal. in c. audita. de restit. spolia. Dec. in c. l. no. 2. de appella. Alex. & alij in l. si quis maior. C. de transactio. & Gomef. in c. dispensanda. in princip. de rescrip. in 6.

Quæstio est.

Vnde phrasæ loquendi frequentissimæ: Quæstionis est. l. 2. §. item si extra. ff. de iudic. l. si quis seruum. de seruo corrupto. l. rogati. si certum petat. l. si quis. §. si ancillam. de exceptio. rei iudica. facit l. cum qui Calendis. de verbor. obliga. vbi pro misce dubitatione vel quæstione vitur. adde rex. in l. nomen filiarum. infra eod.

Quæstio est.

Quæstio facti, scilicet quando nascitur dubitatio super facto, vt quid factum sit, vel quis primo natus est, aut qui prius scholas ingressus. l. Arethusa. & l. seq. vbi Alber. & Bal. ff. de statu ho. l. Herennius. supra eo. Dec. in c. pastoralis. de rescrip.

Quæstio est.

De facto autem consentientibus non debet præfides, nec quidem doctores vel aduocati, consilium impartiri. l. cum qui. §. 1. ff. de iudic. l. §. 1. ad Turpillia. quoniam facti interpretatio pierunque etiam prudentissimos fallit. l. in omni parte. ff. de iuris & fact. ignoran. Et quamuis Papa omnia iura in serinio pectoris per suos consultores habere dicatur, consuetudines tamen, quæ sunt facti, creditur ignorare. c. 1. de consi. in 6.

Doctores super facti non consentiant.

Si tamen illa quæstio facti ex modo & genere facti distingui possit, tunc non alienum putarem à Iurifconsulto de illa respondere, vt ex facto liceat facilius colligere cōiecturas, vt Celt. probat in l. vtrum. ff. de donatio. inter vir. & vxor.

Quæstio iuris, quando præsupposito, & posito facto quæritur de iure. Bal. in l. ff. de iuris & fact. ignoran. facit Iuricam. ff. de verbo. obliga. l. miles. §. mulier. de adulter. vt si dubitetur, an minor quatuordecim annis possit testari, cōtrahere, aut alios facere actus, & si eos fecerit, an valeant: hoc deciditur in l. qua etate. ff. de testa. & per totum titulum de minor.

Quæstio in re.

Quæstiores à genere quærendi dictos arbitrat Vlpia. in l. vna. ff. de offic. quæstor. vbi dicit Budæ. pro his non habere thesaurarios bellicos, qui sunt multiplices, quemadmodu poteris apud eum videre, & ibi alterius sui sententia.

Quæstiores vnae dicit.

Quæstus dicitur lucrum, quod opera alicuius comparatum est. Gallic. vocant *conquest*, *acquifion*. l. quæstus. ff. pro socio. Etiam inhonestos quæstus cogitur restituere possessores hereditatis. l. quæ situm. & l. si possessor. ff. de petito. heredita. mulier tamen non habebit dimidiam partem quæstum iniuste quæstorum à marito, licet alias de consuetudine lucreretur dimidiam partem conuæstum. l. seruus. ff. de acquir. possess. quod expressè scribit Ioan. Lupus in repet. c. per vestras. §. 65. de donatio. inter vir. & vxor. Et turpes quæstus dicit Iurifconsult. in l. qui accusare. de accusa.

Quæstus quid.

Quæstum vero de adulterio vxoris facere, proprie ille existimandus est, qui accepit aliquid, vt pareret vxorem adulteram, meretricio quodam genere. l. mariti. §. quæstum cum. de adulter.

Quæstum facere.

Quæstuaria mancipia, in l. athletas. §. ait prætor. ff. de his qui ner. infam.

Quæror pro conquestor.

Quæror, id est conqueror, expostulo, deploro, querimoniam habeo. l. argemarius. in fi. ibi, aut si probantem iudex non curauit, de seipso, aut de iudice queri debet. ff. de edendo. nec illud male dicitur, si in loco periculo se illam habenti tonfori quis commiserit seipsum, de se queri debere.

Item Mela. §. 1. ad legem Aquil. l. iusurandum & ad pecunias in princip. de iureiur. l. si vero. in si. ibi, sed & ipse fideiusor, qui non sit acceptus, tanquam de iniuria sibi facta queri poterit. qui satisfadar. cogant. l. ne quid. de incendio. l. nullo modo. de falsi.

Querela pro querimonis.

Inde querela, conquestio, querimonia. l. diuortio. ff. de negot. gest. ibi, ut ita querela locus sit, in quantum facere potuit. l. si prator. §. 1. de iudic. v. bi existimo debere iudicem querelam rei admittere. l. si ibi, ex querela patroni. de in ius vocand. sed & si huius. §. 1. de iniur. ibi, seruus meus opera tua, vel querela tua, flagellis casus est: à magistratu nostro Mela putat mihi dandam iniuriarum actionem aduersus te, in quantum ob eam rem aequum iudici videbitur.

Querela in officio testamenti.

Querela in officio testamenti agit ad infrigendum testamentum contra officium pietatis factum, in quo sine causa filius exheredatus fuit vel prateritus, seu parēs, vel alius, qui de iure fuerat instituendus. l. 2. & per totum. ff. de inofficio. testam. & l. codem tit. Querela pro actione promiscue vtitur iurisc. in l. quemadmodum. & l. Papinianus. & l. nihil. in si. ac l. eum qui. in principi. ff. de inofficio. testam. quamuis proprie querela non sit actio, sed per actionem quidem, seu mediante illa exercetur & intentatur: sicut dicimus quandoque de actione, si certum petatur. l. 1. ff. de riticar. que non est nomen actionis proprium: at iurisc. vtuntur actione si certum petatur, id est actione qua petitur certum, videlicet per conditionem certi. Et actio inofficio. id est qua petitur testamentum inofficiosum rumpi, tanquam factum contra officium pietatis, nō quod nomen sit actionis. Alij dicunt querelā non actio nem, sed causam esse, vt Spiegel. in verb. querela.

Querela an sit actio.

Interdum iurisc. sultus vocat rem inofficio. id est querelam, in l. Papinia. §. si quis post rem inofficio. ordinatam. ff. de inofficio. testam.

Querela inanis.

Querela inanis. l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de administra. rerum. ibi, idque & si contra absentem pronuntiatum est, inanis querela est.

Querela de nouis dissaisinis.

Querela de nouis dissaisinis, Gallic. *complainte en matiere de reintegrande*. de qua in c. reintegranda. 3. q. 1. & scripsi in tract. de senten. executorial. arti. 3. in i. romo commentar. in consti. Reg. Gallic.

Querela nouitatis.

Querela nouitatis, Gallic. *complainte en cas de fause & nouelle*. de quibus tractat Ioan. de Calagnerio in stylo parlamē. veteri: licet in nouis fuerit omisium, nescio magisne bibliopolæ negligētia, an potius ignorantia quorundam non intelligentium hanc materiam.

Querela iniquitatis.

Querela iniquitatis, id est conquestio de iniquitate. l. prefeci. ff. de minorib. ibi, quia appellatio quidem iniquitatis sententię querelam continet.

Querelam apud iudices deferre.

Querelā apud iudices deferre aduersus aliquē, est illum accusare. l. miles. §. sexaginta dies. ff. de adulter. ibi, non prohibetur intra alios quatuor menses querelam suam apud iudices deferre.

Querela pro appellatione.

Querelam pro appellatione exponit gl. in l. si ab arbitro probati sunt fideiusores, pro locupletibus habendi sunt, cum potuerit querela apud competentem iudicem deferri. ff. qui satisfadar. cogant. Sed doct. in rub. de appella. in decretal. querelam & appellationem differre tradunt: quippe multa per querelam fieri possunt, quæ non per appellationē, vt ibidem dicitur. Et sic querela non est proprie appellatio, vt declarauit in tract. de arbitri. in 3. to. commentar. in consti. Reg. Gallic.

Obtemperare quid.

Obtemperant. Obtemperare, id est obedire, secundum præcepta facere, morē gerere: *οπηρειν* Græci vocant. Et sic intelligitur rub. ff. si quis ius dicen. non obtemper. facit l. 2. §. initium. ibi, nam

non exaudito decreto prætoris quasi non obtemperasset, poena vt contumax plecteretur. ff. de postuland. l. si cum dies. §. compromisso autem non debent obtemperare litigatores, si arbiter aliquid nō honestum iusserit. de arbitr. l. 2. §. penul. de noxal. ibi, quasi voluerit seruos dominus in hac re non obtemperare. facit l. is qui. §. si tutoris. ibi, & an ignoscitur seruo ad noxam, qui obtemperauit tutori vel curatori: nam ad quædam quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, ignoscitur seruis, siue dominis, vel his qui vice dominorum sunt, obtemperauerint. ff. quod vi aut clam. Et si quis quod prætoris decreto non obtemperauerit ductus sit, non est in ea causa, vt agat iniuriarum propter prætoris præceptum. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. non potest enim dolo carere, qui imperio magistratus non obtemperat. l. non potest dolo. de regul. iur. Et qui non obedit prælato, vel iudici, eius est inimicus. c. si quis diaconus. vbi etiā glo. 50. distinct. hoc iuris præsumptione tantum putarem.

Obtemperare stipulationi.

Obtemperare stipulationi, est implere quod promissum est. l. fina. si tutor iudic. si si promiserit, & stipulationi non obtemperauerit. ff. si quis cautio.

Exilio non obtemperare quid sit.

Exilio non obtemperare, est facere contra ea, quæ sunt ei præcepta in sententia relegationis. l. relegati. in si. ff. de poenis. ibi, & hæc ita, siue quis non accesserit in exilium intra tempus quo debuit, siue etiam alias exilio non obtemperauerit: nam contumacia eius cumulat poenam. Alibi quoque iurisc. sultus ait, aduersus contumaces, qui neque denuntiationibus, neque edictis præsidum obtemperassent, sententiam in absentes pronuntiar. l. absentes. §. aduersus. ibi.

Legibus obtemperare.

Obtemperare legibus dicitur is, qui præcepta legum seruat. Vnde lege obligamur, cum obtemperantes legibus, aliquid secundum præceptū legis, aut contra facimus. l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & obliga. non intelligatis ibi, quod is qui facit contra præceptum legis, dicitur obtemperare, sed is tantum qui facit secundum præceptum: at qui facit contra præceptum, lege obligatur, vt ibi. & sic debet intelligi, quicquid ibi gl. scribat: & plenus scripti in meis nouis interpretata, ad illum tex.

Obtemperare muneribus patriæ.

Obtemperare muneribus patriæ, est subire munerera patriæ, & illis obligari. inde iurisc. sult. ait, Postliminio reuerſi muneribus patriæ obtemperare coguntur, quamuis in alienę ciuitatis finibus consistant. l. libertus. l. §. postliminium. ff. ad municipalia.

Fatum quid.

Fataliter accessit, id est fato, voluntate, & dispositione Dei. Fatum enim scribit Cicero de fato, esse connexionem rerum per æternitatem se inuicem tenentium, quæ suo ordine & lege variatur, ita tamen, vt ipsa varietas habeat æternitatem. & Seneca in quaestione natura. Quid intelligis fatum? Existimo necessitates rerum omnium actionumque, quas nulla vis rumpat. Et Chrysippus: fatum est dictum quoddam determinatum diuinitus. Augustin. in lib. de ciuita. Dei. 5. ca. 9. multa scribit, quæ potes videre.

Fatum pro morte. Fatalis dies.

Fatum, mors. Inde fatalis dies, fato veniens, vel anni. Quæ adscribuntur etiam appellationi: & dies quibus moritur & deseritur ipsa appellatio, fatales vocantur: vt pote si in primo anno non profectatur, vel in secundo, ex causa, deserta erit appellatio. l. tempora. C. de tempor. appella. vbi glo. & c. cum sit Romana. & c. ex ratione. de appella. gl. in §. 1. in verb. annum. de his qui ingrediuntur ad appelland. col. 5.

Fatale dñum.

Fatale dñum, fato & casu cōtingens, vocat Iurisc. sult. in l. si vt certo. §. quod vero. ff. cōmodati.

IDEM LIBRO QUINTO ad legem Iuliam. Lex cxxxvj.

Generi appellatione & neptis & proneptis tam ex filio, quam ex filia editarum, ceterarumque maritos contineri manifestum est.

Appellatione generi continetur maritus non solum filia, sed & neptis & proneptis, tam genita ex filio, quam ex filia, necnon mariti aliarum: vt diximus de nuru in l. nurus. supra eod. Quidam volunt vsque ad trincepotes extendi, per l. iurisc. §. parentes. ff. de gradib. tamen iurisc. sult. non facile. ff. cod. sic posse etiam definiri ait: Socer est vxoris meæ pater, & ego sum illius gener. Socer magnus dicitur vxoris meæ auus, & ego sum illius progener: ita profocrus mihi, vxoris meæ auia est, ego sum illius progener. Sicque generali appellatione generi non solum venit maritus filia, sed etiam neptis & proneptis. Atque speciali & declaratiuo nomine potest dici maritus neptis & proneptis progener, ponderando verbum potest etiam positum in tex. d. l. non facile. sicut nurus appellatio etiam pronurus continetur. l. nurus. supra eod. vbi scripti.

Generi & nurus appellatione sponsus quoque & sponsa continetur. l. labeo. ff. de gradib. Quod potest conducere, nam si cōcessum fuerit priuilegium cuidā nobili, filiis ac generis suis: intelligitur etiam de maritis neptum & aliarum, per istum tex. & idem in aliis fere omnibus dispositionibus.

Præterquam in odiosis: vt si patri liceat occidere adulterum & filiam in sua domo, & generi, non comprehenditur progener. l. nec in ea. cum l. seq. ff. de adulter. & vbi materia progeneris non conueniret, vel quoad eos diuersa assignaretur ratio. doct. in l. Gallus. §. institutus. ff. de liber. & posth. nempe si statuto cautum sit filias & generos bannitorum expellendos à ciuitate, non expellentur progeneri, id est neptum & proneptum mariti: quia poenę restringendæ sunt. l. interpretatio. ff. de poenis.

Item lege Cornelia cauetur, vt nō iudicet, qui ei qui agit, gener, socer, vitricus, priuignus, sobrinus uel est, propius uel eorum, quis quē uel in ea cognatione, adfinitate uel attinget, quē uel eius parentis uel eius eorum patronus erit. l. lex Cornelia. in princip. ff. de iniur. facit l. si. de public. iudic. Et defuncta locu gener incesti postulabitur, qui cū ea coierit. l. si. ff. de adulter.

Lex Pompeia de parricidii in quibus locis habeat.

Ad hæc sententia legis Pompeiæ de parricid. sponsi & sponsa continentur: quia socerorum appellatione pater & mater sponsi continentur: ita generorum appellatione veniunt sponsi liberorū nostrorum. l. 3. in si. cum l. seq. ff. de parricid. vbi Bar. dicit, ex interpretatione hoc esse, verum quia est interpretatio iurisc. sult. propria cōfetur & necessaria, per ea quæ scribam in l. iusta. infra eo. & docui in l. proxima. sup. ac l. 1. supra eod.

Immunitates datae genero & posteris.

Immunitates datae genero & posteris datae immunitates, ad eos qui ex feminis nati sunt, non pertinent. l. in si. ff. de iure immunita. vbi addidi.

Manifestum quid.

Manifestum, id est clarum, apertum, perspicuum, ac non obsecrum. l. in traditionibus rerum quodcumque pactum sit, id valere manifestissimum est. ff. de pact. l. in hoc. §. si conueniat. & l. Sabinus. communi diuid.

Manifestum facere.

Manifestum facere, l. si pater naturalis. ff. de adp.

prio. Interdum iurisc. sult. inquit, plus quā manifestum est. in l. cum hi. §. arbitrato. ff. de transactio. vel manifestissimum. l. centum Capuæ. ff. de eo quod certo loco.

facere, & plus quam manifestū.

Manifesta circumscriptio. l. quod si minor. §. 1. ff. de minor. Manifesta turpitudine arbitri, in l. sed si in seruum. §. si. ff. de arbitr. Manifesta iniquitas. l. vnde. ff. pro socio. Manifesta voluntas cōtrahentium. l. penul. ff. si seruit. vindicet.

Manifesta circumscriptio, turpitudine, iniquitas, voluntas.

Manifestus fur, qui cum furto deprehenditur: & alias declaratur in l. 3. & seq. ff. de furt. l. siue manifestus fur. de conduct. furtrua.

Manifestus fur.

Manifesta, in l. Scauola. infra eod. & in l. manifesta turpitudinis. ff. de iureiur. l. 3. de capit. deminutio.

Manifesta.

Manifesta accusatione non indigent, nec probatione. c. manifesta. 2. q. 1. vbi glo. ponit differentiam inter notorium & manifestum, & doct. in c. vestra. de cohabita. clericor. ac Ioan. Fab. in §. 1. procem. Institution.

Manifesta accusatio.

IDEM LIBRO SECVNDO ad legem Iul. Papiam. Lex cxxxvij.

Ter enixa videtur, etiam quæ tergeminos peperit.

Mulier ter enixa dicitur, quæ vno partu, sicut si diuisum, tres peperit, nam in quolibet partu niti cam oportuit, & conari illos edere: nimirum si ter enixa dicatur hic, & iusto. §. & si. ff. de vscapio. etiam si prodigiosum peperisset. l. non sunt liberi. ff. de statu homi. & l. quæret. supra eod. etiam si statim mortui fuissent: quia adimpleuit, quod potuit. d. l. quæret. Enixa vero dicitur foemina, eo quod à quibusdam periculis quibus implicabantur exsoluæ fuerint, & enixa quasi partu leuata sunt. Virgil. 3. Aeneid.

Mulieres quare dicantur enixæ.

Triginta caputur fetus enixa iacebit.

Quandoquidem in partu pleraque mori solent, vnde oscitationem in nixu mulieris lethalem esse, sicut sternuisse à coitu abortiuum denotare, scribit Plinius in lib. 7. c. 3. refert Gellius l. 3. c. 16. in si. Et geminus proprie duos significat, vt in l. vna. C. de emenda. Iustina. Codic. l. omnes. 2. C. de feriis. l. 3. §. si eum. ff. de liber. homi. exhib. Gemini ergo dicuntur, qui vno partu & vno die nati sunt: qui si duo tantum fuerint, gemini vocantur: si tres, tergemini dicuntur: & ita deinceps. l. antiqui. ff. si pars heredita. pet. Et frater vel soror gemina, quæ eodem partu nata est, licet duo nati fuerint plures uel. l. vtrum. in princ. ff. de reb. dub. vt est apud Liuium lib. 1. ab vrbe condita, de tergeminis fratribus.

Mulieres in partu pleraque moriuntur.

Frater vel soror gemina quæ.

Ista profunt, si concedatur priuilegium mulieribus, quæ ter enixa sunt, vel his quæ tres habuerint filios: sufficit enim vno partu eos habuisse, vt hic. Hi quoque filij proderunt etiam Romæ patri ad tutelæ excusationem. §. 1. In si. de excusa. tutor. etiam in muneribus publicis. l. 1. C. de his qui numer. liberor. se excusant, lib. 10. & quamuis olim si mulier ingenua ter non peperisset, vel liber tina quater, non succedebat naturali filio suo: hoc tamen hodie impium credit imperator, & correctione dignum, quid enim peccauit mulier, si non plures, sed paucos peperit filios: sed nos constitutione ad senatusconsultum Tertullia. in Instit.

Mulieri ter enixa quid proficiat.

Ita per istum tex. paria sunt inferre tria vulnera separatum, vel vno ictu: de quo tamen tradit Bart. in l. si gemina. ff. arbor. furtim casar. & abunde Alber. in tracta. statutor. in 2. parte q. 32. incipien.

Vulnera tria inferre vno ictu, vel separatum, id est.

Quarta quaestio fuit, & q. 38. qua incipit, Septima quaestio. ac Bal. consil. 484. antiqui. in 3. vol. & consil. 433. punctus talis est. in 5. vol. facit l. nunquam plura. ubi addidi. ff. de extraordi. criminib.

IDEM LIB. II. AD LEGEM Iuliam Papiam. Lex cxxxviiij.

Hereditatis appellatione bonorum quoque possessio continetur.

Hereditatis appellatione in odiosis continetur bonorum possessor.

Bonorum possessio continetur appellatione hereditatis, & bonorum possessor heredis appellatione. l. in conditionibus. §. si patronus. de conditio. & demonstra. ff. Et cum hodie ex nouis constitutionibus adhaeretur, dicerem etiam in odiosis & poenalibus heredis appellatione contineri bonorum possessorem, cum videlicet vtriusque idem sit effectus, & solo nomine differant inuicem. l. §. bonorum. ff. ad Trebellia. doct. in l. i. de vulgari. in l. puerem. C. de iure deliber. l. in l. emancipata. C. qui admitti. quas nominum differentias & vanas subtilitates maxime in Francia parum curamus. itaque vidi emancipatum patri habenti multa bona succedentem, qui filius genero suo dotis nomine, hereditatis sibi obuentam tertiam partem donauerat, condemnatum ad dandum, licet diceret hereditatem sibi non obuentam, sed bonorum possessionem. cum hereditatis appellatione per hunc tex. comprehendatur bonorum possessio.

Donatio facta de quarta parte omnium bonorum, quae bonis concinuit.

Imo fortius dicendum, quod si quis donauerit quartam hereditatis suae partem favore matrimonij, vel alias, quod intelligitur de bonis, quae tempore mortis erunt: quae si creuerint a die donationis, proderit donatario, quia viuens non habet heredem. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulgari. si quidem intellexit de bonis tempore mortis: cum non dicatur hereditas viuentis. l. ff. de heredita. vel actio. vend. & facit l. cum queritur. C. de inoffic. testam. Et in generaliter in istis vniuersalibus, vt grex, hereditas, peculium, & similibus, mortis semper inspicitur tempus. l. grege. & l. peculium. ff. de lega. 2. Secus si per verba specialia donatio facta fuisset, vt dono centum aureos: vel per verba generalia, vt bona mea, Gallic. mes biens: tunc enim inspicitur tempus donationis, vt non alia bona, quam quae tempore praefatae donationis habebat, data censentur. quod enim non datum habebat, poterat donare. probat l. si vniuerso. C. de lega. l. traditio. ff. de acquir. rerum domi. Et pro hoc text. est expressus in l. si ita. ff. de auro & argen. lega. Expresse ista, corrupte tamen tradit Petrus de Bella Pertica q. 415. & singul. Alex. consil. 25. in 7. vol. Imo etiam si quis confirmaret in testamento, vel in secunda donatione causa mortis ea, quae prius sic donauerat, non venient nisi quae erant tempore donationis prima, per text. singular. in l. Aurelius. §. testamento. ff. de libera. lega. secundum Roma. singul. 497. tex. in l. si ita, &c. & Consil. in verb. mens. Quae notanda sunt & vsu forensi quotidiana.

VPLIA. LIBRO SEPTIMO. Lex cxxxix.

Aedificia Romae fieri etiam ea videntur, quae in continentibus Romae aedificiis sunt. Perfecisse aedificium is videtur, qui ita consummauit, vt iam in vsu esse possit.

Detur, qui ita consummauit, vt iam in vsu esse possit.

Duo continet dicta hic text. secundum est ibi, Perfecisse. Sensus primi dicti est, quod aedificia Romae censentur fieri, si in continentibus fiant, Et Romae aedificia habere videntur, qui ea in suburbis habent, licet intra muros vrbis non sint. Vnde gl. insert ad statutum Rom. quo cautum erat, quod habens aedificium Romae cuius Romanus sit, dum habeat in continentibus & suburbis: ciuiumque Roma. priuilegiis vteretur, vt supra dixi in d. l. 2.

Quod prodesse potest ad casus sequentes. primo prodest ad statutum, quo cautum vt si quis habeat domum Paris. efficiatur burgenfis, & ciuis Parisiensis. hoc intelligite vt hic, siue habeat intra muros, siue in continentibus aedificiis, veluti in suburbis sancti Marcelli, Germani, aut aliis: sicque gaudebitis priuilegiis Paris. nisi sit exterus, vt scripsi in l. recte. supra eod.

Vbi postquam res ita fert, non alienum esse putauit quaedam hic inferere priuilegia nobilissimi temporij Parisiensis. Primum si debitor alicuius ciuis Parisiensis commiserit crimen, propter quod bona eius sint confiscata Regi vel alteri domino, praefertur creditor Parisiensis Regi & omnibus in suo debito, nisi in crimine laesa maiestatis. Et hoc est iuri conforme ac rationi, vt patet in rub. poenis fiscal. creditorem praefertur, lib. 10. Tamen sine hoc priuilegio procurator fiscalis alibi praefertur caput: & pro eo fuit (vt refert Gallus) iudicatum in quaestio. per aresta q. 8.

Item quod conuictum mulieris dimidia pars, quam ex consuetudine habet ex bonis acquisitis durante matrimonio, aut ex mobilibus vtri, nunquam cenetur confiscata ob mariti viciuque crimen, excepto crimine laesa maiestatis, vt in priuilegio continetur: nec quidem excipitur haereticis. Itaque dimidiam partem mulieris non esse confiscatam propter haereticum mariti, concludit Didac. de Segura. in trac. de bonis lucratis constam. matrim. nam odio & crimine alterius non debet praegravari. l. si quis in suo. C. de inoffic. testa.

Aliud priuilegium Paris. habent, quod possunt sistere, & (vt vulgo dicunt) arrestare bona suorum debitorum extraneorum, necnon debitorum debitoris. imo & debitores alterius ciuitatis habentes simile priuilegium porerunt Paris. arrestari, etiam antequam factum fuerit praecipuum de soluendo, vt fuit in senatu prolatum anno 1527. die 23. Maij contra domi. de Montcheuen. Et plura scripsi in trac. de liter. obligator. sigillo Regio signatis, artic. 6.

Aliud priuilegium, quod Parisienses nobilium gaudet priuilegiis, & possunt tenere feuda, retrofeuda, & franca allaudia, quae vocamus, vt vidi inter Parisiensi. priuilegia non solum Paris. sed vbi que in Francia.

Item merces quae ad Parisienses deferuntur, non possunt capi ex aliqua causa in itinere ab eo loco a quo inceperunt deferri ad hanc ciuitatem: potissimum animalia quae victus gratia ad Parisios conducuntur, ab eo scilicet tempore quo empta sunt a mercatoribus, & tradita duci coeperunt, capi non possunt, debent tamen ipsi mercatores ante huiusmodi captionem declarare, quod ea causa animalia comparabant, vt ad ciuitatem Parisiensi. ducerent. quod si postea alibi vendantur, sisco applicabuntur praedicta animalia. Quibus omnibus priuilegiis & aliis multis fruuntur habitantes in vrbe domicilium, vel in suburbis, etiam si tantum

Priuilegia concessa Parisiensibus.

Conuictum pars dimidia non confiscatur ob delictum mariti.

Arrestum.

Parisienses gaudet priuilegiis nobilium.

Merces ad Parisienses delatas capi non possunt.

Lex cxlvij.

In tit. de verbor. signific.

si tantum per annum moram ibi traxerint, tum maxime studentes, vt scripsi inter scholasticorum priuilegia, 125. & seq. videte quae dixi in l. 2. supra eod. vbi limitationes tradidi.

Statuta ciuitatis extenduntur ad communiter. Huic l. 139. inferitur de claratio l. 147. qui in continentibus.

Postremo statuta ciuitatis extenduntur ad communiter ciuitatis, ita per hunc text. consuluit Panor. consil. 52. in quaestione. 2. q. vol. 2. scripsi in l. 2. supra eod. Et quia l. qui in continentibus, infra eod. maxime conuenit & quodammodo annexa est huic proposito, commodissimum esse putauit eam cum sua declaratione huic transferre.

HERENNIUS LIBRO III. ad edictum. Lex cxlvij.

Qui in continentibus vrbis nati sunt, Romae nati intelliguntur.

Priuilegia collegij Henrici.

Natus in suburbis Romae, natus Romae intelligitur. Idem in natis quibuslibet aliis in ciuitatibus & locis. Quod potest ad sequentia prodesse.

Primo, statuto collegij Heduenfis Paris. & aliorum fere collegiorum est cautum collegiatos seu burfarios natos esse debere in oppido Annoniaci, vel in ciuitate Viennae: sufficit ad burfam consequendam quem natum esse in continentibus aedificiis & suburbis horum locorum, vt hic. si tamen duo concurrerent, quorum vnus intra ciuitatem ipsam natus esset, alter in suburbis, tunc ad alias qualitates esset recurrendum, vt nempe doctior praefertendus sit, & pauperior: quemadmodum statutis eiusdem collegij exprimitur. Itaque natus in suburbis Parisiensi. potest dici Parisiensi. Bald. in c. fi. de offic. iudic.

Secundo si statuto caueatur, quod nullus sacerdos recipiatur in collegio, nisi qui natus sit in ciuitate: si tamen fuerit natus in castro, vico, vel municipio subdito ciuitati, censetur eiusdem ciuitatis ciuis, & recipiendus erit, per istum text. & l. qui ex vico. ff. ad municipal. glo. & ibi Perusi. in c. 1. §. 1. col. 2. de vsur. in 6. vbi per illum text. inquit non posse aliquid dici alienigenam, qui sit natus in alio fundo, dum is fundus sub eodem fit immediate domino. Bar. & Bald. in l. 3. C. de natural. liber. nam appellatione ciuium veniunt illi de districtu, communitate, & territorio. Panor. & alij in c. Rodolphus. de rescrip. c. conquestus. de foro competen. Albert. Brunus in trac. de statu. excluden. foemi. artic. 6. & in verb. collegium. q. 3.

Appellatio ne ciuium veniunt illi qui sunt in districtu.

Parochiales ecclesiae in suburbis sunt affecta graduatis.

Tertio parochiales ecclesiae in suburbis ciuitatum sunt affectae viris graduatis, & qualificatis, ac si essent intra muros ciuitatis, vt scripsi in §. statuiimus. 2. de collatio. in concordia. & in tracta. nominatio. q. 16.

Quarto facit ad legem Regiam huius Regni a Francisco Rege editam, artic. 1. in titul. des registres des baptesmes, in constitutio. Reg. vbi scripsi, in 2. tomo. vbi statuit Rex, vt fiat descriptio, quam vocat regestum baptisimi, in quo describuntur omnes baptisati cum anno, mense, die atque hora dicti baptisimi, quod facilius quorumcumque natiuitas probari possit: ad instar veteris cuiusdam statuti ab Anton. Philosopho editi, scilicet Romae quorumcumque ciuium liberos natos profiteri apud praefectos aetatis Saturni, in prouincijs vero apud tabularios publicos, quos ad haec rem instituerat.

Aetas in sacramento qua sit necessaria. Aetas qua

Quintus effectus quoque praefatae ordinationis erit, vt probetur aetas viginti quinque annorum, quam attingisse debet quis, priusquam beneficium curatum possit consequi. c. cum in cunctis. §. in feriora. de electio. Ita quoque 20. annorum aetas de-

sideratur, vt tuto possimus contrahere, ne sit locus restitutioni, vt per totum titul. ff. de mino. Ea igitur sanctio proderit ad hanc aetatem probandam, necnon eam, quae requiritur ad matrimonia, professionem, testamenta & alia. Dura tamen videtur haec lex & nimium aperta bastardis, qui malent clandestinos parentum coitus celare, quam illegitimam eorum prolem omnibus pareferi. Verum ita visum est generaliter faciendum esse de omnibus ad subleuandam harum natiuitatum probationem. In spurijs tamen & vulgo ratis sufficere nomē apponi matris, & pueri baptizati, & susceptoris vtriusque, quos nos paternos dicimus. In mentem venit fera potius, quam humana harum aetatum obseruantia in Helleponto, vbi sexaginta annos excedentes necant, ne fortium virorum cibaria consumant, teste Alexand. lib. genial. 3. ca. 2.

requiratur in contractu.

Sextus effectus est quoad militiam. glo. singula. in §. 1. de pace tenenda & eius violator in verb. a decimo octauo. quam ponderat Roma. singul. 122. vltimo, &c. vbi non ante decimum octauum annum cogendus est quis ad pugnam. Et plenius cuius aetatis esse debeant, scribit idem Alexand. lib. genial. 1. cap. 22.

Quando quis milita re cogitur.

Septimo prodest haec lex ad consequendum beneficium, quod alius extra ibi natus, habere non possit. arg. l. 2. vbi doct. C. de his qui veniam aetatis impetrauer. & doct. in c. 1. de homicid. in 6. videte quae scripsi in l. Neratius in fi. supra eod. Et iste suburbanus habebit priuilegia ciuium Parisiensi. quae notauit in l. aedificia. supra eodem. Et vide quatuor matriculas, quas curatus habere debet, in tract. meo de decimis. quaestio. secunda, in fine.

Curatus debet habere quatuor matriculas.

Octauo ad tutelam. l. Titius. §. Romae. ff. de excusa. tutor. vbi eos Romae datos tutores dicimus, qui a praefecto vrbis, vel a praetore, vel in testamento Romae confecto, vel in continentibus aedificiis dati sunt: necnon ad alia similia poteritis extendere, maxime ad §. 1. de excusatio. tutor. in Insti. de eo videlicet, qui tres liberos Romae habet, vt excusandus sit a tutela, si in prouincijs quinque, vel in Italia quatuor.

Nono poterit hic suburbanus ad officia ciuitatis recipi, tanquam ciuis, & consul creari, vel scabinus: si tamen haberet domum in ciuitate, & habitaret ruri, nisi maiore anni parte in ciuitate habitaret, non reciperetur ad munera ciuitatis, per text. in l. cum de Ianionis. §. Sabinus. ff. de fund. instruc. vbi Alberic. hoc expresse decidit. & per rub. C. ne rustica. ad vllum obsequium aduocentur. li. 1. §. interim. ibi, vniuersi nobiliores, ciuitatum habitatores, in authen. de defensor. ciuita. colla. 3. hoc etiam concludit Boer. in decisio. Burdegal. q. 272. habitantes.

Suburbanus potest ad officia recipi.

Decimo mandans occidi Christianum per assassinum puniendus est poenis contentis in c. 1. de homicid. in 6. Ad probandum illum esse Christianum conuenient probare ex illo regesto, vt hic: quod faciet vbique fidem, teste Ioan. Andr. in additio. ad Specula. in tit. de editio. instrumen. §. nunc dicendum. in fi. additio. magna.

Mandans occidi Christianum per assassinum puniendus est.

Lex cxxxix. AEDIFICIA.

§. Perfecisse aedificium is videtur, qui ita consummauit, vt in vsu esse possit.

Redeundo ad l. aedificia. vnde fueramus digressi, vult hic §. Perfecisse aedificium videtur is, qui illud

consummavit, vt iam eo vti possimus, tali vsu, addit Alcia. ad qualem parerfamilias destinavit. Alias quodlibet imperfectum adificium in vsu esse potest, secundum eum. At ego putarem non esse quidpiam ad tex. addendum. l. Gallus. vbi doct. ff. de liber. & posth. nam adificium imperfectum, non dicitur consummatum, Tex. igitur dicit eum videri perfectum, qui ita consummavit, vt iam in vsu esse possit. Etenim si consummatum fuerit, videtur perfectum, vt in vsu esse possit. Ad quod miror gl. nec Alcia. aduertisse. Et quamuis parerfamilias ad alium vsum transtulerit, quam destinauerat, non minus censetur perfectum: cuius contrarium sequeretur ex mente Alcia.

Adhuc particula per denotat perfectionem. in l. vrbana. §. pernoctare. eod. Ob id perfectum dicitur opus totum factum. l. rei appellatione. §. opere perfecto. supra eod. Vnde qui pronisit perficere domum, coeptam depingi, quamuis pictura non sit de substantia domus, nihilominus cum ea depingere coeperit, promittens consummare, picturas quoque absoluerit censetur promississe, secundum glo. & Cepol. hic. de his scripsi in l. impense. supra eod.

A simili volunt quidam doctorem, qui consuleret, postulare, vel interpretari iura nescit, non videri perfectum studium, per hunc tex.

Sed quero in fabro, qui promisit sub certo pretio adificium perficere, an pecunia sit eidem antea praestanda? Respond. coventionem imprimis inspiciendam esse. glo. in l. eodem. C. locati. Et ea cessante, regionis attenditur consuetudo. l. excepto. illo titul. Quae consuetudo si non appareat, praestabitur pensio in fine locationis. talis enim conductor non nisi postquam dictas operas compleuerit, videtur contractum ex parte sua impleuisse; ergo non ante poterit agere. l. qui hoc anno. ff. de verb. obligat. facit l. Iulia. §. offerri. de actione. empti. nisi praefata coventio esset de operis singulis diebus praestandis: tunc enim pretium foret in fine cuiusque diei persoluendum. d. l. qui hoc anno. plene scripsi in scholasticor. priuileg. 7. vbi etiam dixi, quod si facta sit conductio pro ecclesia construenda, vel adificio, aut alio magno opere, non spectandam esse operis perfectionem: sed conductori in construendo merces erit praestanda, maxime quando vult satisficere de pecunia illa expendenda ad illud opus. tex. singular. in l. insulam. §. ff. loca. facit l. si vero non. §. ff. manda. secundum Roma. consi. 348. & Pyrrhum in regul. in omnibus obligationibus. ff. de reg. iur.

Alias regulariter dicitur contrarium: nec refragatur l. i. ff. de orig. iuris. in gl. allega. quia licet principium dicatur potissima pars, non tamen dicitur absoluisse, qui tantum incepit.

Minus obest l. & si non sint. §. infecti. ff. de auro & argen. legat. vbi argentum coeptum dicitur quidem factum, sed non perfectum, vt hic dicitur, quia non est consummatum.

Nec obstat, si dicatur, operis appellatione contineri perfectionem: ergo superfluum additur hic verbum, perfectum. Respond. nullam hinc superfluitatem resultare: sed quia non semper exprimitur opus, quod generalior sit decisio nostri tex. additur hoc verbum perfectum. videte alia in d. §. opere.

Itaque perfectum dicitur completum, consummatum, quod ex omnibus suis partibus constat. l. i. ff. de orig. iuris. Nec perfecta videri possunt ea, quae non perfectionis ordine complentur. ca. nihil. §. 1. 7. q. 1. Illud tamen potest dici perfectum in conventionibus & pactis, quando iuxta conventionem partium est completum. d. §. opere.

Per particula denotat perfectionem.

Doctores qui nescit consuleret vel postulare, non videntur studium perfectisse. Fabro qui promisit adificium perficere sub certo pretio an pecunia sit praestanda.

Principium dicitur potissima pars.

Perfectum quid dicatur.

Vnde venditio perfecta tribus modis dicitur. Primo facta coventione & conclusionem partium, vt amplius ab ea discedere non liceat. l. i. & 2. C. quod non liceat ab emptio. discedere. Et hoc modo conditionalis emptio dicitur perfecta. Inde perficere emptioem, dicitur Iurifcon. in l. cum seruo. ff. de contrah. empt.

Secundo modo perfecta dicitur emptio, quo ad periculum: & ita capitur in l. i. & per totum. ff. & C. de commod. & pericul. rei vend. vt post huiusmodi perfectam venditionem omne commodum & incommodum, quod rei venditae contingit, ad emptorem pertinet.

Tertio dicitur perfecta, quando res est tradita. l. si quis alienam. ff. de actio. empti. hoc nominatim scribit glo. in l. i. C. de pericul. & comod. rei vendi. & in princip. de emptio. & venditio. in Insti. quas glo. comprobatur Mattha. de Assict. in decis. Neapolita. q. 230. quondam. Et quando dicatur actus perfectus, docet Bar. in l. i. qui recip. in fin. ff. ex quib. caus. maior.

De testamento perfecto & imperfecto loquitur Iurifcon. in l. i. §. siue autem. ff. de tabul. exhib. tex. in l. hac consulti ssima. §. ex imperfecto. C. de testam. & in auth. de testam. imperfec. collatio 8.

Perficere, coeplere, adimplere. l. 2. §. omnes. ff. de iudic. ibi. plane & si perfecta legatione subsistant, conueniendos eos. & fructus perfecte, id est integre collectos scribit Iurifcon. in l. si eius. ff. de rei vindica.

Perfectum partum nasci posse affirmat Iurifcon. septimo mense, in l. septimo mense. ff. de statu hom. Perfecta adactus generaliter faciendos aeras est 25. annorum. l. i. & l. minor. in 3. ff. de minor. l. ad rempubl. de munerib.

Consummatus, id est perfectus. Consummo enim prima coniugationis pro perficere, compleo sumitur hic, & in l. usufructuarius nouum. §. i. ibi adificium inchoat. usufructuarius consummare non posse placet. de usufructu. Inde Iurifcon. ait proconsulem curare debere, vt si qua coepa sint adificia, consummarentur. l. si in aliqua. ff. de offic. proconsul. & legit. Voluntatis est suscipere mandatum, necessitatis vero consummare. l. in commo dato. §. sicut. ff. de commodat.

Consummato anno, id est reuoluto, finito. l. cum hi. §. cam transacionem. ff. de transacione. l. nam & Seruius. §. si viuo. ibi. nihil refert, quo tempore consummentur. ff. de negot. gest.

Hinc consummari viam ciuitate tenus, ait Iurifconsultus in l. si ff. de seruitu. rusticor. praedior. id est protendi, seu finiri in ciuitate. Et consummatum opus, in l. forma. §. quae post censum. ibi. intra finem operis consummati. ff. de censib.

Interdum consummatio pro collectione pretij cuiusque rei, vel pro collatione. l. si plura. ibi. si consule vniuersis mancipiis constitutum pretium fuerit, quod singulorum mancipiorum constituto pretio vniuersi tanti venierint, quanti ex consummatione singulorum fiebat. ff. de aedilit. edic.

Inde consummati gladiatores vocantur, qui rude donati gladiarum desunt: & publice alimenta capiunt, sicut milites emeriti. ita consummati milites vocantur a Iulio Frontino Stratagema. 4. quem etiam refert Caellius lib. antiq. lectio 6. c. 33.

Consumere vero cum simplici m, verbum est tertiae coniugationis, in nihilum redigere significans, vel expendere. l. cum hi. §. cam. ibi. repraesentatam pecuniam consumat. ff. de transacione. l. videamus. in fi. quod met. caus. l. si minor. 25. annis seruum. de minor. l. Pompeianus. r. in fi. famil.

Venditio perfecta tribus modis dicitur.

Actus perfectus quando dicitur. Testamentum perfectum & imperfectum.

Consummo verbum quomodo capiatur.

Mandatum suscipere est voluntatis, consummare necessitatis.

Consummatio pro collectione pretij.

Consummo personam, quib. denotat.

famil. eriscund. tex. in §. i. iuncta glo. Instit. de familia. tutor.

Stipulationem consummer.

Consumit stipulationem. E. si is qui ff. de procurator. id est tollit. Rati habitio enim domini tollit stipulationem alternatiuam, qua dominus poterat Stichum vel Damam, vtrum vellet petere: verum quia procurator alterum petierat, & dominus id ratum habuit, illa rati habitio consumit, & tollit illam stipulationem alternatiuam, & non poterat nisi deductionem in iudicium.

Actionem consumere.

Consumitur ex iustitiam, id est perimitur, quoties magna capitis deminutio interuenit, hoc est cum libertas amittitur. l. penul. ff. de var. & extraordinar. cognitio.

Consumere plus iusto tempore, est in actu im morari ultra quam deceat, vt soliti sunt commissarii. l. tempus. ff. de vaca. & excusa. muner.

Consumpti nummi, id est expensi, expositi. l. adhuc. §. i. ff. de usufruct. l. nam & si fur. & l. si ego. l. si certum peta. l. cum fundus. §. i. ibidem.

Consumere male.

Interdum Iurifcon. ait, male consumere. l. minor 25. annis adito praeside. ibi. easque videlicet pecunias male consumpsit. ff. de minorib. id est perperam exposuit, expendit.

Existimatio consumitur.

Consumitur existimatio, id est estimatio, quoties magna capitis deminutio interuenit, hoc est cum libertas amittitur. l. penul. ff. de var. & extraordinar. cognitio.

Consumere plus iusto tempore.

Consumere plus iusto tempore, est in actu im morari ultra quam deceat, vt soliti sunt commissarii. l. tempus. ff. de vaca. & excusa. muner.

Consumpti nummi.

Consumpti nummi, id est expensi, expositi. l. adhuc. §. i. ff. de usufruct. l. nam & si fur. & l. si ego. l. si certum peta. l. cum fundus. §. i. ibidem.

Consumi vsu.

Consumi vsu, id est tolli, seu minui. rub. de usufruct. earum rerum, quae vsu consumuntur, iuncta l. i.

Insula consumpta.

Consumpta insula, incendio combusta. l. & ideo. ff. de verbor. obligatio.

Consumptus flamma.

Consumptus flamma, id est combustus. l. scietiam. §. i. ff. ad legem Aquil. vbi mirabilis est casus de duobus transilientibus ignem, si coeurerint, & vnus combustus sit, alter teneatur.

Consumitur ultra modum.

Consumitur ultra modum, pro expenditur. l. at si quis. §. aequum. ff. de religio. l. rogasti. in fin. si certum peta.

P A V L V S L I B. S E X T O. Lex cxl.

Cepisse quis intelligitur, quauis aliis acquisierit.

Cepisse dicitur filius hereditatem, quam patri acquisiuit: & tenere videtur contra l. aliud est capere. supra eod. vbi qui est alteri restitutus, cepisse non videtur. Sed respondere Alciat. hic esse dissimilia: quia pater & dominus ex iure sibi subiecti hominis nituntur. l. qui hominem. §. quida. ff. de solutio. qui etiam potuit ius illud non agnosceret. l. cum proponas. C. de heredib. instituent. Sed is cui quis restituere debet, proprio iure nititur: & vt sibi restituatur, actionem habet. haec ille.

Capit ille, qui alius acquirit.

Ego clarius dicerem eum capere etiam, qui alius acquirit, si quidem eum taquam principium acquirendi consideramus, in quem pure & simpliciter translatum fuit dominium, absque vilo grauiamine restituendi alij. Quamuis enim lege disponente quaesita a filiofamil. vel seruo, patri vel domino acquirantur, & breui quadam manu transferantur: negari tamen non potest, quin aliquo saltem momento pure domini permaserint. absque grauiamine restituendi. Adhaec satis lucratum filij vel serui expleudo voluntatem suam, & alteri acquirendo. l. penul. vbi glo. ff. de condit. caus. data. Eorum enim multum interest habere

parentes vel dominos diuites: in aliis non querimus, cui ex post facto acquiratur. l. 3. §. hoc autem. ff. de legat. praestand. Vnde maritus, qui in hac patria acquirit dimidiam conquestuum partem vxori, dicitur cepisse, licet vxor illam dimidiam acquisierit. Sic & peruenisse generaliter dicitur ad te, quando in similibus per te alteri acquiritur. l. peruenisse. infra eod.

Sed in casu l. aliud est capere. supra eo. cum accipit quis, vt alteri restituat, cepisse non videtur: nam alteri non acquirit: sed is, cuius praeepto grauat est restituere. Et longa manu, cui sic tradenda res est, habere videtur ab eo, qui restituere iussit: medius vero hic nudus restituendi minister est. De his scripsi in l. aliud est capere. supra eod.

Cepisse non videtur, qui cepit, vt alteri restituat.

Ita quoque satisfactum videtur opinioni dicitur, quod improprie dicitur quis cepisse, quod aliis acquisiuit, per hoc verbum intelligitur fictionem denotans. §. i. de excusa. tuto. Insti. l. quonia. ff. de his qui no. in fam. vbi gl. & las. in l. nam hoc iure. ff. de vulgar. & l. i. §. si vir. vbi Claudia. de acquir. possess. & dixi in l. i. in fi. supra eod.

Imo vero proprie cepisse dicimus, vt d. l. aliud. Et quod verbum intelligitur proprietatem denotet, scripsi in l. i. supra eod. & in d. l. aliud. vbi alios significandi modos annumeravi.

Item accepisse rem non videtur quis ab eo cuius res fuit, sed ab eo qui vsucapionis occasionem praestitit. l. qui alienam rem. ff. de donatio. caus. mort.

Res non videtur capta ab eo cuius fuit. Cepisse non videtur, quod non dicitur.

Alias cepisse non videtur, quod non durat. l. si pro patre. §. verum. ff. de in rem verso. l. 2. in fin. quib. ex caus. in possess. ear. cap. 3. eod. titul. plene Hippol. in l. qui falsam. nu. 51. ff. ad leg. Cornel. de fals. post Barbaan. repet. ca. Raynaldus. col. 85. de testam. Reliqua potes repetere ex his, quae superius dixi in l. aliud.

V L P I A N V S L I B. S E P T I M O. Lex cxlj.

Etiam ea mulier, cum moreretur, creditur filium habere, quae exciso vtero edere possit: necnon etiam alio casu mulier potest habere filium, quem mortis tempore non habuit: vtputa eum, qui ab hostibus captus remeauit.

Duos casus tradit iste tex. in quibus mulier tempore mortis non habens filium, habere tamen potest. Primus, quando exciso ventre nascitur illi filius, de quo scripsi in l. anniculus. r. §. fin. supra eod. Et Hermenopol. sic habet: etiam ea mulier cum moreretur, creditur filium habere, ex qua secula prodiit infans. Licet enim verbum creditur in text. fictionem denotare videatur. l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci. l. filius. ff. de conditio. instit. tamen hic ego puto non importare fictionem, sed veritatem. vere siquidem habet eum tempore mortis, cu pro eo moriatur: sed non habet eum editu. Cum igitur quaerimus, an habeat: vere habet, sed nondum editum. Ita meo iudicio locus hic venit intelligendus: quamuis Alcia. contra, videlicet quod improprie videatur habere.

Secundus casus, quando tempore mortis matris erat filius apud hostes captus, & post mortem est reuersus: tunc enim contingit mulierem, quae filium vere habebat, iuris tamen fictione desierat habere, hoc casu retro semper habuisse censendam.

dam: & licet non in suo conspectu, nec ad suam voluntatem, vere tamen.

Mulier habens filium reuerfario, vere habere filium dicitur.

Donatio facta mulieri si habeat filios temporis mortis, quomodo intelligatur.

Aliud est, quid significat.

Aliud est, quid significat.

Aliud est, quid significat.

Aliud est, quid significat.

Aliud est, quid significat.

PAVL. LIB. VII. AD LEGEM Iul. Papiam. Lex cxlij.

Triplici modo coniunctos intelligimus. Aut enim re per se coniunctio coniungit, aut re & verbis, aut verbis tantum. nec dubium est, quin coniuncti sint, quos & nominum & rei complexus iungit: veluti, TITIVS ET MEVIVS EX PARTE DIMIDIA HEREDES SVNTO: vel, TITIVS MEVIVS QVE HEREDES SVNTO: vel, TITIVS CVM MEVIO EX PARTE DIMIDIA HEREDES SVNTO. Videamus autem, ne etiam si hos articulos detrahas, ET, QVE, CVM, interdum tamen coniunctos accipi oporteat: veluti, LVCIVS TITIVS, PVBLIVS MEVIVS HEREDES SVNTO EX PARTE DIMIDIA: vel ita, PVBLIVS MEVIVS, LVCIVS TITIVS HEREDES SVNTO, SEMPRONIUS EX PARTE DIMIDIA HERES ESTO: vt & Titius & Meuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis coniuncti videantur, LVCIVS TITIVS EX PARTE DIMIDIA HERES ESTO, SEIVS EX PARTE, QVA LVCIVM TI-

TIVM HEREDEM INSTITVI, ESTO, SEMPRONIUS EX PARTE DIMIDIA HERES ESTO: Iulianus dubitari posse ait, tres semisses facti sint, an Titius in eundem semissem cum Caio Seio institutus sit. sed eo quod Sempronius quoque ex parte dimidia scriptus est, verisimilius esse in eundem semissem duos coactos, & coniunctim heredes scriptos esse.

Iurisconsultus considerans mentionem coniunctionis in iure frequentem esse, declarat ob eam causam tripliciter hoc intelligi: vbi praeferendum est coniunctionem in iure multis modis sumi, vltra grammaticos & oratores.

Primo coniunctio dicitur consanguinitas: & coniuncti consanguinei vocantur, quasi eodem sanguine iuncti, teste Ioan. Andr. in declar. arbo. consanguinitatis in 6. allego. tex. in l. obseruare. ff. de offic. procons. ibi, si qua ei familiaritas sit cum provincialibus. Vel coniunctio, id est consanguinitas vel affinitas. Et coniuncti quandoque vocantur necessarii, vel necessariae personae, quod vnus consanguineus maxime sit alteri necessarius. l. 3. ibi, militi etiam pro necessariis sibi personis de libertate litigare permittitur. ff. de liber. caus. & l. benignius. ibidem.

Inde coniunctae personae dicuntur vsque ad quartum gradum, secundum Barba. in repetit. l. cum acutissimi. col. 61. C. de fideicommissar. Sed coniunctorum appellatione non veniunt spurij, teste Alexã. consil. 60. v. 1. colla. 3. vol. 2. & consil. 144. v. 1. statuto. col. 1. in 7. vol. nisi materia eis conueniret, & eadem vel maior in illis consisteret ratio. l. 1. C. de verbor. significat.

Secundo coniunctio vocatur matrimonium. §. 1. Insti. de iure natural. l. 1. in fi. ff. de iustit. & iure. ibi, hinc descendit maris & foeminae coniunctio, quam nos matrimonium appellamus. vulgo dicimus coniuncti par marriage, quia sit animorum coniunctio. l. nuptias. ff. de regul. iur. ca. sufficiat. cum seq. 27. q. 2.

Tertio coniungere est vnire vel copulare, quasi simul iungere: vt bonorum possessio habet eam modum & incommoda coniuncta. l. 1. ff. de bonor. possessio. & in rubr. de coniungend. cum emancipa. liber. & l. cum qui ita. §. qui sibi. de verbor. obliga. dicam in l. larã culpaz. in fi. infra cod.

Quarto coniunctio accipitur hic pro quadam congregatione. & quadam est coniunctio dictio num, vt quando vnus actus verbi regit duas diuersas dictiones: vt lego Titio & Seio talem fundum. his verbis vtitur Bald. consil. 362. quarritur à me. in princip. vol. 1. altera est coniunctio orationum, vt pote quando sunt duae orationes de eadem re cum copula: vt lego Titio fundum, item Seio eundem fundum. Bald. consil. 211. in 2. vol. Coniunctio vero locutionum est de diuersis rebus, vel personis: vt lego Titio fundum, ite Seio domum. Glo. triplicem hanc coniunctionem docet in l. quidam testamento. ff. de pecu. lega. quam probat las. in reper. l. re coniuncti. nu. 49. ff. de leg. 3. & ego inferius iuribus confirmabo, nil praetermittendo.

Sciendum est igitur, quod harum omnium alia est coniunctio legis: vt quando lex civilis vel pratoria simul vocat aliquos, vt pote plures filios, aut plures agnatos eiusdem gradus ad successione,

Coniunctio in iure multis modis sumitur.

Coniunctio pro consanguinitate.

Coniunctio pro matrimonio.

Coniungere pro copulare & vnire.

Coniunctio pro congregatione.

Coniunctio dictionum.

Coniunctio orationum.

Coniunctio legis.

cessionem, vel ad alia. l. si ex pluribus. ff. de suis & legitim. heredib. §. si plures. de legitim. agnato. success. Vel cum ex vnus persona peruenitur ad plures: veluti si institutus vnus plurium dominorum. l. seruis communis ab extero. ff. de acquir. heredita. vel si eidem fundus legetur. l. & Proculo. ff. de lega. 2. sed ibi non est coniunctio, vt inferius dicitur per illam tex. Bar. & alij in d. l. re coniuncti. in 1. q.

Coniunctio hominis.

Altera est coniunctio hominis, de qua hic: & est triplex, vt infra dicitur: quae fieri potest per copulam Et, Qve, & per solutam, vt in hoc tex. Et an possit fieri per collectiuam dictionem, vel distributiuam, seu aduersatiuam, scribit plene Barto. in d. l. re coniuncti. col. 2. & 3. ibi licet videre.

Coniunctio dicitur simpliciter, qui re & verbis est coniunctus.

Norandum est ergo, quod Iurisconsulti. vocant simpliciter coniunctum eum, qui re & verbis coniunctus est: at si velint exprimere de coniuncto re tantum, aut verbis tantum, communius vocant eum adiuncto, videlicet re aut verbis coniunctum. probat hoc l. 1. ibi, quasi solum coniunctum. ff. de usufruct. accrescend. in §. interdum. ibidem. Nonnunquam etiam coniunctus re, vocatur non coniunctus: ibi, interdum tamen & si non sint coniuncti, & ideo separatim relinquit dicitur, & separari dicuntur vtrique tam re tantum quam verbis tantum coniuncti, in l. penul. ff. de usufruct. accrescend. Re nempe coniuncti ideo separari dicuntur, quia vel verbis testantis, aut legis sit separatio: quod non fit in aliis. quandoque etiam vocantur disiuncti, in §. si eadem res. de legat. in Institutio.

Coniunctio interdum capitur generaliter.

Sed aduertendum est, quod interdum coniunctio generaliter capitur, & comprehendit etiam re vel verbis coniunctionem, maxime cum agitur de iure accrescendi: vnde usufructu legato ita inter fructuarios est ius accrescendi, si coniunctim sit usufructus legatus. l. i. de usufruct. accrescend. Ergo intererit, an dicamus coniunctum factum, & comprehendit in materia generali etiam coniunctionem verbalem: scilicet si de coniunctis loquamur, vt tantum coniunctus re & verbis intelligatur, per text. in l. Iulianus. ibi, & ideo coniunctim eos videri institutos. ff. de heredib. insti. l. liber homo. §. cum quis. & §. praecedent. ibidem. & superius dixi.

Si de coniunctis fiat mentio, intelligitur de re & verbis.

Ex quo inferitur, quod si in statutis vel consuetudinibus fiat mentio de coniunctis, de illis qui re & verbis iuncti sunt, intelligitur, & non de aliis, qui dicuntur cum adiuncto, & sic non proprie. Bar. in l. Lucius. §. qua situm. ff. de lega. 3. scripsi in interpreta. l. quod iussit. ff. de re iudica. Etiam per antonomasiam: sicut dicimus de iure in §. sed ius quidem. Insti. de iure natural. Quamuis las. & alij recentiores dicant coniunctum verbis etiam comprehendendi. Ita Paul. Castren. intelligit illum text. in l. plane. §. si coniunctim. ff. de legat. l. licet verius intelligi possit in re & verbis coniuncto.

Limitatur, quando aliter de mente constaret: aut si materia subiecta etiam hos comprehendere. per l. vnam. §. is ita. cum §. seq. C. de caduc. tollend.

Item quando primo fuisset expressus coniunctus verbis cum adiuncto, & postea simpliciter, tunc intelligi debet de illo coniuncto, de quo est proxime locutus. d. l. re coniuncti. in fi. secundum vnum intellectum. Et ista conducent ad intelligendum ea, quae statim dicuntur in hac l. valde difficili.

Coniunctio triplex re.

Nempe triplex hic describitur coniunctio. Quaedam enim est coniunctio re, per se: & hi re coniuncti vocantur in l. re coniuncti. ff. de lega. 3. nam & hos coniunxit ad societatem non consensus, sed

res. tex. in l. heredes. §. non tantum. ff. famil. eriscund. Ideoque per se coniuncti vocantur, vt dixi de usufructu in l. recte dicimus. supra eo. l. bona fides. §. latro. ibi, si per se dantem & accipientem intucamur. ff. de pos.

Coniunctio re & verbis.

Altera est coniunctio re & verbis. & hos re & verbis coniunctos vocat Iurisconsultus in d. l. re coniuncti. quos in medio descripsit. nam medium ab extremis capit: sicut participium partem ex vno, partem ab altero. quos superius coniunctos dici simpliciter diximus.

Coniunctio verbis tantum.

Alia est coniunctio verbis tantum: & qui sic coniunguntur, vocantur coniuncti verbis tantum: de quibus infra. Quae trimembri diuisio reduci potest ad bimbrem, vt quidam dicuntur re per se coniuncti, quidam verbis tantum, & mixtum sub his simplicibus veniat. sed doctrinae gratia haec tria expressit. Ita sapius apud Iurisconsultum reperies bimbrem diuisionem, vt in l. 2. ff. de verbor. obliga. & in l. 1. & 2. de vulgar. De modo dicam in l. maiore. infra cod.

Complexi quomodo capiuntur.

Nec dubium est, quin coniuncti sint, quos & nominum & rei complexus iungit. Illi enim proprie & sine dubitatione coniuncti dicuntur, per istum tex. quos & nominum & rei complexus iunxit. Complecti est simul amplecti, continere. nec potuisset Iurisconsultus proprio vocabulo loqui, veluti scripsi in l. 1. in fi. supra cod.

Et quamuis pleraque definitiones huc conentur afferre doctores, eam tamen omnium optimam definitionem coniuncti re & verbis esse putarem, quae hic inseritur, eamque pro omnibus satisfaccere. An vero lex edi possit de re non dubia, dixi in l. inter publica. supra cod.

Que in praefationibus dicuntur, in sequentibus repetita censentur.

Veluti, Titius & Meuius ex parte dimidia heredes sunt: vel ita, Titius Meuiusq, heredes sunt: vel ita, Titius cum Mevio ex parte dimidia heredes sunt. Hic tria subnectuntur exempla de coniunctis re & verbis: primum de dictione, Et: secundum de dictione, Que: tertium de dictione, Cum. Et ista tria coniungunt, vt infra dicitur. Et secundum exemplum non exprimit de dimidia parte hereditatis, eo quod in primo & tertio mentio est habita dimidiae partis, vt tenet Zasius. nam quae in praefationibus dicuntur, in sequentibus repetita intelliguntur. l. Titia. ff. de verbor. obliga. l. item quia. §. si. ff. de pact. sed exemplum medium etiam, de dimidia intelligitur, secundum eum. Sed hoc mihi non placet, quod supplicamus dimidiam, nempe eum Iurisconsultus in duobus exemplis repetat dimidiam, ita in secundo repetisset si voluisset, maxime in exemplis quae facilius tantum interpretationis causa introducuntur. sed ideo non expressit dimidiam ibi, quia vult demonstrare coniunctionem re & verbis posse fieri tam in dimidia parte hereditatis, quam in tota: ideo ponit exempla de dimidia, videlicet primum & tertium, & vnum de tota hereditate. vbi nihil exprimit de parte, at simpliciter dicit, Titius Meuiusque heredes sunt. Et sic erit coniunctio in tota hereditate: & re & verbis coniuncti in ea dicentur. Idem in sequenti exemplo de soluta: nempe tunc etiam intelliguntur coniuncti in tota hereditate. verum tamen erit differentia. nam vbi sit mentio dimidia, heredes duo coniuncti non habebunt nisi dimidiam hereditatis partem: sed vbi non est mentio dimidia, vt Titius Meuiusque heredes sunt, tunc ipsi coniuncti totam hereditatem ex institutione habebunt. Siquidem in dubio videtur quis in totum institutus. l. 1. §. si ex fundo. ff. de heredib. insti.

Ita dicitur.

Ita. Haec dicitio denotat Sic, quasi verbis sequentibus. Et denotat modum. l. Titio centum. ita vt fundum emat, legata sunt. & §. 1. ff. de manumiss.

testam. quod est verum, si iungatur dictioni Ut, sic dicendo: Pamphilus liber esto, ita ut filiis meis rationem reddat. Secus si iungatur dictioni Si, ut Labeo scribit: Simili bibliothecam ita vendideris, si decuriones Campani mihi vendidissent. l. Labeo 3. ff. de emptio. Interdum ita est, pro idem est. l. fructus. in fi. ff. soluto matrimo. ibi, & ita est. vbi glo. exponit pro similiter:

Ita demum. Ita demum, id est non alias, quam hoc certo modo: vulgo dicimus non autem. l. si quis ex argentariis. §. ex hoc edicto in id quod interfuit, actio competit. vnde apparet hoc edicto ita demum teneri, si ad eum pertinet. ff. de edend. Et si quis iniquum ius aduersus aliquem impetrauerit, ipse eo iure vtatur, ita demum si per postulationem eius hoc euenerit. l. 3. ff. quod quisque iur.

Videamus autem, ne etiam si hos articulos detrahatur, Et, Que, Cum, interdum tamen coniunctos accipi oporteat. Hic quaerit, an soluti, vel sub soluta oratione vocari possint coniuncti dici: quod non videbatur, cum coniunctio per Et, Que, & Cum fiat. sed text. iste dicit interdum: & exponit Zasius, id est interim. quae expositio non placet mihi. Ideo dicere, quod soluta interdum, non semper coniunctim accipitur, quemadmodum sequentia declarant exempla: quod vero etiam separatim capiatur, patet in l. saepe. supra eod. & postui regulam in l. alienationis. in fi. supra eod. Ponderemus igitur hoc verbum Interdum in tex. positum, innuens solutam huiusmodi orationem non semper coniunctionem denotare, sed in hoc sequendam esse mentem testantis, vt in l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonstra. & docui in l. alienationis. supra eod.

Item quamuis Iurifconf. interrogatiue procedat, hic tamen quaestionem decidit. Et est phrasis Iurifconf. propria, vt saepius per verbum Videamus, vel alid Videndum est, quaerant, & nil aliud decidant: sed tunc eo modo quo quaeritur affirmatiue vel negatiue per hoc verbum Videamus, censetur responsum prout quaesitum fuit, vt hic. Et idem in l. si. ff. de seruitutib. rustico. praedior. l. cum fundus. §. seruum tuum. si certum petat. l. in rebus. §. sed videndum. commodat. l. si. de eo quod certo loco. l. quod saepe. §. si res. de contrah. empt. l. si indebitum. rem ratam haber. & l. venditor. 2. de heredita. vendi. l. in l. Barbarius. nu. 19. ff. de offi. prator.

Iurifconf. Diuersum est, quando Iurifconf. refert opinionem aliorum: tunc si nullam approbet, vltimè stare viderit. tex. & ibi glo. in l. qui filius. §. Sabinus. ff. ad Trebell. l. bonafides. vbi Bar. & alij. depositi. l. si idem. de iurisdic. omnium iudic. nisi prima esset aqua: tunc enim potius ei foret adhaerendum. glo. in l. si cum exceptione. §. Labeo autè. in verb. omnimodo. ff. quod met. causa. Alia de hoc verb. Videamus scripti in l. ostentum. supra eod.

Articulos. Hic Iurifconf. coniunctiones, seu dictiones articulos vocat, metaphora sumpta à rebus animatis. nam sicut in his iunctura iuncturae additur, & vocatur articulus: ita per coniunctionem oratio conuectitur, quemadmodum Cicero ad Herennium ait: Articulus dicitur, cum singula verba interuallis distinguuntur. Cetera oratione pro dictione in l. hoc articulo. ff. de heredib. inst. Capitur interdum pro casu, vel loco, seu capitulo. l. non possunt omnes articuli sigillatim comprehend. ff. de legib. vbi pulchre Bal. Et in multis iuris nostri articulis deterior est conditio feminarum, quam masculorum. l. in multis. de statu ho. Gomef. in c. 2. nu. 6. de rescrip. in 6.

Articuli etiam à dicanicis vocantur capitula, quae prolixius ducunt & complectuntur actoris

petitionem, nec non rei exceptionem. gl. & doct. in c. 2. in verb. articulis. de testib. lib. 6. & formam horum articulorum conferbit Specula. in tit. de teste. §. nunc videndum. vbi Ioan. Andr. in addit. ait, quod ars articulandi inter causidicos summum tenet gradum in curia Roma. maxime in beneficiabilibus. Et caueant curiam intrantes, quantumcunque sint magni Iurisperiti, ne suo capite in principio suo hanc artem assumant, sed antiquis aduocatis adsistant, vel secum habeant procuratores expertos.

Hinc articuli quidam vocantur impertinentes, qui nil ad rem faciunt, vel contra ius concepti sunt, & non debent recipi. l. si duo. §. item Iulianus. vbi Bar. & doct. ff. de iureiur. l. ad probationem. C. de proba. c. 2. de testib. in 6. Alij sunt noui, vel primis contrarij, de quibus in l. per hanc. C. de tēpor. appella. clem. 2. de testib. Bal. in margar. in verb. articulus.

Veluti, Lucius Titius, Publius Meuius heredes sumro ex parte dimidia. Primum exemplū de soluta oratione, efficiente quem re & verbis coniunctum in illa dimidia, ac si copula interuenisset, propter mētem disponentis. Et Zasius in huius legis interpretatione, quia tūm hic de media hereditatis parte dispositum esse videt, suppleendum esse censet quendam in alio femisse heredem institutum fuisse. Quod supplementum ad text. parum esse necessarium existimarem: quinimo putarem Iurifconsultum hic non sine mysterio omisit loqui de altera dimidia: nempe quod voluerit eam satis comprehendi iure accrescendi sub dispositione praefata dimidia in tex. expressa, ad ostendendum ius accrescendi sequi coniunctionem.

Vel ut, Publius Meuius, Lucius Titius heredes sumro, Sempronius ex parte dimidia heres esto: vt & Titius & Meuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis coniuncti videantur. Hic secundum est exemplum de soluta, demonstrans coniunctionem re & verbis inter Meuium & Titium in dimidia, licet nulla intercesserit copula: & quamuis tex. nil dicat de Sempronio, tamen arbitrator quod is coniunctus sit re cum Meuius & Titio, eumque dimidiam partem hereditatis habere: sed non verbis coniunctus, vt Meuius & Titius: quia non est in complexu orationis, sed est in alia oratione: sicque non potest dicere simul & verbis coniunctus, vt in princip. huius tex. dictum exitit.

Lucius Titius ex parte dimidia heres esto, Seius ex parte, qua Lucium Titium heredem institui, heres esto, Sempronius ex parte dimidia heres esto. Iulianus dubitari posse ait, tres semisses facti sint, an Titius in eadem semissem cum Caio Seio institutus sit. sed eo quod Sempronius quoque ex parte dimidia scriptus est, verisimilius esse in eundem semissem duos coactos, & coniunctim heredes scriptos esse. Cōtinuat hic Iurifconf. declarare coniunctionem: nempe Lucius Titius & Seius sunt re & verbis coniuncti in vno semisse, id est in vna dimidia hereditatis parte: & hoc vult dicere text. coactos, & ibi coniunctim heredes scriptos. nam licet non vnica oratione sint cōplexi, tamē in eadem dimidia per orationem soluta scripti sunt, vt patet ibi, ex parte qua Lucium Titium heredem institui, heres esto.

Item his tribus exemplis vult probare Iurifconf. coniunctionem sine copula fieri posse, ac si copula adiuncta esset: & hoc vult glo. hic intelligendo totam hanc legem loqui semper de cōiuncto re & verbis simul, non vero de coniuncto re tantum, aut verbis tantum.

Nec censetur testator reuocasse Titij institutionem, sed Seium cum Titio ad eandem partem vocasse. l. Iulianus. ff. de heredib. instit. idem si dicatur: quod Titio legauit, idem Seio do, lego. §. si eadem

nicos quomodo capiuntur.

Articuli impertinentes qui.

Vtilitates ex hac lege.

Coniuncti habentur loco vnius personae.

Substitutio reciproca censetur facta secundum ordinem personarum.

Ius accrescendi habet locum inter coniunctos. Appellatio vnius in cōiunctis alijs prodest.

Coniuncti sine copula.

si eadem. de lega. in Insti. diuersum foret, si diceretur: quod Titio legauit, id Seio do, lego. nam hoc casu pronomen id, substititio positum, efficit vt adempta res censatur à primo: & cum ad totam referatur, non patitur ambos concurrere. l. sicut. ff. de adimend. legat. Secus est in pronomine Idē, quod inclusam (teste Valla) habet copulam, & ad genus potius quam ad substantiae speciem referatur. l. 3. vbi glo. C. de negot. gest. l. si dominium. de iniur. Alcia. refert in li. 7. parerg. ca. 8. Et per supra dicta cōtextum huius legis alioqui difficilimum explicatu puto.

Ex quibus inferuntur effectus & utilitates huius coniunctionis sequentes. Prima, quod coniuncti vocantur in vnam & eandem portionem. l. Titius. r. ff. de heredib. instit. l. si quis Titio. ff. de usufruc. accresce. nisi fuerit dictum aequē, vel viriles partes habeant. l. interdum. ff. de heredib. institu. Secūda est, quod cōiuncti loco vnius personae habentur. l. plane. r. in princ. ff. de lega. r. vbi glof. hoc exponit, id est vt id solum ambobus praestetur, quod vni soli praeretur.

Et ideo cum hi litigant, tenentur omnes vniciū constituitur procuratorem, & per vnum aduocatum postulare. l. quod si nolit. §. si plures. ff. de adilit. edic. & ita feruar praxis Francia, vt scripti in commentar. confitit. Regiar. in r. tomo, tract. de liter. obliga. artic. 5. glo. 7.

Tertia, quia substitutio reciproca facta ceterum secundum ordinem coniunctionis. Vnde qui discretas portiones coniunctis pluribus separatim dedit, ac post omnem substitutionis ordinem ita scriptit: Quos heredes meos inuicem substituo: coniunctos primo loco vice mutua substituere videtur: quibus institutionum partes non agnoscentibus, ceteros omnes coheredes admitti. l. coheredi. §. qui discretas. ff. de vulgar. pro cuius tex. intellectu videre Alexand. consil. 66. in 2. volu. & Dec. consil. 186. & 304. post Bal. consil. 281. in 1. vol. ac Barba. consil. 35. col. 3. in 1. vol. & l. as. consil. 143. vol. 4. ac in l. C. de impuber.

Quarta, quod inter coniunctos habet locum ius accrescendi, vt in d. l. re coniuncti. Alia dicam inferius ad intellectum huius materiae.

Quinta, quando coniuncti sunt condemnati, vnus appellatio alijs prodest, vt in l. i. & 2. C. si vnus ex plurib. appellat. Sed octo requisita ad hoc tradunt Panor. & Praepos. in c. vna sententia. de appella. Quod tamen hodie non feruatur in Francia. Ita sententia lata pro vno in parlamento nō proderit alijs, nisi parte quoque aduersa audita: aliam enim forte defensionem afferre potest, vt in stylo parlam. in r. parte. titul. de cōtumac. §. item si plurium. vbi idem in praesentatione dicitur. Vnde porrigere vidi supplicationem senatui iūctam aresto in fauorem coniuncti lato, in qua supplicat coniunctus, vt illius aresto iuuari liceat: senatusq; solet respondere, significetur parti, quae veniat ad dicendum causas intra octo dies. Ita cum tres vnā domum possiderent pro indiuiso, & per sententiam condemnati fuissent, duo appellarūt, tertius non appellauit: fuit tamen hic tertius admissus ad prosequendum dictam appellationem, vt alij: nec interim fuit executio facta in istum, qui non appellauerat. quod est notandum. Quoniam sicut vnus appellatio non prodest alteri, ita nec sententia nocet, vt in prooem. commentar. in constitutio. Reg. scripti in glo. 5. in declara. rub. C. si vnus ex plurib. appellauer.

Sexta, quod in cōiunctis idem iudex debet iudicare, vt probat tit. ff. de quib. reb. ad eund. iudic. ear. pulchre scribit Feli. in ca. super literis. col. 10. versi. an sua sit iurisdic. nu. 19. de rescrip. text. &

ibi doct. in ca. translatio. de consti. vbi plene effectus connexorum & coniunctorum congerunt docto. & l. as. in l. sed si plures. §. filio. ff. de vulgar. Hippol. consil. 84.

Septima, si duobus sit legatus seruus aut equus, qui fuerit occisus, vterque agere poterit lege Aquil. nisi alter repudiauierit: quia tunc coniuncto retro accreuisse dominium videtur. l. si dominus seruum. ff. ad legem Aquil.

Ex his inferitur, qui sint re coniuncti: & declarat iste tex. eos esse, quos rei complexus iungit: vel cum separatim eadem res duobus, vel pluribus legatur. l. re coniuncti. ff. de lega. 3. vt Titio domū lego, eandem lego Sempronio.

Primum in definitione requiritur complexus, id est quaedam colligatio & amplexus rei: quae nisi coniunctio sit, non dicuntur coniuncti re, vt pere si res legata est à diuersis. l. penul. ff. de usufruc. accresce. Nempe res debetur à primo, & affirmatio à secundo: siue à diuersis testantibus legatur. l. plane. r. §. r. ff. de lega. r. l. si sub conditione. ff. quibus mod. usufruc. amita. siue à diuersis heredibus. l. quid ergo. §. si duos. ff. de lega. r. Requiritur enim ad coniunctionem, vt in eodem capite relinquatur. l. vxorem. §. felicissimo. ff. de lega. 3.

Rei etiam dicitur in definitione, non Rerum: quia in diuersis rebus non fit iste complexus, nec coniunctio. l. huiusmodi. §. quibus. ff. de leg. r. l. as. consil. 214. in causa. col. 2. in 2. vol.

Et quia sine rei expressione non fit coniunctio re per se. l. item quod Sabinus. §. r. ff. de heredib. insti. ibi, nam quantum ad ius accrescendi nō sunt coniuncti, qui sine parte instituntur.

Item Rei dicitur. nā in specie res legari debet, non in genere: quia si species vni relinquatur, & alteri genus, tunc non fiet coniunctio. l. vxorem. §. felicissimo. ff. de lega. 3.

Rei etiam dicitur, non quantitatis. nam in quantitatibus multiplicata summa videtur, non coniunctio facta. l. quinquaginta. ff. de proba. Quod verum est, si legatur à diuersis, vel ab vno in diuersis testamentis, & capitibus: secus si coniunctim legentur decem in eodem testamento, & oratione: tunc etiam vna summa debetur. l. plane. §. sed si non corpus. ff. de lega. r. Bal. consil. 140. casus talis. in 5. vol. l. as. in consil. 87. clarissimus. in 3. vol. Ius quoque accrescendi locum habebit in quantitate sic coniunctim relicta. l. si quis testamento. in princ. ff. de lega. r. l. cum qui ita. de verbor. obliga.

Vnde si testator cauerit cētum tribus suis executoribus ratione salarij & laboris danda, vel tribus electis tutoribus: si vnus noluerit administrare, tota centum his qui administrauerunt, debentur: vt Bar. docet in d. l. re coniuncti. quem refert Auster. in decis. Tholosā. q. 293. item dati sunt.

Nisi vnus capere non possit: tunc sola dimidia alteri debetur. l. si Titio. r. ff. de lega. 2.

Verbis coniuncti sunt, quos nominum cōplexus iungit, id est qui nominibus personarū in eadem re iunguntur: vt Titio & Seio lego fundum aequis portionibus. l. re coniuncti. ff. de lega. 3.

Et terminus communis inducit hanc coniunctionem, vt lego: & si bis repetatur, verbalem cōiunctionem non inducit, vt consiluit Bal. consil. 363. quaeritur. vol. 1. & consil. 211. in 2. vol.

Iaque si quis dicat: Titio fundum do lego, & Seio eundem fundum do lego aequis portionibus: non dicentur verbis coniuncti, nec re quidem: quia nō est nominum complexus in eadem oratione, nec complexus rei. nam illa verba Aequis portionibus, diuidunt.

Item si quis dicat: Titio & Meuius singulos ser-

Seruo duobus legato & postea occiso, vterque agit Aquila.

Res legari debet in specie, non in genere.

Summa multiplicata in quantitatibus non videtur cōiunctio.

Salarij debentur tribus, si vnus repudiet, alij tantum capient.

Aequis portionibus, haec verba diuidunt.

uos lego. d. l. penul. & l. huiusmodi. §. quibus. ff. de lega. i. Et quamvis copulatiua coniungat, tamen quia non est nomen complexus, non videtur coniunctio verbalis. nec illud verbū Aequis partibus, vel singulis, iungit, sed diuidit: vt singuli aequales habeant partes, & singulos seruos, & sic res diuersas. Ergo non dicuntur etiam coniuncti verbis. l. si ita quis heredes. ff. de heredib. institucud.

Plures orationes impediunt coniunctionem.

Breui dicere, quod vbi plures sunt orationes, non erunt coniuncti verbis, etiam si esset dictio. Hoc amplius, de qua scripti in l. verbum amplius. supra eod. vel cum est vna oratio, & est ibi apposita copula, non vt coniungat, sed vt celeriter quis loqueretur. quod exprimit Iuriscons. in d. l. si ita quis. facit l. si in aequalibus. ff. de heredib. insti. Et sic copula non coniungit quoad ius accrescendi, quando gratia coniungendi non fuit apposita. ita probat de Ripain d. l. re coniuncti. quod est iuri conforme.

Re & verbis coniuncti sunt, quos nominum, & rei complexus iungit: vt Titio & Gaio fundum lego. Et sic si re & verbis iunguntur, coniuncti dicuntur, vt hic, & d. l. re coniuncti. Et coniunctim heredes institui, aut coniunctim legari, hoc est totā hereditatē, & tota legata esse singulis data, partes autem concurrere fieri. l. coniunctim. ff. de lega. 3.

Ius accrescendi cuius iuramentum.

Habita elucidatione coniunctorum, sequitur breuibus aliquot conclusionibus ius accrescendi pertractare, quarum prima haec est. Ius accrescendi a lege ciuili inuentum est. allegatur l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. sed hoc non probatur ibi: siquidem ante illam legem inuentum erat. Consequens tamen est, vt tolli possit a lege. l. eas. ff. de capit. deminutio. §. minus. Insti. de heredita. quae ab intesta. defer. A testatore vero in institutione prohiberi non potest, glo. & doct. in l. si communis seruus ab extero. ff. de acquir. heredita. Et haec est communis sententia, secundum Alex. in l. si quis priorē. ff. ad Trebell. non potest enim ipse facere, quin leges habeat locum in suo testamento. l. nemo. ff. de lega. i. Et vt decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. l. ius nostrū. ff. de regul. iur. quamuis Bar. contrarium teneat in l. quotiens. §. si duo. ff. de heredib. insti.

Ius accrescendi cuius defertur.

Secunda conclusio, ius accrescendi inuito defertur. l. vna. §. is ita. C. de caduc. tollēd. quia portioni, non personae. Quod est verum in hereditate: sed in legatis. §. vbi. ibidem.

Ius accrescendi transit in successores.

Et si portio hereditatis fuerit adira, alteram non poterit repudiare cōtingentem per ius accrescendi: sed si non fuerit adira. l. cum hereditate. ff. de acquir. hered. l. vna. C. quand. non peren. partes. Antequam enim agnouerit partem, licitū est eā repudiare, non posse. l. i. ff. de acquir. heredita. l. si duo. vbi doct. ff. de iureiur. Alia tradunt interpretes in d. l. re coniuncti. & in d. l. vbi Alexand. dicit hoc etiam ius habere locum in ecclesia & fisco. idem tenet Bened. in reper. capitu. Raynutius. in verb. & vxorem. num. 94. de testam.

Tertia conclusio, ius accrescendi transit in successores: nam rei inheret & portioni. l. si ex pluribus. ff. de suis & legitim. heredib. d. l. vna. §. is ita. l. i. §. i. ff. de usufruc. accrescend. Item quod. §. i. de heredib. institucud. l. si Titio. in fin. ibi, quoniam portio fundi, velut alluuiū portioni, personae usufructus accrescit. ff. de usufruc.

Trāsit quoque in singularem successorem. Vnde si quis vēdiderit partem suae hereditatis, & coheredes postea repudauerint singuli partes suas, illae accrescent portioni venditae: & sic emptor cōsequetur lucrum, non vero heres, qui vendidit: & iam nil habet, cui accrescat, vt docent Bart. & Ias. in d. l. re coniuncti. Et ista est communis opinio

secundum Ias. ibidem, quam sequitur Benedic. in d. verb. & vxorem. num. 98.

Quod non procedit in usufructu, qui persona accrescit. l. si Titio. & l. interdum. de usufruc. accrescend. Et quia per mortem personae extinguitur. §. finitur. de usufruc. in Insti. sicque non transit ad successorem.

Quarta conclusio, ius accrescendi inuentum est, vt voluntati testantium, seu cōtrahentium satisfiat. l. quo loco. §. i. ibi, hanc mentem esse testatis. ff. de heredib. institucud. l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. ibi, certum est eam voluntatem defuncti liberis accrescere. C. de testam. & l. vna. de caduc. tollend. §. vbi. versic. & ideo. ibi, vt voluntati testatoris pareatur. Ideoque non habet locum contra testatoris voluntatem, teste Bal. in l. i. C. de indicta viduita. tollend.

In quo defecisse videtur glo. in l. si seruus communis. ff. de acquir. hered. dicens eo inuentū esse, ne quis pro parte testatus intestatus sit. Quae ratio concluderet tantum ex testamento locum habere: & tamen etiam ab intestato procedit. l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. heredib. Adhuc licet non possit quis a principio sic decedere, tamen postea sic. l. circa. ff. de inofficio. testam. Tū quia in multis casibus habet etiam locum in cōtractibus, vt tradunt doct. per text. in l. si mihi & Titio. ff. de verbor. obligat. Addit Ias. in l. re coniuncti. col. 30. de testa. ea ratione inuentum esse, ne heres possit hereditatem diuidere, & partem accipere lucrosam, & partem oneratam repudiare, contra legem primam, & seq. ff. de acquir. heredi. legem, secundum naturam. de regul. iur. Vel quia heres non repraesentaret integre personam defuncti, si partem tantum amplecteretur. Et ratione vnionis, & contrarietatis vitandae, ne quis habere dicatur heredem, & non habere, vt docet Areti. in l. 2. ff. de acquir. hered. Et quia legis huiusmodi dispositio est voluntati testantis conueniens: vt si cui res legata fuerit, & omnino aliqua ex parte voluerit suam esse, totam acquirat. l. si cui. ff. de legat. 2. Quae simul rationes probabiliores efficiēt hanc conclusionem, vt tradit Bened. vbi supra, nu. 1330.

Quinta conclusio, substitutus coniuncto praefertur. d. l. vna. §. in primo. & §. seq. & authen. hoc amplius. C. de fideicom. l. 2. §. si duo. ff. de bonor. possess. secund. tabul. quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis: & expressum, tacitum. l. cum ex filio. ff. de vulgari. l. cum quid. si certum petat. & d. l. si duo.

Nisi voluntas testatoris contraria esset, quae ex coniecturis elici possit. l. quidam testamento. ff. de vulgari. Vt pote si coniunctus magis esset dilectus testanti, quam substitutus, ratione forte consanguinitatis, aut alia. l. si. C. de institu. & substitui. Lancel. Polit. in tracta. substitutio. de vulgari. col. 97. Vel nisi vnus & idem esset substitutus & coniunctus: tūc si euanescat substitutio, poterit is per ius accrescendi venire, teste Bar. in d. l. re coniuncti. Et sic consuluit Alexand. consil. 109. videtur prima fronte. in 2. vol. per l. penul. ff. de iniust. glo. & doct. in l. necis. in fi. ff. de acquir. heredita. Bolog. consil. 66. testator.

Sexta conclusio, coniuncti disunctis praefertur. l. heredes sine. ff. de heredib. insti. §. si vero quidam. de caduc. tollend.

Septima conclusio, inter coniunctos is qui re & verbis coniunctus est, alius potior censetur. l. re coniuncti. ff. de lega. 3. quia duo vincula sunt vno fortiora. c. l. de treuga. authen. post fratres. C. de legitim. heredib.

Octaua conclusio, in coniunctis re deficientis portio accrescit aliis pro portione. l. Meuius. ff. de lega.

V usufructus finitur morte. Ius accrescendi quare inuentum.

Accusum reprehenditur.

Substitutus coniuncto praefertur. Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.

Coniuncti disunctis praefertur. Inter coniunctos potior est qui re & verbis coniunctus est.

Ius accrescendi habet locum inter coniunctos verbis.

Separatorum re tantum & verbis tantum pars quibus accrescat.

Coniuncti parte deficientis accrescentem cum onere suscipiunt, disuncti no.

Ius accrescendi cessat.

lega. 2. vel deficientis pars solida remanebit apud coniunctum. d. l. vna. §. vbi. versic. si vero nemo. vbi doctores asserunt hoc fieri per ius non decrecedi. allego tex. in l. interdum. §. paterfamil. versic. sed si alter ex quadrante, alter ex semisse heredes scripti sunt, qui accedit quadrans, pro partibus hereditariis eis accrescit. Sed et si excederit in diuisione duodecim vncias, aequae pro rata decreceder: vt puta si me ex duodecim vnciis heredem, te ex sex scripsit: ego bessē hereditatis habebō, tu trientem. Tamen etiam accrescere in coniunctis re, dicit Vlpia. in l. i. §. interdum. ff. de usufruc. accresc. & in d. l. Meuius. ad cuius intellectum summopere insudant iuris interpretes: sed quod intelligi debeat de re cōiunctis, probat ibi tex. quia separatae sunt orationes de re eadem disponeres. dicit enim ibi tex. Meuius fundi partem dimidiam lego, Scio partem dimidiam lego, eundem fundum Titio lego. Isti sunt re coniuncti. Siquidem paria sunt dicere, dimidiam lego Scio, vel eadem dimidiam. per l. Iulianus. ff. de heredib. insti. idem vult Bar. in coniuncto re & verbis, vt ius potius decrecedat, quam accrescendū inter omnes vocetur. ita docet ipse in d. l. re coniuncti. name. 24. vbi videri poterunt alij interpretes.

Nona conclusio, inter coniunctos verbis etiam habet locum ius accrescendi. l. i. ff. de usufruc. accrescend. l. re coniuncti. de legat. 3. quod est verum, quando non esset inter eos omnimoda disunctio: vt fundum lego Titio & Meuius aequis portionibus. l. Meuius. §. duobus. ff. de legat. 2. Diuersum foret, si omnino esset disunctio in re: vt Titio & Meuius singulis singulos seruos do lego. Ar ius accrescendi hoc casu cessabit. per l. huiusmodi. §. quibus. ff. de lega. 1.

Decima conclusio, quando sunt permixti coniuncti verbis tantum & re tantum, qui vocantur separati, tunc si pars coniunctorum deficiat, accrescet coniunctis: si vero pars separatorum, omnibus cedet. l. heredes sine. & l. quo loco. in fin. ff. de hered. insti. l. i. §. idem ait. & seq. de usufruc. accrescend. Nisi aliqui sine partibus instituti fuerint: tunc enim pars deficientis omnibus accrescet, etiam si aliqui fuerint coniuncti, & alij separati. l. item quod Sabinus. §. i. ff. de heredib. insti. Ratio scribitur in d. §. his ita. versic. finautem. ibi, hoc ita tam varic, quia coniuncti quidem propter vnitatem sermonis, quasi in vnum corpus reducti sunt, & partem coniunctorum quasi suam praecoccupant. Disiuncti vero ab ipso testatoris sermone apertissime sunt discreti, & suum quidem habeant, alienum autem non soli appetant, sed cum omnibus suis coheredibus accipiant.

Vndecima conclusio, coniuncti partem deficientis accrescentem suscipiunt cum onere, disiuncti vero sine onere: quia hi non alienum, sed suum recipiunt: primo enim tota res fuit eis legata. d. l. vna. §. vbi. versic. sinautem ad deficientis. ibi, ideo videtur testator disiunctim hoc reliquisse, vt vnusquisque suum onus, non alienum agnoscat. nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas coniunctim ea disponere. Et sic coniunctus iure alieno venit ex dispositione legis, ideo ad onera tenetur, ad quae alius tenebatur: sed re coniunctus iure proprio venit, cum ab initio solidū sit ei relictum. l. vtrum. de reb. dub. ff. Et lex dicit, ex meo legato. in l. si mihi & Titio. ff. de lega. 1. Et ex propria causa. l. si mihi & Titio, de lega. 2. Ideo sine onere isti complectuntur partem accrescentem.

Duodecima conclusio, ius accrescendi cessat in parte acquisita. l. i. §. interdum. ff. de usufruc. accrescend. nam postquam mea facta est, ad meos

heredes perueniet, & non ad coniunctum, cum non dicatur amplius patrimonium illius, qui eam mihi donauit, vel me instituit, sed meum. l. i. §. veteres. vbi glo. & doct. ff. de acquir. possess.

Quod non procedit in usufructu. d. §. interdum. nec in libertorum assignatione. l. vtrum. ff. de assigna. libertor. nec in donatione Regali, vel Imperiali. l. vna. C. si focus liberal. Imperial. sine hered. deceffer. lib. 10. Quae lex vix in Regno seruaretur. quia decedentis sine herede pars ad fiscum deuolueretur, qui in hoc Regno succedit exteris. l. vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. hoc asserit Bened. in reper. c. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 816. de testam. Cessat etiam in aliis casibus ius accrescendi, quos doctor. numerant in d. l. re coniuncti. circa fi.

Vltima conclusio, ius accrescendi regulariter in contractibus locum non habet. l. si mihi & Titio. ff. de verbor. obliga. quia partibus impuretur, quae apertius hoc poterat exprimere. l. veteribus. ff. de pact. Et plenior interpretatio fit in testamentis, quam in contractibus. l. in testamentis. ff. de regul. iur. Adhuc non est hoc a iure statutum in contractibus, sed contrarium. Veruntamen limitatur hoc in nouem casibus, quos doct. tradunt in d. l. si mihi. & Bened. in verb. & vxorem. num. 144. cum seq. & Soci. in tract. fallentiar. regul. 214.

Postremo quia materia cōuenit, veniamus ad intellectum. l. re coniuncti. ff. de legat. 3. Primo Iurisconsul. dicit, qui dicantur re coniuncti, sic dicens: re coniuncti videntur, non etiam verbis, cum duobus separatim eadem res legata est. vbi verbum videtur non denotare fictionem, sed decisionem, vt in l. naturaliter. ff. de acquir. possess. Requiritur autem in huiusmodi coniunctione re tantum sequentia: Primo, quod duobus legetur. nam in vno coniunctio fieri non potest, sed in pluribus. l. plane. de lega. 1. l. Meuius. de legat. 2. Secundo requiritur, quod separatim & in diuersis orationibus. ibi, separatim. Tertio, quod non coniungantur verbis: tunc enim dicerentur re & verbis coniuncti. Quarto, quod eadem res legetur. nam in diuersis rebus non fit coniunctio, vt superius scripti, & hoc probat tex. ibi. eadem res.

Postea subiungit tex. Item verbis, non etiam re: Titio & Scio fundum aequis partibus do lego. Exempli gratia hoc tradit, non definiendo, vt in hac lege, Triplici. Et quamuis exemplum ponat in duobus, idem tamen est in pluribus, vt praedixi per §. si eadem. de legat. in Insti.

Sequitur in tex. quoniam semper partes habent legatarij: & sic coniuncti verbis habet ab initio partes. d. l. i. §. interdum. Secus in coniunctis re, vt superius dictum fuit in vndecima conclus.

Praefertur ergo omnino ceteris, qui re & verbis coniunctus est, scilicet tam coniunctis re tantum, quam verbis coniunctis. probat Iurisconsul. postea a sufficienti partium enumeratione, dicens: Quod si re tantum coniunctus sit, constat non esse potiorum re verbis: si vero verbis quidem coniunctus sit, re autem non, quæstionis est, an coniunctus potior sit. & loquitur de coniuncto re & verbis simul. Et magis est, vt ipse mixtus praefertur. nempet quod in versic. praefertur, dixerat vtrinque coniunctum ceteris praefendum, postea probat, quod praefertur re coniuncto, & demum verbis coniuncto. Sicque videtur intelligenda d. l. re coniuncti. contra nonnullorum opinionem volentium eam intelligi de verbis coniuncto tantum: cuius contrarium eo solo patet, quia non praefertur coniuncto re, vt superius dixi per l. si ita quis heredes. ff. de heredib. insti. Et inter varios glo. & doct. intellectus haec est conclusio Bar.

in parte acquisita.

Pars decedentis sine herede in hoc Regno ad fiscum pertinet.

Ius accrescendi non habet locum in cōtractibus.

Intellectus l. re cōiuncti. ff. de legat. 3.

Quae requiritur in re coniunctis.

Coniunctus re & verbis praefertur ceteris.

& communis in d.l. re coniuñcti. in 2. q. nu. 31. & seq. quicquid dicat Alcia. lib. 7. parerg. cap. 9. vbi verbis coniuñctum affirmat praeferi re coniuñcto, nisi verbalis coniuñctio imminuta imperfectaque sit, per l. si ita quis. ff. de heredi. insti. quae non hoc probat. Reliqua, si haec non sufficiant, plenius scribo in d. l. re coniuñcti. quod vos relicio.

VPLIA. LIBRO NONO. Lex cxliij.

Id apud se quis habere videtur, de quo habet actionem: habetur enim, quod peti potest.

Primo ponit dictum, secundo rationem. secunda ibi, habetur enim. Et hoc vult, quod is videtur habere rem, pro qua actionem habet. nam illud quod peti potest, habetur. id est nobis quodammodo affectum est. A contrario amissum videtur, cum eius rei defino habere actionem. l. Labeo. 1. in fi. supra eod.

Notate, quod res quae peti possunt, videor habere fictione iuris: sed actiones habere vere dicor, etiam apud me. ita dicitur ibi, habetur enim quod peti potest. Alias reperi habetur enim, quo peti potest. vt relatiuum sit ablatiui casus. ita legi in quibusdam antiquis exemplaribus. Quomodo enim agere possim, nisi vere actionem haberem? Et sic loquitur l. qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur. inferius tit. proximo.

In idem fere reuincit communis lectio text. habetur enim, quod peti potest. Tuncque dicimus, quod rem ad quam habeo actionem, videor habere. nam habetur per fictionem id, quod peti potest. siquidem breui quadam manu id habiturus sum: nempe possum exercere actionem, & demum res mihi adiudicabitur.

Ita duobus modis quis dicitur habere rem debitam: primum inspecto futuro euentu, cum per sententiam ei decerneretur res, & interim vere actionem habet. d. l. qui actionem habet, plenius scripti in l. rei. 1. supra eod.

Secundo per fictionem videtur eam rem habere, vt hic, ponderando verbum videtur, quod fictionem denotat. l. 1. §. videor. ff. de vi & vi arma. Sed minus est habere actionem, quam rem. l. minus. infra tit. proximo.

Vnde ex alio non dicitur, cui gratia banni facta est, & qui actionem habet, vt cancelletur ab exilio. nam bannitum accipere debemus cum effectu. l. 3. §. haec verba. ff. quod quisque iur. Hippol. consi. 55. in causa Nicolai. Et tutorem habere videtur, qui eum habere potest. l. si quis sub conditione. ff. de testam. tutel. iuncta glo.

Etiam filius institutus sub conditione, qui in sua est potestate, testamentum patris per querelam rumpere non potest. quia hereditatem patris habere videtur. l. 2. ff. de heredi. insti. d. l. si pater. C. de insti. & substi. Et nemo videtur re exclusus, quem prator in integrum se restitutum pollicetur. l. nemo. ff. de in integr. restitu.

Imo possessor iuris dicitur in vniuersalibus, qui actionem vniuersalem habet, ad hoc autem vt eam cedere teneatur. l. quod si in diem. §. Iulia. & §. seq. & §. penult. & l. idem Iulia. ff. de petitio. heredita.

Item executio fieri potest in actionibus & nominibus, sicut in rebus. l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudica. Et qui amisit filios in bello,

conferetur eos habere. nam etsi moriantur, per gloriam viuere intelliguntur. §. 1. Instit. de excusatio. tutor.

Non refragatur, quod actiones apud me esse non possunt. na apud me esse dicitur, quod qualitercunque a me teneatur. l. penes. supra eod. sed ego non teneo actiones, cum sint incorporeales. §. 1. Instit. de reb. corporal. Respon. per istum text. cas habere & tenere dicor, vt superius declarauimus, cum cas exercere & intendere possim, per d. l. qui actionem habet. de regul. iur.

Præterea si non nisi habens centum in bonis possit esse consul, & filiusfamil. quidem non habeat, sed eius pater, an sufficiat, scribit Petrus Ant. teol. de stricto iure quod sic, in tract. de minor. in 3. parte. versi. quid de quaestione. arg. l. sciendum. ff. qui satisfar. cogant. quia filius bona patris habere videtur, cum ei quasi debita sint. l. cum ratio. ff. de bonis damnator. l. 3. vbi glo. C. de iuris & fact. ignoran. Vnde quasi dominus bonorum paternorum dicitur. l. in suis. ff. de her. & posth. Tamen quantum ad collationem bonorum illud intelligendum est, filium in bonis habere id, quod deducto ære alieno superest. l. 2. §. 1. ff. de colla. bonor. vel deducto onere. l. non amplius. ff. de legat. 1.

Limitatur etiam in materia restitutionum: vt quantumuis alicui liceat rem suam per in integrum restitutionem recuperare, tamen eam vere non dicitur habere: nec in statutis computabitur inter habentes. Bar. in l. nemo. ff. de in integ. resti. doct. in l. postquam liti. per glo. ibi, C. de pact. Na quod à Principis voluntate dependet, censetur impossibile. l. 4. ff. de fideicommissar. liberta. nimirum si quis id habere non censetur.

Ita inferemus ad declarationem primi §. de manda. apostolic. in concordia. in verb. habentem. vbi dixi, quod habens collationem decem beneficiorum vno potest grauari mandato, vt intelligamus quando vere habet: secus si habeat quidem sex beneficiorum collationes, vel nouem, & ad aliorum beneficiorum collationes actio competat, vel iam intentata sit contra alium, qui iam est in possessione conferendi, iuxta capitulum, consultationibus. de iure patronatus. quandoquidem eo casu grauari non poterit ne vno quidem mandato.

Adhæc si donem vobis ea, quae in Montepestulano habeo, non videor donare actiones, quandoquidem non circumscribuntur loco. l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudic. Bald. in l. 1. col. 1. ff. de statu homi. dixi fufius in l. rei. 1. supra eodem.

Sic qui non habet rem in sua possessione, nequaquam tenetur eam in censum deferre, nec pro ea soluere, quamuis habeat actionem ad eam. l. forma. §. si cum ego. ff. de censib. Aut quae quifque aliena in censum deducit, nihilo magis sunt eius. l. quae quisque. ff. de acquir. rerum domi.

Insuper non releuatur à satisfatione, qui actionem ad rem immobilem habet, nisi rem ipsam possideat. l. sciendum. §. si fundus. & ibi Iafon plenè. ff. qui satisfare coguntur.

Item licet quis habeat actionem ad domum, non tamè gaudet priuilegiis ciuitatis, donec eam effecta habeat, vt dixi in l. aedificia. & l. qui in continentibus. supra eodem.

Adhæc si fuerit facta diuisio hereditatis inter fratres, & omnium bonorum, quae fuerunt propria testantis, actio tamen quae ad retrouendendum acquisita erat, non censetur esse diuisa, nec prae textu acceptationis remissa: num quod propria tantum fuerint diuisa, & actiones personarum non

nibus & in minus, ff. cui in rebus: Actiones a pud me esse non possunt.

Actionem habens dicitur improprie habere. Et habere non videtur qui habet actionem sine effectu exactionis.

Habere, multis modis sumitur

Rem recuperans per in integrum restitutionem eam tamen vere non dicitur habere.

Id quod dicitur pendet a Principis voluntate, dicitur impossibile.

Re dicitur habere, qui illius habet dominium.

Habere dicitur quis non solum in dominio sed & in possessione.

Donans ea quae habet, in Montepestulano, non donat actiones. Non habet rem, in ea sum non dicitur.

Rem depositam dicitur habere.

Actionem ad rem immobilem habens satisfar. Ius habens ad domum non gaudet priuilegiis ciuitatis.

non dicuntur propria. l. Quintus. §. argento. vbi Bar. ff. de auro & argen. lega. Bal. in rub. C. de verbor. signific. Tum quod habens actionem improprie rem habere dicitur, vt probat hic text. per verbum videtur, vt supra dixi. sic consuluit Alexand. consi. 75. viso. col. 2. in 6. vol.

Item qui actionem quidem habet, sed absque exactionis effectu, rem habere non videtur. l. diuortio. in glo. quarta portio. & ibi Bar. & Iaf. ff. solut. matrimo. Veluti cui propter inopiam aduersarij inanis actio est, nullam videtur habere actionem. l. nam is. ff. de dolo. Et minus habere videtur, qui habet actionem, quam si rem haberet, propter litium impensas. l. minus. ff. de regul. iur. de quibus scripsi in proœm. concordat. in verbo, sumptibus. & seq.

Notandum vero est hoc verbum habere, multis modis capi. siquidem aliquando importat necessitatem, pro tenere: vt iudex habet hoc facere, id est tenetur. l. in seruorum. §. qui ex causa. ibi, quamuis nondum in eum locum perducti fuerint, in quo operari habent. ff. de pœnis. Vnde Bart. in l. penul. §. si. ff. de auro & argen. lega. decidit, quod si tempore belli omnibus nobilibus inpositi fuerint equi, & deinde fuerit præceptum omnibus nobilibus habentibus equum ad bellum proficisci, quorum vnus non iuit, quia videlicet equum non habebat, & præceptum fuerat tantum factum habentibus, vt irent: an incidat in pœnam? & tadem concludit incidisse, cum hic habere tenetur equum. verbum enim habentibus intelligitur, id est habere debentibus. Et quando in materia necessaria refertur ad eos, qui parere tenentur, necessitatem importat. doct. in l. quod te. per illum text. in fi. si certum petat.

Secundo quis dicitur habere rem, quando habet illius dominium. l. 2. §. 1. de religiof. & in l. 1. §. potestatis. de pecul. huiusque verbi propriam hanc esse significationem asserunt doctores, vt significet dominium: sed in significatione larga & impropria comprehendit etiam possessionem & detentionem, vt d. §. potestatis. qui non loquitur de habente simpliciter, sed de habente in potestate.

Et sic verbum habere non solum dicitur de dominio, sed & de detentione & possessione, etiã proprie. l. hoc senatusconsultum non solum ad eum pertinet, qui pecuniam vsum fructum, vel ceterarum rerum, quas habuit, legauit, verum etiam si fuerint alienae. ff. de vsum fruct. earum rer. l. 1. §. quod autem. ibi, haec omnia habentibus verb. continentur. ff. de vi & vi arma. vbi est verbu continentur, quod proprietatem denotat, vt scripsi in l. 1. supra eod. facit l. stipulatio ista. §. habere. ff. de verbor. oblig. sic dicēs: habere dupliciter accipitur. nam & eum habere dicimus, qui rei dominus est, & eum qui dominus quidem non est, sed tenet.

Denique habere rem apud nos depositam solum dicere. idem dicitur in l. habere. infra eod. attamen ibi non dicitur improprie. Nec igitur immerito Iurifconsultus vberioris nonnunquam elucidationis gratia exprimit dominium habere, vel non habere. l. 1. §. si feruus bona fide. ff. de quaestio.

Et sic habere dicitur, qui possessionem habet. Et parem esse conditionem oportet eius, qui quid possideat vel habeat, atque eius cuius dolo malo factum sit, quominus possideret vel haberet. l. pa rem. ff. de regul. iur. l. 2. §. habere. ff. ne quid in loco public. fiat. vbi sic dicitur: habere enim dicimus, qui vitur, & iure possessionis fruitur, siue ipse opus fecit, siue ex causa emptionis vel conditionis, vel legato vel hereditate, vel quo alio

modo acquisiuit. l. vna. C. de naut. Tiber. lib. 11. vbi Lucas.

Tertio habere quoque dicitur, qui solam habet custodiam: vt depositarius, vel is qui pignori habet. l. 1. §. quod autem. ff. de vi & vi arma. vbi sic Iurifconsult. ait, Quod autem ait prator: quaque ibi habuit: sic accipimus vt omnes res continetur non solum qua proprie illius fuerunt, verum etiam si qua apud eum deposita sunt, vel commodata, vel pignorate: quarumcunque vsum fructum, vel custodiam habuerit, vel si qua ei locata sunt. Cum enim prator dicat, habuit, haec omnia habendi verbo continentur, facit l. officium. in fi. ff. de rei vindic. ibi, puto autem ab omnibus, qui tenent, & habent restituendi facultatem, peri posse.

Quarto dicitur quis etiam proprie habere, quando possidet ciuilitate & animo: quando vero naturaliter habet, dicitur possidere. l. si in emptione. §. omnium. ff. de cotrah. emptio. Lucas de Penna in l. vna. de naut. Tiber. lib. 11. C. Barba. consil. 6. illud. col. 15. in 4. vol. Alex. in l. 3. §. ex contrario. nu. 23. ff. de acquir. possess. Qui text. etiam intelligi potest, venditionem omnibus in rebus consistere posse, quas habere possumus quoad proprietatem & dominium, vel etiam quas possumus possidere vel naturaliter, vel ciuilitate, etiam earum rerum quas prosequi valeamus nedom via actionis, sed etiam persecutionis: veluti scripti in l. actionis verb. supra eod. quippe Iurifconsult. postea declarat in illis rebus emptionem fieri non posse, quas vel natura, vel ingentium, vel mores ciuitatis commercio excurrunt. Ergo si in commercio nostro sint, tunc eas habere possumus & sic possidere vel tenere ad nudum factum refertur. l. stipulatio. §. haec quoque. ff. de verbo. obliga. Habere ad ius. l. officium. ff. de rei vindica. l. & vno. ibi, habes, tenes & possides. vbi exponunt quida, habet de praesenti, tenet de facto, possidet iure. So lent etiam nostri dicere, quod ille tenet & possidet de praesenti.

Quinto denotat fictionem, si iungatur verbo atque: vt ita habendum est, atque si cum domino contractum esset. l. heres. §. apud. ff. de iudic. vel dictioni pro, & aliis fictionem denotantibus: vt absens habetur pro praesente, id est reputatur, fingitur, iudicatur praesens. l. 1. §. si iusserim. ff. de acquir. possess. l. quod maior. ad municipal. l. prator bonorum possidorem heredis loco in eodem casu habet. de regul. iuris. Scripsi in glo. concordat. in §. 1. in verb. habetur. de colla. c. 2. de confess. Linguinum. ff. de statu homi. l. ordinata. §. non ordinato. de liberal. caus. l. hereditas. de acquir. rerum domi. l. 1. §. si iusserim. ibi, pro traditis haberi. ff. de acquir. possess. Et habetur pro victo. l. si de praena ricator. Et pro eo habetur. l. ei. de appella. recipi. Pro confessis. l. in fisci. de iure fisci. Proditores & transfugae pro hoste habentur. l. proditores. de re milit. Et pro eo habetur. l. quod maior. ad municipal. Pro interrogato. l. si sine. ff. de interrogator. actio. Quod vitiose cautum est, pro non cauto habendum est. l. quod oriens. qui satisfar. cogant.

Sexto rem habere pro derelicto, est rem eam reme abiciere, vt in numero rerum suarum esse nosit. §. hoc amplius. Instit. de rerum diuis. & l. 1. & per totum tit. ff. pro derelicto.

Septimo tabulae supremae habentur etiam solae. id est dicuntur, vocantur, asstantur, iudicantur. l. illa verba Oprimus. infr. eod. Et ij abigei proprie habentur, qui pecora ex pascuis vel armentis subtrahunt. l. 1. ff. de abigeis. Et qui promittit, reus promittendi habetur. l. de duob. reis. Et is habere praecario videtur, qui possessionem vel iuris vel

Habere dicitur, qui habet custodiam.

Habet, qui ciuilitate possidet.

Habet fictionem denotat, cum additur verbis atque, pro, & aliis fictionem denotantibus.

Re pro derelicto habere quid sit. Tabulae supremae habentur.

Quomodo quis dicitur habere rem debitam.

Filius sub conditione institutus, qui in sua est potestate, non quae relata testamentum.

Executio fit in actionibus.

corporis adeptus est, ex hac solummodo causa, quod preces adhibuit, & precibus impetrauit, vt sibi possidere aut vti liceret. l. 2. in fin. ff. de precario.

Quaestio est habenda.

Octauo habenda est quaestio serui, id est seruus torquendus est. l. 1. §. diui fratres. & l. patre. cum l. seq. & per totum. ff. de quaestio. & adhibenda tormenta, pro eodem. l. vnus. §. 2. ibidem. l. fi. de decurio.

Fides inimicorum quaestioni non debet haberi.

Nono ex adiuncto variatur verbi huius significatio: vt inimicorum quaestioni fides haberi non debet, id est credi. l. 1. §. praeterea. & seq. ff. de quaestio. & §. si quis vltro. & habere fidem de pretio, est credere pretium debitori ad tempus soluendum. §. venditae. de rerum diuis. in l. i. ff. de decurio.

Quod Principi placuit legis habet vigorem.

Decimo quod Principi placuit, legis habet, id est obtinet vigorem. §. sed & quod Principi placuit. In l. i. de iure natural. gent. & ciuili. l. 1. ff. de consti. Princip. Foeminae suos heredes non habet. l. 3. §. ad testamenta. ff. de bonor. possess. contra tab. quamuis glo. ibi aliter exponat. & in §. foeminae. de adoprio. in l. i. ff. de hered. qualita. l. diuus. l. in fi. ibi, vt qui superesset, liberos haberet. ff. de fals. l. foeminae. de procurator.

Habet estimationem damni.

Res tuas tibi habeo, diuortium notant. l. 2. ff. de diuortii. scripti in l. inter stuprum. supra eod. Vndecimo haec clausula: habet estimationem damni: pro continere scribit Iurifconsul. in l. ait lex. vbi glo. ff. ad legem Aquil. l. si quis cum aliter. in fi. de verbor. obliga. ibi, sed ipse res habet in se dolus, & dolus habet in se vim. l. 2. §. doli. vi bono. raptor. l. ex duobus. de negot. gest.

Habet quis quoad administrationem.

Decimotertio quoad administrationem: vt episcopus res ecclesiasticas & dignitates habet, quoad administrationem. c. 2. de donatio.

Habet quis quo ad signaculum.

Decimoquarto quis dicitur habere, quoad signaculum: vt ordines, teste Archidia. in c. gratia. l. q. 1. & probatur in tit. de tempor. ordinand.

Habere febrem.

Decimoquinto febrem habere, id est pati febre, laborare febre. vt in l. quaesitum. versi. igitur. ff. de re iudic. l. qui tertiana. de edilit. edic. Et correptus febre dicitur, cum vno infanti accidit febris, ac cum & rapio: quamuis ibi glo. aliter intelligat.

Habere creditores quis dicitur.

Et habere creditores quis dicitur, quando eis obnoxius est. l. si quis cum haberet Titium creditorem. ff. de fraud. creditor.

Aduocatum non habet prator dat.

Et prator non habenti aduocatum dat, si forte certis ex causis, vel ambitione aduersarij, vel metu patronum non inuenerit. l. 1. §. ait prator. ff. de postul.

Habere in sinu chirographum magna pecunie.

Habere in sinu chirographum magne pecunie, in l. diuus. §. 2. de bonis damnator. Notum est pro illa parte, quae est intra pectoris brachiorumque complexum. Et aliquando in sinu habeo, id est in potestate, in occulto. l. qui testamentum. vbi etiam Budae. ff. de proba.

Habere filium ex alio quo.

Decimosexto filium dicitur mulier habere ex alio quo, quando ab eo genuit & concepit. vt l. Titia. ff. de verbor. obliga. l. 3. §. sed & si quis. ibi, si liberos habuerit. ff. de usufructu. quemadmo. caueat. Iustum patrem non habet, quia iustus non est editus nuptiis: vt dicam in l. iusta interpretatione. infra cod.

Habere rem suo periculo.

Decimosextimo habet rem suo periculo, id est ipsi perit, & tenetur ad estimationem, si res pereat. l. 4. ff. si certum petat.

Habere domicilium.

Decimooctauo habere domicilium, id est habitationem. l. heres absens. §. 1. de iudic. Placet etiam filiumfamil. domicilium habere posse, non vtrique, vbi pater habuit, sed vbi ipse domicilium constituit. l. placet. cum l. seq. ff. ad municipal. Et Iurisperdentibus placuit duobus locis posse alique habere domicilium, si vtrobique ita se instruxerit, vt non ideo minus apud alteros se collocaisse videatur. l. assumptio. §. iuris. ibidem.

Decimonono is habebit tale negotium, id est ei committetur. l. item eorum. §. sed si ita. ff. quod cuiusque vniuersita. nomi. vbi sic dicitur: Sed si ita decreuerint, vt quaecumque incidisset controuersia, eius petenda negotium Titius haberet ipso iure, id decretum nullius momenti esse videtur: quia non possit videri de care, quae adhuc in controuersia non sit, decreto datam persecutionem.

Vigesimo habeo curam, id est curabo. l. Quintus. ibi, vt vsuras eorum accipias, curam habebis. ff. de positi.

Vigesimo primo si vsusfructus legatus sit, qui quotidie percipi non potest, non erit inutile legatum, sed dies hi legatum habebunt. id est hi dies continebuntur in legato, quibus vti frui potest. l. 1. §. 1. ff. quod dies lega. ced.

Vigesimo secundo habere, consequi. l. penul. in princip. ibi, quia nisi legatarius liceret cadere syluam & vendere, quemadmodum vsusfructuarius licet, nil habituri essent ex illo legato. ff. de vsu & habita.

Vigesimo tertio habet actionem, id est competit ei actio. l. ita demum. ff. de arbitr. l. si pupilli. §. 1. ff. de neg. gest. l. si is cuius. de interrogator. actio.

Vigesimo quarto habet suae partis alienationem. l. si focus. ff. si certum petat. id est suam partem alienare potest.

Vigesimo quinto habendum est pro boni viri arbitrio. l. in personam. in fi. de regul. iur. id est conferendum est in arbitrium boni viri. exponit text. in l. haec venditio. in princip. ff. de cotrah. emptio.

Vigesimo sexto qui habet actionem ad rem, ipsam rem habere videtur. id est cui competit actio ad rem recuperandam, & habendam, iuris fictione praesumitur ipsam rem habere. l. qui actio. ff. de regul. iur.

Vigesimo septimo habere litem, est litigare. l. qui cum vno. §. non omnis qui litem habuit. ff. de re militar. Et qui capitis sui litem vel omnium bonorum patitur, magnum horologium in cerebro gerit.

Vigesimo octauo certum habeo, id est certo scio. l. 1. §. si ibi, quem pretio accepto certum habeam libenter tali seruo cariturum. ff. de quaestio.

Vigesimo nono deporta i in insulam non habent ea, quae iuris ciuili sunt: quae vero iurispergentium sunt, habent. id est erunt, durat. l. quidam. in fi. ff. de poenis. l. eas. de capit. deminutio.

Vigesimo habent insulas prouinciae praesides, id est ad eius prouinciae formas pertinentes, quas administrant. l. relegatorum. §. 1. ff. de interdicit. & relega.

Vigesimo primo habeo honorem, id est honorem. l. 3. de priuileg. Veteranis & liberis veteranorum idem honor habetur, qui & decurionibus, ideoque honorari ac decuriones debent. l. sed si hac. §. prostituta. & §. qui manumittitur. ff. de in ius vocand. Et habere reuerentiam dicitur in l. capitulum. §. & vt generaliter. ff. de poenis.

Vigesimo secundo necesse habet, vel necessitatem. id est, est ei necesse, tenetur. l. 4. ff. de in ius vocand. Ita quisque litigandi causa necesse habet in iure, vel certo loco sibi. l. cum hi. §. qui transigit. de transactio.

Vigesimo tertio pro patrono non habebor, id est

Habere tale negotium.

Legatus an sit vltimus, quae quotidie percipi non potest. Habere, si sequi.

Habere actionem.

Habere suae partis alienationem. Habendum est pro viri boni arbitrio. Habere actionem ad rem.

Litem habere.

Certum habere.

Deportati quae habeat.

Habere insulas prouinciae.

Habere honorem.

Habere necesse.

Pro patrono non habebor.

est non ero patronus, non censebor patronus. l. adoptiuum. §. quemadmodum. ff. de in ius voca. ibi, pro patrono non habebor, si contra me iudicatum est.

Habebor pro sint.

Trigesimo quarto habebor, id est sint. l. semper. §. coloni quoque Caesaris a muneribus ciuilibus, vel municipalibus liberantur, vt idoneiores praedii fiscalibus habeantur. ff. de iure fisci. licet regulariter denotet fictionem, vt dictum extitit.

Habere voluntatem.

Trigesimo quinto habere voluntatem, in l. Pöpo. ff. de procurator. in procuratore dicitur, si non habeat contrariam voluntatem: sed is proprie dicitur habere voluntatem alicuius, si eius animi sententiam obtinet.

Habere emptum seruum fugiuum.

Trigesimo sexto habere emptum seruum fugiuum, si deprehensus fuerit, id est erit tibi emptus. l. 2. ibi, vt si eam apprehendisset, eum emptum haberet. ff. de plagiar.

Aes alienum habere.

Trigesimo septimo habeo es alienum, id est debeo. l. ex parte. in fi. ff. famil. ercisc. ibi, pater inter filios diuisit bona, & eam diuisionem testamento confirmauit, & cauit, vt aes alienum, quod vnusquisque habet siue habebit, solus sustineret, &c.

Fundus quis dicitur.

Trigesimo octauo fundus dicitur ille locus, quae fundi animo habuerimus, id est, quae animo constituerimus, vt fundus sit. l. locus, supra eo. Alibi dicitur Iurifconsul, quod paterfamil. duos fundos vno nomine habuit. id est tenuit, & possedit, vt ibi in fi. exponitur, in l. Gaius. §. fi. ff. de lega. 2.

Res ita se habet.

Trigesimo nono ita res se habet. id est in eodem statu est res, vel ita verum est. l. lex Cornelia. §. hac lege. ff. de iniur. ibi, Sabinus ait, & ita res se habet, & verba rescripti ita se habent, id est ita descripta sunt, vel continent. l. 1. in princip. de quaestio.

Haberi inter infames.

Quadragesimo non habetur inter infames. id est non computatur, non est infamis. l. fi. ff. de public. iudic.

Habere rem ratam.

Quadragesimo primo habere rem ratam, est ratificare, & comprobare quod gestum est: vt in rub. ff. rem ratam haberi. per totum, iuncta l. Paulus. ibi, dominus comprobans, &c. & in l. quo enim. ibi, habere ratam, hoc est comprobare, agno scereque quod sit actum a falso procuratore. ibi dem, & l. 1. ff. de appella. recipiend. & l. 2. de procurator.

Habenda est ratio rationis.

Quadragesimo secundo debet iudex habere rationem temporis, aetatis, sexus, valetudinis, cum quis promiserit decem Roma daturum. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obliga. id est respectum & considerationem ad aetatem, & ad alia habere debet: & sapius vtuntur Iurisperiti, vt declarat Cardi. Adria. de sermone Latino in hoc verb. facit l. 2. ff. de re iudic.

Habetur ratio ordinis.

Quadragesimo tertio habetur ratio ordinis, & gradus. l. non omnes. in princip. ff. de re militar. l. qui commeatus. ibidem.

Habenda ratio sumptuum.

Quadragesimo quarto habenda ratio sumptuum. l. ex parte. ff. famil. ercisc. & l. fundus. 2. ibidem. l. Titius. in fi. de usufruct.

Vires habere.

Quadragesimo quinto stipulatio vires habet, id est valebit. l. stipulatio ista. §. si quis. ff. de verbor. obliga.

Abire man-

Alia videre poteritis in l. nomen filiarum. & in l. habere. infra eod. & per Dec. in d. l. qui actionem. infra tit. seq.

Postremo non est omittendum hoc verbum habeo, secundae coniugationis diuersum esse ab eo, quartae. nam illud cum aspiratione, hoc sine scribitur. Et significationes penitus sunt diuersae. nempe abire est discedere: habere vero supra scriptas & alias habet significationes, quas tanquam faciles praetermitto, & his contentus supercedeo.

Item abire magistratu, est deponere, & dimittere magistratum. l. nec magistratibus. ibi, expectandum est, quod magistratu abeat. ff. de iniur. Abire a societate, est discedere, & societati renuntiare. l. si conuenerit. ff. pro socio. vbi prius ponit verbum abeatur, & postea renuntietur.

Abire ab emptione, est ab emptione discedere. l. iurispergentium. §. adeo. ff. de pact. vel mutare emptionem. nempe Iurifconsul. prius dicit abiri ab emptione, postea mutari & recedere. & in rub. ff. de cotrah. emptio. scribitur, & in tit. quand. liceat ab emptio. discedere, & in l. 1. & 2. ibid. dicitur, abeatur a venditione.

Abire ab emptione, est ab emptione discedere. l. iurispergentium. §. adeo. ff. de pact. vel mutare emptionem. nempe Iurifconsul. prius dicit abiri ab emptione, postea mutari & recedere. & in rub. ff. de cotrah. emptio. scribitur, & in tit. quand. liceat ab emptio. discedere, & in l. 1. & 2. ibid. dicitur, abeatur a venditione.

Abire a societate, est discedere, & societati renuntiare. l. si conuenerit. ff. pro socio. vbi prius ponit verbum abeatur, & postea renuntietur.

Abire a societate, est discedere, & societati renuntiare. l. si conuenerit. ff. pro socio. vbi prius ponit verbum abeatur, & postea renuntietur.

Abire a societate, est discedere, & societati renuntiare. l. si conuenerit. ff. pro socio. vbi prius ponit verbum abeatur, & postea renuntietur.

PAVL LIB. X. AD LEGEM Papiam. Lex cxliij.

Maffurius scribit libro Memorantium pellicem apud antiquos eam habitam, quae cum vxor non esset, cum aliquo tamen viuebat: quam nunc vero nomine amicam, paulo honestiore concubinam appellari. Caius Flaccus in libro de iure Papyriano scribit pellicem nunc vulgo vocari, quae cum eo cui vxor sit, corpus misceat: quosdam eam, quae vxoris loco, sine nuptiis in domo sit, quam Graeci παλλακή vocant.

Pellex olim ea dicebatur, quae viuebat cum aliquo, illius tamen vxor non erat, vt testatur Maffurius: sed hodie illa vocatur, quae coit cum aliquo, cui vxor sit. Vel quidam dicunt esse illam, quae in domo alicuius sit sine nuptiis: quia licet misceat corpus cum aliquo, non tamen dicitur eius vxor: sed illa vero nomine dicitur amica. Et sic verum nomen mulieris, quae coit cum aliquo, dicitur amica: licet non tam amicitiae, quam inanis cuiusdam perulantiae gustu id fiat. Ita mariti solent suas vxores amicas nuncupare, quia pandunt eis exteriora & interiora: quod est idoneum amicitiae argumentum. Sed quod ad rem attinet, scholastici vana nonnunquam spe ducti huiusmodi amicas vocant, licet non sic coeant. Quae superius dicta amica, honestiore vocabulo concubina appellatur: cum concubinitas iure vereri permixtus esset, & caste quis cum vna concubina viuere diceretur, cum pluribus odiosum. §. consideremus. in athen. de trien. & semisse, colla. 3. Et infamia notabatur. §. si vero effusa. quib. mod. natural. efficitur, colla. 7. Quae ex causa vidi quendam repulsum a testimonio ferendo. Cum igitur amicae nomen generalius quascunque meretrices contineret, honestius existimatum fuit concubinae nomen, quasi tantum rem permixtam continens. Quamobrem dicit text. hic, paulo honestiore vocabulo. Nempe

gistratu quid.

Abire a societate.

Abire ab emptione.

Lex abire in destitutum.

Abire a societate.

Res longe abire.

PAVL LIB. X. AD LEGEM Papiam. Lex cxliij.

Maffurius scribit libro Memorantium pellicem apud antiquos eam habitam, quae cum vxor non esset, cum aliquo tamen viuebat: quam nunc vero nomine amicam, paulo honestiore concubinam appellari. Caius Flaccus in libro de iure Papyriano scribit pellicem nunc vulgo vocari, quae cum eo cui vxor sit, corpus misceat: quosdam eam, quae vxoris loco, sine nuptiis in domo sit, quam Graeci παλλακή vocant.

Pellex olim ea dicebatur, quae viuebat cum aliquo, illius tamen vxor non erat, vt testatur Maffurius: sed hodie illa vocatur, quae coit cum aliquo, cui vxor sit. Vel quidam dicunt esse illam, quae in domo alicuius sit sine nuptiis: quia licet misceat corpus cum aliquo, non tamen dicitur eius vxor: sed illa vero nomine dicitur amica. Et sic verum nomen mulieris, quae coit cum aliquo, dicitur amica: licet non tam amicitiae, quam inanis cuiusdam perulantiae gustu id fiat. Ita mariti solent suas vxores amicas nuncupare, quia pandunt eis exteriora & interiora: quod est idoneum amicitiae argumentum. Sed quod ad rem attinet, scholastici vana nonnunquam spe ducti huiusmodi amicas vocant, licet non sic coeant. Quae superius dicta amica, honestiore vocabulo concubina appellatur: cum concubinitas iure vereri permixtus esset, & caste quis cum vna concubina viuere diceretur, cum pluribus odiosum. §. consideremus. in athen. de trien. & semisse, colla. 3. Et infamia notabatur. §. si vero effusa. quib. mod. natural. efficitur, colla. 7. Quae ex causa vidi quendam repulsum a testimonio ferendo. Cum igitur amicae nomen generalius quascunque meretrices contineret, honestius existimatum fuit concubinae nomen, quasi tantum rem permixtam continens. Quamobrem dicit text. hic, paulo honestiore vocabulo. Nempe

Mariti suas uxores amicas quare vocant.

Concubinae iure vereri erat permixtus.

A testimonio ferendo is repellitur qui habet plures meretrices.

eo ve

eo veteres concubinas permittebant, vt iuuenes eis contenti pudicas mulieres, quæ ratæ sunt, non sollicitarent, nec procurarent, vt hic dicit Alciat. facit glo. in c. laici. 33. distinct. Benedic. in reper. c. Raynutius. in verb. cuiusdam Petro. nu. 30. & seq. de testa. & Caius lib. 2. Insti. rub. de concubi. ait: Cōcubina ab vxore solo delicto separatur. Eo vero tempore, quo quis vxorem habet, concubinam habere non potest. Inde hæc pellex, quæ sic habebatur, lege à Numa Rege Rōm. constituta puniebatur, quæ sic cauebatur: PELLEX ARAM IOVIS NE TANGITO: SI TANGET, IVNONI CRIBIVS DIMISSIS AGNVM FOEMINAM CEDITO.

Sed hodie concubinæ tam iure diuino, quam canonico, & iure civili nouissimoprohibite sunt: & eas habentes, triginta pœnis maxime affliguntur, quas scripsi in rubr. de public. concubinar. in concord. Et clerici possunt cogi ad dimittendum eas etiam à iudice laico, tanquam iusto execute illius præcepti iuris civilis, quod est, Honeste viuere. §. iuris præcepta. de iustit. & iure. Et ita expressè scribit Claudia. Aquæ. in l. iustitia. eo. tit. ff.

Et sic ex isto tex. colligitur nominis significatio nem tripliciter elici. Aut enim ab antiquis, quia antiqui vsi sunt: & minime mutanda censet lex, quæ semper certam habuerit interpretationem. l. minime. ff. de legib.

Secundo ex veritate nominis, quando vere significat hoc, vt hic text. exprimit, quando dicit, nunc vero nomine amicam appellari.

Tertio vulgus significationem vocabulo præbet, ibi, nunc vulgo vocari. & hæc significatio aliis præfertur, vt probat hic Iurifcons. qui eam vltimam tradit: veluti etiam quando refert plures opiniones, vltimam in dubio approbare videtur. l. bonafides. ff. de positi. l. qui filium. in fi. vbi scripsi. ff. ad Trebel.

Nec refragatur, quod postea dicitur aliam esse quorundam sententiam. nam addendo quosdam sic tenere, quodammodo infert vulgus in cōtrarium ire, minusque probabilem hanc esse opinionem: licet vltimam eam ordine inserat hic Iurifcons.

Et ad propositum redeundo, declarat Alciat. meretricem dici non posse, quæ cum vno aut altero, etiam pecunia accepta se comiscet: sed quæ palam & pluribus se prostituit. At ne erubescamus sine lege loqui, pro eius fulcienda opinione allego tibi rex. in l. palam. §. item quæ cum vno. ff. de ritu nuptiar. & in c. vidua. 34. dist. sic dicitur: meretrix est, quæ multorum libidini paret. Tamen in c. meretrices. 32. q. 4. dicitur meretrix, cuius turpitudine publice venalis est. facit l. mariti. §. quartum. ff. de adulter. ibi, siue enim sæpius, siue semel acceperit. Et vocatur meretrix à merēdo, quia mercede suā exercet militiam. l. palam. ff. de ritu nuptiar.

Non prætermittenda hoc in rex. Floridi sententia in lib. de iuris civilis interpretibus, qui sequitur Vassan, ait Masurium & Alciatum grauius errasse. Siquidem quod pellicem cam ab antiquis habitam scribit Masurium, quæ cum vxor non esset, cum aliquo tamen vivebat, quæque nunc vero nomine amica, paulo honestiore concubina appelleretur, si Latinis auctoribus credimus, est singulare erratum. Quin potius cam esse pellicem, quæ cum vxorem habente corpus miscet, non veteres solum, sed & alij omnes testantur. nam & Sextus Pompeius de veter. verbor. significat. scribens, ita inquit: Atqui cam proprie pellicem nominabant, quæ vxorem habenti nubebat. Quid est his verbis clarius, aut quid magis Masurij sententia contrarium? hæc Florid.

Ego vero miror hic Floridum, vt reprehendēdi

occasione nancisceretur, non perfecta legis rota decisione, truncata solum eius verba ponderasse. Siquidem Paulus istius legis conditor referendo Masurium (de quo in l. Marius. ff. loca.) scripsisse libro Memorialium apud antiquos eam habitam, quæ cum vxor non esset, cum aliquo tamen vivebat, quam nunc amicam, vel concubinam appellamus: eius opinionem, vt ex sequentibus patet, non tam approbat, quam improbat. Subdit enim Flaccum aliter scripsisse, eam pellicem vulgo vocari, quæ cū eo cui vxor sit, corpus miscet: eamque videtur opinionem amplecti. Refert tamen quosdam dixisse etiam pellicem eam esse, quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit. Et quæuis proprie dicatur illa, quæ retinetur cum vxore: tamen potest dici etiam large illa, quæ sine vxore. Et ita conueniunt, si recte intelligantur.

Pellex autem dicitur à pellicendo: id est alliendo & decipiendo: quia decipit eum, cum quo habitat: vel forte à pellendo: quod foras pellat & extrudat veram vxorem. Vnde alludunt versus sequentes:

Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur
Mæstas & amor: aut pellex, ac simul vxor,
Continuum virus, domib; sive horrentia bella.

Ad quod facit, quod sentit text. in c. precipue. 11. q. 3. & Lucas in l. si cohortalis. col. 3. C. de cohortal. lib. 12. & Bal. in c. 1. col. 2. vt lite non contesta. Huiusmodi pellicibus genus humani corrupti videmus: & ciuitates plurimas his venenis destrui.

Floridus aliam afferens etymologiam, vult pellicem dici à Græca voce πωλλᾶξ, id est πωλλᾶν, teste Aulo Gellio lib. 4. Ego vero potius conferem dici à nomine Hebræo pelec, seu palah. Hebræi enim hoc nomine pelec pro pellice vtuntur. Et cū hæc sit antiquissima lingua, verisimile est Græcos ab ipsa, & Latinos transiumpsisse, vt est apud Muffler. nam pelec & palah Hebræice vocatur, ob id Latini sumpserunt Pellex à pelec, Græci vero πωλλᾶν à palah. Quamuis Bud. in annota. priorib. in Pandec. in l. 2. ff. de orig. iur. dicat eam proprie pellicem, quæ cum eo cōfuerat, qui vxorem habet: quæ vero cum cōlebe confuecunt, non pellices, sed πωλλᾶξι dicuntur, verbo Græco.

Addit quoque Alciat. solam huiusmodi posse à vicinia expelli, ne probris mulieribus malo sit exemplo. Aduerte proceres: lex est Regni à sancto Ludouico Rege quondam Francia edita, quæ lex posita est in titul. Que les ribaudes communes soyent bouter hors des bonnes villes. in qua sequentia præsertim statuit: primum voluit meretrices extra ciuitatem pellendas: secundo si postea ad ciuitatem reuertantur, spoliandas esse decreuit: tertio voluit eos, qui his inhonestis meretricibus domos locauerint, puniēdos ad amissionem domus locatæ pro illo anno. habitare enim hæc debent in fundo Puteolano, de quo in l. Aemilius. ff. de minor.

Intellige debere quidem expelli à ciuitatibus: nec tamen ruri locari debent, aut in locis hominum frequentia delituti, ne lenones, alios illuc confugiētes interficiant: sed ad pomœria ciuitatum sunt transferenda, vt videmus in Montepessulano, aut alias intra ciuitatem in loco remoto & segregato ab honestorum virorum consortio, à plateis & bonis vicis, quod Dei voluntati conuenire probatur apud Ezechiel. 16. ca. Aedificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis, & fabricasti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelsum tuum fecisti in omni platea. & subsequitur: destruent lupanar tuum, & demolientur prostibulum tuum, &c. Idem fere censent statuta Sabaud. tit. de meretricibus public.

Apud tamen Corinthos supra mille meretrices

Pellex ea dicitur in reydū, que sine nuptiis in domo est.

Pellex unde dicitur.

Pellex potest à vicinia expelli. Ordinarium autem de pellicibus explicatur.

Lupanaria debent esse ad pomœria ciuitatum, vt ruri.

ces in templo Veneris assidue degebant, & inflammata libidine illic quasi meretricio operâ dare non verebantur, & velut sacrorum ministræ, sic deæ famulabantur, teste Alexand. lib. genial. c. vi. videte Cælium lib. 8. c. 4.

Secundo intelligite, dum ita segregantur ab honestiori hominum consortio, quod etiam facilius dignoscantur & secernantur, cogendas esse leuissimodi meretrices deferre quoddam insigne, quod eas omnino secernat à castis mulieribus. l. mime. C. de episcopal. audien. vbi Bal. apud nos gestant ligam altero humero, secundum Boer. post contractu. Biturito. & Bened. in reper. c. Raynutius. in princ. nu. 61. de testa. Sed dicebat quidam vii. forte posse tot inueniri ligas: nam ex omni forte tribu essent quamplures signanda.

Idem in lenonibus disponit c. sancimus. in athen. de leno. colla. 4. vbi Imperator mādāt lenones à ciuitatibus expelli, velut pestiferos & castitatis vastatores. Quippe (vt fertur) non essent futires sine receptoribus. l. 1. ff. de recepta. & per totum: sic nō essent tot meretrices sine lenonibus, & lenis. Sed hoc artificij genere puro maxime temporibus hodiernis defungit mulieres, quæ familiaris hoc officio abutuntur, in grauem multarum animarum perniciem. Et pœna fustigationis puniuntur ex constitutio. Sabaud. vt patet in lib. 3. statut. in fine.

Antequam vero quis dicatur leno publicus, quatuor requiruntur: primo, quod puellas inuitas fumat. d. §. sancimus. Secundo, quod illas ad necessitatem peccandi adigat. Tertio, quod mulier det ei quæstum. Quarto, quod ipsas habeat patris & conuentionibus obligatas ad dictam vtilitatem exercendam: & tales vltimo sunt plectendi supplicio, in d. §. sancimus. & per totum, de leno. Scribit Berber. in viator. iur. in rub. de adulter. circa fi. Eademque pœna mulieres puniendæ foret, si supradicta cōcurrerent, aut saltem fustigari deberent, & perpetuo inter bestias exulare, ne reliquas mulieres honestas amplius corrumpant.

Sed quæritur in mulieribus inhonestis & impudicis, quæ postquam fuerunt expulsa, nihilominus reuertuntur ad ciuitatem eis interdictam, quid iuris respon. eas esse spoliandas, vt cōstat in ordinatio. Reg. Sed videtur hanc legem neutiquam esse recipiendam. Quia dicit Thomas in 4. Sentē. dist. 33. q. 1. artic. 3. ac in scriptis super Dionysium. 4. lectio. 9. col. 5. in princ. refert Chaffa. in Catalo. gloria mundi, in parte vltima, cōsidera. 77. Quod lex puniens mulieres in lupanari est abrogata: quia ecclesia sub dissimulatione permittit ea propter grauiora mala vitanda. c. duo. c. neri restitutorum. 13. dist. c. inter opera. de sponsalibus. Præpoc. Alexand. in c. priuilegia. §. officium. 3. distin. Dicit Augustinus: Hoc facit meretrix in mundo, quod sentina in nauis, vel cloaca in palatio. tolle cloacam, & replebis foetore palatium: similiter de sentina. Tolle meretrices de mundo, & replebis ipsum fodomum. in lib. 13. de ciuita. Dec. Et refert beatus Thomas in 4. Sententiarum, de regimine princip. dist. 14. & Ioan. Lupus in reper. ca. per vltimas. §. 40. fol. 23. de donatio. inter vir. & vxor. Solutio breuis est, quod hæc ordinatio non punit mulieres in prostibulo, sed tum demum cum degunt in ciuitate post expulsionem, contra præcedentem prohibitionem, ob vtilitatem publicam introductam. videte Panor. in cap. quia. de vita & honesta. clericor.

Item quod possint spoliari, probatur Ezechiel. 16. Et denuabunt te vestimentis tuis, vt auferant vasa decoris tui, & derelinquant te nudam, pleamque ignominia, & adducunt super te multi-

Meretrices quare segregantur. Meretrices cogendas sunt in signone deferre.

Lenones expelluntur à ciuitatibus.

Quatuor requiruntur antequam quis dicatur leno.

Pellex potest à vicinia expelli. Ordinarium autem de pellicibus explicatur.

Meretrices si rollas, replebis mundum fodomia.

tudinem, &c. Ecce quomodo hæc ordinatio ex illo text. elicitur fuit, quam vidi seruari in Montepessulano. Non enim debet seruari honor illi, qui sic in tantum scelus deduxit. l. fenatoris. ff. de ritu nuptiar. Et per hoc concludit Hippol. in l. vna. nu. 34. C. de raptor. quod potest impune furtum committi in bonis meretricis. nam argumentum ducto à maiori ad minus, si persona potest rapi, per d. l. vnam. quæ est dignior rebus. l. iustissime. ff. de adilit. edic. ergo & bona furripi. Item quia iura loquentia in violentia, procedunt in furto. l. as. in l. si quando. C. vnde vi. Ego tamen contrarium arbitror. Quia furari generaliter prohibitum est, quæcunque bona sint, & cuiuscunque. in decalogo, Non furtum facies. ergo nec bona meretricis. Non igitur obstat, quod persona rapi possit: nempe quia in persona deliquit, coniciendo se ad tam vile, & improbatum mercimonium, quo sine fine peccare solet: nil mirum si quoque in persona puniatur, & in eodem vsu, quo sibi talem viuendi modum delegit. Nec refragatur, quod iura loquentia de vi, procedunt in furto. hoc enim verum est quoad probationem, & in odium furis, non in odium domini. Pro qua opinione tibi sufficiat text. in l. verum. arguendo à contrario. ff. de furt.

Ad hæc licet spoliatur, non tamen committitur furtum: quandoquidem id fit iuris auctoritate. Vnde interrogatus in Montepessulano, an ipse restitui debeat, cum spoliatus ante omnia veniat restituendus, cap. ex quaestione. de resti. spoliator. cum similibus. respondi non debere. nam cum quis est spoliatus auctoritate iudicis, legis vel ordinationis, non restituitur. glo. singular. in c. præsentium. 7. q. 1. & in c. nomine. verb. in audientia. 23. dist. & in summa 3. q. 1. Sequitur Fel. in ca. dilectus. in 1. col. 1. & seq. de restrip. c. si quando. col. 1. de offic. deleg. l. as. in l. qui in aliena. §. si. ff. de acq. heredita.

Sed cuius erunt hæc vestes, quibus spoliatur? videtur, quod spoliatur in pœnam contemptus præcepti. Contrarium verius crederem. nam hæc spoliatio fit in pœnam infamiae, vt superius dictū fuit apud Ezechielem c. 16. sub his verbis: vt auferant vasa decoris tui, &c. Quod si priuaretur suis vestibus, afficeretur duplici pœna. quod ius prohibet in c. at si clerici. §. fin. extra. de iudic. nec quidem vsque ad indultum spolianda est, sed tatum veste superiore, vt text. dicit usques à la cotte, ou pelisson, &c. Sicque ducetur spoliata per ciuitatem: tum demum vestis ei restituetur. interdum tamē apparatus vestes retinent: quod vere furtum appellarem.

Intellige quoque: meretrices, licet turpes sint, non tamen omnes sunt infames. glo. in l. Pantoni. ff. si quis à parente manum. fuer. Sed tantum hæc, quæ publice sese prostituunt, secundum Alexand. consil. 11. in 1. vol. nec dominus lupanaris est infamis. glo. in cap. tolerabilius. 32. q. 5. Re tamen ipsa, & opinioe hominum infamiae notam istos haud effugere posse arbitror, per l. 2. ff. de obseq.

Nec nec spoliatio præfata obseruatur in hac patria consuetudinaria, quemadmodum nec expelluntur hodie meretrices à ciuitatibus, quibus in grauem hominum perniciem singula referta sunt ciuitates. Veruntamen si iudici constet vitis informationibus mulierem impudice viuere, cōpellet eam è vicinia migrare. nec enim sufficeret querela viciniae sine informationibus, etiam si fuerit ex alio loco honesto expulsa: siquidem viuendi modum corrigere potuit, vt supra dixi. Et ita fuit pronuntiatum in senatu anno 1534. vltima die

In bonis meretricis furtum impune committitur, secundum quosdam, scilicet cum secutum auctorem.

Spoliatus iuris auctore, non restituitur.

Meretrices vestes cuius sint.

Meretrices non omnes infames.

Index cogit meretricem è vicinia migrare.

Clerici possunt cogi per iudices laicos ad dimittendum concubinas.

Tribus modis elicitur nominis significatio.

Meretrix quæ, & unde dicitur.

Pellex quæ

die Iulij. Scripsi in l.tomo commentar. in consti. Reg. Gallie. in tract. de senten. prouiso. in praes. nu. 133. in 34. casu. in quo facienda est prouiso.

Limitatur quado desisset artem meretriciam exercere, & poenitentia ducta coepisset honeste viuere. tunc enim nec spoliari, nec vilo pacto ciuici possit, veluti probant las. & Bald. in l. arenam. C. de inofficio. testam. vbi mater a meretricio emendata potest meretricem filiam exheredare: quod alias ci non esset permillum. quippe attendenda est vltima consuetudo. l. Mela. §. penul. ff. de aliment. & cibar. lega. Peracta enim poenitentia pristinum recuperari statum, ac si nunquam deliquisset. l. Imperialis. in princip. C. de nupt. & ibi Bar. & Bal. Hippol. in d.l.vna. no. 2. c. fidelior. 50. distinct. Emendata vero praesumitur, cum tribus nouissimis annis continuis honeste vixit. tex. nota. in d. §. si vero is quidem. in authen. de monach. colla. l. Roma. singul. 724. Corset. in singul. incipien. praesumptio. Alexand. in l. i. col. 1. & ibi in additio. de edendo. & in l. i. §. si. ff. qui satisfar. cogā. & l. si prius. nu. 43. de noui oper. nuntia. Barb. consil. 40. in 3. vol. Bonus de Curtili in tract. nobilita. in 3. parte. nu. 92. vbi nec tantum tempus requireretur.

Meretrix quando emendata censetur.

Meretrix coniugata non expellitur.

Maritus le no suo vxoris expelli debet a ciuitate.

Lupanaria pmo instituta fuere in Cypro insula.

Babylonij filius adige bant aqua stium factum.

Persona in honesta non debent esse in loco honesto.

honestorum domus locantur, & conductores ibidem exercent lupanaria: & ita quadrant tex. dicti, pensiones ex locationibus praediorum, &c. non quod honesti viri lupanaria per se exerceant: alias esset contrarium in obiecto. Videte in consuetu. Neapol. titul. de prohibita habitatio. meretricis inter bonas mulieres. c. causam. col. 2. de probat.

Scortum pellis est testium arietum. Vel meretrix scortum vocatur: quod vt haec pellicule, subigatur. de his meretricibus & scortis loquitur l. si quis cum sciret. ff. pro empto. & l. veru. ff. de furt. Hinc scortator, meretricum sectator, vel amator! Et scortari, est meretricari. Et Diogenes solitus erat dicere scorta esse Regum Reginas: quod ab his quicquid collibuisse, peterent, & imperraret, vt refert Plutarch. in Apophthegma.

Meretrix vocatur scortum.

De scortis Diogenis sententia.

Lenoni pateriens in sua domo qua poena punitur.

Tertium igitur est in praefata ordinatione, quod prohibentur domini domorum ipsas locare meretricibus publicis: alias amittunt pensionem domus nomine poenae vnus anni. ibi, Et si aucum leuonoit maison, que le locatour fust tenu de payer a la iustice du lieu pour ce en nom d'amende, autant que le louage de la maison monteroit par an.

Ita si quis patitur in sua domo quendam lenonem huiusmodi propositum operationis habere, & hęc denotata cognoscens, non ex domo sua expulerit: faciat etiam decem librarum auri sustinere poenam, & circa ipsius periclitaturum habitacionem. §. si quis autem. in auth. de leno. colla. 3. Idem in statutis Sabaudie. in fi. lib. 3.

Intellige supradicta, quando locaret publicis meretricibus. Sed quero, quę dicatur communis meretrix? text. in ca. vidua. 34. distinct. ita declarat: meretrix est, quę multorum libidini parat. dicit ibi glo. quia admittit plures, quam 23. millia hominum. allegat c. disciplina. 45. distinct. vel quę admittit 40. millia. c. latores. de cleric. excommunic. Sed omisis tanquam ridendis huiusmodi computationibus, cenferem eam esse communem meretricem, cuius turpitudine publice venalis est. ca. meretrices. 32. q. 4. Communis enim dicitur, quasi omnibus cōsentiens, & quasi cum munere, a con & munus, & sic, quę palam quęstum exerceat. l. palam. ff. de ritu nuptiar. Sicquę non comprehenduntur hic concubine scholarium, vel canonicorum, seu sacerdotum: cum non omnium sint cōmunis, sed duorum tantum, qui va, & qui vent.

Concubinae scholasticorum & sacerdotum non comprehenduntur ordinatione diu Ludouici.

Postremo in text. quid dicatur antiquum, vel nouum, arbitrio iudicis relinquitur, vt scripsi in l. sylua. §. noualis. supra eod. Antiquos tamen & senes & veteres differre ait Valla lib. 4. c. 5. quę forsā apud grammaticos & rhetores seruari possit: nos vero his promiscue vtimur. l. veteres. ff. de action. empti.

Cum aliquo tamen vinebat. Colligere quoque possumus ex hoc loco, quod viuere cum aliquo dicitur non solum, quando cum eo moratur, sed etiam si cum eo edat & bibat. verbum nanque viuere hęc comprehendit. l. quos nos. §. si. infra eo. scripsi in l. verbo victus. supra eod. Ita matremfamil. accipere debemus eam, quę non inhoneste in domo vixit. l. pronuntiatum. §. i. supra eodem. quod facit ad ea, quę scribit tex. & ibidem docto. in l. i. C. de lega. Ex quibus elucidatam puto nostram legem, necnon praefatam ordinationem sancti Ludouici de meretricibus expellendis. ibi reliqua forte scribam.

VLPIANVS LIB. DECIMO.

Lex cxlv.

Virilis

Virilis appellatione interdum etiam totam hereditatem contineri dicendum est.

Virilis appellatio significat interdum totum, vt in exemplo glo. Si duo sint instituti heredes in viriles partes, quorum vnus decesserat, vel post decessit ante aditam hereditatem, totum superstes habebit. argu. l. 2. C. de heredib. infi. Sequitur gl. & Alcia. mihi tamen non placet. nam vno non succedente, alter per ius accrescedi totum habet, vt diximus in l. triplicia. supra eod. non ex vi illius verbi virilis, sed quia institutus in parte alio non succedente totum habet, quemadmodum etiam is qui in fundo institutus est. l. 1. ff. de heredib. infi. Quapropter si fingamus testatorem sic dixisse, Virilem partem bonorum meorum do Titio, non adiecto alio herede, vel donatario, dicerem eum totum habere: quia virilis appellatio totam interdum hereditatem continet pro subiecta materia. scripsi in l. sape. supra eo.

Alciati sententia super verbo virilis.

Auctoris opinio super verbo virilis.

Interdum quid denotet.

Alciati intellectus ad § filia reprehenditur per auctorem, & verum datur.

tem significat. Pone duos esse, qui contra tabulas bonorum possessionem accipiunt contra tertium bona possidentem, & vnum esse ex liberis parentibusque: virilis tertia erit portio. sed si tres sunt, qui contra tabulas bonorum possessionem acciperint contra quartum: quarta erit virilis. Hoc idem & in legatis obseruabitur. l. virilis. ff. de leg. praestand. Ibi ergo accipitur pro parte aequali. Et idem regulariter tam in statutis, quam legibus. l. quoties. ff. ad Trebellia. l. 2. de fund. instruc. l. cum pater. §. hereditatem. de lega. 2. l. statuliber. de statulib. ibi, viriles partes eis dadas. & l. qui pecunia. & l. illud. si pars heredi. pera. l. aufertur. in fi. de iure fisci. l. reos. in fin. ibi, in partes viriles. de duob. reis. l. proinde. de stipula. feruar. ibi, nō pro virilibus acquirere. l. si plures. in princ. ibi, in virilem partem conueniatur. de fideiul. l. inter eos. ibi, solidum aut partes viriles. ibidem. l. Paulus. 2. de solutio. l. vnum ex familia. §. si duos. de lega. 2.

Virilis denotat frequentius aequalē partem. Virilis in legato quid denotet.

Virilis sexus.

Dignitas maior in sexu virili.

Virilis & virile pro eo, quod ad virum pertinet.

Mulieres virilibus officiis fungi non debent. Viri uer exequi

Virilia quid.

Facere pro virili. Aduocatus pro virili debet clientem suum defendere.

Itē virilis sexus dicitur masculinus. l. 2. §. agnati autem sunt cognati virilis sexus ab eodem orti. ff. de suis & legitim. heredib. l. cognoscere. §. liberorum. sup. co. l. r. de lega. praestand. l. idem est. de liberal. caus. Et maior est dignitas in sexu virili. l. 1. ff. de senator. Virilis animus. in l. fin. qui petant tutor. Virilis vigor. l. r. in fi. ff. de minor. ibi, nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat. Virilia vestimenta. in l. sed si vir. §. i. ff. de donatio. inter vir. & vxor. & l. vestis. de aur. & arg. leg. Adhęc virilis & virile, quod pertinet ad virum. Vnde opera argentarij virilis est, id est ad virum pertinet. l. penul. ff. de edendo. Et tutelam administrare virile munus est, & vltra sexum foemineę infirmitatis tale officium est. l. 1. C. quādo mulier tutel. offic. fungi possit. Et plerūque tutela est virile officium. l. tutela. ff. de tutel. Et virilibus fungi officiis mulieres nō debent. l. r. §. sexum. ff. de postuland. Et virilia vestimenta, quę ipsius patrifamilias causa parata sunt. l. vestis. §. virilia. ff. de auro & arg. leg. Et vestis virilis, in l. vestis. supra eo.

Item viriliter exequi mandat Papa, id est fortiter & potenter, vt in c. officium. §. denique. de heretic. in 6. Vnde Cicero in offic. ait: Quod viriliter animoque magno fit, id dignum virō & decorum videtur. Item virilia sunt verenda, & pudenda, quę virti demonstrant. l. sed est quęstum. in fi. ff. de liber. & posth. ibi, hermaphroditus, maxime si in eo virilia praualebūt, posthumum heredem instituere poterit. quę non debet quis abscondere sine causa. c. 3. c. significauit. & c. ex parte M. de corpor. vitia. alioqui punitur, vt ibi, & scripsi in l. spadonum. supra eodem.

Item pro virili facere, est pro viribus & toto conatu: vt aduocatus pro virili clientem suum defendere debet, id est quantum potest, citra tamen animę iacturam. l. quicquid. C. de postul. faciunt quę scripsi in l. potest reliquorum. supra eod.

TERENTIUS CLEMENS libro secundo. Lex cxlvj.

Soceri & socrus appellatione auum quoque, & auiam vxoris, vel mariti contineri respondit.

Soceri & socrus appellatione continetur auum & auia mariti, vel vxoris. Interdum tamen distinguuntur ista nomina, quando Iuriconsultus ea diuidit, vt in l. non facile. §. ad fines. ff. de gradib. ibi, & quidem pater viri vxorisque socer, mater

Y

IDEM LIB. X. AD LEGEM Iuliam Papiam. Lex cxlix.

Nam quem sine liberis esse, dicere non possumus, hunc necesse est, ut dicamus liberos habere.

Hæ leges ita propter materiam connexitatem simul sumptæ habent quatuor particulas. In prima ponit dictum, quod quis non dicitur esse sine liberis, qui vnum tantum habet filium, vel filiam. In secunda ibi, hæc enim, probat, quia hæc enuntiatio siue pronuntiatio, habet liberos, semper in plurali numero profertur: comprehendit tamen singularem numerum, & sic vnum tantum filium. In tertia ibi, sicut & pupillares, probat à simili, quod sicut tabulæ pupillares & codicilli in plurali profertur, & in vno locum habent, sic & dictio liberorum. Quarta ibi, nam quem, probat per rationem: nempe is necesse est ut dicatur habere liberos, qui sine liberis non est. Et istud operatur ratio naturalis, non stricta verborum significatio. Bal.in l.1.col.2.C.de heredib.in fi. Alexandr.conf.109.super prima.nu.12.vol.7. & sic habet cõmunis vsus loquendi, teste Corneo conf. 91. vifa facti.col.2.in 1.vol. Sicque hoc duplici firmatur argumento, scilicet quod dictio liberorum in plurali semper profertur, tum quod qui habet filium, non dicatur decedere sine liberis.

Ampliate primum idem esse, si quis dicat, sine filiis: vt deficiat conditio per vnus existentiam, ex rationibus prædictis. sic consuluit Panor.conf.58. quidam Nicolaus in 2.vol.& conf.55. visis. in 3.vol. quia non est sine filiis: nempe dictio sine excludit, & vim negatiuæ habet, quæ totum negat, l.1.in fi. de pignoratit.actio. Alber.in authen. hoc ius. C. de procurator. l. si sic stipulatus. ff. de verb. obliga. scripti in l. malum. §. viduam. infra eod. Et quamuis dictio filius profertur in singulari, & sic prima cõditio: tamen non cessat secunda, ideoque habebit locum decisio. per §. affinitatis. Insti. de nupr. Fel. in c. omnes leges. col.3. dist.1.

Secundo si statutum vel cõsuetudo velit, quod stantibus liberis masculis foeminae non succedat, licet vnus tantum sit masculus, succedet. Bal. in l. 1. C. de cõditio. insert. cum eadem sit ratio in vno, quæ in pluribus, teste Dec. consil. 484. æquitate. plene Alber. Brunus in tracta. de statu. excluden. foem. artic. 12. q. 13.

Tertio ampliate etiam ad consuetudinẽ Tholosanam, qua cauetur, quod maritus lucretur dotem vxore decedente sine liberis, filiis vel natis: nempe vnum sufficit habere, vt excludatur maritus à successione. Quia naturalis ratio attenditur potius quam pluralis locutio, & quia non est sine liberis qui vnum habet, vt hic. Fel. scribit in cap. omnes leges. col.3. dist. 1. & cum dicitur, sine natis, tex. est in l. natorum. supra eod.

Quarto etiam si quis prægnantem vxorem reliquerit, non videtur sine liberis decessisse, quamuis ea tantum vnum gestaret in vtero. l. si quis prægnantem. infra tit. proximo. Fel. in c. licet. in fi. de homicid. nam qui in vtero sunt, pro natis habentur. l. qui in vtero. ff. de statu homi.

Quinto idem si dictum fuerit, si sine infantibus, vt vulgus Gallic. exprimit, sans enfans mallez: vt tunc quoque vnus sufficit: quia infantes dicitur habere, qui sine illis non est, vt in ista lege, nec in his diuersitatis ratio potest assignari: quamobrem idem ius erit. l. illud. ff. ad legem Aquil.

Sexto idem si dicat, sine propinquis, vel agnatis, seu cognatis, si sine descendens de son corpis: sufficit enim quod vnum habeat. l. 2. §. homines. & §. quod ait prator. ff. vi bonor. raptor.

Leg. cxlviij. cxlviij. In tit. de verbor. signific.

Sine propinquis vel agnatis, seu cognatis, si sine descendens de son corpis: sufficit enim quod vnum habeat. l. 2. §. homines. & §. quod ait prator. ff. vi bonor. raptor.

Octavo cum dicitur, sine posthumis, vnum relinquere sufficit. Alexandr. consil. 109. super prima. col. 1. in 7. vol. per l. ait prator. §. homines. ff. vi bonor. raptor. l. 3. §. negotia. de negot. gest. per istum textum.

Intellige, siue masculum, siue foemina habeat: vt etiam qui filiam habet, non dicatur sine liberis decedere, per istum tex. & l. quifquis. infra eo. l. si quis. de testam. tutel. nisi expressum esset de masculo, vt supra dixi. Sufficeret quoque filia ex filio. l. 1. C. de conditio. insert. Alexandr. consil. 178. in 5. vol. & consil. 38. perspectis his. col. 1. in 6. vol. per tex. in l. si ita scriptum. ff. de lega. 2. & Roman. consil. 148. visis. in fi. nam masculinum dicitur comprehendere foemininum, vt dixi in l. supra eo. sic etiam consuluit Soci. consil. 55. visis consiliis. in 3. vol. Corne. consil. 91. vifa facti. col. 1. in 1. vol.

Ex quibus notabis decisiones sequentes. primo si quis causa matrimonij donauerit filio vel filia, & voluerit bona redire ad fratres, si liberos nõ habuerit, sufficit quod vnum habuerit, per istum tex. licet fuerit mortuus. l. cum vxori. quãd. dies lega. cedit. Et notandæ sunt verborum diuersitates: quia si testator dixerit, Si liberos habuerit: tunc sufficit habuisse, licet non vianit: nisi de contraria mente constaret. Et sic intelligitur d. cum vxori. Nempè in conditionibus respicimus initium. Bal. in l. precibus. 3. oppositio. C. de impub. & aliis substi. Aut dicit, si moriatur sine liberis: & tunc requiritur, quod tempore mortis habeat filium vel nepotem. l. 1. C. de conditio. insert. Paul. & alij in l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebell. c. Raynuius. & c. Raynaldus. vbi glo. & doct. de testam.

Item in substitutione facta, si sine liberis decesserit: intelligitur etiam si vnum tantum habeat filium, vt hic, & l. iubemus. §. sin autem. C. ad Trebellia. l. pater Seuerinam. §. 1. Sufficit quoque naturalis filius. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebellia.

Etiam si dixisset, sine liberis ex suo corpore natis: nepotes continentur, vel vnus: quia mediate nati ex corpore, dicuntur nepotes. Bald. in consil. 13. punctus talis. in 3. vol. & quia liberorum appellatione veniunt etiam nepotes. l. liberorum. infra eod. sic consuluit Roma. consil. 148. visis.

Ampliate etiam si is filius professus esset fratris minorum religionem, aut alterius ordinis: nam licet mundo fictitie quodammodo mortuus dicatur, vere tamen & naturaliter viuunt, bibunt, & comedunt. glo. in arthen. idem. §. de bonis quæ liber. ac restitui potest. c. nuper. de testib. & quia dispositio erat facta ad commodum contrahentis religiosi, nimirum si contrahens dicitur decedere cum filio religioso. Quandoquidem licet religiosus non possit succedere, tamen alij consanguinei succedunt, teste Petro de Anchara. consil. 396. in vnum casum. post glo. & doct. in l. filiusfamil. §. cum quis. ff. de lega. 1.

Quamuis contrarium videatur tenere Bar. in l. filiusfamil. §. cum quis. de lega. 1. & Bald. in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. plene Alex. consil. 13. circa 1. q. in 3. vol. Prima tamen seruatur, dum materia subiecta non repugnet: quia licet ipse frater minorita non succedat, consanguinei tamen proximiores succedent, nisi substitutus esset proximior testanti: tunc enim religiosus nõ excludet

substitutum, ex verisimili coniectura testantis. l. cum auus. ff. de condit. & demon. vbi Soci. & alij. Item hæc verba, si sine liberis decesserit: intelliguntur etiam si liberi non fuerint heredes. l. filiusfamil. §. cum quis. ff. de lega. 1. Nec tamen per istam clausulam, si sine liberis decesserit: censentur instituti liberi, sed tacite succedent ab intestato, vt docet glo. no. in l. Lucius. in magna. ff. de heredib. insti. vbi multa addidi.

Ad hæc filius vel filia facit deficere fideicommissum, etiam si postea moriatur. l. filiusfamil. §. cum quis. de leg. 1. l. ex facto. §. si quis autem. ad Trebell. & l. si. quãd. dies lega. cedit. l. 1. C. de conditio. insert. Adde etiã si sine liberis decesserit talis filius. Siquidem penitus extincta fuit huiusmodi substitutio per superuenientiam liberorum, vt docet Oldrad. consil. 21. thema tale. & Dec. consil. 287. in ciuitate. col. 2. cõsili. 291. visis. col. 3. vt superius dixi.

Imo etiam si quis haberet filium ad mortem condemnatum, sed qui appellauerat, interim quæ pater decessit, non dicitur pater absque liberis decedere: & ita vidi iudicari: licet post mortem patris statim moreretur: quia sufficit tempore mortis fuisse viuum. glo. & doct. in d. filiusfamil. §. cõquis. & l. quia latrombus. in fi. ff. de testam. Nempè qualitas iuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de no. xal. actio. Dec. consil. 187. in ciuitate. col. 2. Et ista poteritis trahere ad alios effectus.

Non est etiam prætermittendum, quod si pater substituat filio, intelligitur si ipse filius decedat sine liberis: magis enim censetur dilexisse filios filij, quam alios. l. cum auus. ff. de conditio. & demonstra. l. generaliter. C. de insti. & l. cum acutissimi. de fideicommiss.

Notandum est igitur, quod plurale resoluitur in singulare, quando eadem est ratio in singulari, sicut in plurali. l. falsa. §. si. ff. de conditio. & demon. Vnde si statutum disponat, quod superstitibus filiis masculis non succedat vxor, per vnicum masculum excludetur soror: quia magis attenti debet naturalis ratio, quã pluralis oratio. Bal. in l. 1. col. 2. C. de conditio. insert. Alex. consil. 109. super prima. col. 4. vol. 7. Et hoc quando eadem est ratio: secus si diuersa. Vnde si statuto cautum sit, puniendum graui poena eum, qui cõ hominibus armatis accesserit ad domum alterius: si cum vno tantum homine armato accesserit, non punietur eadem poena. Grauior enim est iniuria, quæ à pluribus fit. Bal. in l. iubemus. §. sin autem. C. ad Trebellia. Soci. consil. 43. vifa prouisione. col. 2. in 1. vol.

Secundo etiam resoluitur, quando resolueretur absurdum in numero plurali. c. accepta. de appella. c. vt priuilegia. de priuileg. §. aut si libellario. & ibi Bal. quib. mod. feud. amitta.

Tertio quando veniret contra mentem statuti vel legis, si remaneret in plurali, tunc quoque sequendo mentem resolueretur plurale in singulare. tex. egregius in l. pater Seuerinam. §. 1. ibi, ex voluntate vel vno filio relicto superstiti. ff. de cõditio. & demonstra. Bal. & Salice. in l. quamuis. C. de impub. glo. in l. hoc articulo. ff. de heredib. insti. Soci. d. consil. 47. col. pen. & consil. 73. circa. col. 4. vol. 1. Lancello. Poli. in tract. substitutionum, de vulgar. col. 8. Et vt omnia comprehendatis, vide te regul. interpres. de reg. iur. in 6. & ibi not. per iurium interpreses, & l. in l. qui filiabus. §. 1. ff. de lega. 1. & consil. 145. in fi. vol. 2.

Quarto quando pluralis numerus respicit effectus, tunc in singularia debet resolui, per text. in l. falsa. §. si. ff. de conditio. & demonstra. vbi Bar. & doct. sic consuluit Dec. consil. 50. quia verba. col. 2.

Socer est pater vxoris meæ.

Auus & auia appellatio non venit, vbi socer distinguitur a socero.

Matrimonium prohibetur inter socrum & generum extenditur ad auiam. P. vni appellatio venit patruus magnus.

Arestum.

Lex cxlviij.

Qui in continentibus, &c.

Hæc legem, quia fuit elucidata immediate post lædificia. supra eod. hic non declaro.

CAIUS LIB. VIII. AD LEGEM Iul. Papiam. Lex cxlviij.

Non est sine liberis, cui vel vnus filius, vnãve filia est. hæc enim enuntiatio, HABET LIBEROS, semper pro plurali numero profertur, sicut & PUPILLARES & CODICILLI.

Sine filiis non est, quomodo vnus habet.

Statutum prohibens foeminas succedere filiis liberis masculis, si vnus sit, succedat Tholosana cõsuetudo. Naturalis ratio attenditur, non pluralis locutio.

Religiosus vxorẽ proxi- mantis dicitur sine liberis.

Sine infans.

Sine liberis nõ est quis, quamuis liberi nõ sint heredes.

Filius vel filia facit deficere fideicommissum.

Pater habens filium ad mortem condemnatum, nõ est sine liberis.

Plurale resoluitur in singulare.

Plurale in singulare resoluitur, si absurdum resolueret.

Plurale cõtra mentem legis vel statuti, resoluitur in singulare.

Pluralis numerus respicit effectus, tunc in singularia debet resolui.

Petens aliquid successione, dicens eum sine liberis decessisse, intentionem suam iure communis datam habet.

Liber pro filio.

Semper dicitur capitur pro multis.

Semper pro omni tempore.

Postremo qui petit successione alicuius, dicens eum decessisse sine liberis, intentionem suam habet iure communi fundatam. Quapropter aduersario incumbit onus probandi eum, de cuius hereditate agitur, alias habuisse liberos, qui presententur semper viuere, & per consequens eum non sine liberis decessisse, nisi contrarium probetur. Bar. & alij in l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebel. Et ita concludit Anto. Capitius in decis. Neapoli. q. 159. nu. 11. Sed alias qui dicit liberos esse, probare debet, quia ponit. l. auctor. C. de prob.

Oppono ad text. ibi, hac enim dictio, habet liberos, semper pro plurali numero profertur, &c. Quod imo dictio Liberi profertur etiam in singulari. text. est in l. liber homo. ff. de verbor. obliga. l. inter stipulante. §. sacram. de verbor. obliga. & alibi saepe. Respon. ibi accipi in alia significatione liberum, scilicet pro ingenuo & habente libertatem, vt in l. proximo. de his quae in testam. de lent. ff. In qua significatione passim in iure videmus poni in singulari: scus si pro filio accipiatur, vt hic.

Veruntamen nonnunquam, & multis in locis probatur etiam in singulari pro filio accipi. in l. ius autem agnationis. ibi, nolle suum liberum esse. ff. de pact. & l. 1. §. si ibi, liberum, paratem, &c. ff. vbi pupil. educar. debeat. Ita Lauren. Valla lib. 3. ca. 6. dicit liberum pro filio apud Quintilianum, Paulum Caiumque Iurisc. adnotasse, & refert Catellia. Corta in 2. parte memor. in verb. liberu. Imperator quoque, si eius auctoritas quoad elegatiam & proprietatem verborum sufficiat, protulit liberum pro filio in l. si quis prioris. §. in illo. ibi, talem liberum vel liberos. C. de secund. nupt. & in l. si quis in suo testamento maximam quidem portionem libero relinquit. de officio. testam. Alciat. etiam ita docet accipi in l. nemo prado. §. locupletior non est factus, qui liberum acquisiuerit. infra titul. proximo. Sed ego ibi sequendo gl. & doct. potius acciperem pro homine libero, quemadmodum ipsius textus sensus satis aperit dicentis, Acquirere liberum scilicet hominem non reddat aliquid locupletiolem: quia illa vendere, pignori dare, nec de eo disponere potest. l. inter stipulante. §. sacram. ff. de verbor. obligat. Ideo non est in lucro, qui illum habet: ergo non dicitur locupletior. Dec. in l. ex poenalibus. infra titul. proximo. Eumque verum esse arbitror intellectum illius text. quicquid in contrarium dicitur. Et quicquid sit, nobis sufficiat regulariter & quam sepius liberum in singulari numero pro libera conditionis homine accipiendum. Alias quot modis accipiatur liberum, vide in l. non tantum. infra eod.

Et sic dictio semper hic posita accipitur pro multotiens, frequenter, plerumque: quia frequenter in plurali profertur dictio liberi, interdum tamen & in singulari, prout docuimus. Et quod sic capiatur dictio semper, probatur in l. semper in obsecris. cum aliis legibus sic incipientibus. infra titul. proximo. glo. in §. cum vero. in authen. vt determina. sit numer. clericor. colla. l. si ibi, semper rufficitati consultum. C. de testam. l. 1. §. semper autem fatidare cogitur cuiuscumque sit dignitatis, vel facultatum quarumcunque heres. ff. vt legator. seu fideicom. nomi. cauteat. vbi glo. in verb. semper. dicit fallit in casibus, & c. facit l. scire oportet. §. fin. de tutor. & curator. dat. ab his. ibi, semper autem maxime hoc obseruent magistratus. l. Scauola. infra eod.

Itaque cum iste text. dicit, quod semper profertur plurali numero, exponendum est pro sepe nam (vt diximus) etiam aliquando in singulari, vt rum sepius in plurali: quemadmodum alias etiam codicillum in plurali inueni: sed id forte ex quadam licentia Imperiali, vt in l. generali. C. de sacrosanct. eccles. & l. non codicillum. de testam. sed

seruari. c. i. de in integr. resti. & l. quia semper certa est mater. ff. de in ius vocand. & quando negatiua praecedat, regulariter sic ponitur, vt in l. nomen. §. portionis nomen non semper dimidium significat. infra eod.

Quandoque dictio semper temporis continuationem denotat pro quotidie, vel assidue. l. 1. §. perenne est, quod semper fluit. ff. de fluminib. & exponi solet pro continue, vel perpetuo. l. semper in ciuitate nostra veneranda fuit senectus. ff. de iure in unum. l. Gaius. §. Imperator. de alimen. & cib. leg. Et monachus semper deferre debet habitum. c. sanctimonialis. 23. distinct. vbi glo. Et si detur alicui res, vt semper habeat, intelligitur perpetuo. l. vbi Lucas de Penna. col. 4. C. de cast. min. pala. pecul. lib. 12. l. 1. ff. de iure dot. l. si. ff. de paricid. l. lex quae tutores. §. ante omnia. ibi, semper in hereditate, & domo retineantur. C. de administ. tutor. l. quifquis. §. filij. ibi, infamia eos paternam semper comitetur. ad legem Iul. maicsta.

Intelligere debemus tunc actum continuum denotare, quando actui iungitur, qui continuo fieri potest: vt castitas semper a sacerdotibus seruanda est. ca. sacerdotibus. 31. distinct. l. 1. ff. solut. matrimo. Si vero alteri actui iungatur, qui non fit perpetuo, tunc intelligitur pro tempore congruo. glo. in ca. si quis voluntate homicidium fecerit, ad ianuam ecclesiae catholicae semper iaceat. 50. distinct. vbi glo. dicit horis statutis. l. Aquilius Regulus. ibi, qui cum patre meo semper fuisti. ff. de donatio.

Vnde si testis deponat se vidisse Titium semper possedisse, vel ita semper audiuisse, intelligitur congruis temporibus. Bart. & alij in l. 1. ff. soluto matrimo. Panor. & Feli. in proem. decretal. Alexad. consil. 173. viso. vol. 6. Soci. consil. 54. nume. 10. in 4. volum.

Aur si dicatur, quod semper masculus erit heres. declarat Boer. in decis. Burdegal. q. 158. queritur quid iuris.

Item facit regulam, & aequipollet vniuersali. Boer. d. q. 158. nemo enim tam perpetuo tamque continue ire agere potest, vt nullo momento possessio eius interpellari videatur. l. seruitutes praediorum. ff. de seruitutib. Et quando negatio praecedat, facit aequipollere suo contradictorio. l. solent. in si. ibi, neque omnino, nec semper, nec ab omnibus. ff. de offic. proconsul. l. 1. non semper compelleris, vt aduersus absentem pronunties. C. quomod. & quand. iudex. l. quod si minor. §. non semper. ff. de minor. l. binas. §. qui binas. de seruitutib. vrb. anor. praedior.

Nisi appareret de contraria mente testantis. l. legitimus. §. in legitimis. vbi glo. & doct. ff. de legitim. tutor.

Et sic istae dictiones, semper, continue, perpetuo, nunquam, & aliae similes pro subiecta materia sunt intelligendae. text. in ca. nunquam de manu tua vel oculis tuis liber psalterij discedat. de consecra. distinct. 5. vbi glo. exponit nunquam, quasi excludens horas congruas. doct. in proem. decretal. glo. in c. sacrosancta. 22. distinct. gl. in verb. mox. in §. se debent. in authen. de iudic. colla. 6. & in pragmat. sanctio. in titul. de causis. in verb. iugiter. De verb. assidue text. est in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

Itaque cum iste text. dicit, quod semper profertur plurali numero, exponendum est pro sepe nam (vt diximus) etiam aliquando in singulari, vt rum sepius in plurali: quemadmodum alias etiam codicillum in plurali inueni: sed id forte ex quadam licentia Imperiali, vt in l. generali. C. de sacrosanct. eccles. & l. non codicillum. de testam.

Semper pro quousque, vel assidue.

Testis deponens se vidisse aliquid semper possedisse, quomodo intelligatur.

Semper, continue, perpetuo, nunquam, intelligitur pro subiecta materia.

Semper profertur pro sepe.

Proferre sententiam pro enuntiare.

Codicilli prolati.

Proferre pro producere, edere, promerere.

Proferre pro exhibere, ostendere.

Differri in breue tempus.

Proferre, differre, dilatare, protere, proterere, proterere, proterere.

sed non apud Iurisc. Ideoque dicit hic semper. Sic in l. 3. ff. de exceptio. dicitur exceptiones peremptorias semper opponi posse: & tamen post sententiam regulariter non opponuntur. l. peremptorias. C. sentent. rescindi non posse. Sed potest intelligi semper, scilicet ante sententiam definitiuam. c. exceptionem. de exceptio.

Proferitur, id est enuntiatur, pronuntiat, dicitur. nam quod primo dicitur hac enuntiatio, postea dicitur profertur. Inde proferte sententiam dicimus, id est pronuntiare. l. 1. §. 1. ibi, protulerit iudex sententiam. ff. de feriis. l. eum qui. in fi. de iudic. l. Pomponius. & l. inter pares numero iudices si diuersa sententia profertantur. de re iudica. & in rub. C. quomod. & quand. iudex sentent. proferre debeat. & in rub. de sentent. quae sine certa quantita. profer. & rub. C. de sentent. quae pro eo quod interest profer. & plenius scripti in l. pronuntiam. supra eod.

Inde prolata sententia, id est pronuntiat. l. prolata. C. de sentent. & interlocutio. omnium iudi. Prolati codicilli, id est denuntiat & ostensi. l. si cum testamento. ibi, & postea prolatis codicillis vestem quoque mihi legata appareat. ff. de exceptio. rei iudica. l. non est. §. si tamen postea codicilli profertantur. de transactio.

Proferre interdum pro producere, edere, promerere. l. 3. §. tacite autem fideicommissa frequenter sic dereguntur, si proferatur chirographum. ff. de iure fisci. l. in fraudem. §. quoties. l. 1. ibi, quod si ea acta aliter proferantur, is qui ita protulit, a causa cadat. ibid. l. si quis ex argentariis. §. si initium. in si. ibi, vel codicem proferret. iuncta l. 1. §. edere. ff. de edendo. l. 1. §. sufficit autem extare tabulas, et si non proferantur. de bonor. possess. secund. tabul. l. Caius. de pignorat. actio.

Proferre, exhibere, ostendere. l. qui vas. in princ. ibi, cum actor vas maius fuisse diceret, fur vas protulit. ff. de furt. l. tale pactum. §. post diuisionem. vbi glo. de pact. Et in instrumentis quae quis non exhibet actori, permittitur in lite iurare, quanti sua interest ea proferri. l. in instrumentis. ff. de in litem iurand. l. si iuncta rub. de tabul. exhib. Inde Iurisc. consultus ait, differatur & proferantur custodia. l. vnus. in fi. ff. de quaestio. vbi differuntur in breue tempus, id est prolongantur, & proferuntur longius. Siquidem proferre significat procul ferre, & in longum protrahere. Sed ego dicerem propterea, id est propter defensionem habendam, differantur ad tempus, & proferantur, id est producantur, & offerantur rei, & custodiae, id est custodiae persona: eo die dicto a iudice, quo voluit se auditurum custodias: & tempus hoc iudicis super hoc arbitrio pender. dicam fufius in intellectu ad illam l. Et interdum dicit Iurisc. longius proferatur, in l. sed si manente. ff. de precar.

Proferre, differre, dilatare, protendere, prorogare. l. diem proferre. ff. de arbit. l. quo casti. ibi, si possit dies compromissi proferri, proferatur. Eodem modo intelligendum est in l. si a debitore. ff. de fals. vbi sic scribitur: si a creditore prolato die pignoris obligatio mentiarum, falsi criminis locus est. Et quamuis glo. intelligat in vendente & asserente nulli esse obligatum, non tamen conueniret text. quia asserendo profert tunc diem. Ideo secundo intelligit, quando antecedit die factam obligationem dicit. Et tunc in text. legendum esset prolato die, vt Alber. ibi testatur. na hodie debitor Calendis Maij obligauit praedium, & exrat instrumentum obligationis: tamen postea aliud est instrumentum, in quo dicitur quod obligatum erat praedium die prima Ianuarij: tunc quia pignoris obligatio mentitur prolato die a debitore, id est ante lato, criminis falsi locus est. ¶ Vel posiu

mus intelligere, quod Titius obligauit praedium suum Calend. Iunij constante intramento, postea profert, id est dicit die altera obligasse, eo quia obligatio pignoris mentitur, postquam dies est prolata a debitore, tunc falsi crimen est: siue cum colludente creditore factum fuerit. l. si creditor. C. de fals. siue alias ad fraudandum primum creditorem. l. repetita. ff. de fide instrum. prolato testamento. l. 3. in fi. ff. de transactio. l. de arate. §. ex causa. de interrogator. actio.

Alias proferre, id est palam facere. l. de a tate. §. ex causa. ibi, respondeat se heredem esse, mox prolato testamento inuentus sit exheredatus, acquifinum est succuri ei. ff. de interrogator. actio. & ibi, quid enim si occultata tabula & remota postea prolata sunt? l. 2. ibi, vel codicilli diu celati prolati fuerint. ff. de condict. indeb. & l. 4. ibid.

Adhaec prolata seu res prolata dicuntur illae, quas paterfamil. ex vrbe rus adduxit, vt vsui sibi dum rusticator, essent. Modesti. in l. Aurelio. ff. de libera. lega. si text. non corrupte legatur, vt docet Alcia. in lib. 6. parerg. ca. 23. quae lectio et si possit sustineri, mihi tamen communis semper magis placuit, vt separatim a verbis testatoris inseratur haec verba, re prolata, id est quaestione tali proposita, Modestinus respondit, &c. sic enim & in antiquis, & modernis codicibus inueni. Proferre quoque pro commemorare sumitur.

Sequitur in tex. pugillares. alij legunt pupillares. Si legaris pupillares, intelligaris tabulas. Nempe in plurali dicuntur pupillares tabulae pro substitutione pupillari, non in singulari. l. si mater. & l. qui plures. in fi. ff. de vulgari. l. pupillares. quemadmodum testam. aperiat. l. si mater. in princip. de exceptio. rei iudica.

Et generaliter res pupillares, id est ad pupillam pertinentes, dicitur in l. si creditores. ff. de priuileg. creditor.

Item vocantur aliquando secunde tabulae, substitutiones pupillis factae. in l. Papinianus. §. si quis impuberi filio substituit secundas tabulas faciendo. ff. de inofficio. testam. l. 2. §. interdum. & l. si filius qui patri. ff. de vulgari. l. in tabulis. quemadmodum testam. aperiant. l. pater. de captiuis, & l. seq. ibidem.

Pratererea tabulae etiam in plurali proferuntur, vt in titul. de bonor. possessio. secund. tabul. & in rub. de bonor. possessio. contra tabul. & De tabul. exhib. & in l. qua ratione. §. 1. de acquir. rerum domi. Inuenitur etiam interdum in singulari. in l. qui tabulam aream. ff. ad legem Iul. pecul. Sed non pro testamento, eo forte quia communius plures tabulae describebantur in testamentis.

Inde in tabulis publicis saltem conscribens do lo malo, laesa maicstatis tenetur. l. 2. ff. ad legem Iul. maicsta. de tabulis cereis loquitur l. 1. §. qui in rationibus. ff. de fals.

Aliquando Iurisc. solum exprimit in supremis, non addendo tabulis: intelligi tamen & suppleri debet, vt in l. 3. §. si. ff. de munerib. & honor. ibi, si is qui duos filios relinquebat, nil de expectandis muneribus alterius filij ex communi patrimonio supremis suis cauit.

Itaque alij legunt pugillares, & sunt tabulae cereae vel alterius materiae, in quibus stylo scribimus, eo dicta quod pugno comprehendantur: vel a pungendo, quod stylo ferreo in his pungendo scribatur. Gallic. tablettes vocamus. de quibus loquitur text. in l. in commodato. §. sicut. ff. commodari. & in l. 6. de supellect. lega. Interdum etiam in singulari numero reperitur, vt Luc. l. circa fin. ibi, & Zacharias postulans pugillarem. Et per Augustonium poetam, bipatens pugillar expedit. Et Graeci

Proferre est palam facere.

Res prolata quae.

Pugillares tabulae.

Tabulae secundae pro substitutione.

Tabulae in plurali & singulari.

Scribens in tabulis publicis dolo malo, tenetur crimine laesa maicstatis.

Pugillares, tabulae, cereae.

proprie vocant *manudon*: licet *exemplum* vocari Græce dicat Alcia. Enchiridiō enim generale nomen est, & Græce idem significat, quod manuale Latine: quod *exemplum*, id est in manu contineri possit. Et dicitur libellus, qui in manu teneri possit. Sed melius videtur convenire *tex. pupillares*, quæ admodum inveniuntur in antiquis libris abbatie sancti Victoris Paris. & magis est vitatū & frequens, quam pugillares. quandoquidem semper pupillares tabulas dicimus in plurali. l. qui tabulas. & l. quidam tabularum. ff. de furt.

Pupillares tabula. Pugiles qui dicantur.

Pugiles athleta dicuntur, qui pugnare consueverunt, ut in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad legem Aquil. ibi, vel pugiles dum inter se exercentur.

Sensus ergo huius text. erit, quod sicut dicimus in plurali, habet liberos: ita pupillares tabulas, vel codicillos.

Argumentum sumitur ex lege loquente ne gatur.

Ex quibus duabus legibus ita simul sumptis notare possumus, quod ex lege negatiue loquente potest sumi argumentum à contrario affirmatiue: & sic qui non est sine liberis, ergo liberos habet, & idem e contrario. Sic igitur bonus iurisperitus duo solet elicere ex lege negatiue loquente: vnum expresse scilicet negatiue, alterū tacite affirmatiue, & e contrario: lexque dicitur vtrunque. l. qui testamentum. §. per contrarium. ff. de testam. doct. in l. 2. C. de condit. infert. vbi glo. l. cum mulier. ff. soluto matrimo. quod tamen limitatur à Ias. & aliis in l. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdic.

IDEM LIB. VIII. AD LEGEM IULIAM PAPIAM. Lex cl.

Si ita stipularus à te fuero: QUANTO MINUS A TITIO CONSECVTVS EVERO, TANTVM DARE SPONDES? non solet dubitari, quin si nihil à Titio fuero consecutus, totum debeas, quod Titius debuerit.

Seius promisit mihi soluere, quanto minus à Titio fuero consecutus. dicit text. quod si nihil à Titio consecutus, ad totum quod Titius debet, tenetur Seius. quia minus solutum dicitur, etiam si nihil solutum est. l. minus. supra eod. istis enim verbis etiam totum conuenit contineri. l. amissi. in princip. de fideiussor. ff. facit l. si decem. de soluri. Imperatores. §. 1. de transactio. Si vero quicquid exegero à Titio, in hoc liberatur Seius, qui promisit quanto minus: si vero totum à Titio exegero, liberatus etiam est in totum Seius. per text. in l. ff. si certum peta. Sine dicam quanto minus, siue quod minus consecutus fuero. Bal. Alex. & alij in d. l. si. Si vero egero cum Seio, & eotempore quo iudicium acceptum est, minus poteram à Titio exigere, forte decem, illa à Seio consequi poterō, licet inceptum agere prius cōtra Seium, quam cōtra Titium, qui reperitur minus decem soluere posse, quia poterō consequi ab illo Seio, licet egero contra eum, antequam Titius fuerit conuentus, quia postea apparuit illum non fuisse soluendo in decem. Iste videtur intellectus huius text. quamuis doct. alios tradant, & text. huc illic contorqueant. pro cuius intellectus confirmatione facit text. in l. si decem. ff. de solutio. ibi, sed si cum Seio prius egero, Titius in nullam partem liberabitur: incertum quippe est, an omnino Seius

debiturus sit. & text. in d. l. si. ac l. si quis alicui. in si. ibi, sed si cum Titio egeris, ego quidem non liberabor: sed in id duntaxat obligatus ero, quod aliter seruare non poteris. ff. manda. vbi quod in d. l. si. dicit consequi. in d. l. si quis. dicitur seruare.

Quæro an creditor prius debeat conuenire Titium, antequam exigat à Seio promissore: & espō. sic. Alias non potest sciri, quanto minus ab illo consequi possit. Idem si aliquis promiserit, si Titius non soluerit. per text. in l. fideiussor obligari. §. si. ff. de fideiussor. Sed & si reus antequam interpellaretur, decessisset, fideiussor obligatus erit. ibidem. Requiritur etiam, quod heres interpellatur, ut glo. ait ibi. quod declaro in fideiussore procedere: secus in expromissore, vt non requiratur interpellatio. in meis no. interpre. ad illam legē. videre l. si decem. ff. de verbor. oblig. & l. si decem obligari. ff. de solutio. & Bal. consi. 416. in 5. vol. Si tamen à Seio primo fuerit peritum, & ipse nil opposuerit, proculdubio condemnandus erit. nam hoc iudicium non datur, nisi postulatum fuerit. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto.

Concipitur ergo multipliciter hæc stipulatio: vt si debitor non soluerit. d. l. fideiussor obligari. §. si. Et tunc prius est executiendus reus vt soluat, saltem interpellandus, vt ibi. Aliquando promittitur sic: quando Titius non soluerit, aut soluere non poterit. Et in hoc casu si debitor sit soluendo, creditore negligente ab eo exigere & petere post denuntiationem fideiussoris, non tenetur Seius promittens, quanto minus. per text. in l. si fideiussores in id. ff. de fideiussor. quem no. Bal. in d. l. si. & Alex. in l. decem. ff. de verbor. oblig. & Ias. in §. itē si quis in fraudē. col. penul. nu. 120. Insti. de actio. Diuersum est, vbi quis simpliciter fideiussor: tunc enim denuntiatio fideiussoris creditori facta non prodest. l. si fideiussor creditori. ff. de fideiussor. quem admodum scripsi in meis nouis interpretat. ad illas leges. Alias etiam quandoque promittitur reddi, quo minus vendentur pignora, vt in l. inter creditorem. ff. de fideiussor.

Ex prædictis resultat regula, quod principalis prius est conueniendus, quam fideiussor. c. 2. de fideiussor. authen. præsent. C. illo tit. Etiam si vnus emerit, & alter fideiussor. Aufser. decis. 23. Et dicitur principalis, qui suo nomine conuenitur. Bal. in auth. principales. C. de iureiur. propter calam. dand. Dec. consi. 268. conclusio. in 2. col. vel si sua principaliter interfit. l. de vno. ff. de re iudica.

Secundo procedit etiam in fideiussione tacita à iure introducta. text. in l. 1. C. de decurio. lib. 10. vbi si pater consenserit filio gerenti magistratum, vice fideiussoris accipitur. Et non potest conueniri, nisi propriis filij rebus excusis. l. 2. ff. ad municipal.

Tertio intellige, quod etiam vere principalis prius est conueniendus, quam fideiussor: secus si iuris fictione, vel in defectum. Alber. in tract. statutor. in 2. parte, q. 166. item Thomas, & c. vbi dicit quod si duo receperint frumentum ciuitatis, & quilibet dederit fideiussorem: si quicquam alter debeat, prius erit conueniendus fideiussor illius, quam alter debitor. per l. Lucius. 2. §. 1. & §. cū testamento. ff. de adminitra. tutor. singul. secundum Roma. singula. 296. scis quod. l. 1. Imperatoris. & l. quid ergo. ff. ad municipal. l. quoniam. de conueniend. filij debitor. lib. 10. C.

Quarto extenditur, vt discussio quoque pignoris fieri debeat, si debitor pignora dederit, antequam ad fideiussores perueniamus. docet Iacob. de Bello Vitis, & Bar. in §. 1. in authen. de fideiussor. colla. 1. per authen. hoc si debitor. C. de pignor. & hypothec. nam pignora sunt bona debitoris, quæ prius

Fideiussor obligatus rem aut quam interpellatur, moriatur.

Promittens si talis non soluat, aut soluere non poterit, non tenetur, si creditor si negligens petere.

Principalis prius est discutendus, quam fideiussor.

In fideiussione tacita principalis prius conueniendus.

Fideiussor principalis prius est conueniendus, vt non sit.

Pignoris discussio fieri debet, si non sit.

prius vendi debent, quam vt conueniamus fideiussorem: alias non fieret plena cōtra debitorem excusio. doct. in d. authen. præsentē. Ideoque si illa pignora possideret fideiussor, super illis conueniri posset, non facta alia excusio, vt inferius dicitur. Et sic debet discuti an sit idoneus in toto, vel in parte principalis.

Quinto etiam si fideiussor constituerit se principalem debitorem, debitum proprium suum faciendo, adhuc debitor prius est executiendus, quæ fideiussor. glo. singular. in verb. fideiussorem. in authen. de fideiussor. colla. 1. quam probat Guid. Papæ q. 570. dominus. in decisio. Delphi. & singul. 611. Angel. in §. si plures. col. 3. cod. tit. Insti. Et fuit decisum Tholo. vt refert Aufser. in suis decisio. q. 8. si aliquem, & c. nam potest intelligi, quod constituit se principalem debitorem post primum, vel principalem auctoritate iuris: vielicet si primus debitor non soluat, ego soluat. teste Iacob. in l. in personam. §. si. ff. de pact. & sic quoad effectum est fideiussor, vt consultuit Carol. Ruynus consi. 99. ad euidentiā. col. 1. in 5. vol. Licet contrarium teneat Aufser. sibi contrarius in decis. 23. & Barba. in c. peruenit. de fideiussor. Quod est verum, quando animo nouandi hoc faceret. Alexā. consi. 32. in causa. col. penul. in 4. vol. Alias secus. Et sic conciliabitur vtraque sententia, vt inferius dicitur in limitatio.

Fideiussor si fecerit suū debitū, adhuc tamen principalis est executiendus.

Mortuo de bitore prius executiendi heredes, quam fideiussor.

Fideiussor principalis prius est discutendus, quæ bonorum possessores.

Promittens simpliciter non discutitur ante principalē.

Fiscus prius est conueniendus, quæ ad bonorum possessores venimus.

ira expresse consuluit Roma. consi. 93. visis col. 1. & Barba. in c. peruenit. col. 2. de fideiussor. Decimo procedit etiam in fideiussore fisci, vt prius quoque fiscus quam eius fideiussor ibi conueniendus. gl. singular. in l. sententia. C. de fideiussor. secundum Roma. singul. 635. scis quod hodie. & Francisc. Crement. singul. 43. an fideiussor fisci. Quod intellige, vt dicitur inferius.

Vndecimo debet fieri debitoris excusio, & bonorum quæ habet in loco contractus, nec non illorum quæ habet in loco domicilij, ita Bar. & Bal. in l. si. §. 1. ff. si certum peta. quod limitant ibi doc. cum ille locus domicilij esset extra iurisdictionē illius Principis, seu (vt dicit Galii) restoratum: quia tunc ob difficultatem conueniendi non oportet facere discussionem illorum bonorum, quæ sunt extra iurisdictionem parlamentum. arg. l. 2. ff. qui factis cogant. Absurdum enim esset, quod actor cogere periret in loco, sed & hæ. §. non solum. ff. de procurator. facit quod non in l. si. C. de princip. agent. in reb. lib. 12. Sic consultuit Alexand. consil. 84. in causa. col. vlt. in 3. vol. Et quia verisimile est, quod creditor recepit fideiussorem in hoc restoratum, vt non teneretur querere rem, nec sua bona extra senatus iurisdictionem, quem admodum videntur docere doct. in l. si. ff. si certum peta.

Duodecimo potest etiam opponi, quod fiat excusio, si bona de nouo perueniant ex successione, aut alias ad debitorem principalem, eo prius repetito non soluendo: quippe tunc poterunt successores bonorum, contra quos forte agitur, opponere. nam exceptio dilatoria superueniens post litem contestatam potest de nouo opponi. c. in finante. de offic. delega. Sic tenet Alexand. consil. 100. discussis. col. pen. in 5. vol. Hippol. in rubr. de fideiussor. nu. 24. doct. in c. pastoralis. de exceptio. scripti in tract. de exceptio. in diuisio. exceptio.

Decimotertio procedit in tribus correis, inter quos vnus recepit pecuniam, vt ille prius debeat discuti. per text. in l. vnde queritur. ff. commoda. vbi quando vnus ex reis conuentus probat pecuniam peruenisse ad correum, & petit illum prius conueniri suo sumptu & periculo, quod debet audiri: quia alij ad quos vtilitas contractus non peruenit, censentur fideiussores. l. sed Iulia. §. 1. & §. item si duos. ff. ad Macedo. gl. in §. 1. in authen. de fideiussor. colla. 1. Sic tenet Bar. in l. 3. §. fin. in 7. q. ff. de duob. reis. Angel. & Imol. in l. reos. ibid. Et si pro rata peruenit vtilitas ad vnum, pro illa rata debet teneri: si nihil peruenit, in nihilo tenebitur, nisi vt fideiussor. Etiam si illa qualitas, videlicet suo sumptu & periculo, sit omissa: quia non est talis, vt alterare possit naturam exceptionis, nec vitiat libellum: prout consuluit Ioan. de Anania consi. 60. in q. & Barba. consi. 43. sempiterna. col. 4. in 2. vol.

Vbi non est omittendum aliquem in effectu fideiussorem esse, quando obligatus est ad soluendum debitum alterius. per text. iuncta gl. in l. Titia. §. penul. ff. de verbor. obliga. Barr. in l. ita stipulatus. §. possum. ibidem. & Alexand. in l. vbi autem. §. illud. ibidem. refert & sequitur Carol. Ruynus consi. 99. ad euidentiā. col. 1. vol. 5. & probat Ias. in l. singularia. col. 13. nu. 38. ff. si certum peta.

Vere tamen & proprie, præfati non dicuntur fideiussores, secundum eundem Barba. per gl. Bar. & alios in d. l. reos. in princ. & in l. vir vxori. §. penul. & vlt. ad Velleia. & C. de duob. reis. per totum, ac in l. cum in plures. §. testamenta. ff. loca. Idem erit, si ad vnum fideiussorem tantum pecunia peruenit. Paul. in l. si vt certo. §. si duobus. ff. commoda. vt refert Boer. in decis. Burdegal. q. 255. queritur. nu. 5.

Fiscus prius conueniendus quæ fideiussor.

Excusio bonorum fieri debet, quæ debitor habet in loco contractus.

Excusio debet fieri, si bona de nouo perueniant ad debitorem.

Tribus correis existens vnus, is est vnus discutendus, qui pecuniam cepit.

Fideiussor quis est, quæ obligatus est ad soluendum.

Postremo etiam habet maxime locum in fideiussore indennitatis. l. r. C. de conueniend. fisci debitor. lib. 10. etiam si renuntiaffer. authen. present. te. nam hoc denotat natura promissionis. Roma. consi. 211. allegationes. & Alexad. consi. 32. in causa. col. 1. in 4. vol. & consil. 29. clarissime. col. 2. in 7. volu.

Reo absente datur dilatio fideiussori ad deducendum reum.

Limitatur autem prefata regula: primo quando reus esset absens, vt d. authen. present. & tunc datur dilatio fideiussori ad deducendum reum: quem si non adduxerit, soluere cogetur, cessis tamen actionibus, vt ibidem dicitur. Quod si non acceperit dilationem, & post acceptam iudicium per fideiussorem reus reuertatur, fideiussor ordinis exceptionem opponere non poterit, teste Salice. in d. authen. present. q. 8. sequitur Aufser. q. 81. in decis. Tholos. nam lite contestata hac exceptio dilatoria non est opponenda, vt dictum fuit superius. Idem si reus non posset conueniri, vt pupillus vel seruus, teste Ioan. Fab. in d. authen. present. qui allegat l. in eadem. ff. ex quibus causis maio. quod est verum in seruo: sed in pupillo conueniendus esset tutor. nam ex persona heredum non debet immutari obligatio. l. 2. §. ex his. ff. de verbor. obliga.

Principalis debitor sistere occultet, tunc fideiussor conuenitur.

Secundo limitatur, quando principalis est quidem presens, sed ita se occultat, vt nunquam possit apparere, nec citari: tunc quoque poterit fideiussor conueniri, antequam principalis. gl. singul. in authen. de fideiussor. in gl. presentes. colla. 1. secundum quam fuit iudicatum in parlamento Gratianopolitano, vt refert Guido Papa. decis. 570. dominus. Et idem, si vterque sit absens, fideiussor tamen est proximior: tunc hic prius conueniendus erit, arg. l. si longius. ff. de iudic. Ioan. Fab. in d. authen. present.

Bonafides inter mercatores requiritur.

Tertio vitatur regula inter mercatores. nam inter eos agitur bonafide: ideoque ista exceptio non opponitur. docto. in l. bonafides. ff. de positi. Bart. in l. Quintus. ff. manda. sic consuluit Guido Papa. consi. 103. videtur. col. 2. Sed cum hac exceptio non sit contra bonam fidem, fore postea dici regulam etiam in illis habere locum: quia leges omnibus communes sunt. l. leges. C. de legib. nec debent excipi mercatores a legibus aliorum, nisi quatenus ipsis iuribus sunt excepti: & bonafide agere censentur, etiam opponendo exceptionem discussionis, quae iuris est: & infrequens iura, bona fide agere videtur. l. quemadmodum. a contrario. C. de agricol. & censit. lib. 11. gl. & doct. in l. r. C. de fide iuramen. lib. 10.

Fideiussor lapsa termino conuenitur.

Quarto quando fideiussor iurasset soluere certo termino, tunc eo lapsa non facta discussione conuenitur, teste Aufser. in decis. Tholos. q. 130. ne sit periturus. & probatur in c. ad nostram. 1. de iureiur. & melius in c. ex rescripto. vbi Bald. de iureiur. Barba. consi. 43. col. 7. in 2. vol. & consil. vlt. col. 21. in 3. vol. & Ioan. Lupus in repeti. c. per verbas. col. 2. de donatio. inter vir. & vxor. de Petru. cia in tract. de virib. iuramen. in 6. effectu.

Iuramentum debet intelligi secundum naturam contractus.

Contrarium tamen tenet idem Aufser. decis. 139. Quia iuramentum debet intelligi secundum naturam contractus, super quo interponitur. l. si. C. de non numer. pecun. nempe qua facilitate promissit, & iurauit. quam obrem debet intelligi, vt excussio principali conueniatur: non alias. & ita seruatur in forensi iudicio. Siquidem est verisimile, quod si iurauit soluere, si debitor non soluerit, ergo prius erit executendus principalis: vt videtur in simili consulare Alex. consi. 28. visis. col. penul. in 1. volu. Sed ego duos hic constituerem casus: primus est, si quis promiserit soluere tali die Ianuarij, si debitor non soluerit intra illud tempus,

tunc quia est in culpa, quod ante illum diem non interpellauerit debitorem ad soluendum, quem admodum tenebatur: hoc casu dicerem conueniendum fideiussorem absque alia discussione. & sic intelligitur decis. 130. Aufser. per tex. in l. Lucius. ff. manda.

Promittens pro alio soluere, intelligitur si alius non soluat.

Secundus casus est, si quis promiserit & iurauerit soluere pro tali non adiecto certo tempore, tunc intelligitur si alius non soluat, ergo erit debitor conueniendus: nec erit fideiussor periturus, ordinis exceptionem opponens: quia sic videtur de natura sue promissionis. per l. si. C. de non numer. pecun. l. si. qui satisfar. cogant. ff. Et ex his conciliabuntur contrariae opiniones.

Exceptio ordinis est dilatoria.

Quinto non procedit post litem contestatam, cum exceptio ordinis sit dilatoria. Cinus & alij in d. authen. present. Aufser. in decis. 166. quae si non fuerit opposita ante litem contestatam, postea opponi non poterit. c. exceptionem. de exceptio.

Nec poterit postea in causa appellationis hac ordinis exceptio allegari, vt not. in lita demum. de procurator. C. sic consuluit Alexand. consi. 34. consiluit. col. 1. in 4. vol. Tamen posset minor restitui in integrum ex istius omissione, literas Regias impetrandum. Alexand. consi. 114. viso processu. col. vlt. in 6. vol. vi quarum admittitur etiam post tempus. At si non idoneus receptus fuerit ignoranter pro idoneo, quomodo succurrerem sit, docet Alexand. consi. 60. consideratis. in 5. vol.

Excussio ex lege dispositio est ex forma conueniendi.

Veruntamen nota excussio fieri non nunquam ex dispositione legis, vt d. authen. present. Interdum ex forma conueniendi. l. si. ff. si certum petat. & hic. Et vbi requiritur excussio ex legis dispositione, tunc ante litem contestatam opponi debet: sed vbi ex vi conueniendi, potest quandoque opponi, vt hic Bal. in c. ex rescripto. de iureiur. post Bar. in l. r. C. de conueniend. fisci debitor. lib. 10.

Sexto restringitur in expromissore, cum primus non sit obligatus, expromissor prius conueniatur. glo. in verb. fideiussorem. §. 1. in authen. de fideiussor. colla. 1. sic consuluit Alexad. consil. 159. circa. col. 1. in 2. vol. Barba. in rubr. de fideiussor. col. 1. Aliquando tamen expromissor dicitur, etiam si pro obligato promittat, teste las. in l. 4. §. ait pretor. ff. de re iudica. Et tunc seruatur decisio d. auth. present. videre quae superius scripsi in l. satisfationis. & in l. sponsio. Potest tamen fideiussor conueniendus compescere id, quod sibi debetur. l. si quid. ff. de compensa. ita consuluit Carol. Ruynus consil. 148. casus. col. 1. vol. 1.

Exceptio ordinis non opponitur, quando summarie procedi mandatur.

Septimo perdit officium suum hac regula, quando procedi mandatur summarie, & sola facti veritate inspecta. Quia tunc ista exceptio est de apicibus iuris, & dilatoria non opponitur, vt docet Alexand. consi. 114. viso processu. col. penul. & seq. in 6. vol. Roma. consi. 116. pro dilucidatione. Arent. consil. 127. in causa. Iacob. in l. nisi. in 2. lectura. ff. de pact. Quae nunquam vidi seruari, & non obstanter hac clausula forte hac exceptio opponeretur, sed breui decideretur: quia facti veritas iuris decisione suppletur. l. Arethusa. & l. idem iuris. ff. de statu homi.

Fideiussor conuenitur prius quam principalis, si renuntiauerit athen. present.

Octauo flectitur, quando renuntiaffer d. authen. present. Alexand. consi. 29. clarissime. col. penul. in 7. vol. Et ibi, Quid si renuntiauit omni legum auxilio, quod non valeat, tenet Bal. consi. 4. vol. 1. argumen. l. sed & si. §. quae situm. ff. si quis cautio. Dec. consi. 27. Et pro virili dicit sufficere, si renuntiauerit noue constitut. de fideiussor. quantum non exprimatut authen. present. Et sic in specie sufficit renuntiare, licet non in indiuiduo. Veru ho diernis temporibus notarij in suis formulis inserunt

runt has omnes renuntiationes, quamuis eas crassa (quod dicunt) Minerua intelligant, veluti patet ex eorum instrumentis. Quae sunt notanda.

Fideiussor promittens animo debiti non nouandi, conuenitur prius principali. Fideiussor promittens sibi sistere in iudicio, qui obligatus non erat habetur pro expromissore. Promittens pro alio esse sistere & iudicatum saluere, in causa appellationis non soluet. Arrestum.

Nono non procedit authen. present. quando fideiussor expresse animo nouandi debitum promississet: hoc casu non facta excussione conuenitur. glo. notabilis in verb. fideiussorem. in authen. de fideiussor. colla. 1. qua approbat Aufser. in decis. Tholos. q. 196. & eam singulariter notat Alexand. consi. 32. nu. 12. vol. 4. Quae nouatio nisi exprimatut, non praesumitur, nec locum habet. l. si. C. de nouatio. Bal. in l. antiqua. §. si minus. C. ad Velleia.

Decimo flectitur regula, cum fideiussor promissit sistere in iudicio illum, qui alias non tenebatur se sistere. nam tunc pro expromissore habetur, cum promittat pro non obligato. glo. in authen. de fideiussor. in princip. Secus si promissit sistere eum, qui alias tenebatur: quia tunc etiam habebit locum authen. present. Barba. in rub. de fideiussor. col. 1. Tamen glo. & docto. in l. 2. ff. qui satisfar. cogant. idem dicunt in eo, qui promissit sistere reum, vt ex natura fideiussionis teneatur non discussio reo. & ita seruatur praxis curiarum Franciae. Vnde anno 1537. die 11. Maij fuit dictum, quod iudices posthac non recipiant fideiussores de iudicio sisti, simpliciter de sistendo & comparando iuri, sed ipsi se obligabunt sistere & presentare reum totiens, quotiens requisiti fuerunt, & se obligabunt ad certam poenam, videlicet ad centum vel ad mille libras, vel ad aliam summam, quam tenebuntur soluere, si non sistat eum iuxta suam promissionem, & iudicatum soluere, non tamen id quod iudicatum erit in causa appellationis. per l. cum apud. ff. iudica. solui. Ita fideiussores tenebuntur se obligare, sicut principalis, etiam si in personam esset obligatus, vt fuit decisum anno 1537. die 2. Iulij.

Fideiussor conuenitur quando debitor non est notorie soluendo. Notorie non soluendo quae dicitur. Debitore condonato & eius bonis cassatis fideiussor conuenitur. Fideiussor conuenitur quando debitor esse autus.

Vndecimo non procedit, quando notorie debitor non esset soluendo. per glo. singul. in l. si. ff. de reb. credit. & ibi plene docto. Nec in notoria paupertate requiritur excussio. Bal. in l. r. col. 2. C. de reuocand. his quae in fraud. creditor. non fit enim discussio, nisi vt res reduceretur in liquidum: & cum est certum, non est opus alia declaratione. l. 1. ff. de dote praega. Et dicitur notorie non soluendo, quando cessit bonis, vel medicat ostentum. plene Angel. in §. item si quis in fraudem. col. 4. Insi. de actio. Ias. in d. l. si. Idem si debitor erat condemnatus, & eius bona erant fisco applicata. Bal. in d. l. fin. aut probatur per librum aestimationis bonorum, in quo nil descriptum reperitur ex eius bonis. Negusantius in tract. de pignor. & hypothec. in 1. membro 8. partis. nu. 15. vbi multa tradit de excussione, quae licet ibi videre, post Bal. in authen. hoc si debitor. col. 1. & seq. C. de pignori. Multi sunt tamen non possidentes immobilia, qui soluendo sunt in mobilibus.

Fideiussor conuenitur quando debitor esse autus.

Duodecimo perdit officium regula, cum debitor esset rixosus, & litigare solitus, vt procurator annosus, calumnias praxis, & anfractus forei experitus: tunc non excussio principali fideiussor conuenitur, vt firmat Angel. & Roma. in l. si. ff. si certum petat. Iacob. expresse in l. si. col. vlt. C. de procurator. facit quod not. Bar. in l. 2. in princ. ff. qui satisfar. cogant. Qui ppe citius claua ab Herculis manibus, quam ab his pecunia.

Fideiussor conuenitur quando fideiussor esse autus.

Decimo tertio dum fideiussor successisset reo. docto. in l. debitor. C. de pact. per l. Stichum. §. quod vulgo. ff. de solutio. nam hoc casu principalis est, cum in eius locum successerit: & cum alius non appareat, exceptionem non opponet.

Decimo quarto modificatur in sponsore ludi

pila, vel alterius permisi. is enim prius conueniri poterit, quam principalis: videlicet quia solent ij capere pignus a ludentibus, nec non quandoque praemium. quod si non ceperint, eis imputandum est: quemadmodum expresse voluit Pyrrhus in consuetud. Aurelianen. rub. de executione, c. 8. & sic fuit iudicatum Paris. a D. conseruatore priuilegioru vniuersitatis D. Clerico, conuocatis multis consiliariis ad decisionem illius causae: inter quos cum ego interesssem, quaesitum fuit a me, cur illa authen. alcarum vsus, esset sita in tit. de religio. cum nil ad religionem ludus pertineat. Respon. quod sicut sumptus funerum praesumptio sunt, vt ibi, ita & sumptus ludi, vel dicebat alius esset sita ibi praefata authen. quia sicut funus circa mortuos celebratur, ita circa ludentes: cum maiores fiant expensae, frequentius occiduntur potissimum in ludis prohibitis huiusmodi ludores publici: & licet non interficiantur, pro mortuis habentur, veluti quia saltem infamiae notam subeunt. Consideret ergo ludens circa funus suum, a ludo se retrahendo, memoreturque nouissima, & in aeternum non peccabit.

Fideiussor ludi prius conuenitur.

Decimo quinto coram arbitratore non opponitur hac exceptio. glo. in l. si mancipium. §. 1. ff. de euictio. Iacob. in l. nisi. in 2. lectura. ff. de pact. Parum enim coram eo inspicuntur haec subtiles exceptiones, sed aequitas ipsa attenditur: vt superius dictum est in mercatoribus, vbi vide quae dixi.

Coram arbitratore exceptio ordinis non opponitur.

Decimo sexto limitarem in fideiussore iudicatum solui, qui propter ineptitudinem excussionis potest etiam ante principalem conueniri. Bal. in l. cum eorum. col. 2. C. de senten. & interlocutio. omnium iudic. vt sit litium finis: tum quia natura verborum hoc vult, dum promittit soluere iudicatum rei, non ipsius fideiussoris. Adhuc quia hic fideiussor datur, vt valeat iudicium, & exequatur. ergo est pars intrinseca iudicij. l. 1. ff. iudica. solui. Bal. in l. si. §. vlt. col. 1. C. de vsur. rei iudica. sicque fuit decisum Neapol. q. 318. in causa. Non tamen ultra iudicatum conueniri potest. per l. si ante. & l. iam tamen. vbi doct. ff. iudica. solui. sic consuluit Francisqui. Curtius consi. 36. habita. nu. 4. col. 2. & seq.

Promittens iudicatum soluere prius quam principalis conuenitur.

Etiam si non renuntiaret beneficio authen. present. C. de fideiussor. liquidem hoc natura fideiussionis importat. Bal. in l. r. C. de reuocand. his quae in fraud. creditor. sunt alienata. col. 1. Sal. in l. 1. col. vlt. quod cum eo. Alex. consil. 32. in causa. in 4. vol. Et simul atque principalis fuerit condonatus, poterit fideiussor qui iudicatum soluere promissit, in carceres trudi, etiam non discussio principali: vt senatus visum fuit in iudic. conuenitib. Turonens. anno 1533. habitis. Quicquid in contrarium consuluerit Carol. Ruy. consil. 98. queritur. in 5. vol. nu. 4.

Fideiussor non conuenitur ultra iudicatum.

Decimo septimo moderatur, vbi quis fideiussisset pro tyrano. Bar. & Iacobi. in l. si. ff. si certum petat. Et generaliter vbicunq; principalis non possit de facto discuti, quia in loco munissimo, vbi vix tuto executiones fieri possent, conueniatur fideiussor. Bar. in l. Marcellus. in si. ff. de fideiussor. Aufser. decis. 196. Bar. in l. 2. qui satisfar. cogant.

Principali condonato fideiussor conuenitur.

Decimo octauo flectitur, quando fideiussor negaret se fideiussisse: nempe si postea appareat, perdit beneficium excussionis propter mendaciam. rex. singul. in l. si dubiter. §. 1. ff. de fideiussor. secundum Aufser. in decisio. Tholos. q. 196. facit l. sed hoc ita. §. vi. vbi addidi. ff. de re iudica.

Fidelubens pro tyrano prius principali conuenitur.

Decimo nono non procedit in patre fideiubente pro filio. hoc siquidem excussionis auxilium non esset ei praestaturum, vt probat Vlpia. in l. 3. §. sed

Fideiussor negans se fideiussisse, perdit beneficium excussionis.

Pater pro filio fideiusbens debet prius conueniri.

Quando fideiusfor dicitur ante principalem.

Fideiusfor prius conuenitur si bona principalis sint penes eum.

Pro Principe promittens non operari ordinis exceptionem.

Rem prius conuenitur fideiusfore si per statum vel coheredem disponatur.

Fideiusfor agit contra eum pro quo se obligauit astrictum.

sed vtrum. vers. proinde. ff. de minor. sequitur Aufser. in decis. 196. & Barba. in c. peruenit. col. 3. de fideiusfor. sed contrarium tenui in d. §. sed vtrum. in meis no. interpreta.

Vigesimo potest discuti fideiusfor ante discussum principalem, quando principalis non erat nisi naturaliter obligatus, vt pupillus. l. Marcellus. vbi Bar. & Imol. ff. de fideiusfor. Barba. in c. peruenit. col. 3. de fideiusfor. Sed hanc limitationem superioris fati comprehendimus, cum loqueremur de expromissore.

Vigesimo primo quando bona rei principalis essent penes fideiusforem, tunc etiam non facta alia discussione conuenitur fideiusfor, teste Aufser. in d. decis. q. 196. allegat tex. in l. si procuratorem. l. §. si ignorantes. ff. manda. qui an probet, videte Barba. in d. c. peruenit. col. 2. Quod tamen iustum esse, & æquum non negauerim.

Vigesimo secundo qui pro Principe fideiussit, non poterit exceptionem discussionis opponere: tum quia tacite videtur is renuntiare auth. præfente, quorum enim præsumendum est creditorem petiisse fideiusforem, nisi quo facilius, & prius illum conueniret, quam Principem? Tum etiam, quid alias prodesset huiusmodi fideiussio, cum si quis semper existat soluendo? l. 2. de fundo dotali. ff. Et ita docet Bal. in l. 1. col. 3. C. de conueniend. fisci debitor. lib. 10. & Alexand. in l. si. col. 2. ff. si cert. peta. refert Catellia. Corta in 2. parte memorial. in verb. fiscus semper.

Vigesimo tertio idem in mensuario seu campore, vt consuluit Franciscus. Curt. conf. 6.

Vltimo flectitur regula, quando statutum vel consuetudo disponderet, vt non discussio principali reus conueniretur, teste Pyrrho in consuetu. Aurelianens. rub. de execu. c. 8. Quia minime mutanda sunt, quæ semper certam habuerunt interpretationem. l. minime. ff. de legib.

Postremo non est omittendum, quod si quis fideiussit pro aliquo, & constituerit reditus super suis bonis, vel ad aliud se obligauerit, potest fideiusfor agere contra debitorem pro quo se obligauit, vt redimat reditus, vel vt eum eximat ab obligatione. per l. Lucius. ff. manda. ca. fi. de fideiussor. sic pronuntiauit senatus pro Guillelmo Simone dom. de Ruca contra do. Manseruille, anno 1526. die 1. Iunij. videte Cepol. in l. Latinus Lar gus. ff. de ædilit. edic.

TERENT. CLEMENS LIB. V. ad legem Iul. & Pap. Lex clj.

Delata hereditas intelligitur, quam quis possit adeundo consequi.

Hereditas dicitur mihi delata, id est obuenta, allata, & deuoluta, cum eam adeundo possum consequi. hinc deferri hereditatem alicui, id est obuenire, Galli dicimus aduenire, vt hic. Non vero oblati, vt quidam dicunt: quia nullam est qui eam offerat. quamuis glo. in rub. C. de delato. exponat delata, id est oblata per l. 2. C. de Carboni. edict. quæ hoc non probat. Sed quod delata dicitur obuenta facit lex 2. ff. de cast. pecul. ibi, Si filiusfamilias miles decesserit, si quidem intestatus bona eius non quasi hereditas, sed quasi peculium patris deferuntur. iuncta lege obuenire supra eod. l. filijfamilias militis puto peti posse hereditatem ex testamento nobis obuenientem. ff. de petitorio. heredita. & deuolutam hereditatem dicit Iurisc. in l. quamuis. ff. de iudic. Et in l. qui precio.

ff. de donatio. caus. mort. sic scribitur, nam quicquid propter alicuius mortem obuenit, mortis causa capitur, & sic obuenire dicitur: nisi dicas quod hereditas satis se offert cum alicui obuenit. Vestrum erit iudicare, præcedens ne expositio melior sit. Quoties vero duplici iure deferretur alicui successio, repudiato nouo iure quod ante deferretur, supererit vetus. l. quotiens duplici. ff. de reg. iuris. l. etiam si purauit heres eas res ex hereditate esse, quæ sibi delata est. ff. de pet. heredita. l. 1. sed & si lege. §. scire. & §. si quis re. ibidem.

Vult igitur rex. hic dicere, Quod hæc hereditas mihi delata est, id est allata & obuenta, quam possum adeundo consequi siue per me, siue per alium, dicit glo. Et adire contrarium est verbo repudiare glo. in rub. ff. de acquirenda heredita. Et heres dicitur adire hereditatem, id est agnoscere, & pro herede gerere. l. 1. & 2. iuncta l. pro herede. ibidem scripti in l. intestatus, supra cod.

Ex quo inferitur quod delata non dicitur hereditas viuentis, quare eam repudiare non valeo. nã adeundo non possum eam consequi. l. qui superstitis. ff. de acquir. heredita. vno tamen casu viuis heredem habet. in l. bona. §. item. ff. de captiuis.

Ad hæc non dicitur delata ante conditionem vel diem existentem. l. is qui heres. ff. de acquir. heredita. quia antea non possum eam adeundo consequi.

Insuper si hereditatem mihi iam acquisitam repudiauero, non exprimendo quod sim suus heres, non valet repudiatio. Quia non videor repudiare ius mihi iam acquisitum, sed acquirendum. Bar. in l. is qui putat. ff. de acquir. heredita. Alex. consi. 126. vifo processu. col. penul. & vlt. in 7. vol. ideoque in repudiatione oportet exprimere se suum heredem. quod notandum asserit ibidem Alexand. nisi verba generalia forent in instrumento apposta, vt solent esse in instrumentis huius memorie, vt docet etiam Bar. in d. l. is qui putat. ibidem in fin.

Item in casibus in quibus transfinitur hereditas, transfinitio fit hereditatis non tãquam adita, sed tanquam delata. l. si quis filium. ff. de acquir. heredita. l. vna. C. de his qui ante apert. tabul. Tamen heres eius ad quem delata est hereditas, potest petere restitutionem in integrum aduersus transfinitorem factam, propter non aditionem ratione infirmitatis, aut alterius impedimenti causa omiffam. l. Pantonijs. ff. de acquir. heredit. Bologni. consi. 22. vifo igitur. col. 2. licet contrarium teneat Corne. consi. 87. circa primum. vol. 1. eo quod in vita minor læsus non fuit, sed per mortem. At dico etiam in vita fuisse læsum, eo quod eam non accepit hereditatem, nimirum si læsus esse censetur, quia cepisse nõ videtur quod alijs non acquisiuit. l. cepisse. infra eod. ideoque in hoc Regno possent heredes minoris impetrare literas Regias nomine minoris qui non accepit hereditatem, nec eam adiuit in vita matris, ex iusta tamen causa. & Bologni. in d. cõsil. 22. multa allegat quæ ibi videri possunt.

Ad hæc scripsit Mathesillanus singul. 194. nota hoc verbum, &c. delatam &c. non proprie dicitur in sua persona, vt pote quia est inhabilis, pura furiosus, infans, aut alius, per l. si infanti. & l. cũ antiquioribus. C. de iure deliber. & Bart. hoc probat in l. is potest. ff. de acquir. heredita. Et sic hanc hereditatem non aditam à furioso, vel alio non posse transmitti, maxime si statuto cautum fuerit hereditatem delatam non aditam, non transfinitum, cum illud statutum fit exorbitans, & contra ius commune. l. 1. §. in nouissimo. C. de caduc. tollend. quod

Legis explicatio.

Viuentis hereditas non dicitur deferri. Delata nõ dicitur hereditas ante conditionem impleram.

Repudiatio hereditatis acquisita in quo valet.

Aduersus hereditatem transfinitorem peti potest restitutio.

Ignoranti proprie nõ deferri hereditas.

quod non puto verum. nam hereditas delata proprie dicitur, quam adeundo possum consequi, vt hic. Sed istam potest infans, & alius tutoris vel curatoris beneficio consequi, ergo proprie dicitur delata, per l. si infanti. C. de iure delibe. & l. licet. ibidem. facit l. Pantonijs. ff. de acquir. heredita. Cui sententia subseribit Dec. ac Curt. in l. r. C. qui admitti. multis cõprobat egregius Nicol. Bello. in lib. i. supputa. secundo. ca. 16. eam dici delatam, quam possum consequi adeudo, id est si adierim. Et sic impedimentum & impotentia respectu hereditatis attenditur, non ratione personæ adire volentis, per l. is potest. & l. ventre. ff. de acquir. heredita.

Damnosa hereditas. Non videtur quis hereditatem adire quam repudiatur. Damnosam tamen hereditatem tutor vel curator amplecti cum effectu non poterit adeudo, per l. 1. ff. de honor. possess. sur. infanti. Nec etiam videtur quis hereditatem adire quam repudiatur, etiam recepta pecunia. l. fuit quaestio. ff. de acquir. heredita. Si quidem ad vnum effectum induta, non operantur contrarium. l. legata. ff. de leg. 1. Idem si prætermitteret adire hereditatem. l. 1. 2. & per totum. C. si quis omiffa caus. testam. Secus vbi quis venderet hereditatem, quia tunc vendendo adire videtur, & gerere se pro herede. l. 2. C. de pact. & ita vidi iudicari & teneri, & iura contraria non ficiunt in his terminis. Sic dixi de beneficio quod resignaui ante possessionem adeptã, & ante acceptationem, vt illud videar acceptare resignando, in prax. benefi. in 3. parte.

Insuper notandum est hoc verbum deferre multis modis in iure accipi, primò vt hic, & in l. lege obuenire. & l. ex illa parte infra cod.

Secundò deferre appellationi est admittere appellationem, nempe iudex cum recipiendo dicitur deferre appellationi. ca. cum appellationibus. de appella. in 6. & ibi Archidia.

Tertiò per appellationem causa dicitur delata ad superiorem, id est deuoluta. cap. Romana. §. Si verò vocatis. de appella. in 6. vnde etiam bona fisco delata dicimus. l. 1. ff. de successio. edict. vel potest exponi vt superius, obuenta.

Quartò, deferre pro denunciare, l. intra quatuor. ff. de diuers. & temporal. præscriptio. l. vna. C. de his qui se defer. lib. 10. & in ritual. de delator. ibidem. vbi glo. in rub. exponit pro denunciare. Inde delatores, id est denunciatores bonorum vacantium, vel alicuius criminis vocantur, in l. 1. ff. de iure fisci, vbi addit ex quibus causis bona ad fiscum deferri possint, & quæ personæ prohibeantur deferre, id est denunciare. l. deferre. eod. & l. edicto. ibi, antequam causa eius ad ararium deferatur. iuncto §. cum ante. ibi, cum quis se nuntiat. ibidem. & l. res. in fi. ibidem. vel indicare. l. deferre. §. sed communem causam sibi cum fisco quis deferre potest, hoc est indicare. ff. de iure fisci, licet quidam text. hic non corrupti habeant vel vindicare. Et delator non est qui protegenda causæ suæ gratia aliquid ad fiscum denuntiat, l. delator. ff. de iure fisci, ergo qui denuntiat gratia fisci dicitur delator. l. 3. ff. de edendo. & sic intelligenda est rub. de delator. lib. 10. C. & dicitur delator eo quod detegat, & deferat illud quod latet, quasi occultus accusator, teste Luca in d. rub. de delator. cap. licet. de accusatio. inde prædia delata. in l. milites prohibentur. ff. de re militar. Et ideo deferri debet quod latet, non id quod fisci est, id est illud quod iam fiscus possidet non debet nuntari. l. edicto. §. nihil. ff. de iure fisci. & illum censitor releuare debet qui in publicis tabulis delato modo sui certis ex causis non possit. l. forma. §. illam. ff. de censib. Et Budæ. sic ait in primis annota. Delatorum enim appellatione intelliguntur sy-

Damnosa hereditas. Non videtur quis hereditatem adire quam repudiatur.

Deferre quot modis sumatur. Deferre appellationi.

Deferre pro denunciare. Delatores.

cophanta, id est erimatores. Quintò deferre quandoque accipitur pro accusare, criminari: quia nuntiando accusabatur. l. hi tamen. §. ab alio delatum alius deferre non potest. ff. de accusatio. l. qui de crimine. C. illo ritual. Hinc delator accusator dicitur, in l. is qui reus. ff. de public. iudic. l. famosi. §. serui quoque deferentes audiuntur. vbi glo. ff. ad legem Iul. maiesta. l. deferre. §. penul. ff. de iure fisci, licet quidam dicant deferre absentes, accusari præfentes. Et sæpius apud rhetores deferre nomẽ alicuius de aliqua re, est accusare. Hinc Delatus reus, id est accusatus, l. reus delatus. ff. de munerib. vbi honores petere prohibetur ante sententiam, nisi in casibus positis per Roma. singul. 438. Incipien. l. si. ff. de præuaricator.

Sextò deferre honorem est tribuere, conferre. l. honorem sustinenti munus inferri, vel imponi non potest: munus sustinenti honor deferri potest. l. vt gradatim honores deferantur. & l. honor. §. de honoribus. ibi, imprimis consideranda est persona eius cui deferretur honor. ff. de muneribus & honorib. l. presbyteri. l. C. de episcopis & clericis.

Septimo deferre capitur pro offerre, inferre: & dicitur iuramentum deferri, & delatum, id est oblatum. l. 1. ff. quar. rerum actio non detur. & l. nam postea. §. si is qui. & seq. ff. de iureiur. l. delata. & l. si quis. C. de reb. credit. & iurare quis dicitur delata conditione, quando aliquo offerente ei iuramentum, ipse iurat, & præscripto modo, vt sibi delatum est. l. 3. ff. de iureiur. ita supplicans dicitur deferre preces, id est offerre. l. 1. C. de precib. Imperatori offerend. iuncta rub.

Octauò deferre est de loco ad locum ferre, vel leui cursu ferre, id est portare, vehere. Inde nauis dicitur iectu fluminis, & aduersa tempestate delata. l. nauis. ff. ad legem Rhod. de iactu. Lucas in rub. C. de delator. col. 2. per text. in l. hoc amplius. §. 1. ff. de damno infecto. vbi primò dicitur importata, postea delata, seu deferre. l. penul. ibi, Sed etiam furti agitur de pecuniis, quas seruus ad eam mulierculam derulisset. de seruo corrupto. & ne piscatores lumine ostenso nocte fallant nauigantes, quasi in portum aliquem delaturi, prohibetur in l. ne piscatores. ff. de incend. Et miles præcipua debet habere, quæ derulit secum in castra, concedente patre. l. miles. l. ff. de cast. pecul. l. Celsus. §. sed & si raris delata sit vi fluminis in agrum alterius. ad exhibendum. l. lilia. §. glans. ibidem: & deferre vtensilia in ciuitatem, in l. 2. ff. de nund.

Nonò deferre bonorum possessionem est concedere, & dare. l. 1. in princ. ff. de successor. edic. ibi, bene igitur prætor putauit præstitueret tempus his, quibus bonorum possessionem derulit, id est dedit & concessit. inde actio dicitur delata, in l. si verò. §. dabit autem quod ad eum peruenisse accepimus, siue iam exegit, siue exigere potest, quia actio ei delata est. ff. de iuto matrimo.

Decimò, in censum deferre, est profiteri, l. forma censuali. §. item syluæ cædua omnia ipse qui desert, æstimet. ff. de censib.

Vndecimò deferri in ararium, seu in principis commentarium, est describi, registrari. l. abesse. ibi, qui ad ararium delati, aut in commentarium principis relati sunt. ff. ex quib. caus. maior. & ibi Budæ. elucidat. l. senatus. de iure fisci. ibi, si quis debitorem subiecerit. tãtum in ararium deferat, quantum præmij nomine delator ipse cõsecutus fuisset, si vicisset. & §. senatus. ibidem.

Duodecimò, deferre in publicum est publicare palam facere. l. bona fides. ff. de positi, vbi prius vitur verbor., publicare, postea in publicum deferre.

Deferre pro accusare.

Deferre honorem.

Deferre pro offerre.

Deferre de loco ad locum ferre.

Deferre in censum.

Deferre in ararium.

Deferre in publicum.

ferre. Et deferre ad senatum, vel ad principem, pro referre.

Consequi pro assequi.

Consequi pro assequi, vel acquirere, adipisci accipitur hic, vt in l. argentarius. §. quod autem. ibi, id ipsum quod ita perdidit, hac actione consequatur. ff. de edendo. l. si autem. §. 1. ibi, ampliores quam oportuit fructus fuero consecutus. de negot. gest. Alibi scribitur, A principe fuerit consecutus. in l. nisi ex magna causa. de minorib. l. 1. §. item si quis. Ex quib. caus. maior. l. nihil. de inoffic. testam. l. si pecuniam. §. plane. de condict. caus. data. Et in lege Aquilia damnum consequimur, id est damni astimationem: & amisisse dicemur, quod aut consequi potuimus, aut erogare cogimur. l. si seruum. in fi. ff. ad legem Aquil. Et consecutum sententiam. l. si prator. §. Marcellus. ff. de iudic. l. item videndum. de petitio. heredita. l. non possumus. Si pars heredita. peta.

Consequi libertatem.

Consequi libertatem, pro acquirere, in l. sed si hac. §. 1. ff. de in ius vocand. l. quod autem. de scripturib. vrb. praedior.

Consequens.

Inde Consequens est dicere, quasi proxime accedit, coherens, in sequens est, accommodum est, non est diuersum: qua phrasi saepius videntur iuriscons. l. 1. §. 1. ibi, consequens est dicere sententiam nullius esse momenti. ff. de feriis. l. 1. Si pars heredita. peta. ibi, consequens fuit. videte in l. quibus. §. si supra cod. l. frater. de condict. indeb. ff. l. qui vsu fructum. in fi. de vsu fructu. l. constituto. nibus. Ad municip. l. si non fuerit. de iureiur.

Consequenter.

Consequenter, connexum, consecutio: vnde Iuriscons. ait: quod contra rationem iuris receptum est, non est trahendum ad consequentiam. l. quod verò. ff. de legib. & l. quod contra. ff. de regul. iur. Vult dicere text. id quod rationi non est conueniens, non debere ad alios protrahi, & extendi casus, & ad sequentia. facit l. moris. i. ibi, per consequentiam. ff. de pœnis. l. si autem. §. sed & is. de rei vindica. Et quamuis dicant nonnulli dictionem hanc Latinam non esse, tamen & Iuriscons. & Cicero de diuin. & ad Herennium, Aulus quoque Gellius vsi sunt.

Consequenter.

Consequenter, conuenienter, apte, commode. l. si consequenter. ff. familie circueund. l. & tatum. §. his consequenter. de seruo corrupto. l. sed & si. §. finali. de vsu fructu.

CAIUS LIB. X. AD LEGEM Iuliam Papiam. Lex clij.

Hominis appellatione tam foemina quam masculum contineri non dubitatur.

Hominis appellatione quid continetur.

Appellatione hominis tam masculus quam foemina proprie continetur, & siue seruus, ca. ex antiquis, §. 4. distinct. l. in centoria. infra cod. siue liber, siue ingenuus, siue libertus, siue pubes, seu impubes sit, l. 3. ff. de liber. homi. exhib. etiam si esset monstruosus, Bald. in l. quod dicitur. ff. de liber. & posth. l. seruis legatis. de lega. 3. l. 1. §. prator. de minor. ca. quicunq. 75. distinct. §. per occasionem. in auth. de nupt. colla. 4. cum distinctioe facta in l. quæret. supra cod.

Hominis appellatione venit etiam fœcus.

Ampliate etiam vt veniat fœcus, glo. singulari. in l. eos. C. de vsu. vt si quis promiserit me aduersus omnes homines defendere, tenetur etiam contra fœcum me defendere, teste Barba. in clem. 1. col. 2. de electio. & consi. 47. glo. penul. in 4. vol. Iac. in l. fi. in princip. col. 2. C. de iure delib.

Item veniunt tam clerici quam laici, quia om-

nes homines sunt. c. sacramenta. de consecra. dist. 1. cap. duo sunt genera. 12. q. 1. & hoc quando materia vtriusque congrueret, aliàs fœcus. gl. singulari. in ca. fi. de temporib. ordinand. in 6. clem. 1. de electio. venit etiam episcopus. c. 1. de maior. & obedienc. in 6. & c. 1. 1. q. 1. necnon capitulum, Panor. in c. nouit. 1. no. per illum text. de his quæ fiunt à præla. Scripti in §. præfatiq. ordinarij. de colla. in concord. ita etiam Iudæi, ca. si solus. 8. distinct. & Sarraceni, cap. quia te. 30. distinct. nisi materia hanc generalem significationem restringeret, vt inferius dicitur. Ex hoc inferitur, quod iustissime adiles noluerunt hominem ei rei quæ minoris esset accedere, ne qua fraus aut edicto aut iuri ciuili fieret, & propter hominum dignitatem. l. iustissime. ff. de adilit. edicto. §. in pecudum. Insti. de rerum diuisio.

Item clerici & laici, &c.

Secundò, venditor hominis præstare emptori debet quanti eius interest hominem venditoris fuisse. l. venditor. ff. de euictio. Et intelligendum est de seruis, quandoquidem liber homo vendi non potest, nec stipulari. sed Celsus. ff. de contrah. empr. l. liber homo. de verbor. obliga.

Venditor hominis quid præstare debeat.

Tertiò, in facie hominis iudex non debet aliquid inscribere vel imprimere, quia est ad similitudinem cœlestis pulchritudinis figurata. l. si quis in metallum. C. de pœnis, vbi glo. dicit quem nõ esse in frõte bullandum. Sequitur Feli. in c. significasti. col. 4. de homicid. licet quandoque viderim apud Gallos, etiam supremos iudices corruptos, iniquos, aut falsarios, in frõte signari flore lilij.

In hominis facie nõ debet aliquid iudex inscribere.

Quartò, contra detinentem hominem liberum datur interdictionem de libero homine exhibendo. l. 1. & per totum. ff. de liber. homi. exhib. quando ab homine priuato derinetur: fœcus à iudice, Alexand. consi. 133. in 6. vol. & ideo si quis vxorem alterius detineat, agatur hoc interdictione, teste Specula. in tit. de conuict. infidel. versu. porro liber. Angel. & alij in §. summa. Insti. de interdict.

Interdictio contra detinentem hominem.

Quintò, si quis hominem contra pacem constitutam occiderit, capitale subeat sententiam. §. si quis hominem. de pace tenend. & eius violator. & dicit philof. lib. 1. politic. c. 10. quod quacũque homines agunt, septem eos de causis agere oportet, fortuna, vi, natura, consuetudine, ratione, ira cupiditate.

Contra hominis occisionem. Septem cause qua homines impellunt.

Sextò, si tibi hominem dederò vt manumitteres, & postea fuisti à procuratore meo prohibitus ne manumitteres, si ex iusta causa procurator motus fuerit, & non acquireris illius prohibitioni, teneris. per tex. singul. in l. si hominem. ff. manda. vbi alia addidi, ampliora alibi tractaturus dum per otium detur.

Vassallus quid efficitur debeat.

Septimò, vassallus qui promisit defendere dominum aduersus omnes homines, debet etiam defendere aduersus foeminas, & hermaphroditos: nam homines sunt, vt hic. no. in §. fin. de prohibi. feud. aliena. per Federic. l. quæritur. ff. de statu homi. facit l. non dubium. ff. de custod. reor. c. ego N. de iureiur.

Octauò, instructam tabernam accipimus, quæ & rebus, & hominibus ad negotiationem parata est. l. instructam. infra cod. cum aliis multis quæ huc adduci possent.

Flectitur autem præfata regula, primum quãdo homo & mulier separatiim exprimerentur. tunc enim expressum excludit tacitum, Genesi. 1. Creauit hominem Deus ad imaginem suam. & c. hac imago. 33. q. 5.

Secundò vitatur, quando materia non continetur mulieri: vt si diceretur, quod in episcopum eligatur homo, de rationabili intelligitur non de fœco.

furioso, c. si homo. 27. q. 1. vbi qui ratione caret non dicitur homo. vnde Chrysostomus de homine pulchre ait: Cum recalcitres vt asinus, ferias vt equus, luxurieris vt mulus, carnem tuam impingues vt vitulus, rapias vt lupus, in ira frendas vt leo, pungas vt scorpio, venenũ infundas vt aspis, proximum lædas vt vipera, qualiter te hominem iudicabo: cum nullam charitatem in te reperio. Lucas refert in l. iudices. col. 5. C. de dignita. li. 12. vbi plus dicit, Sicut perfectum omnium animalium homo est, sic & separatum à lege, & iustitia, pefsimum est omnium. & dicitur à philoso. homo animal rationale mortale. glo. in auth. de monach. in princip. colla. 1. Bald. consil. 176. in 1. vol. & natura hominis scire desiderat. l. legis. §. ornaticibus. de lega. 3. Alias qui discere cõtemnit, membrum diaboli dicitur. c. fi. 38. dist. & partus hominis dicitur in l. quæret aliquis. supra eod.

Posthumus non est homo.

Tertiò, limitatur in posthumò. nam fieri homo speratur, ergo non est. l. cum inter. C. de fideicommissar. liberta. Barba. in repet. l. cum acutissimi. col. 33. C. de fideicommiss. tex. in l. in lege Falcidia placuit. in fi. ff. ad legem Falcid. vbi sunt talia verba, quia partus nondum editus, homo non recte fuisse dicitur. Quantum tamen ad commodũ illorum pro natis habentur. l. qui in vtero. ff. de statu homi. dicitur in l. quod dicimus. infra eod.

Mortuus non est homo.

Quartò, nõ procedit in mortuo, qui potius cadauer quàm homo dicitur. c. cum Christus. & ibi Panor. de hæretic. l. qui mortui nascuntur. supra eod. vnde qui promisit domum quam vendit, aduersus omnes homines defendere, non comprehenditur spiritus: qui si tumultum inferat in domo vendita, non tenetur venditor, si nesciebat: alias hoc in venditione exprimere tenetur l. 1. in fi. ff. de action. emp. Christophor. Porc. in §. fi. Insti. de loca. vbi dicit conductorem nõ teneri ad solvendum pensionem solitam, si discedat metu malorum spirituum, quos in domo audiebat.

Spiritus nõ est homo.

Quintò, licet homo & foemina comprehendat, tamẽ non debet dici sola hæc dicitio homo, de muliere, veluti si diceremus, Quod Titia est bona homo. non enim reciperent hanc locutionem grammaticam. quod enim commune est ad solam foeminam referendum est, vt dicit Alcia. in lib. 7. Parerg. ca. 7.

Hominis appellatione quando ad seruum vel liberum referatur.

Vltimò si velitis scire an hominis appellatione veniat seruus, vel liber, respicere oportet materiã: nempe si conueniat solis seruis tunc hominis appellatione seruus veniet, vt in legato hominis, quia liber homo legari non potest. l. Legato. ff. de lega. 1. Et idem si hominem vendã, vel alias disponam, vt in tit. ff. ad legem Aquil. & de noxal. actio. & similib. & homo liber non vindicatur. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vind. videte casum sing. in l. 1. C. si seruus exportand. veneat. Si vero materia congruere possit liberis hominibus tantum, & tunc de liberis intelligitur, vt in actibus ciuilibus, & officiis, & aliis, in quibus serui non recipiuntur: quia nil sunt quod ad ius ciuile attinet. l. quod attingit. ff. de regul. iur. Si autem materia vtriusque conueniat, tunc & de homine libero, & de seruo intelligitur. l. 2. §. homines. ff. vi bonor. raptò. vbi sunt serui quemadmodum in Hispania, & apud barbaras nationes: sed in hoc Regno Franciæ quia vix est reperire seruos, parum vtilis foret hæc materia: quam obrem breuiter perstringamus.

De homine fit mentio in tredecim locis huius tituli, quos hic inferuissimè, ni breuitati potissimum in re tam facili consulerem.

Minus digna notari.

Ex hoc tex. colligi potest, minus digna nonnquam præponi. nam hic Iuriscons. præponit foeminam masculo, ratione videlicet maioris dubi-

tationis. nam dubitatio maior erat in foemina quam in viro, ideo expressit præponendo. Alias regulariter digniora sunt præponenda, vt plene doct. scribunt in c. 2. de iudic. & ego ipse in Concordia in §. monemus. in verb. à nobis.

quàm præponi.

Dubium & ambiguum differunt. nam ille dicitur in dubio esse qui nescit, & animo hæret, incertus quid dicat, sentiat aut faciat. glo. & docto. in l. de statu suo dubitantes. ff. de testam. & in rub. de iuris & fact. ignoran. Ambiguum autem est vbi opinionum est conflictus, & iura videntur varia. cap. 1. de iudic. hæc tamen differentia sæpius confunditur.

Dubium & ambiguum quid differant.

TERENT. CLEMENS LIB. xij. ad legem Iul. Papiam. Lex clij.

Intelligendus est mortis tempore fuisse, qui in vtero relictus est.

Is videtur fuisse tempore mortis qui iam erat in vtero: vnde si testator singulis filiis qui erunt tempore mortis suæ legauerit centum, is qui in vtero erat, habebit centum: nempe qui in vtero est pro nato habetur. l. qui in vtero. ff. de statu homi. Item legitima, si fuerint liberi quatuor, vel infra, est triens: si quinque vel ultra, semis. iam si gamus quatuor esse natos, & quintum adhuc esse in vtero: an legitima semis erit? Respon. hoc casu proculdubio legitimam esse semissem, quia fuisse tempore mortis intelligitur. l. cum quæritur. & athen. nouissima. C. de inoffic. testam. facit l. 2. C. ad Officia.

Qui in vtero est, pro nato habetur.

Adhæc permillum est patri, tutores dare filiis in sua potestate existentibus tempore mortis, ac nepotibus, dum non sint recasuri in patris potestatem. §. permillum. Insti. de tutel. Certe intelligimus fuisse in potestate etiam tempore mortis, qui in vtero erãt: sicque posthumus tutor dari poterit, vt ibidem dicitur, in §. cum autem. & l. 1. ff. de testam. tutel.

Posthumus tutor dari potest.

Idem est dicendum cum pater substitueret pupillariter illi filio, quem in potestate habet tempore mortis. l. 2. ff. de vulgari. l. precibus. C. de impuber. vt eodem modo posthumus substituere valeat. l. fi. C. de insti. & substitutio.

Posthumus substitui potest.

Verum ne quis hallucinetur in huiusmodi relictis in vtero, fictione tantum iuris eos pro natis haberi cõsendum est, vt satis colligi potest ex hoc verbo intelligendus, quod fictionem denotat. §. 1. Insti. de excusa. tutor. dixi in l. dedisse. supra eod. §. 1. de excusatio. tutor. hoc addito, quod viuus nascatur. l. qui mortui. supra eod. quodque iam natus fuerit, vt hic probat verbum fuisse. Alias adhuc existens in vtero non rumpit testamentum. l. posthumo. C. de bonor. possess. contra tab. Nec enim ante natiuitatem partem hereditatis haberet, sed in tempus quo nascetur omnia ei integra iura reseruantur. l. antiqui. ff. Si pars heredita. peta. l. sed si restitatur. §. fi. de iudic. Quod etiam restringit glo. verum esse quando ageretur de suo commodo. fœcus si de odio illius qui est in vtero, veluti etiam doct. no. in d. l. qui in vtero. & ego non prætermittam in l. quod dicimus. infra eod. Et an valeat donatio facta posthumo, & quomodo sit insinuanda & acceptanda, scripsi in l. substituarum. §. attestari. supra eod. & 2. tomo commẽtar. in consti. Reg. Gallic. titul. de donatio. insinuand. artic. 2.

Qui in vtero est fictio ne iuris pro nato habeatur.

Differentiam autem inter aliquid fieri tempore mortis, vel tempore ipso quo decedet vel mo-

Tempore... Venter pro fetu.

Venter pro fetu. Interdum etiam Iurifconf. ventrem improprie accipiunt pro fetu, qui in vtero & vtre continetur, vt in tit. Si ventris nomi. mulier in possessio. missa, & tit. seq. Si mulier ventris nomi. in possessio. calumniam caus. esse dicat. Docet Specula. in tit. de eo qui mittitur in possessio. §. i. vnde solent Iurifconf. dicere ventrem mitti in possessionem, institui, exheredari, bonorum possessionem dari. l. 1. & l. vbi cuncte, & per totum. ff. de ventre in possessio. mittendo. & l. ventre praeterito. de acquir. heredita. l. non est ambigendum. de bonor. possessio. & in tit. de liber. & posth.

Venter pro fetu. Aliquando capitur μετὰ τοκοῦ, vt in l. si quando. ff. Si seruit. vindicet. Si quando (ait Iurif.) inter aedes binas paries esset, qui ita ventrem faceret, vt in vicini domo semipedem aut amplius procumberet. declarat Alcia. lib. parerg. 6. c. 7.

Venter pro fetu. Aliquando capitur μετὰ τοκοῦ, vt in l. si quando. ff. Si seruit. vindicet. Si quando (ait Iurif.) inter aedes binas paries esset, qui ita ventrem faceret, vt in vicini domo semipedem aut amplius procumberet. declarat Alcia. lib. parerg. 6. c. 7.

MACER LIB. I. AD LEGEM vigesimam. Lex cliiij.

Mille passus non à muro vrbs, sed à continentibus edificijs numerandi sunt.

Mille passus à suburbis & continentibus edificijs computantur, non à muro vrbs, vel castris, vnde praefectus vrbs habet cognitionem, non modo infra vrbs, sed etiam vsque ad centesimum miliare, sic computandum vt hic. l. i. §. cum vrbs. ff. de offic. praefect. vrb. l. i. Si quis cautio. licet Augustin. non à miliario vrbs legat, & planius. erat autem miliarium columna in capite fori Romani, in qua singulae viae conscriptae erant, à qua omnes Italiae viae incipiebant, & in quam omnes desinebant, vt dixi in l. in itinere. supra eod.

Item confert ad plerasque Regni consuetudines, quibus cauetur quod primogenitus nobilis habeat vnum arpentum terrae contiguae castris, vt huiusmodi arpentum mensurandum sit non à muris castris, sed à continentibus edificijs, vt hic. Ponderanda tamen erunt verba consuetudinis quomodo loquantur, & secundum ea iudicandum, per l. non aliter. ff. de lega. 3. Adhaec colligitur, Quod si quis prohibeatur tenere porcos intra ciuitatem Montispefulani, & circum per iactum lapidis, computandum erit à continentibus edificijs, vt hic. videte quae scripsi in l. in itinere. supra eod.

Limitatur quando aliter constaret ex verbis, vt si dicatur, quod intra villam, nec extra per miliare liceat habere capras: tunc enim ab vrbe computabitur. Secus si dicat prope Parisios, neque extra per vnam leucam, tunc computatio fiet à continentibus edificijs, vt nor. Alcia. & dixi in l. in itinere. supra eod. Et vide de quodam prohibito à ciuitate Parisiensi per decem leucas, vt computatio faciendae sit secundum nostrum text. De dietis dixi in l. 2. supra eod. vbi si loquamur de leucis & dietis, fiet computatio regulariter secundum vulgarem modum, vt in c. nonnulli. de rescrip.

LICINIUS RVFINVS LIB. vij. Regular. Lex clv.

Proximi appellatione etiam ille continetur qui solus est.

In l. proximus. supra eod. fuit dictum quis sit proximus, videlicet quem nemo antecedit: nunc declarat haec lex, quod vnus solus contineatur appellatione proximi. Vnde si proximus ex linea paterna debeat succedere, & illo deficiente, alij ex linea materna: si vnus tantum sit ex linea paterna, is succedet, exclusis alijs, per istum text. & scribit Bal. consil. 469. statuto in l. vol. Sed frequentius de pluribus dicitur. l. i. §. proximus. ff. vnde cognat. vbi sic scribitur: Proximus autem accipitur, etiam qui solus est, quamuis proprie proximus ex pluribus dicatur.

Et proximum nos accipere oportet eo tempore quo bonorum possessio defertur, vel quo mortuus fuit is de cuius hereditate agitur. §. proximus. de legitim. agnator. success. in Insti. Et si plures gradus agnatorum sint, aperte lex 12. tabularum proximum vocat. itaq; si verbi gratia sint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus, frater prior habebitur: & quamuis singulari numero vsa lex 12. tabularum proximum vocet, tamen dubium non est quin si plures sint eiusdem gradus, omnes admittantur. nam & proprie proximus ex pluribus gradibus intelligitur, non habita ratione plurisne sint in illo gradu. vt in l. i. ciores. §. si plures. ibidem.

Adhaec notandum est quod proxima appellatione, Gallice des prochains, sine adiuncto veniunt tam agnati quam cognati. §. i. & d. §. proximus. de legitim. agnato. successio. in Insti. §. eos. cum seq. de success. cognator. Et hoc casu vocatur proximus, id est coniunctus & consanguineus, teste Barba. in repet. l. cum acutissimi. col. 54. C. de fidei commissis. vnde si consuetudo disponat retractum esse concedendum proximis, au plus prochain lignagier, intelligitur de consanguineo proximo & illius lineae qui admitti possint. l. dudum. C. de contrah. emptio. Berrrand. consil. 30. punctus quaestio. col. 2. vol. i. secundum no. editio.

Aduertendum est tamen quod dicenti se proximiorum, incumbit onus probandi: alias succumbit tanquam deficiens in fundamento suae intentionis, vt docet Alexand. consil. 124. viso processu. col. 1. vol. 7. allegat Specula. in tit. de testam. §. pen. versic. est & alia bonorum possessio. facit l. cum ita. §. si. de lega. 2. ff. & quomodo hoc probandum sit, docet Dec. consil. 321. in causa.

Aliquando potest dici proximus ratione praestiti beneficii, vt in euangelio de eo qui incidit in latrones, Luca 10. & §. si quis de praedictis. versic. Sed si aliqui. in authen. vt iudic. sine quoquo suffragio. col. 2.

In dietis & leucis computatio fieri debet secundum vulgarem modum.

Proximus quis.

Proximus in bonorum possessione quis dicitur.

Proximus men de agnatis & cognatis dicitur.

Proximum rem se dicit, onus probandi incumbit.

Proximus ratione praestiti beneficii.

Adhaec

Proximi omnes fideles. Proximus ratione loci & administrationis. Proximi scilicet seruatorum. Proximus ratione aetatis.

Proximus agnatus, cognatus. Primus quis.

Primogenitus quis.

Proximum vel propinquorum appellatio ne quis continetur.

Proxima causa stipulationis.

Proximo anno cum dicitur, quis intelligatur.

Adhaec omnes fideles proximi nostri sunt, caritas. 2. §. item proximos. & seq. de poenitent. distinet. 2.

Proximus etiam dicitur ratione loci, vel administrationis, qui propius in administratione Regij officij accedit ipsi Regi. vnde proximi sacrorum scriniorum vocantur, qui Regi proxime adsunt in scrinijs & consilijs, vt sunt libellorum magistri & secretarij. docet Budz. in anno. ad l. nec quicquam. ff. de offic. proconsul. & Pyrrh. in tracta. de magistra. Roma. vt in rub. C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12. Lucas de Penna in rub. dicit etiam aliquem proximum aetate dici, vt proximus pubertati, qui habet tredecim annos cum dimidio. l. non tantum. in princip. ff. de excusa. tutor. l. heredibus. in fi. de dolo.

Alio modo vocatur proximus per glo. in §. pupillus. de inutilib. stipula. in Insti. Et in matrimonio relinquatur arbitrio iudicis, teste Philippo Perusino in cap. vno. §. 1. de desponsa. impub. in 6. Panor. & Praeposit. in c. continebatur. eod. tit.

Interdum ei adiungitur dictio, vt proximus agnatus, vel proximus cognatus, & tunc sic dicitur quem nemo praecedat. l. proximus. supra eod. tit. & l. 2. §. hereditas. ff. de suis & legitim. heredibus. Dec. in l. 2. in princip. C. qui admitti.

Adde in verb. primus, vt etiam is dicatur qui solus est, & postremus. l. 2. §. legitima. ff. de suis & legitim. heredibus. Legitima (inquit Iurifconf.) hereditas tantum proximo defertur: nec interest vnus solus sit, an ex duobus prior, plurisve: an duo pluresve ab eodem gradu venientes, qui vel ceteros antecedant, vel soli sint, quia is est proximus quem nemo antecedit, & is vltimus quem nemo sequitur. Et interdum is est primus postremusque, qui solus occurrit. haec sunt verba text.

Idem in verb. primogenitus, vt etiam is dicatur qui primo natus fuit, licet alius non fuerit natus. c. Ioseph. ex cod. vel ante quem nullus natus fuit. vnigenitus quem nullus sequitur. Boer. q. 204. quaeritur. in decisio. Burdegal. vbi dicit medium inter omnes, nouissimum post omnes.

Ita propinquorum, vel proximorum appellatio veniunt tam descendentes, quam ascendentes, teste Philippo Perusino in c. si pater. col. pen. de testam. Sic consuluit Bertrand. consil. 30. punctus quaestio. col. 2. in 1. vol. secundum nouam impressionem. Alia multa scripsi in l. proximus. supra eod. Et statuto dicitur quod proximus ex linea paterna succedat, admittetur ad successionem quantumuis remotus, dum sit ex hac linea, excludetque alios quantumuis proximiores ex linea materna, aut alia. §. proximus. de legitim. agnator. success. Bald. consil. 469. statuto cauetur. in 1. vol. Sic quoque proximorum, vel propinquorum appellatio non veniret vxor aut nurus. l. i. C. vnde vir & vxor. vbi plene doct. & in l. exigendi. de procurator. Doct. in l. cum aliena. de lega.

Proxima causa stipulationis dicitur quae adhibita est ad hoc vt fieret stipulatio, seu bona seu mala fuerit, vt turpitudinis, vis, metus, & alia. l. pen. ff. de condi. ob turpem caus.

Proximo anno dare spondes? A quo tempore computetur annus declarat Iulia. in l. tali facta. ff. de iure dot. Et breuiter in hoc varietatem causarum inspicendam esse censerem, vt varie quoque proximus annus vel mensis intelligatur, vt modo de praecedenti, modo de sequenti intelligatur. l. 2. & l. si seruus seruum. §. tertio autem capite. ff. ad legem Aquil. & no. in l. si. C. de posth. heredib. instituend. Vnde si vendidero tibi domum centum aureis & tibi concedam vt in anno proximo

soluas, hic annus incipiet currere à die traditae domus, & impleri contractus, non à die conuentionis, & instrumenti, seu celebratae venditionis & liquidationis, per d. l. tali. vt docet Barto. in l. si cum legeretur. ff. de lega. 1. & Areti. in consil. 94. consideratis. in fi. Idem volunt quidam in anno retractus, vt computetur à die perfecti contractus, per d. l. tali. & sic dicanici firmant computari à die saisimenti quo dominus approbavit venditionem, & misit emptorem in possessionem, & non antea, si censualis sit fundus: alioqui à die perfecti contractus.

Ita si arbiter intra annum proximum, ferre debet sententiam, computabitur ille annus à die acceptationis arbitri. alias enim perfectum non est arbitrium, cum recusari possit. l. 2. & seq. ff. de arbit. sic docet Bal. in l. si cum dies. in princip. illo tit. vt refert Iacobi in d. l. tali. de iure dorum.

Quae doctrina limitatur in sententia lata sub conditione vel die: quippe appellandum est à die latae sententiae. Rescinditur siquidem etiam illud debet quod in spe nocere potest. l. illud. §. si. cum l. seq. ff. de bonor. possess. contra tab. Et cum esset dies expressa, tunc ab illo die fiet computatio. Bal. in rub. C. de contrah. emptio. q. 23. Alexand. consil. 61. viso processu in 5. vol. & las. plene in d. l. si cui legetur. in fi.

IDEM LIB. DECIMO Regularum. Lex clvj.

Maiore parte anni possedisse quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit: si modo aduersarius eius aut paucioribus, aut diebus nullis possederit.

Haec lex declarat quando quis dicatur possedisse maiore parte anni, is videlicet qui duobus etiam tantum mensibus possederit, maiore parte anni possedisse censetur: dummodo non possederit aduersarius illo anno, vel paucioribus diebus. Et sic intelligitur l. vna. ff. vtrobi. Sed hodie tam in hoc interdico, quam in interdico vti possidetis, sufficit quem possidere litis contestatae tempore. l. 1. §. fi. vt possidet. §. sed hodie. Insti. de interdico. Dummodo nec vi, nec clam, nec precario possederit. vnde rub. illam vtrobi, id est apud quos, exponit glo. in d. l. vna. & Alcia. hic, vtro in loco. Sed non conuenit rex. vt asserunt doct. & glo. in ca. licet. de proba. videte an potius debeat in hac rubr. dici virumvi. sicut inueni in lib. 5. Iulij Pauli Sententiarum, his verbis: Retinenda possessio gratia comparata sunt interdico, per quae eam possessionem quam iam habemus retinere volumus: quale est vti possidetis, de rebus soli, & vtrū vi, de re mobili. Et in priore quidem is est potior qui redditus interdico tempore nec vi, nec clam, nec precario ab aduersario possidet. Quia pretor secundum istos rubricam posuerat interrogatiue vtrumui, scilicet possederit, nempè qui vi vel clam, aut precario possederit maiore anni parte, nihilomagis erit potior: quāobrem dicebat praetor vtrumvi possederit, & c. Elige cui dicas, tu mihi sola places. Alibi maiorem esse partem creditorum non pro modo debiti, sed pro numero proximus annus vel mensis intelligatur, vt modo de praecedenti, modo de sequenti intelligatur. l. 2. & l. si seruus seruum. §. tertio autem capite. ff. ad legem Aquil. & no. in l. si. C. de posth. heredib. instituend. Vnde si vendidero tibi domum centum aureis & tibi concedam vt in anno proximo

De interdico vti possidetis & vti possidetis.

Maiores superiores à tritauo Iurifconsulto existimat, in l. 4. §. 1. ff. de in ius vocand. à tritauo.

& in l. iuris consul. §. parentes. de gradib. affinita. de quibus scripti in l. appellatione parentis. supra eod. vbi nouam assignauit declarationem; vltra iurium intérpretes.

Maiores...

Adhuc notat, quod maior quis dicitur aetate, scientia, nobilitate, honore, potentia, officio; & diuitiis, c. super eo. 2. vbi Doct. de testib. plene cōsultit Barba. consil. 39. sacro. col. 1. & seq. vol. 2. & in rep. l. cum acutissimi. col. 48. C. de fideicom. Feli. in rub. de maiorita. & obediens. vbi plene.

Maiores...

Inrelligamus verò hanc legem, quoad illum titulum vtrum vi, vt maiore anni parte is possedisse dicatur, qui plus possederit quam eius aduersarius. Sed regulariter in alia materia maior pars anni dicitur potior vltra sex menses: veluti dicitur is maiore parte anni habitasse in ciuitate, qui vltra sex menses habitauit, ad hoc scilicet vt priuilegijs gaudeat ciuitatis. l. cum de lanonis. §. Sabinus. ff. de fund. instrue. quem tex. singu. dicit Ludouic. Roma. singul. 669. communiter. scripti in l. qui in continetibus. supra eo. & ille dicitur quotidie celebrare de vno sancto, qui quanto frequentius potuit de eo celebrauerit. c. significati. vbi scripti in præb.

Si modo...

Si modo, id est dummodo, id est, si alius non diutius possederit. & sic conditionaliter sumitur, in l. si quis ex argentariis. §. pertinere ad me videtur ratio; si modo eam tractaueris me mandante. ff. de edend. l. rescripti. ibi, Si modo valet pactio. de pact. l. quantum. ibi, Si modo certum sit. Quod met. caus. l. arboribus. in fi. ibi, Si modo mihi aliquid stipuletur. de usufruct. l. 2. in fin. Si pars heredita. pera. l. vtilis. & l. si quo. de petitio. heredita. l. fistulam. in fi. & l. in re comunis. de seruitu. vrbano. prædior. l. in debitam. de condict. indeb. l. queritur. §. puerperam. de ædilit. edicto.

Dummodo...

Dummodo, hæc dictio modum facit, & restringit, & interdum pro materia conditionem facit. l. cum ab eo. ff. de contrah. emptio. Bar. in l. quibus. §. Thermus nu. 4. ff. de conditio. & demonstratio. facit leuius ædificium. ibi, Dummodo inferiora ædificia non grauiore seruitute onerent. ff. de seruitu. vrbano. prædior. l. in puberibus. in princip. de suspens. tutor. ibi, Adolecentibus permittitur curatores suos suspectos facere: dummodo ex consilio necessariorum suorum id faciant.

Dummodo...

Vtilitas ex his resultat: nam si faciat modum regulariter valet actus, etiam si illud quod restringebatur non fuerit factum. Vnde si papa vel legatus in vnione ecclesie statuerit vt monasterium habeat redditus talis ecclesie, dummodo in illo monasterio fuerint sex religiosi ad seruendum diuinis, & orandum pro anima fundatoris, si hoc non seruetur, valebit nihilominus vnio. Et idem in dispensatione facta, dummodo intra annum hoc fiat, vt decidunt glo. & Doct. in c. non potest. de præb. lib. 6. & Do. de Rota decis. 231. ordinatio. in no. ego quoque scripti in praxi beneficiali. Et si quis in ciuem fuerit receptus, dummodo soluat collectas, si non soluat, erit nihilominus ciuis. At commoda ciuium non habebit, nisi quousque soluendo purgauerit moram, vt pulchre docet Bald. in cap. dudum. 2. col. 6. nu. 26. de elect. per l. quæro. §. inter. ff. loca. & l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccl. quippe verbum hoc dummodo regulariter non facit conditionem, sed modum: & modus obligat ad sic faciendum quidem, sed non annullat aut impedit actum. Bar. in l. 1. & l. quibus. §. si. ff. de conditio. & demonstra.

Dummodo...

Cum verò facit conditionem, non valet actus, nisi conditio fuerit adimpleta, l. qui heredi. ff. de conditio. & demonstra. & Bal. in d. dudum. ait, Quod modus impleri debet per viam compul-

sionis, si expedit domino: sed conditio debet impleri per modum exclusionis: id est si non impleretur, excluditur quis ab exordio, & initio; ac vtilitate contractus, l. qui fundum ff. de contrah. emp. l. si. §. emptor prædiorum. de rescind. venditio. l. 1. C. de conditio. quæ sub modo. vbi glo. & doct. las. consil. 104. renuntiatio. col. 4. in 4. vol. & Paul. Paris. consil. 47. Si consideramus. col. 1. & consil. 37. ad resolutionem col. 3. nu. 15. in 3. vol.

Dummodo...

Verum pro qualitate causa & materie dignoscitur quando faciat conditionem, vel modum, l. dummodo. ff. de prædiorum. Chassa. in consuetud. Burgund. in titul. des successions des bastards, artic. 5. glo. Et au regard. in consil. nu. 19. vnde consulti Guido Pape consil. 205. circa processum, quod impetrans literas ad rescindendum contractum, dummodo habeat dispensationem à suo prelato, non potest vti literis, nisi prius dispensationem obtinuerit ab episcopo. nam tunc id verbum Dummodo, Gallicè pourueu que, facit conditionem. Sequitur Domi. Andr. Tiraquel. in tracta. de vtroque retract. §. 8. glo. 8. pourueu, quippe satis declarat materia secundum quam est iudicandum, adiecto tamen nonnunquam & inspecto modo loquendi: vt si dicatur, Dummodo illa facere reuertur, Gallicè pourueu que ledit tel sera tenu de faire cela, & c. ad hæc cogi poterit. Si verò dicatur, Dummodo hoc fecerit intra mensem, alias nil habeat, Gallicè pourueu que s'il ne fait cela dedans un mois, qu'il ne reçoie rien, tunc conditionem important. Et prædicta notanda sunt, quia Doct. varij hactenus super his fuerunt.

Quo modo...

Quo modo, quæ forma, quæ ratione vel causa, seu moderatio, vt in tit. C. quomod. & quand. iud. l. nepos. supra eo. Et sæpe interrogatiue ponitur, sicut dictio Quemadmodum, vt in tit. ff. quemadmodum. seruit. amittant. ff. & C. quemadmodum. testam. aperiant. & quemadmodum. ciuil. muner. indic. lib. 10.

Quoquo...

Quoquo modo, id est quomodocumque. l. si extraneus pro muliere dotem dedisset, & pactus esset, vt quoquo modo finitum esset matrimonium dos ei redderetur, & c. ff. de condict. caus. data: vel quoquoque casu. l. si cum dotem. ff. solut. matri. l. his solis pecunia condicitur. quibus quoquo modo soluta est, non quibus proficit. de condict. indeb. Et est dictio vniuersalis, vt docet Bart. in l. generali. §. vxori. ff. de usufruct. lega.

Hoc modo...

Hoc modo, id est hoc moderamine, hoc temperamento. l. hoc modo. ff. de condi. & demonstra.

Simili modo...

Simili modo, pro similiter. l. quod quidè simili modo. ff. ex quib. caus. maior. l. si seruo. de usufruct. l. item veniunt. §. simili modo. de petit. heredita.

Solummodo...

Solummodo, l. i. ff. commoda. scripti in l. pratum. supra eod.

Triplici modo...

Triplici modo, pro tripliciter, l. triplici. sup. eo. vel tribus modis, vt in l. munus tribus modis. supra eodem.

Tantummodo...

Tantummodo, pro solum, limitat & restringit. l. sed & si lege. §. scire autem ad se non pertinere. is tantummodo videtur, qui factum scit. ff. de petit. heredita. dixi in l. pratum. supra eod.

Pro modo...

Modus interdum pro mensura capitur, vt in rub. ff. Si mensor fals. mod. dixerit. iuncta l. 2. vbi quod in rub. vocauerat modum, in l. 2. & l. si mensor. in fin. mensuram. vnde si modus agri minor inueniatur, pro numero iugerum auctor obligatus est: qui vbi minor modus inuenitur, nõ potest estimari bonitas loci, qui non extrat. l. si seruam. §. 1. ff. de actio. empti. l. litora. de contrah. emptio.

Modus...

Modus pro cumulo vel quantitate capitur, in l. maiorem esse partem pro modo debiti. non pro numero personarum placuit, iuncta l. seq. ff. de pact. l. si quis

l. si quis reum. de custod. reor. vbi prius nominatur quantitas, & postea modus. Sic etiam ait Vlpia. in l. cum hi. §. modus. ff. de transactio. modus quoque pecunia, qui in transactionem venit, estimandus est, vtputa quantitas transactionis. nam ex modo fides transactionis estimabitur. facit l. Mænia. in fi. ff. de annuis lega. & l. qui occidit. §. 1. ff. ad legem Aquil. ibi, vsque ad modum debiti habebit Aquilæ actionem: vulgo usques à la concurrence du debite. l. 3. ibi, modum autè patrimonij spectare videtur, cum alimentis decernit. & ibi, in amplis tamen positus patrimonij, non cumulus patrimonij, sed quod exhibitioni frugaliter sufficit modum alimentis dabit. Sed si non constat quis modus facultatum sit, & c. ff. vbi pupill. educar. debeat. & l. quod conditio. in princ. de donat. caus. mort. ait, Quod conditionis implende gratia datur, licet non ex bonis mortui proficiatur, capere tamen supra modum nõ poterit, id est vltra quantitatem vel formam constitutam à iure, vt postea declarat tex. is cui certum modum ad capiendum lex. ibi, is cui certum modum ad capiendum lex concessit pro modo possessionum. & in l. Imperatores rescripserunt aquam de flumine publico, pro modo possessionum ad irrigandos agros diuidi oportere. ff. de seruitutib. rusticor. prædior. Sic pro modo prædiorum omnes pecuniam tributi conferant. l. cum possessor. ff. de censib. & pro modo agri, in l. si partem. ff. de seruitutib. rusticor. prædior.

Pro mensura...

Iurisconsultus aliquando dicit pro mensura agri. l. si. §. præterea. ibi, pro mensura agri per singulos annos præbeant. ff. de munerib.

Modus pro...

Modus pro qualitate. l. ne quid. §. de his. ibi, vt pro modo culpe, vel vincti, vel sub fideiussoribus ad præsidem remittantur. ff. de incend. ruin. naufrag. l. milites. verfi. alioqui pro modo culpa in eos statuendum est. & in l. si. §. 1. ibi, pro modo culpa, vel castigantur vel militiam mutant. ff. de custod. reor. Et pro delicti siue criminis qualitate. l. miles. §. mulier. in fi. ibi, vindicari debet pro admissi criminis qualitate. ff. de adulter. l. eos. in fi. ibi, pro admissi qualitate grauissime puniendus est. de Falcid. idem in l. 3. ad Turpillia. pro modo delicti idem. l. 3. §. quiflatiois munus relinquit plusquam emanor est: itaque pro modo delicti aut castigatur, aut gradu militiae deicitur. ff. de re militari. l. de obseq. Pro modo admissi acti dabitur in circulatores, qui serpentes circumferunt. l. si. ff. de extraor. criminib. & in l. pen. ibi, dicitur pro mensura admissi, id est delicti. Interdum pro mensura delicti Iurisconsulti etiam scribunt, in l. Diuus. ff. de fals. vbi sic habetur: Diuus Pius Claudio rescripsit: Pro mensura cuiusque delicti constituendum in eos qui apud iudices instrumenta protulerunt, quæ vera probari non possunt.

Pro modo...

Pro modo litis, id est pro qualitate, seu quantitate, pour la grandeur de la cause. l. 1. §. in honorariis. ff. de variis cognitio. ibi, in honorariis quoque aduocatorum ita versari iudex debet, vt pro modo litis, proque aduocati fiducia, & fori consuetudine, & iudicij, in quo erat acturus, estimationem adhibeat.

Pro modo...

Pro modo pecuniarum, id est pro quantitate. l. pupilli. §. penu. ff. de solutio. ibi, precium eorum pro modo pecuniarum cuiusque contractus creditor accepto facere debet. l. si quis reum. de custod. reor. ff. ibi, præses de modo pecuniarum quæ inferri debet, statuet.

Pro facultate...

Alibi Iurisconsulti ait pro facultate patrimonij. l. cum plures. in fi. cum l. seq. ff. de administ. tutor. vbi in l. seq. dicitur, Tutor secundum dignitatem, facultatesque pupilli modum seruatorum estimat-

re debet, qui circa cum futuri sunt: id est pro facultate patrimonij debet estimare & arbitrari quæti serui, seu quot sint necessarii.

Modus pro...

Modus pro forma, seu pro moderatione, vt in rub. C. de modo mulctar. quæ à iudicib. insignuntur. iuncta l. si. ibi, in qua forma etiam Comes. Et ibi, nec tamen ad huius legis moderationem pertinere se credant. l. cum eorum. C. de sentent. inde Iuriscōf. ait, modum adici seruitutibus posse constat, veluti quo genere vehiculi agatur, vel non agatur: veluti vt equo duntaxat, vel vt certum pondus vehatur, vel vt res illæ traducantur, aut carbo portetur. in l. 4. §. 1. ff. de seruit. Albert. Brunus in trac. de form. & solemn. actus. rub. ex quibus consistant forma, & solenitas. verfi. 47. dicitur forma.

Intra mo...

Intra modum. l. pater. 3. ff. de castren. pecul. ibi, pater qui castrense peculium retinebit, æs alieni intra modum iure prætorio soluere cogitur, id est quatenus patitur peculium, & non vltra ipsius vires, & estimationem. glo. ibi.

Modus pro...

Modus pro casu vel causa. Modus pro casu vel causa, vt in rub. ff. quibus mod. vsusfruct. vel vsus amitt. l. 1. ibi, ipse vsus eiusdem modis constitui solet, quibus & vsusfructus. de vsu & habita. Et in rub. quib. mod. pignus vel hypothe. soluit. nam quod alicui deberi coeperit, certis modis deberi definit. l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & obliga. & docto. illum text. allegant, quod tempus non est modus inducendi vel tollendi obligationem, qui tex. hoc non probat, vt alibi dixi.

Modus pro...

Modus, ratio seu moderatio, vt in l. item apud. §. Sed & si iussu domini quæstionem habeat, modum tamen excefferit, teneri eum debere Labeo ait. ff. de iniuriis. l. finali. de operis seruorum, ibi, Cum de serui operis artificis agitur, pro modo restituenda sunt. Inde dicit Bar. in l. quibus diebus. §. Terminus. ff. de conditio. & demonstra. Quod modus est moderatio quædam dispositioni adiecta, eum qui honoratur aggrauans in tempus dispositionis perfectæ: vt, Lego tibi centum vt instruas filium meum. gl. in rub. ff. de condition. & demonstr. & caus. & mod. eorum quæ in testam. scrib. Etiam dicit modum à conditione differre, nam hic fit per vt, conditio per si. Et hoc modo loquitur rub. C. de his que sub modo lega. vel fideicom. relinquuntur. & rub. de dona. quæ sub mod. vel conditio. vel cert. tempor. conficiuntur. Alia multa de modo tractat Bal. & Soci. in d. rub. ff. de conditio. & demonstr. & in d. §. Terminus.

Modus pro...

Modus, id est forma, maniere, façon. l. quæstionis modum magis est iudices arbitrari oportere. ff. de quæstio. l. 2. de termi. amoto. ibi, De pœna ramen eorum modus ex conditione personæ & facientis mente statui potest.

Modus pro...

Item officium tribunorum est milites in castris continere, & ad exercitationem perducere, clauis portarum suscipere, & delicta secundum suæ auctoritatis modum castigare. l. officium. in fi. ff. de re milita. vbi gl. modum exponit pro militaribus modis.

Modus pro...

Modus est rectitudo rerum sedesque virtutum, teste Aristot. quem refert Luc. de Pen. in l. præcipit. col. 2. de cano. largitio. tir. lib. 10. plus dicens quod est medium, & conseruatum in esse, limes iustitiæ, ornamentum ordinis, & via morum.

Modus ob...

Modus obligationis est cum stipulamur decem aut hominem, nam alterius solutio totam obligationem interimit, nec aliter peti potest vtrique quæstio vtrunque est. l. obligationum fere. §. modus. ff. de actio. & obliga.

Modus ad...

Alias modo sumitur aduerbialiter, & significat nunc, vt in l. quod scire. §. in his quæ pondere, numero, mensurave constant, veluti frumeto, vino,

oleo, argento, modo ea seruantur que in ceteris, vt simularque de precio conuenit, videatur perfecta venditio: modo vt etiam si de precio conuenit, non tamen aliter videatur perfecta venditio quam si ad mensa & ad pensa adnumeratae sunt. ff. de edict. empt. vbi videte si citius conueniret exponere pro dummodo.

Modo si, pro modo.

Interdum dictio modo praecedat dictionem Si, vel sequitur, & accipitur pro dummodo, & pro si modo, vt in l. diem functo legato Caesaris salarium comitibus residui temporis praestandum est, modo si non postea comites cum aliis eodem tempore fuerint. ff. de offic. assessor.

Modo pro aliquando.

Modo pro aliquando, interdum. l. redhibitoria. ff. de edict. edic. ibi, redhibitoria actio duplicem habet condemnationem, modo enim in duplum, modo in simplicium condemnatur venditor.

Aduersarius in iudicio, & ante iudicium, quis dicitur.

Aduersarius dicitur repugnans, oppositus, & is qui mecum in iudicio vel extra contendit, siquidem mihi repugnare videtur, vt hic, & in l. si idem, §. i. ibi, ne in potestate calumniosa aduersarij mei sit, an apud eundem litigare possim. ff. de iurisdic. omni. iudic. Barba. consil. 80. col. 7. in 4. vol. Dicitur etiam aduersarius ante inchoatum iudicium, is videlicet qui mecum litigare intendit. l. si is qui, §. si seruus. ff. de v. sicapio. ibi, qui se aduersarium preparauerit. c. ceterum, de recrip. Lucas in l. vna. col. 3. De his qui se deferunt, lib. 10. C. improprie tamen secundum de Ripa in ca. 1. 2. not. de iudic. nam generaliter is qui contradicit intentioni alterius, dicitur proprie aduersarius, secundum Panor. in c. in literis, de resti. spoliator. Sed qui non adhuc contradicit, non potest aduersarius proprie dici, cum possit deliberare an velit contendere. l. i. ff. de edendo. Ego dicere generaliter aduersarium dici etiam proprie ante ceptum iudicium, dummodo opposuerit se peritoni meo, vel interpellatus extra iudicium noluerit mihi soluere, quia mihi repugnat, & est oppositus, l. quidam Hiberus. ff. de seruitutib. vrbano. praedior. Et qui non est mecum, contra me est. Et qui non colligit mecum, dispersit, vt est in Evangelio, quod amodo eligit qui non reicit. l. vna, in fi. ff. furti aduers. nauis.

Itaque verba sunt inspicienda, nam si dicatur, Qui se preparauerit aduersarium, tunc recte dici potest etiam ante iudicium, vt d. §. si seruus. Si vero dicatur, quod aduersarius recusari possit ante litem contestatam, non dicitur aduersarius, quandoquidem non constat de repugnantia: & quia deliberando cedere potest. d. l. i. ff. de edendo. nisi, vt dixi, generaliter. Et tunc iudex quoque post sententiam contra me latam dici potest aduersarius. l. si appellacionem. cum gl. C. de appella. Et actor aduersarius etiam post litem contestatam dicitur. l. praenunciatores. infra eod.

Aduersarius etiam iudex.

Ita quoque lite finita dicitur aduersarius, l. cum postea, C. de pact. Et tunc intelligi poterit aduersarius, scilicet olim, vel quondam, vel de praeterito, siue de futuro.

Aduersarius lite finita.

Subrogatus in lite vocatur etiam aduersarius, in l. petitor. ff. de libera. lega. litem si res. in fin. ff. de alienatio. iudic. plene de Ripa in ca. 1. de iudic. in 2. no. Et an hic recusari possit, ne testis sit, iudex decernet, §. si vero dicatur. in authen. de testibus. colla. 7. & authen. Si testis. C. de testib.

Aduersarius etiam is, qui subrogatur in lite.

Aduersaria, in l. i. C. de edendo. ibi vide, & Spiegel. Aduersaria vero & calendaria tanquam eadem accipimus, quae eo dici aduersaria arbitror, quod aduersa etiam parte scriptis implerentur, & per transuersum quoque: siquidem negligenter admodum conficiebantur, quia debebant statim, etenim menstrua erant, tabulae vero aeternae. Ad-

Aduersaria.

uerfaria denique parui temporis memoriam, tabulae perpetuae existimationis fidem, & religionem amplectebantur. haec sunt deiecta, ille in ordinem confecta: in iudicium aduersaria protulit nemo: codicem protulit, tabulas recitauit. has differentias describit Caelius lib. antiquar. lectio. 12. ca. 21. Alias aduersaria dicuntur tumultuariae quaedam tabulae quae antetabularum cofectionem perferibebantur, ne memoria rerum excideret, vt ex his postea tabulae iustae & aeternae fierent. videte recentiores in l. i. C. de edendo. vbi datur nouus intellectus, & alibi dixi an sustineri possit.

Aduersaria arectorum & sententiarum, Gallicè dictions d'arrests & sentences. Budae. in foren. & aduersaria vulgo dicimus, minutes. De aduersione scripti in l. Labeo. i. in fi. supra eod.

Aduersaria arectorum & sententiarum.

AELIVS GAL. LIB. I. DE verb. quae ad ius pertinent signifi. Lex clvij.

Paries est, siue murus, siue maceria est.

Ista lex declarat parietem & τείχος significationem habere, dicens continere murum, & maceriam. & via continet semitam & iter. diciturque paries, quasi paries securitatem, & commoda multa, vt quidam volunt.

Paries a pariendo.

Maceria vero est paries sine calce, gypso & cemento factus, quasi macer, & sine conglutinatione: probatur in l. si precario. ff. communia praedior. l. vlt. finium regundor. & l. aed. de contrah. emptio. Et huius quatuor sunt species, prima quae fit ex lapide, altera ex lateribus coctilibus, alia ex lateribus crudis, qui in sole diutius permanserunt vt desiccarentur, alia quae ex terra & lapillis compositis informis, teste Beroal. in annota. in Columellam. In exemplaribus antiquis ista lex sic incipit: *Quantum ad iuris pertinet largam significationem, paries, &c.* Ex quibus verbis colligunt quidam probari distinctiones Doct. dicitur, Large hoc procedit, secus si strictè. *Quemadmodum cum dicimus pecuniam large pro omni patrimonio capi. l. pecunia. supra eo. strictè pro pecunia numerata. gl. in l. 2. §. si. ff. Si certum peti. Et communius Doct. hanc afferunt distinctionem, Large, vel strictè, seu proprie. ita recordor Romanos pragmaticos, si quam magnam velint extorquere pecuniam, solitos esse dispensationem concedere vel aliam gratiam ad largam, vt ipsi vocant.*

Maceria quid.

Large pro cedit, strictè procedit.

Strictum vero est oppositum verbo largi, veluti stricto iure pro summo iure dicimus, l. si quis duob. ff. de consti. pecun. Et contractus bonae fidei & stricti iuris, in §. actionum, de actio. in Insti.

Strictum quid.

Largus dicitur a largior largitis, & ille est qui facile donat & profundit, & ait Cicero i. Officio: omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Et largus tenet medium inter prodigium & auarum, vt glo. docet in c. ex parte. de consuetud. facit l. i. ff. de curator. furios. Igitur largiri est ample donare: & species furti est seu lucri ex alieno largiri, & beneficii debitorem sibi acquirere. l. si pignore. §. i. ff. de furt.

Largus quid.

Inde largius. l. plenum. §. Iubentius. ff. de vfu & habita. ibi, aliquando enim largius cum vsuario agendum est pro dignitate eius cui relictus est vfu. Et largius tempus parentibus liberisque petendae bonorum possessionis tribuitur in honorem sanguinis. l. i. §. largius. ff. de successor. edic.

Largius quid.

Largius.

Largitiones dicuntur ea quae prouinciales fisco largiuntur, & dependunt. glo. in rub. C. de canon. largition. titul. lib. 10. Aut secundum Lucam de Penna

Largitiones.

Largitiones quae principi sunt.

Penna in l. fin. de his qui ex public. ratio. ibidem, Largitio est premium vel merces quam subditi debent principi, ob labores innumeros quos pro republ. gubernanda suffert. Et huiusmodi largitiones quas tributa, seu collectas vocamus, ex timore potius praesumuntur quam mera liberalitate praestari. Et verius, vt inquit, prophanæ exactiones dicerentur, vel sacrilegæ extorsiones quae sacrae largitiones. haec ille.

Largitiones sacrae. Sacri cur dicuntur Imp. vel Rex.

Sed verius dicuntur sacrae largitiones, quae Imperatori vel Regi (qui sunt sacri) tribuuntur. Et vocantur sacri vel a sacra vnctione, vel a suprema potestate eis a Deo tributa. Lucas in l. i. de pala. & domib. domi. lib. 11. sicque omnia illorum bona dicuntur sacra, & largitiones sacrae. Lucas de Penna in l. fi. C. de his qui ex public. ratio. lib. 10. vt etiam quod ipsi donant dicuntur sacrae largitiones. l. 2. §. fi. de cupressis, lib. 11. C.

Comes sacrarum largitionum.

Et largitionibus praeficitur comes sacrarum largitionum, quem Theophrastum generalem Pyrrhus vocat, in rub. C. de canone sacra. largitio. lib. 10. & in rub. C. de offic. comit. sacrar. largitio. lib. 12. per l. i. C. illo titul.

Largitas spoliatio. Paries pro muro.

Spoliatia largitas dicitur id quod sponfus spose largitur, vt declarauit in l. alienatum. §. donationis. supra eod.

Muros ciuitatis ita edendi quae pena praenatur.

Adhaec nota, quod licet paries domorum proprie, & de priuatis dicatur id quod inter vnam domum, & alteram interuicetur. l. penul. infra eod. Tamen large capitur indistincte pro muro, siue is fuerit priuatus siue publicus. probatur per hunc tex. ibi, siue murus. frequentius vero maxime in plurali respicitur publicum, vt inferius patebit.

Vnde qui muros ciuitatis transcendit, poena capitali plectendus est. l. fi. ff. de rerum diuisi. & apud Lucanum lib. 1. *Fraterno primi maduerunt sanguine muri.* quod verum est facta a iudice prohibitione & proclamatione, ac tempore belli, & in ciuitatibus fortibus & limitrophis, propter periculum illic imminuentium quia muri sancti sunt. §. sanctae. Insti. de rer. diuisi. Secus forsan in aliis, & alio tempore: poena siquidem tantum arbitraria puniendus foret, qui tempore pacis murum transgrediret, teste Luca in l. vna. col. 5. C. de colon. Illyric. lib. 10. & Angel. in d. §. sanctae. Chaffan. in consuetud. Burgund. in rub. *des justices. gl. & droites d'icelle.* nu. 46. quod declarat Bened. in ca. Raynurius in verb. in eodem testamento. i. num. 161. de testa. Et ita Burdegala decimum fuisse asserit Boer. in decisionibus suis q. 232. transcendens, quamuis Ludouic. Roma. in singul. 736. quaestio. dicat eum capite puniendum qui etiam vallum transcendit, per l. 3. §. in bello. ff. de re militar. qui §. loquitur in milite tempore belli, qui debet se continere intra suam custodiam. is igitur si transgredat vallum post prohibitionem, capite punietur. Diuersum est si quis pacis tempore vallum castris vel ciuitatis transgredisset, sicque iura conciliari possunt.

Alciati opinio improba de mure significacione.

Minus placet mihi quod firmat Alci. hic. Quod murus proprie dicitur publicus qui vrbem munit, & moenia continet, improprie priuatus: quia loquitur contra hunc tex. & l. fi. ff. finium regundor. vbi paries priuatus a Iurifconsulto vocatur simpliciter murus, & verbis propriis Iurifconsulti. vtitur. facit d. l. 3. §. in bello. ibi, Si quis vallum transgredat, aut per murum castra ingrediatur, capite punietur. ff. de re militar. Nempè murus a muniendo dicitur, quia etiam munit sicut publicus. Ego verò, vt scientiam veritatem de fonte queramus, magis quam deriuulis hauriamus. ca. icium. 2. distinctè. distin. 76. dico quod videlicet muri communis in plurali vocantur publici, & ciuitatum siue municipiorum. l. sanctum. l. fa-

tra. & l. fi. ff. de rerum diuisio. l. penul. & fin. ff. ne quid in loco public. fiat. l. 2. supra eod. l. penul. de oper. public. & §. sanctae. Insti. de rerum diuisi. l. ad portus, & l. tres. de edific. public. ac §. regul. ca. vit. & in summa 44. distinctè. & d. cap. icium. l. si quis posthac. C. de edific. priua. l. fi. de quib. muner. lib. 10. Interdum etiam in singulari, sed rarius pro publico. l. mille passus. supra eod. l. nam quod. §. si ita. ff. de penu legata. l. vt Alphenus. supra eod. ibi, muro tenuis aestimari. Et Cicero in offic. ait, Arces murum percussit. Sed in singulari frequentius dicitur murus priuatus, videlicet domus aut alterius edificij, vt d. l. fi. ff. finium regundor. & ipsemet ait Cicero: in insula Delos parua sine muro nihil timeret. ita communis vsus loquendi vocat muros siue murales, ciuitatum muros, & villam muratam, muris instructam. §. statumus. 2. de colla. in cōcorda. vbi scripti. Et moenia publica dicuntur, in l. pupillus. §. oppidum. infra eodem.

Moenia, praenaturae muri.

Aliquando murus capitur metaphoricè, vt l. si quemquam. C. de episcop. & cleri. ibi, profectio enim quis locus tutus, & quae causa poterit esse excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur, quem murum integritatis, aut vallum fidei prouidebimus, si auri sacra fames in penetralia veneranda proferpat? l. 2. §. cumque haec. ibi, quasi quodam muro vallatus nihil extra se habeat. C. de veter. iure enucleand. Et Cicero, ad omnes meos impetus quasi murus quidam boni nomen Imperatoris opponitur.

Murus, metaphoricè.

Adhaec non licet edificare iuxta ciuitatis vel castris muros, nec supra illos aliquid facere, nec immittere. l. 2. & fi. ff. ne quid in loco public. fiat. Bar. quaest. 232. in fi. Veteres vrbium moenia summa religione substruere consueuerunt, quando non contenti illa excitasse altius latiusque, etiam numinis alicuius potentiae consecrata volebant. & Iurifconsult. sancta ea vocat, & diuini iuris. l. i. ff. de rerum diuisio. quod nulla ratione humana mortalium res satis a quoquam regi, dispensariq; posse videantur, in tanta hominum perfidia, teste Caesio lib. antiquar. lectio. 14. ca. 32.

Murus ciuitatis sancti.

Imo Barones vel Comites, quamuis habeant merum imperium, quod vocamus altam iustitiam, non possunt permittere sine consensu Seneschalli, vel Bailliui, vt quid in muris edificetur, vel immittatur, teste Ioan. Fab. in d. §. sanctae. tradit Iacob. Rebuff. in l. fi. C. de vendend. reb. ciuita. lib. 11. addit text. in l. fi. sine permisso principis concedi non posse. & text. in l. sacra. ff. de rerum diuisi. dicit, muros autem municipales necreficere licere sine principis, vel praesidis auctoritate. declarat Lucas de Penna in l. i. de diuers. praedior. lib. 12. & hodie seruantur, quod ciuitates fortes nec quidem reficere liceat, nisi cum principis auctoritate: in aliis sufficit praesidis auctoritas, dum non fuerint in limitibus Regni.

Muros ciuitatis qui bus reficere liceat.

Sed quid si quis promiserit edificare parietem, an liberetur maceria construendo? breui respō. si nil aliud inter partes conuentum fuerit, inspicendum esse pretium, vt si quantitas pretij possit satisfacere muro cum calce construendo, teneatur ad hoc conductor, per glo. singul. in l. §. i. in verb. agendo. ff. de superficie. Adhaec loci qualitas & operis aestimanda est, nempe si quis promiserit construere parietem circa vineam aut pratum, tunc quoque patriae consuetudo inspicitur. arg. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. 1. exempli gratia, si apud Lemouices quis tatum promississet claudere pratum, vt plerunque fit, ad prohibendum feris aditum, intelligeretur id lignis, iuxta eorum consuetudinem, peragendum esse: si in

Parietes adificandi qui conduxit, an liberetur maceria construenda.

13. his verbis: Mucius Scaevola Pontifex maximus clarissimus legum vates & certissimus extitit, qui quotiescunque de iure praetorio confulebatur, ad Furium & Cascellium, quia huic scientiae dediti erant, consultores reiciebat: quo quidem facto moderationem suam magis commedabat, quam auctoritatem minuebat, ab his negotium apertius explicari posse confitendo, qui quotidiano eius usu callebant. Sic quoque in dies videmus si de quapiam re Iurifconsulto minus cognita controvertatur in foro, protnus deferri negotium ad magistros in quaque arte.

Secundo colligitur ex hoc text. illa esse docenda que frequentius accidunt. sicut l. 3. & l. seq. ff. de legib. quod vix contingit nisi his qui longo & diuturno usu praxim in foro didicerint.

Tertio ex isto text. elicitur, quod singulare sapius pro plurali ponitur. Et lex loquens in singulari habebit locum etiam in pluribus. l. 2. §. negotia vnum vel plura. ff. de negot. gest. l. 1. §. item hoc edictum licet singulariter scriptum sit, si tamē plures interuenerint, qui tutores non erant, locum habere debere Pompo. scribit. ff. quod falso tutor auctor. gestum erit. Scripsi in §. praefatiq; graduati, in verb. nominationis. de colla. in concordia. quippe necesse contingit aliquando vti singulari, licet de pluribus loquamur, si pluralis in usu non sit, vt grammatici testatur: verbi gratia multiplicem finium Parisiis vidisse dicam, nō in plurali. & multum pro multiplici capitur in l. sciendum est heredem etiam per multas successiones accipi, supra eod. vnde si promittam restituere nummum pro me impensum, si plures impensi sunt, ad eos tenebor. l. si vt proponis. C. de aedific. priuat.

Quarto notat quae dicantur multi, videlicet interduo duo. l. 1. ff. de iure persona. Interduo tres. l. 2. in si. ff. de bonor. possess. secund. tabul. Aliquando decem vel plures. l. 2. §. turbam. ff. vi bonor. raptor. itaque dicendum est multum tempus, vel multos homines dici pro subiecta materia, quod arbitrio iudicis committitur. glo. in c. latores. de cleric. excommunic. Lucas de Penna in l. nominationum. col. 2. C. de decurio. lib. 12. & Ioan. de Terra Rubea in tract. contra rebell. Regum. artic. decimo tract. tertij, versic. an autem. conclusio. 7. & seq. facit l. cum quarebatur. ibi, multi putabāt. infra eodem.

Quinto ecōtra plurale pro singulari sepius accipitur. l. non est sine liberis. supra eo. Tradit Alber. in tract. statum. in 2. parte. q. 28. Rauenna in Alpha. in verb. falsum. Luc. de Pen. in l. nemo. C. de cursu public. 13. q. lib. 11. & Feli. in c. omnes leges. 1. distinct. las. in l. singularia. col. 2. ff. si certum peta. & in l. Gallus. §. quid si is. col. 2. de libe. & posth. in lectur. ac Albert. Brunus in tract. de statut. excluden. foemi. artic. 12. q. 13. Alia infinita possim adducere, quae tanquam vulgata, ne vestras aures obrundam, missa faciam, remittens vos ad ea quae plene de his tractabo in regul. pluralis, de regul. iur. in 6.

A simili Iurifconsulti sapius numerum finitum pro infinito tradit, vt in rub. C. de secund. nupt. licet plures sint quam duae, ibi, significatur. gl. ibi. & pactum est duorum in idem placitum & consensus. l. pactum. ff. de pollicita. siue tres siue plures paciscantur simul, nil interest, quominus dicatur pactum. l. 1. vbi doct. ff. de pact. Et substitutio est secunda infuturo, siue in secundo gradu, siue in pluribus facta sit. §. si. Insti. de vulgari. gloss. & doct. in rub. ff. de vulgari.

Sexto elicitur quod testator censetur velle prouidere suis heredibus, non solum vni, sed & om-

nibus: imo etiam si heres non fuerit expressus, nihilominus conuentio facta cum testatore proderit heredibus, quam nobismetipsis cauemus. l. si pactum. ff. de probatio. & dictio plerunq; facit ibi regulam, vt las. plene probat in l. iurifgentium. §. prator ait. 8. no. ff. de pact. scripsi in l. interdum. supra eod. siue promissio consistat in dando, siue in faciendo, siue in vtroque, etiam ad heredes transeunt. l. veteres. C. de contrah. & committend. stipula. l. 1. ff. de prator. stipula.

Imo etiam stipulationes negatiuae transeunt ad heredes, vt si promittam aliquem non impedire, obligabitur etiam heres meus. l. si sic. & l. stipulatio ista. in princip. ff. de verbor. obliga. Bal. & Angel. in d. l. iurifgentium. §. pactorum. de pact. censetur enim heres vna & eadem persona cum defuncto, text. in authen. de iureiur. à morien. praef. §. 1. colla. 4. Et ideo qui dicit contrarium, videlicet heredem non obligatum, hoc debet probare, per d. l. si pactum.

Non procedit autem haec regula in casibus sequentibus, primo quando natura rei in contractum deducit hoc impedit: vt si quis vsum fructu promittit Titio, heres eū non habebit, quia morte vsum fructu finitur. §. finitur. Inst. de vsum fructu. si quidē personae cōceditur. quod si vsum fructus expresse daretur Titio & suis heredibus, de primo tantum herede intelligetur, ne proprietatis inutilis euadat erga dominum, per text. in l. antiquitas. C. de vsum fructu.

Secundo limitatur, cum id forma verborum non patitur: vnde si à te solo non petere promittam, ab herede petam. l. qui in futurum. §. si. ff. de pact. siue adiciam negatiuum, siue non, dummodo appareat heredem exclusum. l. cum qui ita. §. qui ita. 2. respon. ff. de verbor. obliga. Bald. consil. 112. de generali. in 2. vol.

Tertio, idem si forma contractus non transit ad heredes, vt societas, tunc heres ea non vteretur, & quia morte contractus dissoluetur. l. actione. §. morte. ff. pro socio. Alexand. consil. 60. in causa. 7. vol. Ancha. consil. 394. dubium est.

Quarto vitari, cum mentem contrahentium aliam fuisse probari possit, quippe foret haec sequenda, vt scripsi in l. nominis. §. verbum. supra eod. pulchre consuluit Anchar. consil. 327. discurret. & Soci. consil. 24. praefens consultatio. col. 2. in 3. vol. vbi probat actiones tam actiuas quam passiuas transire in heredes. l. pro hereditariis. C. de hereditat. actio. & Panor. consil. 80. casus, in 2. vol. vide aliam in l. annalibus. C. de legat. & Jacob. in d. l. si pactum. de proba.

Sequitur in rex. secundum me, id est ad meam utilitatem, pro me. l. sciendum. §. si fundum. ibi, cum secundum te esset iudicatum. ff. qui satisfar. cogant. l. & post edictum. ibi, & pronuntiabitur non vtique secundum praesentem. ff. de iudic. l. penul. de petitio. heredita. l. sed & si possessori. §. si. ibi, id consequi debeo quod haberem, si secundum me de hereditate pronuntiatum esset. de iureiur. & l. admonendi. ibi, secundum eum iudicare. ibidem. l. 2. §. si. ibi, secundum me iudex pronuntiaret. de condit. ob turp. caus.

Alias secundum, id est prope, iuxta l. duo cum secundum Tiberim ambularent. ff. de praescript. verb. l. quidam. ibi, secundum parietem communem. de seruitutib. vrbano. praedior. l. fistulam. ibid. in cuius principio Iurifconsult. vtur verb. secundum, postea iuxta. l. si quando. §. secundum cuius parietem vicinus sterquiliniū fecerat, ex quo paries madefecerat. si seruit. vindicet. l. si seruus. §. si furnum secundum parietem communem haberes. ad leg. Aquil. l. cum quarebatur. infra eod.

Secundum

Conuentio facta cum testatore: proderit heredibus.

Stipulationes negatiuae transeunt ad heredes.

Heres vna & eadem persona cōceditur defuncto.

Limitationes. Natura contractus vitatur.

Forma verborum vitatur.

Forma contractus vitatur.

Mens contrahentium vitatur.

Secundum me.

Secundum pro iuxta.

Secundum locorum cōsuetudinem. l. item eorum. §. sed si ita. ff. quod cuiusque vniuersita. no. Gallicè, selon la coustume. & secundum propositionem, in l. fugitiuus. in si. infra eod.

Secundum consuetudinem domini, id est pro consuetudine, vel vsque ad eum modum quem dominus ei praestare consueuerat. l. 3. §. proinde. ff. de in rem verso.

Secundum voluntatem patris, idem. l. qui aliena. §. quamquam mater filij negotia secundum patris voluntatem pietatis fiducia gerat. ff. de negot. gest.

Secundum consensum. l. quamuis. ff. de iudic. ibi, necesse habere secundum consensum dare, vbi consenserint.

Secundum rituum, id est infra, vel sub. l. si mihi. §. 1. ff. de seruitu. rusticor. praedior. licet ibi glo. exponat pro iuxta, & in l. refectionis. ff. communia praedior. ibi, & ideo nec secundum rituum, nec supra eum. sed ego primae adhaerere sententiae. vnde Bar. in l. cum qui. §. Iulianus. ff. de consti. pecunia, dicit, quod si iudex cōdemnauerit aliquem ad dandum par caponum, secundum quod praedecessores consueuerunt, illa verba non faciunt conditionem, quin censetur condemnatum simpliciter: nec est opus probare praedecessorum cōsuetudinem, Boer. q. 247. nunc ad secundam, in decis. Burdegal. per l. si testamentum. C. de insti. vbi las. in 2. no.

Imò fortius iudicatum fuit Burdegalae, prout refert idem Boer. in decisio. suis q. 16. dubiū. quod si aliquis fuerit restitutus ad locum cōtentio sum, & in statum in quo erat defunctus, nō esse necesse probare in quo statu erat defunctus: sed illa verba, in statu, causaliter esse posita, videlicet quia in tali statu erat defunctus, ideo ad eum locum restitutum. videte Bar. in extrauag. qui sint rebelles, in verb. prout. las. in l. admonendi. col. 7. nu. 37. ff. de iurciu. & doct. in ca. abbate Sancti Siluani. eodem titul.

In statu reftitui, quid.

Forma contractus vitatur.

Mens contrahentium vitatur.

VLPIA. LIB. I. AD Sabinum. Lex clx.

Etiam nummos aureos aë dicimus.

Nummi aurei etiam vocantur aë. Aëris igitur appellatione continentur nummi aurei, necnon argentei. l. si quis pignore. §. si. ff. de pignoratit. actio. aë quippe generale nomen est. ita quoque Hebraei argenti nomine pecuniam comprehendunt, dicentes in singulari Cheseph, in plurali Chesepim, & sapius in libris bibliorum inuenitur, vt Genes. 17. c. & 43. & Esaiæ 52. vbi est translatum, cū argento redimemini. & 55. vbi semper vtitur dictio Cheseph. & psalm. 12. nec vero habent Hebraei nomine auri aliam pecuniam, quamuis nonnulli in contrarium nitantur auctoritate noui testamenti Hebraicū probare: contra quos sufficiat nouum quod allegant testamentum nō fuisse Hebraicè conscriptum, sed Graecè.

Generalitas autem huius nominis aë ab ipsius aëris antiquissimo vsu emanasse creditur: quippe fuit primum signata & sculpta moneta in aëre, nimirum si posteaquam etiam auro & argento cudi coepit, tamen eris nomen pristinum retinuerit: quemadmodum satis firmat Plinius in lib. 33. c. 3. quae sequitur Polydor. Virgil. lib. 2. c. 2. quod ad sequentia conducere potest.

Nempe si quis fabricauerit falsam monetam in aëre, punietur poena fabricantis aliud minima argenteum, vel aureum, dummodo hoc vsuale sit. l. si. C. de fals. monet.

Adhaec qui seruum alienum, quadrupedem vel pecudem iniuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuerit, tantum aë dare domino damnas esto, id est tantam pecuniam, scribit l. 2. ff. ad legem Aquil.

Inde gratium dicitur pecunia publica, quod Galli deniers communis ou thesors vocant, quam pecuniam si quis intercipiat, & in suam rem vertat, lege peculatus tenetur. l. 1. & per totum. ff. ad legem lul. pecula. Aerarium etiam vocatur locus in quo reponitur haec pecunia. l. cum eo. ibi, pecuniam qua penes fesset ad aerarium professus retineret. ff. ad legem lul. pecula. l. Arrianus. ibi, apud aerarium remanere oportet. de iure fisci, quod Romani in aëre Saturni habuerunt, vt probat Alex. lib. genial. 2. c. 11. refert etiam lib. 4. ca. 9. aë in Cypro gigni, quod auro ab simile non est. vnde si cōfessum in frusta minutissima fuerit, & ab agricolis fatum, ad pluiam mox oriri, & coalescere, & ad iustam maturitatem peruenire, & postea recolligi, & recondi: quod ego fabulosum arbitrator.

Inde faber aerarius dicitur qui ex aëre opera fabricat, vel aërea opera conflat. l. fin. ff. de iure iurimunita. quorum fabrorum multiplices sunt species. hinc quoque descendit Aerarius adiectiuum, significans id quod ex aëre est: vnde aerarij tribuni à tribuendo aëre, & praefectus aerario, questor: hos hodie vocamus generales financiarum. de quibus scribit Iurifconsult. Paul. in l. edicto. §. 1. ff. de iure fisci, & Vlp. in l. cū ij. §. transactiones. de transact. l. 1. §. tutores. de fals. & aerarij milites, ab aëre, quod stipendium facerent, aë enim stipem dicebant, vt superius dixi in l. aëre. & Plinius lib. 34. cap. 1.

Proprie verò aë metalli genus est, quod in tria diuiditur genera, siue species: primum dicitur regulare, siue ductile, quod cordarum inftar trahatur, ac facile ducatur, videlicet quo fenestras cooperimus vitreas, Gallicè arain vocamus. Alterū aë coronarium dicitur, eo quod coronarum inftar in opus deducatur, quod vulgo loton vocamus, veluti quo sunt candelabra, de quibus Plin. lib. 34. c. 3. & l. Labeo. lib. posteriorum, de contrahen. emp. de aurichalco & de candelabro. l. in rē. §. si quis rei suae. de rei vindica. de auro coronario videte in tit. de auro coronario. lib. 10. C. & quod scribit Alcia. lib. 6. parerg. c. 4. Postremò est aë caldarium, quod funditur tantum, & malleis fragile est, vulgus nostrum vocat Cuiure, de quo & Plinius: hoc quoque nostrum vtuntur Pessulani ad componendum colorem viridem, Gallicè vocatur vert. gris, ex aëris videlicet erugine.

Vult ergo dicere text. quod non solum hoc triplex aë venit appellatione eris, sed etiam vsu communi loquendi nummos aureos dicimus, & vocamus aë, quamuis ex proprietate sermonis aliter dici posset, vt inferius explicabitur.

Ne igitur diutius vagemur, praefertim in re tam frequenti, rem omnem aliquot conclusionibus perstringamus.

Prima est, quod eris nomine à legibus vel statutis Latine cōscriptis venit quodlibet aë, & quibus nummus, dum materia congruat. Sicque debent animaduertere ij qui conscribunt glossemata ad consuetudines vel statuta siue Latina seu Gallica, vt secundum communem loquendi modum inrerpretentur. glo. & Bart. in l. si quis filia. bus. ff. de testam. tutel. iuncta l. seq. gloss. in verb. commode. de electio. in 6.

Limitatur

Fabricans falsam monetam qua poena puniatur.

Aerarium quid.

Aerarius faber. Aerarij tribuni. Praefectus aerario.

Aëris quot genera. Aë regulare, siue ductile. Aë coronarium.

Aë caldarium.

Textus explicatio.

Aëris appellatione quid continetur in legibus vel statutis Latine cōscriptis.

Que frequentius accidunt illa docenda. Singulare sepius pro plurali.

Multum de quibus dicitur.

Plurale pro singulari.

Finitum numerum pro infinito.

Limitatur quando esset separatim, & vtrunque nominatum. l. æquisimum. §. proinde. ibi. auri & argenti, & sulphuris, & æris & ferri & ceterorum fodinas. ff. de usufruc. l. idem Pomponius. §. Sed si plumbum. ff. de rei vindica.

Secundò not. procedit quando materia cõueniret alteri significationi, vt in litem veniunt. §. simili modo. ff. de petitiõ. heredita. ibi. æris exfoluendi gratia, vbi æs accipitur pro debito, licet frequentius dicamus cum adiuncto æs alienum, vt supra dixi. pro re igitur & materia hociudicandum est.

Auri appellatione & argenti, nisi non continentur.

Secunda conclusio, auri appellatione vel argenti non veniunt nummi. l. cum aurum. & l. Quintus. ff. de auro & argen. lega. nempe aliud nomen specifi cum seu indiuiduum. Ob id solent notarij in Francia exprimere, *argent monoyé, ou non monoyé.* quod probat Dec. consi. 281. viso. col. 1.

Hoc non procedit quando vsus loquendi, vel consuetudo nummos auri numero, vel argenti haberet. tex. in d. l. Quintus. 2. §. 1. ibi, nõ facile enim quisquam argenti numero nummos computat. Ergo si facile quis computat, vt quando est vsus, secus erit, maxime in Francia, vbi Galli Hebræos sequentes, argenti nomine comprehendunt nummos & aureos & argenteos, & æreos. Ideoq; venient etiam denarij & dupli quos vocamus, qui ex ære conficiuntur. Sicut et Do. Tiraquellus in tract. de iure retrac. in 1. parte. §. 1. glo. 20.

Denarij & dupli argenti appellatione continentur.

Secundo etiam limitatur regula, cum euidèter apparet testatorem vel desponentem cõtrarium sensisse. d. §. 1. & l. Quintus, & l. cum auri, ibid.

Auri appellatione neque argenteum neque æs venit.

Tertia conclusio, auri appellatione non venit argentum neque æs. l. quid tamen. de cõrrah. emptio. iuncta l. in venditionibus. ibidem: vt si quis promiserit dare pignori vas aureum nõ liberatur dando argenteum etiam auratum. l. 1. ff. de pignorat. actio. vbi qui vnum dederit pro altero, incidit in crimen stellionatus. nec enim id admittit communis vsus loquendi, vt auri nomine veniat argentum. itaque si quis promittat decem aureos solares, non liberabitur soluendo æstimationem in argento inuito creditore. l. Paulus. 2. vbi Bar. & Imol. ff. de solutio. l. cum quid. Si certum petat. nõ aliud pro alio inuito creditore solui non potest. l. 2. §. mutui datio. Si certum petat.

Librarum appellatione quid continetur.

Quarta conclusio, Librarum appellatione venit pondus illud quod libra nuncupatur: quemadmodum late declarat Budæ. in tract. de assè. An vero de argentea vel aurea intelligatur, si nil expressum fuerit, intelligatis esse decidendum pro qualitate circumstantiarum: vt fauore religionis venit libra argenti. l. Titia. §. fin. de auro & argen. lega. quem tex. passim allegant Docto. ad id quod fauore religionis in dubio intelligitur id quod est maius, quem tex. cum aliquando legerem, omnino contrarium probare vidi, quemadmodum pleraque alia falso reperiuntur allegari. Specie eius tex. est talis: Scia voluit signum, id est sculpticæ Dei fieri excentum libris, in tali forte Saturni templo: & quod si ei ciceret per humanam conditionem & fragilitatem, ipsa faceret: si ipsa nõ posset, volebat heredem id facere. ipsa mortua querebatur, signum Dei ex qua materia fieri deberet. Respon. Iurisc. ex argèto, ea scilicet ratione, quia in templo illo non erant nisi dona aurea, vel argentea. non igitur venit maius fauore religionis, vt ipsi volunt. Siquidem veniret aurum: at tatum ex argento tanquam mediocri tribuendum est. Ita si quis legauerit calicem alicui ecclésiæ, intelligendum esset de calice argenteo secundum cõsuetudinem deaurato, non de aureo, vt in interpretata. ad illam legem dixi.

Interpretatio l. Titia. §. fin. ff. de auro & arg. leg.

Verum de consuetudine generali Regni Franciæ librarum appellatione, Gallicè *liures* venient solum viginti solidi Turonen. excepta ciuitate Parisiens. vbi libra Parisiensis continet viginti quinque solidos Turonen. vnde si alia Parlamenta damnent aliquem ad triginta libras, intelligendum erit de libris Turonen. nisi referent se ad ordinationem loquentem de Parisiensibus. Contra Senatus Parisiensis condemnans ad certum numerum librarum, censetur intellexisse de Parisiensibus, nisi referret se ad ordinationem de Turonen. loquentem. Sed ad fugiendum omnem scrupulum solent id Curia suprema exprimere.

Libra Parisiensis.

De testamento per æs & libram factõ loquitur Imperator in §. 1. Insti. de testam. & Gellius lib. 15. Quinta conclusio, Aureorum appellatione in hoc Regno venit aureus Regis, tanquam magis hic frequens: siquidem & in hoc & in alijs intelligendum est de moneta, Regis auctoritate excusa. Nisi consuetudine aliud sit inductum, aut de cõmuni vsu loquendi, nempe Thiolosæ cum loquitur de aureis, intelligat de paruis aureis, quorum valor est 27. solidorum cum dimidio. non desunt qui aureos solis pro varietate regionis appellent aureos Aquila, vt in Lotharingia, qui nisi fuerint iusti ponderis recitari possunt, l. 1. vbi Rebuff. de veter. numisma. potesta. lib. 10. C.

Testamentum per æs & libram. Aurei appellatione in Gallia quid continentur. Aurei Tholose quantum valeant. Aurei Aquila.

Vbi verò in iure fit aureorum mentio, vt in l. propemodum, & l. Nepos. supra eod. & in l. hæc enumeratio. infra eo. intelligitur de illis quorum septuaginta duo libram auri constituunt. l. quotiens. C. de susceptor. Preposit. & Anchar. lib. 10. Bud. in tract. de assè. lib. 5.

Aureus in iure quid.

Romæ Ducati nomine venit Ducatus de Camera, qui ibi cuditur, & vsui esse solet.

Ducatus Romæ quid. Solidus in iure quid.

Sexta conclusio, solidi appellatione in iure plerunq; aureus intelligitur. l. libertus. 1. vbi glo. de in ius vocand. l. vna. C. de colla. çtis. lib. 10. l. Sancimus. de donatio. §. fin. de poena temere litigant. in Insti. Doct. in c. conquirentes. de offic. ordinar. l. qua vulgo. ff. de ædilit. edic. vide que scripti in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iud. Tamen de consuetudine loquedi in Francia appellatione solidi venit moneta, que solidus vocatur, valens 12. denariis, quos vocamus Turones, quia prius ibi fabricari coeptus. At in ciuitate Parisi. intelligitur de solidi valente 15. denariis. vulgus tamen licet promittat solidum Parisi. intelligit de Turonen.

Solidus in Gallia quid.

Aurifodina siue auraria est locus ex quo extrahitur aurum: Argentifodina, ex quo argentum. l. 1. §. 1. ff. quod cuiusque vniuersita. ibi, paucis admodum in causis concessa sunt huiusmodi corpora: vt ecce vestigalium publicorum focius permissum est corpus habere, vt aurifodinarum, vel argètifodinarum, vel salinarum. de Salinis scripti in l. inter publica. supra eod.

Aurifodina seu auraria quid. Argentifodina.

Aurarius faber, siue artifex, qui in auro operatur. Gallic. *Orfeure*. l. Quintus Mucius. ff. de auro & argen. lega. Et Aurificina dicitur taberna ipsius aurificis, Gallic. *boutique d'orfeure*.

Aurarius faber. Aurificina.

IDEM LIB. II. AD SABINUM. Lex clx.

Ceterorum & reliquorum appellatione etiam omnes continentur: vt Marcellus dixit circa eum cui optio serui legata est: ceteri Sempronio. nam tentat, si nõ optet, omnes ad Sèproniu pertinere. Primò

Explicitio iustus.

Primò Iuriscõsultus hic censet ceterorum & reliquorum appellatione omnia contineri. Secundo ibi, vt *Marcellus*, probat hoc Marcelli auctoritate inquitentis. Quod si cuiquam Titio serui optio legata sit, ceteri serui legati sint Sempronio: si Titius non optet, omnes ad Sempronium pertinent. nam dictio Ceteri omnes cõtinet. De verbo reliquorum plene docuimus in l. potest reliquorũ, supra eod. Verum quoad dictionem Cetera notandum est eam duobus scribi modis, interdum extensè sic, cetera, & tunc capitur pro reliquo, l. 1. §. veteres. ibi, posse me per vnum reliquorum acquirere possessionem. ff. de acquir. posses. vbi in principio dicit Ceteri, postea reliquorũ: facit l. inter fideiussores. de fideiusso. ibi, ad ceterorum onus respicit. & l. si contendat fideiusso. ceteros soluendo esse, ibidem. l. fape. supra eo. & interdum accipitur pro alia, vt l. inter cetera que ad ordinanda testamta necessario desiderantur. ff. de liber. & posth. l. quibus. supra eo. l. ex persona. de fideiusso. l. 3. de transfact. vbi priuaris pactioibus non dubium est non latius ceterorum. l. 3. in fi. pro soluto. ibi, nec potest pro emptore vsucapere, qui non emit, nec pro soluto, sicut in ceteris contractibus. l. verum. §. 1. pro socio. l. cum duobus. §. quidam. & l. si fratres. §. idem respondit socius.

Ceteri & cetera, quomodo vsurpentur.

Cetera ad res relictas.

Ceteri ad personas relictas.

Ceteri idè quod omnes.

Cetera pro reliqua omnia.

Ceteri & cetera dicitur etiam in singulari vsurpentur.

Ceteri pro aliquo.

Cetera ad similia relictum.

Et aliquando refertur ad res. l. ex persona. ibi, & cetera rei commoda. & tunc cõmunis accipitur, vt dictũ fuit superius: & probatur. ff. de fideiusso. l. cetera. de lega. 1. l. cetera supra eo. l. propemodum.

Interdum ad personas, & ita significat reliqua, vel alia, vt in sequenti dico. l. pronuntiatum. §. fin. supra eod. l. quibus. l. generi. l. plebs. ff. isto titul. facit l. Pomponius. ibi, ceteri autem consentiant. de re iudic. l. pronuntiatum. ibi, matremfam. à ceteris fœminis mores discernunt. l. quibus. supra eod.

Quandoque significat idè quod omnes, vt docet Iuriscõsul. in l. si cum exceptione. §. penult. & si. cum l. seq. ff. quod met. caul. vbi cũ in vno loco dixerit omnes, in alio ait ceteros. c. vt constitueretur. 50. distinet. vbi glo. l. non magis etiam quam pulli aut cetera animalia, quæ in fundo sunt. ff. de actio. emptri.

Alias significat reliqua omnia, authen. ex causa. C. de liber. præterit. vel exheredit. ex causa præteritionis ait, ruptum est testamẽtum quoad institutionem, cetera firma permanent. l. si rem mobilem. ff. de acquir. posses. ibi, cuius corpore ceteras quoque res possulum possidere. Litè quaritur. §. exercitu. loca. scripti in §. præfatique ordinarij. in glof. ceterorum. de colla. in concord. tamen Iuriscõsultus ad vberiore elucidationem exprimit quandoque cetera omnia, vt in l. cui muneris. ff. de muner. & in l. sanctio. de poen. ibi, in cetero omni iure.

Aliquando tamen Iuriscõsul. ad tollendam dubitationem declarat cetera: vt si quis iurauerit me ei vendidisse rem centum, ex empto agere poterit, vt ei cetera præsentur, id est vt res tradatur, & de cuiusdione caueatur, l. si duo. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. Et communiter in plurali dicuntur cetera, sicut liberi. Alias tamen etiam in singulari scripti vltia. ceteram partem, in l. cancellauerit. ff. de his que in testam. delent.

Ceterum pro sed, l. locus. supra eod. l. collegarum, & l. absentem. infra eod. l. si id quod. §. 1. vers. ceterum si id actũ dicatur. ff. & l. si socius pro filia. pro socio. l. alioqui. de contrah. emptio.

Ceterum pro alio qui, in l. si finita. §. postea. ff. de damnno infect. & l. iam tamen. vbi glof. iudica. solui.

Adhæc non est omittendũ hanc dictionem cetera, vt plurimum referri ad similia, l. 1. §. O filius. ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi eximat, ibi, veluti

parens, & patronus, ceteraq; personæ. l. si fugitiui, iuncta glo. C. de fernis fugitiuis. & c. sedes. vbi ample Doct. de rescript. vt etiam diuersa in substantia includantur, & amplientur, dum ea sint eadem in specie vel similia, glo. & Doct. in c. fi. de summa trinita. & Bar. in l. si quis seruum. §. fi. de leg. 2. & l. pater. §. quindecim. de leg. 3. & cõsi. 216. Ad delandus. circa fin.

Ad maiorem quoq; expressionem additur nonnunquam, Et cetera similia, de quibus in l. qua dotis. vbi las. & alij. ff. soluto matrim. allegantes l. iuriscõsultum. in princ. ff. de pact. ibi, & ceteri similes contractus.

Limitatur quando ratio subiectæ materiæ non conueniret, vt in l. non solum. §. quaritur. vbi glo. ff. de procurator. Doct. in clem. 1. de rescript.

Quandoq; verò hæc dictio & cetera, pro more notariorum quibus est per familiaris, scribitur per compendiu hoc modo, & c. quod quam sit hominum societati perniciosum testatur vulgatum satis apud nos prouerbium Gallicum, *Dieu nous garde de cetera de notaire & de qui pro quo d'apothicaire*. Ad quæ notariorum compendia dignoscenda, quando, & quo pacto possint extendi, regula sit, notario permissum esse extendere illud & c. circa negotij circumstantias, & ea quæ sunt de consuetudine illius instrumenti & actus tantũ, non circa substantiam negotij. Bal. & alij in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posth. Specula. in titu. de instrum. edit. in §. osteso. vers. Sed quid si in abbreviatura.

Limitatur non procedere in cõtractu qui in scriptis celebrari debet, vel in alio actu, cui nil vltra scriptum addendum est, l. contractus. C. de fide instrum. nec quidem à iudice. nam actui iam perfecto nil est addendum, argum. à contrario in l. si. C. de his quib. vt indignis. veluti rei iam demonstratæ frustra sit demonstratio. l. 1. in fin. ff. de dote prælegatæ. At si consuetudo notariorum esset recipiendi omnes contractus in scriptis, quemadmodum generaliter in Francia, etiã per dictionem & c. tunc quoque notarius extèdere poterit contractus clausulas, non alias, teste loã. de Imol. in c. cum P. tabellio. de fide instrum. & las. in d. §. item credendum. Barba. consi. 9. col. 8. in 4. vol. Quam consuetudinem oportere probare illius esse notarij qui conscripsit instrumentum, nec sufficeret probare eam esse generalem aliorum notariorum consuetudinem, secundum Anchar. cõsil. 339. pro maiori. col. 5. vers. ad secundam rationem. Alex. cõsil. 196. col. 3. vers. quia dicti testes, & refert Aymo. Ceruic. consil. 34. proponitur. col. vlti. Sed hoc non seruamus in Francia: quinimo ex cõsuetudine omnium notariorum extèditur, vt dicam in fi. Alias quippe daretur materia committendi falsum.

Secundo limitatur in alio notario, qui non recepit instrumentum, quippe non poterit extendere, siue vnius fuerit notarius qui scripsit, siue mortuus teste Lanfranc. in reper. c. quoniam contra falsam. in verb. instrumetorum. col. 6. vers. attendite tamen. de probatio. & Hippol. singul. 123. in iure. & Petro Gerard. singul. 41. vult not. Bal. Intelligite nisi de mandato iudicis ex præcedentibus vel sequentibus extèdere veller. nam hoc ad examinationem iudicis spectat. Bar. & alij in d. §. item credendum. Bal. in rub. C. de fide instrum. q. 4. non potest enim successor voluntatem prædecessoris declarare. l. Pomponius scribit, si frumentum. §. 1. ff. de rei vindica. Scripsi supra in l. nomen. §. instrumentorum. quando hoc possit. Alias ergo debet notarius ad verbum transcribere, quod in originali inuenit: & ita seruetur in forensi iudicio, per Bal. in l. 1. in prin. per illum text. ff. de excusatio. tutor. facit text. in §. illud. in authen. de tabellio. colla. 4. Etiam si clau-

Et cetera similia.

Et cetera in instrumento appositum quæ sit perniciosum et vbi apponèdũ, & quomodo extèdendum.

Actui iam perfecto nihil addendum.

Contractus omnes in Gallia inscriptis excipiuntur.

Extendi dictio & cetera à quo debet.

Notarius qui instrum. non recepit. par ticulã. & c. in instr. ad dictam extèdere nõ potest.

fulas consuetas extēderet, vt talis non vi &c. quod potest secundum Bar. in largēarius. in princip. ff. de edendo. & Specula. in §. ostēso. verfic. Quid si in breuiatura. in rit. de instrum. edit. Feli. in c. cum P. rabellio. q. 7. de fide instrumen.

Exemplo contractus parti a notario tradito particula, &c. extendere non potest. Etc particula non potest extendi ad derogationem.

Tertio regula perdit officium suum quando notarius semel tradidit exemplū siue copiam partitunc enim extendere nil poterit, etiam secundum consuetudinem & stylum suum. Bar. & Bal. in l. in peratores. l. ff. de statu homin. Sic scribit Francisc. Marc. in decis. Delphin. q. 278. in 1. parte.

Quarto non potest extendere ad derogationem: vt si in testamento fuisset dictum, Et hoc suum testamentum vult valere &c. teste Imol. & Alex. in l. G. illus. §. idem credendum. & Alexad. in l. prator. in princ. ff. de noui oper. nuntia. Siquidē hac clausula vult valere iure testamenti, vel alterius cuiuslibet vltimæ voluntatis, non verò ad derogationem. Si tamen in testamento diceretur non obstan. &c. tunc ad solitas notariorum derogatorias extendere poterit, videlicet non obstante alio quolibet testamento antea per me facto: etiā si de eo fieri specialis mentio debeat, vt docet Bar. in l. si quis. in princ. col. 2. ff. de leg. 3.

Pena restringenda, non extendenda.

Quinto, vt pœnam quis incurrat non poterit hoc notarius extendere. nam pœnæ restringendæ sunt non extendendæ. l. interpretatio ff. de pœnis.

Notarius suum, &c. non potest extendere ad minorem auctem.

Sexto, non potest extendere ad minorem auctem: vnde si minor contrahat & iuret non contra venire, &c. nō excluditur quin possit ratione ætatis contra venire: nisi fuerit habita mentio ætatis. ideoque notarij solent dicere, talis iurauit non contra venire, etiam ratione minoris ætatis, &c. teste Claud. Seisell. in d. s. etiam. d. l. Gallus. per l. i. ff. de minor. nam hæc ætas requiritur expressione, vt dixi.

Inceptas clausulas p suam, &c. extendere potest, non ad de re non potest.

Sep̄imò, aduertendum est notarium posse extendere clausulas inceptas, alias verò nouas addere non potest. nam hæc dictio, &c. denotat aliquam truncationem præcedentium. atque præ se fert aliquod antecedens. Ergo continebit se notarius in clausulis inceptis, vel ab his dependentibus, secundam aliorum notariorum consuetudinem. verum vt cautius agatur, solent inferere notarij principium cuiusq; clausule in scheda seu breui (Gallicè breuet vocant) illudque demum extendere: quemadmodum Romanæ curiæ pragmatici solent extendere signaturam, de qua scripsi in praxi beneficial. in 1. parte formæ signaturæ.

Exemplum instrumenti conscribitur, &c. que clausula per &c. subreccantur.

Exempli gratia, nostrates notarij solent ita conscribere instrumentū: *Tenant el de tel estat, demourant en tel lieu, qui de son bon gré, &c. extendit nemp notarius sans contrainte, &c.* Sicut Latinis verbis. *Item consesse de voir à tel de tel estat, demourant en tel lieu la somme telle, pour peur, vray & loyal prest d'argent à luy fait à son b'soyn & necessite, si comme, &c.* Ecce clausulam inceptam & imperfectam, quam notarius perficit ex consuetudine sua, sic videlicet, *si comme ledict tenant debteur dist, & subsequitur alia clausula, Dont, &c. & sic extendit dont il se tient pour content present ledicts notaires, & alia quæ in vsu sunt. promettant, &c. obligent, &c. renonceant, &c.* Has igitur & huiusmodi clausulas inceptas possunt notarij extendere, alias verò non inceptas addere non possunt. Et ita breuis est resolutio secundū Doct. & secundum quam sapius vidi iudicari in forensi iudicio.

Circa pro apud, &c.

Circa eum, id est apud, vel quæram ad eum, iuxta. ita hæc dictio circa accipitur pro apud, quantum, iuxta, vel erga, vt in l. seq. Gallicè *touchant*. l. & post rem. ibi, circa alimentorum transfactionem. ff. de transfactio. l. 4. ibi, circa scientiæ verbum. ff. de noxal. l. 2. in fin. de condictio. indeb. l. libertus. §. sola. ibi, circa priuilegiū. ad municipal. l. extat. de iure fisci. ibi, circa delationes fiscales. l. si seruus. 2. §. circa

commodatum aliud astimandum. de furt.

Communiter circa accipitur pro circum, Gallicè *environ*. & sic accipiendū interdū iungitur tempore, vt circa finem temporis stipendia reddantur. l. penult. ff. de re militat. & tunc quantum tempus significet relinquatur arbitrio iudicis. Doct. in c. attestaciones, de despōsa. impub. qui iudex ad summum arbitratitur vsq; ad sex menses, & non vltra, per glo. ibi. vnde si quis dicat se constitutum in 24. anno ætatis vel circa, intelligēdum est, vel ante vel post: id est quod adhuc non peragit. 24. annum, sed est prope, vel agit vltra. Sic Alexad. consil. 88. quoniam, num. 15. in 5. volum. Scripsi in gloss. pro expressis. in forma mada. & in tract. nominatio. q. 11. in fin. & plenius in praxi beneficial. in 2. parte bullæ dispensationis, vbi scripsi nō valere tempus studij, si quis dicat scholasticū studuisse quinquennio vel circa: aut possedisse 30. annis, seu circa, vt in l. Celsus. ff. de vltucapio. non excusat tamen à petitione pluris, vt docet Guido Papa in decis. 290. libello. Iacob. in l. & si post tres. col. 3. ff. Si quis cautio. Bal. in l. i. ff. de offic. præfect. vigil.

Circa pro circum.

Non vult tempus studij, si quis dicat scholasticū studuisse quinquennio vel circa.

Alias respicit personam, vt hi qui circa principem sunt occupati, l. verū. §. ex facto. ff. de minor.

Interdum quoque respicit locum, & capitur pro prope, vt circa templum in prouincia: vel circa dicitur in c. i. in fi. de offic. ordin. in 6. l. iter. ibi, quod facere circa prædia vrbana etiam necessarium est. ff. communia prædior. l. i. de offic. præfect. vigil. vbi Bald.

Circa pro prope.

Circa pro iuxta, seu circum circa, Gallicè *alentour*. l. qui duo. ibi, circa eam aquam lare decem pedem pedes exceperat. ff. de seruitu. rustic. prædior. l. principalibus. ibi, ne hi qui circa eos sunt, si certum petat. l. penult. §. studeat. ibi, circa domos. de via public.

Circa pro iuxta.

Circa etiam pro in accipi potest, vt hic, & in l. seq. ac in l. circa inofficiosi querelam euenire plerunque afolet. de inoffic. testam. l. sed & si quemcunq; §. iniuriam autem hic accipere nos oportet non quemadmodū circa iniuriarum actionem contumeliam quandam. ad legem Aquil. l. singularia sunt quædam præcepta circa pecuniam creditam. ff. si cert. petat. l. i. §. diuus. de iure fisci, ibi, circa annotatorum bona. l. ex consensu litigantium circa compromissum. de appella. l. si alius. §. idem & in vineis. ibi, circa arbores. quod vi aut clam. l. si quis sumo. ad legem Aquil.

Circa pro in.

Circa pro aduersus, contra, l. 4. vbi primo ponit aduersus, postea dicit ibi, quod plerunque faciunt malignè circa sanguinē suam inferentes iudicium, nouer calibus delinquentis instigationibusve corrupti. ff. de inofficios. testam.

Circa pro aduersus.

Circa pro ad, l. si seruus. §. idq; euidentius, quod non fuit diligentior circa monendum qualem seruum deponeret. ff. de furt. vestrū erit iudicium exponere quando magis alteri conueniet, & pro varietate materiæ interpretationem adhibere.

Circa pro ad.

Circa, cui opponitur vltra, Gallicè *deça* vltra delata: inde citramontani qui citra montes degunt, & vlttramontani qui vltra: ita reciprocè vocamus Italos vlttramontanos, & ipsi nos.

Vltra & vltra oppo.

Circa impedimentum exceptionis, l. si bonæ fidei. ff. de peritio. hered. pro sine impedimento. ita circa appellationem dicimus. l. i. ff. de feriis. Circa prouocationem, l. 1. §. 1. que tenent. sine appella. rescindan. iungēdo rubr. cum l. i. ibidem. Circa auctoritatem prætoris transfactio facta super alimentis non proficit, l. & post rem. ff. de transfactio. l. cum ij. §. cam verfic. quid ergo. & §. si cum lis, ibidem. Circa indignationem principis, l. 2. §. hoc amplius. ff. de his qui no. infam. Circa pretij æstimationem, l. si. ff. de calumniator. Circa in integrum restitutionem,

Circa pro sine culpa ter.

Prætorum non in edictis proponendis vt mutatis.

tionem, l. in causis, 2. in princip. ff. de minor. Circa adoptionem, l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inofficios. testa. Circa edicti pœnam, d. l. Papinianus. §. 4. in fi. Circa periculum, l. i. ff. de public. iudic. id est extra periculum, id est sine periculo. Circa principis auctoritatem, l. legatam. ff. de administr. rerum ad ciuita. pertinet. Circa veniæ abolitionis, l. spuri. §. qui iudicis. ff. de decurio. Circa insum parris, l. 2. miles filius. ff. de castren. pecul. Circa pœnam exilij bona fisco adiudicari non oportet, l. bona. ff. de iure fisci. Circa pœnæ metum, l. vim passam. §. mulierem. ff. de adult. Circa seruitutem, l. quemadmodum. §. i. ff. ad legē Aquil. Circa speciem legati, l. si vni. ff. famil. erciscund. Circa scientiam de mini. l. cum seruus. ff. ad exhib. Circa abolitionem defterit, l. i. §. præuaricatorem. §. defterit. ff. ad Turpillia. Quod vti esse potest, vt si dicatur circa abolitionem quidpiam fieri non posse, vel consensum tutoris, aut circa quadragesimam, non valebit quod factum erit sine abolitione, vel consensu tutoris, vel extra quadragesimā, l. qui in fraudem. ff. qui & à quib. & in iurib. supra allega. facit quod pulchre scribit domin. Gemin. in consil. 18. quia copiose. col. 2.

Circa abeli. l. si quis d. ff. de iure iur. no. posse.

Tentare d.

Tentare pro conari.

Tentare pro intendere.

Tentare, à verbo tentor: estq; quasi rem incertam, & dubitabilem aggredi, vel frequenter tenere, & asserere, vt demonstrat hoc verbum tentat, quod est frequentatiuum à teneo: vel tentat, id est constanter tenet. Lis qui. §. quod ait prætor. ibi, quod Iulianus tentat. ff. quod vi aut clam. l. his contestenter. §. sed & cum. famil. erciscund. ibi, idem tamen tentat. l. scit. quibus mod. v. susfruct. amitra.

Aliquando exponitur pro conatur, vt Pompo. bellissime dicitur tentat. l. si quis ante. ff. de acquir. posses. l. semper. §. negotiatio. ibi, si publicis muneribus subtrahere tentant. ff. de iure immunit. l. si non moris. ibi, Rescindere testamentum tenter. de inofficios. testa. l. si duo. §. idem Iulianus. in fin. ibi, nec pati eum iudex debet, si cœperit is tentare sitrem eum esse probare. ff. de iuricir. Et tentare pro facere quætionem status. l. si. pro derelicto.

Interdum tentat, quasi intendit, & intendat, expectitur. l. si expilatæ hereditatis crimem tentatur. ff. de crim. expil. heredita. inueto. §. i. ibi, intendi, &c.

PAVLVS LIB. II. AD SABINVM. Lex centesima sexagesima prima.

illa verba, OPTIMVS MAXIMVSQVE, & in cum cadere possunt qui solus est. sic & circa edictum prætoris supremæ tabulæ habentur etiam solæ.

In nouis exemplaribus post l. ceterorum. inseritur. l. non est pupillus. verum ego sequendū antiquam lectionem, hanc legem interpretandam aggredior, quæ duas habet partes in prima dicit ista verba, *optimus maximusque*, etiam pertinere ad eum qui solus est in secunda, ibi, sic & circa, probat hoc edicti prætoris exemplo, in quo supremæ tabulæ dicitur etiam solæ. l. i. §. supremæ enim hæc sunt, non quæ sub ipso tempore mortis factæ sunt, sed post quas nullæ factæ sunt. ff. de bonor. posses. secund. tabul. & §. si quis in duobus. & §. seq. ibid.

Notandum est prætores olim Romæ in ingressu officij, qui calendis Ianuarij erat, multa variaque edicta proponere solitos, quæ annua erant, & ius secundum ea toto in anno reddebatur: & alij postea alia noua edicta statuēbant: quæ licentia inducebat, vt multa edicta tum ad lucrum, tum ad gratiam, tum ad affectationē cuiusq; sic dictarentur, ipsūmq;

ius prætorium ob edictorum varietatem contrabatur pene esset. quare ne ius ita varie diceretur, quod prætoribus indecorum, litigantibus in commodum erat, Cornelius tribunus pleb. C. Calpurnio Pisone & M. Acilio Glabrione Coss. legē tulit, vt perpetua edicta prætorum essent, & prætores ex edictis suis perpetuis deinceps ius dicerēt. quæ res gratiam ambitiosis prætoribus qui ius varie dicere solebant minuit, vt tradit Aseon. Pædian. & Ioan. Zasius in catal. leg. antiq. & tunc deinde fuit edicti perpetui auctoritas, vt si ex eo aliquid decerneretur, quominus id fieret, non permitteretur appellare, l. si. ff. de appella. recip. vel non. & omnia hæc edicta Saluius Iulianus l. C. congesit, in ordinemque redegit mandato Imperato. Adriani, eaque interpretatus est.

Vendere vel donare fundum vti optimus maximusq; est quis potest, quamuis illum solum habeat. Et superlatiuum interdum suam non retinet vim, vt de pluribus dicatur, sed tantum de vno, vt supra scriptum exitit in l. proximi. quidque significet illa verba, vti optimus maximusq; est, docui in l. qui vti. supra eod.

Ita quoque videmus nonnunquam dictionem plures significantem, vnicum tantum denotare, vt supremus & optimus. Scripsi in l. in vsu. supr. eod. Quemadmodum etiam pluralis in vno locum habere potest, vt hic, supremæ tabulæ, & negoria intelligit Iurificonst. huc vnum siue plura. l. 3. negotia. ff. de neg. gest. dixi in l. non est iure liberis. supra eod. Alcia. plura docuit in d. l. proximi. quā obrem ad alia transeo.

Edictum lex est à prætore edita, vt in l. pronuntiatio. in fin. verfic. seruientium. & l. ex illa. infra eod. quod interdum ius honorarium vocatur, in §. edicta. Instit. de iure natur. l. creditores. supra col. l. nam & ipsum. ff. de iustit. & iure.

Alias edictum, id est decretum: & quælibet lex edictum vocari potest, ab edicendo, id est statuendo, decernendo, vel vt Theophil. placuit, ab edicendo, quod prædicere significat, & obuam ire rebus, quæ si contingant, damno aut dolori sunt subditis futuræ. in §. Sed & quod princip. Instit. de iure natu. facit iurisdictionem. §. Sed si fraudandi causa factum dicatur, nil prætor edixit. ff. de pact. l. si familia alicuius album corruerit, non similiter hoc edictur. de iurisdic. omnium iudi. l. 3. §. hæc verba. ibi, de quo fuit necessarium edicere. de nego. gest. l. i. §. prætor edicit. de minor. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter prætor edixit. Ex quib. caus. maior. & in l. Diuus. §. causa. ibi, prætor. edixit. de pet. her. l. Barbarius. de off. prætor. l. si filia. alia incipit, Papinianus ait. §. itē Papinianus scribit. ff. famil. ercisc. ibi, nisi aliud testator edixerit. Inde edictū, quod edicitur, idque à decreto differt, vt in l. i. ff. de offic. assessor. Quæ prætorum edicta cum ab initio essent annalia, Instit. de perper. & temporal. actio. l. in honorariis. ff. de actio. & obligatio. postea facta sunt perpetua, quippe ne iuris dicendi ratio arbitraria prætoribus esset, & pro illorum libidine subinde mutabilis, lara est lex de edictis perpetuis, vt deinceps edicta prætorum perpetua essent, & per ordinem scripta fuerunt, l. 2. ff. de statu homin. vbi Buda. Ex quibus edictis perpetuis prætores ius dicebant. Postea lege à Cornelio Iulio, hoc tantum exitit: tuncque Saluius Iulianus Iurificonstulus omnia prætorū edicta collegit, & in ordinem redegit. lege 2. ff. de stata homi. ac sub congruis titulis posita interpretatus est: & tunc ceperunt prætores à Iuliano congesita sequi, non autem noua proponere, vt scribit Alcia. lib. 2. dispensatio. cap. 27. Et de hoc edicto perpetuo loquitur lex, edita actio. C. de edendo, & alie fere leges de edictis perpetuis loquentes.

Superlatiuum etiam de nonnunquam dicitur.

Dictiones quæ plures significant, & nonnunquam eum denotant.

Edictum quid.

Edictum p quolibet decreto.

Edicta prætorū annua cum essent, cur facta perpetua.

Edictum ab interdico quid differat. Interdictum quid.

Interdico. Interlocutoria.

Auctoritas opinio de edicto et interdico.

Expositio terminis.

Alciati opinio de verborum puer.

Alciati opinio in pueris.

Puerpera verba.

Interdictum vero ab edicto differre dicit glo. in l. prator. §. 1. ff. de noui oper. nuntia. edictum enim lex generalis est. l. leges. C. de legib. & superius dixi, interdictum est lex pratoris prohibens: vel interdictum, vt dicit Bar. in d. l. 1. in princ. illo titul. est edicti species, sic dictu quod inter duos dictum sit. Alcia. verò Parerg. lib. 3. cap. 15. ait, interdictu duobus modis accipi, primu quod prohibitorium est. nam interdico prohibere est: hincq; etiam si qua causam proprietatis habent, interdico dicuntur. Secundu etiam dicitur interdictu, quo prator aliquid iubet vel vetat, non perpetuo, sed ad tempus, donec pleniore iudicio de iure petitorij queratur, quasi interim dictum, vt est apud Paul. lib. Sentent. 5. interdico enim est interim dicere. Et interdico dicitur, sicut interloqui. Si quidem interlocutoria sui natura finem principalis controverfiae non imponit, aliamq; expectat post se sententiam, hac ille. Cuius sententiam est sequutus Do. Ioan. Corraf. in interpretacione l. naturaliter. §. nil commune. nu. 20. & seq. ff. de acq. possess. ego latius disero in meis no. intellectibus.

Interim videre num edictum pro qualibet lege possit accipi, vt superius probatum extitit: interdico vero specialius pro lege pratoris qua maxime adhibetur super possessione, vt in toto libro interdico. ff. Interdico Iuriconsultus vtroque promiscue vtitur & interdico, & edicto, in l. 1. & per totum. ff. ne vis fiat. l. 2. §. 1. & §. plane si edictum. ne quid in loco publico de quibus iterum vs reicio ad meas no. uas interpretaciones.

§. Pueri appellatione etia puella significatur. nam & foeminas puerperas appellant recetes ex partu: & αιδες Graecè communiter appellantur.

Tres particulas continet hic §. in prima pueri appellatione puellam significari testatur. in secunda ibi, nam & foeminas. ratione reddit, quia puerpera vocatur recens ex partu, & non puella pera. Tertia ibi, & αιδες. comprobatur hoc auctoritate Graeci sermonis qui communiter αιδες appellat. Summatium autem esse potest, etiam si dicitur puer, filius, puella comprehenditur, l. in tabulis. ff. de statuliber. ibi, ne puer filius rescindat patris testamentum. sic pupilli nomine comprehenditur pupilla. l. haec autem. ff. de adoptio.

Alciatus verò hic ponit os in coelum, dicens istas rationes Iuriconsulti non consistere. primò cum puerpera, quam Graeci λεγία vocant, & λοχιαν puerperium, ac partus curationem λεχία, non à puero, sed à puera vocabulo antiquo, & puella nomen est diminutiuum à puera deductu. nec exemplo Graecorum quicquam moueri potest, quod apud eos αιδες puer, commune sit nomen. At Latinorum nemo puerum genere foemino protulit. Contra queat nostri officij esse putari Iuriconsultum ab hac labe tueri, intelligendus vero sic videtur, pueri appellatione significari puellam: puerpera quippe dicitur siue pariat pueram siue puellam, vt dictio puer capiatur & pro puella, cum puerpera significet recentem ex partu pueri, vel puellae.

Et respondendo Alciato, non refragatur eius dictum, quo vult puerperam dici à puera: quoniam, salua pace tã viri, à puero & pario dicta est, quali pueri para, sicut deipara. Et componitur hæc dictio ex duobus corruptis, videlicet ex dictione pueri & pario puerpera, quæ puerum peperit: & sic illa vocatur quæ recens est à partu, vt dicit hic Iuriconsultus. siue puerum peperit siue puellam. Alias so-

quando opinionem Alcia. comprehenderet mulierem recentem ex partu foemino tantum, non ex masculino. appellatione enim pueræ non venit puer, l. seruis legatis. ff. de lega. 3. nisi sub partu foemino velis comprehendere: quod turpissimum vocat Iuriconsultus. in l. si ita scriptum. de legat. 2. Nec me mouet quod nemo Latinorum puerum foemino genere protulit: fateor enim duo esse vocabula, videlicet puer & puella, nihilominus appellatione pueri comprehenditur etiam puella: vt si pueri sint immunes, puella eiusdem iuris erunt: & si pueri non possunt contrahere, nec puellæ: & generaliter pueri nomine puella continebitur. Nec alius vult dicere Iuriconsultus. foemina vocari puerum, sed nomine pueri comprehendere puellam, quia videlicet masculinum concipit foemininum, l. 1. supra eodem.

Limitatur quando in lege vel statuto puer & puella exprimerentur, vt in l. de pupillo. §. 1. ff. de noui oper. nuntia. vel quando contrario nomine puer exprimeretur, ad excludendam puellam. Iuriconsultus. in l. pueri. infra eod. quod aliquando ad maiorem expressionem fit. l. ciuitatibus. in princ. ff. de leg. 1. ibi, pueris puellisq; relictu sit. l. nam & plerique pueros puellæque tabernis præponunt. ff. de institor.

Non procedit etiam vbi diuersa esset ratio, vel contrarium à iure exprimeretur, vt in testamentis. l. qua atate. ff. de testa. vbi pueri ætas exprimitur, & diuersa puellæ. idè in nuptiis. §. 1. Institor. de nupt. sic in venia ætatis. l. 2. C. de his qui veniam æta. impetrauer. & aliis casib. à iure expressis.

Vtilitas est, quod puerpera Graecè λεγία quamuis sana dicatur, si modo nil extrinsecus acciderit quod corpus eius in aliquam valetudinem immittat, l. queritur. §. puerpera. ff. de ædilit. edic. tamen quasi valetudine teneatur, fere priuilegiis competentibus valetudinariis & in firmis si possint illi conuenire, vtetur, per tex. in l. 2. §. si non propter. ibi, si tamen post partum decaberit, probandu erit quasi valetudine impeditam. ff. si quis cautio. illa priuilegia scripta supra in l. morbus. Et tempus decumentium mulierum quadraginta dierum esse dicit gloss. & Bar. in l. prægnantis. ff. de pœnis. Sequitur Ias. in d. §. si non propter. sed hoc dicerem hodie regi pro consuetudine locorum, & qualitate personarum. illustres enim & delicatæ longius decumbunt, quam robustæ, aut rusticæ, seu alia quæ ob pudorem partus decumbere non audent: & tunc fieri solent communia puerperalia, vt apud Romanos erant solita, de quibus meminit Iulius Capitol. in vita Clod. Albin.

Postremò hoc verbu significatur denotat proprietate, videlicet proprie pueri appellatione puellam contineri: quod etiam probat l. si. §. fructus. ff. quæ in fraud. creditor. ibi, prætor significet. l. in vsti. supra eod. l. si pignore. §. teli autem appellatione & sustis, & ferrum, & lapis, & denique omne quod nocendi causa haberetur, significatur. l. qui do muni. in fin. de adulter. ibi, appellatione domus habitationem quoque significari palam est. & lex, materfamilias. ibidè, vbi sic dicitur: mater autem famil. significatur non tantum nupta, sed etia vidua. facit l. quibus. §. materfamil. supra eod. scripsi in l. 1. in verb. completitur. supra eod.

VLP. LIB. VII. AD SABINVM. Lex clxij.

Non est pupillus qui in vtero est.

Hæc lex sic continuari potest. supra dictum fuit pueri appellatione puellam contineri. sed dubitari potest:

Pueri appellatione comprehensio dicitur puella.

Puerpera priuilegia vultur vbi eudinarum.

Tempus decumentium mulierum.

Puerpera haec communia. Significatur proprie dicitur.

Dicitur & Alci. opinio improbat in expositione humanæ leg.

Pupillus is non dicitur qui in vtero est.

Is qui in vtero est materis condonatio non patitur.

Qui in vtero est, si in factu non habet, pro nato habetur.

Expositio text.

potest an qui in vtero est, puer, vel pupillus dicatur. Reiponderat hic Vlpia. non esse pupillu qui in vtero est, cum nondum sit editus, & mortuus nati possit, vt supra scriptum fuit in l. qui mortui. & quia antequam edatur, matris portio vel viscerum est. l. 1. §. ex hæc rescripto. ff. de ventre inspiciend. vnde si detur præmium capienti lupum, & capiat lupam prægnantem, non maius habebit præmium: siquidem antequam nati sint, non sunt lupi, vt docet Angel. in §. cum autem. Inst. de tutel. & Vincent. Hercula. in l. in lege Falcidia placuit. ff. ad legem Falcid. nisi hoc exprimeretur, vt solet fieri.

Cum autem mater prægnans condemnatur ad mortem, non debet mori is qui in vtero est: sed mors differenda est, donec in vtero erit, l. prægnantis. ff. de pœnis. imò si non inueniretur nutrix, seruanda esset mater ad suum alendum partum. Bar. ibidem. ita si exilio mulier prægnans data sit, partus non erit exul, quin ad ciuitate redire possit, in qua non peccauit. Bal. in l. & seruorū. ff. de statu homin. vbi etiam firmat excommunicata muliere, non excommunicari partum qui non deliquit: nec cuiusdò partu ageretur de cunctione, quia partus veditus non est. l. si prægnans. ff. de cunctio. Igitur firma manet tex. nostri de cunctio. quod scilicet dispositio loquens de pupillo non intelligitur de eo qui in vtero est, per prædicta: sicut necdum editus homo non recte fuisse dicitur. lege, in lege Falcidia placuit. ff. ad legem Falcid. ideoque non computatur heredi in Falcidia antequam natus sit, l. in quatuor. ibid.

Limitatur hæc regula in fauorabilibus. sic enim pro nato habetur, l. qui in vtero. ff. de statu homin. & per fictione pupillaris esse creditur. Tutor etiam posthumò dari poterit, §. permittum. Inst. de rite. l. substitutio quoque pupillaris illi fieri potest, l. 2. ff. de vulgari. nec non donatio posthumò fieri potest, vt dixi in l. sub signatum. §. attestari. supra eod.

POMP. LIB. II. AD SABINVM. Lex clxij.

In vulgari substitutione, qua ei qui supremus morietur, heres substituitur, recte substitutum etia vnico intelligitur: exemplo legis duodecim tabularum, ex quibus proximus agnatus etiam solus habetur.

Substitutio vulgaris facta ei qui supremus morietur, valet, etiam si solus institutus sit: quod lege duodecim tabularum probatur, quæ vult ad proximum agnatum hereditatem deferri, qui licet solus sit, eam tamen habebit. hoc dicit prima huius text. pars vsque ad §. si quis ita. sed istum text. intelligit doct. & post eos Alcia. in eo qui filium iam natum, & quoscunq; habiturus esset instituit, & ei qui supremus morietur substituit Sempronium, vt valeat quidè hæc substitutio, licet nullum alium habuerit filium, quia supremus de vno solo intelligitur, l. illa verba. supra eod. l. qui duos. ff. de reb. dub. qui intellectus est contra istum text. loquentem de vulgari substitutione facta ei qui supremus morietur, quod si his verbis fuisset concepta, quibus iuris interpretes intellexerit, contingeret non esse vulgarem expressis verbis facta: vnde glo. existimat eam esse pupillarem, si fieret pupillis: ratione tamen eius qui substituit, dicit vulgarem. quod non est verum, imò si conciperetur, vt dicit doct. esset potius fideicommissaria quam vulgaris. Tanquam igitur minus conueniens huic text. loquenti de vulgari, reiciendus est hic intellectus, per l. cum

qui nouissimus. ff. ad Trebellia. Præterea nullum esset dubium supremum eum appellari qui vltimus ex pluribus filiis decessisset. Quamobrem alias verum indagando text. huius intellectum, sic plane meo iudicio intelligi debere putauit, non secundum doct. de testatore plures instituentem filios, sed vnica habere quem instituit: & si non sit heres ei qui supremus morietur substituit Caium, hanc valere dicit Iuriconsultus. substitutionem vulgarem. nempe dubiu erat propter verbum supremus, quod est superlatiuum, & plures videtur supponere, cum non esset nisi vnicus.quare decidit text. hoc casu recte substitutum vnico. idque intelligi exemplo legis duodecim tabularum, ex quibus proximus agnatus etiam solus habetur. facit quod scripti de supremo in l. illa verba. supra eod. & text. est ad hoc expressus in d. l. qui duos. de reb. dub. ibi, nam & qui vnicum filium habet ipsi supremo morienti substituit, non videtur inatilliter substituisse.

Nec refragatur quod Alcia. dicit, ante aditam hereditatem substitutum ex vulgari admitti, post aditam verò antequam sit pubes ex pupillari, vnde à principio ea substitutio potest vulgaris appellari: quia respon. licet vulgaris expressa pupillarem tacitam comprehendat, & eodra, veruntamen cum simpliciter loquimur de vulgari, haudquaquam intelligitur de vulgari tacita, sed expressa: sicque noster text. loquens simpliciter de vulgari, proculdubio intelligitur de vulgari expressa, l. cum ex filio. ff. de vulgari. arg. §. sed ius quidem. Insti. de iure naturali.

Minus approbarem glo. in eo quod exponit dictionem vulgaris, pro pupillari, quia hoc esse reprehendere Iuriconsultum, qui si de pupillari loqui voluisset, certe dixisset in pupillari, & non in vulgari. postremo vult glo. ratione quidem substituti dici vulgarem, eo quod substituere potest quilibet: sed ratione eius cui substituitur pupillarem appellandam. Ad quod solutio patet ex superioribus, quia simpliciter loquendo de vulgari, intelligitur de expressa: quemadmodum videre potes in specie facti superius inserta, & Bartol. in lege 1. ff. de vulgari.

Verum dicit quis, nonne sufficiebat dicere in substitutione vulgari, si heres non erit filius meus, talem substituo, absque eo quod apponatur, si moriatur supremus, vel primus: Respo. vulgarem quidem substitutionem recte concipi sine hæc dictione supremus: tamen ad tollendum dubium quod emergere potest ex varia testamentorum conceptione, adducit Iuriconsultus huiusmodi facti speciem, cum scilicet substitutio concepta fuit sub his verbis, si non fuerit heres is qui supremus morietur, substituo talem: vt valeat talis substitutio, vnico etia existente filio. alia si quis plenius videre voluerit in hac materia substitutionum, infiniti extant tracta. & repetitiones, & communiter doct. ff. & C. de vulgari. scripsi ego quoque in compendio meo substi. & plenius in dicto titulo de vulgari. quo vos reicio.

Sequitur aliud notandum ex his verbis, vnico intelligitur exemplo, quod non est vtendum fastuosa, & onerosa iurium allegatione, dum vnico exemplo res intelligi potest, vt hic Iuriconsultus ait, & in l. ita vulneratus. §. pe. ff. ad leg. Aquil. scribit, vnum interim proposuisse contentus ero: & in l. si quis obrepserit. de fals. nõ minus tamen laudare ego iuris interpretem qui facillioris disciplina gratia plures textus fideliter allegaret.

Exemplum. Exemplum pro forma capitur in l. si legatum. ff. de edendo. vt testatur Valla libr. 6. c. 33. vbi sic ait Iuriconsultus. si legatum peratur non inbet prætor verba testamenti edere: ideo fortasse

Vulgaris substitutio appellatio scripti ei expressa continetur.

Glossa opinio improbatu.

Objectionis solutio.

Fastuosa legum allegatio vitanda non est.

Exemplum pro forma.

quia heredes solent habere exemplum testamenti. de hoc dixi in meis no. interpreta.

Exemplum pro transcrip accipitur, quod vulgus dicit copiam siue dupli. l. exempla instrumentorum etiã sine subscriptione edentis edi posse receptum est. ff. de edendo. & l. de interd. & releg. l. cetera. famil. eriscun. in §. si. ibi. heredem enim exemplum debere dare, tabulas verò authenticas ipsum tenere. l. 2. de fide instrum. ibi. quicumque a fisco conuenitur, non ex iudice, & exemplo alicuius scripturae conueniendus est, sed ex authenticis: & per illum text. reprobatu executio quæ sit vi exempli contra aliquem, vt scripsi in tract. de liter. obligati. in 1. tomo commentarij. in constiu. Reg. Gallic.

Hinc descriptu exemplum & recognitum, quod nos dicimus. copie colatione d'originali. si quæ sunt. ff. famil. eriscun. & descriptum facere pro dare copiam. ibi. si quæ sunt cautiones hereditariæ, eas i. dex curare debet vt apud eum maneat qui maiore ex parte heres sit, ceteris descriptum & recognitum faciat cautione interposita, vt cum res exegerit, ipsa exhibeantur.

Sic quoque dicimus exemplum panni venditi, Gallicè, pour la montre du drap.

Exemplum pro similitudine, l. si quis diuturno, ibi. exemplo ceterarum seruitutum. ff. si seruit. vindicet. & construere monumentum ad exemplum eius quod est in via Salaria, l. in testamento. ff. de conditio. & demonstra.

Exemplo hereditatis, l. filiusfamil. in fi. ff. de castren. pecul. Exemplo serui, l. sed & si quis. alias incipit, adhuc. in fin. ff. de vtic. Exemplo interditi. l. 1. §. penul. ff. de superficie. Exemplo rei, l. si fur, de usufruct. alias incipit, arboribus. §. Iulianus, ibi. exemplo rei sub conditione legata. Exemplum legatorum, l. 2. ff. de Publicia. in rem actio. Exemplo rescissoria, l. nec non, §. penul. ex quib. causis maior. Exemplum præscriptum, l. rescriptum. in prin. ff. de pact. Et exemplo iuris legitimi, l. si in adoptionem. de bonor. possessio. contra tabul. Exemplo furis, l. in heredem. §. 1. ff. de calumniatorib. Exemplo furti, lege 1. in fin. ff. si quis testamento liber esse iuss. fuer. Exemplo relegati. l. ordine. ad municipales.

Exemplum quod adhibetur rei aut probandæ, aut operandæ causâ: vnde pars probationis probatur ab exemplis, vt Valla no. lib. 6. cap. 33. aut forte pro auctoritate vel documento. l. 1. §. casum. ff. de postuland. ibi. extar quidem exemplum eius qui gessit. l. qui te dicit. de iudic. ibi. exempla senatusconsultorum ad fideicommissariâ libertatem pertinentium induci oportet, l. rescriptum. ff. de pact. ibi. exemplum aliorum sequi. Exempla præceptorum sequenda sunt, vt Paul. ait se fuisse securum in lan. man. mittere. ff. de manumiss. vindic. & aliis consultu. ff.

Exempli gratia, l. actio. in fin. ff. de actio. & l. 1. §. proinde. de edict. edict. & alia scripsi supr. in Limpensç. dico exemplo vt manifestius fiat. l. prætor. §. Iulianus. ff. de colla. bonor.

Exempli opus est, laut facta. in fin. ibi. nonnunquam euenit vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quotiens nimium multis personis grassantibus exemplo opas est. ff. de poenis, videlicet vt poena vitis metus sit multorum, l. fin. C. ad legem Iul. reperend. & vt conspectu deterreantur alij ab iisdem facinoribus.

Exempli mali res dicitur, si offendiculum præbeat. l. si quis. 2. §. qui abortio. ff. de poenis. l. 3. de fcar. Alias Iurisconsult. ait, iniqui exempli, l. obseruandum. ff. de iudic.

Exemplis nõ est iudicandũ, sed legibus, l. nemo.

C. de senten. & interlocutio. omnium iudic. Lucas de penna in Lexemplo. C. de decurio. lib. 10.

Sine exemplo subuenire, ne in consequens trahatur, Gallicè sans tirer en consequence. l. 1. ff. de constit. princ. §. sed & quod principi. in fili. de iure natural.

Exempla non arctant regulam, l. penul. ff. de iur. & facti ignoran. l. 4. de penul. leg. sed ea quæ exempli gratia subiiciuntur omnibus adaptantur. l. scire. §. qui non iuste. ff. de excusa. tutor.

Inter exemplum & exemplar Valla differetiam tradit in d. ca. 33. lib. 6. & Bar. in l. Sempronius Proculo. ff. de lega. 2. ac interpretes in authen. si quis in aliquo. C. de edendo: sed interdum promiscuè usurperiti vtantur.

Exemplarium pro exẽplari, in d. l. Sempronius Proculo.

Agnatus. Sunt autem agnati qui per virilis sexus personas cognatione coniuñcti sunt, quasi a patre cognati, veluti frater eodẽ patre natus, fratris filius nepos &c. ex eodem patre & patri filius, nepos &c. ex eo. l. sunt autem. de legitum. tutor. ff. & §. 1. de legitum. agnator. tutel. & in §. 1. Insti. de legitum. agnator. successio.

Cognati autẽ vocantur quasi ex vno nati, vt ait Labco, & quasi cõmune nascendi initium habuerint. l. 1. ff. vnde cognata. vel ab eo dicitur putatur quod quasi vnã communitẽrve nati, vel ab eodem orti progeneritve sint. l. non facile. §. cognati. ff. de gradib. vbi cognationis substantia bifariam apud Romanos intelligitur. nam quædam cognationis iure ciuili, quadam naturali continetur, nonnunquam vtroque iure concurrente, & naturali & ciuili copulatur, &c. ibidem.

Inter agnatos igitur, & cognatos hoc interest quod inter genus & speciem. in agnatis quippe & cognati continentur, in cognatis non vtrique agnati: verbi gratia frater patris id est patruus, & agnatus est & cognatus, matris autem frater, id est auunculus cognatus est, agnatus non est, l. inter. ff. vnde legit. videte. l. Iurisconsultus. §. inter. ff. de gradib. & de cognatis. l. patri. ff. de minorib. & cognatio quandoq; pro coniunctione quadã natura: quom homo ad nomen habet, vt in l. vt vim. ff. de insti. & iure.

§. Si quis ita testamento scripserit, si QUID FILIO MEO ACCIDERIT DAMAS SERVVS MEVS LIBER ESTO: mortuo filio Damas liber erit. Licet enim accidat & viuus, atramen vulgi sermone etiam mors significatur.

Relicta liberas seruo, si quid acciderit filio, eo mortuo illi debetur, nam etsi multa accidat viuus, tamen vulgi sermone per hæc verba, si quid acciderit, mors significatur, quæ est grauissimã omnium quæ accidere possunt. Etiam ratione incertitudinis nullius momenti esset libertas, cum in dies nobis accidant multa incommoda, & de quo intelligeretur ignoraremus, quæ describit Plinius lib. naturalis historia. 7. in proœmio. & sic deberet libertas post mortem filij, quamuis idem Plinius eod. lib. c. 50. scribat Xenophilum musicum quinque & centum annis vixisse sine corporis incommodo: & pauca incommoda habent musici & mimi, quæ non vino dissoluantur. Imo intelligetur tantum de morte naturali, non ciuili: vt si Titius deposuerit centum aureos apud aliquem, volens vti quid eidem contrigerit, vel acciderit, quod redantur tali ecclesiæ, vel Caio: postea ille Titius fuit captus ab hostibus, vel exilio datus: certe hæc pecunia non restituerit Caio, nec ecclesiæ, donec Titius

Sine exemplo subuenire.

Exempla non arctant regulam.

Exemplum & exemplar quid differant.

Exemplum pro exemplari.

Cognati qui.

Cognatio naturalis & ciuilis.

Cognati & agnati qui differant.

Cognati & pro quibusdam iuris consulto.

Explicit textus.

Xenophilus centum annis vixit sine incommodo.

Titius mortuus fuerit. & ita concludit Bal. in rub. de pos. C. in fi. per l. Publica. ff. de positi. quod intelligere verum, nisi eadem ratio notari possit tam in morte naturali, quam ciuili, per ea quæ scribunt Doct. in l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de liber. & postu. l. si vedita. de pericul. & commod. rei vend.

Aliquando Imperator dicit, si quid humanitas accidisset. §. 1. de donatio. Insti. & l. alumna. §. Scia. ff. de adiund. lega. tuncque intelligitur etiam de morte, vt hic.

In rebus humanis is dicitur qui natus est, l. nomen. in princ. infra eo. & e contrario in l. 2. que senten. sine appella. non rescindant.

Idem cum dicitur, si mihi per humanam conditionem contrigerit, l. Titia. in fin. ff. de auro & arg. lega. Et ratio humanitatis haberi debet, l. si cui in fine. ff. ex quib. caus. maior. Et si quid humanum mihi contrigerit, l. Publica. in princ. ff. de positi. l. vxorem. §. Scimus. de lega. 3.

Idem docet Bar. in tali dispositione, si deus faciat aliquid de filio, volo quod omnia bona ad Sempronium deueniant, vt de morte filij intelligi debeat. l. Publica. in princ. ff. de positi.

Igitur si præfata verba, vel quodpiã illorum, ad hominem referantur, intelliguntur de morte vt si perius: verũ si ad res respiciant significabunt contingere, venire, accidere, probat Imperator in §. illud. Insti. de rerum diuis. ibi, multa accidere solent, vt eam non capias. Et prouerbio vulgari dicitur, multa accidere solent inter calicem, supermagis: labra, vt Beroaldus declarat in suis orationibus.

Idem cum simpliciter profertur, vt in l. 2. §. ex his. versi. ex quo quidẽ accidere posse Pompo. ait. ff. de verb. oblig. l. hoc iure. ibid. l. si feruum. §. 1. verfic. sed & si sit. ibid. l. triplici. supra eod.

Vulgi sermone. Ex hoc tex. colligi potest, in elucidatione verborum sermonem vulgi attendendum esse. Et sic in dubio debemus exponere vocabula tam contractuum quam vltimarum voluntatum secundum vulgarem loquendi modum, l. Massurius, & l. si calumniatur. §. reum vulgo quidem id appellatur. infra eod. & l. dimissoria. supra eod. Et si quis promiserit artificem, sufficit tãse esse, quales vulgo artifices dicuntur. l. sciendũ. §. illud. ff. de ædilit. edic. Et sæpe audim rusticos senes dicentes, &c. Iurisconsult. in l. si chorus. ff. de lega. 3. Ita dicere sunt intelligenda vulgares, non legales. cap. præfenti. de præb. lib. 6. glo. in c. cupientes. in verb. cõmode, de electio. in 6. quod est intelligendum in sermone prolato vulgari: sed sermo prolatus a lege regulariter exponitur secundum interpretationem legalem, gloss. & ibi Bar. in l. quod si nepotes. ff. de testam. tutel. Alexand. conf. 44. videretur. colu. 2. nu. 5. in §. vol. l. si dictum. ibi, non tamen vt vulgus opinatur. ff. de euctio. Barba. conf. 43. clementissimum, colu. 4. volum. 4. & Iurisconsult. in l. 1. §. non tamen. ff. de var. cognitio. ait, vt vulgari verbo vtat.

Vulgo concepti dicuntur quos mater vulgò libidinem exercens cõceperit, l. quia. ff. de in ius vocand. l. 1. ad municipal. aut vulgo concepti dicuntur qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere nõ licet: qui & spurij appellantur, l. vulgo concepti. ff. de statu homi. & vulgo quæsitam filiam pater vxorem ducere prohibetur, l. adoptiuus. §. 1. ff. de ritu nupriar.

Vulgo dicitur, l. idem iuris. ff. ad legem Aquil.

Vulgo iter fiat per priuata loca, l. si putator, ibidem. l. 4. de euct. & l. vulgo receptum est. du vsur.

Vulgaris substitutio vocatur quod vulgo fiat, id est omnibus, & ab omnibus, glo. in §. qua ratione. Insti. de pupill. iuris interpretes in l. 1. ff. de vul-

gar. ego alias dixi publice in hac percelebri vniuersitate Parisiensi, reperendo c. Raynuttius, de testam. vulgarem dici quasi vulgatã, qua vulgus maxime vtatur, & quod ante alias vulgatã fuerit, vel quod vulgaris sit, id est iura & facilius ibidem 72. conclusiones sustinui. videre quoque liberum erit compendiolum quod in eadem materia edidi.

Vulgaris quæstio, cõmunis, quotidiana, vulgata, l. vulgaris est quæstio. ff. de fur. l. 1. §. ibi, & est quæstio vulgata pro dote, vulgatam est. l. doris promissio. de iure dotium.

Vulgaria rectoria, idem. l. quidam. in fi. ff. de seruitu. vrbano. prædior. vbi vulgaria rectoria non pluris æstimantur, quam pretio sitisima facta in partiete communi. Vulgare artificium, lege, ancillari. in princ. ff. de pecul. quod declarat lex, ne quis. C. de dignita. lib. 12.

Vulgaris persona dicitur vilis, abiecta, humilis, l. legitimos. ff. de legitum. tutor. ibi, si autem parroni persona vulgaris aut minus honesta sit. iuncta l. sed & si. §. filiofamil. de iniur. & l. humilem. C. de incest. nupt.

Vulgarem vxorem vocat Vlpian. meretricem, cam tamen intelligite quæ ante nuptias prostituta meretricio more fuit. l. si vxor. ff. de adulter. prout docet Accurs. ibi. sed l. Budæ. intelligit vulgare pro plebeia, quæ matrisfamil. nomen obtinet. sed tunc non esset dubiũ quin maritus adulteri agere possit. quia leges late sunt tam plebeis, quam aliis, & quia nec soli Arrides vxores suas amat. vnde Alcia. intelligit, quæ ex aduentu vulgo, non ex iure Romana fuit. sed eadem ratione reprobari potest qua altera, imò minus dubitationis habet, quia ciuibus Roma. iura non sunt tantum constituta, di cam in meis interpretationibus abundantius.

Vulgares actiones dicuntur vulgare & vfitate accõmunes, l. 1. ff. de præscrip. verb. ibi, nonnunquam euenit vt cessantibus iudiciis proditis, & vulgaribus actionibus, cum proprium nomen inuenire non possumus, facile detedamus ad eas que in factum appellantur. nam cum deficiat vulgaria atque vfitata actionum nomina, præscriptis verbis agendum est. l. 2. ibidem. l. quidam. in fi. de heredib. instituend. & quia formula in illis olim proponendis actionibus obseruabatur, vt constat in tit. de formul. C. ob id Iurisconsult. interdum formulã pro actione accipit, in l. si seruus nauem exerceat non volũtate domini, de eo quod ibi perijt, vulgaris formula in dominum danda est. ff. de fur.

Vulgato iure, idem. l. cum hic status. §. si inter virum & vxorem societas causã donationis contracta sit, iure vulgato obligatio nulla est, id est iure communi & vfitato. ff. de donat. inter virum, & vxorem.

Vulgaria vasa exponit Paul. quæ non proprie essent loco attributa. l. 3. ff. de supellectil. lega.

Vulgari modo legare, est vulgato, communi, & modo vulgi legari, sine expresse iuris. l. si quam do. ff. de legat. l. 1. cum vulgari modo. de dote prælegat.

Vulgaria verba, aperta, plana, ac vfitata dicitur Iurisconsult. per quæ libertatem fideicom. dari possit, in l. libertates. ff. de fideicom. liberata. Exempla quæ sequenda sunt docet Lucas de Penna in l. exemplo. C. de donatio. libr. 10. Alia plenius tractanda confero ad ea quæ dicturus sum eodem titulo de verb. significa. C. & in decretal. si per aetatem liceat.

Mors. Mortem duplicem, naturalem scilicet & ciuilem esse dicunt iuris interpretes, in l. Gallus. §. & quid sit tantum. & alibi. ff. de liber. & posthum. Sed ciuilem mortẽ in iure non inueniri, mortẽq; nomine venire tantum interitũ, non verò depor-

Vulgaris quæstio.

Vulgaria rectoria. Vulgare artificium.

Vulgaris persona.

Vulgare vxor.

Vulgares actiones.

Vulgatum ius.

Vulgaria vasa.

Vulgari modo legare.

Vulgaria verba.

Mors duplex, naturalis & ciuilis.

Exemplum pro transcrip pro seu copia.

Exemplum descriptu. Descriptu facere.

Exemplum panni venditi.

Exemplum pro similitudine.

Exempli quidam formulis.

Exemplum pro probatione aut auctoritate.

Exempli gratia.

Exempli opus est.

Exempli mali res. Exemplis nõ esse iudicandum.

rationem,exilium aut alium casum, quē ipsi mortem civilem appellant, nisi eadē insit ratio. scripti abunde in meis no. interpreta. quibus celebrior res iuriū aliquot elucidationes perstrinxit. De morte insinūti sunt tex. interam videre poteris l. alienatum. in fi. & l. etiam ea. & legem, intelligendus. l. licet capitalis. isto ritu. & in tit. de bonis eorum qui ante sententiam sibi mortem conficiunt.

Mori ad res animatas & inanimatas refertur. Mori verò nō solum ad res pertinet animatas, & tam ad liberos quā ad seruos, & filios. l. i. §. alienatio. ff. quando actio de peculio sit annualis: sed interdum quoq; ad res inanimatas, vt viam intermori dicit Paul. in l. si. ff. de locis & itinerib. publi.

Mori lis quomodo dicitur. Mori licem pro extrinū, idē Paul. in l. cum lite mortua. ff. iudica. solui. l. 3. §. i. quā in fraud. credit.

Mortuus. Moriturus lege, ita vulneratus est seruos, vt eo ictu certum esset eum moriturum. ff. ad leg. Aquil.

Mortuus pro occiso. Mortuus, l. sed si prior iudicio. ff. ad leg. Aquil. vbi primū dicit mortuo, postea occiso seruo, pro extingendo capitur: idq; siue naturali morte, seu quia fuerit occisus, mortem obierit. facit l. qui mortui. & l. si quis sic. supra eod.

Morticina. Hinc morticina, l. penul. §. si. ff. de via publica. ibi, non autem permittunt rixari in viis, neque ster cora proiicere neq; morticina, id est res mortuas, corruptas. ibi quoque prohibetur quis iacere carū mortuum, gallinam, aut aliam rem mortuam in viam publicam.

Mortalitas pro morte. Mortalitas pro morte, in l. si. ff. ad legē Iul. maicista. ibi, extinguitur crimen mortalitate. iuncta l. defuncto. ff. de public. iudic. l. penul. ibi, subtrahitis mortalitate.

Seruitus mortalitas comparatur. Seruitutem mortalitatis comparamus, l. seruitu tem. ff. de reg. iur.

Mortale. Mortalem rem, l. verum. §. sciendum. de minorib. ff. ibi, neque enim est captus minor emendo sibi rem necessariam, licet in mortale.

Mortiferum. Mortiferum, mortem ferens, l. qua actione. §. sed & si quis seruum. ff. ad legem Aquil. ibi, sed & si quis seruum agrotum leuiter percussit, & is obierit, recte Labeo ait lege Aquilia eum teneri, quia aliud alij mortiferum esse solet. d. l. ita vulneratus. §. i. versic. igitur si quis seruo mortiferū vulneris inflixerit, id est lethale. ibidem. & mortiferē vulneratus, l. ait lex. ff. eod.

VLP. PLAN. LIB. XV. SENATVS-CONSUL. Lex clxiiij.

Nomen filiarum & in posthumam cadere, quaestio non est: quamuis posthumæ nomen non bene cadere in eam, quæ iam in rebus humanis est, certum sit.

Explicitio text. Hæc lex vtilis est, tres continens partes, prout tria dicta cōplectitur. 2. ibi, portionis. 3. ibi, habere.

Prima pars vult appellatione filiarum venire posthumam, licet posthumæ nomine iam nata nō cōtineatur. Ratio dubitandi sumi poterat ex l. non est pupillus. supra eod. vbi nō est pupillus qui in vtero est. Ad hæc hoc decisum fuisse filij nomine cōtineri posthumam, quædam tamē esse poterat dubitatio an quoque filia nomine posthumæ comprehenderetur. Quamobrem Iuriconsul. hoc dubium tollere volens, dicit, quod sicut nomē filius cōprehendit posthumum, sic nomen filia, posthumam. hoc confirmat Imperator in §. fin. qui testat. tutores dari possunt, sic inquis: Si quis filius sit, vel filii tutores dederit, etiam posthumæ vel posthumæ deesse videtur: quia filij vel filia appellatione, & posthumus & posthumæ continentur. Quod poterit cōferre ad intellectum tex. in fæmi-

nino sexu loquentium, vt l. posthumæ. ff. de liber. & posth. Insuper aduertendum est quod licet nomine posthumæ, iam nata non contineatur, quæ posthumæ non est, tamen si quis posthumis tutores dederit, ijque eo viuo nascantur, vtilis dario fiet. l. Si quis ita. in fi. ff. de testam. tute. ea ratione quod de his testator sensisse videtur, & quod posthumi dicantur, id est post testamentum patris nati, vt statim dicitur. nec obest l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posthumis. quia hoc est propter testantis ignorantiam, secundum doct. Ego verò dicerem ibi id ea ratione inductum, quia testator scripsit heredē illum, quoniam vtero erat, nesciens iam natum: vnde si natus sit, ratione præsumptæ voluntatis testantis erit institutus. Ad hæc ibi non est vsus testator verbo posthumus, quicquid dicant doct. sed tantū scripsit, id quod in vtero erat, vt liquido appareret ex verbis textus.

Notandum est tamē posthumi appellationem intelligendam esse de legitimo & naturali. tex. singulari. in l. placet. in fi. ff. de liber. & posth. quod declarat Alexand. & Hercules. in l. ex facto. §. i. col. 18. ff. ad Trebellia. & Benedic. in verb. & soboles. nu. 14. c. Raynuius. de testam. Non refragatur lex, quod si nepotes. in fin. ff. de testam. tutel. ibi, plane si posthumis tutores dederit, tam filij posthumi quæ ceteri liberi continebuntur, videlicet nepotes nascuntur, non vero nati, vt exponit ibi glo. & in §. fin. qui testam. tutor. dari possunt, quod suadet ex verb. ceteri liberi, non dicit ceteri filij, ad hoc vt demōstraret etiam nepotes nascituros venire sub nomine posthumi, & noluisse illo verbo ostendere filios natos cōprehendi. Et hoc declarat Theophi. in d. §. si. vbi dicit, quod si testator dixerit posthumis tutorem, tunc quicumque postea natus fuerit, siue filius siue nepos sub eo tutore qui datus est erit. hodie in libris recentioribus cōperito sic, Plane si posteris, & non posthumis. Ac appellatione quidem posterorum non erit dubium ex gemina sua significatione postumos venire. l. i. ff. de iure inhumanita. Sed magis videtur esse primus intellectus.

In summa notandum est, quinque modis posthumum dici. Primum dicitur posthumus, id est natus post humum, id est mortem patris: & vere ac proprie, l. 3. ff. de iniusto. & per totum fere titul. de liber. & posth.

Secundò natus post testamentum patris, ante tamen eius mortem, d. l. 3. ff. de iniusto. & l. filius à patre. §. i. ff. de liber. & posth. & aliis modis quos superius retuli: & videre poteris glo. ordinariam in rub. de posth. heredib. insti. C. Ioan. Macia Rimi nales in l. posthumo. col. r. c. de bono. possesio. contra tabul. Vnde inferitur, quod si quis tutorem filibus dederit, & posthumis dedisse videatur, quia filiarum appellatione, & posthumæ continentur, l. Si quis filibus. ff. de testam. tutel. nisi dixerit, filibus quæ tutoribus indigent, illis tutores do: cum non egeant tempore testamenti, dedisse non videtur: vt consuluit sub dubio ramen Bal. confi. 472. illa verba. in §. vol. Sed ego dicerem illud verbum presentis temporis accipi etiam pro futuro, vt scripsi in l. verbum oportebit. supra eod. vt testator censetur his filibus dedisse, quæ nunc indigent, & his etiam quæ postea indigebunt, & quæ diu egebunt: nempe etiam ventri datur curator, eadem ratione posthumo, si egeat, vt in l. Si ventri. ff. de curator. bonis dand. Si enim hoc casu interrogatus fuisset testator, verisimile est quod ita respondisset, vt docet l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posth. Sed & si quis filia dederit tutore, & posthumæ: sed non pluribus dedisse videtur, l. Herennius. vbi scripsi, supra eod.

Posthumi etiam dicuntur qui post patris testamentum nascuntur.

Explicitio l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posth.

Posthumi appellatione de legitimo & naturali intelligi debet.

Posterorū appellatione etiam posthumus veniunt.

Posthumus quot modis dicitur.

Posthumus pro eo qui post testamentum patris natus est.

Filiius in tutorem qui dat. & posthumis dedisse videtur.

Ita quoq; si quis legauerit filibus, & posthumis legasse videtur, l. qui filibus. ff. de lega. r. quæ tex. intelligunt iuris interpretes, si testator mentionē posthumæ fecerit in aliqua parte testamenti: alias non. Ego verò dicerē vtroq; casu, quod siue testator fecerit mentionē posthumæ, siue non, filiarū appellatione posthumæ continebitur, vt hic.

Nec refragatur d. l. qui filibus. ibi, Si mentionem aliquam in parte testamenti posthumæ fecit, videtur in filiarum legario & de posthumæ sensisse. Ergo dicunt doct. à contrario, si non habuerit mentionem, non continebitur posthumus Resp. sapienter & in multis iuris articulis cessare argumentum à contrario, vt scribit las. in authen. ex testamento, per illum tex. C. de collatio. Per subauditiones enim, & repetitiones tacitas iura non sunt reuocanda. glo. singulari. in c. cupientes. §. quod si per viginti. de electio. in 6. Argumentum vero à contrario, subaudiunt intellectus. l. 2. vbi glo. & Doct. C. de condit. insti. ff. in l. i. ff. de offic. eius. Et demum in illo tex. argumentum à contrario procedere, nec tamen adhuc obstat: quippe dum dicitur testator videri sensisse de posthumæ, si mentionem fecerit, ergo nisi habuerit mentionem non sensis, fateamur, igitur filia nomine posthumæ non veniet: non sequitur, nam posthumæ venire dupliciter potest, nempe vel ex testantis expressa voluntate, vt cum de ea facta est mentio in aliqua parte testamenti, quemadmodum in nostro tex. Aut ex expressa legis dispositione, vt hic quoque, & in l. Si quis filibus. & aliis iuribus superius allega. Sicq; plura possunt iura contrariari à nostris hæcenus in interpretibus valde controuersa. Aliter Alcia. lib. 8. Parerg. c. 13. dissoluit, causando Iurisconsultum secundum sua tempora locutum esse. Sed quod suū videtur satis intellectū reprobare, est, quod ibi in legato dando nō agebatur de exheredatione filia, vel de obliuione, seu de institutione, vt ipse asserit. Vestrum erit iudicare. Ad nostræ confirmationē opinionis id sufficiat, quippe dum ex legis expressa dispositione veniat posthumæ, intantum hæret tacita defuncti voluntas, vt videtur id dispositū esse quod lex vult. l. Si duo. ff. de acquirit. hered.

Filiius qui legat, & posthumis legasse videtur. Ad l. qui si filibus. ff. de leg. r. argumentum à contrario in sepe in tute cessat.

Alcia. opinio improbabilis in l. q. filibus.

Libertas post humo nato impedita.

Stipulatio sibi liberis que fuit de posthumis etiam intel legu. Cōditio si deus siue nescitis, non extat post humo relicto.

Posthumæ in legatis filiarum appellatione veniunt. In emphiteusi & post humo loco filiarum veniunt.

quatur de liberis in potestate. l. i. & si. ff. de assignatio. libertor. Sic appellatione filiarum posthumi & posthumæ continebuntur, d. l. Si quis filibus. ff. de testam. tutel. & sic authen. ex causa. loquens de filiis, habebit etiam locum in posthumis. Bart. & alij in d. auth. ex causa. C. de liber. præterit.

Vnde si filij admittendi sint ad retractionē, & posthumi admittentur postquam nati fuerint, vt pulchre docuit Do. Tiraquel. in suo tract. de retract. §. 1. gl. 9. nu. 78. & seq. reprehendens Decium contrarium tenentem. Et ita generaliter dicerem in aliis dispositionibus appellatione filiorū posthumos & posthumas contineri.

Ne tamen fallat te generalitas regulæ: primò nō procedit cum esset diuersa ratio inter posthumū & iam natum. Bar. & alij in d. authen. ex causa. vnde filius iam natus exheredari potest, quando causa ingratitudinis cōmissit. §. aliud quoq; vt cum de appella. cognoscit. colū. s. diuersum est in posthumo qui nō potest causam ingratitudinis cōmittere: vnde propter rationis diuersitatem, absurdum visum fuit eum exheredari qui non deliquit, licet iure Digestorum aliud caurum sit.

Secundò si propter beneficia legaretur aliquibus natis non venient posthumi vel posthumæ: si quidem mereri nō potuerunt. Bar. in d. l. qui filibus. Cum igitur huiusmodi ratio esset in contrarium, vel coniectura vel absurditas, proculdubio filiarū appellatione posthumæ non venient: alias secus. ideoque allegans causam contra posthumū, eam probare debet. Et sic intelligenda est illa decisio Aufferij q. 190. & decit. cōmunis, teste Curtio in d. authen. ex causa. nu. 15.

Tertio quando constaret de contraria mente, d. l. qui filibus. de lega. r. vbi Doct. & ego superius explicauit: vnde quādo testator dedisset tutores filii iam natis, posthumo dare nequaquam censetur, cum in contrarium constet voluisse dare natis tantum: quemadmodum si pro meritis id egisset, vt superius dictum fuit. facit l. qui quartam. in fin. ibi, vt etiam de posthumæ sentiret. ff. de lega. r. Si ergo non sentiret de posthumæ, & de illa mente appareret, nō venire posthumæ, d. l. qui filibus. §. r. ibi, nisi euident sit contraria sententia testatoris.

Quartò vitatur in odiosis: vt si quis se obligauerit ad pacem seruandam pro se & filiis, non intel legitur de posthumis, l. si quis ita. ff. de testa. tutel. Bal. in d. c. inquisitioni. in fi. de appell. quāuis enim fauorabile videatur seruare pacem, secundū Corset. in suo tract. de potesta. Regia. in q. de priuileg. pacis, tamen odiosum est respectu obligatis se ad tantam rem obligare. Sed familiaris exemplum esse potest, vt si statuto cautum sit, quod filij homicidæ in exilium pellantur, intelligetur odij ratione de natis homicidij tempore: nisi aliter fuerit expressum, non vero de nascituris, vt in l. quisquis. §. i. C. ad legem Iul. maicista. alia de posthumis plenius videre poteritis in titul. de liber. & posth.

Quamuis, hic pro licet, et si, & in l. verbum illud pertinere, & l. pronuntiatio. infra eod.

§. Portionis nomen non semper dimidiam significat, sed prout adiectum est. potest enim iuberi aliquis, & maximam partem, potest & vicissimam, & tertiam, & prout liberit: sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur.

Portionis appellatione venit dimidia, nisi alia expressa fuerit, vt tertia, vicissima, vel alia quælibet pars.

Posthumæ etiam ad retractionem admittuntur.

Limitatio quibus posthumus filij nomine non veniunt.

Filius exheredatus propter ingratitudinem posthumus non continebitur.

Legatum quibusdam propter beneficia relicta, ad posthumos non extenditur.

Elynomine posthumus non continetur. Ex iure te restatoris.

In odiosis filij nomine posthumus non continetur.

Portio & pars idem. Cum idem sit portio & pars, vt probat Papinia. in l. Si Titio. ff. de usufruct. vbi primò vocat partē, postea portionem: & l. fin. de exceptio. rei iudica. l. ita liber. de statuliber. l. Sed nō esse. de iniur. & portionem damni vocat Iurisconsultus. in l. 2. §. 1. Ad legem Aquil. igitur idem iuris censendū erit in parte quod in portione. per Letiam. ibi. Si tamen non sit specialiter facta partis mentio, dimidia pars bonorum continetur. ff. de usufruct. l. Si ex duobus. iudica. folui. l. Si seruus cōmunis. §. 1. de furt. c. vnic. de feud. aliena. vbi sic dicitur. Si clientulus voluerit partem suam feudi alienare, id est mediam. Vlpia. in l. is qui in pureum. ff. quod vi aut clā. Et qui decem debet, partem soluendo in partem obligationis liberatur, & reliqua quinque sola in obligatione remanent. l. Si stipulatus. §. 1. de solutionib. l. Aemilius. ff. de minorib. vbi in princ. dicit partem venditam, postea dicit partem mediam.

Principiū dimidium totius. Ratio patet, quia principium videtur esse dimidium totius. glo. in l. 1. ff. de orig. iuris iniquiens. Dimidiū facti qui bene coepit habet. hoc tradit Do. Tiraquel. in reperit. l. Si vnquam. in verbo, omnia. nu. 8. de reuocand. donatio. Aut quia nulla pars est magis equalis quam dimidia. Bal. & Jacob. in l. de ætate. §. si interrogatus. ff. de interrogator. actio. Si quidem pars dicitur à pari, quod patres simul iunctæ pares sint, vel æquales toti, vel quod à toto parta sit, & sic à pario deducitur, teste Isidor. lib. 17. Etymolog. in fi. vt refert Lucas in l. 2. col. 2. de meta. & epid. lib. 12. C. Vnde iustus rem inter aliquos partiri, intelligitur vt per medium diuidat. l. vbi. §. 1. ff. ad Trebellia. nisi dicat partiri decimam, vel tertiam partem aut aliam. cap. maiores. vbi gloss. 16. quest. 7.

Pars unde. Ex quibus inferuntur sequentes effectus: vt primò, Si quis petat in libello partem bonorum Titij, intelligatur de dimidia. l. Si in rem. in glo. totā. ff. de rei vindica. in praxi tamen instante parte cogere actor declarare (ne in incerto vagetur) quā partem peteret.

Partem petens, quid intelligi debeat petere. Secundò, Si testator legauerit mihi partem domus, vel hereditatis, intelligitur de dimidia, l. plane. r. §. fi. iuncta glo. ff. de lega. 1. & multiplex est pars, vt docet Philosoph. lib. 5. metaphisic. & Bar. in l. si mater. §. Si quis iter. ff. de exceptio. rei iudica. & Dec. in regul. in toto. de regul. iur. Superius dixi in l. recte.

Parte domus vel hereditatis locata, quid intelligatur. Tertiò procedit etiā in pœnis: vt cum dicitur, Qui filium suum subtrahit militie belli tempore, exilio, & bonorum parte multandus est, l. qui cum vno. §. qui filium. ff. de re militar. & qui abortionis causa poculum dant amatorum, et si dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegatorum, l. Si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis.

Parte bonorum damnatus, quid solvere debeat. Quartò depositio testium deponentiū de parte, intelligitur de dimidia: nisi aliter fuerit declaratum. ita consuluit Bal. confi. 54. casus breuis. colū. vlti. in l. vlti. quamuis testes plane deponere debeant, & eam partem declarare, ne sit in ambiguo. Ias. in l. non hoc. C. vnde legitimi. plene Decius in c. in presentia. de probatio. Scripsi in tract. de reprobata. & salua. testium.

De parte deponētis, quid intelligatur exprimeri. Quintò, intelligitur etiam si testator non habeat nisi dimidiam partem domus, & legaret partem suam domus, vt tunc quoque videatur illam ipsam dimidiam legasse: si de alia mente non constaret. Bar. alij in l. serui electione. §. cum fundus. ff. de lega. 1. vbi de Ripa, quia bonum est argumentum de toto ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vindica. l. Lucius. iuncta glo. de lega. 1.

Pars in statu. Sexto etiam hoc intelligitur in statutis, consue-

tudinibus, & ordinationibus, vt no. Bal. per illum tex. in d. c. vno. 2. no. de alienatio. feudi. & Ias. in d. l. plane. r. §. fi. ff. de lega. 1. vnde si dicitur in ordinatione, quod bona alicuius applicetur partim fito partim parti, diuidentur huiusmodi bona per dimidiū. Adhæc si pars cōdemnata sit ad viginti libras, quarum pars fito, pars altera parti applicetur, eodem modo diuidetur. Sicut videmus in constitutionib. Regiis nouissimis esse cautum: *Que la moitié des espèces des procès de commissaire sera baillée par l'une des parties, & l'autre partie par l'autre: & non pour l'extrait du rapporteur.* Et ita fuit cōclusum anno. 1514. die. 26. iunij inter Commitem de la Val, & Renatum Charbot. Sicque nonnullis in parlamentis, ac certis eorum classibus seu cameris est consuetum, vt litis enarrator dimidiā salariorum partem habeat, altera media diuidenda inter ceteros Consiliarios.

Septimò quoque locum habet, si in lege vel statuto diceretur, Certam partē soluat, vt intelligatur de dimidia. l. Si qui. C. de postuland. vbi gl. quia dimidia certa est, per istum tex. vnde vidi per hoc adiudicari dimidiā partem cuiusdā hereditatis pauperibus, in quorum fauorem testator ita disposuerat, Volo certam bonorum meorum partem ab executoribus meis dari pauperibus. Gallicè, *je veux que certaine partie de mes biens soit donnée aux pauvres de l'hospice d'icelle par mes exécuteurs.* Ias. in l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de oper. noui nuntiatio.

Interdum pro qualitate materiæ, certa, id est aliqua, cum in eo. ibi, tutor cum plerisque creditoribus decidit vt certam portionem acciperet. ff. de pact.

Octauò qui nuntiat opus nouum in parte, intelligitur de dimidia: sicut quando in re nuntiat intelligitur de tota, l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de noui oper. nuntia. vbi Ias. & alij.

Nonò, interrogatus an sit heres, si respondeat se pro parte herede esse, intelligitur de dimidia, l. de grate. §. si interrogatus. ff. de interrogator. actio. Bar. confi. 124. punctus quæstionis talis est, Dominus p. in r. q.

Decimò, si coheres fuerit condemnatus soluere partem impenditorum, intelligitur de dimidia, si duo erant: si plures, pro virili. l. inter. §. si. ff. fami. ereiscund. vbi etiam Floria. hoc asserit.

Vndecimò, si in instrumento dicitur solutionē esse factam pro parte, intelligitur de dimidia, vt cōsuluit Bolog. confi. 42. pro tanto viso. colū. vlt. per istum tex.

Duodecimò, se dicens electum ab vna parte, intelligitur de dimidia. glo. in c. si priuilegium. 28. dist. finet. vnde alias in forensi iudicio fuit decisum, Quòd si sententia vel arresto caueatur sic, *L'vne partie ou portion sera appliquee au Roy, l'autre aux pauvres,* intelligitur de dimidia.

Sæpe verò Iurisconsultus. ad maiorem elucidationem exprimit partem, siue portionē dimidiam: aut si hoc necessarium sit, vt in l. Lucius. §. filiam. ff. de leg. 2. Vt igitur facilius res intelligatur, hoc sæpius fit, vt Iurisconsultus ait in l. insula. in fi. ff. de acqui. rerum domi. & in l. qui habebat. de manu miss. testam. & Papa in clem. vt hi qui. de ætate & qualita. l. Aemilius. ff. de minor. l. si pœnæ. §. si falso. ibi, partem dimidiam. de condict. indeb. l. 1. in fi. de Salu. interdic. l. 1. in fi. de bonis damnator. l. penul. de iure fisci.

Interdum media pars exprimitur, l. 3. §. si in locis fiscalibus vel publicis thesauri reperi fuerint, Diui fratres constituerunt, vt media pars ex his fisco vindicaretur. ff. de iure fisci. §. thesauri. Insti. de rerum diuis. & in l. triplici. supra eod.

Restringitur verò hæc regula certis casibus, primò, Cū quis esset rogatus portionē suā restituere, quia

tutis, &c. p dimidia.

Salaria q summi curis dento, quomodo de uidi debeant.

Certa partem soluere damnatus, quid soluat.

Certa pars, id est, aliqua.

Nuntiam opus nouum in parte intelligit de dimidia.

Pro parte heres, id est, p dimidia.

Coheres pro parte damnatus.

Solutio facta pro parte.

Electus ab vna parte.

Pars dimidia.

Media pars.

Pars non nuntiamus toto.

quia tūc intelligitur de tota sua parte, quātaequeque sit, nec non præceptiones continebuntur. l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Trebellia. quem no. Roma. singul. 172. tu habes rex. facit rex. in l. alim. tra. in fi. ibi. pro iua parte. ff. de alimen. & cibar. lega. etiam totum continebitur, per l. pater. §. filiam. ibi, virilē partem. de lega. 3. vt scripsi in l. virilis. supra eod.

Portio sua. Nisi expresse diceret quis portionem suam ex parte, vt in l. stipulationum. §. si. ff. de verbor. obligatio. ibi, portionem suam ex sorte soluerit: & tūc intelligitur de parte quæ eum contingit pro numero personarum & debiti.

Portionem minima portio. Secundo limitatur, cum diceretur de portiūcula: tunc enim non veniret media, sed minima etiā particula sufficeret. l. 4. §. 1. ibi, vt portiunculam contentus sit. ff. de vsu & habita. l. si quis deferta. C. de omni agro deserto. lib. 11. intelligatis pro qualitate negotij.

Particula idem. Idem in dictione particula. l. si quis fundum. ff. de acquir. postest. & l. 2. vbi Bar. C. quand. & quib. quarta pars debeat. libr. 10. & Coriet. singul. incipien. pars. l. si autem. ff. de aqua pluuiæ arcend. l. inciuile. de legib. interdum addit Iurisconsultus. minimam portiunculam. l. & si non totam. ff. si quis omnia caus. testam. vel ait, particulatim, vt in l. tutor. §. 1. ff. de vsu.

Partiūculamque. Idem si diceret quātaequeque: de minima enim intelligitur, l. domum. §. si. ff. de contrah. emptio. ibi, si vero quantacunque pars ædificij remaneat, sta re venditionē, & videri orem emptori quod interest restituere. vel si diceretur quantacunque vel modica particula. l. si finita. §. sed & si in plures. ff. de damno infect. ibi, ceterum si modica particula ædiam amplissimarum vitium faceret. ita si dicatur de parte paruula. l. habitatores. ff. loca. ibi, aliquam partem paruulam in cōmodi sustineret: vel si dicatur vlla pars, tunc etiam & de qualibet minima intelligitur, l. recte dicimus. supra eod.

Pars paruula. Idem quoque si diceretur aliqua pars, vt tunc etiā minima continetur, l. locus. supra eod. authē. habita. vbi plene scripsi. C. ne filius pro patre. l. & ideo hæsitatur si aliqua pars insulæ facta sit, deinde incendio consumpta. ff. de verbor. oblig. glo. singul. in clem. vna. de foro competen. & ibi addidi, facit l. si ex asse. ff. fami. ereiscund. Bal. in l. col. penul. C. de inofficio. donatio. Panor. in cap. super eo. no. 2. de eo qui cognouit consangu. vxoris sue.

Pars aliqua. Idē si diceretur quælibet pars. l. si cui. ibi, vide licet per quamlibet eius partem ire, agere licebit. ff. de seruitu.

Pars quælibet. Aut si diceretur, reliqua pars, l. si mihi. §. si. in fi. ff. de lega. 2. l. cum empto. §. 1. de damno infect. l. emptor. pro emptore. Seu reliqua portio. l. fin. C. de debitor. ciuit. lib. 11. l. Lucius. ff. de iure fisci: vel alia pars. l. ostentum. supra eod.

Pars reliqua. Adhæc si diceretur, eam partem quam intrauerit quis, tantum possideat: tunc solum de eo quod occupauerit intelligitur, l. quod meo. §. si. ff. de acquir. postest. vel pro portione suæ partis habeat, & in l. 4. §. si. ff. de verbor. oblig.

Pars virilis. Vel si diceretur virilis, æqualis intelligitur, in l. Paulus. 2. ff. de re iudica. vt dixi in l. virilis. supra eo. l. inter eos. in princ. de fideiussor.

Pars quanta. Idem si dicatur ex tota parte, l. argentarius. §. edi. ff. de edendo. ibi, sed vt ea sola pars rationum inspicatur. &c. Idem si sola pars, l. qui cum tutoribus de sola portione administrata tutela suæ egerat. ff. de transactio.

Partiūcula. Idē si diceretur rata portio, vel pars, l. si seruus. §. si. ff. Si quis cautio. ibi, pro rata portione. l. adhuc. de usufruct. ibi, pro rata portione pretij soluti.

Rata portio.

Idē si pares partes, lege si, ibi, pares partes prosequuturos heredes. ff. si fami. furt. fecisse dica.

Tertiò non procedit, quādo lex prohiberet totum & partem, tunc etiam minimam videtur cōprehendere. l. ea quæ in partes diuidi non possunt, solida à singulis heredibus debentur. ff. de regul. iur. tex. in c. auaritia. iuncta glo. in verb. pro parte. de elect. in 6. licet doct. aliter intelligant. vnde electo prohibetur ante confirmationem administrare, d. c. auaritia. ne gerat totum episcopatum, in quo electus est, nec partem etiam minimam: dicit ibi glo. allegans l. si seruus. §. si quis seruus. ff. de acq. heredi. quia negatiua totum negat. l. hoc genus. ff. de cōditio. & demonstra. vbi glo. no. in l. Si sic stipulatus. vbi Ias. de verbor. oblig. cōprobat etiam l. recte. & l. sequens. supra eo.

Quartò flectitur regula, cum de contraria mēte præferentis apparet: vt si quis duas partes rei petierit, tunc facienda erit diuisio rei in tres partes tex. expressus nondum ad hoc ponderatus in l. nominationum. C. de decurio. libr. 10. l. Neratius. ff. de religiof. & l. veluti. ibidem. c. indemnitate. §. si vero. de elect. in 6. vbi Ancha. & alij, & idem Ancha. in c. extirpand. de præb. vbi dicit quod appellatione quartæ partis, venit quarta pars totius rei. Barba. in c. 1. col. 4. de testam. Perus. in c. 2. §. 1. in fi. de decim. in 6. Quamuis contrarium Bar. teneat, vt petēs duas partes, videatur per iustitiam duas ex duodecim. l. interdum. §. 1. ff. de heredib. insti. & in l. qui non militabat. §. Lucio. ibid. Baner. in §. hereditas. col. 1. de heredib. insti. in Institut. refert cōmunem mundi consuetudinem seruare cōtra decisionem Bar. nempe solent cauri dicanici sic distinguere, Petō duas partes ex tribus totum cōficiētibus: Gallicè, *dont les trois font le tout.* quod ego probarem ad euitandam huiusmodi ambiguitatē. Si tamen simpliciter diceretur, adhærere primæ sententiæ vt de duabus partibus intelligeretur quod tres totum facerent. l. 3. & seq. ff. quod cuiusque vniuersita. nomi. l. pars. de acceptila.

Sextò non procedit ratio incertitudinis: vt si testator leget eam partem domus, quā solitus est inhabitare, tota domus solita inhabitari veniet: si videlicet incertum sit quam partem inhabitauerit, verisimile enim est quod totam inhabitabat dum nullus alius ibi degeret. l. vxori. in princ. ff. de lega. 3. Philip. Perus. in d. c. 2. de decim. in 6. Aluaro. in c. cum autem. col. 2. de controuers. inuesti. vt potius actus valeat quā perca. l. quotiens. de reb. dub. Alexand. & Ias. in l. serui electione. ff. de lega. 1.

Septimò restringitur, cum in lege vel statuto portio vel pars illa declararetur: vt pote si diceretur, minor dimidia, vel portio 11. vt in l. domum. ff. de contrah. emptio. vel maior, l. 3. supra eod. in fi. & l. maiore parte anni. ibid. l. Aemilius. ff. de minor. vel tertia pars, l. 1. de vi priua. aut decima pars exprimeretur, l. Athales. ff. de fall. l. penul. C. de met. l. 1. it. idē si alia pars exprimeretur, l. de impub. §. & si ex disparibus. Insti. de vulgar. quamuis Ias. in d. §. qui nuntiat. dicat illum tex. in d. l. domum. & §. si. Insti. de vulgar. loqui in parte visibili, in qua nō venit dimidia, secus in parte inuisibili. Sed contra hoc sunt multi tex. primò tex. in l. non intelligitur. §. si. ff. de iure fisci. loquens de thesauro, qui reperitur, est res visibilis. De re quoque visibili loquitur l. edicto. in princ. & §. 1. ibid. & oēs fere tex. superius allegati, de re visibili loquuntur, & l. quotiens. ff. ad Trebellia. l. si patronus. de donatio. aliaque in finita iura. Idem si diceretur quinta portio, vel pars, vt nec tunc intelligamus de dimidia, l. forori. ff. si pars hereditat. petat. vel tertia pars, vt in l. cum emancipatus. §. si pater. vbi ter vocat tertiam portionē. ff. de bonor. postest. contra rabul. & in l. 1. §. si pater. 3. de coniung.

Pars partus. Pars toto adun. Inq. conuenit.

Partis nomine ex mēte proferentis intelligendum. Una partes cum petuntur, quid veniat. Quarta appellatione quid veniat.

Cautela di canonicorum in partibus mine usurpando.

Pars domus ratione incertitudinis quid cōprehendat.

Partis nomine restringitur.

Libere qd.

Libere, importat liberam voluntatem, id est, prout libere voluerit. Barr. in extrauag. ad reprimendum, in verb. videbitur. quomodo in parte maiest. crimin. procedat Matheilla. no. 13. & Barba. conf. 59. col. 12. in 2. vol. De his verbis & aliis denotantibus arbitrium boni viri tradit Iason in lege, si sic. ff. de legat. 1. & in §. in bonafidei. Institutionibus, de actionibus.

§. Habere, sicut peruenire, effectum accipiendum est.

Ex hoc text. elicitur verba habere, & peruenire cum effectu accipienda esse. effectum intellige non momentaneum, sed alicuius utilitatis, vt infra dicitur, quod videlicet vere habeat, l. sed & si. §. item si iurauero. de iureiur. facit l. stipulatio ista. §. quasi. ff. de verb. oblig. quemadmodum is habere dicitur, cui de iure licet habere, & a quo auocari non potest, l. non videtur. ff. de acquir. possessio. Specula. in tit. de emptio. §. 1. versic. ad euidenciam. Effectus igitur est vt rem habendo liceat de ea disponere: nempe qui in aliena sunt potestate, rem quidem peculiarem tenere possunt, habere autem & possidere non possunt, l. possessio. §. 1. ff. de acquir. possess. & inanis est petitio quae sine effectu foret. l. quod vulgo. in fi. ff. de bonor. possess. contra tabul.

Explicatio text. Habere qd dicitur.

Excludere.

Contrario etiam excludere est cum effectu, vt ait Iurisc. in l. si non mortis. in fin. de inoffic. testam. ff. Er cum effectu non potest res distrahi donationis causa inter virum & vxorem. l. si res. 1. ff. de iure dotium.

Peruenisse cum effectu quado quod dicitur.

Item illud peruenisse cum effectu dicitur non prima ratione: idcirco quod legatorum nomine quis praestiterit non videtur ad eum peruenisse: sed & si quid alieni aris est, vel cuius alterius oneris hereditarij, peruenisse merito negabitur. l. 2. §. illud. ff. de heredita. vel actio. vend.

Arctum. Vacatio sub iure regali facta, sine effectu.

Verum peruenisse dicitur quando factus est locupletior, l. virum. in princ. ff. de petio. heredit. & superius dixi in l. aliud. §. fin. A simili possumus adducere quod anno 1368. die 7. Aprilis decem fuit, vacationem subiureregali factam non fuisse cum effectu, iuxta cap. generali. de electio. in 6. nam licet papa voluisset transferre episcopos Carnotens. & Suesion. tamen translatio cum effectu facta non erat, quia translati non consenserant, vt patet in registris consilij Curiae Parlamenti Parisiensis.

Ad elem. vnic. de offic. vic. Paroecialis non dicitur quis nisi habeat paroecianos.

Ex quo infertur primo ad intellectum cle. vnic. de offic. vicar. volentis, quod si quis habeat ecclesiam paroecialem, eam per ademptionem vicariae perpetuae vacare, quando illa ecclesia erat paroecialis actu, quia verbum habere cum effectu accipitur: vnde non dicitur actu paroecialis, nisi habeat paroecianos. Sicque per ademptionem secundi beneficij curati habitu non vacat primum, nec tenebitur qui beneficium tale habitu tantum curatum habet, promoueri intra annum, iuxta cap. licet canon. de electio. in 6. ita asserit Bonifacius Vitalis in cle. vnic. quaest. 2. post Anchar. & alios. sic quoque paroeciales ecclesiae non habent paroecianos, si sint in villis muratis, non sunt affectae graduatis, vt scripsi in tract. nominationo. quaest. 16. num. 23. quippe non paroeciales cum effectu.

Habere is dicitur, qui vere habet. Collator qd mandato grauari non potest. Clericus de fereis vestibus suspendatur per annum.

Secundo habere dicitur is qui vere, & cum effectu habet: ideo si per fictionem habeat, non dicitur habere. vnde mandato grauari non potest collator, qui non est beneficium habet collationes, & actionem ad collationem decimi, vt scripsi per istum text. in §. 1. in verb. habentem. de manda. in concordia.

Tertio clericus deferendo vestem virgatam, vel patritum, si dignitatem habeat vel obineat, erit suspensus per annum, si dignitatem.

de vita & honesta. clericor. intelliges, inquam, habere, quando titulum & possessionem habet, & sic cum effectu, vt dicit ibi Cardinal. q. 2.

Quarto non dicitur quis hereditatem habere, quam est alij restitutus. lege, aliud. supra eodem. Etrideo si de hereditate quam quis habet, teneatur soluere gebellam, de hac non soluet. nec enim cum effectu eam habet. Bal. in l. data opera. col. 9. nu. 45. cum seq. versic. 6. de accusacionib.

Quinto facit, quod si quis alere teneatur aliquo, donec habeat bona vel beneficium, intelligitur vt cum effectu habeat, id est percipiat fructus, vel percipere possit, teste Ioan. Andr. in cap. si tibi concessio. de praebend. in 6. allegat l. fideicommissa. §. si filio. de lega. 3. & Aret. expresse in lege. centurio. col. vlt. ff. de vulg. lilo igitur anno quo nihil recepit non dicitur habere, quippe non habet cum effectu. Ita si quis velit relinquere domum rebelli, debet dicere: lego tali fundum vt eu habeat: tunc si quidem non debetur nisi cum factus fuerit capax. Cepol. caurel. 122. not. tut. Et dispensatus vt habeat duo beneficia, intelligitur de primis, cum effectu tamen: vt scripsi in praxi benefic. in forma dispensatio. in verb. vel dissimili.

Sexto intellige siue habeat ex persona sua, vel alterius, contra Aiciat. ideoque habens ex persona filij vel serui dicitur habere cum effectu, quia patri vel domino acquiritur per eos, l. placet. ff. de acquir. heredita.

Septimo habere dupliciter accipitur, l. habere. infra eod. vbi dicitur, & scripsi in l. id apud. supra eod. & vulgo dicimus auoir reauement & de fuit, quae verba declerant in tract. de literis obligator. art. 1. in glo. reauement.

Octavo Iulianus ait, quod interest quadruplari solum. Et ideo cum quis causa fideicommissi 40. debebat, si trecenta promiserit per vim, & soluerit, ducentorum sexaginta quadruplum consequitur. in his enim cum effectu vim passus est. l. si cum exceptione. §. Iulianus. ff. quod met. caus.

Nono obligatio cum effectu accipitur. l. quauis. §. si mulier. ibi, non immerito cum non obligata cum effectu successerit. ff. ad Velleia.

Decimo reuocari cum effectu grauamen ab interlocutoria debet, antequam iudex in causa procedere possit post appellationem. capit. si a iudice. in fin. de appellat. in 6.

Vndecimo, si quis tenetur facere ratificare aliquem, facienda est haec ratificatio cum effectu glo. & doct. in l. huiusmodi. in princ. ff. de legat. 1. si tamen promittens vere & bonafide curauit vniuersitatem ratum habere, & quidem habuit, sed decretum non fuit interpositum, non tenebitur, vt consiluit Aret. consil. 143. ex facto. col. 4. versic. venio igitur ad primum, refert & sequitur Anto. Capit. in decision. Neapolit. quaest. 93. in 2. quaest.

Postremo inter factum & effectum differentiam tradit Iurisc. in l. si stipulatus. ff. de vsur. vide l. in hoc iudicium. §. fin. ff. pro socio. vbi effectu tollitur societas. Et effectu me vsum habere dicitur. in l. si vt certo. §. fin. ff. commoda. Adhaec si pacificatur socius ne partem suam petat, effectu tollitur societas. l. in hoc iudicium. in fi. ff. communi diuid. effectu nempe dicitur tolli societas, cum socius nulla communia habet bona, veluti contingit hoc casu, quo pactus est non petere suam partem.

POMPONIVS LIBRO QVINTO, ad Sabinum. Lex clxv.

Venisse ad heredem nihil dicitur, nisi deducto aere alieno.

Habere, redimatur no dicitur, cuius sub est comm.

Habere intelligitur quis sine ex persona sua vel alteri. Habere dicitur accipitur.

Quod interest solum quadrupla tur.

Obligatio cum effectu accipitur.

Gravamen ab interlocutoria in effectu reuocari debet.

Ratificatio cum effectu intelligenda est.

Effectus & factus quid differant.

Societas e facta quomodo tollitur.

Lex clxvj. In tit. de verborum signific. 567

Venisse ad heredi qd dicitur

Venisse dicitur quod deducto aere alieno superest: vnde rogatus restituere quicquid venierit, aut perueniat eum ex hereditate Titij, non intelligitur venisse ea quae creditoribus vel legatariis soluere oportuit: sed tantum id quod deductis oneribus peruenit, & remansit, l. cogi. §. 1. ff. ad Trebellianum. l. qui concubinam. §. 2. de legat. 3.

Beneficij va lor intelligitur deducit oneribus.

Ex quo infertur, quod in Regno in vim nominationis vel gradus non potest prouideri habenti ducentos florenos auri de camera deductis oneribus. Alioqui contra, vt scripsi in §. volumus. de colla. in concordia. & in tract. nominatio. quaest. 9. quia venisse dicitur id quod deducto aere alieno superest.

Adhaec cum tenetur quis exprimere verum beneficij valorem, licet non expresserit illud quod pro oneribus soluendum erat, gratia tamen non erit subreptitia, valebuntque nominationes. Ias. & alij in l. non amplius. de lega. 1. plene docui in tract. nominatio. quaest. 9. num. 35. quemadmodum vbi essent necessarii duo, vel tres clerici, vel sacerdotes, ultra rectorem, totum hoc esset in oneribus, teste Castad. decif. 19. dubitatur. rubr. de praeb. & scripsi in praxi benefic.

Sic ad iudicandum an aliquis habeat beneficii cum ex quo commode viuere possit, consideranda sunt onera beneficij, & deductis his oportet eum tantum habere quod viuere possit congrue, iura episcopalia soluere, & hospitalitatem exercere: alias congrua portio eidem erit assignanda, iuxta cap. de monachis. praebend. cap. primo, illo titul. in sexto, abunde scripsi in meo tract. de congrua portio.

Sic quando prouideretur consiliario ex nominatione Regia de beneficio quod sit valoris ducentarum librarum, intelligitur oneribus deductis, & aere alieno, per istum tex.

Decimano soluitur de oneribus.

Vltimo beneficiatus non tenetur soluere decimam papalem de oneribus: ideoque si dimidiam partem fructuum pro pensione debeat, non soluet nisi dimidiam partem, deducto scilicet aere alieno, vt consiluit Dec. consil. 156. statutum. Aut si soluerit, poterit deducere pensionario id quod soluit pensionis ratione. videte alia quae scripsi in l. subignation. §. bona. supra eod. & in tract. de pacific. possessio.

Venisse pro obuenisse.

Venisse, pro obuenisse potest hic accipi, vt nil ad heredem obuenisse seu peruenisse censetur, nisi deducto aere alieno.

Multam ex arbitrio iudicis venisse dicitur Iurisc.

Venisse ex arbitrio iudicis multam dicit Iurisc. in l. aliud est fraus. §. 1. supra eod.

Venire pro admitti.

Venire pro admitti, l. triplici, ibi, vt & Titius & Mauius veniant in partem dimidiam, & re & verbis coniuncti videantur. supra eod.

Venire rem in potestate domini videtur, & si eius vindicanda potestatem habuerit. l. potestatis. in fin. infra eod.

Venisse rem in potestatem domini in lege Atnia videtur, & si eius vindicanda potestatem habuerit. l. potestatis. in fin. infra eod. In hoc ventum est, ad hoc peruenimus, hoc conclusimus, l. minus. 2. infra eod.

Venire in ciuitatem.

Venire in ciuitatem notum est in l. 2. §. deinde cum placuisset. ff. de orig. iur. ibi post aliquot deinde annos, non sufficiente eo pratore, quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus est & alius prator qui peregrinus appellatus est, &c. In rem praesentem venire. l. rei appellatio. 1. supra eod.

Venire in rem praesentem.

In iudicium venire est ad iudicium accedere, & contra se agendi potestatem aduersario praebere. l. si cum. in fi. iuncta l. & si post tres. ff. si quis caurio. & res in iudicium venisse dicitur, quando super ea agi poterat & accedit. l. non potest videri in iudicium.

cum venisse id quod post iudicium acceptum accidisset. ff. de iudic. l. solemus. ibidem. l. item videndum. in fin. de pet. heredita. l. item veniunt. ibi. l. in mentem venire, in l. maxime. ff. de administr. tutor. notum est quid significet.

Venire in mentem. Euenire.

Euenire, contingere esse. l. pronuntiatio. §. 1. ibi, idemque eueniet in eo qui emancipatus est. infra eod. l. vt vim. ff. de iustit. & iure.

IDEM LIBRO SEXTO AD Sabinum. Lex clxvj.

Vrbana familia, & rustica non loco, sed genere distinguitur. potest enim aliquis dispensator non esse vrbano seruatorum numero: veluti is qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibique habitet, & non multum ablit a villico. insularius autem vrbano numero est. Videndum tamen est, ipse dominus quorum loco quemque habuerit: quod ex numero familiae, & vicariis apparebit.

Explicatio textus.

Haec lex duas habet partes, in prima declarat quae dicatur vrbana familia: in secunda verbum pernoctare, secunda ibi pernoctare. Igitur vrbana familia discernitur a rustica non loco, sed genere, id est conditione eius qui administrationi praest. id vero dignosci poterit, si dominus cum negotiationi rusticae praeposuerit, & ex vicariis eius: hoc dicit. De vrbana familia fit mentio in l. quasi sum. §. idem repon. domo. ff. de fund. instruc. quod prodesset potest. nam olim domini familiam vrbanam vni legare vel dare solebant, alteri rusticam, quae igitur vtraque sit explicatur hoc loco. Nostris quoque temporibus incidit quaestio non ab similibus de donatione facta a quodam ciue ruri moriente, qui ad ornatum celebrandarum nuptiarum pleraque bona mobilia rus detulerat, quae praefatus ciuis valitudine pressus donauit: videlicet neogamo supellectilem rusticam, vti villicari eidem foret liberum: alteri vrbana supellectilem. Quomodo igitur haec sint distinguenda monstrat hic text. & l. quemadmodum. de supellectil. lega.

Questio de quodam donatione facta.

Familia. Familia appellatio quid contineatur, elucidabimus in l. pronuntiatio. infra eod.

Et rustica non loco. Ex his verbis tex. elicitur, quod licet seruus domini cubicularius ruri degat, non tamen ex hoc dicitur rusticus, nec in familia rustica continebitur. Et quoad text. in l. 1. C. de capita. ciui. censib. eximend. li. ii. & in l. 1. C. ne rustici ad vllū obsequium deuocent. eod. lib. qui tex. multum obstant, dicendo habitantes extra vrbis muros, rusticos dici. Quibus respondere Lucas de Penna in d. l. 1. de capita. hoc esse quantum ad casum illius legis, quae loquitur de plebe vrbis Romae, quia proprie vrbani dicuntur, ceteri oppidani. Allegat Isidor. lib. Etymolog. 11. quod postea reprobata allegando l. 3. Cod. de feriis. nam de omni ciuitate intelligitur.

Conciliatio l. 1. de capi. ciui. cens. exim. & l. 1. ne rusti ad vll.

Ego vero dicerem rusticos vel rusticanos, ruri degentes vocari: vrbanos autem qui in vrbibus quibuscumque, & ciuitatibus, dummodo sint liberi, per d. l. 3. ibi, omnes iudices, vrbanoq; plebes, &c. l. 2. §. initium. in fin. ibi, vrbana plebs. ff. de orig. iur. nam voluntas & habitatio constitunt domicilium, leius in fin. ff. ad municipalem. Et serui non habent voluntatem, sed de pendet eorum voluntas a domino.

Rustici qui. Vrbani qui.

Voluntas et habitatio constitunt domicilium.

mini voluntate, sicut religiosi ab abbate, cpa. si re- ligiosus. de elect. in 6. quod est verum, si ibi degant, & domicilium habeant, aut opera rustica exerceant: secus si tantum ad tempus ibi morati fuissent.

Familia urbana in quo differt à rustica.

Non igitur inter seruos dicitur familia urbana loco: sicut nec econtra locus vrbis reddit agricolam urbanam, necesse facit de familia urbana: sed genus & conditio negotiorum facit aliquem inter vrbanam vel rusticam familiam connumerari. Quoniam igitur summa erat difficultas hæc dignoscere ex domicilio: quandoque enim seruus debebat ruri, quandoque in ciuitate: nil mirum si Iuriconsul. facilioris distinctionis gratia considerauit genus, opera & officia, quibus præstant: vt si præstant officiis, vel operis aut aliis actibus rusticis, rustica dicitur familia: si autem vrbanis, urbana: genusq; ministerij cui præpositus est seruus, discernat vrbanam à rustico. vnde Iuriconsul. his verbis in loco: seruis vrbanis legatis quidam vrbana mancipia non loco, sed opere separant, vt licet in prædijs rusticis sint, tamen nisi opus rusticum exerceant, vrbani dicantur. Sic itaque vrbani intelligendi sunt quos paterfamilias inter vrbanos annumerare solitus est: quod maxime ex libellis familiaribus, ite cibariis, deprehendi poterit. l. seruis vrbanis. ff. de lega. 3. vbi glo. exponit libellis, id est panibus albis, quo pane non vtuntur rustici, sed grosso. gl. in l. iudices. C. de episcop. audien.

Libelli familia qui dicantur.

Ego vero putarem libellos ibi accipi pro paruis libris, quos vulgo vocamus regesta, quibus scilicet erant descripti serui. probat text. dicens, quod illa familia est vrbana, quam pater inter vrbanam connumerare solitus est. quando verò solitus sit connumerare, respon. maxime id dignosci ex libellis familiaribus, id est ex libris, vt superius exposuimus. soliti enim erant veteres amplam habentes familiam seruorum & ancillarum, eorum nomina in libris, id est rationibus describere, l. Titia. ibi. quarum nomina in rationibus meis scripta sunt. ff. de manum. testam.

Libellus vrbis vxoris.

Igitur si in libro familiaris vrbane descriptus fuerit seruus, in familia urbana computabitur: si verò in libello rusticæ familie, inter rusticanos habebitur: sic intelligitur l. si ego. §. planè. ff. de iure dotium. vbi libellus reru vxoris dicitur pro quodam inventario rerum ipsius: licet multis alijs capiatur modis, vt per Doct. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. proconsul. per Soc. & alios in rub. de libelli obligatio. & text. no. in l. falsus. §. qui alienum. versio. plerique. ff. de furt. docet aliquem vt à furti actione excusetur, postquam inuenit rem, vt libellum proponat continentem se inuenisse talem rem, & redditurum ei, qui desiderauerit ibi igitur accipitur pro parua scriptura.

Cibariorum appellatio ne quid conueniantur.

Item ex cibariis deprehendi poterit: cibariorum appellatione omnia quæ esui, & potui, victuique necessaria sunt, veniunt. l. victus. supra eod. Et sic non esset necesse in illa l. seruis vrbanis. nominare libellis, si pro pane acciperentur: nempe quia fatis alias comprehenderentur sub hoc verb. cibariis: panis enim tam albus quam alius cibariorum nomine comprehenditur, vt scripsi.

Ad hæc quo pacto melius sciri potest in qua familia cum seruo computet paterfamilias, quam per scripturam, in qua descripti sunt omnes serui? ita videtur intelligi text. dicens: Videndum tamen est ipse dominus quorum loco quemquam habuerit hoc apparebit ex numero familiaris, ex vicariis, & maxime ex libellis, id est paruis libris, quibus descripta est familia.

Libellum neur. gene. quid.

Non tamen negarim quin libellum neutri generis sit panis, seu verius genus cibi dulcis ex farre, melle, & butyro, seu oleo confecti, Gallic. vocari

potest un gasteau, à libo, vt Accursius ibi sentit in d. l. iudices. C. de episcop. audien. Alciat. in l. i. Parerg. r. c. 17. à libra deductum vult, dicens apud Athenienses libellum fuisse mensuram tritici quantum quisque vno die comederet: quæ omnia satis conuenire videntur text. plurimum tamen propriarum verborum conferre videtur Alciat. sententia.

Plebeia familia, in l. moris. §. sed vtrū. ff. de pœnis. ibi. omnes omnino liberi etiam in plebeia familia suscepti. dicitur plebeia familia, nata à plebe, antequam aliquis adeptus fuerit decurionatum, vel aliud officium liberans parentem à conditioe plebeiorum.

Familia plebeia.

Sed genere distinguitur, intelligit glo. genere, id est ministerio, vel vsu, secundum Alex. per l. quemadmodum. ff. de supellectil. lega. quæ sic habet: quæ admodum vrbanus seruus, & rusticus distinguitur non loco, sed genere vsus. Vel intelligi forte potest genere officiorum: vt cum paterfamil. habet multa seruorum officia, genere officiorum & operum quibus præponuntur, cognoscuntur, & distinguuntur. nempe si vnus sit coquus, ex vrbana familia: si agricola sit, ex rustica computabitur: aut si carbonarius sit, id est conficiat carbones: secus si minaculator fuerit, quorū ars in ciuitatibus exercetur. per consequens inter vrbanos connumerandus. Miniculator autem est qui literas primas, & maiusculas siue capitales in libris iam scriptis minio tingit, vt psalmus à psalmo, vel lex à lege, seu paragrahus à paragraho separatur: sicque intelligendus est text. in l. vt iurisiurandi. §. dabitur. ff. de de oper. libertor. & in l. fin. de liber. causi.

Miniculator quis.

Minium verò dicitur fuctus exiguus, & rotundus, ad rubrum colorem faciendum aptissimus, qui maxime nascitur in prouincia Narbonensi, quod genus fructus vernaculè appellant vermillon. Vide quæ de genere scripsi in l. tigni. supra eod.

Distinguitur, id est feceruntur, dignoscitur, definitur, vt hic, & l. peculium nascitur. ff. de pecul. ibi. ita veteres distinguunt. l. si. §. si mulier. ibi, & puro rem ita distinguendā. ad Velleia. vel exponit, vt inferius.

Distinguere, diuidere, separare, l. non distinguemus in compromisis minor a maior sit pœna, quam res de qua agitur. ff. de arbitr. l. i. §. cum arietes. si quadrupes pauper. fecisse. dicat. l. at si quis. §. sed interdum. de religio. l. in duobus. §. si ci qui. de iureiur. Hinc distinctio pro diuisione, l. qui venenū. infra eod. l. de qua re etiam constitutio exat duorum fratru, quæ huiusmodi distinctionem admittit. ff. de inofficio. testam. l. 4. in fin. ad leg. Rhodiam de iactu.

Distinguitur.

Distinctio pro diuisione.

Dispensator. Dispensare est distribuere, ministrare, procurare, disponere. inde Iuriconsul. ait idcirco quod ex arbores colligant aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur, & coercetur. l. sacularij. in fin. ff. de extraordinar. criminib. Interdū significat variè expendere: vnde sunt dicti dispensatores qui æs pensantes expendebant necessaria in familiam distribuiebant. Vnde dispensatorem ordinarium magistrum hospitij, Gallicè, maître d'hostel vocant siquidem dispensator est qui impedia domus curat, & victui præstat. Alias in euangelio vocatur Architrclinus, dictio Græca ex tribus composita à τρι τρις apxix, quod Græcè principium seu magistratum vel principatum Latinis reddit, & τρι κλινο, quod componitur à dictione τρις & κλινο, vs. τρις autem dictio numeralis est, & κλινο lectus. Solebant enim veteres locum in quo coenare volebāt tribus ornare lectis, in quibus cibi capientes discubebant, quem triclinium vocabant, l. fistulam. & l. foramen. ff. de seruitutib. vrbanoz. prad. l. si vt certo. §. si de me. ff. commoda. & l. fin. C. de his quib. vt indign. hinc Horat. lib. 1. sat. 4. Sape tribus lectis

Dispensator.

Dispensator.

Architrclinus.

Triclinium.

videtur coenare quaternos, E quibus vnus auct quatuor aspergere cunctos. & Cornelius Nepos tradit ante Syllæ victoriam duo tantum triclinia Romæ fuisse argentea. refert Plin. lib. 33. cap. 11.

Triclinaria vestimenta.

Triclinarius minister.

Et triclinaria vestimenta vocatur quibus in tricliniis vtēbatur, l. apud. ff. de optio. lega. Et triclinarius minister, qui in huiusmodi triclinio ministrat.

Et sepulchra triclinia, imperator in l. pergit. C. de sepulchro viola. & in hoc lecto stare solebant serui peccillatores, disceptatores, & qui sputa ex pauimentis verrebant, alij denique qui murmur compecebant, ac etiam puellæ, quæ vinum & potus genera afferre solite erant, ad fulchra thori adstabant, teste Laf. in lib. 3. de repub. c. 3. pag. 371.

Triclinium seruere. Obsonator.

Est igitur architrclinus præpositus huic coenæ, in qua foeminas, cum viris cubantibus sedentes equitasse firmat Cœlius lib. 14. c. 58.

Et sterneret triclinium quid sit, scripsi in l. in stratum. supra eod. Huic itaque dispensatori obsonatores parēt, coqui, & id genus serui. Sunt enim obsonatores qui obsonio emendo præpositi sunt, l. legatis seruis. de lega. 3. quicquid ibi dicitur glo. quam reprobatur Catellia. Corta in 2. par. memor. in verb. obsonatores. Graci. obsonio vocant: hinc obsonio, id est obsonium emo. Quo verbo vsus est Plautus, obsonauit, id est obsonium emi. Est autem obsonium id omne quod ultra panem & vinum in cibum additum est, Gallicè viando, pitance. l. sed si vir. in fin. ff. de donatio. inter vir. & vxor. vnde motus Alciat. dispensatoris nomen dixit ab expendēdo pecuniam, vel quod rationes dispensat, id est procurat & considerat, calculumque ducit. Ex quo manifeste apparet huiusmodi coquos inter vrbanos connumerandos esse. quid enim in pagis opus est tanto obsoniorum apparatus? Ego verò putarem eos sic esse dictos non quod in vno solo negotio eorum consistat cura, sed pluribus, cum totius domus curam gerant, ideoque dispensare varia solent, id est diuersa pensare & meditari circa culinam, quam ad cibariorum emptionem, apparatus, & alia necessaria. Qui dispensator generale mandat in gerendis negotiis, & exigendis à debitoribus habet. l. dispensatorem. & l. dispensatoris. de solutio. l. fin. §. si inter. de verb. oblig. & de hoc dispensator loquitur etiam l. item apud. §. etenim. de iniur. & l. nominatum. de manumiss. testam. l. Caij Calsij. de fideicommissar. liberta. l. Thais. §. herede. ibidem. l. Labeo. de statuliber. l. i. de auro & argen. lega. lege penul. de seruo corrupto. licet pro procuratore exponat glo. in l. illata. C. de fide instr. l. in lege Cenforia. infra eod.

Dispensatoris nomen vnde.

Dispensatores ab ære impendendo nomen acceperunt. nam apud veteres Rom. dum effes librales erant, appendebantur: vnde scilicet expensæ, compendia & dispensatores nominati. Et sunt in duplici differentia: quidam sunt dispensatores publici, seu τραπασαδæ: vnde tamiaci fundi, qui publico dispensatori annuos fructus præstabant, quibus ille exinde in domo Imperatoria dispensabat annua alimenta, vt Lamprid. in Alexand. scribit: aurum & argentum raro cuiquam nisi militi dimisit, nefas esse dicens vt dispensator publicus in delectationes suas & storum conuerteret id quod prouinciales dedissent. Et vocabatur ordinarius dispensator, Dispensatores verò priuati serui vel amanuenses dicuntur, qui domibus priuati cuiusque rem familiarem curabāt, vt docet Laf. in lib. de repub. Rom. 2. cap. 13. in fin. pag. 311.

Dispensatoris Pontificis.

Dispensationes autem vocant Pontifices iuis relaxationes, cap. de multa. in fin. de præb. De his scripti in glo. dispensationum. in forma manda. in c. concordia. & in praxi beneficial. in 2. parte. titul. de dispensatio. Et dispensationes rerum nonnunquam

coerunt, parum quidem à debito rigore quosdam exire foras, vt maius aliquid lucri faciant, dispensationes. r. q. 7. Addit Spiegel. cum qui dispensat ius suum cuique distribuere, & curare ne cui fiat iniuria, neve quis laedatur. quod summam iustitia munus est. Cui vix consentirem, ni iuribus prober. nam si dispensans legibus soluat, quo pacto ius suum videtur cuique distribuere: at potius destrinere.

Hinc dispensator etiam dicitur qui sua prodigit ac consumit bona, quasi dissipator qui bona sua dilacerando, & dissipando profundit, l. 1. de curatore. furiosi.

Dispensator pro decollo re.

Tamen multum ab est à villico. Hoc loco varie legitur text. alij siquidem literam habent affirmatiuam, videlicet. Tamē multum ab est à villico. Alij negatiuam sic, non multum ab est à villico: & vtraque sustineri potest. in vetustis exemplaribus Sancti Victoris est negatiua.

Villicus à villa dicitur, qui ruti præest, & agriculturam, rusticæque operas curat, eiusque secundum domini vtilitatem præcipit, huic serui ipsi agricultores subiiciuntur, teste Alciat. Dicitur ergo meo iudicio villicus esse, villæ, id est ruri gubernator, qui præest villæ & ruri, & totius rei rusticæ curam habet. vnde Iuriconsul. ait in l. instrumenta. in princ. ff. de fundo instr. act. villicum esse qui homines ad agros colendos exercet, præpositusque his est, quorum numero sunt villici, & vitatores, seu monitores, &c. Quorum villicorum sapius habet mentionem Iuriconsul. vt l. cum de lanionis. §. cum de villico. ibid. & l. Thais. §. herede. ff. de fideicommiss. liberta. l. Stichus. §. item quaro. de statuliber. Et alibi Iuriconsul. ait, si cum villico alicuius contractum sit, non datur in dominum actio, quia villicus propter fructus percipiendos, non propter quantum præponitur. l. cum de villico. ff. de institor. actio. l. 1. in princip. de seruis fugit. quem villicum nonnulli Galli vocant clausiter, & de hoc loquitur Iuriconsultus, in l. in lege Cenforia. & l. liberorum. infra eodem.

Villicus quis.

Ad hæc inquit text. multum ab est dispensator à villico, nempe dispensator impendia domus curat, & victui domini præest, villicus autem omnia ruri negotia tractat, & sic affirmatiuè legēdo. Secundum autem aliam lecturam, non multum ab est à villico. nam vterque curat & tractat negotia, ille vrbana, hic villicus rustica, & villæ: sicque non multum abest vnus ab altero.

Dispensator à villico quid differat.

Inde villicari est in villam animi gratia recreandi secedere: & villicatio, rustica negotiatio. Et villica vxor villici vocatur, in l. Thais. §. herede. ff. de fideicommissar. liberta. ibi, Decēber dispensator meus, Seuerus villicus, & Victorina villica Seueri conubernalis, in annos octo liberi sunt, &c.

Villicari. Villicatio. Villona.

Insularius autem urbanorum numero est. Insularius vocatur insula custos, id est domus, l. si ita. §. 1. ff. de vsu & habita, vbi sic dicitur, dominus proprietatis etiam inuito vsufructuario vel vsuario ædes per insularium custodire potest: quem Gallicè conserge vocamus: quales solent vsu plurimum esse in domibus principum, quæ ad instar insulæ solent esse distinctæ à domibus priuatorum. De hoc insulario loquitur text. in l. fin. ff. de offic. præfecti vigil. vbi glo. exponit pro domino ædium, nimis sane generaliter: facit l. in lege Cenforia, infra eod. & text. in l. cuiusque. in princip. ff. de institor. actio. Ad hæc secundum Cælium lib. antiquar. lectio. quarto. in fin. insularij & apolides dicuntur viles serui, ac pestissimi, sine ciuitate, & in insulas deportati, vel in publicum opus. Sed frequentior est prior significatio insularij pro eo qui domum custodit: quem nil vetat interim ibi libros scribere, vel alias operas exercere. nec enim debet ociosus in domo mora-

Insularius quis.

Insularij & apolides serui.

ri, tex. in l. duorum. ff. de operis libertor. quem singulari docet L. adouic. Roma. singul. 218. item fuit heri interrogatus. infula quid sit scripti in l. impense. supra eod.

Vrbana familia a rustica qd differat.

Videndum tamen est, ipse dominus quorum loco quemque habuerit. Vt cognoscatur vrbana familia a rustica, videndum erit quorum loco dominus eam habuerit. nam si ea pro rustica tenuerit, & rusticae operae praeposuerit, rustica erit: si autem operi vrbano, vrbana, intelligendo text. ibi, in quorum loco, id est conditione, numero, & officio, vel opera, vel quomodo eam familiam locauit dominus: nempe si eam scripsit in libello familiae rusticae, annumerabitur in familia rustica: si vero in libro vrbanae familiae descripta fuerit, censetur esse vrbanae familiae, ut supra dictum exitit. vnde etiam Iurisc. cons. sic ait in l. 1. §. aestua. ff. de aqua quodid. Ego probandum puto ex proposito vrentis, & ex natura locorum dignosci posse.

Quod ex numero familiae. Vult dicere Iurisc. cons. Quomodo in loco dominus familiam habuerit discernitur ex numero familiae, id est apparet, quia si computetur in numero familiae vrbanae, erit vrbana: si in numero rusticae, rustica.

Numerus pro societate vel loco.

Numerus exponit hic Alciat. pro ordine, ego clarius exponerem pro societate vel loco in quo repositus est. l. certe. ibi. non debere arboris numero haberi. ff. arbor. furtim caesa. l. 2. ibi. bestiae eo numero non sunt. ff. ad legem Aquil. nempe ex societate familiae in qua numeratur perpenditur, in quorum loco pariter familias computet istam familiam. facit l. 1. in fine. ff. de rerum diuisione. ibi. eodem numero.

Numerus pro ordine.

Alias etiam numerus sumitur pro ordine militum. in l. vna. in fin. ff. de bonor. possess. ex testam. milita. ibi. si miles ex vno numero transfatus fuerit in alium numerum, vel in numeris sit. in numeris enim esse vocamus, Gallicè en bandes. vnde ex eo tempore qui iure militari incipit posse testari, ex quo in numeros relatus est, ante non: proinde qui nondum in numeris sunt, nondum milites sunt: debent enim in numeros referri, id est in scripturam, quam communi vocabulo matriculam vocamus. l. ex eo tempore. ff. de militar. testam. l. 2. §. exercitum. de his qui no. infam. Et in numero hostium haberi, est inter hostes censeri. l. postliminiu. §. sed & si. ff. de captiuis. Interdum Iurisc. cons. dicit in numero vel ordine. l. Diuus. ff. de pennis. Et miles si causam prosequatur communem, omnis sui numeri procurator esse potest. Gallicè de toute sa bande. l. filiusfamil. §. milites. ff. de procurator.

Numerus proprius.

Alias numerus accipitur proprius, in l. 1. §. Trebatius. cum amplior numerus pecoris ad aquam appelleretur. ff. de aqua quodid. & aestua. l. si quis vxori. §. si linea margaritarum surrepta sit, dicendus est numerus. ff. de furt. l. 2. ibi. adoptiuu filij in numerum non proficiunt liberorum. ff. de excusatio. maner. & postea ibi. numerus enim liberorum postea impletus non liberat. & numerus mensium, in l. lecta. ff. si cert. petat. l. pali. & l. vinaria. infra eod.

Numerus pro quantitate.

Sic etiam pro quantitate accipitur, vt magnus numerus frumenti. Adhaec numerus singularis, & pluralis. l. non est sine liberis. l. in vfu. supra eodem. Interdum quoque pro honore, affirmatione & conditione.

Numerus re.

Inde numerare, Gallicè compter. & pro soluere capitur, in l. officio iudicis. ibi. ei numerari cui legata sit. ff. famul. circus. d. scripti in l. in lege censoria. infra eodem.

Vicarij qui.

Et vicarij apparet. Vicarij sunt qui vices alterius gerunt, qui iure adiutores dicuntur, & apud historiographos. l. fin. de iure immunit. & in l. si in re communi. §. fin. ff. de noxal. facit rubr. C. de offic.

eius qui vices alterius gerit, & l. vna. C. vt nullus ex vicariis pro alio vicario debitis teneatur. lib. 11. licet aliquando ibidem legatur, vt nullus ex vicariis. his meminit Casiodoro. lib. 7. variar. rer.

Inde vicarius iure Pontificio dicitur qui Archiepiscopi seu Episcopi, vel alterius praelati vices gerit. tit. de offic. vicar. in decretal. ac in 6. de quo plene tractauit in praxi beneficiis, tit. de vicar. Archiepiscopo. & c.

Ira seruus vicarius dicitur ille quem seruus ordinarius substituit, & qui ordinariis seruit. l. si seruus meus ordinarius vicarios habeat. ff. de pecul. si quis vacarius dicitur seruus seruus. l. si Stichus. ff. communi diuid. inde Martial. ait: Esse sit est seruus, i. am nolo vicarius esse. Qui Rex est, Regem Maxime no habeat. l. seruus. in h. ff. de lega. 3. l. si peculium. §. vicario. & l. si seruus. de pecul. lega. 3. l. si peculium. ff. de manumiss. test. l. 1. §. in potestate. de exercitor. actio. Iustissime. ff. de adilit. edicto. l. seruus. in fin. ff. de lega. 3.

Vult igitur dicere text. vrbanae familiam dignosci ex seruus qui gerunt vices illius serui de quo agitur: vt si ordinarij serui vicarius gerat vices in domo custodienda, quod est proprium vrbanae, vrbana quoque ipsi & ordinarij seruus dicitur: quemadmodum & contra si ille cuius vices gerit rusticas exercat operas, has quoque vicarius exercet. Ex quibus ergo vicarij seruus cognoscitur, an in vrbana vel rustica familia connumerandus sit ordinarij, iuncta l. quemadmodum. ff. de supellectil. legat. vbi declaratur quis seruus vrbanus vel rusticus habeatur.

Ordinarij vero serui dicuntur, secundum Alcia. quibus peculium dominus concessit negotiarique finit. Ego vero putarem ordinarium esse, cui principaliter a domino administratio quadam est concessa, etiam peculium non habenti. Vicarij autem est, qui substituitur in locum huius principalis, & accessorie. Sicque videtur declarandum quis ordinarij dicitur & quis vicarij, ad interpretationem infinitarum legum de huiusmodi seruis loquentium. Fingamus verbi gratia, seruus cuius praepositum, ordinarium dicemus: qui si coquo alterum habeat sub se, is dicitur vicarij, qui substituitur coquo: nempe solebant interdum ij ordinarij alios sibi asciscere seruos, quos forte comparauerant ex peculio: vnde huiusmodi vicarij peculiare vocabantur, l. si Stichus. ff. de pecul. legat. Alij vero ordinarij dicebantur, quod ordinem suum qui in re domini haberent, quem non habent vicarij: sed mandatis omnium etiam ordinarij parent. Quamobrem vacuum ministerium habere censentur, certo carentes ministerio ad subeundas operas. l. si pendentes. §. si serui. ibi. ministerio vacuo. ff. de usufruct. quamuis aliter exponat ibi glo. peculiareque dicebantur, vt superius dictum fuit, per l. si Stichus. ff. pecul. lega. per quem text. elucidatur l. si habitatio. §. fin. ff. de vfu & habitatio. & l. lex quae tutores. C. de administr. tutor. & l. 1. de priuileg. eorum qui in sacro palatio militat. lib. 12. l. peculium. in princ. ff. de lega. 2. At quoniam interdum quoque peculium ij vicarij habebant, quo serui alij continebantur, dicebantur etiam vicarij vicarij, l. penult. ff. de pecul. legat.

Ordinarij vero dicuntur ab ordine quo domui, aut tabernae, aut negotiationi regenda praesunt, quibus datum erat peculium. & de his text. est in l. ite apud. §. etenim. ff. de iniur. & l. quis sit fugitiuus. §. Caelius quoque scribit. ff. de adilit. edic. Sub quorum peculio contenti appellabantur vicarij, neque suorum numero erant, tanquam serui ordinarij. l. suorum. ff. de lega. 3. l. si Stichus. communi diuis. alia de ordine & extra ordinem dicitur in l. pupillus. §. munus publicum. infra eod.

Vicarij in iure testifera.

Vicarij seruus.

Serui ordinarij.

Ordinarij serui vnde dicuntur.

Apparet

Apparet hic accipitur pro ostenditur, patet, constat, vt etiam glo. sentit. Et aliquando ex re ipsa apparet, quanta sit. ideo si promittam talem fundum, quanti esse apparet, intelligimus sic: Gallicè comme il se comporte. facit l. si qua poena, ibi, ex hoc quoque apparet. infr. eo. l. Arthusa. de statu homi. & lex. idem Pompon. in fin. de rei vendic. l. Nefenius in fin. de negot. gest.

Aliquando ex altera re, vt ex vicariis apparet, an ordinarij seruus sit in familia vrbana vel rustica, vt hic. facit l. mouentiu. supra eod. & l. inter haec verba quanti. & l. si qua. infra eod.

Apparere quoque potest ex testibus, instrumentis, praesumptionibus & alijs probationibus, vt probat cap. si a sede. iuncta glo. de praeb. in 6. lex. licet. de lega. 1. cap. scribam. de praesumptio.

Apparet pro videtur interdum accipitur, Apparent vni nantes in gurgite vasto, apud Virgil. lib. primo Aeneid.

Vnde dicimus non esse & non apparere paria esse. l. in lege. ff. de contrah. emptio. vel idem iudicatur de eo quod non est, & quod non apparet. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel.

Apparitores dicuntur viatores, magistratus ministri, Gallicè sergens vocamus, quod partes in iudicio apparere aient, eas citando: dicitque secum, quosdam magis ab apparendo, quod apparere, & praesto sint magistratibus, & illis obsequantur. l. si pignora veneant per apparitores. ff. de cuius. De his scripsi in tit. de apparitoribus seu seruientibus, in constitutio. Reg.

Alij quoque sunt apparitores praefectorum pretorio, vel senatus, quos Gallicè vocamus busiers ab ostio seruando, quia ostia Senatus consistere debent: vt scripsi in constitutio. Reg. qui forsitan magis proprie forent ostiarj dicendi. De his quoque extat tit. de apparitor. praefect. praetorio. lib. 12. vbi etiam de apparitoribus praefecti vrbis, magistrorum militum, & aliorum conscribitur.

Apparitores etiam capiuntur pro his ministris Regis qui lateri Regis astant, & corporis stipatores sunt, quos Gallicè Archiers de la garde vocamus, de quibus Alexand. lib. genial. 1. c. 27.

Hinc apparitio pro apparitoris officio, vel officij praestatione, l. vlt. in fin. ff. quod met. caus. ibi, si quis quod aduocatio non debebat delegare eo, per vim, apparitione praesidis interueniente, sine mentione iudicis coactus est, & c. de cuius text. intellectus dixi in meis no. inter prer. ad illam l.

Alias apparere pro comparere, si ad per personas referatur, sapius accipitur, vt in l. in eadem. ff. ex quib. caus. maior. ibi, vt sine dedecore in publico apparere non possint.

§. Pernoctare extra urbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in vrbe est. Per enim totam noctem significat.

Pernoctare extra urbem est tota nocte ab vrbe abesse. vnde ait Iurisc. cons. quod praesidi non licet pernoctare extra urbem, nisi gratia soluendi votum. l. illud. ff. de offi. praesid. vbi idem significat verbum abnoctare. Et praefectus vigilum per totam noctem vigilare debet, l. 3. §. Sciendum. ff. de offic. praefect. vigil. si que non sufficiebat excubias agere vsque ad mediam noctem, sed tota nocte coerrare debet, vt ibi: verum hodie pro varietate regionum clementius aliquando agunt consuetudines cu huiusmodi praefectis, mittunt eos post mediam noctem discedere dormire, aut alias: qui custodes an teneantur de amissis videre in d. l. 3. & quoad eos qui permittente statuto secesserunt post mediam

noctem, an teneantur de his amissis, non teneri docet Alberic. in tract. statutor. in 2. parte. q. 158. si ex forma. quod enim iure permittente sit poenam non meretur. lege, Gracchus. C. ad legem Iuliam de adulter.

Et maritus mulierem eo inuito pernoctantem foris sine iusta aut probabili causa, olim repudiare poterat de iure Codicis, l. consensa. §. vir quoque. Cod. de repud. facit cap. veniens. 2. de sponsal. ca. si confiterit. de accusatio. Sic dicitur luna pernox, quod tota nocte luceat. Et christus ad montem ascendit saepe, vt in oratione pernoctaret, vt est in Euangelio, & cap. plerunque. §. his ita. 2. quaest. 7. Quam deus fecisse videtur ad requiem & dormitionem animantium. humanum quippe est & mirè accomodum per silentia noctis dormire. l. si seruus seruus. §. si fornacarius. ff. ad legem Aquil.

Contra quam a natura praestitam requiem nonnulli vententes diem in noctem, & noctem in diem, huc illuc discurrunt & vagantur, multa subeuntes pericula, vt pote vrbem vel aquam foetidam suscipientes, proiectam forte nullo clamore praemisso, idque impune. l. penult. ff. de his qui deiecer. vel effuder. Aut quod acerbius est, verberantur, occiduntur, infirmitque rixae interueniunt. l. si ex plagis. §. 1. ff. ad legem Aquil.

Notandum est insuper dictionem per, duo significare, scilicet perfectionem actus, & temporis continuationem, teste Ioan. Andrea in additio. ad Specula. in tit. de teste. §. nunc videndum. in 1. additio. Bald. in rub. de exercitor. actio. Cod. colum. 1. & in §. si quis per triginta. si de feud. defuncti content. fuerit inter domin. & agnat. vassal. scripti in §. praeterea. in verb. studuerint. de collatio. in concord. vnde gloss. in regul. Cancell. 33. dicit per hunc text. de eo qui possedit beneficium pacifice per triennium cum titulo colorato cum dicitur non posse molestari, intelligi debere, completo triennio, vi huius dictionis per. Illud quoque tempus triennij debere esse continuum non interpolatum, prout falsius scripsi in tract. de pacific. possessor. & text. in proemio. ff. in §. & si quis, quod doctores libros ff. perlegere festinent, vt sit eis aliqua vltra discipulos peritia. Et infinitis alijs verbis haec particula adiecta significat integritatem quandam, vt persolvere est totum soluere, licet aliquando Iurisc. cons. ad maiorem elucidationem dicat vniuersum pretium persolueretur, lege, ea quae. ff. de precario. ibi, quoad vniuersum pretium persolueretur.

Per triennium id est coeple to triennio.

Per soluere. Peragere etiam litem dicimus, id est perficere, l. si quis rem. ff. de arbit. ibi, lite apud iudicem suo ordine peragenda. Et peragisse rem quis alias non videtur, nisi & condemnauerit, l. 2. in princ. ff. de adulter. pulchre Soci. in l. non putabam. ff. de conditio. & demonstr. per illum text. dicit, peruenisse ad vicesimum annum dicitur, qui compleuit, nisi aequitas aliud suadeat, vt in filio docet Iurisc. cons. in l. qui filium. §. fin. ff. ad Trebellia.

Per omnia. Per omnia exaequata sunt legata fideicommissis, id est in totum, in omnibus. l. 1. ff. de legat. 1. l. quid ergo. §. ex compromisso. de his qui nor. infam. ibi, quia non per omnia sententia est, per omnia similis. l. si mulier. in fin. ff. de usufruct. accrescend. l. & si sine. §. si autem. de minor. ibi, non per omnia verum. l. huic stipulationi. in fi. usufructuar. quemadmod. caueat. ibi, per omnia imitari.

Per pro valde. Interdum pro valde, vt in l. in omnibus causis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorrescit quo minus fiat. ff. de reg. iur. id est valde timet. Alibi dicit Iurisc. cons. perterritus, in l. si. §. 1. ff. quod met. caus. Perfluxit. l. qui fundum. ff. quemadmod. seruitut. amittant. ibi, Quare fortius & si aqua per

Præfati vigiliam ante teneantur de amissis.

Maritus mulierem per noctem tem foris si ne causare pudare potest. Luna pernox.

De iis qui nocte vagantur.

Per ditio duo signijficat.

Per triennium id est coeple to triennio.

Persolvere.

Peragere litem. Peragere rem.

Per omnia.

Per pro valde. Perterritus.

Perfluxit.

Perraro. rium suum sponte perfluxit. Perraro, l.3. in princ. ff. de minor. ibi, ipsi autem principes perraro minoribus rerum suarum administrationem extra ordinem indulserunt.

Per se agere. Per se agere significat, vt non possit per alium exerceri. l. 2. ff. quemadmodum. scriuit. amittit. ibi, nam ire quoque per se cum posse qui actum haberet: nisi diceretur per se, vel per alios, vt in l. 2. ff. de petitio. heredita. videte quae scripsi q. 10. in tract. nominatio. Et contrarium est per procuratorem agere, l. 1. ff. de procurator.

Per te factum. Per te factum erit, quasi dicat non per alium, l. quod re. ff. si cert. peta. id est tuo facto res mihi non est tradita. Et quod per te non fiat, tibi non est imputandum. l. si cum fundum. ff. de pact. & l. in iure. tit. proximo. Et per emptorem steterit. l. ea quae. ff. de precar. Vel per te, id est tua causa per tuo nomine. l. peruenisse ad te recte dicitur, quod per te ad aliam peruenit. infra eod. vnde inferunt Doct. ad saluandos testes qui deposuerunt talem contractum fuisse factum per talem partem, cum esset initus per proxenctam, vt intelligi debeat per eum, id est eius nomine, vel ministerio eius. Doct. Gemina. per illum text. in cap. 1. de testib. lib. 6. & Cepol. hic.

Per manus tradere. Per manus tradere, quando dicitur, elucidauit in l. mulieris. §. res abesse. supra eod.

Per iudicem cauere. Per iudicem cauendum, id est sententia iudicis, auctore iudice, mediante iudice, apud iudicem, vel à iudice. l. si cum exceptione. §. quatenus ff. quod met. caus. Per iudicem petendum, l. vinum. si cert. pet. licet Doct. aliter ibi exponant. Per iudicem recuperare, l. cum multi. si pars heredita. peta. Per iudicem transferre, l. fin. de rei. vendic. Per iudicem absolutus, l. si quis adfirmauerit in fin. ff. de dolo.

Per magistratum factum. Per magistratum factum ita accipiendum est, si ius non dicitur: & alia docet text. in l. Sed & si per pretorem. §. ait pretor. ff. ex quib. caus. maior.

Per demeritiam. Per demeritiam contradicere non potest, l. 2. in fin. ff. soluto matrimo. id est ratione, vel occasione demeritiae. Per locationem retinco possessionem. l. si pignus. ff. de pignorat. actio. l. si per imprudenciam iudicis, aut errorem, emptor rei victus est. de cuius. l. si quis id quod. & l. si per errorem. de iurisdic. omnium iudic. Per vinum, aut lasciuiam lapsus. l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re militar. Per causam tigni possideo. l. seruitutes. de seruitutib. vrbano. praedior. Per alluionem videretur adiici, declarat Iurisc. in l. adeo. §. 1. ff. de acquir. rerum domini & Imperator in §. praeterea. Instit. de rerum diuisione. Nec per liberos suos rem suam maturius à curatoribus minores recipiant. l. 2. ff. de minor. Adire iudicem per procuratorem. l. Papin. ibi dem.

Per alluionem non adici. Per alluionem non adici, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

Per liberorum recipere. Per liberorum recipere, si quis in finibus suis recipere.

nomine carbones continentur. Carbones enim non habentur gratia lignorum. itaque titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, appellatione carbonum veniunt, & genus habent proprium. facit l. 4. §. pen. ibi, aut carbo portetur. ff. de seru. it. vnde qui donat carbones aut vendit, non intelligit de lignis, nisi ex lignis carbones fiant: quemadmodum ex chartis libri, tamen legando libros vel donando, non videtur donare papyrum albam, ex qua libri fiunt, per istum text. & l. librorum. ff. de lega. 3. & text. in l. fin. ibi, qui arborem cadunt, ac torrent. ff. de iure immunita.

Hæc lex ad verbum est descripta in l. ligni. cum l. seq. ff. de legat. 3. Graeci carbonem ἀνθρακας vocant, à verbo ἀνθρακω, id est exuro, siue affo, & ἀνθρακας carbonarij, ἀνθρακας pruna, ἀνθρακας ater vt carbonarius, titionarij faciem habens. ita Bud. in comment. linguae Graecae. Lignorum autem species sunt ergasima ligna quibus vtuntur materiarij in operibus, & caustima quae igni sunt destinata, inter quae cocta ne fumum reddant annumerarem, quae alias a capua dici possunt, habentur & ligna erepsima testis concinna, vt docet Caelius lib. lectio. antiq. 13. c. 18.

Materia vulgo dicitur, quae ad edificandum, succiendumque necessaria est: vnde Iurisc. ait, conductor ex fundo fiscali nil transferre potest, nec cypresi vendere materiam vel oliuam, non substituitis aliis. l. in fraudem. §. conductor. ff. de iure fisci. l. tigni. supra eod. ac l. seq. cum l. vrbana. eod. Lignum autem vocatur quicquid comburendi gratia paratum est Iurisc. definit in d. l. ligni. de lega. tertia. Alia multa de materia & forma scribit Alber. Brunus in tract. de forma & solennitate actus, rub. de general. cognitio. formae. fol. 10. Diciturque materia quasi mater rei: vnde quicquid gignit seu generat potest materia dici, teste Bald. in l. ius ciuile. col. 1. in fi. de iustit. & iure.

Ex predictis iuncta l. ligni. ne per incerta vagemur, totam hanc materiam aliquot conclusionibus resoluerem, quarum prima hæc erit: si quis donauerit mihi ligna, aut vendiderit, illa quae comburenda causa parata sunt veniunt, per d. l. ligni. & hic. Ex meis autem lignis nequaquam poterit facere carbonariam ad carbones efficiendos. nec enim ei dedi carbones genus habentes proprium, sed comburenda ligna ad suum usum permisi.

Secunda conclusio, si ligna quae in nemore erant, legata sint, aut vendita, si iam succisa erant, illa tantum veniunt quae gratia comburendi scissa erant. Arbores vero materiae causa succisae non debentur, quae forte adificiorum, vel alterius operis gratia fuerant euulsae, per d. l. ligni. Et sic consuluit Barba. conf. 36. Sapienter. in 2. vol. de commendatario qui locauit omnes fructus nemoris, vt secundum eum non videatur locasse nemus ad opera, videlicet quia solitus erat ipse locator incidere. quae quidem fuit opinio Mucij in d. l. ligni. de lega. 3. postea tamè ibidem improbata ab Vlpiano, dicente omnia ligna venire nisi voluntas refragetur, siquidem indefinita acqui-pollent vniuersali. l. si pluribus. ff. de lega. 2. c. vt circa. de electio. li. 6. Sed excusandus forte Barb. quod ecclesiae fauore tale pronulerit consilium. At in hoc Regno Francie distinguendum est secundum constitutiones Regiae, vt si ligna scissa non sint, illa seruantur quae sunt ibi statuta: si vero scissa fuerint, omnia ligna debeantur.

Tertia igitur conclusio erit, praecedenti quodammodo contraria, Ligni nomine omnia comprehendendi quae alio nomine non appellantur, d. l. ligni. ibi, Oflus, &c. veluti virge, carbones, nuclei oliuarum, quibus ad nullam aliam rem, nisi ad comburendum vti possit: & quamuis proprio nomine vocentur carbones & virga, tamen veniunt ligni nomine.

Ligno ex nemore alio quo legato, quod veniat.

Ligni appellatione id continetur quod consuetudine regio pro ligno habet.

Ligni appellatione id venit quod paterfamilias pro ligno habet.

Ligni appellatione apud Gallos lignum quid veniat.

Lignis quibus que in nemore erant, quod veniat.

Lignorum nomine continentur virge, carbones, nuclei oliuarum, &c.

nam ad comburendum, & ad nullam aliam rem destinata sunt. si verò ad aliud quis vti possit quam ad comburendum, ligni nomine non veniunt, vt pali, & pedamenta, patet in l. seq. & l. pali. de lega. 3. Et sic si pali praevetustate feruire non possent, nisi ad comburendum, ligni nomine venient.

Quarta conclusio, ligno ex nemore tali legato veniunt arbores non duntaxat consecratae, destinatae tamen ad lignum faciendum: ideoque fructiferae non deberentur. At si omnes essent fructiferae, forte glandiferae, tunc delectae arbores, id est in terram vi forte ventorum demissa, debebuntur: de quibus deiectis arboribus loquitur d. l. ligni. & l. arboribus. ff. de usufruct. scripsi in l. sylvia. §. stipula. supra eod.

Quinta conclusio, lignorum appellatione ea continentur, quae consuetudo regionis pro ligno habet: nimirum si arundines, & herbulae quaedam ligni appellatione veniant, vt in Aegypto ex consuetudine, d. l. ligni. ver. lignorum: editusque boum, ab edendo, id est emittendo, sicut edere puerum & librum dicimus, vt scripsi in l. boues. §. inter. supra eodem: sic quoque sarmenta, id est ligna de vitibus ex consuetudine veniunt appellatione lignorum, Bart. in d. l. ligni. licet text. ibi, de iure dicat non venire sarmenta, nisi ad sit voluntas, quae probetur ex consuetudine. Quemadmodum nuclei oliuarum vbi ad nullum alium usum deficiuntur, quam ad comburendum: alia contra, vt inferius dicitur.

Sexta conclusio, voluntas disponentis in hoc maxime attendenda est, eaque veniunt appellatione ligni, quae paterfamilias pro ligno habebat, & vtebatur, d. l. ligni. Et ideo si quis legauerit ligna ad comburendum in suo nemore, illa debebuntur quae lignorum nomine disponens habebat. igitur illa colligi poterunt quae viuis paterfamilias colligere solebat, & pro lignis vtebatur.

Septima conclusio, hodie ex communi usu loquendi Gallico, cum diuersis & distinctis nominibus vtamur, non veniunt appellatione ligni carbones, nec quidem materiae ex qua fiunt carbones: vnde si quis promiserit dare ligna, Gallicè *du bois pour son chauffage*, non tenebitur dare carbones: cum ex usu communi loquendi nunquam intelligamus, *par bois, charbon*, quippe non debent actus agentium operari ultra intentionem. l. non omnis, si certum petat. ff. Et per hoc declarat ordinatio Regis secunda, in titulo *des eaux & forests*, artic. 45. & sequent.

Vltima conclusio, habens privilegium capiendi ligna ex nemore, vel usum talem habens, non potest alteri concedere, nec vendere ligna: quia usus personalis est, nec ad alium transferri potest. §. item is. Instit. de usu & habita. sicut privilegium personale non egreditur personam, per regulam iuris: nihilominus poterit dominus proprietarius nemoris alteri ligna concedere, prout concludit Cepol. in tract. de seruitutibus rusticorum. praedior. rubr. de montibus. q. 9. dum ligna vtrique sufficiant. Allegat l. 2. §. fin. ff. de seruitutibus rusticorum. & l. Lucio. de aqua quotidiana. & aestiva. His consona est ordinatio Regia *des forests*, ordinatione secunda, artic. 88. dicens quem non posse cedere usum Regij nemoris, vel transferre ad alios quam ad heredes, qui non poterunt largius vti, quam cedens.

Si tamen heres ipse, vel alius vti non possit, alteri cedere possit, teste Ioan. Fabr. in §. minus. Instit. de usu & habita. per l. plenum. §. pomis. ff. de usu & habita. licet contrarium seruari dicat: & Chassa. in consuetud. Burgund. rubr. *des forests*. §. 2. tamen sic quoque obseruatione dignum esse putarem, dummodo largius non vtatur celsionarius quam par sit: nec quidem hoc prohibet ordinatio praedicta. quo etiam casu dominus prohibere potest vsuarium, si

ligna non sufficiant, nisi domino tantum: & in dubio preferendus est ipse vsuario. nam charitas bene ordinata, &c. l. praes. C. de seruitutibus. & aqua. nec valeret in contrarium consuetudo. teste Chassa. vbi supra, qui allegat Curtium, corrupte tamen, plus dicens, nemoris usum acquiri per triginta annos. hodie vero tempus requiritur, de cuius initio non sit memoria in contrarium, per ea quae no. Cepol. in dicta rubr. de montibus. q. 13.

Adnumerare verbum dicite accipi hic pro adscribere, adiungere, ad numerum addere, computare. & idem in l. bonorum. i. ibi, quae bonis adnumerabitur. supra eo. videte in l. in lege censoria. infra eo.

§. Sulphurata quoque de ligno aequaeandem habebunt definitionem. Ad faces quoque parata non erunt lignorum appellatione comprehensa: nisi haec fuerit voluntas.

Sulphurata eandem habent definitionem, id est definitionem, quam carbones. sicut enim carbones ligni nomine non veniunt, ita nec sulphurata.

Et sic definire est decidere, quasi finem dare. inde vulgo dicimus, *determiner*.

Item definire est materiam finitione describere. Definitioque est periculosa & rara quae non possit subuerti. l. omnis definitio. ff. de reg. iur. nam consistere debet genere & differentiis, quae cum non sine magna difficultate inueniantur, vt inur descriptionibus, teste Rodolpho Agricol. in suo lib. de inuentio. dialectic. alia scribit in l. pupillus. §. territorium. infra eodem.

Sulphurata sunt ligna tenuissima, sulphure ab vtraque parte intincta, ad incendendum ligna accommodata, vel lucernas: ea Gallicè vocamus *allumettes*: quae cum proprium nomen habeant, & propriam definitionem, appellatione ligni non comprehenduntur. Et hic cum dicat sulphurata ligna non contineri lignorum appellatione. multo minus si fuerit papyrus sulphurata, vel alia materia. vnde si quis donet ligna alicui in hyeme, non tenebitur dare sulphurata, quae in ligno non comprehenduntur.

Inde sulphuraria dicitur locus, in quo inuenitur sulphur, seu vena sulphuris, l. si quis vxori. 9. si sulphuraria. ff. de furt. & alibi dicit Iurisc. in l. calcariam quoque, vel sulphurariam damnari solent delinquentes. l. aut damnium. §. solent. ff. de poenis. vbi glo. exponit calcariam, id est opus calcandi terram, quod est ridiculum. Quamobrem dicite calcariam esse fornacem in qua decoquitur calx, & calcatorium etiam vocatur, & calcarius, qui calcem coquit: & calcata aedificia, id est calce polita, de qua inferius scribo.

Ad faces quoque parata non erunt lignorum appellatione comprehensa. Ex hoc patet ligna ad faces parata lignorum appellatione non contineri: vnde qui legauerit ligna Titio, non continebuntur ligna ad faces, id est baculi illi qui facibus adhibentur, ad sustinendam ceram, alia nimis mollem & reflexilem, Gallicè vocamus *flambeaux, ou torches*: quippe aliud nomen fortuitur hi baculi, ad aliamque rem vtimur quam ad comburendam, nil mirum si ligni nomine non veniant. d. l. ligni. de lega. 3. intelligamus in his regionibus in quibus huiusmodi ligni adhibentur: alia enim fax est tora cerea, vt Cathurci. vbi non procederet haec decisio: vel nisi voluntas disponentis haec fuerit, vt sequitur.

Nisi haec fuerit voluntas, contraria scilicet: vt si quis donaret Titio ligna ex nemore suo ad omnem & qualemcumque usum: tunc enim attendenda voluntas venient

Nemoris usus acquiritur p. 30. annos.

Adnumerare pro ad scribere.

Definire, est decidere.

Definitio periculosa.

Sulphurata quid.

Sulphuraria.

Calcaria. Calcatorium. Calcarius. Calcata aedificia.

Voluntas attendenda.

Carbones quid proprie.

veniant & ligna ad faces, nec non ad carbonem parata. siquidem voluntas prius inspicienda est, lege, in conditionibus. ff. de conditio. & demonstratio. alias nisi de ea constet, non est recedendum a verbis, l. non aliter. ff. de lega. 3.

§. Idem etiam de nucleis oliuarum, sed & de balanis est, vel si qui alij nuclei sunt. De pinu autem integri itobili ligni appellatione continebuntur.

Ligni appellatione non continentur oliuarum nuclei: nec enim tantum parantur: causa comburendi, sed & custodiuntur, vt in patria. Occitana porcis ad comedendum, licet optime ardeant. Qui ergo donat vel legat ligna, nucleos istos legare non videtur, nec donare: iteum in aliis nucleis ad comburendam tantum destinatis, sumendo argumentum a contrario huius text. quod argumentum est in iure validum, l. i. ff. de offi. eius. cap. cum apostolica. de his que sunt a prela.

Sed & de balanis. Græcè βάλανος genus glandis est, proprie signifi. cas fructus ex palma, quos dactylos vocamus, fructus suauissimi gustus. tales igitur nuclei appellatione lignorum non veniunt, vt hic. Alibi Iurifconsultus hos dactylos, & palmarum fructus, caricas vocat, seu cariotas, licet in aliquibus differant & inret dulcia computat Iurifconsult. in l. fin. ff. de ratico. vino & oleo legat. palmanique ibi pro fructu accipit, licet frequentius pro arbore accipiatur. Cuius quadraginta nouem esse genera asserit Plinius lib. 13. cap. 4. cuiusque naturæ esse firmat vt ponderi non cedat, sed renitatur: quam obrem datur in signum victoriæ.

Et palmarum pro victoria capit Iurifconsult. in lege prima. §. si cui. de variis & extraordinar. cogniti. ff. ibi, & si nomine palmarum sit, sic tamen vt computetur id quod datum est, cum eo quod debetur. Imo cliens, quem vasallum vocamus, fructum palmæ patrono suo offerre solebat in recognitionem annuam, quam in ipso anni initio faciebat, id est Calendis Ianuariis, quibus & magistratus inire moris erat, de quo Iurifconsult. in l. Publius. ff. de conditio. & demonstr. & merito hos fructus dulces antiqui reseruabāt, vt clientem ad dulcia feruaria, & non ad rebellionem, quæ dura est, incitarent.

Balanus etiam dicitur herba vnguentaria, ex qua exprimitur vnguentum odoriferum quo veteres fingebant capillos, & illam scribit Horatius pro vnguento myrobalano, teste Catellia. Corta in secunda parte memor. in verb. balanus: tradidit Plinius in 12. lib. natural. historiar. cap. 23.

Balanus etiam vocatur id genus pharmaci, quod alui subducende causa clysteris loco subditur: Gallicè vocatur supposito.

Balani quoque genus castanearum excellens, de quibus Plinius lib. 13. c. 23. vel balanitis fœminini generis, ibidem: Gallicè des marrons vocari possunt.

Strobilus sine strobulo est nux pinea, cuius etiam interdum nuclei vocantur strobili: hic ramus capitur pro nucce, vt lignorum appellatione contineatur, si nux pinus sit integra, quia belle ardet: & integra dicitur etiam extracto fructu. Nuncium autem pinæarum quatuor genera scribit Plinius lib. 13. cap. 10. dicam in l. qui fundum. infra eodem. Vel strobilus dicitur arbor ex pinarum genere, teste Plinio lib. 16. cap. 10. vel est flatus reuelatus ex inferiori loco fursum versus, vt docet Cælius lib. antiquar. lectio. 20. cap. 19. vbi etiam sic dicit, strobili quoque sunt limacæ, ac marini. ceryces.

PAVLVS LIBRO QVINTO ad Sabinum. Lex clxviiij.

Pali & perticæ in numerum materię redigendi sunt: & ideo lignorum appellatione non continentur.

Pali & perticæ in numero materię sunt: ideo que appellatione lignorum non continentur. vnde si quis ligna mihi donauerit ex suo nemore, quibus domi vtar, non potero capere palos vineis affigendos, nec perticæ. idem si vendiderit, lege, fundi. in fin. ff. de actio. empti.

Idem quoque si legata sint ligna, vt pali non comprehenduntur, l. pali. ff. de lega. 3. quippe sunt aliò destinata quam ad comburendum, nomenque habent speciale vltra lignum, vt superius l. proxima scripsi.

Quod non procedit cum ego donarem omnia ligna talis nemoris, vt omnium arborum ligna excidere possit. tunc enim iuxta conuentionem posset ligna excidere, siue essent ligna ad palos, siue perticæ, aut alia, ratione generalitatis, quæ omnia comprehendit, l. Iulianus. ff. de lega. 3. cui limitationi conformis est phrasis Gallici sermonis, vt si quis apud nostrates vendat ligna talis nemoris, Gallicè le bois de telle foye, omnes arbores continebuntur que sunt in illo nemore, siue ad comburendum, siue ad palos, ad fices, vel ad alia opera sint accommodata. si vero dictum fuisset ligna ad calefaciendū, Gallicè de bois pour son chauffage, non venirent huiusmodi materia ad palos vel ad faces, vt proxima lege dictū fuit, quippe nō solemus his caleferi.

Indistincte vero tigni appellatione, & pali & perticæ continentur. l. i. ff. de tigno iniuncto.

Dicitur autem palus pali lignum acutum in vno capite, quod solet in terram desigi clandestinis vineis, hortis, & aliis terris: hinc palare sepire significat, & quasi palis rem munire. Palari etiam est vagari: vnde palati seu palatæ (quibus vocabulis vtriusque sapient. Lilius) dicantur vagi milites, & dispersi, sed frequentius palare dicitur quasi palis alligari, vitis enim alligari solet palis, nec hinc inde vagetur, & dispergatur. vnde quoque palaris silua, ex qua pali capi solent, l. item si fundi. in fin. ff. de usufruct.

Pertica dicitur baculus oblongus, quo variis in rebus vtimur tam in furno quam in ducendo nauiculam, aliisque in rebus plurimis: quemadmodum sapissime videre licet apud Iurifconsult. vt in l. si vt certo. §. sed interdum. ff. commoda. Festus ait perticam etiam esse lignum, quo diuiduntur agri.

Pedamentum dicitur sustentaculum vineis, aut arboribus adhibitum, ne flectantur, vnde Iurifconsult. ait, vt pedameta in vineis nō desint, l. veluti. circa si. de ferui. rustic. præd. Ad hæc seruitutē imponi posse, vt pedameta ex vicini prædio sumantur, l. 3. in prin. ibidem. Et vitæ illæ iunctæ pedamentis pedatæ vocantur, aut characatæ: nempe χαράματα Græce, pedamentum seu sulcimen in vineis dicitur.

Alias vocatur statumen, ridica, palus, vt per Columel. lib. 4. c. 13. Alexand. lib. 2. genial. c. 10. de qua ridica loquitur Iurifconsult. in l. si qui in pureum. §. si quis in vineas meas venerit, & inde ridicæ abstulerit, hoc interdico tenebitur. ff. quod vi aut clam. firmat Aleiat. in lib. 2. parg. cap. 27.

In patria Occitana pedamentis huiusmodi non vtimur, nisi in vineis nouiter plantatis, quas nouelletas dicimus. in Francia verò consuetudinaria passim his vtuntur pedamentis, quæ Gallicè vocant esbala. horum quatuor genera describit Varro lib. 1. de re rustica. c. 8. & Columel. lib. 4. c. 12. vnde vero sumenda sint Iurifconsult. docet in l. ex silua. ff. de usufruct. sic dicens: ex silua cædua pedamenta & ramos

Expositio textus.

Pedameta seruiens qua parua puniatur.

Explicatio textus.

Palus quid.

Palare proprie.

Palari proprie vagari.

Palaris silua.

Pertica quid.

Pedamentum.

Characata.

Characata.

Characata.

Characata.

Characata.

Characata.

Characata.

Characata.

Characata.

Lex clxix. In tit. de verborum signific. 575

ramos, ex arbore vsu fructuarium sumpturum. Ex qua lege videmus de promptam Regiam illam consisturionem volentem pedamenta vinearum esse faciendā ex virgultis: per hæc verba, que les eschales seront de bois rond non de quartier, ne videlicet depouitauer arbores, & memora consumantur: sed referantur magnæ ad maiora opera, vt ad adificia, aut quid aliud, quemadmodum scripsi in dicta ordinatione.

Surripiens autem hæc pedamenta ex vineis & viridariis, punitur in duplum, ne culturæ vinearum turbentur, l. i. ff. de tigno iniuncto: quod si fuerit pauper & non soluendo, quia tamen fur est, pro qualitate personæ sustibus cædi potest, per illā regul. qui non habet in ære luat in corpore. l. fin. ff. de in ius vocand.

IDEM LIBRO QVINTO AD Sabinum. Lex clxix.

Non tatum in traditionibus, sed etiam in emptionibus, & stipulationibus, & testamētis, adiectio hæc, VTI OPTIMVS MAXIMVS QVE BERT, hoc significat, vt liberum præterit prædium, non vt etiam seruitutes ei debeantur.

Hæc lex regulā præscribit negatiuam, videlicet, quod hæc verba, vt optimus fundus maximusque est, nō significat vt seruitutes debeantur illi, sed vt liber & seruitute ager promissus præstetur. Et hæc clausula adijci potest in traditionibus, venditionibus, stipulationibus, & testamētis, vt dicit iste text. qui fuit elucidatus in l. qui vti. & in l. si cum fundum, & l. illa verba. supra eod.

Intelligendus ergo erit hic text. siue in traditione rei fuerit hæc verba adiecta, dabis tale prædium vti optimum maximumque est: siue conuentum fuerit in emptione, & in stipulatione rei. cum enim transferatur dominium per traditionem, l. traditionibus. C. de pact. nil mirum si quædam qualitas addi possit nedum contractui, sed etiam traditioni rei, vt hic, & in l. & qui duas areas habet, alteram tradendo, seruum alterius efficere potest. ff. de seruitutibus vrbano. prædior. quod, ne hallucineris, intellige sane quando contractus eo momento perficitur, quo traditur res, vt tunc in traditione rei possit adijci qualitas: secus vbi contractus iam perfecit, venditor ex postfacto vellet quidpiam addere. hoc siquidem non erit ei liberum, l. pacta. ff. de contrah. empr. nisi hoc de nouo fieret per stipulationem, l. si vnus. §. pactus. ff. de pact.

Ex nostro text. colligi potest, bonum esse argumentum de contractibus ad vltimas voluntates: & statuta in contractibus, locum habent in vltimis voluntatibus, secundum Bart. in l. pactus. ff. de pact. & l. receptum. communia prædior. maxime cum a iure foret expressum, vt hic.

Quod limitare non procedere, quando inter contractus & testameta diuersa est ratio, vel materia non conueniret, vt plene scribit Ias. in l. qua de legato. ff. de lega. 1.

Liberum autem prædium dicitur non seruum, sed a seruitute exemptum, vt hic: & liberū fundum ait l. si cum fundum. supra eod. Inde liber populus, in l. non dubito. ff. de captiuis. ibi, liber populus est is qui nullius alterius populi potestati subiectus est. Libera persona, l. i. per quas perso. nobis acq. l. i. de acq. possess. Libera facultas, l. item si vnus. §. idem Pompon. ff. de arbitri. ibi, & puto tale non valere in quo libera facultas arbitri sentent. ię non est futura.

Libera voluntas, l. atqui. §. si libero. ff. de neg. gest. Libera administratio dicitur cum is potest exercere ea quæ dominus, etiam si speciale mandatum requirât, l. procurator cui generaliter libera administratio rerum concessa est. ff. de procurator. cap. qui ad agendum. illo tit. in 6. Libera potestas, l. an. §. litem contestatam libera potestas est vel murandi procuratoris, vel ipsi domino iudicium accipiendi. ff. de procurator.

Libera legatio, l. qui libera. ff. de legatio. est quæ ornamentum tantum causa impetratur. Budæ. ibi, & alibi affectata vocatur: sicut tutela. §. item tria. instituti omnib. de excusation. ibi. tutorum.

Liberum solum, non impeditum, nec occupatū, l. si. ff. de seruitutib. ibi, quia cœlum quod supra id solum intercedit, liberum esse debet. Libera edes, non feruē. l. loci corpus. §. competit. ff. si feruit. vni. dicit. & l. qui vti optima. supra eo. Alias apud rhetores dicuntur libera, quibus quis vti potest tanquam suis.

Liberum prospectum declarat Iurifconsult. in l. inter. ff. de seruitutib. vrbano. præd. Liberum tempus ad soluendum, l. quod in diem. ff. de solutio. dicitur quando est in promissoris facultate soluere quādo vult. Liberum arbitrium elucidauit in l. illa verba. supra eodem.

Libera partes, non affecta seruitute, l. certo. §. i. ff. de seruitutib. rustic. præd. Libera veniunt edes, id est non feruē nec aliqua seruitute affecta, l. si quis ades. ff. de seruitutib. vrbano. præd. Libera potestas & absoluta dicitur omnimodo voluntaria, l. §. i. ff. de arbitri. ibi quoniam hæc res libera & absoluta & contra necessitatem iurisdictionis posita.

Liberum est mihi, id est possum, licet, l. paterfa. §. fin. ibi, liberum non est, & c. ff. de priuil. creditor. l. si minor 25. annis secum. de minor. l. stipulatio ista. §. inter. & l. quicquid. de verb. oblig. l. si is qui. si quis cautio. l. duos reos. de duob. reis. l. 2. de solutio. l. liberum. de religiof.

Liberalia studia, l. i. ff. de variis & extraor. cogniti. dicuntur, quæ Græci ἐλευθέρων μαθημάτων appellant, scripsi in proœmio cōcordator. in verb. disciplinuis.

Liberalitas, munificentia, l. 2. ff. de operib. publi. vbi primo dicit liberalitatem, postea munificentiam, & ex sua liberalitate non est quis conueniendus, l. diuus. ff. de reg. iur. Liberalitas principalis, id est principis, l. qui excubias. ibi, nisi hoc ei specialiter liberalitas principalis indullerit. ff. de re militar. vt enim imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet & principales liberalitates culmen habere præcipuum, l. cum multa. C. de bonis quæ liber.

Ita præcarium dicitur liberalitatis genus, in l. i. ff. de precar.

Liberalitas captiosa vocatur quando quis ea deciperetur, vt potest quando transactio extenditur ad ea de quibus inter partes non est cogitatum: quam liberalitatem capriofam interpretatio prudentum fregit, l. cum Aquiliana. ff. de transactio.

Liberalis iudicium, quando agitur de statu hominis & sic de libertate, l. si quis libertatem. ff. de petito. heredita. vbi primo dicit iudicium de libertate, postea iudicia liberalia. l. 3. de feriis. l. i. §. si aduersus. de vi & vi arma. & in titul. de liber. causf.

VLPIANVS LIBRO XXX. AD Sabinum. Lex clxx.

Heredis appellatione omnes significari successores credendum est, et si verbis non sint expressi.

Balani, seu dactyli.

Palma pro fructu palmarum.

Palmarum pro victoria.

Fructus palmarum vasalli recogniti. ann. a reg. dominum. Calendæ Ianuariæ, mag. Stratus meridi dies. Balanus p. herba vnguentaria.

Balanus p. supposito.

Balani genus castaneorum.

Pinæarum nucem gener.

Heredis ap-
pellatione
quid conti-
neatur.

Omnis successor venit heredis appellatione, licet alias verbis propriis non fuerit expressus. vnde si quis grauet heredes suos dare centum, omnis successor censetur grauatus, seu de iure pratorio succedat, siue de iure ciuili, per glo. hic, & in lege, hereditatis. supra eod. heredis quippe tanquam domini generale nomen est. lege, item Mela. §. legis. ff. ad legem Aquil. §. fin. Inst. de hered. qualita. Et cum plures sint heredum species, omnes etiam proprie sub suo genere comprehendantur. l. item leg. ato. §. item interest. ff. de lega. 3. Bald. in l. 1. C. de iure aureor. anul. & Decius consil. 294. in testamento. col. 1. heredes quoque extranei in infinitum continentur. l. si pactum ff. de probatio. l. viam. C. loca. lege fin. heredib. instituend. sic consuluit Bal. consil. 114. quaedam moniales. in 1. vol. etiam proprie tanquam species sub suo genere, licet contrarium tenent Decius in regul. qui per successione. ff. de regul. iuris, post glo. hic. Et quia hic text. videtur verb. significari, quod proprietatem denotat, vt scripsi in lege prima. in fine. supra eodem. ita quoque de ceteris successoribus intellige, per l. que sitam. §. 1. ibi, ergo & à ceteris successoribus habere quis dicitur. ff. de præcar.

Heredis ap-
pellatione
an contineat
tur fideicom-
missarius.

Heredis tamen appellatione proprie non venit fideicommissarius, l. si filiusfamilias. §. fin. ibi, effectum enim quodammodo heres est. ff. quod cum eo. l. 1. §. quamquam. & §. de illo. & l. postulante. §. pen. ibi, heredis loco. ff. ad Trebell. §. restituta. Inst. de fideicommissar. heredita. docet Barba. in repet. l. cum acutissimi. col. 56. Cod. de fideicommiss. & §. inordinatum. ibi. ad similitudinem heredis. in auth. de trien. & semiss. colla. 1. l. item veniunt. §. fin. ff. de petitorio. heredita.

Intelligatis, nisi materia conueniat fideicommissarius, & sit eadem ratio in eo, quæ in herede. tunc enim etiam in herede statutum, haberet locum in fideicommissario. vnde sicut heres non conficiens in auctori, tenetur vltra vires hereditarias, l. scimus. C. de iure deliber. ita & fideicommissarius, qui effectu heres est, d. l. si filiusfamil. §. fin. Bart. in lege, in ratione. §. quod vulgo. ff. ad legem Falcid. & pactum heredi factum, ei quoque proderit cui restituta est hereditas. l. sicut. §. 1. ff. quib. mod. pignus vel hypoth. soluit. Et consuetudo generalis Franciæ volens defuncti possessionem continuari in herede sine apprehensione, habet quoque locum in fideicommissario, ex sententia Bened. in c. Raynuntius. in verb. mortuo, secundo. nu. 72. de testam. allegantis arefium, quod ante eum Berber. scripserat in 4. parte sui viatorij iuris, quicquid dixerit Alexand. consil. 51. perspectis. vol. 6. & Bertrand. consil. 21. in 1. vol. secundum nouam impressionem. abunde scripsi ego in tract. de mater. possessor. arti. 9. in 3. romo comment. ad constituto. Reg. Gallic.

Arestum.

Ita etiam fiscus si ex successorio edicto veniat, heres dicitur: at loco tantum heredis habebitur, si per confiscationem bonorum vacantis, Bald. in l. penult. §. fin. num. 4. C. ad Trebell. text. in l. habere licere. ff. de euidio. glo. & ibi Alexand. in l. ex facto. §. fin. colum. penult. ff. ad Trebellia. Qui fiscus succedens tenetur legata soluere. l. si feruus. §. si quis anre, vbi las. de legat. 1. l. cum fisco. de senatusconsil. Silan. l. etiam. C. ad leg. Falcid. Tenetur quoque ad fideicommissum vniuersale. l. reculare. §. sed si fisco. ff. ad Trebell. l. Papinianus. §. meminisse. de inoffic. testam. Adhæc cum onere seruitutum confiscantur res, quippe non nisi cum sua condicione & causa res publicantur. l. viam constitui. §. si fundo. ff. de seruitu. lib. rustic. prædior. quamobrem si quis ab huiusmodi oneribus velit quempiam heredum eximere, eum nominatim exprimat oportet. l. si plures. de lega. 3.

Heres quo-
modo dicitur
sur fisco.

Adhæc fiscus tenetur æs alienum soluere, l. vna. C. de pœnis fiscal. creditores præf. lib. 10. quod non procedere censetur, dum illa bona tanquam vacantia caperet. tunc enim ad onera legatorum vel vel fideicommissi. non teneretur, nec quidem ad liberates. l. quod diuo. ff. de manumiss. testam. l. 4. §. eadem. de fideicommissi. libertatib. Et ista sententia communiter recepta est, teste Alexand. in l. reculare. §. sed si fisco. ff. ad Trebell. quod extendunt nonnulli ad eum casum quo Rex in hoc Regno iure albinagij, vt Regales vocat, quandam hereditatem sibi applicaret, vt quoque nil tunc soluere teneatur. Cuius contrarium probatur per text. in l. quidam testamentum. §. quotiens. ff. de lega. 1. qui text. procedere: nisi bona soluendo non essent, vt dicit Bened. de Plumbino intelligendum illum text. in d. l. quod diuo. facit l. vna. in fin. Cod. de caduc. tollend. ibi, scientes etiam fiscum nostrum vltimum ad caducorum vindicationem vocari: tam illi nec peperimus. nec augmentum priuilegium exercemus: sed quod communiter omnibus prodest, hoc priuata nostre utilitati preferendum esse censemus, nostrum esse proprium subiectorum commodum imperialiter existimantes.

Fiscus quo-
modo tenetur
as alienum soluere
bonorum
quæ ad eum
deseruntur.

Bonus albinagij iure
vindictur
an teneatur
Rex soluere
as alienum.

Secundo ampliant alij fiscum non teneri ad onera, quando bona confiscantur ex delicto testatoris: scilicet esse censentur cum ex delicto heredis, l. cum filius. §. si. ff. de lega. 2. de Ripa in l. ex facto. §. ex facto. in 4. no. ff. ad Trebell. Sed contra hanc opinionem quod imò, etiam si ex delicto testatoris procedat delictum, nihilominus teneatur fiscus, facit lex secunda. ff. ad legem Iuliam, de vi public. iuncta ratione d. legis vnic. in fin. C. de caduc. tollend. & legis, non puto. de iure fisci, nec enim in d. §. quoties. apparet vlla talis distinctio culpæ. imò in lege. dicitur. de iure fisci, sic scribitur: nullam habet rationem quia fiscus teneatur, cum ex quibuslibet aliis causis fisco vindicatis hereditatibus libertates & legata maneat, facit l. in facto. in ff. de conditio. & demonstr. ibi, fiscus sicut iisdem conditionibus parere debet, quibus persona, à qua id ipsum quod relictum est peruenit: sic etiam cum suo onere hoc ipsum vindicat. probat. §. si verò nulla, & §. seq. in authent. de heredib. & Falcid. colla. 1. vbi cum onere hereditas applicatur substitutis & aliis, qui si nolint, ad fiscum deuoluitur hereditas, secundum datam obseruationem, complementis, vbi que deficiunt legitimis successiones. Ergo & fiscus si in bonis vacantibus succedat, cum onere succedat. adde l. cum fisco. ff. de senatusconsil. Silan. l. item. §. ait senatus. de petitorio. heredita. Quippe non possunt vlla bona ad fiscum pertinere, nisi quæ creditoribus superfluta sunt. id enim bonorum cuiusque esse intelligitur, quod ære alieno superest, l. non possunt. ff. de iure fisci, quicquid adularores quidam nitantur in contrarium.

Fiscus non
confiscatio in
uentario non
tenetur vltra
vires hereditatis.

Fiscus quo-
modo tenetur
cum ex
instituitur
heres sit.

Fiscus quo-
modo imp-
pro-
prie heres.

Tertio fiscus licet non confecerit inuentarium, non tenetur vltra vires hereditarias, teste Bart. in l. 1. §. an bona. ff. de iure fisci. Bald. & Iason. in l. fin. in princ. col. 2. C. de iure deliber. vbi idem in ecclesia asserit: quandoquidem non conuenitur tanquam heres, sed tanquam possessor, ergo non debet teneri nisi quatenus possidet, teste Ancha. consil. 294. ex prædictis. col. vlt. & consil. 322. vlt. a.

Contrario si fiscus non ex confiscatione veniret, vel ad bona vacantia, sed ex institutione, & tanquam heres, teneretur in solidum vt heres, & ex quasi contractu, sicut alius. §. si. ibi, in omni persona. in authent. de heredib. & Falc. colla. 1. nisi restitueretur, quæ admodum facillime restituitur.

At quando fiscus venit in defectum omnium, improprie dicitur heres: quippe tunc bona capit non tanquam heres, sed loco heredis ad bona vacantia

cantia recipitur. l. vacantia. & per totum. C. de bonis vacant. Paul. & de Ripa in d. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel. nec refragatur lex prima. C. vnde vir & vxor. nam ibi fiscus non vocatur per aliquod edictum, nec est in iure edictum, vnde fiscus, sicut vnde liberi. sed cum incerta bona ad eum spectent, deficientibus consanguineis & vxore, ne bona sint vacantia, admittitur fiscus, vt alibi diximus de oberrantibus.

Hereditas
dicitur sub
fiscus.

Stet ergo regula firma nostri tex. heredis scilicet appellatione omnes significari successores: quæ procedet etiam in substitutionibus: vt si testator dixerit, instituo heredem meum Titium, & quando ipse decesserit, volo bona mea venire ad heredes Ioannis: tunc venient omnes heredes in infinitum. l. paterfamilias. ff. de vulgar. l. si quis filium. §. fin. ff. de acq. hered. l. qui per successione. de regul. iur. sic consuluit Alex. consil. 49. vno themate. in 6. vol. heres enim heredis, testatoris est heres, l. fi. C. de heredib. inst. Rom. sing. 683. heres heredis.

Successoris
appellatio
ne omnis
successor in
cluditur.

Amplia etiam in successore, vt successoris appellatione generaliter omnis successor includatur: de vniuersali successore probatur in lege, quædam. §. nihil. ff. de ededo. quod etiam singularis successor, qui scilicet vnâ rem habet, veniat appellatione successoris, tex. in l. fluminum. §. adicitur. ff. de damn. infecto. l. 1. §. illud. ibi, in locum successisse accipimus, siue per vniuersitatem, siue in rem sit successum. ff. quorum legator. l. si. de exceptio. rei iudica. Guido Pape decif. 458. in dispositione. intelligatur dum materia eis cõueniat, nec aliud suadeat contraria ratio. Alias contra, vt docet Felin. in c. quia V. col. penult. de iudic. Alex. & las. in d. l. quidã. §. nihil. vnde consuluit idẽ las. consil. 89. in præfenti. vol. 3. Quod immunitas cõcessa alicui & suis heredibus, non extenditur ad singularem successorem.

Succedere
in locum.

Et vltra id dicerem præfatam regulam non procedere, quando fit mentio de herede testatoris diphonitatis: vt tunc verbum veniat primus heres, l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulgar. tex. in l. sciendum. vbi scripsi, supra eod.

Hereditas
non ad a-
lios heredes
non exten-
ditur, si na-
turæ re-
pugnat.

Secundo cum natura rei repugnat, vtputa quia de re non transitoria ad heredes loquimur: veluti in usufructu legato Titio & heredi: quo casu de primo tantum intelligitur, per l. antiquitas. C. de vsu fruct. ita consuluit Soc. consil. 57. in causa. col. 3. in vol. & Alexand. consil. 49. vno. col. 2. in 6. vol. post Bar. & alios in l. Gallus. §. etiam. de liber. & posthu. & Bal. in l. liberti. C. de oper. libertor. Alioqui resularet absurditas, quod proprietatis inutilis remaneret penes proprietarium: de quibus scripsi in l. sciendum. supra eo. Sic quoque ad feudum concessum alicui & heredibus, non veniet nisi primus heres masculus, c. 1. de successio. feud. Ex consuetudine tamen Regni Franciæ, dum alias non limitata concessio, feudum transit ad quoscunque. nam instar bonorum patrimonialium feuda sunt redacta, vt scripsi in arbore feudorum post Ioan. Fabr. in l. 1. C. de summa Trinita.

Feuda in
Gallia ad
instar sunt
bonorum pa-
trium.

Tertio non procedit ratione impossibilitatis: vt si actus de herede viuente loqueretur, tunc cum sit impossibile viuente, heredem habere. l. 1. ff. de heredita. vend. l. qui superstitis. de acquir. heredita. vt valeat potius quam peccat huiusmodi dispositio, intelligitur de descendentes, primum gradum tenentibus. l. si quis Titio. cum l. seq. secundum vnum intellectum. ff. de usufruct. accedend. ita consuluit Soci. consil. 57. in causa. col. 2. vol. 3.

Hereditas
non ad he-
redes rela-
tum.

Quarto idem cum dispositio repugnaret, aliaque inutilis esset: vt si quis substituat filio si sine herede decesserit, intelligitur de liberis, tex. in l. ex factis. §. si. ff. ad Trebel. Alex. d. consil. 49. col. 3. vol. 6. Guido Pape in decif. Delphi. q. 391. verbum, heres.

imò tali stante dispositione, si filius meus decessat absque herede legitimo, substituo talem: tunc substitutus excludit patrem instituti pueri, teste Guido. Pape in decif. suis. q. 457. mater filium.

Quinto si dicatur, volo quod hoc palatium, aut quæpiam huiusmodi res veniat de herede meo in heredem, intelligitur hæc verba de liberis testatoris, de vno scilicet filio in alium, vt consuluit Socin. consil. 57. in causa. col. 2. & seq. in 3. vol. & non generaliter de quibuscunque successoribus. Quemadmodum etiã prohibitio alienationis facta suis heredibus, intelligitur facta filiis tantum, & non nepotibus, ratione odij. §. nos igitur. in authen. de restitutio. fideicom. colla. 9.

Hereditas
mei qui.

Sexto, quando testator grauaret suos heredes, ita dicendo, Grauo meos heredes ad tale quid præstandum, primi solum heredes cõtinebuntur. nam hoc pronomen eorum & suorum ad priores tantum institutos pertinet. l. si ita. ff. de auro & arg. lega. sic expresse docet Alberic. in rub. ff. de vulgari. col. 65. verfi. quaritur an debeant. facit §. 1. Inst. de pupill. substituta.

Septimo, non venit singularis successor, veluti legatarius. Bal. in l. si adducta. col. 1. C. de furt. & superius dixi.

Hereditas
non sine singu-
laris succes-
sor non venit

Octauo, non venient appellatione heredis quicunque successores, si de contraria mente appareat: verbi gratia dictum fuit, Volo bona mea venire ad heredes meos masculos, tunc quia limitatum fuit, non venient foeminae nec extranei, licet masculi. Ioan. Auer. in additio. ad Specula. titul. de testam. in rubr. circa fin. Refert Claud. Aquen. in §. forsitan. l. Gallus. col. 3. ff. de lib. & posthum. A la multa dixi in l. heredis. 1. supra eod. quæ ne repetam, illic videre poteris.

Hereditas
masculi no-
men si ex-
primatur,
foeminae ex-
cludit.

Postremo dicitur in tex. Et si verbis non sunt expressa. Vbi sciendum est expressum duobus modis dici, verbis, vt hic: quod tribus modis subdistinguitur. Aut enim verbis expressum est in genere, vel specie, vel indiuiduo, vt docet Bar. in l. 1. in 2. q. principal. num. 7. Alias dicitur exprimi voluntas facta vel factis. l. de quibus. ff. de le legib. c. dilecti. de appellatio. Et quando expressum fuerit cessare tacitum, docet l. cum filio. §. ff. de vulgari. Et an tacitum plus proficit expresso, vel contra, multa congerit las. & alij in l. cum quid. ff. de reb. credit. las. in l. prætor. de noui oper. nuntia. & Dec. in l. expressa. de regul. iur. Quantumque proficit hæc claus. pro expressis habent. scripsi abunde in concordia. Franciæ. in forma mada. ac in praxi beneficial. in form. signat. Alia hic non exprimam, vt ad alia perueniam.

Expressum
duobus mo-
dis dicitur.

Expressum
quando fa-
ciat cessare
tacitum.

POMPONIVS LIBRO XVI.
Lex clxxj.

Peruenisse ad te rectè dicitur, quod per te ad alium peruenerit: vt in hereditate à liberto per patronum filiumfamil. patri eius adoptiuo acquisita responsum est.

Explicatio
textus.

Peruenisse ad me dicitur, quod per me alteri est acquisitum: vnde ad filiumfamil. censetur hereditas peruenisse, quæ patri adoptiuo fuit acquisita: veluti ad libertum quoque peruenisse eodem casu dicitur in l. cepisse. vbi scripsi, supra eod. idem est in verb. cepisse.

Hereditas
filij adop-
tiui, soluta
adoptione
redditur.

Utilitas & effectus huius legis est, vt soluta adoptione paterfamil. illam hereditatem filio adoptiuo restituere teneatur, iuxta l. non enim. & l. Si arrogator. ff. de adoprio. quem putarem verum esse legisentium, quicquid hic dicat glo. Alias qua de causa loqueretur hic tex. potius de patre adoptiuo

IDEM LIBRO XXXVIII. Ad Sabinum. Lex clxxiiij.

Collegiarum appellatione ij continentur qui sunt eiusdem potestatis.

cuit, legis habet vigorem. l. i. ff. de constitutio. princip. §. sed & quod principi. de iure natur. in Insti. declaravi in rub. de Regia facultate. in concordia. principi tamen nihil placere debet nisi quod iustum & honestum sit. animal quippe est rationale, secundum Bal. in l. princeps. ff. de legib.

Quo verbo priuantur omnes religiosi, nisi sint Abbates seu Episcopi: quia tunc ab ipsis prolatum in religioso est metuendum. c. ad nostram. de appella. c. si religiosus. de electio. in 6.

In ore quoque mulierum hoc verbum placet, turpe est: quia placitum mulieris residere in ore viri debet, cum ipse sint in potestate maritorum, maxime in Fræcia, quemadmodum constat ex omnibus consuetudinibus eiusdem Regni, nisi sint interuerit, vt scripsi in l. mulieris. supra eod.

At verbum hoc placet, denotat arbitrium boni viri. l. Thais. §. forore. ff. de fideicommissar. libera. Si verò diceretur beneplacito tuo quidpiam relinquere, intelligendū esse videretur de libera voluntate, vt docet Guido Papain suis decisio. q. 475. in iure. & Panor. in c. verum. col. i. r. de foro cōpeten. & Bar. in extrauag. ad reprimendū. in verb. videbitur. adducit verba denotantia merā voluntatem, vel arbitrium boni viri. la. in §. in bonā fidei. Insti. de actio. l. si sic. de lega. i. Tamen in forēsi iudicio notandum omnia verba quātumuis liberam voluntatem denotantia, restringi ad limites rationis & causæ: quemadmodum expertus ego vidi executo rem testamenti non obstante plenissima potestate concessa a testatore disponēdi pro libito, & erogandi quasdam pecunias, vt vellet, nihilominus recte conuenit ad reddendas rationes: ne scilicet pro effrenata cuiuspiam libidine meretricibus aut aliis turpibus vsibus consumere pecuniam liceat. facit. l. quidam decedens. ff. de administra. tutor.

Decimo, si maritus omnino fecerit adulterij criminis commemorationē, id est si aliquam fecerit mentionem. l. denuntiasse. §. quid ergo. ff. de adult.

Vndecimo, interdū exponi potest omnino pro sufficienter, perfecte & abunde, vt in §. 1. Insi. de leg. ibi, sed cum omnino de testamentis & hereditibus qui testamento instituantur locuti sumus, & c. vel secundum glo. ibidem interpretantem Omnino, id est diligentissime.

Duodecimo, continuum denotat effectum, vt firmat Felin. in d. c. ex parte. r. de offic. deleg. vbi alia videre poteritis, sed non forsan ira exacte tractata.

Limita dum subiecta materia refragaretur, vt in l. cum heres. in fi. ff. de acquir. vel omit. heredit. vbi ponitur limitatio ad glo. & doc. in c. 1. de deponsh. impub. & dicit text. in l. iusuradum & ad pecunias. §. non semper. ff. de iureiur. quod non semper est consonans voluntas. ideo ex diuersitate personarū vel rerum quibusdam emergentibus, quae varietatem

Omnino non respondere quid.

Omnino est sine pactione & conditione.

Omnino est liber, absolute.

Omnino sciendū est.

Omnino non recipere impetratis.

Omnino credendum est.

Hereditas quid.

Omnino pro sufficienter, & perfecte.

Omnino continuum denotat effectum.

tem inducunt, iudicis officio aliter prouidebitur.

Secundus casus est, cum dicitio omnino respicit orationem negatiuam, vt tunc accipitur pro nullo modo, nullo casu, praesentem, indistincte, per text. in l. de atate. §. 2. & seq. ff. de interrogato. actio. ibi, & qui omnino non respondit, contumax est. Omnino non respondisse posteriores sic acceperunt, vt omnino non respondisse videatur, qui ad interrogatum non respondit: & ibi, vel omnino cum heres non esset. l. r. in fi. ibi, sine quibus omnino vti non possit. vt susfruct. perat. l. loci. in fin. si seruit. vindicet. ibi, omnino alius tollere non liceat. l. duobus. §. si ei qui. ibi, omnino non promississe. de iureiur. l. in summa. in fin. de condit. indeb. l. aliquando. in fin. ad Velleia. l. si praedio. ibi, omnino heres non existat. de in diem addictio. l. seruus. de actio. empr. Et seruus qui omnino manumitti non potest ex constitutionibus. l. quis sit fugitiuus. §. penult. de adilit. edict. & omnino dos peti non possit. l. cum pater. in fin. de pact. dotal. Et ne sit omnino matrimoniu. l. 3. §. 1. de donat. inter vir. & vxor.

Postremo idem fere dicendum est de dictione omnimodo, vt etiam pro praesentem, omni modo, omni casu, in totum, idque tam negatiue quam affirmatiue possit exponi. l. si cum exceptione. §. Labeo. 2. & §. quatenus. ibi, res quidem omnimodo contineatur. ff. quod mer. caus. l. 3. §. 1. ibi, at hoc edito hospes qui recipit tenetur, etiam si sine culpa eius res perierit: & sic hospes tenetur res ab aduenientem restitueret omni casu, & omnimodo, nisi raro pereant. de his hospitibus scripsi in tract. de hospitibus. in 2. tomo commenta. in constitutio. Reg. Gallic. Pacifici contra editum aditium curulium omnimodo licet, siue in ipso negotio venditionis gerendo conuenisset, siue postea. ff. de pact. itaque si accepto lata sit tibi pecunia, omnimodo cum herede tuo agatur, l. itaq. ff. de dolo. Et si quidem omnia integra sint minori, omnimodo audiendus est. l. quod si minor. §. Scruola. ff. de min. & l. patri pro filio omnimodo praestanda restitutio est, licet filius restitui nolit. ibidē. l. non distinguemus. §. facit. l. otio. ibi, ceterū si postea susceperit, iste quoque omnimodo sententiam ferre debet. ff. de arbit. l. cū hereditas. ibi, fructus quos possessor accepit, omnimodo restituendos. de petitio. heredi. l. si nautem. ibi, omnimodo condemnandus est. ff. de rei vindic. l. hac autem. ibi, non omnimodo pereunt. de seruit. vrb. praedio. Alia sexcenta huiusmodi iura possem adducere, quae breuitatis gratia praetermittro.

§. Hereditas nomen iuris est, quod & hereditas & decessionem in se recipit. hereditas autem vel maximē fructibus augetur.

Hereditas nomen est iuris scilicet ciuile: bonorum possessio verò praetoria. Et significat vniuersum ius quod defunctus habuit tempore mortis, l. nihil aliud. supra eo. & recipit augmentum & diminutionem, vt inferius dicitur: quo etiam verbo damnosa continetur hereditas. l. hereditatis. r. supra eod. Et hereditas cum solo iuris nitatur ministerio, quippe nomen iuris est, intelligitur absq; corpore: vt sit successio in vniuersum ius quod habet defunctus tempore mortis: ideoque non augmentum vel diminutionem accipere dicitur hic, sed accessio & decessio, denotans hereditatem non consistere in facto, quemadmodum possidere, l. 1. §. si vir. ff. de acquir. posses. de Ripa in rub. de causa posses. & propriet. l. cōsilio. ff. de curatore furiosi. vnde si petam hereditatē ab eo qui rem vnam possidebat, de qua sola controuersia erat, etiā id quod

postea possidere coeperit restitueret, l. 4. ff. de petitio. heredit. Alia docui superius in l. hereditas. quae hic non repetam.

Accessionem. Accedere est, aduenire, accrescere, adiungere: inde accessio, id est augmentum: quod satis innuit text. hic, fructibus augetur: primumque vrens verb. accessio, postea vitur verbo augeo. l. si in emptione fundi dictum sit accedere Stichum seruum, neque intelligatur quis ex pluribus accesserit. ff. de contrah. emptio. Et comprehensum erat in lege veditiois doli septuaginta accessura: cum essent centum in venditoris fore potestare responsum est, quae vellet dare, l. comprehensum. ibidem. l. si cum fundum. & l. si stultas emptori accessuras in l. dictū erat. ibidē. l. Iulia. §. si Titius. de actio. empr.

Decessio verò diminutionem significat à verb. decedo, probat l. vicinus. in fin. ff. de aqua pluuiar. arand. vbi vicinis non licet in lacu facere accessio-nem, neq; decessionem. idem in l. si hereditas. ibi, & accessio-nem, & decessionem. ff. de statuliber. l. si cui. ibi, alteris adibus hic accedit, alteris decedit. ff. de lega. 3. l. si quis putans. §. si quid. ff. communi diuid. l. fin. quand actio de pecul. est annalis.

Interdum Iuriscōsul. dicit adiectionem, & diminutionem pro eodem, in l. & an eadem. ff. de exceptio. rei iudica. ibi, nulla adiectione diminutione facta, sed adiectione pro communi utilitate accipitur.

Aliquando augmentum & diminutionem pro eodem dicit Iuriscōsul. vt in l. si cum testamento. §. 1. ibi, aucto vel diminuto numero gregis. ff. de exceptio. rei iudica. l. vbi, in fi. de edendo. ibi, neque ad augmentum neque ad diminutionem.

Accessiones, id est fideiuliores exponit Iuriscōsul. in l. si seruam. §. si seruit. §. nunc videamus. in fin. ff. de verbor. obliga. ibi, accessio-nibus suis, id est fideiulioribus. Et accessores dicit in l. ex persona. ff. de fideiuliorib. vbi pro sponfore & expromissore, & aliis quae obligationi accedunt capi potest, non pro mandatoribus, vt ibi glo. scribit, nec pro successores, quia non conueniret text. facit lex, ij qui accessio-nis loco promittunt, de fideiul.

De accessione temporis videte l. Pomponius. ff. de acquir. posses. & l. obligationū fere. §. accessio. de actio. & obliga. vbi accessio in obligatione aut persona aut rei sit: persona, cum mihi aut Titio stipulor: rei, cum mihi decem aut Titio hominem stipulor.

Accessio possessionū est quando vna possessio coniungitur alteri possessioni: vt si Titius possederit quinque annos rem immobilem, eo mortuo heres eius possidet quinque: an primi quinque accedere ac coniungantur quinque annis debeant ad praescriptionem implendam? Et de hoc loquitur l. Pomponius. ff. de acquir. posses. & rubr. de diuers. & temporal. praescrip. & de accessio-nib. possessio. & l. si seruus communis. §. idem dicendum. ibi, accessio-nis & fructus emptor restituere cogitur. ff. de iur.

Accessorium, quod principali adiungitur, regul. accessorium est. de regu. iur. in 6. vel quod sequitur principale, Vlp. in l. cum principalis. ff. de reg. iur.

Accedere pro euenire, contingere. l. quare aliquis. in fin. supra eod. ibi, neque quod fataliter accesserit mari damnū iniungere debet. l. eum qui. in fin. de in diem addictio.

Decedere pro mori sumitur in l. qui à latronibus. in fin. ff. de testam. hinc decessus, id est mors: qua dictione frequēter vtuntur summi Pontifices, vt dicitur explicando rit. de verb. signifi. in decret.

Decessor verò dicitur qui ē provincia successore veniente & finito officio dicitur. l. obseruare. §. recte. ff. de offic. proconsul. praefes. de mino. quem Vlpia.

Accedere quid. Accessio.

Decessio.

Adiectiones diminutio simul potest fieri.

Augmentum & diminutio si mul possint.

Accessio pro iudicis fore.

Accessorij sunt in iure.

Accessio rei parit.

Accessio possessionū.

Accessorium.

Accedere pro euenire.

Decedere pro mori.

Decessor, & praedeccessor.

Omnino ipse sumus denotat.

Omnino pro praesentem.

Obligatus omnino facere, per alium facere non potest.

Iuramentum omnino seruari quomodo dicitur.

Vl pia. antecessorem vocat in l. quamuis. ff. de reb. coram. & vulgus prædecesforem.

Hereditas ex quib. augetur. Cum igitur hereditas accetionem & decessionem in se recipiat, nunc declarat ex quibus hereditas augetur, dicens: hereditas autem vel maxime fructibus augetur. Siquidem fructus hereditatis ipsam auget, siue ante aditam, siue post accesserint, lege item veniunt. §. fructus. ff. de petito. heredita. l. 2. C. illo tit. l. in lege. alias incipit, in ratione. ad legem Falcid. sic & fructus auget dotem, l. si marito. in fin. soluto matrim.

Verum ideo addit maximè fructus augere hereditatem, quia non solum fructus, sed gregis foetus & pecorum, ac partus ancillarum, quamuis in fructu non sint, & pñiones quæ ex locationibus prædiorum vrbanoꝝ percipitæ sunt, etiam hereditatem auget, l. sed & si lege. §. si. cum l. ancillarum. ff. de petito. heredita.

Hereditas qua minuitur. Quæ verò sint illa quæ minuunt hereditatem, docet Iuriscōf. in l. in ratione. 2. in prin. ff. ad legem Falcid. sic dicens: mortes seruorum, ceterorumq; animalium, furta, rapinæ, incendia, ruina, naufragia, vis hostium, prædonum, latronum, debitorum facta peiora nomina, in summa quocunq; damnatum, si modo culpa legatarij careat, heredi perent. hæc igitur sunt quæ hereditatem minuunt: sicut econtra lucrum hereditati accedens eam auget, vt ibi dicitur.

Dos impensis vt minuitur. Ita quoque impensæ diminuunt dotē ipso iure. Sed quod diximus ipso iure dotem impensis minui, non ad singula corpora, sed ad vniuersitatem erit referendum, l. de dote præleg. Et ad quem spectet augmentum & diminutio, text. est in l. secundum naturam. ff. de regul. iur. l. in quantitate. ad legem Falcid. intelligitur autem augmentum secundum naturam rei cui additur. l. si contulerit. §. si nuda. ff. de pignora. actio. l. inter. §. cum inter. de pact. dotal. l. etiam. C. de iure dotium: quod non procedit in 12. casibus, quos Albert. Brunus scribit in tract. suo de augmento, in quinta conclus. princ. exactè præ aliis hanc materiam tractans.

§. Actionis verbum & generale & speciale est. nam actio dicitur omnis siue in personam, siue in rem sit petitio. sed plerunq; actiones personales solemus dicere: petitionis autem verbo in rem actiones significari videntur.

Actionis nomen quid comprehendat. Actionis verbum est generale, comprehendens omnes actiones tam in rem quam in personam: specialiter tamen intelligitur personales tantum, vt scribit etiam Ioan. Crispus in arbor. exceptio.

Petitionis verbo quid significetur. Petitionis verbum significat actiones in rem, siue vt dicitur reales. vnde dicit text. in l. procurator. 3. ff. rem ratam haberi. procuratorem qui recipit pecuniam, & promisit dominum rem ratam habiturum, ac eum ad quem ea res pertinebit, si alius non procurator iterij petat, non teneri hunc procuratorem, quia is nec actionē nec petitionem habebat. l. ff. ad Macedo. ibi, placere ne cui, qui filiofamil. mutuam, pecuniam dedisset, etiam post mortē parentis eius cuius in potestate fuisset, actio petitioq; daretur: id est non dabitur actio personalis, nec realis alicui qui filiofamil. mutuauerit.

Actionis nomen generale & speciale est. Non refragatur, si quis dicat actionē non posse dici generale nomē & speciale. nec enim absonum in iure videtur idem modò in genere, modò in specie sumi: quemadmodum de iurisdictione dicunt Doct. in l. imperium. ff. de iurisdic. omnium iudic. vbi dum iurisdictione generale nomen est, comprehendit omnem iurisdictionem: quando verò spe-

ciale, continet iurisdictionem tantum inferiorem, quam Galli *iustice basse* vocant. Idem in adptione dicimus. est enim generale & speciale nomen, §. 1. Instit. de adptione. idem ergo erit in actione, vt hic & scripsi in l. inuuis. supra eod. vnde Vl pia. sic ait: Actionis verbo continetur in rem, in personam, directa, vtilis, præiudiciali, stipulationis etiam quæ prætoris sunt, quia actionum instar obtinent, vt damni infecti, legatorum, & si quæ sunt similes. interdista quoque actionis verbo continentur, l. actionis verbo. ff. de actio. & obligatio. etiam Imperator in l. fin. C. de hered. vel actio. vendi. docet actionis nomen generale esse omnium siue in rem siue in personam actionum.

Item quandoq; actio pro personali, & frequentius capitur: petitio autem pro actione in rem, l. actio. ff. de actio. & obligatio. quæ sic habet: actio in personam confertur: alij habent, infertur: petitio in rem, persecutio in rem vel in personam, rei persequendæ gratia. Alias etiam personalis actio dicitur à Iuriscōsul. personalis petitio, vt sciendum. §. diuersa causa. ff. qui satisd. cog. Et actio specialis in rem vocatur in l. in princ. ff. de rei vindic. per quam scilicet rem nostram quæ ab alio possideret petimus. in personam verò est, quæ cum eo agimus qui nobis obligatus est ad faciendum aliquid, vel dandum, & semper aduersus eundem locum habet, l. actionum genera. ff. de actio. & obligatio. personalisq; vocatur actio, quia is cum quo agitur est agens obligatus: & actio est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. §. 1. Instit. de actio. in rem verò dicitur eo petitio, quia res perit ab eo qui eam tenet, qui nec est obligatus agenti. d. §. 1. multa in hanc rem scribant Doct. in tit. de actio. Instit. & potissimum Ias. & Gomef. in §. omnium. quos si non grauemini videte, plura alia vocabula ex Gellio desumpta connectit hic Alcia. quæ multum conferre possunt. Et sic qui donat vel cedit generaliter actiones suas, tam actiones in rem quam in personam transferre videtur, per hunc text. Quando autem specialiter vel generaliter capiantur, ex qualitate materiæ dignoscitur. vnde caute notari in hoc Regno ad euitandam huiusmodi ambiguitatem in instrumentis euitationis siue garentiæ dicunt: *A promis garentir de tout ce dont on luy pourroit faire demande, action & poursuyre, ores ou par le temps aduenir.* vt si materia ad vtramq; actionem referri poterat, ita promissio extēdatur: & sic generaliter capiendi præiudicium etiam continet, id est actionem præiudiciale, de qua in §. præiudiciales. Instit. de actio. Acceptiones etiam octo huius nominis actio videte potes per Ias. & Gomef. in §. superest. l. Instit. de actio.

Actionis nomen & petitionis quid differant. Actionis nomen & petitionis quid differant. Actionis nomen & petitionis quid differant.

Actionis nomen generale & specialiter sumptum quid denotet. Actionis nomen generale & specialiter sumptum quid denotet.

Actionis nomen generaliter & specialiter quid. Actionis nomen generaliter & specialiter quid.

Actionis nomen generaliter & specialiter quid. Actionis nomen generaliter & specialiter quid.

Personalis actio seu in personam, idem. Personalis actio seu in personam, idem.

§. Persecutionis autem verbo extraordinarias persecutiones puto contineri, vt puta fideicommissorum, & si quæ alia sunt, quæ non habent iuris ordinarij executionem.

Persecutionis appellatione venit persecutio extraordinaria: vt persecutio fideicommissorum, & alia quæ non habent iuris ordinarij persecutionem, id est quæ non possunt ordinariis actionibus protegi: vt verumtamen nonnunquam ex abundantia Iuriscōsul.

Adoptio nomen generale & speciale.

Actionis nomen & petitionis quid differant.

Actionis nomen generale & specialiter sumptum quid denotet.

Actionis nomen generaliter & specialiter quid.

Personalis actio seu in personam, idem.

Persecutio nomen generale & specialiter sumptum quid denotet.

riscōsul. extraordinarias persecutiones exprimit, quamuis satis per se persecutio extraordinaria dicitur, vt l. creditor. ff. de actio. empt.

Persecutio & actio quid differant. Persecutio & actio quid differant.

Sic igitur persecutio nō dicitur simpliciter actio sed extraordinaria petitio: verum actio proprie dicitur cum aliquid debetur ordinariè & iure obligationis & actionis. Quando verò quispiam aliquid potest persequi, in quo iudicij officium consistit, tunc extra ordinē agitur. Et illud quod quis sic persequitur, iuris ordinarij non habet executionem, cum videlicet nulla darat à iure actio, plura de his videte per Doct. in l. à diuo Pio. ff. de re iudi. iuncta l. aliud est fraus. in fin. supra eod. scripsi in 1. tomo commentarij in consti. Reg. Gallic. De publica executione loquitur text. in l. hæc stipulatio. infra eod.

Iudicis officij obligatio non præsupponit. Iudicis officij obligatio non præsupponit.

Iudicis officij obligatio non præsupponit. Iudicis officij obligatio non præsupponit.

Nunc breuiter accedendo ad notabilia nostri text. iuncto §. præcedenti, colligitur primo, actionem generaliter sumi pro quacunque actione, specialiter autem pro actione in personam: quemadmodum diximus in verb. rei, quod licet generaliter sumendo personas denotet, & actiones, & alia, vt in l. rei. 1. supra eod. tamen quando rem diuidimus à persona & actione, vt l. de statu homi. cum diuiditur omne ius in personas, in res & in actiones: proculdubio patet eo loco, rem non completi per se personas vel actiones, sed ab eis distingui. Alias superflua vel inepta esset hæc Iuriscōsul. diuisio. fusius dicam in meis no. inter preta.

Petitionis nomen generaliter & specialiter quid. Petitionis nomen generaliter & specialiter quid.

Tertio eadem ratione persecutio generaliter & specialiter sumitur. Generaliter dicitur persecutio, vbiunque quis ius suum nedom in iudicio persequitur, vt §. 1. Instit. de actio. sed etiam cum extra ius, vt dixi in l. actionis verbo. supra eod. facit l. si tibi. 3. in fi. ff. loca. specialiter autem persecutio vocatur extraordinaria persecutio, vt hic. vide quæ de eadem persecutione scripsi in 2. tomo commentarij in consti. Reg. Gallic. tract. de restitu. artic. 2. glo. 5.

De verb. Extra ordinem tractabo in l. pupillus. §. munus. infra eod.

§. Hoc verbum DEBITUM, omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, siue ciuilis, siue honoraria, siue fideicommissaria sit persecutio.

Debere quis dicitur, ex quacunque actione quis teneatur, siue sit ciuilis actio, siue prætoris, nec non si fideicommissaria fuerit persecutio. Debere quis dicitur, ex quacunque actione quis teneatur, siue sit ciuilis actio, siue prætoris, nec non si fideicommissaria fuerit persecutio. Et sic prima questio soluitur, vt id quod quis potest persequi dicitur deberi, siue debitum. nempe verbum deberi, generale est per istum text. & gloss. in §. 1. Instit. de actio. siue actu debeat, siue habitu, vt docet Zas. in §. 1. nu. 2. Instit. de actio. quippe si deberi speretur litem contestando, quis hoc persequi poterit. l. si Titius. ff. de verb. oblig. vel in populari actione. l. 1. de populari. actio. & per totum, vt scripsi in l. si cui. supra eod. l. deberi. C. de fideicommissa. liberta. Et debitor dicitur à quo inuito pecunia exigi potest, l. debitor. supra eodem. & in quem certa com-

petit actio. vnde Iuriscōsul. in l. nec seruus. ff. de pecul. ait, quod seruus non potest quicquam debere, nec seruo debere. Quod si quandoq; verbo hoc abutatur, factum magis demonstramus, quam ad ius ciuile referamus obligationē: vbi gratia licet seruus non sit obligatus iure ciuili, tamen ex facto suo obligatur obligatione naturali: cuius facti eo vsque rationē habemus, vt ex hoc dominus quoque teneatur quatenus est in peculio, vt ibidem & per totum dicitur. Ita res mihi legata dicitur mihi deberi. l. non amplius. ff. de lega. 1. veluti in actionibus is debere dicitur qui ad decē tenetur. §. 1. Instit. de actio. & ex quacunque causa, etiam officio iudicis: nempe si iudicis officium porrigatur ad eogendum cum qui tenetur ad salarium vel ad aliud, præsertim debitum: alioqui iudex perperam ageret, qui non debitum alicui adiudicaret, & ad solutionem indebiti cogeret.

Debere siue actio vel obligatio.

Quod verò iurum interpretes volunt officium iudicis non præsupponere obligationem, vel non continere: ego puto contrarium, siue sit officium mercenarium, quod secundum eos actioni deseruit, & sic obligationi, doct. in l. 1. ff. de iurisdic. omnium iudic. siue sit officium nobile, quod ipsi vocant, & ego reprobaui in l. actionis verbo. supra eod. nempe si rei persecutionem habeam, & mihi debeat, iudex adstringitur ratione sui officij mihi iustitiam administrare. l. fin. §. iudicandi necessitas. ff. de munerib. & honorib. & mihi debitum adiudicare. Alioqui potest appellari tanquam à denegatione iuris, vt scripsi in l. actionis verbo. supra eod. Iaso. in §. 1. Instit. de actio. probat. l. iuncta. l. semper. §. in hoc. ff. quod vi aut clā. vbi vi vel clam factum opus restitui debet. Et is qui opus sic fecit obligatus est ad restitutionē, quæ restitui fit officio iudicis. d. §. in hoc. & l. si alius. §. beclis sine. ibidem. facit l. fin. de precar. l. carceri præpositus. de custodi. reor.

Iudicis officij præsuppositio obligatio, & cotinet.

Officium iudicis mercenarium Nobile.

Sed ratione eius qui tenetur officio iudicis non est obligatio personalis, nisi sit contractus, vel quasi, delictum, vel quasi: verumtamen obligatus dicitur eo quod se exceptione tueri non potest. lege, vel obligatus. §. 1. ff. de liber. caus. sic qui debet officio iudicis salarium est obligatus: quandoquidem se tueri non potest exceptione, quin soluat. Et hanc obligationem oriri ex quadam aequitate asserit Alcia. lib. Paradox. 2. c. 10. post doct. in l. Instit. de oblig. & in l. Julia. de condic. indeb. videte quæ scripsi in l. creditores. cum l. seq. & l. actiois verbo. supra eod.

Non refragatur tex. in d. l. qui per collusionem. in fi. ff. de actio. empt. vbi sic dicitur, pretij forte licet post morā soluta, vsura peti non possunt, cum hæc non sint in obligatione, licet officio iudicis præstentur. Ecce textus perperam hætenus ad hoc inductus: nempe si quis petat pecuniam quam ei debeo, post moram teneor iure Digestorum ad vsuras: si tamen pecuniam, id est sortem debitam solutam sine vsuris, creditor postea non poterit ad eas agere, quia illæ vsuræ non erāt in obligatione principali, sed accessore veniebant. quam obrem extincto principali per solutionem, extinctum est accessorium, videlicet vsuræ, per l. eum principalis. ff. de regul. iur. Accipiens ergo sortem, quodammodo accessorium remittere videtur, nimirum si postea vsuræ peti non possint, nec iure quidem actionis, nec officio iudicis, cum vt dixi fuerit extinctum accessorium. probat. l. 4. C. de positi. ibi, non enim sunt duæ actiones, alia sortis, alia vsuratum: sed vna. ex qua, condemnatione facta, iterata actio, rei iudicata exceptione repellitur: sicque vnica est actio ad vtrumque & ad sortem & ad vsuras, ergo & obligatio. §. 1. Instit. de actio. Patet igitur officium iudicis continere obligationem vt ibi, sumēdo argumen-

Intellectus nouum ad l. qui per collusionem. ff. de act. empti.

tum à contrario, quia dum extinctum est non continet obligationem, vt ibi: ergo quādo non est extinctum continet obligationem. facit lex, adiles. l. §. item sciendum. versic. ceterum. de adilit. edic. vbi sic dicitur: ceterum post iudicium acceptum tota causa ad hominem restituendum in iudicio versatur, & tam fructus, quam id quo deterior factus est, ceteraque veniunt. iudici enim statim atq; iudex factus est, omnium rerum officium incumbit, quæcunque in iudicio versantur: ea quæ ante iudicium contingant non valde ad eum pertinent, nisi fuerint ei nominatim iniuncta. sicque iudicis officium extendit se ad omnia quæ debentur etiam quoad perfectionem.

Adhæc confirmatur à definitione: siquidē obligatio est iuris vinculum quo necessitate adstringimur alicuius rei solvendæ gratia. §. 1. Insti. de oblig. sed in salario debito patrono causarum, procuratori, medico, vel alius, seu in alimentis debitis officio iudicis, necessitate adstringitur quis ad illa solvendum. Cum igitur conveniant definitio & definitum, nō video quominus dicatur obligatus. Alias si non esset obligatus, quomodo posset cogi? si cogatur, quomodo non erit obligatus? vel si debeat, prout dicit hic text. quomodo nulla erit obligatio? Interdum ait Iurisc. consult. per iurisdictionem præsidis provincie id præstabitur. l. si res obligata. in fin. ff. de legat. 1.

Minus obest l. Quintus. de annuis lega. ibi, nempe licet illa quæ ad scribentis auctoritatem duntaxat referantur, nullam pariant obligationem nec actionem, vt ibi: tamen illa omnino non est spernenda auctoritas, neque omnino obseruanda est: sed interuentu iudicis hæc omnia debent, si non ad turpem causam referantur, ad effectum perducunt. Ecce igitur quod interuentu iudicis ista ad effectum perducuntur, nisi ad turpem causam referantur. Est ergo obligatio. l. hereditas. ff. si pars heredita. Si verò ad turpem causam referantur, nulla erit obligatio, nec quidem iudicis officium: nec ibi dicitur quod iudicis officio illa ad effectum perducantur, sed iudicis interuentu. nam iudex interuenit dum causa non sit turpis, sed honesta: quibus visis, & causa honesta reperta, oritur obligatio, & sic iudicis officium accommodatum parti persequenti rem, vt scripsi in l. actionis. supra eod. Ideoque præfata. l. Quintus. dicit nullam parere obligationem, antequam constet an illa auctoritas sit turpis necene. Acque si iudex interuenit, & ad effectum perducit, requiritur partem ad hoc esse obligatā, vt prædixi.

Nec me mouet §. omnium. Insti. de actio. vbi in actione reali nullo iure quis est obligatus: verum est ex consensu vel contractu: nihilominus dicitur obligatus, eo quod exceptione tueri se non potest, quominus restitatur: vt sic duobus modis quis dicitur obligatus, primum ex contractu vel quasi, maleficio vel quasi: qua ratione obligatus namine dicitur qui rem meam detinet, secundum d. §. omnium. Secundo verò dicitur quis obligatus eo quod nulla exceptione tueri se potest, tuncque rem meam iniuste detinens quodammodo mihi dicitur obligatus: & ita loquitur d. l. vel obligatus. & §. 1. Insti. de obligatio. dixi in l. creditores. supra eod. sicque diuersis respectibus intelligendam est quem esse obligatū, & quem non esse obligatum.

Sed quantum ad praxim attinet, huiusmodi difficultates nullius aut parui sunt emolumenti. nam quomodocumque pars cogatur ad dandum vel faciendum, semper agitur & pars persequitur, nec queritur an iure actionis vel obligationis, ar sufficit quod pars cogi possit, & quod debeat. Differentiæ tamen & doctrinæ gratia non inficior officium tunc iudicis (quod vocant Doct.) oriri, quando ius

specialem non introducit actionem, sed hanc quædam æquitate considerata confert ad officium iudicis: quemadmodum scripsi in l. actionis verbo. supra eod.

Vnde Ias. in l. centū Capuæ. ff. de eo quod certo loco. firmat pro debito officio iudicis posse accedere fideiussores per istum text. & l. fin. ibidem, quia largo modo præsupponit obligationē dicens hoc ex text. nostro colligi, si subtiliter ponderetur. & Bar. in l. Marcellus. r. ff. de fideiussores. nam fideicommissa iure ciuili Digestorum non perebantur iure actionis, sed officio iudicis, quæ tamē hic text. dicit esse debita. proinde omni debito potest accedere fideiussores, per d. l. Marcellus. iuncta l. ibidem: per consequens & obligationi naturali, d. l. r. quam obligationem naturalem pater improprie & abusu dici debetum, lege, siis cui. §. Flauius. ff. de fideiussores. sic igitur large saltem & improprie iudicis officium præsupponet obligationem. glo. & Doct. in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. obligatio.

At quod fideicommissa iure. ff. tantum officio iudicis peterentur, non iure actionis, falsum esse Gomez. asserit in §. 1. in fin. Insti. de actio. per text. in l. si res. ff. de legat. 1. Et istam sententiam tenuit Bar. & alij in l. r. ff. de legat. 1. & Iaso. sibi contrarius ibidem, sed Iasonis opinio prima defendi potest, vt primis temporibus nemo iniuitus tenebatur præstare id de quo rogatus erat: ideo id temporis omnia fideicommissa infirma erant. §. 1. Insti. de fideicommissar. heredit. sed postea à diuo Augusto, & Iustinia. approbata fuerunt, vt ibi, & in l. r. ff. ad Trebel. & tunc quoque datæ fuerunt actiones, vt d. l. r. de legat. 1.

Notandum est igitur illud deberi quod quis persequi potest, vt hic, & l. creditor. §. inter. ff. de actio. empti. vbi in salario quod officio iudicis præstari solet. l. r. §. in honorariis. ff. de actio. & obligatio. & d. §. inter. oritur actio extraordinaria ratione pacti appositi, iuxta contractum venditionis militiæ, vt soluatur emptori pretiū militiæ, quod iam debebatur venditori. hoc probat text. ibi, & quod ex huiusmodi pacto etiam ratione cessionis factæ: probat tibi text. vt salariū quod debebatur ab illa persona emptori cederet. sic igitur salariū etiam non promissum actione extraordinaria peritur, vt dico in intellectu illius text. Ex quibus patet quoque fideiussores accedere posse, quoties aliquid debetur, & pars illud persequi potest. & sic assentitur Bar. in d. l. Marcellus. ff. de fideiussores. vbi etiam si obligatio restitui possit, accedere poterit fideiussores, vt asserit African. in l. cum quis. §. si quis pro reo. illo titul.

De hoc verb. Debere scripsi in l. debitor. supra eodem.

Sequitur in fin. text. siue ciuili siue honoraria. Quid sit honoraria persecutio patet ex superioribus.

Honorario iure, l. creditores. supra eod. Honorarios successores, in l. sed & cius. ff. famil. erciscund. vbi gloss. exponit Trebellianicos: ego vero potius exponerem, id est successores de iure prætorio.

Honorarius tutor, in l. Paulus. vbi docui, infra eodem.

IDEM LIB. LI. AD EDICTVM. Lex clxxix.

Inter hæc verba, QUANTI EA RES ERIT: vel, QUANTI EAM REM ESSE APPARET, nil interest. in vtraque enim clausula placet verā rei æstimationē fieri.

Hæc

Explicatio scilicet.

Hæc verba, quæti ea res erit, vel quanti eam rem esse apparet, non differunt, sed veram rei æstimationem significant, vt hic, iuncta l. hæc verba, quanti eam rem apparet esse, non ad id quod interest, sed ad rei æstimationem referentur. infra eo. quod poterit conferre ad intellectum infinitarum legum in iure sub his verbis loquentium.

Quanti ea res est, in multis locis explicatur.

Vnde Iurisc. consul. sic ait in l. 2. in fi. ff. qui satisd. cogan. in fideiussores qui aliquem in iudicio sisti promiserit, tanti quanti ea res erit actionem dat prætor: quod vtrum veritatem contineat, an verò quantitatem videamus: & melius est vt in veram quantitatem fideiussores teneatur, &c. facit l. 3. ibid. & l. vna. §. hoc iudicium non ad id quod interest, sed quanti ea res est clauditur. ff. si quis in ias voc. non ierit. l. si plures. ibi, quod si vnus quanti ea res est præstiterit, puto adhuc ceteros liberari, ff. de dolo. l. si seruus seruam. §. si quis aliter, ibi, quanti ea res erit in diebus. 30. proximis, tantum æs domino dare damnas esto. ff. ad legem Aquil. l. Iulia. in fin. Ad exhib. l. stipulario. §. opus. ibi, Quanti ea res erit, tantam pecuniam dabit. ff. de noui oper. nuntia. idem habetur in l. r. in prin. si cui plus quam per leg. Falcid. facit l. quod si possessor. de rei vind. & Vlpia. ait his verbis non poenam, sed veritatem contineri. l. nouissime. §. 1. quod falso tuto.

Idem si quis dixerit, Quanti ea res erit, vel est. nam licet de futuro loquatur, cōprehendit tamen præsens, vt dixi in l. verbum oportebit. supra eod. l. si seruus. §. idque euidentiū. ibi, quanti ipse seruus sit. ff. de furtis. l. si mortis. ibi, quanti est. ff. qui & a quibus.

Illud debetur quod persequi potest.

Verum non procedit hic text. in casibus sequentibus: primo cum in lege, vel statuto diceretur, tantum damni restituat, quantum fecerit, per istum text. à contrario: nempe tex. hic dicit, quanti ea res erit. secus ergo si diceretur, Quanti damni, quippe in damno consistit interesse. l. vna. vbi abunde scripsi. C. de sent. quæ pro eo quod interest proferunt. probat l. si seruus communis. §. idque euidentiū. ibi, non oportet cuiquam plus damni per seruum euenire, quam quanti ipse seruus sit. ff. de furt. & l. si cum exceptione. §. Labeo. ibi, quadruplatur autem id quanti ea res erit, id est cum fructu & omni causa. ff. quod met. caus.

Quanti in res fuerit.

Idem si dicatur ad duplum quanti res erit condemnatur: quia tunc intelligitur, vt verā æstimationis duplum præstetur, & non sola rei æstimatio. l. prætor. 2. §. in hac actione. ff. vi bonor. rapor. ibi, in hac actione intra annum vitem verum pretium rei quadruplatur, non etiam quod interest.

Quanti in res fuerit.

Secundo non procedit in verbis sequentibus, quæ scilicet magis id quod interest, quam rei verā æstimationem significant: vt quanti interfuerit, l. quod si heres. ff. de usufruct. l. in instrumentis. de in litem iurando.

Quanti plurimi fuerit.

Aut si dicatur, quanti plurimi fuerit, l. ait lex, quanti is homo in eo anno plurimi fuisset: quæ clausula æstimationem habet damni quod datum est. ff. ad legem Aquil. l. 2. & l. inde. §. Iulia. ibidem. l. inficiando. §. infans. de furtis.

Quanti actor in litem iurauerit.

Idem si dicatur, quanti actor in litem iurauerit, l. qui restituerit. §. 1. ff. de rei vindica. ibi, Quantum aduersarius in litem sine vlla taxatione in infinitum iurauerit. & ibi, quanti aduersarij interfuit. l. ci qui. in fin. de furt. Et tunc est singulare interesse. l. teneur. in fin. si quid in fraud. patro. quod vsque ad duplum esse potest. l. vna. C. de sent. quæ pro eo quod interest profer. vbi scripsi, & declarauit nostri Regni communem obseruantiam non pati huiusmodi singulare interesse, nec peti solet per ordinationes Regias nouissime ad id prolatas: sed commune quidem & conuentum debetur. l. harum, in fin. si

Interesse singulare in Gallia peti non solet.

seruit. vindicet.

Ita si dicatur, in quantum religioni iudicantis videbitur, vel visum fuerit, vt l. si. ff. de variis & extrordin. cognitio. nempe hoc arbitrio iudicis ex bono & æquo relinquatur: sicque poterit veram excedere æstimationem, si æquum & iustum fuerit.

Idem si dictum fuerit, quanti deterior res facta sit, id est quanti depretiata sit. l. in hac. ff. de triticar. in vtroque autem si post moram deterior res facta sit, Marcell. scribit lib. 20. habendam æstimationem, quanti deterior res facta sit, &c. Idem si dicatur, iudex æstimationem faciet damni, l. si tertius. in fi. ff. de aqua pluuiarum arcen. secus si rei, vt dictū extitit.

Tertio non habet locum huius text. regula, si in lege vel statuto aliter exprimerentur hæc verba, quanti ea res. tunc enim standū est decisioni legis, vt in l. 4. §. in eum. ff. de damno infecto, vbi ista verba habentur, in eum qui quid eorum quæ supra scripta sunt non curauerit, quæti ea res erit, cuius damni infecti nomine cautū non erit, iudicium datur: quod non ad quantitatem referatur, sed ad id quod interest, & ad utilitatem venit, non ad poenā. l. Stichum. ibi, quanti est, quæ necesse habeo dare, id est quanti mea interest. ff. ad legem Aquil. l. 3. §. in hoc interdico. vti possidetis. ibi, quanti ea res est. sic accipimus, quæti vnusquisque; interest possessionem retinere. l. procurator. 2. §. hoc interdico. ne quid in loco public. Et sic forte conciliari possunt leges duæ: prima in l. si. ff. si quis in ius voca. nō ierit, iuncta l. 2. in fi. & l. 3. qui satisd. cog. ff. vel forte potest. d. l. si. intelligi in eo qui promisit se siltare, & l. 2. in fideiussores, quod suadent verba rubr. si quis in ius voca. non ierit. quæ loquitur in parte. Adhæc l. fin. dicit, cum quis in iudicio sisti promiserit, videlicet seipsum sisti, non potest intelligi sisti aliū. Et postea dicit, si status nō esset, scilicet promissor, tunc cum eo agendum ad id quod interest, vt sic ad partem semper referatur. Dicam in meis no. interpretationibus. Aut soluite, esse phrasim seu elegantiam, quemadmodum scribam in d. l. hæc verba. inf. eo.

Quarto limitatur pro ratione materiae, veluti si quis promittat dolum malum abesse super aliquare, & si non ab sit, quanti ea res est, tunc poena significatur. l. nouissima. ff. iudica. solui. Et illa verba, quanti ea res, non referuntur solum ad rem principalem, sed ad litem sic æstimandam. & ita cum dictum fuerit, si restituito rei non fiat, condemnatur reus quanti ea res erit: tunc siquidem non veram æstimationem rei significat, sed quanti iurauerit actor taxatione iudicis interueniente, vt plene tradidi in l. arbitrio. ff. de dolo. l. in bonæ fidei. de pecul. l. qui restituerit. de rei vindic. Et sic quando ista verba, quanti ea res, referuntur ad rem principalem, tunc veritatem & verā æstimationem significant: si verò referantur ad litem quoque æstimationem, tunc id quod interest, vt supra dixi: atque per hoc declarantur plurimæ leges superius à nobis adductæ, in quibus respicere oportet ad quid referatur.

Adhæc si dictum fuerit iurandū in litem, quanti ea res sit, æstimatio quoque; tunc referatur ad interesse & ad totam rem æstimatam per contumaciam, l. 3. §. in hac. ff. cōmoda. Et sic prout subiecta materia exposcit, exponerem, vt in l. penul. §. in eum. ff. ne quis cum qui in ius voca. est vi eximat. l. si. de prætor. stipula. l. stipulario. §. si. de oper. noui nūtia. l. r. in princip. iuncta l. si quis seruū. in fi. de seruit. corrupto. Ex re ergo apparebit quomodo sumenda sint hæc verba, iuxta l. scpe. vbi annotauit, supra eo. & his casibus semper vera æstimatio significatur, quoniam æstimatur lis, quanti vere sit taxatione iudicis, dicta lege arbitrio.

Quantum aliquando referatur ad numerū more Græcorum, pro quot, vt in l. si ita. ibi, in tantos

In quantum religioni dicantur videbitur.

Quanti deterior res facta sit.

Quanti ea res est, ex decisione legis nominatim quare exponendum.

Quanti ea res erit accipiendi non nunquam pro ratione materiae.

Quantum ad numerū relatum.

Obligatio quæ.

Obligatio duobus modis consideratur.

Praxis in obligationibus persequendis.

Quantum relative, in interrogari- ne & responde- sine sumpt- tum.

quanti inveniuntur. ff. de lega. 1. & quandoque re- lativæ, aut quando interrogativæ, vel indefinite acci- pitur, vt ex sequen. discerni poterit.

Quanta pecunia. l. qui concubinam. §. cum ita. 2. de leg. 2. & quantas summas ait Iuriscōsul. in l. qui quis. de lega. 3. l. si qua. ibi, quia eius iudicis po- testas est quantam dicat. in si. infr. eo. interdum ad pondus, vel mensuram refertur, l. cum stipulamur. vbi no. supra eod. facit l. vinum. & l. respiciendum. si cert. petra. Quantum iunctum cum tanto, in l. r. ibi, si verò vivet, nocitumq; ei esse dicitur, quanti ob eam rem æquū iudici videbitur, eum cum quo agetur condemnari, tanti iudiciū dabo. de his qui deiecer. vel effuder. & l. fin. ibi, quantum profun- ditatis habuerint, tantum spatij relinquiro. finium regundor. l. communi diuid. §. inrer. ibi, sed in tan- tum duntaxat quantum ea parte deberet. ff. cōmu. diuidun. l. de eo. §. si post. ff. ad exhibend.

Quantum re- lativum ad pre- tium.

Sapissimè verò genitius quanti respicere solet ad pretium, licet non sit expressum, l. si feruam. ibi, quanti eum parri viderere possit. ff. ad legem Aquil. l. si pighore. in fin. de pignoratit. actio. l. hæc vendi- tio. §. huiusmodi. de cōtrah. emptio. Quanti locare potui. l. in summa. circa. fin. ff. de condi. in deb. Quanti feruus est. l. qui restituer. ff. de rei vindic. l. si ex duobus. de noxal.

Quanti res æstimata ab actore fuerit, nō veram rei æstimationem significat, sed pœnam, l. penult. §. in eum. ne quis eum qui in ius voc. est vi eximat.

Quantum ad iuris pertinet largam significatio- nem, l. quantum. supra eod. alias incipit. Parties:

Quantum facere pote- rat.

Quantum facere poterat, l. quod si maritus. ff. de condi. pecunia. que phrasid declaratur per l. sunt qui in id quod facere possunt conueniant, id est non deducto ære alieno. ff. de re iudica.

Quanto de- terior fu- erit est.

Quanto deterior factus est per iudicem habebi- tur ratio, l. non solum. ff. de rei vindica. l. in hac. de triticar.

Quanto lo- cupletes.

Quanto locupletes ex ea re facti fuerint, l. cum autem. ff. de rei vindica. quanto pluri pignus sit quam pecunia credita, tanti iudex condemnet. l. si quis putans. §. Iulianus. ff. communi diuid.

Quanto mi- nus.

Quanto minus elucitur in l. si ita à te. infr. eo.

Quanto mi- noris actio pratoria.

Quanto minoris actio pratoria datur, cum ani- mal iuriosum est ignoranti venditum, vt reddatur id, quanto minoris fuisset empturus, si vitium de- claratum fuisset: vnde si emero equum viginti au- reis, quem non fuisset empturus nisi decem, si vi- tium sciuissem, peram hos mihi decem aureos res- titui: vel si nullo modo erā empturus, totum con- dicitur pretium. l. quod si nolit. §. si plures. in fin. & l. ædiles. 2. ff. de ædilit. edic. l. minus. supra eo. & hæc datur intra annum, redhibitoria intra sex menses. l. sciendum. in si. ff. de ædilit. edicto. l. 2. C. de ædilit. actio. quod limitat Francisc. Cremen. singul. 159. & 164.

Actio quā- to minoris ciuilit.

Est & actio quāto minoris ciuilit quæ durat 30. annis, Insi. de perpet. & temporal. actio. vt docet Petr. Iacob. in sua praxi. titul. de actio. ex empro quanto minoris ciuilit, vbi dicit dari tam pro vitiiis & morbis animalū, quam pro seruitute ignorata. l. quotiens. ff. de ædilit. edic. l. qui vti optimū. supra eod. l. 1. & l. Iulia. de actio. empti, vbi est glo. not. in §. item qui furem. Alia de ista actio videte per Specu. in tit. de emptio. & vedit. §. nunc dicendum.

Quantum pro quoad.

Alia infinita phrasid huius verb. Quantum pa- tent: vt tormenta habenda sunt non quanta accu- sator postulat, sed vt moderata rationis tempe- ramenta desiderant. l. de minore. §. tormenta. ff. de questio.

Frequenter etiam accipitur pro quoad: vt quan- tum ad accipiendum iudicium familia eriscund, nihil inter est possideat quis hereditatem, necne, l.

heredes. §. 1. ff. famil. erisc. quantum ad crimen pertinet, l. iuror. §. 1. de pignoratit. actio.

Quantumcunque pro tantum quantum, l. fin. ibi, sed cum Seio egero quantumcunque est quod minus à Titio exigere poterō. ff. si cert. petra. scripti in l. creditorum. supra eodem.

Quacumq; actioe quis conueniat, l. 3. §. qua- cumque. ff. de iureiur. pro qualicunq. Alias huius- modi phrasid iudicio tuo relinquo.

POMP. LIB. III. AD SABINVM.

Lex clxxx.

Tugurij appellatione omne ædificium quod rusticæ rei magis custodiendæ con- uenit, quàm quod vrbanis ædibus, signi- ficatur. Ofilius ait tugurium à tecto, tan- quam tegularium esse dictum: vt toga, quod ea tegamur.

Primo Iuriscōsul. dicit, quid appellatione tu- gurij contineatur: secūdo vnde dicatur tugurium, ibi, Ofilius. Imprimis tugurij appellatione signifi- catur omne ædificium rei rusticæ custodiendæ ma- gis accōmodum, quàm ædibus vrbanis. Et sic pro qualibet domo rustica accipitur: Græcè καλός, seu καλός, seu οικονομικός, & καλός, casa: Gallicè tugurium grange dicimus, seu grange, à grano, quod ibi grana coaceruentur.

Dictum porò tugurium à tecto, quasi regula- rium, vel quasi tegularium à tegendo, mutato e in u: sicut à tegendo toga dicitur. Alcia. verò putat à te- gulo tugurium deduci, contra Iuriscōsul. traditam hic etymologia, quod in eundē sensum reuincit.

Præterea intelligit hic Alcia. post Calepinum tugurium esse cum ita ædificatur, vt nec parietes habeat, nec luto crustata ædificia sint: sed stramen- tis vel arandinibus, aliòve simili genere tegantur: nempe si parietibus lateritiis, & tegulis constat, tugurium non est, quale Virgilius describit, cepite contactum. sed cum hic Iuriscōsul. non distinguit, nec ego, iuxta l. de pretio. ff. de Publicia. in rem actio. Quippe generaliter accipiendæ pro omni ædificio quod rei rusticæ custodiendæ conuenit, prout capit Iuriscōsul. multa sunt tuguria que etiam parietibus lateritiis constant pro more re- gionis, & pro modo, & qualitate bonorū eius qui illud construit. Quam obrem regionis qualitas in- spicienda est: alioqui nullum pene esset tugurium his in regionibus, in quibus propter acris intem- periem & ventorum impetum parietibus opus est vel lateritiis, vel lapideis. nec sequitur, cespitē co- opera dicit Virgil. Plinius verò aquaticis arandi- nibus constructa tuguria, ergo sine his tuguria di- cenda non sunt: quippe sunt hæc pro varia natura locorum intelligenda. at in essentia non refert qua materia sint constructa, sed ad quem vsum destinata sunt, vt si magis ad vsum rei rusticæ: sicut magis vrbane dicantur tuguria, quæ nos idiomate vulgari vocitamus granges indistinctè, siue cespites, seu pal- læ, lateres aut lapides fuerint ad construendum adhibiti. sin magis vrbanis ædibus conueniant, mi- nime venient appellatione tugurij.

Vnde si quis mihi venderet aut donaret tu- gurium, seu la grange, non videtur donare aut vendere domum separatam à tugurio, vbi scilicet vrbani- nis destinata, vt gratia inhabitandi forte paratam, aut alias, cum huiusmodi ædificiū nil habeat com- mune cum tugurio, vt dicitur de possessione & proprietate in l. naturaliter. §. 1. ff. de acquir. posses- dicam

Quantum cum quo.

Quantum ad rem.

Expositio text.

Tugurium quod, & vnde dicitur.

Expositio text.

Pertinere verborum do- minij con- tinent.

Spektare verborum do- minij con- tinent.

Tugurium.

dicam in l. vrbana prædia. infra eod. Inde tugurium, id est paruum tuguriū, quod si angustius sit, gurgulium nominatur, à gurgulio- ne verme diminutiū: Græci οικονομικός vocant paruum tugurium, & habitationem, & οικονομικός domesticus vocatur, vbi domus siue familia.

Ad hæc Metianus probat talem seruitutem con- stitui posse, vt tugurium mihi habere in tuo liceat, scilicet si habeam pacem seruitutem, aut pecoris appellendi: vt si hys ingruerit, habeam quo me recipiam, l. veluti. in fin. ff. de seruitutib. rusticor. prædiorum. quæ significatio videtur esse diuersa à superiore.

Verborum significatio nis variat.

Nimirum significationes verborum varia sunt. Alia siquidem sunt de iure naturali, vt tutela. l. tu- telas. in princip. ff. de capit. deminutio. aut de iure- gentium, vt manumissiones. l. manumissiones. ff. de iustit. & iure. Aut de iure ciuili, vt l. verbis ciuili- bus. ff. de vulg. seu de iure cōsuetudinario, vt hic, & l. vt Alphenus. supra eod. pulchre scribit Bald. in l. maximum. col. 3. nu. 6. C. de liber. præterit. vel ex- hereda. Quod ius consuetudinariū derogat omni verborum significationi, quare maxime insequen- dum. l. si chorus. ff. de lega. 3. l. minime. ff. de legib.

Ad hæc quando plures sunt vnus verbi signifi- cationes, etiam propria dici possunt. nec enim im- ponuntur impropria nisi per vulgi abusum, quod non præsumitur, vixque discerni potest vna magis sit propria. Et postquam Iuriscōsul. fuerunt his vsi significationibus nostrum est eas amplecti, & tan- quam proprias vsurpare, vt videtur notare Bar. in l. liberorum. col. 4. infra eo. & in l. omnes populi. 3. q. princip. de iustit. & iure. Alcia. in lib. 1. de verbor. signific. col. 2. explicat. nec tamen negatim plerun- que vnam propriam, alterā impropriam dicit, tan- quam forte lōge petitam vel à vulgo. De his plura videte per Steph. de Feder. in tract. de interpr. legū.

IDEM LIB. XXXV. AD SABINVM.

Lex clxxxj.

Verbum illud PERTINERE latissime patet. nam & eis rebus petedis aptum est, quæ dominij nostri sint: & eis, quas iure aliquo possideamus, quæuis non sint no- stri dominij. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sint, sed esse possint.

Expositio text.

Verbum pertinere generale est ad tres signifi- cationes quas hic tradit Iuriscōsul. prima respicit dominium, vt si petam res quæ ad me pertinent, id est quarum sum dominus. l. si super. C. de transact. tunc enim vere & proprie dicitur res ad me perti- nere. l. liber homo. ff. de acquir. rerum domin. & l. perferuum. versic. sed quemadmodū. ibi, ita quod ex re quidem fructuarij acquisitum fuerit, ad eum pertinere solū. Et quod ex re alterius communis domini seruis acquisierit, ad vtrunq; dominum pertinere. & patet in titul. de administra. rerum ad ciuita. pertinen. quamuis possit etiam latius ibi- dem accipi.

Pertinere ratione iuris patronatus.

Ad hæc pertinere dicuntur illæ res ad me iure quasi dominij, vt si à nō domino emerim, per glo. hic: pro qua est text. in c. abbate. ibi, iure dominij vel quasi, & cum suis finibus ex largitione Regis Aragoniæ ad ipsum monasterium pertinere. de re iudi. in 6. & per totū tit. ff. de Publicia. in rem actio.

Spektare verborum do- minij con- tinent.

Ita sicut verbū pertinere refertur ad dominium, sic quoque de verb. spectat dictū est, teste Fel. in rubr. de rescript. col. penul. & Doct. in c. dilecto. de offic. archidiacon. vel alias quomodocunq; ad

me spectet, vnde peram rem ad me spectantem. l. 1. in princ. vbi no. ff. de offi. eius. Idem in verb. com- petere, vt plene tractaui in l. cōditionales. supra eo. Siue in totum siue in parte pertineant. l. omnes. C. de colla. fundor. lib. 11. vnde si quis, vt vulgo dici- mus, exposuerit clamorē pro re seu iure ad se per- tinente, sufficit rem pro parte pertinere, per illum text. Et ibi hoc expressim scribit patrus meus Re- buffus per text. in l. Lucius. §. filiam. ff. de lega. 2. & per alia iura ibidem adducta: quoad facit ad praxim curia parui sigilli Montispestulani.

Competere dominium continet.

Secundo pertinere dicitur res quoad possessio- nem, per istum text. ibi, & eis quas iure aliquo pos- sideamus, & glo. in l. si quis intentione. ff. de iudic. ideoque si mei decessores domo fuerint vsi, ego non abs re dicam illam ad me pertinere, teste Bald. in c. bona. col. 2. de appella. quod est verum si iure possidebāt, vt hic: scilicet si de facto, licet aliquando facti possessio possit, sed non quoad istum text. l. 1. §. si vir. ff. de acqui. posses. scripti in tract. de mater. posses. in 3. tomo comment. in constit. Reg. Gallic.

Pertinere possessoriū comprehendit.

Et si iudex fuerit delegatus simpliciter vt cogno- scat de re ad Titium pertinente, poterit ipse quoq; de possessione cognoscere, teste Panor. in c. 1. col. 3. de sequetra. posses. & fruct. & Fel. in rub. de rescri. col. 3. nu. 7. Et sic etiam verba spectare, competere & pertinere comprehendunt possessoriū, teste Alex. consil. 43. visis. col. 1. in 4. vol. & consil. 98. visis his. col. 1. vol. 5. Francisc. Marc. decit. 66. in 1. parte. in decif. Delphinal. ideoque si rem emero licet à non domino, nihilominus dicitur illa res ad me perti- nere, quia iure aliquo possideo, & habeo Publicia- nam contra quemcunq; excepto domino. l. 1. & per totum. ff. de Publicia. vt dictum fuit.

Spektare & competere verba possionis con- tinent.

Ita quoq; valebit inquisitio facta contra Titium quod subtraxerit vestem ad me pertinentem, licet non fuerit additum iure dominij, aut alias ad me pertinere, prout requirere perperā videtur Hippo. singul. 275. statui. multa ibidē allegans, quibus om- nibus satisfacit generalitas huius verbi pertinere.

Pertinere in etiam comprehendit.

Tertio dicuntur ea quoque ad nos pertinere in quibus non dominij habemus nec possessionem, sed habere possimus ratione iuris competētis, per text. ibi, pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorū causa sint, sed esse possint, ratione iuris, forte pignoris vt dicit glo. hic. Sicigitur tribus mo- dis res ad me pertinere dicitur. Aut enim ratione dominij, vel possessionis, vel iuris: quæ significatio- nes pleraq; alias comprehendunt: facilius tamen doctrinæ gratia non pigebit aliquot subnectere.

Pertinere iurisdictio- nis.

Quarto igitur pertinere ad aliquē dicitur ratio- ne iurisdictiois: vt quicquid est intra vrbem vide- tur ad præfectum vrbis pertinere, l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. præfect. vrb. vbi pertinere dicitur quoad iurisdictioem quam intra vrbem ipse præfectus vrbis habet.

Quinto res ad actorem pertinere intelligitur, etiam si sit sibi debita, vt firmat Iacob. in d. l. si quis intentione. col. 2. de iudic. ratione iuris quod in ea habet.

Pertinere ratione iuris patronatus.

Sexto ad habentē ius patronatus in se quapiam dicitur res huiusmodi ad eum pertinere. c. bona. vbi Bal. no. ex illo text. de appella. arg. l. talem. §. si. ff. de heredib. in sit. ratione iuris, vt diximus. vnde patronus ecclesiam ad se pertinere petere poterit.

Pertinet ad me ratio.

Idem si alio iure pertineat, c. constitutis. de re- ligiof. domib. glo. & doct. in c. querelam. per illum text. de electio.

Septimo pertinere etiam latius patet. nam perti- nere ad me videtur ratio, si modo eā tractaueris me mandare. l. si quis. §. pertinere. ff. de edendo. id est ad me attinet, mea interest, quemadmodum ex- ponit gl. in l. mulier. ff. de popula. actio. vbi sic dici-

tur, mulieria populo populares actiones non dan- tur, nisi cum ad eam res pertineat. facit text. in l. 3. ibidem. ibi, in popularibus actionibus is cuius in- terest preferat.

Ad rem non pertinet. Octavo non ad rem pertinet, id est non facit, l. officii. ibi, nec ad rem pertinebit. ff. de rei vindica. l. malum. §. si. infra eod. l. si quis locuples. ff. de manumiss. testam. l. naturalem. §. examen. de acquir. rer. dom. l. 1. §. per eum. ff. de acquir. possess. l. nam origo. quod vi aut clam. l. eum qui ita. §. qui sibi. de verb. oblig. l. libertus. ad municip. l. cum fundo. de seruitu. rusticor. pradior.

Pertinet ad causam testamenti. Econtrario ad causam testamenti pertinere videtur id quodcumque quasi ad testamentum factum est, in quacumq; materia fuerit scriptum, quod con- tineat supream voluntatem. l. 2. §. 1. ibi, ad causam. ff. quemadmod. testam. a periant.

Pertinet ad uniuersitatem. Et quae singularum sunt, aut ad uniuersitatem pertinent, vt interdicitur quorum bonor. aut ad res singulas. l. 1. §. 2. ff. de interdicit. l. hec stipulatio. infr. cod. l. verba contraxerunt, & gesserunt non perti- nent ad ius testandi. supr. eo. l. Paulus. 1. de re iudic. iuncta l. lege. 1. de vi public. & l. de minore. ff. de quaestio. vbi iuriscōs. dicit arinet. l. vacatio. de muner. i.

Pertinere pro attri- buere con- sanguinitate vel affinitate. Non pertinet pro attri- buere con- sanguinitate vel affinitate, vt ff. de recepta. ibi, non enim est par eorum delictum, videlicet con sanguinorum, & eor- um qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt. l. 3. §. si tamen plures. ibi, ad quos res maxime per- tinet. de liber. homi. exhib. vbi etiam declarat ex fide coniuuctione & dignitate dici rem pertinere.

Ad quem bona non per- tinent, ea remanere non potest. Decimo non pertinere bona dicuntur ad eum quia retinere non potest, l. non possunt vlla bona ad fideum pertinere, nisi quae creditoribus superfu- tura sint, id enim bonorum cuiusque intelligitur, quod aeri alieno superest. ff. de iure fisci.

Pertinere ad aliquem res quot me- diu dicatur. Vndecimo pertinere ad aliquem dicitur, siue de iure communi, siue specialis, siue de consuetudine, privilegio, vel praescriptione spectet. text. vbi glo. no. in c. si. de electio. in 6. & in c. constitutus. de reli- gios. domib. iacob. in l. solemus. ff. de iudic.

Pertinet pro compe- tere. Itaque postquam aliquis in iudicio dixit rem ad se pertinere, deduxisse videtur omne ius quod in se habet, per hoc verbum. glo. no. in c. inter dile- ctos. in verb. pertinere. de fide instrum. quam se- quitur Petr. de Ferrar. in forma libelli in actio. rea- li, in verb. spectat. etiam si ex praescriptione perti- neret. c. cum contingat. de decimis. glo. & Doct. in c. fin. de regul. in 6. Spec. in titu. de caus. possession. §. sequitur. versic. alia sunt reales. & in tit. de libell. conceptio. §. iuxta. versic. quid si in libello. vnde consuluit Decius consil. 128. facit in casu, Quod si summus Pontifex concesserit episcopo ea quae ad Legatos pertinet, intelligitur concessisse etiam ea quae ex speciali privilegio Legatis competunt: ideo- que beneficiorum collatio ad eum spectabit, vt ple- nius ibi. facit quod consuluit Bertrand. consil. 87. in 3. volu. ex 1. editione.

Pertinentes articuli. Duodecimo pertinet, id est pertinere possit. l. si posthumus, in princ. ff. de liber. & posth. vbi glo. sic exponit, & perperam, meo iudicio. proprie si qui- dem pertinebat hereditas ad heredes, donec post- humus ab eis auocaret. & l. non oportet. ff. de leg. 2.

Impertinē res articuli. Decimo tertio articuli pertinentes dicuntur illi qui etiam modicum conferunt ad causam. text. sing. secundum Bal. ibi, in c. 1. & 3. de testib. Bar. & alij in l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Econtrario impertinentes, qui nil ad causam faciunt, nec ad ro- gatam respondēt, quales etiam in ordinationibus Regis vocantur supplicationes impertinentes, in rubr. des requēstes, artic. 1.

Rem cum pertinētis potest. Decimo quarto, rem cum pertinētis potest quis petere. cap. cum ad sedem. de restitu. spoliator. &

Specula. in titu. de religiof. domib. versic. qualiter. & sequen. nam pertinentiae dicuntur ea quae ex ita- tuto, lege vel consuetudine deputata sunt, vt acce- dant, teste Innocen. ibi, & Dec. cōsil. 116. quoniam. col. penult. vbi accessoria dicit venire pertinentia- rum appellatione. quod enim summi Pontifices vo- cant pertinentias, iuriscōsult. vocant accessiones vel accessoria, vt superius probauit in l. pecunia. proxima. facit l. 2. ff. de pecul. lega. Vnde emptor ca- stro vel domo cum pertinētis, poterit emptor in- cidere nemora quae ibidem venditor accessoria ad domū habebat, vt docet Soci. in l. 1. not. 3. ff. de reb. dubiis. Tamen non veniunt res speciales, quae non sunt de iurisdictione castri, licet sita sint in territo- rio, vt docent Imol. & Alex. in l. 3. ff. de acq. poster.

Pertinet & directi & oblique in substitu- tionibus v- siuatur. Haec verba, is ad quem ea res perti- nes, quem denotent. Pertinere pro exten- dere. Decimo quinto, verbum pertinere commune est in substitutionibus, & directam & obliquam signi- ficationem respiciens. Bar. Arcti. & alij in l. Centu- rio. ff. de vulgari. & l. fideicomis. §. si filio. de lega. 3. l. in l. licet. vti. not. nu. 14. C. de pact. Doct. in l. si quis intentione. ff. de iudic.

Pertinet & directi & oblique in substitu- tionibus v- siuatur. Haec verba, is ad quem ea res perti- nes, quem denotent. Pertinere pro exten- dere. Decimo sexto, haec verba, is ad quem ea res per- tinet, referuntur ad dominum & heredes eius, non autem ad creditores. Vlpia. scribit in l. non solum. §. quæratur. ff. de procura. l. 1. §. penult. de noui oper. mun. de his plenius scripsi in l. sciendū. §. si. supr. co.

Pertinet & directi & oblique in substitu- tionibus v- siuatur. Haec verba, is ad quem ea res perti- nes, quem denotent. Pertinere pro exten- dere. Decimo septimo verbum pertinere accipitur pro extendere, l. 1. §. conuentionis verbum generale est ad omnia pertinens. l. idem & in duobus. ibi, per- sonale pactum ad alium non pertinere, quemadmo- dum nec ad heredē. ibid. & in l. 3. ff. quib. ad libera. proclam. non licet, ibi, quæro an & ad eos qui ex mulieribus quæ sese passae sunt venire nascuntur, ista senatusconsulta pertineat? Et iniuriarum actio- nite contestata aduersus successores pertinet. l. ini- iuriarum. §. 1. ff. de iniur. l. 1. ff. de bonor. posses. con- tra tab. l. 2. §. foler, ibi, abolitiones ex senatuscon- sulto factas ad huiusmodi seruos non pertinere. de custod. reor. l. 1. in fi. de iure immunit. vbi immuni- tates datae generi & posteris, non pertinent ad eos qui ex mulieribus nati sunt. l. si quis operas. de oper. libertor.

Pertinet & directi & oblique in substitu- tionibus v- siuatur. Haec verba, is ad quem ea res perti- nes, quem denotent. Pertinere pro exten- dere. Decimo octavo pertinere pro cōpetere vel spe- ctare, vt is qui non est certus quærelam ad se perti- nere. l. qui cum tutoribus. §. si. ff. de transactio. l. in executione. §. prima species. ff. de verb. obligatio.

Pertinet & directi & oblique in substitu- tionibus v- siuatur. Haec verba, is ad quem ea res perti- nes, quem denotent. Pertinere pro exten- dere. Decimo nono si quis librum ad infamiam alicui- us pertinentem scripserit iniuriarum tenetur. l. lex Cornelia. §. si quis librum. ff. de iniur. ego expone- rem pertinentem, id est tendentem, respicientem. l. penult. de decret. ab ordi. faciend.

Pertinet & directi & oblique in substitu- tionibus v- siuatur. Haec verba, is ad quem ea res perti- nes, quem denotent. Pertinere pro exten- dere. Vigesimo sumitur pro affici, l. 1. ff. de abigeis, ibi, attamen qui honestiore loco nati sunt non debent ad hanc poenam pertinere, id est hac poena affici non debent, nec sic puniri.

Pertinet & directi & oblique in substitu- tionibus v- siuatur. Haec verba, is ad quem ea res perti- nes, quem denotent. Pertinere pro exten- dere. Vigesimo primo quod ait prætor pertinet, hoc significat quod ex ædibus eius in tuas ædes perti- neret: id est dirigitur, extenditur, peruenit. l. 1. §. quod ait prætor. ff. de cloac. l. doli. de verbor. obliga. l. Sanctio. de poenis. l. 1. ne quid in loco sacro fiat. l. lo- cus. supra eod. l. 3. quib. ad libera. proclam. non licet. l. mercis. infra eod. l. 3. §. 1. de vi & vi arma.

Pertinet & directi & oblique in substitu- tionibus v- siuatur. Haec verba, is ad quem ea res perti- nes, quem denotent. Pertinere pro exten- dere. Vigesimo secundo stipulatio vti frui ad heredem non pertinet, id est non transmittitur, l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verbor. obliga.

Pertinet & directi & oblique in substitu- tionibus v- siuatur. Haec verba, is ad quem ea res perti- nes, quem denotent. Pertinere pro exten- dere. Vigesimo tertio pertinere accipitur pro eo quod dicitur, mei est officij, muneris, partium mearum, non est alienum, me attingit: vt culpa est se immi- scere rei ad se non pertinenti, l. culpa. ff. de reg. iur.

Pertinet & directi & oblique in substitu- tionibus v- siuatur. Haec verba, is ad quem ea res perti- nes, quem denotent. Pertinere pro exten- dere. Sexagesimos alios modos, phrasas, aut significatio- nes huius verbi pertinere adducere possem: sed que omnes comprehenduntur sub præfatis. frequen- tissimus tamen horum omnium vltus nostrarum est,

est, vt referamus hoc verbū pertinere, Gall. appar- tenir, ad dominium: sicq; simpliciter dictum, inter- pretatur vltus forensis. verū si non simpliciter, sed cum quadam qualitate dominium velimus signifi- care, addimus illam qualitatem: Gallicè enim dici- mus, comme s'appartenant à moy quant à l'esfructu, ou quant à la iurisdiction, aut alias.

VLP IAN. LIBRO XXVII. AD Edictum. Lex clxxxij.

Paterfamilias liber peculium habere non potest, quemadmodum nec seruus bona.

Paterfamilias vocatur qui sui iuris est, bonorū suorum liberam habens administrationē, & domi- nium. De quo vide l. pronuntiatio. & l. in lege cen- soria. & l. lata. infra eo. l. nam ciuū. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Cum igitur ipse bonorū habeat dominium, nō potest habere peculium, quod proprie dicitur id quod dominus ipse à bonis separa- uit, suam substantiam à serui ratione discernens. l. peculium. 1. ff. de pecul. aut si mauis, id quod seruus domini permisso separatim à rationibus domini- cis habet. l. depositi. eod. & in l. peculium. ff. de pecul. dicitur: peculium & ex eo consistit quod par- simonia sua quicquid parauit, vel officio meruerit à quolibet sibi donari: idque velut proprium patri- monium seruum suum habere quis voluerit. & sic peculium proprium est patrimonium serui vel fili- lii famil. & eorum qui in potestate aliorum sunt, quale non potest sibi ipsi dominus constituere. Ratione igitur contrarietatis paterfamil. non po- test huiusmodi peculium habere. Et dictum est peculium quoad istam significationem quasi pusilla pecunia, siue pusillum patrimonij, d. l. depositi. ff. de pecul. nec enim solebant domini seruis omnia bona in peculium dare, sed tantum modicam par- tem, ne forte nimium expenderet filiusfamil. aut seruus: nil mirum igitur si pusilla hæc dicitur pecu- nia, ratione totius patrimonij habita.

Sic non potest seruus habere bona, quæ beant. l. bonorum. supra eod. nam seruus quicquid acqui- rit, domino suo acquirit. l. placet. ff. de acquir. here- dita. hæc igitur solus habere dicitur paterfamil. & ad eum referuntur: peculium vero seruum aut fi- liumfamil. respicit.

Vnde patet hoc loco peculium accipi pro eo quod dominus à sua substantia separauit, & suo ser- uo concessit. d. l. peculium. & per totum. ff. de pecul. vel quod seruus ex sua acquisiuit parsimonia. facit l. inter publica. supra eod.

Secundo peculium pro salario capitur, l. ordi- nariorum. C. de cohortalib. lib. 12. ibi, nec integro peculio sub hac occasione latentur. vbi glo. expo- nit. videte & iudicate. Ad hæc quæ Græci παρρηγο- νισμός dicunt, Galli peculium appellant. Vlpia. in l. si ego. §. dotis. ff. de iure dotium.

Tertio quandoq; peculium vocatur patrimo- nium, & bona liberi hominis, vt in l. cogi. in princ. ff. ad Trebel. ibi, quia pleriq; patrimonium suum suum peculium dicunt. facit l. vna. in fin. C. de col. Thrac. lib. 11. l. si quis presbyter. in fi. C. de episcop. & cleric. sic itaq; paterfamil. peculium habere di- cetur. in rub. de pecul. clericor. & per totum in de- cretal. vbi pro patrimonio capitur, & passim in iu- re canonico, nec non pleriq; in locis iustitia. C. ex qua varietate significationum conciliari pote- runt iura allegata à Laurent. Valla libr. 6. cap. 40. quæ multum alioqui pugnare videntur.

Alios significandi modos tradit gloss. in rub. ff. de pecul. Alibi iuriscōn. in l. si chorus. ff. de lega. 3.

dicit pecuniam esse fragilē, id est facile frāgi, & con- sumi posse sine peculio, id est sine pecunia, quæ praesidij causa seponitur, id est seorsum ponitur, se- gregatur. nam semper quicquā anno finito super- cisse debet ex rebus, l. ius alimentorum. de ali- ment. pupill. præstand. ff. quæ quidem peculij signi- ficatio non minus cōgruere videtur ingenius quā seruis. At ego sic ista conciliare, quod in priori si- gnificatu seruus tantum dicitur habere peculium, separatim inquam à rebus domini, quod paterfam- il. habere non potest. eo enim ipso quod habet, peculij nomen amittit, nec amplius pusilla pecu- nia dicitur, sed confusa cum patrimonio toto.

Quandoq; verò instar huius peculij proprie sum- pti dicitur improprie quodammodo peculium, ea etiam pecunia quam solent nonnulli diligētes pa- tresfamilias seorsum & separatim à communibus expensis segregare praesidij causa, id est ad subleuā- dum periculum, si quod aliis rebus contingat, au- gendumq; patrimonium, cum res se offerret. sicq; videtur intelligendum patrimonium esse fragile, id est facile consumi posse sine peculio, id est sine pecunia praesidij causa seposita.

Peculium autem proprie sumptum in tres præ- cipuas species diuiditur. Aut enim est castrense, aut aduentitium, aut profectitium. Castrense dicitur quod à parentibus, vel cognatis in militia degenti donatum est: vel quod ipse filiusfamilias acqui- uit, quod nisi militaret acquirere non fuisset, l. castrense. ff. de castren. pecul. & per totum. l. filius- familias. de donatio. & l. 1. §. nec castrense. de colla- tio. bonor. Et si ex illa pecunia castrensi prædium aliquod emit, dicitur castrense. per l. 1. in fin. C. de castren. pecul. milit. lib. 12. itaque si filiusfamilias miles decesserit, si quidem intestatus, bona eius non quasi hereditas, sed quasi peculium patri de- feruntur: si autem testamento facto, tunc pro here- ditate habetur castrense peculium. Vlpia. in l. 2. ff. de castren. pecul.

Cui multum affine est quod dicimus quasi ca- strense peculium, videlicet quod miles caelestis, id est clericus ex sua industria, vel alius ex officio pu- blico acquirit: vel quasi castrense est quod quilibet filiusfamilias, iure quasi militū vtens, veluti si do- ctor, & aduocatus quidpiam ex huiusmodi profes- sione, vel ipsius studij occasione acquisierit, l. fori. C. de aduoca. diuers. iudicior. l. fin. qui testam. facer. possunt. l. cum multa. de bonis quæ liber. Alexand. consil. 2. in 6. vol. 1. iubemus C. de silen- tiar. lib. 12. vbi Lucas de Penna colū. 2. dicit vocari castrense. Sed contra eum patet castrense peculij simpliciter illud esse, quod miles acquirit in ca- stris, aut ratione militiae, quemadmodum superius dictum tuit. itaque si pater vel propinquus aliquid dederit filiofamilias proficiscenti in militiam, ca- strense peculium erit. l. 1. C. de castren. pecul. mi- lit. & præf. annona. lib. 12. Sic igitur continget etiam à patre profectum, matre, & aliis consangu- neis, dici castrense.

Aliud quoque est peculium castrense palatio- rum, vel aduocatorum, ita cum adiuncto dictum, quod palatini Curiales, aut labore aut donatione principis, in palatio, & curia morātes acquirunt, vt in rub. de castren. omni. palati. pecul. lib. 12. iuncta l. vna. ibidē, ibi, non dicitur simpliciter castrense, sic in Theodo. C. in l. 1. de aessor. scribitur, & in l. ve- lut in C. iustitia. velut castrense peculium filia- mil. a seffores post patris obitū vindicent, qui con- filijs propriis administratores adiuvare consueve- runt, si quid licitis honestisque lucris coadunare poterint. Idemque dici possit de eo quod acqui- situm erit ex officio publico. l. fin. C. de inofficiof. test. vt cōsulari vel alio. d. l. iubemus. C. de silen- tiar.

Peculium quasi castru se, quod mulier ex Prin cipis dona tione acqui rit.

Princeps cum donat simpliciter marito vxori nihil acquiritur.

Princeps cum donat alicui & heredibus, vxor quid co sequatur.

Donatione a Principe facta alicui secretarioz suis heredi bus ex suo corpore de scendenti bus vxor ex cluditur. Castrenses creditores.

Castrensis seruus.

Castrensia m.

Peculium aduentitium.

Necessitas aduentitia.

lib.12. & l.2. in si. de privileg. eoru qui in sacro pala. militant, eod. lib. Ita quoque si mulier acquirat ex donatione principis, dicitur quasi castru, l. cum multa. C. de bon. qua liber. quod procederet nisi eidem esset donatum ex turpi causa. quippe delictum caret privilegio, l. 1. C. vbi senator. l. 1. & per totum. de condit. ob turpem caus. Quia vero plura dubia super huiusmodi donationibus a principe emanatis contingere vidi, potissimum an haec bona connumerarentur inter conquestus, quorum videlicet media pars acquiritur vxori, & an ad heredes transeat, solutus sum in his tres casus facere: Primus est cum princeps castru aut aliam rem simpliciter cuiquam donat, vt nequaquam acquiratur dimidia pars vxori, aut e contra viro cum vxori donatum esset. l. cum multa. C. de bonis qua libe.

Secundus casus est, cum Rex donat alicui & heredibus, tunc vxor dimidiam huius donationem conquestus habebit in patria consuetudinaria. postquam enim princeps voluit ad heredes transmitti, sic quoque ad vxorem: quippe secundum loci consuetudinem viderit disposituisse, l. si duo. ff. de acquir. heredit. quem admodum fuit iudicatum in hoc Senatu, vt patet in registris Curie lib. 12. fo. 131.

Tertius casus, si donatio facta fuerit Secretario, vel alteri a Rege & suis heredibus ex suo corpore descendentes tunc vxor non habebit conquestum ex intentione principis, qua verisimiliter debet attendi. cap. mandatum. de rescrip. cap. commissum. & cap. dilecti. de decim.

Castrenses creditores dicuntur facti ex peculio castrensi, videlicet postquam filius militare cepit: secus si ante, l. 1. §. si filiusfamil. ff. de separatio. ibi, an separatio fiat inter castrenses ceterosque creditores, videamus. simul ergo admittuntur, dummodo si qui cum eo contraxerit, antequam militaret, forte debeant separari: quod puto probandum, &c.

Castrensis seruus, in castris acquisitus, l. si quis hac lege. ff. qui & a quib. §. sed si castrensem seruus: vel ex peculio castrensi questus, de acquir. rer. domi. l. in eo quod castris seruus ante aditam hereditatem filiusfamil. militis legatur.

Castrensiani, seu castrensiarum erant qui castris principis praerant, gloss. & Doct. in rub. C. de castr. lib. 12. & qui habebant curam castrorum, id est tentorium, Lucas de penna ibidem. Et hodie legitur illa rub. ab Alcia de castris. ministris. vtra lectio melior sit vobis indicandum relinquo, & an quatuor Marschalli Fraciae vocari sic possint.

Aduentitium peculium, quod nobis aduenit aliunde quam ex castris vel quasi, seu profectitio: vt si quid acquirat filiusfamilias a matre, vel ex artificio, seu a quocunque alio eriam dando, l. filie dotem. C. de collatio. l. paterfamilias. §. idem. ibi, quia id quod ex aduentio acquisitum est, non per patrem ad eum peruenit. ff. de privileg. creditor. l. dotem. ibi, nam hereditas aduentitio iure quaritur. de castr. pecul. & aduentitium lucum dicit Iuriscōsul. l. non debet auctori. in fi. de regul. iur. Et generaliter aduentitium lucum ibidem appellat Iuriscōsul. quod nobis aduenit ex lucratiua causa, qua declaratur in l. 1. C. de imponend. lucrati. de rescrip. lib. 10. quemadmodum aduentitium ne cessitatem vocat Imperator vbi quae repente quidpiam est peragendum, quod ad vtilitatem publicam spectet, placet. in fi. C. de sacrosand. eccles.

Profectitium autem peculium est quod a patre profectum, vel a domino est, seu patris contemplatione vel domini. Doct. in l. frater. ff. de condit. indeb. l. sed si plures. §. arrogato. de vulg. l. profectitia. de iure dotum. plene Hostien. in summa de pecul. clericor.

Et horum vtrunque scilicet profectitium & aduentitium vocat Imperator paganicum in l. fi. C. de officio. rescrip. quia pecuniam illam habent pagani, id est non milites: sicuti capitur paganus in l. Cenurio. ff. de vulgari. & dicitur inferius in l. pu pillus. §. oppidum.

Peculium intricare vocat Iuriscōsul. onerare, ari alieno subiacere. l. 1. in fin. ff. de seruo corrup. Et peculium nascitur, crescit, & decrescit, & moritur, l. peculium nascitur. ff. de pecul.

Inde peculiaris & peculiare dicitur id, quod est peculij proprium, vel peculio deputatum, aut quod pertinet ad peculium. Et peculiaria debita in l. fin. ff. de nouatio. l. non plures. ff. de pecul. l. quotiens. de contrah. emptio. & Peculiares nummos ait Iuriscōsul. in l. 3. §. 1. ff. de statutib. & peculiaria doli in l. qui fundum. §. fin. de contrah. emptio. Peculiares creditores in l. his consequenter. §. si filiusfamil. famil. c. i. ff. de iur. iur. de pecul. lega. Serni peculiares, in l. si Stichus. ibidem. Peculiaris mancipia, l. Athleras. §. Pompo. de his qui no. infam.

Peculiariter acquirere, id est ex peculio vel causa peculij, l. 1. in fin. ff. de acquir. posses. l. 3. §. status. ibi, quas serui peculiariter comparauerunt. ibid.

Alias peculiaris & peculiare dicitur etiam speciale, proprium seu praecipuum, vt peculiare missae, id est speciales. cap. 2. de celebra. missar. quae in publico diebus festis dici non debent, vt populus missas diei audiat attributas. cap. & hoc attendendum. de consecra. dist. 1. licet hoc non seruent ignari presbyteri. facit. l. 2. de tribu. l. vlt. C. de comiti. rei milit. lib. 12. Et peculiari fauore praetatum, id est speciali, dicit Imperator in l. peculiari. C. de proximis sacror. seruior. lib. 12.

Quandoque peculiare pro re serui capitur, vt si peculiare vinum legatum sit, id contineri quod serui habuerunt. l. si quis vinum. §. penul. ff. de tritic. vino & oleo lega.

Peculiaris merx, quae peculio annumeratur, in l. mercis. infra eod.

Peculiaris argentaria, id est de peculio profecta, facta. l. praetor. §. sed si seruus. ff. de edendo. ibi, si seruus peculiarem faciat argentariam, dominus de peculio, vel de in rem verso tenetur.

Peculatus seruus, qui peculium habet, l. Iulia. §. si venditor. ff. de actio. empti.

Inde peculio, as, peculiare, est peculium auferre, seu pecunia mactare. Peculiaris est furari ea quae ad principem, seu ad rempublicam pertinent: & crimen peculatus, Graece κλέματα, est pecunia principis, aut sacrae vel publicae furtum. ff. ad legem Iul. pecula. & §. item lex Iulia pecula. In sit. de public. iudic. facit. l. fin. C. de his qui ex public. ratio. lib. 10. Ob pecuniam tamen ciuitati subtractam actione furti, non crimine peculatus agitur, l. ob pecuniam. ff. de furt. quia ciuitates loco priuatorum habentur, vt superius scripsi in l. cum qui vtdigal. Qua terminorum elucidatione praemissa, quia peculiaris haec materia sterile parit aduocatis peculium, cetera de peculio dicenda ad proprios locos remitto.

IDEM LIBRO XXVIII. AD Edictum. Lex clxxxiiij.

Tabernae appellatio declarat omne vtile ad habitandum aedificium, non ex eo quod tabulis claudatur.

Tabernae generali appellatione omne vtile aedificium ad habitandum continetur. Graeci Αγοραμίου vocant,

Peculium profectitium & aduentitium, cur paganiana dicitur. Peculium intricare.

Peculiaris, are. Peculiaris debita. Peculiaris nummus. Peculiaris doli. Peculiaris creditor. Serui peculiaris. Peculiaris mancipia. Peculiaris pro acquirere. Peculiaris pro specialibus.

Peculiare vinum.

Peculiaris merx.

Peculiaris argentaria.

Peculatus seruus.

Peculio, as.

Peculatus crimen.

Taberna aedificio.

καταδίκω. κάπιλος & κπιλλός. κάπιλος.

Tabernam qui vendit quid vendat.

Tabernam qui hypotheca nomine dat, quid supponat.

Taberna argentaria.

Taberna pro loco ubi merces venduntur.

Taberna pro loco in quo vinum venditur.

Tabernae differt a caupona.

Tabernae ferua. Taberna purpuraria.

vocant, vel κπιλλός tabernam seu cauponam. inde κπιλλός seu κπιλλός dicitur caupo vel tabernarius deceptarius, quod vt plurimum decipiant, & κπιλλός, id est caupona. sicque taberna generaliter hic capitur, & ita potest capi in l. 2. in fi. & l. vlt. ff. si quadru. & l. tabernam. de fund. infruc. & in litem apud. §. idem & si. de iniur. l. qui bona. §. qui dani. de damno infect. quod prodest ad sequen.

Nempe qui tabernam vendit, locum ipsum, si ad eum non spectet, vendere non videtur, sed ius quod habet: si vero solum ad eum spectat, & ius & solum. l. qui tabernas. ff. de contrah. emptio. declarat Alexand. consi. 95. diligenter, in fi. vol. 5. quado emptor sciebat, & consi. 63. nu. 9. in 6. vol. & Bolog. consi. 2. col. 4. versu. pro quo facit tex.

Sic qui hypotheca nomine dat tabernam, Gallice dicimus, obligeant sa boutique, vtrumque etiam pignori dare videtur, & merces contentas & ipsam tabernam. per l. cum taberna. ff. de pignor. Bar. & lasin. l. si domus. §. si. de leg. 1. & abunde Anto. Negul. in tract. de pigno. in 2. mebro. 2. part. is princip.

Tabernae argentariae erant deputatae argenteis nummulariis, & mensulariis, quales olim in publico erant constructae. d. lege, qui tabernas. Et elucidat Budae. in l. si hominem. ff. de pofiti.

Secundo & generalius tabernae dicuntur vbi merces disponuntur ad vendendum, Gallice vocamus boutiques. l. si pendentes. §. 1. ibi, si dominus solutus fuerit tabernis ad merces suas vti, vel ad negotiationem. ff. de usufruct. l. heres absens. §. at si quis. ibi, tabernas vel officinas. ff. de iudic. l. cum tabernam de pignori. vbi Bar. l. 1. in prin. de exercitor. actio. l. 3. & l. sed & pupillus. §. pro scribere. ff. de infitor. actio. vnde Iuriscōsul. ait Virginiu cinem Romanum cultro de taberna lanionis arrepto filiam suam interfecisse, in l. 2. §. initium. ff. de orig. iuris. l. seruus. de vsu & habita. l. instructam. infra eo. l. procuratoris. §. si plures. de tributor. actio. & plerique pueros, puellasque tabernis praepouunt. l. nam & plerique. ff. de in litem. actio.

Tertio locus in quo vinum venditur taberna vocatur. l. palam. ff. de ritu nuptiar. quae significatio recipitur vsu communi. Addunt & nos frates Galli differentiam quandam, horum simpliciter tabernae dicitur, quae in caupona vendendo vinum admittunt hospites quoscuque: aliorum vero honestiorum in hoc significatu tabernam habentium non simpliciter tabernam, sed cum adiuncto Burgensem tabernam vocant, eorum scilicet qui absque illa hospitium promissum & vili receptione vendunt vinum. Quorum omnium dolos & fraudes tacere praestat, quam recensere.

Differentiam addunt alij inter tabernam & cauponam, quod taberna dicitur locus quem Gallice vocamus generali vocabulo caupona, in qua scilicet equites hospitantur. glo. in d. l. palam. ff. de ritu nuptiar. Caupona vero Gallice cabaret significat eam in qua diuertunt pedites, vel ipsam quae vendit vinum. tex. in l. quae adulteriu. C. de adulter. quae differentia licet confundatur sapissime: paulo tamen verisimilior est ea quam tradit glo. in l. taberna. de fundo instruc. & Alberic. in verb. taberna. Huiusmodi vero tabernas ingredi prohibentur clerici, clem. 1. de via & honesta. clericor. nisi quando in peregrinantur. c. nulli. & c. clerici. 44. distinctione. c. si confiterit. de accusa. cap. clericus officia. de vira & honestate clericorum.

Ad haec tabernae caesariae, vbi caesi aut sunt aut venduntur, tex. iuncta glo. in l. sicuri. §. Aristo. rescriptis non putare se ex taberna caesaria fumum in superiora a diffusia iure immitti posse. ff. si seruit. vindict. & tabernam purpurariam ponit Papinia. in l. radiis. §. pater. de lega. 3.

Inde tabernarij vel caupones, qui tabernas tenent, & in eis esculeta & poculenta praebent transeuntibus, aduenaque & peregrinos recipiunt. l. si ex plagis. §. Tabernarius. ff. ad legem Aquil. & in rub. ff. furti. aduers. nautas, caupo. quod officium tabernariorum est clericis prohibitum d. clem. 1. de vira & honesta. clericor. quippe tabernarij & tabernariae sunt abiecta persona, si per se exerceant. l. humilem. C. de inest. nupt. & improbi, secundum Bal. in l. dissoluta, de condit. ex lege. & Alexand. in l. 1. C. de edendo, per tex. in l. 1. §. 1. ibi, cum nec nunc quidem abstineant ab huiusmodi fraudibus. ff. nautae, caupo. stabular. vnde Hora. sic ait:

Perfidus hic caupo, miles, nautaeque per omne Audaces mare qui currunt, haec me laborem Sese ferre, senes vt in otia tuta recedant, Aium, cum sibi sint congesta cibaria.

Rapaces quoque eos esse cenet Bal. in l. 1. col. 1. vlt. C. loca. nimirum ditantur statim, eorum vero diuitiae caduce, teste Angel. in l. 1. §. fin. ff. furti aduers. naut. fluxaque sunt, quemadmodum a fluendo & infundendo vinu in aquam parat sunt. c. efficiens. 88. dist. 1. loquor de improbis, multos quippe reperias in singulis ordinibus suo fungentes officio, vt plenius scripsi in tract. de hospiti. in 2. tomo commentar. in consi. Reg. Gallic. vnde Iuriscōsul. pulchre sic ait: nauta & caupo, & stabularius mercedem accipiunt non pro custodia: sed nauta, vt traicitur vectores: caupo, vt vitatores manere in caupona patitur: stabularius, vt permittat iumenta apud eum stabulari. Et tamen custodiae nomine ex locato tenentur: nam sullo & facinariorum non pro custodia, sed pro opera mercedem accipiunt, & tamen custodiae nomine ex locato tenentur. l. nauta. ff. nautae, caupones.

Taberna igitur elucidatur significatio ex adiuncto, vt taberna argentaria, in qua mensa argenteorum exercetur. Gallice la boutique d'vn chig. ur. l. qui argentarias. ff. de contrah. emptio. dixi in l. boues. §. inter. supra eod. & sic de similibus.

Taberna caupona. l. taberna. ff. de fund. instruc. taberna ferraria, vbi ferrum venditur, l. Lucius. antepenul. §. quifquis. 1. ff. de lega. 2. vinaria, & sic de reliquis.

Sequitur in tex. Omne vtile ad habitandum, phrasis apud Iuriscōsultos per familiaris, dicitur, unde tamen accipienda, pro subiecto materie. hic sumitur pro conducibili, accōmodo: cui multu affine est quod dicitur vtilitatis gratia vel causa, vt in l. oratione. ff. de feris. l. inter. in princ. ff. manda. Alias sumitur vtile pro eo quod aequum & bonum est, vt cum dicitur vtile interdictum, vti is stipulatio, in l. si rem meam sub conditione stipuler vtilis stipulatio est. ff. de verbor. obligat. l. si na. de pact. dotal. vtiliter ad petitionem admittetur, l. si debitor. ff. de pact. l. si dominus. de usufruct. l. pen. cōmunia praedior. vtiliter acturum, l. fin. ff. de exercito. alibi dicit efficaciter. l. si vnus. §. sed si stipulatio. ff. de pact. vtilis est dicere, l. sine generalis. de iure dotum. vtile est fideicommissum, in l. vtrum. §. 1. ff. de reb. dub. cuius loco in §. fin. dicit contentaneum esse. De vtili actione, exceptione, iudicio, anno, & aliis scripsi in l. cum praetor. supra eod.

In fine dicit text. non ex eo quod tabulis claudatur. Alij codices habent hic affirmatiuam loco negatiuam sic, nempe ex eo quod tabulis claudatur. ego primae lectioni adhaerenti, quod scilicet taberna non ex eo solo quod tabulis claudatur appellanda sit, sed quasi taberna a validioribus trabibus quibus insignia sunt suspenfa. Alij quoque legunt cludatur, non claudatur: sed idem est sensus, varietate solum existente in antiquo illo verb. cludatur pro claudatur. si enim vetes vti solebant.

Tabernae quae cauponae vti quae.

Taberna argentaria.

Taberna caupona, ferraria, vinaria. Vtile quid.

Vtiliter aedificium. Vtilius est dicere.

Cludere & claudere a pud veteres.

PAVL. LIB. XXVIII. AD Edictum. Lex clxxxij.

Inde tabernacula, & contubernales dicti sunt.

Tabernaculum generaliter qd.

Tabernaculum p eclesia.

Principia quid. Contubernium quid.

Contubernium pro societate & sodalitate. Contubernales.

Contubernium in seruis quid.

Contubernia, matrimonia contracta per sacerdotes.

Contubernales seruorum uxores.

Tabernaculum pro tentorio.

Taberna instructa quid.

Tabernacula generaliter accipiuntur pro omni habitaculo, dicta à taberna: & contubernales, in vno tabernaculo habitantes: quemadmodum domestici & familiares contubernales vocari solent, l. liberorum. infra eod. vt in feruis dicam.

Secundò tabernaculū Saluatoris dicitur ecclesia secundū Hieronymum. in c. ne forsan. de poenit. distinet. 1. aut etiam domus alias Deo dicata, c. 1. de re iudica. in 6. per Archidiaconum. col. 2. §. 1. de cōsecra. distinet. 2. ita Dinius Petrus dixit Christo in transfiguratione: Faciamus hic tria tabernacula. Mar. 17. c.

Iurisconsultus Principia Principum militiæ habitacula vocat, in l. officium, in fin. ff. de re militari, quod Principem capiant: contubernium verò militum cohabitatio, & propriè decem militum sub vno tabernaculo degentium intelligitur.

Aliquando generalius accipitur contubernium pro societate, cohabitatione & sodalitate, & quandoque pro habitatione contubernialium, vt in l. nō omnes. §. à barbaris. ibi, Extra contuberniū agens, id est extra habitationē & tabernacula. ff. de re militari. Inde Contubernales, domestici & familiares, in eodem tentorio seu tabernaculo & tentorio habitantes, l. rem mihi. in fin. ff. cōmoda. l. vult. in prin. de auro & arg. lega. l. Thais. §. herede. ff. de fidei commissar. libera. l. liberorum. infra eod. l. si seruo. de statuliber. Græcè δμοσῆνοι, seu δμοσῆνοιο dicuntur ἀπὸ τῶ δμοῦ, quod est vna vel simul, & ποσεισ forbeo, quod in vna forbeant domo: & κοινῶν & κοινοῦ, qui vna vescitur, vel ἑπισημῆσι & κοινῶν, qui vna vescitur. Aristot. tamen lib. 1. politic. cap. 1. hos vocat iuxta Epimenidis sententiam δμοσῆνοιο, seu δμοσῆνοιο, secundum Charond.

At contuberniū in seruis est id quod in liberis matrimonij, l. Titia. ff. de manumiss. testam. glo. in §. 1. Insti. de patria potesta. per l. cum ancillis. C. de incest. nupt. instar cuius etiam iure canonico, contubernia dicitur matrimonia contracta per sacerdotes, & alios qui de iure contrahere nō possunt, c. sane. 2. de cleric. coniug. licet Imperator accipere videatur pro societate concubinali in l. nuper. C. de natural. liber. ita contubernales seruorum dicuntur uxores, & nati. l. quæsitum. §. contubernales. ff. de fund. instruc. & l. liberorum. infra eod.

Et sic tabernaculū accipitur pro tentorio, quod Gallicè vocamus pavillon, & est multiplex, videlicet prætorium, ducum, pellitū, laureatum, tapeticum tentum, quæ declarat Laf. in lib. 4. de republ. Roma. c. 5. pag. 488. & seq.

VLPIAN. LIBRO XXVIII. AD Edictum. Lex clxxxv.

Instructa autem tabernam sic accipimus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis constat.

Postquam superius elucidauit Iurisconsultus, quid taberna, & tabernacula significant, nunc quæ instructa vocetur: & instructam tabernam dicit, quæ & rebus & hominibus parata est ad negotiationem. nec enim diceretur instructa, quæ homines non haberet ad vendendū merces in ea repositas, vel ad operandum, l. cuiusque. §. sed & cum fullo. ff. de institor. ibi, sed & cū fullo peregre proficiscens rogasset, vt discipulis suis, quibus taber-

nam instructam tradiderat imperaret, &c. Contra est si taberna cum instrumēto dicatur: quippe tūc institores non veniunt. ar si dicatur instructa, sic, l. tabernæ. de fund. instruc. quippe non sunt homines instrumenta fundi, sicut non sunt fructus fundi. §. in pecudum. Insti. de rer. diuis. nil mirū si appellatione instrumētū non cōtineantur homines, quia iustissime adiles noluerūt hominē ei rei quæ minoris esset accedere, propter hominū dignitatē. ridiculū enim esset fundū tunicæ accedere, multo minus hominē fundo. l. iustissime. ff. de adilit. edi.

Eodem modo si domus instructa legetur, veniūt homines, quibus ipsa instruitur: sed si domus cum instrumēto simpliciter legetur, nequaquam veniunt: siquidem instrumenta domus, aut fundi non dicuntur: quem puto verum esse intellectum ad istum text. licet Alciat. adhibeat distinctionem: institores quidem non veniunt, sed alios seruos sic: cuius differentia rationem haud video. Et quod indistincte sit intelligendum Augusti. docet in tract. de emenda. iur. lib. 2. c. 4.

Verum si quis legaret cauponā cum instrumēto, veniunt etiam institores: siquidē cauponā nomē est genus negotiationis. non mirū igitur si veniat serui illi qui negotiantur in ea. sed nomen tabernæ est loci nomen, cuius appellatione homines non continentur: & ita videtur intelligendus ille text. d. l. tabernæ. quicquid ibi dicant glo. & Doct. & Alciat. At quo facilius d. l. tabernæ. intelligatis, verba illius subiicio: tabernæ cauponæ instrumēto legato, etiam institores cōtineri Neratius existimat. sed videndum est ne inter instrumētū tabernæ, & instrumētū cauponæ sit discrimen: vt tabernæ nō nisi loci instrumēta sint, vt doliaria vasa, vectiones, ancones, calices, trullæ; & phialæ, quæ circa alienum solent traici, item vnæ æræ, congiaria, sextaria, & similia. Cauponæ autē cum negotiationis nomen sit, etiam institores. Sensus igitur eius legis est, quod si quis legauerit instrumēta tabernæ cauponæ, id est cauponaria, Neratius Iurisconsulti arbi tratur etiam institores contineri: Paulus tamen dicit videndum esse, an sit aliquod discrimen inter instrumētum tabernæ, & cauponæ, vt instrumēta tabernæ non sint nisi instrumenta loci, id est quæ sunt in illa taberna: sed instrumēta cauponæ sunt negotiationis nomen: ideoque institores qui in illa negotiantur, veniunt. De cuius legis intellectu latius dicam in meis no. interpretatio.

Quæ verò dicantur vasa doliaria, scripsi in l. vasa. infra eod. Vectiones, vt puto, Iurisconsulti. ibi vocauit vasa quibus vehi potest, quippe nunc sunt instrumenta loci à vehendo: vnde quoque vectariū dicit Vitruuius esse torcular, si non cochleis torquetur, sed vectibus, & prælo præmatur, quadrangula pedum longitudine constituatur, vt sit vectariū spatium expeditum ad vehendum. refert Cælius lib. antiq. lectio. 11. c. 29. vt velit dicere text. vasa doliaria quæ deferri regulariter non solent, non tantum inter instrumenta loci deputantur, sed etiam vectiones, id est instrumenta quæ vehi possunt, vt torcular quod videmus per vicos rotis agitari & perferri.

Ancones, vasa sunt cubitalia. ἀγκών enim Græcè, cubitus, aut curvus Latine dicitur, teste Cartellia. in 2. parte memora. in verb. ancones. & Nebricen. eod. verb. in dictio. ad leges.

Trulla secundum quosdam est vas in quod proluties alui infunditur, quod scaphium, quoque & lasanum Latine dicitur: quemadmodū videri intellexisse Iuuenal. dicens: Si trulla inmerso crepitū dedit aurea fundo. quod improbat Alexand. libr. genial. 3. c. 10. vbi docet esse potius vas pororium: quod equidem hic probari potest, & d. l. tabernæ. vbi postquam nominauit

Taberna cū instrumēto quid. Homines non sunt sū di instrumēta.

Caupona cū instrumēto, quid.

Ad l. tabernæ. ff. de fund. instrum.

Vectiones quid.

Vectariū.

Ancones quid.

Trulla qd.

IDEM LIBRO XXX. AD Edictum. Lex clxxxvj.

Commendare nil aliud est quam deponere.

nominauit calices, subsecutiue postea nominat trullas & phialas sic in l. Seia. ff. de auro & argen. lega. dicit, trullæ, scyphi. ex quo tex. colligitur etiā verisimiliter cōnumerari trullam inter pocula portoria: nec tamen necessārio sequitur, quin aliquādo pro diuersitate locorum variè accipiat.

Alias enim dicitur quoque portus felicitis Arabia, vt est apud Ptol. quem refert Nestor.

Adhæc trulla accipitur pro instrumēto cæmentariorum ad poliendum, & linicendum muros, teste Alberic. in l. & si non sint. §. argento. ff. de auro & argen. leg. Gallic. truelle.

Congiarium, mensuræ genus est: alias etiam dicitur Imperatorum munus, teste Cartellia. in 2. parte memorat. in verb. congiarium. videte quæ scripti in l. vinaria vasa. infra eod. vbi alia quoque vinaria vasa descripti.

Verum ad nostrum tex. redeundo in verb. instruere nō erit alienū phrasæ eius aliquot & significationes subnectere, à Iurisconsultis deproptas.

Primū instructus procurator appellatur qui est institutus & edoctus cum mandato, & munimentis omnibus ad causam necessariis, c. 1. in fi. de appella. in 6. c. cupientes. §. quod si per 20. vers. insuper. de electio. eo. lib. c. 1. de procurator. vbi sic scribitur: instructam personam cum mandato legaliter factò, & presbyterorū testiumque subscriptionibus roborato, gestisq; ex more indicto transmitti, &c. ab instruendo scilicet, id est docendo, vel ostendendo, vt instruere discipulos, c. 1. in fi. de offic. primiceria. cap. ponderet. 50. distinct. l. 1. §. si præses. 2. ff. de magistratib. conueniend. l. si pure. in fin. ibi, item de singulis instrueret. de fideicommissar. liberta. l. notionem. in fi. infra eod. hinc quoque instructa causa dicitur, omnibus necessariis inuita, c. ex parte. 3. de rescrip.

Alias instruere est apparare, ornare, munire, l. in lege cetera. infra eo. vt instruere nauem, fundum, domum, & alia, quæ prout docet Cardinal. Adria. in tract. de sermo. Latino, nil aliud significat quam comparare in nauis, fundo & domo necessaria, vt nil quod vsui aut ornamento sit, illis desit, per l. nauis. ibi, instruendæ magis nauis, quam conseruandarum mercium gratia factum esse. ff. ad legem Rhodiam de iactu, cuius dicta multum videntur consonare huic tex.

Inde instrumentum est apparatus rerum diuitiū mansurarum, sine quibus exerceri nequiret possessio, l. quæ situm. ff. de fundo instruc. & instructus fundus, qui ea habet instrumenta, sine quibus fundi exercitium inutile esset. l. 1. & per totam. ff. de fundo instruc.

Si quis autem simpliciter legauerit fundum vt est, ceterum eum legare instructum, per l. quæ situm. §. peto. ff. de lega. 3. l. prædia. §. penul. & l. Seia. §. fi. de fundo instruc. in hoc tamē legato non veniunt reliqua colonorum, id est illa quæ debebant, colonis, d. §. peto. & sic consuluit Alexand. cōsi. 68. quia consultationem. 1. q. vol. 6.

Ita si quis promiserit tradere collegium instructum, aut fundare, non sufficit præstare collegium etiam suppellectilibus ornatum, sed oportet quod homines regentes habeat: alias collegium mutū esset, nec diceretur instructū. idem in eo qui promittit tradere scholas instructas. Et sic per istū tex. respondi conductori collegij. Vnde domo instructa legata responsum est supellectilē legatam, non etiam vina, quia domus vinis instructa intelligi nō potest, Pompo. in l. si ita §. 1. ff. de fundo instruc.

Adhæc cum hic tex. generaliter loquatur de hominibus, comprehenditur tam vir quam mulier: vt si locus indigeat muliere, non sine ea dicatur instructus, per l. hominis. supra eod.

Trulla, portus felicitis Arabia. Trulla, instrumentum cæmentariorum. Congiarium, quid.

Instructus procurator.

Instructa causa.

Instruere, apparare.

Instrumentum, quid.

Fido legato, & d. conueniatur.

Commendare pro deponere.

Commendare, quid.

Commendare res suspectas, est reddere.

Commendare repro alio genere.

Commendare res suspectas, subice re.

Commendare repro causa mistere.

Commendatō obligatur pro facto eius quem commendauit.

Commendare fideicommissum non inducit.

Cōmendare deponere est, vt hic, & in l. Lucius. ff. de positi. ibi, quid enim aliud est cōmendare quā deponere. c. ne quis. 22. q. 2. inde res commendatæ depositæ dicuntur, id est fidei aliquid commissæ. l. Publia. in prin. ff. de positi. l. cum hereditas. C. illo ritu. Cum vero tex. ait, nil aliud esse commendare quā deponere, intelligendum est sane in hoc significatu: quippe aliis etiā capitur modis: vt cum Papa dicit se beneficia quibusdā personis cōmendare, id est fidei illorum & administrationi cōmittere, quam cōmendam vocamus, c. nemo. vbi glo. de elect. in 6. Rufeus in tract. cōmend. scripsi in tract. de pacific. possessor. in 5. amplia. nu. 35. cum seq. nempe si quis habeat uxorem non datur ei alia, sed potest ei aliqua cōmendari. sic habenti beneficium, potest ei aliud committi & commendari: sed non forsan absque graui animarum dispendio.

Secundò, commendare aliquem suspectum, est reddere, ostendere, vel facere illum suspectum. inde Iurisconsultus ait, callida conuersatio tutoris suspectum cōmendat. l. si creditoris. §. 1. ff. de priuileg. creditor. vbi glo. exponit, id est accusat: quod mihi parum aridet. nec enim delictū accusat, sed homo: quia propter adharerem priori expositioni.

Tertio commendare pro allegare, siue producere capitur in l. laudabile nomen. C. de aduoca. diuersor. iudicior. ibi, gestis interuenientibus commendari, & ibi glo.

Quarto, commendare dispendiis, est subicere & dare, c. 2. de consti. ibi, vt dispendiis præteritā cōmendet.

Quinto, si verbum cōmendare ad personā referatur, tūc capitur pro cōmittere, & quod vernacule dicimus, recomandar. vt Hypatium tibi commendo, l. verba. ff. de alimen. & cibar. lega. quamuis ibi glo. exponat pro re: sed parum bene mensentia. Et ita capitur in prima significatione in l. si verò non remunerandi. §. cum quidam. ff. manda. l. si in aliquam. de offic. proconsul. l. vna. §. sed scimus. C. de Lari. liberta. tollend. quæ cōmendatio non obligat cōmendantem, si is cui fuit cōmendatus ei mutauerit pecunias: siquidē non tenetur cōmendans pro illo quē commendauit, d. l. si verò non remunerandi. §. cum quidam. & §. si quis mādauerit. ff. manda. nisi dixerit, Periculo meo illi crede. Inde vulgo dicimus, recomandar de bouche ne māt ne touche. his enim cōmendationibus abundat nostrates, præcipue curiales: sed caueant ne fines cōmendationis excedant, obligarentur enim. Sic igitur ea quæ cōmendandi causa in venditionibus dicuntur, si palam appareant, venditorē non obligant: veluti si dicat seruum speciosum, domū bene ædificatam. At si dixerit hominē bene literatum, vel artificē, hoc præstare debet. nam hoc ipso pluris vendidit, l. ea quæ. ff. de contrah. emptio. facit l. sciendum. de adilit. edic. l. fi. C. quod cum eo. Bar. in l. Lucius. ff. de fideiussor.

Sextò, verbum commendare fideicommissum non inducit: vnde si quis ita scripserit, illum tibi cōmendo, diuus Pius rescripsit fideicommissum non deberi. aliud est enim personam cōmendare, aliud voluntatem suam fidei cōmittentis hereditibus insinuare. l. fidei commissum. §. si ita quis. de leg. 3. Et hæc commendatio non imponit necessitatem hereditibus libertatē dandi, sed arbitrium remittit. l. Thais. §. Lucius. ff. de fideicommissar. liberta. l. ex verbo. C. illo titul.

Sed mulier que pro alio intercessit, si debitorem suum delegaverit, potest condicere, non minus quam si pecuniam soluisse. solum enim & qui eum delegat, l. quamvis. §. interdum. ff. ad Velleian.

Delegati-
onē pro-
curator reci-
pere nō po-
test.

At procurator ad exigendum constitutus, non potest hanc delegationem recipere: tum quia verbum exigere significat realem exactionem, & ex communi usu loquendi non vocamus delegationem exactionem: ideoque non potest etiam confiteri se recepisse, quod non recepit: quandoquidem confessio non est solutio, l. qui recte. & l. si debito-rem. ff. de nouatio. Bald. in l. falsus. col. 2. illo titulo. tum quod aliud pro alio inuito creditore solui non potest, l. 2. ff. si certum petat. Et sic procurator non potest fines mādari excedere, l. diligēter. ff. manda-
Verum an sit liberatus delegatis tradit Bart. & alij in l. singularia. ff. si certum petat. dicunt liberatum, si debitor delegatus promiserit creditori, aliās non. Dec. consil. 421. plene. col. vlt. nec postea conueniri poterit primus debitor, si secūdas creditori promiserit, teste Dec. consil. 107. in causa. col. 2.

Exactum,
quod exigi
potest.

Exactum quoque dicitur, quod exigi potuit, licet nondum exactum sit, l. si possessor. §. a. ff. de petitiō. heredita.

Adhuc postquam consensu vtriusque debitoris & creditoris facta est delegatio, non est qui possit conueniri, sed imputandum est partibus ista sic transigentibus: maxime si effectus fuerit debitor non solvendo, l. si fideiussores in id. ff. de fideiussō. Carol. Ruinus consil. 45. viso. in 5. vol.

Delegata
pecunia.

Alia delegatam pecuniam vocat Iuriscōn. assignatam, & commissam ad aliquos actus, l. lege Iulia de residuis tenetur qui publicam pecuniam delegatam in usum aliquem retinuit, neque in eum vltim consumpsit. ff. Ad legem Iuliam pecunia.

Delegare
pro manda-
re.
Delegatus
iudex.

Delegare etiam pro mandare, iudicem dare, vel committere: accipitur, l. 1. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdic. hinc delegatus est iudex, cui man data fuit iurisdic. & qui nil proprium in iurisdictione commissa habet, sed fungitur vice eius qui eum præfecit, d. l. in fin. Qui vero iudicem dare & delegare possint probatur in l. cum prætor. ff. de iudic. & per Specula in tit. de iudic. delegat.

Delegatū
nomin.

Ira si cum ego tibi, cum es mensor, mandauerim vt mensuram agri ageres, tu id Titio delega-eris, & ille dolo malo versatus es, qui tali homini credidisti, l. 2. ff. si mensor. fals. mod. dixerit: vbi quod dixerat, delegauit, postea dicit credidit, id est commisit.

Vnde quoque delegatum munus, pro commissō dicitur in l. si quis. §. funus. ff. de religiof. ibi, sin autem de hac re defunctus non cauit, nec vlli delegatum id manus est.

IDEM LIBRO XXIII. AD Edictum. Lex clxxxviii.

Habere duobus modis dicitur: altero, iure dominij: altero, obtinere sine interpellatione id quod quis emerit. Cautum intelligitur, siue personis, siue rebus cautum sit.

Habere ex
dicitur duo-
bus modis.
Habere iu-
re dominij.

Hæc lex habet duas partes, prout duo dicta, continet. prima declarat habere duobus modis sumi. Primò rem habere dicor iure dominij, cum dominus illius rei sum: secundò rem habere dicor quam obtineo sine interpellatione, quòd variè potest intelligi: primò videlicet in emptore qui emit a nõ domino, ideoque non dicitur illam rem habere iure dominij, sed eam habere dicitur, id est obtine-

Habere sine

re antequam interpelletur a vero domino, aut alio, vt per totum tit. ff. de Publicia. rem actio.

Vel alio modo, quod scilicet habere dicar eam rem sine interpellatione, quam quidem vendidi, emitque alius, sed nondum tradidi, quia non fui interpellatus. nec refragatur quod venditor ante traditionem sit dominus, l. traditionibus. C. de pact. Et cum iure dominij habeat, superuacuum sit dicere eum alio modo habere, id est obtinere sine interpellatione. Resp. quamuis sit dominus, quia tamen rem habet necesse tradere, ac si sit dominus, trāsferre dominij, §. item pretij. Infit. de emptio. abunde scripsi in interpret. l. vnic. in glo. quantitate. C. de sentent. que pro eo quod interest profer. licet vbiq; contrarium teneat Alciat. cui ibi resp. Et quia tale dominium momentaneum est, leges eius veditoris qualescunque dominij distinguere voluerunt, id est quousque fuerit interpellatus ab emptore. siquidem ea res que tam cito mea esse desinit, iam mea non videtur esse, l. pen. ff. de testam. milit. & l. lecta. si cert. petat. vt nec quidem alteri videri possim, quin incidat in crimen stellationis, aut falsi. l. 3. ff. de crimin. stellatione. l. qui duodus. de fals. vnde falsus dicitur venditor in l. falsus. ff. de furt.

Aut dicit Alciat. quod si in venditionibus quis emptori promittat habere licere, intelligitur vt sine interpellatione emptori liceat obtinere quod emerit. Quæ omnia cum possint quadrare, vestro relinquo iudicio.

Habeo verò dicitur quasi habito, id est retinco, quando quidem habere cum effectu intelligitur. l. nomen. §. fin. supra eod. sic asserit Lucas de Penna in l. vna. C. de nautis. Tiber. lib. 11. Cui non assentio. sed quoad eius verbi significata remitto vos ad ea quæ scripsi in l. ad apud. supra eod. vbi quoque videbitis utilitates.

Habere ex
effectum
legitur.

Sequitur in text. sine interpellatione. Interpellare est admonere, requirere, petere: sic exponit lex, magnam. C. de contrah. stipula. lex, siue. lex, mora. ff. de vsur. ibi, si interpellatus oportuno loco non soluerit. lex, traiecitia. vbi Iuriscōsultus quinquies hoc verbo vtitur. ff. de actio. & obligatio. l. non potest videri in iudicij venisse id quod post iudicium acceptum accidisset: ideoque alia interpellatione opus est. ff. de iudic.

Interpella-
re pro ad-
monere.

Secundò pro requirere, & iustitiam postulare, l. libertus. l. ibi, præfident pro iustitia frequenter interpellat. ff. de in vsu vocad. l. sed interpellatur. de arb. l. si quis sepulchrum, de religiof. l. diffamari. C. de ingenuis & manumiss.

Interpella-
re pro re-
quirere.

Tertio pro conuenire, & petere, in iudicium vocare, l. Labeo ait: si nemo sit qui pro parte promissoris interpellari traiecitia pecuniæ possit. ff. de nautic. scen. l. traiecitia. de act. & obligatio. l. qui Romæ. §. coheredes. de verb. oblig. l. qui decem. & l. qui stipulatus. §. 1. de solutio. Et si quis per iniuriā ad tribunal alicuius me interpellauerit, mei vexandi causa, potero iniuriarum experiri, l. iniuriarum actio. §. si quis. ff. de iniur. vbi glo. exponit interpellauerit pro citari fecerit, vel conuenit. facit l. si creditor. ibid. l. si quis obrepserit. ff. de falsis, l. Lucius. Ad manic. l. ergo. §. 1. Ex. quib. caus. maior. quæ tres significationes licet in idem reincidente videantur, facilioris tamen doctrinæ gratia tibi distinguere volui.

Interpella-
re pro con-
uenire.

Quartò interpellare possessionem est interrompere, l. seruitutes. magna. ibi, vt nullo momento possessio eius interpellari videatur. ff. de seruir. l. de eo. §. 1. ff. de acquir. possess. l. non solum. §. qui pignori. & §. si rem. de vsucapio. ibi, interpellabitur vsucapio. & l. 2. §. vlt. ac l. qui fundum. §. procurator. pro empto. l. penul. ibidem. l. 2. pro herede. ibi, non interpellat

Interpella-
re posses-
sionem.

terpellat possessionem. l. quamuis. 2. ibi, non interpellari iam vsucapionis ius. ff. de furt. l. neque. in fi. ff. de fideicommissar. liberta. l. 1. circa fin. ibi, vsucapiones interpellantur. de munerib. l. 1. in fi. ibi, cum possit vsucapionē interpellare, neglexit. ff. vsucapio. quem ad mod. caue. l. si rem aliam. de pignor. actio. l. idem in tradidit. in fin. ibi, interpellari eam. ff. communia prædior. l. si fundum. de fundo dotal.

Inde interpellata vsucapio, id est interrupta, l. si ædes. 1. ibi, qui altius ædificatum habebat, ante statutum tempus ædes possidere desit, interpellata vsucapio est, l. si ædes. in fin. ff. de seruitut. vrbano. prædior.

Quintò interpellare puellā vel mulierem est pudicitiam eius attentare. Et hæc perfectio flagitio capite punitur delinquens, imperfecto in infulam deportatur, l. 1. ff. de extraord. criminib. cap. sollicitatores. de poenitent. dist. 1. quos interpellatores matrimoniorum vocat d. l. 1. in princ. in quam intelligit gl. de his qui mulieres interpellant, vt sint vxores illorum, licet esse non possint. ego intelligerem de sollicitatoribus alienarum nuptiarum, & interpellatoribus alienorum matrimoniorum, per hæc verba, item vt si sollicitent alienas vxores, & aliena matrimonia interpellent, & corrumpere intendat, extra ordinem puniuntur. Quod vitium eo vsque proripuit apud nos, vt propter frequentiam nullo pene vitio ducatur.

Interpella-
re puellam.

Interpella-
tores matri-
moniorum.

Interpella-
re pro inter-
cedere.

Interpella-
re pro pro-
hibere.

Interpella-
re ius, in-
terrumpe-
re.

Interpella-
re pro de-
nuntiare.

Interpella-
re diem.

Interpella-
re pro ho-
mine.

Emphyteu-
ta quando
iure priua-
tur.

Sextò, interpellare est pro quodam intercedere, c. ipsi sacerdotes pro populo interpellant. 1. q. 1. & Valla in Rauden. dicit interpellare apud veteres pro rogare, inueniri, vt d. cap. ipsi.

Septimò interpellare, prohibere, impedire, significat. l. si hominem. ibi, si procurator iustā causam habuerit interpellandi manumissionem serui. ff. manda. vbi cum prius dixisset prohibuit, postea dicit interpellandi. l. eo quod à multis. C. si certum petat. quamuis glo. exponat pro reuocetur.

Adhuc interpellare ius pro interrompere, l. si quis alia. §. fin. ff. quem admod. seruitut. amittant. ibi, non potest videri vsucapisse vicinus tuus libertatem ædium suarū qui ius tuum nõ interpellauit, id est interrupit, vel nil non fecit, dicit l. hæc autem iura. de seruitut. vrbano. prædior. forte ædificando, glo. in. d. §. fin.

Octauò interpellare pro denuntiare. l. sed & interpellatur quominus sententiam dicat. ff. de recep. arbitr. vbi gloss. sic exponit: sed vide nunc melius conueniat quod superius dixi pro requirere intelligendum.

Alias tamen dicimus diem interpellare, id est admonere, denuntiare & quasi requirere pro homine, vt sic promissore dare decem die Paschatis, ille dies quodammodo admonet me, & quasi requirit vt dem creditori id quod debeo, l. magnam. C. de contrah. & comittend. stipula. l. si Stichus. certo die. ff. de verb. oblig. Ideo dicitur admonere & interpellare, vt lapsa die possim te conuenire sine alia denuntiatione, & interpellatione. Doct. in l. vinum. ff. si certum petat. Ante verò diem, etiam si a creditore interpellatus sim, non ero in mora, quia non venit dies, l. cedere. infra eod. Et ideo si post illam interpellationem non iure factam moriatur equus promissus sine dolo & culpa debitoris, tamen ante diem præstitum solutioni, non tenetur debitor. l. cum filiusfamilias. §. fin. ff. de verb. oblig.

Et sic patet requiri quod dies interpellat pro homine, sine interpellationis vice fungitur: quod procedit non in die ab homine præstitum, sed etiā à lege, vel ordinatione, l. si mora. ff. soluto matrimo. ideoque emphyteuta priuati sine alia interpellatione iure suo nõ soluat priuatur, elapso triennio, quod est tēpus à l. statutum, l. 2. C. de iure emphyt.

vbi in emphyteuta ecclesiæ biennium tantum statutum est, in cap. potuit. de locato. authen. qui rem. C. de sacrosanct. eccles.

Secundò etiam amplia in hora vt pro homine interpellat, si sit actui appofita, teste Bald. in d. l. magnam. 2. q. & in l. vna. C. ne liceat tertio prouocar. no. 2. quem admodum hora sexta matutina & hora prima pomeridiana interpellant consiliarios ad conueniendum in curia, vt patet in ordinatio. Regiis, artic. 2. & seq. rubr. de la court de parlement.

Interpellat
hora pro ho-
mine.

Tertio procedit in quolibet momento adiecto dispositioni, l. ratio. §. si. ff. de actio. empti, vbi mora contrahitur ab eo momento quo vinū quis tradere tenebatur. & in l. vinum. ff. si cert. petat. Bald. in margar. in verb. dies. 2. q. siquidē hora & momentū sunt partes dici. l. 2. §. fin. supra eod. & quod in toto statuitur, & in eius parte, l. qua de tota. ff. de rei vindica. c. pastoralis. §. item cum totum. de offi. iudic. delegat. sic quoque idem in anno inferius dicerur.

Quartò idem si quis promiserit se soluturum die Paschatis, & postea cū interpellauerit creditor, aut ei placuerit, vt tūc etiam dies Paschatis interpellat, l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ibi, arbitrio meo. vbi Bart. ff. de verb. oblig. Bald. in c. 1. in fi. An ille qui interfecit fratrem dom. nam illa adiectio, & postea cum placuerit, nõ aufert vim interpellationis diei, quia ab illo die teneatur, vt consuluit Alex. consil. 157. viso themate. nu. 4. & seq. in 6. vol.

Promittēs
die Pascha-
tis soluere,
aut cum ei
placuerit,
quomodo te-
neatur.

Idem iuris est si dies præstiturus sit creditori ad petitionem, vt non ante talem diem petere possit: quod deinceps igitur possit. d. l. cum stipulatus sim mihi. ff. de verb. oblig. l. si duo. in fin. vbi glo. & l. promissor. 1. §. 1. de constit. pecunia. & Bald. in rub. C. illo tit. 3. quaest.

Creditor nõ
ante præsti-
tutum diē
petere po-
test.

Quintò si quis promiserit intra annum facere & curare, quod fiat aliquis actus, anno finito non alia requiritur interpellatio quam dies vltimus anni c. licet canon. de elect. in 6. l. fin. §. præterea. C. de iure dotium. Alex. consil. 157. viso themate. col. 2. vol. 6. Idem in mense. Vnde si Papa mandet Capitulo, recipere quemdam intra mensem, eo mense trāsactio in mora dicitur esse: vnde partes erunt executoris exequi, facta tamen petitione. Bal. in c. mandatum. de rescript. scripsi in forma liter. executor. in concordia. Franciæ.

Intra annū
facere qui
promittit,
quando te-
neatur.

Sextò si dies fuerit appofitus in fauorem debitoris, non constituitur in mora ante diem præfixum: vt si creditor promittat non molestare debitorem vsque ad calendas Martij, tunc ante diem illam calendarum non poterit creditor petere, sed tantum ea tranfacta. Bald. in l. fin. §. præterea. Cod. de iure dotium. las. & alij in l. vinum. 3. no. ff. si cert. petat. Nec quidem statim post diem molestandus est debitor, sed modicum ex æquitate expectandum est tempus, de quo in l. ratum. & l. quod dicimus. ff. de solutio. vt dicam inferius in prima limitatio.

Die appo-
situm in obli-
ga. in fauo-
rem debito-
ris, expecta-
ri debet.

Septimò idem si dies esset appofita in statutus vel consuetudinibus aut ordinationibus. Chassa. in consuetud. Burgund. in rub. des siefs. §. 4. glo. de dans quarante iours.

Octauò etiam in foro poli procedit, teste Angel. de Clauas. in summa Angel. in verb. mora. §. 1. & ibi Siluester Prierius: quia debitor elapso termino retinet in iure domino, sicque peccat. l. ff. de furt. & promissa non restituit, vt debet. in c. de pact. l. vna. C. de suffrag. las. in l. si ex legati. nu. 14. versic. 3. singulariter. ff. de verb. obligat.

Nonò procedit etiam si debitor vel heres eius sit ignorans, l. ad diem. ff. de verb. obligat. Bald. in d. l. vinum. in fin. si cert. petat. Sancti in consuetud. Turonen. in rubr. de bailer rente par assiette. art. 1. post Soci. consil. 107. vt in quest. col. 1. in 1. vol. Et sic dies interpellat tam debitorem quam heredem etiam

ignorantem: intellige dum alias sciant se debere, antea non. l. cum ancillis, ibi, vel postea cognitum. vbi Bald. C. de incest. nupt. Bart. in consil. 230. domine Iacobe. las. in l. vinum. 3. no. nu. 10. De debito- re probat Chaffa. in consuetud. Burgund. in titu. des droits & appartenances à gens mariés. art. 23. glo. des le terme. facit tex. in clem. cautam. de electio.

Interpella- tio diei plus valet, quā hominis.

Dies statim in mora cō- stituit.

Dies licen- tiā migran- di præbet.

Testes cita- ti in cri- minalibus quando dis- cedant. Cōductores an tenean- tur locato- ri denūtia- re se migra- re velle.

Interpella- tio non re- quiritur in facti obliga- tionibus. Tēpus qua- tuor men- suum iura- tionis causa expectatur.

in §. curare. Instit. de actio. sic reperies inter intelle- ctus meos novos ad d. l. si debitori. ff. de iud. quam legem alias magno cum auditorum applausu pub- lici interpretatus sum in percelebri studio Tho- lofano.

Decimoquintò procedit etiam si dies esset in- certa, quando, vt cum ad diem mortis præfixa est: veluti si quis promiserit restituere post mortem Titij centum, mortuo Titio est in mora, prout con- sultit Bald. consil. 479. factum super. in fin. vol. 1. se- cus si esset dies penitus incerta, an & quando, vt die quo talis creabitur. Episcopus, secundum Bart. in l. ita stipularus. col. penult. ff. de verb. oblig. Dec. consil. 2. & pro tenui. col. 3. & Barba. consil. 51. scripsit. in 1. vol. quod inferius in limitatio. reprobat.

Interpella- tio etiam incerta ap- possita.

Decimosexto procedit in pupillis hereditas in- stituta propter vim conuentionis, vt etiam dies terpellat eos, per l. si Valerianus. Cod. de restitutio. milit. l. Aemilius. ff. de minorib. Soc. d. consil. 107. col. 2. vol. 1. tamen quoad moram per eos contra- ctam restitui poterunt, vt ibi, & scripti in tract. de restitut. in 2. tomo commentar. in constitut. Reg. Gallicas.

Interpella- tio etiam dea pupillis & pueris vim con- uentionis in- stituit.

Decimosextimo procedit etiam in iuramento: vt si aduocatus iurauerit defendere ecclesiam, teneatur etiam sine interpellatione. c. breui. vbi doct. de iure iur. Barba. consil. 74. omnia. in 3. vol. de Pet- trucia in tract. de viribus iuram. in 24. effectus. alias periturus est, ex quo scit ecclesiam sua defensione egere, quod igitur vt sciat certiorandus est ab ec- clesia, secundum doct. ibi.

Iurans de- fendere ec- clesiam, et- iam tene- tur sine in- terpellatio- ne.

Primo limitatur in die conditionali. talis enim dies non constituit debitorem in mora sine inter- pellatione. Bart. in l. ita stipulatus. 2. & 3. quaest. ff. de verb. obligat. quia non debet vna dies inducere obligationem & moram simul. arg. l. quod dixi- mus. ff. de solutio. Carol. Ruynus consil. 33. quaest. num. 7. in 3. vol. Et ideo pater qui promisit facere ratificare filium, cum erit legitime gratis, non con- stituetur in mora ante interpellationem. nam pro- babiliter in ea potuit errare. Bald. in l. si pacto. col. 3. C. de pact. & Barba. consil. 51. scripsit. col. penult. vol. 1. & consil. 74. col. 2. in 3. vol. quamuis alias contra- rium consulerit, vt supra dixi. sed primam opinio- nem approbat Dec. consil. 2. & pro tenui. & eam confirmat vsus forensis, vt requirendus sit pater, quia dies non est effectus liquida & certa, vt ex super- ioribus requiritur.

Dies condi- tionalis mo- ra non con- stituit sine interpella- tione.

Secundo, non procedit cum dies esset nimis breuis, Bald. & Vincen. in l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. ff. de lega. 3. per illum tex. Soc. in tract. fallen. regul. 90. dies, & c. quod videlicet impossibile foret intra tam breuem diem promissum impleri: vt si cum esset Luetia promiserim hodie Lugduni soluere decem. Alias contra Corne. consil. 26. in hac consultatione. col. penult. in 1. vol. quia mora cadit in delictum. l. si mora. ff. soluto matrimo. sed non est delictum vbi est impossibilitas, teste Iacob. in l. 2. §. quod diximus. col. 2. ff. si quis cautio. Felin. in ca. licet Heli. col. 3. de Simo. siquidem im- possibile nullum est obligatio. l. impossibile. ff. de regul. iur.

Dies nimis breuis mo- ram non ef- ficat sine in- terpellatio- ne.

Tertio quando non apparet persona cui debet fieri solutio: ideoque emphyteuta non priuatur re, si is qui dedit decesserit absque herede, nullusque super sit cui soluendum sit. l. pecunia. §. fin. & l. cum quidam. §. pupillo. ff. de vsur. & l. si prædio. de in diem adiectio. Din. in regul. cum quis. de regul. iur. in 6. Bald. in l. 2. in fin. C. de iure emphyt. Alexand. consil. 72. visis, & oportune. col. penult. in 2. vol. Corne. consil. 210. in hac. quaest. 1. vol. 1. nam quod per me non stat, mihi non est imputandum. l. in iure. ff. de conditio. & demonstratio.

Mora ca- dit in deli- ctum. Impossibi- lum nulla obligatio.

Mora non efficitur, quando non apparet cui soluetur.

Quarto

Debitor nō erit in mora ante declarationē creditoris.

Debitor quando non constituitur in mora, si diuersi fori sit.

Debitor tenetur ire in prouinciam creditoris.

Infra tri- ginta dies soluere qd.

Quando magis im- minet pra- iudicium, de- bitor etiam sine mora interpellari potest.

Quarto non procedit quando locus non esset adiectus solutioni, sed debitor promississet soluere in festo Pascharis, vbi cumque vellet creditor: tunc ante declarationem creditoris vbi vellet solutionem fieri, non erit in mora debitor. per creditorem enim stare videtur quod non declarat locum, litem illa. vbi no. ff. de consti. pecunia. sic consulti Alex. consil. 45. in causa. col. penult. in 5. vol. Boethus Codecha. in c. 1. col. 83. in conclus. de iudic. sicut diximus in præceden. limita.

Quinto addunt nonnulli, quod si locus fuerit adiectus solutioni, non constituitur in mora debitor, si sit diuersi fori à creditore, nisi creditor probet se in termino solutionis adfuisse in loco solutionis destinato paratū recipere solutionem, idque denuntiauerit. l. arbiter. calendis. ff. de arbit. Bart. in l. continuus. §. cum ita. de verb. oblig. ff. Alexan. consil. 90. viso processu. in fin. vol. 5. & consil. 210. ponderaris. col. 1. vol. 6.

Ego verò indistinctè dicerem, diem constituere in mora, siue cōtrahentes sint vnus iuris dictionis, seu fori, siue non: quippe nec inuenitur cōtrarium iure cautū: quinimo tenetur debitor ire ad prouinciam creditoris solutum et, l. 1. & 3. ff. de eo quod certo loco: alias si non iuerit, vbi que poterit conueniri, vt ibi, & in l. vna. C. vbi conueniat. qui certo loco dar. promissit. l. talis. in fin. de conditio. & demonstr. Ceterum si creditor non moretur, aut non reperiatur in loco solutionis destinato, neutiquam debitor eum sequi tenebitur, sed sufficit quod in illo loco requiritur creditorem, paratus illi soluere, l. quod nisi. §. fin. ff. de oper. libertor. vnde si postea creditor moram debitoris incuset, probare tenebitur se adfuisse in loco solutionis adiecto, vt docent interpretes. Et sic dies interpellat debitorem, quātumuis alterius fori.

Sexto non procedit cum dies esset apposita finiendæ obligationis gratia: vt si moriatur equus infra triginta dies volo teneri: dies illa trigesima finiet quidem obligationem, sed non interpellabit, l. emptorem. §. denique. ff. de actio. empti. glo. in c. vno, an ille qui interfecit. frat. dom. feud. amitt. si quidem inducta ad vnum effectum, non debent cōtrarium operari. l. legata. ff. de lega. 1. sic expresse firmat Socin. in d. regul. 90. dies. quam obligatio- nem intellige extingui per exceptionem, non ipso iure. l. cum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. obligat.

Septimo, quando magnum imminet præiudicium: vt si ageretur de priuatione hereditatis ob non solutionem legatorum in piam vel aliam causam: tunc enim ante priuationem opus esset inter- pellatione, §. si quis autē pro redemptione. in auth. de ecclesiastic. titul. colla. 9. Iacob. in l. quod te. ff. si certum perat. Ad dunt alij exemplum ex l. 1. §. licet ff. de pericul. & commod. rei vend. de venditore vini, qui cum emptori certum esset præstitutum tem- pus ad demetiendum, necdum venisset, vinum ef- fundere prius non poterit, quā testato denuntiet emptori, vt aut tollat vinum, aut sciat futurum, vt vinum effundatur. Arcti. las. & alij in d. l. si ex legari Ego verò intelligerem illum §. licet. Diem ibi quo- que interpellare: alias quo pacto die elapsa vinum effundere posset, quemadmodum ei perimititur postquam denuntiauerit? nec obstat illa denuntia- tio quam desiderat ibidem Iurisconsult. ad fugiend- um incommo- dum effusionis, quin dies interpel- lassit dicatur, vt condemnentur emptor ab illo die tanquam morosus. ob quam moram poterit ven- ditor, aut alij vendere vinum, vel dolia conducere si indigeat: nec vinum restituet donec quanti sua intererit, receperit, vt docet ibi text. & iste verus est intellectus ad illum §. licet. At in d. §. si quis autem pro redemptione. non erat dies certa statuta, etiam

quia ibi statuitur quod duplex interueniat moni- tio: ideoque decisioni standum est, diuersum est in ista regula.

Decimo non procedit in iudicialibus: vt si pro- miserim iudici præsentare Titium intra decem dies, illis elapsis non ero in mora, nisi fuerim interpellatus. Felin. in c. si autem. col. 2. de rescript. las. in d. l. si ex legari causa. in vlt. limita. Chaffa. in consuetud. Burgund. in rub. de fiefs. §. 4. gl. dedam quarante iours. quippe forsan illo tempore cessauit iudex à iure di- cundo, quapropter hodie frustra præsentaret Titium, nimirum si requiratur interpellatio ad eum diem, quo ventillatur causa in iudicio. Et ne vos hic diu- tius temorer, alias videte limitationes in locis præ- allegatis.

In iudicia- libus, etiam si quis in mora sit, ta- men inter- pellari de- bet.

Quæ omnia vt sub breui diuidendi methodo complectamur, duplex est interpellatio, quædam hominis, altera temporis: de temporis interpellatione proximè dictū extitit, quia tempus, id est dies inter- pellat, & vicē interpellationis habet. Interpellatio hominis quædam sit extra iudicium, quædam in iudicio: quas doctores communis schola iudicia- les & extraiudiciales vocat.

Interpella- tio duplex.

Extraiudicialis est quæ fit extra iudicium, vt in l. quod te. ff. si certum petat. & l. si ex legari causa. de verb. oblig. iudicialis, quæ in iudicio: de quibus ordine dicamus.

Interpella- tio extraju- dicialis & iudicialis quæ.

Quoad primum constituatur regula, quod inter- pellatione seu requisitio extra iudicium facta, con- stituit in mora. l. mora. ff. de vsuris. l. Titia. 2. §. vsu- ras. de lega. 2. & aliis legibus superius allegatis.

Interpella- tio extraju- dicialis facta consti- tuit in mo- ra.

Extenditur hæc regula vt procedat tam in contra- ctibus bonæ fidei, quā stricti iuris: vt in mutuo, quod si non reddatur post interpellationem extraiud- dicialem, constituit in mora, lege, vinum. vbi glo. & doct. si certum petat. & in stipulatione loquitur l. qui Romæ. §. coheredes. de verb. oblig. & quamuis nonnulli contrarium teneant, hæc tamen est com- munis docto. sententia.

Mutuum ni- si reddatur post inter- pellationē extraiudici- alē consti- tuit in mo- ra.

Secundo ista interpellatio constituit in mora, etiam si fiat per hæc verba: desidero vt des, vel ego pecuniis, indigeo, vel aliis quibuscūque verbis credi- tor ostendat suam voluntatem debitori, l. & eo modo. vbi Bart. ff. de lega. 1. & l. si quis mihi bona. §. pater Seio. de acquir. heredita. hæc enim est humili- tatis, aut potius ciuilitatis creditoris, vt quamuis non teneatur, ciuilitatem hanc tamen exerceat erga de- bitorem, cui forsan non vult morosus apparere, aut non audeat: quamobrem ei succurrendum est, arg. l. quæ sub. ff. de conditio. insti. facit l. Paulus. §. quæro. ff. de bonis libertor. vbi notificatio debiti loco interpellationis habetur. Bald. in d. l. vinum. in fin. Et hoc etiam in parte debiti firmat Matthæ. no. 188. no. quod vbi. Imo in foro conscientie tenetur offerre debitor videns creditorem rimidum, vel sui iuris ignarum, vt prope quia heres est: alias quoad eum est in mora, prout firmat summa Ang- gelic. in verb. mora. §. 1. quippe modestus in peten- do, laudandus potius quā vt damnum sentiat, ne videlicet deterioris sit conditionis modesti, quam rusticitas, argum. l. Domitius Labeo. ff. de testam. l. Seruius. ff. quod vi aut clam.

Idem in sti- pulatione. Interpella- tiones ali- quot morā cōstituites.

Tertio vnica sufficit interpellatio, l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de lega. 2. glo. in verb. proposita. cap. cupientes. §. quod si per 20. de elect. in 6. sic consulti Alexan. consil. 81. stantibus. in 4. vol. Dec. in cap. cum causa. vol. vlt. de offic. deleg. Felin. in cap. ex literis. col. 4. & seq. refer. in extraiudicialibus enim vnica interpellatio vim habet preemptorij. glo. in cap. si. Epit copus. 18. dist. clem. 1. de heretic. glo. in l. si tempora. C. de fide instr. lib. 10. quamuis text. in l. Aemilius. ff. de minor. dicat denuntiationibus se- pe datis. & in d. l. qui Romæ. §. coheredes sæpius te-

Notifica- tio debiti lo- co interpel- lationis. Pro credi- tore timi- do.

Et quis in mora sit, vnica suffi- cit interpel- latio. Vnica in- terpellatio in extraiudici- alibus vnica habet preemptorij.

Pro credi- tore timi- do.

Pro credi- tore timi- do.

Pro credi- tore timi- do.

statu conuenerit. quippe non ibi negatur vnicam sufficere interpellationem, prout alia iura loquuntur: sed ad ostendendum in maiori mora constitutum, dicit quidem plures interuenire interpellationes. ita casus, quibus vna citatio sufficit, scribit abunde Socinus in tract. de citatio. art. 27.

Interpellatio procuratoris, aut negotiorum gestoris facta quid efficit.

Quarto ampliatur, siue interpellatio fiat per creditorem, siue procuratorem, vel negotiorum gestorem, si quis solutioni. §. mora. ff. de vfu. l. prohibere. in princip. quod vi aut clam. protestatio quidem procuratoris ita facit incidere in poenam, sicut protestatio domini. Bar. per illum tex. in l. cum faris. col. 2. C. de agricol. & censit. lib. 11. quod procedit quando procurator ostenderet mandatum. Bart. in l. si quis iustificatus. ff. de positi. l. qui in alterius. vbi Decius. ff. de regul. iur. Alioqui si debitor dicat se paratum soluere, confitit sibi de mandato, non constitueretur in mora, nisi mandato ostenso. Bauer. in d. tract. de mora, in l. parte. in 2. ampliatio intelligit quando procurator vel negotiorum gestor denuntiet vt debitor solueret domino, tunc in mora constituitur debitor, etiam non apparente de mandato: secus dum negotiorum gestor denuntiet vt sibi solueretur, cui soluendum non est absque mandato, l. si hominem. §. si nullo. & l. hoc iure. ff. de solutio.

Processus nullo pronuntiato citatio interpellatio fit.

Quinto si processus nullus pronuntiaretur, tamen vim interpellationis extraiudicialis habebit, tum quod per verba ciuilitatis & vrbane in processu prolata interpellatio contineatur, tum quod confessio coram iudice incompetente habet vim confessionis extraiudicialis coram competente. Doct. in l. cum scimas. C. de agricol. & censit. lib. 11. & in c. at si clericus. de iudic. Et hoc firmat Bal. in c. 1. col. 3. de milite vassallo. sic consuluit Areti. consil. 150. vifis diligenter. col. penul. ideoque renouato processu si condemnatur debitor, condemnabitur tanquam ex mora contracta ad soluendum interesse vel reditus, a die prioris iudicij incepti, cum ab illo tempore fuerit in mora constitutus. Et ita vidi seruari, quicquid dicat Iaf. in l. si ex legati. ff. de verbor. oblig. & Chassa. in consuetud. Burgund. in rubr. des droitz. §. 23. glo. sera suffisamment, vt licet non valeat tanquam iudicialis, valeat tamen vt extra iudicialis interpellatio. quamuis enim actus nullus nullum producat actum vtilem, scilicet quoad se vt ipse actus valeat: tamen hic consideramus quod cum huiusmodi interpellatio nuda sine processu valuerit: ergo iuncta processui non vitabitur, per regulam, vt tile. de regul. iur. in 6. quemadmodum in dies seruatur, vt scripsi in l. quod iusfit. ff. de re iudic. in 2. notab.

Interpellatio extraiudicialis in his que officium iudicis re quirit non constituit in mora.

Iam post ampliationes veniamus ad limitationes. Primum seditur regula in his que iudicis officio nobili debentur. nam tunc interpellatio extra iudicium facta non constituit in mora, sed per iudicem fieri debet. l. cum postulassem. in princip. ff. de damno in fec. Iaf. in l. col. 5. ff. de iurisdic. omnium iudic. nam hoc officium nullam presupponit obligationem. l. qui per collusionem. §. fin. ff. de actio. empti, quam rationem reprobauit Iaf. in l. pecunia. 2. §. actionis. supra eod. & latius videre poteris in meis interpreta. ad l. cum postulassem. de damno in fec. quod imo iudicis officium continet obligationem aut persecutionem. Quamobrem simpliciter insequendo nostram limitationem dicemus, quod in his que desiderant officium iudicis, extraiudicialis interpellatio non sufficit: quia duo requiruntur, quorum vnum deest, videlicet officium iudicis, quod pro forma debet interuenire, & qua deficiente corrumpitur actus, lege, cum ij. §. si praetor. ff. de transactio. cap. cum dilecta. de rescript.

Quod prodesse potest ad notarios & alios qui tenentur edere instrumenta officio iudicis. gl. in l. 1. §. editiones. ff. de eden. vt sola interpellatio extra iudicium facta non constituat notarios in mora, nisi index hoc decreuerit. Alex. in l. in fi. C. de eden. do. & Dec. in cap. 1. col. 33. versic. 2. principaliter. de probatio. sic consuluit Carol. Ruynus consil. 184. vifio puncto. col. 3. nu. 8. in 2. vol.

Notarius non tenetur edere instrumenta nisi iudicis decreto.

Secundo perdit officium, cum illa interpellatio non fuit facta congruis loco & tempore, l. si solutus. ff. de solutio. l. v. furas. vbi gloss. C. eodem. Doctores in l. quod te. si certum petat. aut si fuit ei facta qui non potest in mora constitui, veluti pupillo forsan, & id genus hominibus. lege, cum filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. plene Bauer. in tract. de mora in 3. parte in princ. quamobrem licet ex inuisitima causa facta, si tamen ante diem, non constituit debitorem in mora. l. si Strichus. & l. cum filiusfamil. in fin. ff. de verbor. obligat. Adhuc iusta causa excusat a mora, etiam post interpellationem, l. licentidum. ff. de vfu. Purpura. in l. quod te. num. 107. ff. si certum pet. vbi plus addit modicum spatium dandum debitori post interpellationem, per gloss. in l. Aemilius. in verb. restitui. ff. de minorib. Alexand. in l. r. §. item si ita. col. 2. ad legem Falcid. vt superius dictum fuit.

Interpellatio extraiudicialis non constituit in mora, nisi facta congruis loco & tempore.

Interpellatio ante diem facta non constituit in mora.

Iusta causa a mora excusat.

Tertio non procedit cum debitor post interpellationem illi factam offert creditori debitum, qui recusauit accipere. nam hec vltima obligatio, & quasi secunda interpellatio tollit priorem moram debitoris, teste Bartol. in d. l. Aemilius. ff. de minor. Alexand. & Iaf. in l. cum procurator. §. dominus. de noui oper. nuntia. facit quod docet Bart. in l. fin. ff. de distract. pignori. ac tunc si creditor velit rursus constituere debitorem in mora, desideratur iudicialis interpellatio, ita doct. per legem, sed si alia. ff. de constit. pecun. hoc tamen reprobatur Alexand. in l. qui insulam. in fin. & l. qui Romae. §. coheredes. col. 4. ff. de verb. obligat. per legem, Celsus. §. fin. cum l. seq. de arbit. cui sententia adhererem, quippe licet creditor id temporis temporis recusauerit sine iusta causa recipere: tamen si postea creditor etiam extra iudicium petat, reincident in moram debitor: nisi in iudicio vsque ad tempus iudicij incepti non nocebit mora. ita intelligitur d. lex, sed si alia. sicque seruatur. Hec tamen obligatio non habet vim complementi in contractibus innominatis, nisi esset factum promissum, & in aliis casibus per glo. & doctores conscriptis in l. iurisdictionum. in princ. ff. de pactis.

Debitor creditorem offerens post interpellationem, quando non est in mora.

Ad. sed si alia. ff. de const. pec.

Quarto restringitur cum interpellatus debitor non potest soluere, vel non sine magna difficultate. tunc enim litiscontestatio requiritur. gloss. in l. vnum. ff. si certum petat. vbi Purpura. dicit tutius & æquius esse hoc tenere, licet alij contrarium teneant. Et seruatur in forensi iudicio: quia difficultas non excusat debitorem. l. continuus. §. illud. ff. de verb. oblig. nisi tanta sit quæ impossibilitatem arguat. l. c. cum heres. §. 1. ff. de statuliber. Alias quilibet ad fraudandum creditores allegare se non esse soluendum. Quamobrem iurij interpretes impossibilitatem huiusmodi pro difficultate accepisse videtur, tuncque procedit limitatio, vt super hoc requiratur contestatio, quo appareat de huiusmodi impossibilitate, sitne talis quæ nedum excuset a mora, sed penitus absoluat a debito.

Interpellatione extraiudiciali quod litiscontestatio requiritur.

Quinto, quando ius aliter disponit, videlicet tres requiri, vel duas interpellationes, vt in lege, si conuenerit. ff. de pignoratit. actio. doct. in lege, de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de noui oper. nuntia. Socin. in tract. citatio. artic. 27. in 6. qua: si. in principi. quippe standum est decisioni iuris & declarationi.

Dudum vel vtrius interpellatio quando opus sit.

Magis traus iudice re nolens non potest in mora constitui nisi ter requisitus.

Sextam limitationem afferunt alij, cum inferior vellet superiorem constituere in mora, tunc tres interpellationes requiri: allegant singularem casum in cap. 1. de supple. negligem. prelatorum. quem tex. ego paulo specialius intelligerem in his que spectant ad officium superioris, ad hoc inquam vt negligetia notari possit, tres requiri interpellationes: veluti si magistratum velim constituere in mora, & incusare negligentiam, quod noluerit ius dicere, probandum est ter ad hoc fuisse requisitum. at si agatur de debito, vel de alio priuato negotio extra superioris officium, tunc habetur hic superior tanquam priuatus, l. 3. ff. de offic. presid. nec alia requiritur solemnitas quam vnica interpellatio, sicut in aliis quoque ius est generale. l. leges. C. de legib. quinon quo maior est & ditione, eo citius debet & potest soluere: quod si differat maior inest & grauior culpa, quam in ceteris vterque pebeis & indigenis.

De iudicia lib. interpellationibus, & quot requiruntur ad constituendum aliquem in mora.

Supersit nunc ad interpellationem iudicalem venire, quor scilicet huiusmodi requirantur interpellationes ad constituendum aliquem in mora. Et communis in hoc est sententia requiri tres iudiciales interpellationes, quemadmodum olim tres denuntiationes requirebantur, l. tres denuntiationes. C. quemadmod. & quand. iud. ad peremptorium. ff. de iudic. vnde ante litiscontestationem doct. dicunt quem non constitui in mora, etiam per libelli oblationem. Bar. in l. denuntiasse. ff. de adulter. glo. & doct. in l. quod te. & l. vnum. ff. si certum petat. l. cum fundus. ibidem. Iaf. in l. properandum. in princ. C. de iudic. in 6. no. nam qui libellum offert, non videtur interpellare debitorem vt soluat: sed vt interim deliberet reus an cedere vel contendere malit, l. r. ff. de eden. authent. offeratur. C. de litiscontestata. Ego dicemus vnicam interpellationem iudicalem sufficere ad constituendum debitorem in in mora, tum quia iudicij calor debet aliquid operari, l. siue apud acta. C. de transactio. tum quia duo concurrunt hic vincula, videlicet iudicis & partis, quæ vno preualent, cap. 1. de treuga. Et argumento d. isto a minori: si vnica extraiudicialis interpellatio constituat in mora, multo fortius iudicialis, qua sicut ipse creditor extraiudicialiter, sic apparitor exequens iudicialiter petit, nimirum si mora vtroque casu constituitur: quamuis doct. hic desideret litiscontestationem, ea moti ratione quod ante illam debitor erat incertus quid ab eo peteretur, & antea non dicitur quis petere, sed petere velle: quorum argumentum est solum per quotidianam apud nos obseruationem in libellandis citationibus, prout edictis Regijs cautum iudici fuit. quibus igitur cum inseratur libellus, satis debitori constat quid & quantum ab eo petatur. concluditur enim ad soluendum, aut quid aliud agendum pro varietate negotiorum. sic ergo ne ignorantia causam habeat interpellatur: quamobrem vel soluere statim, aut iudicium suscipere debet, l. si reus paratus. ff. de procurator.

Debitor in mora constituitur quibusvisque verbis habitus citatus.

Faciant que superius diximus, quod quibuscumque verbis ad hoc habitibus potest debitor constitui in mora extra iudicium petendo, fortius in iudicio: nempe dum apparitor citat instante tali Titio, potest ipse debitor scire quod debet, & requiritur vt soluat, valebitque saltem vt extraiudicialis interpellatio, cum iam per eum citatum & per citationem libellaram satis interpellatum stare videatur. nec enim facile euenire potest quin ante iudicis sententiam mora interueniat, l. in fideicommissi. ff. de vfu.

Oblatio libelli in iudicio facta in mora constituit.

Adhuc per oblationem libelli in iudicio factam alicui presentis, constituitur quis in mora, teste Dec. in d. l. vnum. col. 5. & seq. si cert. petat. actus quippe factus in iudicio, potentior est secundum eum, quam

extra iudicium, arg. l. pact. nouissima. C. de pact. & d. l. siue apud. Et debitoris erat data vidit libellum & petitionem, soluere. aut capere preceptum de soluendo, iuxta l. si debitori. ff. de iudic. Alioqui si tantum a die litiscontestata quis esset in mora, melioris conditionis esset litigans, & differet litiscontestationem, quam alius agnoscentes bonam fidem, contra legem, Seruius. ff. quod vi aut clam, & daretur ansa delinquendi debitori, vt quo tardius posset litem contestaretur, contra legem, conuenire. ff. de pact. dotal. & protelaret litiscontestationem ad longum tempus, sicut referunt doct. in cap. venerabilis. de iudic. vidisse causam durasse vsque ad 30. annos ante contestationem.

Non refragatur l. denuntiasse. §. quid ergo. ff. de adulter. quia responder Dec. ibi, denuntiationem talem requiri pro forma, & strictè interpretari, ne matrimonium impediatur. & illa accusatio respicit utilitatem publicam: secus vbi libellus offertur parti, vel ibi non sufficit quidem libellos accusatorios dedisse ante citationem & sine forma iudicij, vt ait ibi textus non videri tunc ei denuntiasse, & non posse accusatorem ab ea incipere: sed citatio cum libello sufficit ad constituendum in mora, cum hæc sit forma iudicij.

Idem pene responder idem Dec. ad d. l. libertus. ff. de in ius vocand. quod scilicet loquitur de libello oblato iudici: secus si parti, quia tunc pars ignorare non potest, ideoque liti cedere vel contendere debet: quod si non fecerit, in culpa est, & sic in mora.

Adhuc mora fecisse videtur qui litigare maluit quam restituere. l. nemo. in fin. ff. de verb. oblig.

Non obstat quoque l. ad peremptorium. cum cum seq. de iudic. si quidem amba loquuntur in citationibus, quæ olim fieri debebant antequam ad peremptorium edictum perueniretur. sed minimè negant quin ex prima citatione etiam constitueretur in mora, cum petitio inferebatur in prima citatione: quemadmodum fit hodie, & ex consuetudine Regni firmata legibus Regijs citationes in Fræcia peremptoriae sunt, vt scripsi in tract. de citatio. in 3. tomo commentar. in consil. Regias.

Olim ergo tres illæ decernebantur citationes ad hoc vt debitor non comparens causa caderet, cum tantisper in mora fuisset constitutus: quorum rium loco successit hodie vnica citatio libellata, per quæ debitori liquido cõstet quid & quantum ab eo petatur. nimirum si constituitur in mora. Et si res peteat, ipsius periculo petat, adhibita distinctio. legis, quod te. vbi glo. & doct. ff. si certum petatur. & ab eo tempore tenetur ad reditus & alia, & hoc tam in actionibus stricti iuris, quam bonæ fidei, nec expectatur litiscontestatio. sed ne longiori tempore differatur, quoad hoc pro facta habetur l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Alia ne Iogius eadem de interpellatione missa facio.

Ceterum ne quid prætermittamus est in text. verbum, obtinere, quod significat hic quadam affinitate possessione occupare, tenere, seu retinere: quemadmodum in l. clam possidere. in princ. ibi, non enim ratio obrinenda possessionis, sed origo nanciscenda: exquirenda est. ff. de acquirend. possess. quod etiam alias pleraque phrasæ habet pro varietate materiam.

Vt obtinere sumitur pro agere, obseruare. in l. Imperatores. ff. de iure fisci. ibi, obrinendum est, & c. itidem pro recuperare, in l. 2. in princ. de decurio.

Obtinere pro vincere, affequi. l. argentiarius. §. cum autem. ff. de edendo. ibi, siue quis condemnatus sit, siue quod petierit non obtinuerit. l. 3. §. etiam. ibi, obrinuit enim mater. de lber. & posth. l. duobus. ibi, egit posterior cum priore pignoratitia: & obtinuit. de exceptio. rei iudic. & l. penul. ibidem. act. de

Moram facit qui litigare maluit quam restituere. Citationes in Gallia peremptoriae sunt.

Edictaria olim cur dabatur.

Obtinere pro occupare, tenere.

Obtinere pro agere, recuperare.

Obtinere pro vincere.

accessionibus.de diuers. & temporal. praescriptio. Cui multum affine est quod dicimus, obtinere in causa, l. de ferre. §. sed comunem causam. ff. de iure fisci. ibi, nec per hoc famosus est, licet in causa sua non obtinuerit, id est non fuerit secundum se iudicatum.

Obtinuit haec sententia, id est inualuit, l. 4. in fin. ff. de in ius vocand. ibi, & merito obtinuit. l. vna. ibi, sed obtinuit vim eius exaequatum fuisse. vtrubi. l. lecta. in fi. ibi, quamuis sententia diuersa obtinuerit. si certum petat.

Obtinere p. proualere. Obtinere constitutum pro libertate, quando iudices sunt numero pares, id est valet, prauelet, l. in rer. pares. ff. de re iudic. sic obtinere beneficium dicitur is qui ius habet in re, vt si fuerit eidem collatum, aut alias habeat ius in eo, vt docet Archidia. in capitulo, si si gratiose. col. 1. de rescrip. in 6. videte quae scripsi in gl. obtiner. in form. mand. in concord.

§. Cautum intelligitur, siue rebus, siue personis cautum sit.

Intelligit post alios hunc text. Alciat. vt cauisse quis dicatur, siue det fideiussores, siue pignora: quia verbum cauere significat securum facere. is autem securus est, cui vel pignore vel fideiussione consultum est. sed huic sententiae refragatur l. sancimus. C. de verb. signific. vbi cautionis appellatio- ne venit nuda promissio, non rebus nec fideiussori- bus munita. Respon. idem Alciat. quoribus lex ca- causa postulat cauere quod securiorem reddere cre- ditorem velit, existimarem simplicem stipulatio- nem non sufficere. si vero eum quem adhuc non con- stat esse debitorem, cauere velit, secus est. haec Alciat. quae sententia cum nullo iure proberetur, nec quidem nisi probata videri potest. si quidem non- nesemper quis ea ratione petit sibi cauere, vt seca- rior sit in omni causa? ideoque secundum eum app- ellatione cautionis, veniret cautio cu fideiussori- bus vel pignoribus: at semper constat d. l. sancimus.

Adhuc quomodo petitur cauere ab aliquo, si non sit debitor? nempe in l. creditoris. supra eod. diximus creditores etiam sub conditione vocari creditores, licet dies nec cesserit nec venerit. Aut ex qua causa petitur cautio ab eo qui non est debi- tor? hoc ab Alciat. scire cuperem. Et docet. hic di- cunt praefaram l. sancimus. loqui, quando lex vel tes- tator cauere praecipit, vt tunc nuda sufficiat cautio, secus si lex praetoria: quia tunc fideiussores & pi- gnora exiguntur. Et ita dicunt istum text. intellige- dum in stipulatione praetoria. Quibus etiam non consentio, quia text. iste generaliter loquitur, & vo- cabuli generalem significationem declarat. ergo non intelligitur de stipulatione praetoria solum, sed simpliciter per l. 1. ff. de legat. praestand. Et vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de Publicia. in rem actio. quoadmodum verisimile est, hoc si voluisset expressisset: quaob- rem alius a nobis quaerendus est intellectus.

Et quoad significationem huius verbi cautum, siue caueo, aduertendum est hoc generale esse ver- bum, comprehendens omnes modos quibus secu- ritas datur, siue pignoribus, fideiussoribus, verbis, literis, seu quouis alio modo, l. lilitas. ff. de offic. praef. l. qui tenens. qui satisf. cog. potest etiam spe- cialiter sumi pro nuda promissione, d. l. sancimus. sicut videmus in iurisdictione, quae generaliter ca- pitur, & specialiter, in l. imperium. ff. de iurisdic. o- omni- um ind. vbi iuris interpretes, & ego. de actio- ne dixi in l. pecunia. 2. §. actionis. supra eod.

Cauere pignori- bus, aut fideiussoribus. Igitur cauere dicimus, primo pignoribus aut fideiussoribus, & cautio vocatur in lege, si dubitet. in princip. ff. de fideiussor. quae manifeste vocat cau-

tionem satisfactionem. facit l. si Stichum §. idem Celsus. de nouatio. & l. rescripto. §. plane. de mu- nerib. vbi sit dicitur. plane vice solutionis sufficit vt quis aut pignoribus aut fideiussoribus idoneis caueat. facit l. si. §. praetor. ne vis fiat ei. iuncto princ. illius legis, vbi cautio, & promissionem nudam, & satisfactionem comprehendit. scribit Iacob. in lege, in omnibus. ff. de iudic. Vlpianus in lege pri- ma. §. iubet. ait, & reis & pignoribus recte de col- latione cauere. ff. de collat. bonor. vbi reos fideiuf- fores vocat.

Praterea cautum stipulatione dicitur, & sic ver- bis. text. est in lege, filio. & l. si a re. ff. vt legator. no. caueat. l. 4. §. Cato. ff. de verbo. oblig. rub. quemad- modum vltim. caueat.

Cautum etiam nobis literis: inde cautio dicitur chirographum vel schedula. l. lecta. ff. si cert. petat. & iureiurando, vt in rubr. ff. qui satisf. cogant. & l. vlt. in fin. de priuileg. scholastic. lib. 12. C.

Item in praetoriis stipulationibus oportet caue- re, l. penul. ff. de praetor. stipula. & tamen praetoriae stipulationes personas desiderant pro se interue- niendum. Et neque pignoribus quis, neque pecunie vel auri, vel argenti depositione in vicem satisfac- tionis fungitur: verba sunt Iurisc. in l. praetoria. in vltim. ff. de praetor. stipulatio. Cum igitur tot modis sumatur hoc verbum cauere, prout varie iungitur, mancus & deficiens esse videretur noster text. intelligendo secundum doct. in ablatiuo, quod vocant grammatici, instrumentaliter posito, vide- licet cautum esse alicui personae, id est fideiussori- bus, siue rebus, id est pignoribus: quia tunc Iurisc. o- sultus hic generalem verbi significationem assigna- re volens, plurium significationum duas tantum referret, ceteras omitendo, quod non est verisimile, nisi sub his tanquam praecipuis omnia prece- dentia comprehendere voluisset: quod non tam ef- fet interpretari, quam nos ad primam illam, & ge- nerali iuris diuisionem redigere, sine certa aliqua doctrina: vel etiam si cautum respiceret & fideiussori- am, & pignoratitiam cautionem, frustra diceretur idonea cautio, vel satisfactio. de qua in l. satisfac- tionis. supra eodem. & scripsi in §. 1. tit. de sentent. execut. in 1. tomo constitutionum Regiarum, & l. penult. de petit. heredit. Atque alia quamplurima obstarent contraria.

Quamobrem arbitrarer ego melius, saluo me- liori iudicio, hunc text. intelligi posse in datiuo, vt cautum censetur siue personis, id est ad vtilitatem personarum, vel propter ipsas personas: siue rebus, id est pro rebus, vel ob ipsas res caueatur. de perso- nis est rub. ff. qui satisf. cogant. lex, veditores, ibi, emproi pro euictione cauerant. de verb. oblig. ve- luti, cum quis insidiatur mihi, possum petere, vt caueat me offensurum: quemadmodum in securitate videmus, quam dicanici vocat saluagardiam. lege, praesenti. §. sicubi. C. de his qui ad eccles. confugiunt: & sic personis caueatur. De rebus patet rubr. ff. in pupilli saluam fore, vbi cauetur ob res pupilli, & in rub. seq. & in l. si fideiussor. §. fin. ibi, si satisf. datum pro re mobili non sit. ff. qui satisf. cogant. l. a te. ibi, & si in rem esset cocepta stipulatio. vt legat. no. cauea- sed & de pecunia recte cauere oportet, l. 2. ff. de v. f. car. rer. quae vtu consu. l. cauere. §. fin. ibi, de vitio operis cauere aduersario debet. ff. de itinere. Et tunc intelligitur cautum, siue cautum sit personis, siue rebus. Et siue caueam ad vtilitatem personarum, siue rerum, vel pro rebus, vel pro personis, l. si commu- nes. ff. de neg. gest. Ira cauere in d. d. dariuo sumi- tur pro attendere, prospicere, prouidere, cap. 1. vbi Archid. de re iudic. in 6. c. caue. 26. q. 1. & l. pro socio ar- biter prospicere debet cautionibus in futuro da- no vel lucro pedete ex ea societate. ff. pro socio. Nec

Cautio di- catur etiam stipulatio- ne.

Cautio di- catur qui etiam lue- ris.

Cautio pro chirogra- pho, & iure iurando.

Cautio in praetoriis stipulatio- nibus.

Auctoris sententia in hac lege ex- plicanda.

Cautio quo modo persi- nis datur.

Cautio quo modo rebus datur.

Cautio pro nuda promissione.

Cautio pro attendere.

Nec refragatur l. 3. & l. cum rem saluam fore pu- pillo caueatur. ff. rem pupilli saluam fore, vbi cauetur pupillo & rei. Respon. licet ibi pupillo caueatur, tamen ob res pupilli etiam caueatur. l. & si ad species curator datus sit, rem saluam fore stipulatio inter- ponetur, ibidem. & l. cum pupillus a tutore stipulari rem saluam fore, no solum quae in patrimonio habet, sed etiam quae in nominibus sunt, ea stipula- tione videntur contineri, & c. lege, iam tamen. §. nunc videamus. ibi, committeretur ista stipulatio ob rem non defensam. ff. iudica. solui. & §. penul. & l. iudicatum solui stipulatio tres clausulas in vnum collectas habet, de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo. ibidem. Ecce quomodo cautio datur ob res. Et quia principaliter datur pro re pupilli, vel alterius, ideo rebus dari dicitur. nam id quod principaliter fit, attenditur, l. si quis nec causam. ff. si certum petat. nec valerit illa cautio siue personis, l. postquam. vt legator. nomi. caueat. Potest & dari rebus alicuius, & erit cautum personis & rebus si- mul: sed sub simplicibus mixtum continebitur, l. 2. ff. de verb. oblig. §. omnium. In tit. de actio. nec iste text. negat quin possit cauere simul personis & re- bus. Aut si cautum sit rebus separatum vel personis, cautum nihilominus intelligitur per text.

Vult igitur hic tex. dicere, quod cautio potest in- terponi tam pro personis quam pro rebus, possum enim cauere pro persona, vt eam in iudicio sistam, vel pro ea soluere promittam iudicatum. ff. qui satisf. cogant. & rubr. iudica. solui. sic possum pro re mi- nante ruinam mea domui cauere. ff. de damn. in- secto. per totum titulum. & vres pupilli salua sit. rubr. rem pupilli saluam fore. & l. sancimus. §. omnem. C. de administ. tutorum, vel curatorum.

Ita quoque dicere possumus instar pactorum quasdam esse cautiones in rem, quasdam in perso- nam, l. iurisdictionis. §. pactorum. ff. de pact. vt serui- tutes reales, & personales, l. 1. ff. de seruitut. & actio in personam, l. actionum genera. ff. de actio. & su- perius dixi in l. pecuniae. §. actionis. Cautum ergo dicitur siue personis ipsis cautum sit, siue rebus, aut simul rebus & personis, argum. l. certi conditio. §. quoniam. ff. si certum petat. & Iurisc. alibi ait me fundum petere posse, licet mihi traditus sit, si ius quoddam cautio nisi supererit, l. etiam. de solutio.

Per quae tamen non negatur generalitas huius verbi cauere, comprehendens (vt dictum fuit) satisfac- tionem, & promissionem nudam, & stipula- tione vallatam, l. praetor. ait. §. deinde. & seq. ff. de noui oper. nuntia. ibi, & si satisf. datum sit, cautum tamen non perseueret. facit l. stipulatio. §. 1. & vlt. ibidem. si quidem hoc verbum cautio generale est, forsitan ab antiquo verbo cautio, id est securum facio, quo verb. teste Nestore veteres utebantur. Et intelligitur siue fiat pignoribus, siue fideiussori- bus, vt dixi in l. satisf. actionis. supra eo. siue simplici promissione, & haec etiam dicitur cautio in d. l. sancimus. tuncque specialiter accipitur, sicut dicimus de iurisdictione. doct. in d. l. imperium. ff. de iurisd. omnium iudic. in d. Iurisc. consult. ait, omnes stipu- lationes naturae suae cautionales esse. siquidem hoc agitur in stipulationibus, vt cautio quis sit & secu- rior, interposita stipulatione. l. 1. §. communes. ff. de praetor. stipulatio.

Alias etiam dicitur cautum lege, id est sancitum, constitutum, expressum, dictum, l. senatus consulto cauetur. de offic. praef. d. l. 1. ibi, lege Rhodia cauetur ad legem Rhodiam de iact. l. diui. ibi, mandatis cauetur. de poenis, & l. nil. in hac parte cauit praetor. de coniugend. cum emancip. liber. & lege manci- pali cauetur. l. 3. de decret. ab ord. faciend. & federe cautum. l. in bello. §. item in pace. ff. de captiuis. l. qui agnitis. de exceptio. l. apud. §. contra. de doli ex-

ceptio. edicto cauetur, l. 1. ff. in ius voca. vt cant. Sic cauere testamento dicitur, in lege, Titia. ff. de inofficio. testamen. pro disponere in ipso testa- mento.

Frequenter etiam cauere pro confiteri seu pro- mittere, l. maritus. r. soluto marium. ibi, quia non numeratam pecuniam cauerat. & ibi gl. exponit, id est confessus fuerat se accepisse. l. 1. §. si cui cautum est honorarium, id est promissum. ff. de variis cog- nitio. iuncta l. vna. C. de suffrag. & in titul. de cau- ra non numerata. l. & eleganter. §. non solum. de do- lo. l. fin. §. si foenerator. quod mer. cau. l. ex empto. §. animalium. & §. ex empto. de actio. emptio. l. si ex pluribus. de solutio. Et cauere de euictione, id est promittere, l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. ibi, ex empto agere poterit, vt ei cetera praestentur, id est vt ei res tradatur, & de euictione caueatur. & in titul. de euictio.

Econtrario quoque interdum cauere pro cau- rionem accipere, l. quod ad heredem. ff. de magi- stratib. conueniend. ibi, si vero cauit, & tunc ido- nei fuerint, & postea deserint: sicut & ipse magi- stratus probe recufaret hanc actionem, ita & heres, & multo iustius.

Cauere etiam pro vitare, fugere, l. item quaerit- tur. §. si fallo. ff. loca. ibi, quia debuit ab hac re canere.

Cauere pro exprimere, dicere: vt si cautum sit in- seruitute constituenda, hoc seruere. l. 3. §. fieri. ff. de itinere. l. quoribus. de actio. & obligat. l. doli clausula. de verbor. oblig. l. quid de creditore. de damno in- secto. l. si cum duos. de arbitr. l. cum venditor fundi in lege ita cauit. ff. de lege commissor. nominarium caueat, id quod. in fin. de pericul. & commod. rei vendit.

Cauere obfidibus est dare obfides vel exigere: quemadmodum diximus cauere pignoribus. Et cauere capite dicitur ille qui corpus & bona obliga- gat, quia periculo capitis se obstringit, id est perso- nae, vt docet Bud. in 2. interpret. ad l. si scientia. de paricid. addens interdum cauere nec stipularis, nec promittentis esse, sed iurisperdentis hominis, qui consulto suo rationem praescribit, formulamque dicitur paciscendi, aut contrahendi, & monitis con- silioque instruit, ne conditionem suam faciat dete- riorem. vnde Iurisc. ait, neminem ius publicum re- mittere posse huiusmodi cautionibus, id est his tes- tamentorum formulis, atque conceptionibus ver- borum, l. quidam decedens. ff. de administ. tutor. Priuatorum (ait Papinia.) cautiones legum aucto- ritate non censeri, l. fin. ff. de ius & legitim. id est scripturae & dispositiones priuatorum vim legis non habent. inde cautores vocantur dicanici, seu pragmatici solertes & versuti, secundum eundem Budae. in foren.

Cauere idonee est cu fideiussoribus, vel pigno- ribus promittere, l. sed & he. §. defendere. ff. de pro- curator. iuncta l. si mandato. 2. §. fin. ff. manda.

Cauere prouidere. l. si mercedem. §. 1. ff. de actio. emp. ibi, parum est eo nomine tibi cautum.

Cauere officio. Cauere officio dicitur qui magistratum cauer, l. cum pro quo. ff. de in ius vocand. vt dicam in meis no. interpreta. ad illam legem. facit l. si fideiussor. §. si satisf. datum. ff. qui satisf. dare cogant.

Cautio pro nuda promissione. Cautio pro nuda promissione, id est sola, sine fideiussoribus, & pignoribus. lege, sancimus. Cod. de verborum signific. & l. diuus. de petit. heredita. lege, verum. §. id quod. pro socio. Cautiones inter- ponenda. l. omne as. ff. pro socio. & in titul. ff. si quis cautio.

Cautio dupla. Cautio dupla dicitur cum duplum promittitur re euicta, l. pacta. ff. de contrah. emptio. l. 2. & aliis multis legibus. ff. de euictio.

Cauere re- stamento.

Cauere pro confiteri, seu promittere.

Cauere pro cautionem accipere.

Cauere pro vitare.

Cauere pro exprimere.

Cauere ob- fidibus. Cauere capi- tie.

Cautores, dicanici.

Cauere ido- nec.

Cauere pro prouidere. Cauere of- ficio.

Cautio pro nuda promissione.

Cautio du- pla.

Cautio pro chirographo.

Cautio pro chirographo seu instrumento obligationis. l. labeo. ff. de pact.

Cautio indemnitas.

Cautio indemnitas est qua aliquis alium indemnem reddere promittit. l. liberto. §. i. ff. de iure fisci. l. i. C. de conueniend. fisci debitor. lib. 10. l. si vnus. ff. pro socio.

Cautio domestica.

Cautio domestica est scriptura priuata, qua fit a parte parti, in qua aliquid cauetur, de qua loquitur Iurisconsult. in l. 3. §. quare autem. ff. de iure fisci. ibi, neque testamento, neque codicillis rogaretur, sed domestica cautioe & chirographo obligaretur ad praestandam ei, qui capere non potest. l. 2. de pact.

Cautio surrepta.

Cautio surrepta. l. Argētarius. in fin. ff. de eden. do. ibi, sic enim & de cautione surrepta, aut corrupta competit conditio, & damni iniuriæ actio.

Ad leg. sancimus C. de verb. signi.

Cautio extorquenda. l. si cum exceptione. §. quatenus. ff. quod met. caus. & l. metum. vlt. §. sed ex facto. ibi, cautionem pollicitationis extorsisset. ibid.

Cautiones stipulationes.

Cautiones autem nomen generaliter prolatum quam late percat superius diximus, & quod tam fideiussores quam pignora comprehendat, satis indicat text. in d. l. sancimus. C. de verb. signi. ibi, nisi enim vel generaliter de satisfactione, vel de fideiussione specialiter nominatum sit, vbi sub nomine cautionis venit nuda promissio, nisi verbum cautio generaliter proferatur, ergo cum generaliter proferatur, venit omnis cautio, nisi quoque specialiter sit fideiussio nominata. & ita venit ille text. intelligendus, malè hactenus meo iudicio intellectus.

Cautio.

Cautiones stipulationes declarantur ab Vlpiano in l. i. ff. de pratoris stipulatio.

Recauta.

Recauta dicuntur charthulae in quibus eorum descripta sunt nomina qui excusationem iure officij sui habent: sic dicta quod ideo scribantur ut eis magis cautum sit. l. vna. §. si. de collegia. li. 11. ibi, quod autem supra numerum, qui in cautis breuibis continetur.

Cautela p. captione.

Hinc cautela pro captione dictionem Latinam, & non barbaram esse firmat Spiegel. verum apud Iurisc. videtur mihi cautelam accipi pro cautione, in l. si debitori. de indic. ff. vbi scripti. l. si defunctus.

Cautela p. pro cautioe.

in fi. de procurator. ibi, duplici cautela interponenda. l. quamuis. ibi, prius idonea cautela a debitore pro indemnitate ei prestanda. de pignor. actio. Alia multa conscripsi in satisfactionis. supra cod. & si per ætatem liceat vberius dicam in d. l. sancimus. C. eo.

IDEM LIBRO XXXIIII. Lex clxxxix.

Facere non oportere, & hanc significationem habet, vt abstineat quis ab eo facto quod contra conventionem fieret, & curare ne fiat.

Expositio textus.

Dupliciter legitur hic text. sed magis communis, & antiquitate librorum comprobata lectura est cum negatione, quemadmodum hic legimus, facere non oportere: & sensus est: quod si quis promissit non facere, vt pote non te turbare, non solum oportet abstinerere, ne ipse contra hanc conventionem faciat te turbando, sed etiam quod procurer ne quis alius hoc faciat. Et sic quod promissor non turbet, atque procurer ne alius turbet hinc dicit Iurisconsult. in illa stipulatione, per te non fieri, non hoc significatur, nil te facturum quominus facere possim, sed curaturum, vt facere possim. l. in illa. 2. ff. de verb. oblig. vbi intellige non hoc significatur, tantum, vt dicam in l. hac verba. infra co. Ita qui spondet dolum ma-

lam abesse ab futurumque esse, non simplex abnuntium, id est abnegatum spondet, id est non simpliciter negat a se dolum abesse, & ab futurum, sed curaturum se vt dolum malis ab sit, l. inter stipulantem. in prin. ff. de verb. oblig. Abnuere verò cum b, significat negare signo capitis, & diffiteri: quod etiã oculis & manibus fieri potest: dictum ex ab & nuere autem veteres pro velle ponebant.

Inde nutus est signum illud quod oculis capiteve, aut manibus fit: de quo Iurisc. in l. nutu. ff. de lega. 3. vbi legatũ & fideicommissum relinqui potest, dummodo is nutu relinquit, qui & loqui potest. Et assergnare potest quis liberum suũ quibuscũque verbis vel nutu. l. i. §. assignare. ff. de assignatio. liberto.

Annuere vero cum nn, duplici est signo capitis, oculorum, vel quo alio corporis signo assentire, de quo Iurisc. in l. i. §. si quis ita. ff. de verb. oblig.

De verbo abstinere scripti in l. si testator. sup. co. Sed redeundo ad rem quaerit aliquis, cũ quibus vel erga quos teneatur curare? Respondeo teneri curare quoad omnes pro viribus, ne fiat contra promissionem: tamen nõ tenebitur ratione huius stipulationis de extraneis, quos prohibere nõ potest, sed de filiis, seruis, mercenariis, procuratoribus, & aliis quos prohibere potest, intuitu quorũ tenetur, ac si ipse faceret, per l. si fundus. ff. loca. pulcher. text. in l. fluminum. §. quamquam. de damno infecto. Executioque fiet contra obligatum ad factum vel non factum, licet ipse non egerit, sed eius mercenarij, cum ipse eorum nomine teneatur. glo. & doct. in d. l. inter stipulantem. in princip. & l. i. ff. de publica.

Ex quibus inferuntur utilitates sequentes: primo non oportere vassallum facere contra dominum quidpiam, quod vergat in sui corporis praediciũ, aut contra honestatem domini, atque curare ne iniuria aliis inferatur. rubr. de forma fidelitatis, in feudis, & in rubr. seq. & cap. de forma. 22. q. 5. vbi gl. in verb. consiliũ. vnde si in sua domo violenter vxor domini, tenetur vassallus. Addit glo. in d. c. de forma, quod si quis promissit syluam non cedere, vel non vrere, teneri quoque prohibere, impedireve alium, ne cadat vel vrat. l. in lege. ff. loca. Lucas de Penna in l. iudicibus. C. de curf. public. lib. 12. facit glo. in verb. cuique. in l. iustitia. ff. de iustit. & iurc. dicens non sufficere si quis alium non lædat, sed & adiuuare eum debet: nec sufficeret a malo abstinere, nisi fiat quod bonum est. d. l. in illa. 2. d. verb. oblig. c. de forma. 22. q. 5. clem. cupientes. de pœnis. Veruntamen fuit in hoc senatu pronuntiatum pro do. Ioanne Canart patrono in hac suprema Curia, quod postulare possit contra Remensem archiepiscopum suum dominum, eo quod non ageretur de honore praefati domini Remensis, nec contra personam suam. quamobrem vassallo fuit pro Scabianis Remens. postulare permissum contra suum dominum in causa ciuili.

Secundò qui non potest alienare aut vendere Titio, nõ debet occasione praestare, propter quam in Titium fiat alienatio, imò id ne fiat, curare debet, l. quotiens. vbi Bal. no. C. de fideicom. l. si ita quis. §. ea lege. ff. verb. obligatio.

Tertiò qui liberando suum debitorem, eidem sub pœna promissit amplius non petere, incidit in pœnam, si procurator eius etiam generalis petat, quia debebat curare ne procurator peteret, per hũc text. & certiorandus erat procurator ne peteret, l. si fideiussor. l. §. i. ff. manda. Bart. expresse in d. l. in illa. si tamen dominus ratam non haberet illam petitionem procuratoris, quod Gallicè dicimus desiduoner. vt in cap. fin. de reb. eccles. non alienand. in 6. non putarem dominũ in pœnam incidisse: sed procurator eo casu nomine proprio ad expensas condẽnaretur, secus si specialis procurator esset ad petendum

Abnuere quid.

Nutus.

Annuere, quid.

Cum quibus vel erga quos teneatur quis curare.

Vassallum nõ debet contra dominum quid facere.

De eo qui tenetur vrere, nam non cadere, vel vrere.

Qui non potest alienare, non debet occasione praestare.

Debitorem liberans, quod tenetur praestare.

Procurator petent contra promissionem debitoris: factum, quod obseruandum.

Promissor facere quomodo teneatur curare vt alim faciat.

petendum constitutus, post dictam liberationem, & promissionem de non petendo. Alexand. in d. l. in illa. quamuis laetereat dominum non incidere in pœnam. debitoris enim erat ostendere acceptationem, & vi illius peremptorium exceptionem pacti opponere in procuratorem: quam si non opposuerit impuretur ei, l. procurator. ff. rem ratam haber. Tamen hoc etiam casu dici promissorem incidere in pœnam, si ratam habuerit petitionem. Quamobrem foret citandus promissor an ratam & gratam heberet ralem petitionem necne, vt si non ratam haberet, ap paret cum non incidisset in pœnam: sic tamen vt teneatur interim facere cessare procuratorem, ne peteret: alioqui teneretur, nec sufficeret de negare instrumẽta procuratori, sed oporteret quod promissor susciperet in se causam stipulatoris contra suum procuratorem, & concluderet coram iudice in eum, vt cessaret: quemadmodum fit in forensi iudicio. Alias incidet in pœnam.

Quartò consuluit Socin. consil. 26. in praesenti. in 3. vol. promissores incidisse in pœnam, eo quod non curauerant ne differrentur alumina in Franciam, & ne nauigaretur, cum hoc promississent. Ex quo inferit, quod contrahentes sic negatiue, promitto non facere hoc, nõ poterunt agere ratione illius contractus, quem non obseruarunt, per l. adiles. §. fin. vbi glo. & Bald. ff. de ædilit. edict. & l. Iulian. §. offerri. de actio. empti. sic emptor seu altera partiu potest a contractu recedere, quem alter contrahentium non seruauit. l. cum re. vbi Salicet. C. de pact. inter emptor & venditor.

Adhæc promittens pro se non fieri, quominus homo, vel alia res detur, si quis illa surripuerit, non tenetur promissor. l. si is qui rem. 2. §. fin. ff. de furt.

Quintò nõ sufficit aduocare nõ nocere aduocæ & hospiti, sed & curare debet ne quis alius ei damnum inferat, l. i. & per totũ. ff. nauit. cap. stabula.

Intellige prædicta cum negatio haberet implicitam affirmatiuam, vt hic in verb. facere nõ oportere. Diuersum est in alia negatione: vt si promissorem non ingredi fundum vel templum: aut non furari, vel te non verberare: quippe tunc non teneor curare ne quis alius te verberet, dum non madem, vel consentiam huic facto: sicut docet Bart. in l. ne quid. ff. de incend. & in l. i. §. si familia. ff. si familia furt. fecisset dicat. doct. in l. i. §. familia. de publica. & veltigal. & in d. l. in illa. de verb. oblig.

In hoc ego dicerem quod si negatiua respiciat commodum vel incommodum stipulatis, eo casu tenetur etiam curare promissor, vt hic dicit text. si verò non respiciat partis utilitatem, non tenebitur curare: & hoc breuiter ex superioribus colligo.

Alij text. hunc legunt affirmatiue, videlicet, facere oportere: vt facti appellatione non factum contineatur, §. si vxor. in fin. Instit. de nupt. doct. in l. 2. ff. de verb. oblig. Dec. in l. id quod nostrum est. de regul. iur. dixi in interpreta. l. vnica. C. de sentent. que pro eo quod interest. sed ita legendo affirmatiue (quemadmodum reperi in recentioribus quibusdam codicibus) non video quo pacto conuenire possit text. & minus rationi naturalium. nam si promissit facere, non oportet quod abstineat, vt dicit hic text. quominus factio opus est. Aut quoque si ponas affirmatiuam in principio, addendæ forent negatiue in sequentibus, hoc modo: facere oportere & hanc significationem habet, vt non abstineat quis ab eo facto quod contra conventionem non fieret. Quæ quidẽ omninõ peruerterent ordinem, sensum, & communem laudiu approbatam lectionem huius text.

Adhæc si quis promissit facere, non tenetur etiam curare vt alius faciat: nisi hoc promissione cauam & expressum sit, quemadmodum in dies

exprimunt notarij. Quod Titius promissit se facturum, & curaturum. Et tunc ratione pœnæ adiectæ valet promissio facti alieni. l. stipulatio ista. §. si quis alij. & §. alteri. ff. de verbo. oblig. alias stat cõmunis regula, promissionem alieni facti non valere, vt ibidem cauetur, nisi æquitate pratoria sustineretur vt facti etiam alieni promissio valeat, l. quotiens. ff. de verbor. obligat. & l. qui autem. §. i. de constit. pecun. declarat. las. in §. in personam. nu. 31. Instit. de actio.

Ita etiam de æquitate canonica, quæ maior est quam æquitas pratoria, per glo. cap. quotiens cordis. l. quæst. 7. Anto. in cap. ex literis. 2. de sponsal. licet Panorm. ibi dicat hoc ratione iuramenti, glo. & doct. in cap. sicut. illo titul. de sponsal.

Adhæc qui promissit facere & curare, constituitur in mora abq; alia interpellatione. sufficit enim sola scientia. Bal. in cap. domino guerram. §. adhæc hic finitur lex. per l. i. C. de priuat. carcerib. & argu. l. in lege. ff. loca. Refert Alexand. consil. 157. vltio themate in 6. vol.

Præterea si quis promissit se facturũ & curaturũ quod Titius ratificabit, vel quid aliud, & promissit pœnam, non incidit in eam, dum suo in hoc functus sit officio in suadendo illi, de quo promissit vt ratificet, sed ille noluerit, per l. quod te. ff. si certum petat. l. fin. §. idem iuris. ff. ad legem Rhodiam de iact. sic consiluit Dec. consil. 313. promissit dominus Ioannes. & Socin. consil. 288. circa primam. col. 14. in §. quæst. vlt. 2. Et ista sunt in iudicijs frequentissima: sicque iudicatum fuit Neapoli, vt refert Matth. de Afflictis in decis. Neapol. 295. magnificus. de quodam qui promissit cũ pœna vxorem (quæ duræ ceruicis erat) ratificaturam, quæ tamen recusauit, non teneri ad pœnam, si fecerit quod potuit erga Proserpinam suam. Et idem concludit in patre qui promissit se facturum quod filius confentiret, & ratificaret ab eo gesta.

Dicitur autem quis facere multis modis, quos scribit Lucas de Penna in l. iudicibus. in fin. C. de curf. public. lib. 12. nam hoc verbum est valde generale, vt scripsi in l. verbum faciendi. infra cod.

V L P I A N V S L I B. X X V I I. A D Edictum. Lex cxc.

Prouinciales eos accipere debemus qui in prouincia domicilium habent non eos qui ex prouincia oriundi sunt.

Prouinciales dicuntur qui domicilium & habitationem habent in prouincia, non qui in prouincia sunt oriundi: dicti quippe sunt prouinciales a prouincia, quæ proprie dicitur locus a Romanis Bello longe acquisitus, quasi procul victa. inde prouinciales legati, nisi ex prouincia, in l. tutor. in fi. ff. de iur. iur. hinc adhuc nostra memoria nomen illud generale prouinciæ retinuit apud Gallos regio dicta Prouincia omni genere frugum referta, necnon in literatura per belle florens.

Domicilium Græci vocant οἰκία, siue οἰκία, & ἔδος οἰκία, quod est habitatio. inde οἰκία domus, vel οἰκία seu οἰκία, & οἰκία vel οἰκία habitator, incola, inquilinus, siue colonus.

Triplex est domicilium, naturale, accidentale, & commune, vt Bar. & alij scribunt in l. i. ff. ad munic.

Naturale dicitur locus propriæ originis, vel paternæ, l. i. & l. assumptio. ff. ad munic. §. filius. quod videlicet nobis a natura, ratione originis comparatum est, quamobrem ita vocatur. l. penult. ff. de Senator. glo. in c. accedens. 2. vt lit. contest. c. cum nullus.

Promissio alieni facti non valet.

Sequitur canonica maior æquitate pratoria.

Promissor facere constituitur in mora sine interpellatione.

Promissor aliquem ratificaturũ, in quo teneatur.

Facere multis modis dicitur.

Prouincias quid.

Prouinciales legati.

Prouincia, regio Gallica.

Domicilium quid.

Domicilium triplex.

Domicilium naturale.

nullus. de temporib. ordinand. in 6.
 Accidentaliter, quod sibi quis constituitur, vt ibi perpetuo habitet, & quot modis constituitur, pulchre tradit Bart. in l. i. ff. ad municip. & dicitur in l. in lege. & in l. pupillus. §. incola. infra eod. quod iterum sub diuidi potest in voluntariū & necessarium, secundum Socin. in cap. fin. de foro compct. Et sola domus possessio quæ in aliena ciuitate comparatur, non facit domicilium, l. libertus. §. sola. ff. ad municip.

Voluntarium dicitur quod quis sua voluntate constituit, re tamen & facto, l. domicilium. & l. filij. §. municipes. ff. ad municip. & l. eius. 2. §. 1. ibidem. Necessarium est quod de necessitate constituitur, vt Relegatus eo loci in quem relegatus est, interim necessarium habet domicilium, d. l. filij. §. relegatus. & l. eius. 2. in fin. ibid.

Postremò commune domicilium est communis patria, vt Roma, & Parisij, l. Roma. ff. ad munic. Nunc superest tria ex hoc text. elicere: primo quod habens domicilium Parisiis dicitur Parisiensis, & Lugduni Lugdunensis, & in prouincia prouincialis, vt Mafsilie Mafsilienfis, l. i. ff. ad municipal. l. obseruare. ff. de offic. proconsul. l. obseruandum. de offic. præsid. ibi, obseruandum est ne præsidis prouinciæ in vltiorem familiaritatē prouinciales admittant, l. obseruare. ibi, magni enim faciunt prouinciales seruari sibi consuetudinem. de offic. proconsul. declarant doct. in cap. significante. ac cap. Rodolphus. de rescript. licet contrariam hic asserant doct. suppledo ad text. quæ supplementones exole sunt. Quemadmodum igitur prouincialis dicitur habens in prouincia domicilium: sic qui domicilium habet Parisiis, potest vocari Parisiensis, cap. dilecti. de foro compcten. vbi vocat Anglicos omnes incolæ Angliam: & vltra mare etiam si fuerit Gallus origine, Anglus tamen vocabitur ex domicilio.

Secundò Parisiis ortus etiam dicitur Parisiensis, & Tholofæ natus dicitur Tholofanus, l. i. ff. ad municipal. & l. qui ex vico ortus est. ibidem. c. ex parte. vlt. de rescript. glo. in verb. vnam dietam. in cap. statutum. §. cum verò. de rescript. Et sic tam orti in prouincia quam incolæ. & ibi domicilium habentes, dicuntur prouinciales, d. l. obseruare. & l. si in aliquam. ff. de offic. proconsul.

Hinc dicimus in ea prouincia in qua orti sunt nõ posse habere officia, propter fauores quos habere profumuntur erga incolæ. l. si in ead. ff. de offi. assessor. l. fin. C. de crimin. factileg. quod in Francia non seruatur: siquidem fauores olim Romæ domicilium habentes, primo necdum relicto elegerunt in Francia.

Tertiò non dicitur quis Tholofanus, quamuis pater vel alij sui maiores illinc originem traxerint, dum ipse alibi domicilium habeat, vel alibi fuerit ortus: hoc probat verbū in hoc text. conscriptum, ibi, ex prouincia, non dicit, in prouincia: & verbum oriundi, & l. assumptio. ff. ad municipal. nempe dicitur quis oriundus, vbi sui maiores orti sunt: & propter maiores non dicendus est prouincialis, vel Parisiensis. quod decepit hic iurium interpretes. & tunc secundum glo. legitur. negatiue. Interdum est dictio negatiua duntaxat: & tunc dictio oriundus accipietur pro dictione ortus, vt in l. si quis officij. ff. de ritu nupt. Sed intelligite vt dixi, quod ortus in Montepessulano, Pessulanus dici possit, sed oriundus ibi, non potest sic nominari.

Aliquando pro subiecta materia vnum accipitur pro alio, vt in l. Senatores. ff. de Senator. d. l. assumptio. & l. de iure. ad municipal. l. i. §. si quando. de magistratib. conueniend. glo. in cap. 1. de vsur. in 6. l. conf. 77. placet. in 3. vol. l. Diuus. ff. de tutorib.

& curator. dat. ab his. l. relocatorum. §. vnde. cum §. mentio. & seq. vbi gl. de interdicit. & relegat. & §. si quis. ibid. vbi optime declaratur. & l. 3. de assessor.

Vnde inferitur quod si pignorationes, seu repressalia concessæ fuerint contra Parisiensem, non comprehenduntur natos Aureliæ, vel incolas, quamuis sui maiores nati fuissent Parisiis, sed tatum Parisiis degentes, & ibi domicilium habentes. c. vno. de iniur. in 6. Atque dicit hic Alberic. ita fuisse consultum. Siquidem hæ pænæ imponuntur propter delinquentes. at qui ibi non degunt, non quoque dicentur illic deliquisse: nec ergo comprehenduntur. Et idem in muneribus, vt habitatores tatum munera personalia subire debeant, vbi degunt, de consuetudine Regni, licet de iure etiam originis ratione. l. 1. & per totum, C. de municip. & origi. lib. 10.

Non refragatur d. l. assumptio. vbi licet filius patris originem sequatur, non tamen eius patriæ nomine censetur, quando alio pater habitatum concessit, & liberos sustulit, teste Alciat. Et sic quamuis filius sequatur originem patris nati Aureliæ, non tamen filius Aurelianensis vocatur, si pater habitauerit Parisiis, & hic filius Parisiis ortus fuerit, honores tamen Aureliæ poterit habere, l. honores. & l. penult. ff. de Senator. aut vide, an ibidem oriundi pro ortis ponantur.

Nec etiam obest c. in causis. de procurator, vbi studentes Parisiis, vocantur Parisienses. Et tamen non habent originem, nec domicilium, cum semper sint in via, vt in l. cum filius familias. ff. si cert. perat. respõde hoc esse fauore studij, vt scripsi inter scholasticos. priuilegia, nu. 92. quia interim habitationē in loco studij censentur habere, nõ causa perpetua more, sed durante studio, & ciuium priuilegijs gaudent, per authen. habita. C. ne filius pro patre. vnde si priuilegia ciuium obtineant, merito dici tales quoad effectum poterunt, l. à nullo. C. de feriis.

Perditur autē domicilium tribus modis, primò cum quis expellitur cum sua familia, l. cum quis. ff. de dolo. Secundo iure, quando quis deportatur aut relegatur vltra decem annos, l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. diminutio. Tertiò consensu: vt cum propriis dimissis laribus nouos constituit, amittit antiquum, & nouum acquirit, l. vna. ff. de migrando. l. domicilium. ad municipal. videlicet quando recedit cum familia & rebus. Bart. in d. l. assumptio. & Bal. in rub. C. si à non competen. iud. & l. in lege Censoria. infra eodem. Vtilitates dicam in l. pupillus. §. incola. infra eod. De domicilio pleaque alia scripsi in tract. de domicil. electio. in 3. tomo commentarior. ad constitutio. Reg. Gallic.

PAVLVS LIBRO XXXV. AD Edictum. Lex cxcj.

Inter diuortium & repudium hoc interest, quod repudiari etiam futurum matrimonium potest. nõ rectè autem sponsa diuertisse dicitur, quando diuortium ex eo dictum est, quod in diuersas partes eunt, qui discedunt.

Repudiari dicitur tam vxor quam sponsa: sed diuertisse tantum vxor dicitur, quia diuortium dicitur quod in diuersas partes eant, qui diuertit, quod sponsis minus conuenit. Alia abundantius tractati in l. inter stuprum. §. fin. supra eod.

Hereditas vero delata proprie repudiari dicitur, antequam sit acquisita, vt C. de repudiand. heredit. glo. & doct. in l. i. ff. de pact. & quid differat à verbo abstinere scripsi in l. intestatus. supra eod.

Inde

Domiciliū accidentale.

Domiciliū accidentale voluntarium.

Domiciliū accidentale necessarium.

Domiciliū commune.

A loci domicilij quod denominatur.

Denominatur quis ex loco originis.

Officia quæ non habebat olim in ea prouincia in qua ortus erat.

Denominatur quis à loco domicilij, non ab eo in quo maiores habitauerunt.

Pignorationes seu repressalia.

Munera personalia qui subest.

Filius patriæ patri nomen non censetur.

Scholastici à locis in quibus student, demumantur.

Domiciliū quot modis perdatur.

Repudiare & diuertere, quid differant. Repudiari hereditatem quomodo dicitur.

Repudiatio.

Refutatio & remissio.

Renuntiatio.

Discedere pro finiri, extingu.

Discedere ab emptione.

Discedere à controuersia.

Discedere in partibus alie.

Dictio plus quid denotet.

Venditore decepto vltra dimidiam.

Inde repudiatio quaræda magis quam quæ sita respicit. nam quod nondum est acquisitum repudiari nõ potest, l. i. §. decretalis. ff. de successor. edicto. quemadmodum ea repudiare non possum quæ nõ licet habere, & contratio. l. qui potest. §. quod quis. ff. de regul. iur. Siquidem is repudiare potest qui acquirere, l. is potest. & l. is qui heres. ff. de acq. here.

Addendum his, quod ista verba, refuto, renuntio, & remitto idem significare videntur, licet qualis qualis assignetur differentia, nempe refutatio & remissio non valent, nisi iustam causam, vel titulum contineant, sicut nec cessiones, c. si cautio de fide instrum. Specula. in titul. de pact. §. 1. vbi plus dicit, quod renuntiatio est propria rei vel iuris spontanea refutatio, c. super hoc. de renuntiatione. multa scripsi de hac in 3. parte prax. benefic. tit. de renuntia.

Superest in fin. text. verbum *Discedunt*, qui scilicet in diuersas partes eunt, l. 2. ff. de diuort. vbi sic scribitur, diuortium autem, vel à diuersitate mentionum dictum est, vel quia in diuersas partes eunt, qui distrahunt matrimonium, pro eo quod text. hic ponit discedunt.

Discedere est immutare, finiri, extinguere, amitti, l. Titio cum morietur vsusfructus inutiliter legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus quo à persona sua discedere incipit. iuncta rub. & l. 2. §. pe. mult. ff. quib. mod. vsusfruct. amitta. ibi, neq; enim potest dici eo momento quo quis amittit vsusfructum, & refumit. & §. fin. ait, morte quoq; amittit vsusfructum non recipit dubitationem. iuncto §. finitur. Insti. de vsufruct.

Discedere ab emptione est resilire, recedere, l. 2. de in diem addictio. l. Sabinus. ibidem, ac l. 1. & per totum titul. C. quando. non liceat ab emptio. discedere. & Iurifconsul. in lab. emptio. dicit recedere, vbi quoque dicitur, discedere à negotio, à contractu discedere. l. si ex duobus. de in diem addictio. l. cum duo. & seq. ibidem. lege, si mulier. §. si metu. l. ff. quod met. caus.

Discedere à controuersia per arbitri sententiam solet. l. discedere. ibi, discedere eos à tota controuersia velit. ff. de arbitri.

Et qui in alterutris partes discessissent, vice hostium non sunt eorum inter quos iura captiuitatum, aut postliminiorum fuerint, l. si quis ingenua. §. fin. ff. de captiuis. Sicigitur hæc dictio personas respicit aliquando & res, vt res à venditore secunda vel tertia adiectione discedat, l. quod autem. ff. de in diem adiectione.

VLPIAN. LIBRO XXXVIII. AD Edictum. Lex cxcij.

Hæc adiectio, *PLVRISVE*, non infinitam pecuniam continet, sed modicam duntaxat. Adiectio hæc, *SOLIDORVM DECEM, PLVRISVE*, ad minusculam summam refertur.

Ista dictio Plus infinitam pecuniam non denotat, nec magnam, sed exiguam. idē si dicatur, plus minusve. l. Publia. in si. ff. de pos. vbi Bar. Et quantum significet pro qualitate personæ, & causæ, & rei quantitate, arbitrio iudicis relinquunt. l. 2. ff. de re iudica. cap. statutum. §. infuper. de rescript. in 6. gloss. in l. cum filius. §. pater. ff. de lega. 2. qui iudex ex bono & æquo debet arbitrari, l. si vero non remunerandi. §. si mihi. in fin. ff. manda.

Vnde primum inferitur, quod si quis vendiderit rem suam in qua fuerit deceptus vltra dimidiã, hoc adiecto, si res plurius esset, se id donare, refertur hæc

donatio ad modicum, per istum tex. Bar. in l. si quis cum aliter. in si. ff. de verbor. oblig. tex. & glo. in l. cum filius. §. pater. ff. de lega. 2. Sequitur Bal. & alij in l. 2. C. de rescind. vendit. ideoq; deceptus vltra dimidiã in vno nummo poterit agere, non obstantibus his verbis, quia minimum dare censebatur per istum tex. nec oberit si dicatur donatum minimum, videlicet illum nummum vltra dimidiã. Ergo non erit deceptus vltra dimidiã. Respondeo, quod si non fuisset deceptio vltra dimidiã, potuisset donatio locum habere: sed quia vltra dimidiã excessit, nil videtur nunc donatum. Alias excluderetur remedium d. l. 2. vt plenius scripsi in tract. de rescif. contract. in verb. *d'outré moyté de iuste pris*, in 2. tomo cõmentar. in constit. Reg. Gallic.

Secundò si instrumento diceretur, illud plus omne & quicquid plus valer, remitto, & dono, locum adhuc in magna summa haberet d. l. 2. cū scilicet dimidiã excederet: tum quia nemo præsumitur iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probatio. tum quia non cogitauit de tanto rei valore. Et quia verba sunt notariorum, qui effuso plerumq; sermone loqui solent. sicque vidi seruari in praxi, quamuis Alexand. consi. 150. in 63. vol. contrarium teneat: & Pantha. Calderi. in repet. d. l. 2. amplia. 15. C. de rescind. venditio.

Tertiò qui rem iurat valere centum, si plus valeat, non est periturus, quia quo res plurius est, vtiq; tanti est. l. cum furti. ff. de in litem iur. l. si is cui in princ. vbi glo. quemadmodum. seruiuit. amittant.

Quarto ista dictio plus nihil operatur in rebus, si deponant talē N. possedisse fundū per annū & plus, cum incertū sit, & probatio debeat necessario concludere. c. in præsentia. de probatio. Bar. & Ias. in d. l. cum furti. ff. de in litem iurand. per gl. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. caus. maior. Iacobi. & alij in l. & si post tres. ff. si quis cautio. Quod limitant doct. nisi indeterminatum, & incertum sufficeret, vt in rebus deponētib. valere centum & plus, sufficere probatur deceptio vltra dimidiã, si res tantum quinquaginta fuisset vendita. idem in interdico vti possidetis, si testes vnius partis dicat possedisse per decem annos & plus, & alij dicant solum per decem annos, tunc illa pars obtinebit quæ produxit testes deponentes de decem & plus, per l. si duo. vbi Bar. ff. vti possidet. his tamen interuenientibus quæ scripsi in tit. de annatis in concordia in fin. Et doct. in cap. licet. de probatio.

Idem in nominationibus dixi, cum testes deponunt Scholasticum studuisse per quinquennium & vltra, seu plus, vt sufficiat etiam vno tantum die vltra quinquennium studuisse, prout nõ in §. præterea. de colla. in concordia.

Quatuor ad hanc rem limitationes scribit Ioã. Francisc. Balb. in repet. l. Celsus. col. 50. ff. de vsucapio. vbi dicit posse tales testes repeti per iudicē ad declarandum id quod obscurē, & indefinitē deponerunt, cap. cum clamor. de testib. Ias. & alij in d. lege. & si post tres. si quis cautio.

Quintò intelligite hæc legē inspecta qualitate personæ. nam si Rex vel Imperator concederet alicui bona confiscata valoris decem milium & plurius, valebit talis donatio, etiam cum foret quinquaginta milium. Apud enim Principes plus vel modicum latius & liberalius extenditur, quā penes infimæ conditionis homines, vt probat glo. in l. sed & si susceperit. §. penult. ff. de iudic. de Comitissa Matilda, quæ donando terrā amplissimam ad triginta vsque miliaria, fuit tamen vltis his verbis, Concedo modicum terræ. Siquidem vni modicum est, quod est alteri magnū: quippe frano restringenda nõ est liberalitas Principis. sunt verba Bald. quæ probat

diam si addatur, si res plurius esset, se donare, quid cõprehendatur.

Illud plus omne & quicquid plus valeat, in instrumento appositum, quid continet.

Iurans rem valere centum, si plus valeat, per iuram nõ est. Plus dictio nihil operatur in rebus.

In nominationibus dictio plus addita, & ad comprehendat.

Plus vel modicum apud Principes quomodo sumatur.

per l. si quando. C. de bonis vacan. lib. 10. maxime cum non sit legibus legatus. l. Princeps. ff. de legib. Cum tamen in immensum procedunt huiusmodi liberalitates Principū, nonnunquam opus est declaratione Principis, an de illo immenso voluerit intelligere: aut etiā si intercedat plenissima Regis voluntas, interdum etiam, imò si sequēter restringuntur ab his, quos magistrōs computorum vocamus, vsque ad certam summam legibus Franciæ præstituram.

Arestum. Sic anno 1550. in magna camera, & in mense Martio declarata fuit voluntas testantis qui dispo fuerat se legare pauperibus ducētos aureos & plus, secundū arbitrium heredis & executoris, qui recu sabant in hoc suum proferre arbitrium. Curia inquam censuit illud plus ad alios ducentos aureos trahendum: sicque damnarunt heredem ad quadringentos aureos pauperibus erogandos.

Plus etiam absurditatis vitanda ratione. tunc enim hæc dictio plus etiam vltra modicum refer tur ad infinitū: vt proposito edicto, quod si quis ha beat centū in bonis & plus, teneatur equum & arma habere in bello, si quis plus habeat, verbi gra tia viginti milia, fortius tenebitur. Alias sequere tur absurdum quod solum habens centum aureos, & vnum vel duos, ad plus grauaretur quàm ditissi mus: veluti firmat expresse Alberic. in tract. statu. in 1. parte q. 173. item quero. Refert Euerard. in lo cis legalib. in argum. ab absurdo: vel si quod aliud indicatur onus pecuniariū habenti mille & plus, si habeat centum milia, etiam tenebitur.

Pluris vel minoris.

In finitas autē huius verbi pluris, phrasæ affer re possumus, vt iudex in arbitrariis potest pluris vel minoris condemnare, l. verbum oportere. in fra cod. Et hæc enuntiatio quæ fuit pluris aureorū 30. simul & quantitatē, & æstimationis est signifi catiua. l. hæc enuntiatio. infra cod. l. si remuneran di. in fi. ff. manda. l. præterea. ibidē. lege, si plura. ff. de ædil. edic.

Pluris esse. Pluris venire. Pluris emere. feneratoris. consequi. Plurimum apparatū.

In finitas autē huius verbi pluris, phrasæ affer re possumus, vt iudex in arbitrariis potest pluris vel minoris condemnare, l. verbum oportere. in fra cod. Et hæc enuntiatio quæ fuit pluris aureorū 30. simul & quantitatē, & æstimationis est signifi catiua. l. hæc enuntiatio. infra cod. l. si remuneran di. in fi. ff. manda. l. præterea. ibidē. lege, si plura. ff. de ædil. edic.

Interdum quoque personas respicit, vt l. palam, supra eod. l. i. §. si plures. de exercitor. actio. sed fre quētius ad res pertinet, vt pluris esse, l. i. & d. l. cum furti. ff. de in litem iurand. pluris venire, l. 3. de pi gnoratit. actio. pluris emisti, l. præterea. mada. plu ris feneratoris, l. si remunerandi. cod. pluris conse qui, l. si plura. ff. de ædilit. edic.

Plurimum apparatū, l. 4. in fi. ff. de nautic. sce nor. Plurifariam, l. 1. ff. de in integr. resti. l. semper. §. pen. ff. de iure immunita. Alias huiusmodi phra ses ex iure pascim quiscque poterit colligere, aut ex his petere quæ notauit in l. proprie. supra eod.

Adiectio, adiunctio, vel additio idem.

Adiectio, adiunctio, vel additio pro iisdem capiū tur, in l. non tantum. supra eod. & quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eandem adiectionem iudicantes, cum quibus bellum esset. l. quos nos. infra eod. l. & qui data. ibi, sed hæc adiectio doli mali ad reipubl. causa absen tes refertur. ff. ex quib. caus. maior. v. supra eod. est ac quisitio, vel adiectio domini. l. 3. ff. de v. capio. vt scripsi in titulo de præscriptio. in princip.

Adiicere.

Adiicere, adiungere, appo nere, quasi iuxta adde re, l. qui venenū dicit, adiicere debet vtrum bonū esset, an malum, infra eod. l. pupillus. in fi. ibid. l. 3. §. l. ibi. nec frustra adiicitur. ff. de iure iur. l. i. §. non tā tum. de dolo. l. nō dubito. §. item. de captiui. de his scripsi sup. in l. nomē. §. portionis. & in no. interp.

Adiectum, id est additum.

Inde adiectū, additum, adiunctum. l. in pensē. in fi. ibi, horreū insula dotali adiectum. supra eod. l. si cum fundum. & l. nomē filiarum. §. i. supra eod. l. inter illam. in fi. ibi, nil præterea fuisset adiectū. su pra eod. Adiectione superetur, l. si in emptione cum

penes se collatam, minor adiectione ab alio supe retur. ff. de minor. pro adiecto debet accipi in l. 3. §. hæc verba. in fi. ff. de negot. gest.

Adiecta poena pro apposita, l. diem. §. fin. ff. de arbitr. Adiecto die, l. prætor. in princ. ff. de edend. Adiecta causa, l. i. §. i. ff. de rei vindica. & adiciere modum seruitutibus, l. 4. §. i. ff. de seruitutib.

Abiicere cum b, quodāmodo contrariū verb. adiciere, significat proicere, repellere, vt in l. qui leuanda. ff. ad legem Rhod. de iact. vbi primò dicit proiicit, postea abiicit.

Adiecta persona pro cōtempa, seu cōtēptibili, humili & vili, l. sed & si vnus. §. interdū. vers. vt puta si patris persona vilis, abiecta; sit. ff. de iniur. vbi pater vilis non potest remittere iniuriam filio factam. glo. & Doct. in l. in personam. ff. de pact.

Verbi deiicere phrasæ conscripsi in l. Sylua. §. i. supra eod.

Deicere, in l. si seruus seruum. §. si mulier ciecerit. ff. ad legem Aquil. & ibi exponitur pro partum extrahere, expellere, deiicere.

Inde partū deiicere pro abortiuo capit Bud. ibi. Iniicere rem, in l. qui alienum fundum donatio nis causa excolit, nullam retentionem propter ex pensas faciet: quia domini res ab eo iniectas conti nuō efficit. ff. de donatio. id est colens fundum causa donationis, nullas expēsas repetit. Quinimo eas factas, illatas, & immittas statim facit domini.

Manus iniicere quid significet declarauit in l. mulieris. §. i. supra eod.

Traiectæ merces. l. 4. ff. ad legē Rhod. de iactu, id est trans mare vel flumen ductæ, vectæ.

Traiectitia pecunia est quæ trās mare vehitur, l. i. ff. de nautic. fœnore. l. traiectione. de actio. & obli.

IDEM LIB. I. AD EDICTVM. Lex cxciij.

Hæc verba, QUANTI EAM REM PA RET ESSE, non ad id quod interest, sed ad rei æstimationem referuntur.

Legem hanc quia materiam illius superius elu cidauimus in l. inter hæc verba, paucis hic perstrin gam, videlicet quia præcipua vis huius tex. est cir ca particulam, sed aduersariam, aduertendum est hanc loquendi phrasim apud Iurific. esse per fami liarem, vt cum post negatiuā orationē interserunt hanc aduersariam sed, subintelligat vt plurimum dictionem taxatiuā, tantum, vel solum: veluti pas sim videre licet in hoc titulo, primò in l. recte dici mus. ibi, quia vsus fractus non domini pars, sed ser uitus est, id est non tantum est pars domini, sed est seruitus. idē in §. si. ibidē. facit l. verbum oportere. l. cognoscere. in fi. l. locus. supra eod. & l. absentē. in fin. infra eod. facit tex. in l. in illa. 2. ff. de verbor. obli. cuius verba sunt: in illa stipulatione, per te non fieri, non hoc significatur, nihil te facturum quominus facere possim, sed curaturum vt facere possim. hic nisi intelligeretur tantū, directē pugna ret l. facere nō oportere. isto tit. vbi quis debet ab stinere à facto, quod veniret cōtra conventionē, & curare ne alius veniat. sic & in d. l. in illa. non solū significatur te nil facturum, quominus facere pos sim, sed curaturū vt facere possim. & lege, lex Cor nelia. §. domū. ff. de iniur. ibi, domū accipere debe mus nō proprietatē sed domiciliū, id est non solū proprietatē, sed & domiciliū: quod postea decla rat ibi, Quare siue in propria domo quis habitare rit, siue in cōducta, vel gratis, &c. l. quod si nolit. §. culpam. ff. de ædilit. edic. l. ob id. ad legē Aquil.

Sic etiā intelligi potest l. in ff. de ædilit. edic. ibi, dum dicit veteratorē non spatio seruēdi dici, sed genere:

Adiecta pe na. Adiecto die. Abiicere.

Abiecta persona.

Deicere pro partū deiicere. Exiectus partus. Iniicere rem.

Iniicere manus. Traiectæ merces. Traiectitia pecunia.

Sed particula vsus pupulurif.

IDEM LIBRO XLVI. AD EDICTVM. Lex cxcv.

Pronuntiatio sermonis in sexu masculino ad vtrumque sexum plerumque por rigitur.

Huius principium legis fuit elucidatū cum sua materia in l. i. supra eod. quod videlicet sermo pro latus in masculino refertur ad vtrumque sexum, nempe masculinum & femininum. Et sic colligitur ex hoc tex. cum indefinite loquatur, quod sermo quilibet prolatus in masculino, refertur ad fœ mininum, non habita ratione vnus vel alterius di ctionis, dum materia pariat extensionem ad fœ minas, vt plene scripti in l. i. supra eod.

Sermo qui libet prolatus in masculino, refertur ad femininum.

Colligitur etiam quod dictio plerumque hic de scripra facit regulam, licet alias contra, vt scripsi in l. interdum. supra eod. siquidem hoc iure cautum inuenitur, in d. l. i.

Verbum pronuntiatio, cludicauit in l. pronun tiatum. supra eod.

Tertio notant quidā verbum Porrigitur deno tare extensionē, videlicet id quod extenditur: & sic non proprie secundum doct. Potest allegari tex. in l. 2. ff. de liber. caus. ibi, ad iniuriam nostrā porrigitur. & l. cum in adoptiuis. vers. quæ in filio diximus, hæc ad filiam extendimus. C. de adopt. hoc expresse Dec. tradit in l. 2. pu. 96. infra tit. proximo, facit lex, nō videbitur. de statu liber. l. inter. de dam no infecto. l. si quis id quod. ibi, sententiam edicti porrigendam esse. de iurisdic. omni. iudic. l. no minis. §. fin. & l. nunc. supra eod. l. 4. vsu fructuar. quemadmod. caueat. sed quia Iuriconsultus ipse hoc extendit, potest dici proprie, nisi alias vtatur verbo impropriam denotante, vt dicam in l. iusta. infra eod. Iuriconsul. ait, Liberos appellatio ad nepotes extenditur, in l. 2. §. non solum. ff. de excusa. tutor. cum tamen proprie liberorum no mine cōtineantur nepotes, l. liberorum. infra eod. vnde patet hoc verbum extenditur proprie accipiendum, cum hæc extensio sit à Iuriconsul. vel ab Imperatore, qui legis condendæ potestatem ha bet, l. nunc. infra eod. l. natorum appellatio ad nepotes extenditur, supra eod. idē quæ dicimus in hoc verb. porrigitur, quicquid hætenus scripserint iurium interpretes.

Porrigere.

Extendi quomodo accipiat apud Iuris.

Ita dicimus porrigere radices, in l. si plures. ff. arbor. furtim cæsar. porrigendum edictum, l. i. §. i. de tributor. actio.

Porrigere radices. Porrigere edictum. Porrigere præbere.

Alias etiam porrigere significat offerre, præbe re, in l. qua actione. §. Celsus. ff. ad legē Aquil. ibi, vnde asserit cum qui venenum pro medicamento dedit, causam mortis præstitisse, quemadmodum & qui furenti gladium porrexerit. item ad similia porrigendū, l. si in emptione. in fi. de cōtrah. empr.

Et porrigere manus iudices non debent, id est vltra procedere, à diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudica. vbi tex. exponit.

Porrigere manus.

Via latitudo ex lege duodecim tabularum in porrectum (id est in extensum) octo pedes habeat, in anfractum (id est vbi flexum est) sexdecim. l. via latitudo. ff. de seruit. rusticor. prædior.

§. Familix appellatio qualiter accipiat, videamus. Et quidem variè accepta est. nam & in res & in personas deducitur. in res, vt pote in lege duodecim tabularum his verbis: ADGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO. Ad per sonas autem refertur familia significata.

generis: id est non solū veterator dicitur spatio ser uendi, quādo longo spatio seruierit, sed genere & causa. & sic cōciliabitur l. præcipiunt. illo tit. quam Laurer. Valla dicit esse cōtrariā in lib. 6. c. 59. quā uis Alcia. lib. 4. de verbor. signifi. aliter distinguar. Sed nos tuebimur in hoc auctoritatē Iasonis d. l. in illa. de verb. obli. dicentis, quādo post aduersa tiuā est dictio etiam, vel copula Et, subintelligitur taxatiua solum, vel tantū: vt Cicero non eloquens fuit, sed etiā iustus, vel sed & iustus, id est non solū. facit lex, merum. magna. §. penult. ff. quod metus causa. lex, si eius. de rei vindic. ibi, perceptionem fructuum accipere debemus, non si perfecte colle ctū, sed etiam coeptū, &c.

IDEM LIBRO XLIII. AD EDICTVM. Lex cxciij.

Inter donum & munus hoc interest, quod inter genus & speciem. nam genus esse donum Labeo ait, à donado dictum: munus speciem. nam munus est donum cum causa, vtputa natalitiū, nuptiarum.

Hæc lex differentia inter munus & donum afsi gnat, hæc videlicet quæ est inter genus & speciem, vt donum genus est, indistincte cum causa vel sine causa quodcunq; donū comprehendens, à donan do dictū: munus autem speciem, quæ non nisi cum causa intelligitur. ideoq; Iurificō. interponit alter natiuam inter donū & munus, in l. solēt. in fin. ibi, ne donū vel munus ipse proconsul accipiat. ff. de offic. proconsul. vbi prohibendo facilius eluci dationis gratia hæc duo distinguit. De dono etiam loquitur l. munus. i. & l. sæpe. supra, & l. munus. in fra eod. Et quoad Alcia. opinionē volētis donum proprie non esse genus, scripsi in l. Tigni. supra eo. apud Iuriconsultos accipi genus pro specie. tunc igitur erit genus multa indiuidua continens.

Donum & munus quid differant.

Natalitiū

Natalitiū diu.

Natales.

Nuptiarū donum.

Sponsa an te nentur post mortē spon si restituere que ei dona ta sunt.

Nuptiale munus tu tori non im putandum.

Sequitur in tex. natalitiū, quod significat datū natalitiū: gratia: quædam odum etiam apparer in Euangelio Marti. 2. c. de tribus Regibus, qui Chris to in natiuitate obtulerit aurum, thus & myrrhā. hinc dies natalitius siue natalis, quo quis natus est: & dare natalitia, inquit Cicero in 2. Philippica: ho die non descendit Antonius. Cur? dat natalitia in horis. nos Gallicè dicimus, payer sa tatre, ou la feste de sa natiuitatē.

Et natales in plurali, teste Valla, cōditionem fam ilix & sanguinis significant, vt natales generosi vel obscuro, l. i. C. de natalib. restituend. l. pronun tiatum. in fi. supra eod. vbi dixi. Atq; diē quo quis natus est, l. cum bis sextus. supra eod. Aut dicuntur natales, scripturæ natiuitatis continentes annum, mensē, & diem. lege, neq; natales. vbi gloss. C. de probatio. Et natale sanctorum, dies mortis eorum vocatur, quia videlicet ad gloriā nascuntur. glo. in §. si. in st. de ingenuis & liberti. & l. cum quidam. ff. de annis lega. Restituere natalibus quid sit scri, pli superius in l. restituere. i.

Postremū est in tex. verbum nuptiarum, dicēdo munus cum causa intelligi, veluti donū nuptiarū, quod adhuc exerceri solitū est erga sponfos. Et an donata à sponso sponsæ fiant propria, vel teneatur ea restituere post mariti mortem, declarat in le ge prima, & lege, si mater. & lege, cum veterum. C. de donatio. ante nupt. loan. Lupus in repetit. c. per vestras. paulo post princip. de dona. inter vir. & vxor. quia verò parum est necessarium hoc nup tiale munus, ideo non imputandum tutori. l. i. §. præterea. ff. de tutel. & ratio. distrah. plura in hanc rem declarata vocabula ab Alcia. petere licebit, quæ huc transferre superfluum esse duxi.

tio, ita, cum de patrono & liberto loquitur lex familia: IN EA, inquit, FAMILIA. & hic de singularibus personis legē loqui constat.

Familia nomen quot modis sumatur.

Familia nomen unde dicitur. Famul, qd.

Diducere. Deducere.

Familia h hereditate.

Ereisco verbum unde dicitur.

Familia nomen quādo ad personas, & quādo ad res refertur.

paterfamilias disponere potest.

Nisi de contraria mente disponētis apparet: ut si dicat testator, volo familiam meā apud matrem alumnā esse, vel apud alium: quando quidem res non aluntur, intelligitur de personis. Ex præcedentibus igitur & sequentibus cognoscitur an ad personas vel ad res referatur, ut deciditur in l. i. servus plurium. §. fin. ff. de lega. 1.

Utpote, pro verbi gratia, ut puta, quædam odura expōitū in l. expensæ supra eod.

Non obstat quod nonnulli cōtra tex. hunc obijciunt, malè servari hic ordinem ab Imperatore præstitutum in §. fin. Insti. de iure natur. genit. & civili, quod scilicet prius tractandū sit de personis tanquam dignioribus, quā de rebus, cuius omnino contrarium servatur hic, nempe quia non instituit hoc loco tractare de personis nisi distinctionis & facilioris interpretationis gratia, præmisit in hac diuisione tractationem rerum, de quibus præcipue dicitur est.

Ita cum de patrono & liberto loquitur lex familia: ex ea, inquit, familia. Exemplum hic traditur quamdo famulū appellatio ad personas referatur, & vario modo legitur hic text. primum ab Alcia. sic: ita cum de patrono & liberto loquitur lex: ex ea familia, inquit, in eam familiam: volens dicere, & ex ea familia vnde Titius natus est in eam familiam adscribatur. Et tunc pro singularibus personis ipsorum accipitur verbum familia, nec iura cognationis cum aliis habent. Ob id distinguitur hic. Oldendorpius autem legit ita, Cum de patrono & liberto loquitur lex familia: in ea, inquit, familia, &c. Et hic quoque de singularibus personis legem loqui constat, & sensus erit, quod quando lex loquitur de patrono & liberto, tunc si dicat in ea familia sit libertus, in qua patronus, tunc de singularibus personis intelligitur, id est de patrono & liberto, & non de tota familia, id est non de corpore totius familiae. & hic sensus magis cōgruit text. qui dicit eū de patrono & liberto loquitur, ergo de singularibus personis intelligit.

Et hic de singularibus personis legē loqui constat. Cum igitur familia verbum ad personas referatur interdum singulares respicit personas, aliquando corpus familiae, sed hic de singularibus tantum personis loquitur, nam cum de singularibus personis loquimur, verbum familiae ad singulares personas refertur: quando verò de corpore, tunc corpus significat. Et ita, ut puta, vult dicere rex, nempe cum dicimus libertum esse de familia Titij, de singularibus personis Titij & liberti loquimur, nō de cognatis vel agnatis parroni & liberti, ut sit libertus Titij, non aliorū agnatorū vel cognatorū.

§. Familiae appellatio refertur & ad corporis cuiusdam significationem, quod aut iure proprio ipsorum, aut communi vniuersæ cognationis continetur.

Familia igitur in secunda significatione appellatio non solum intelligitur de singularibus personis, sed etiam refertur ad corpus, id est ad societate & multitudinē personarum: nempe sicut corpus ex artubus & membris compactum est, ita familia ex multitudine personarum. sic de corpore myfico, quod est Regni, cuius caput est Rex, & subditi mēbra, sicut de episcopo dicit text. in c. nouit. de his qua sunt à præla. & pulchre elucidat Ioan. de Terra Rubca in tract. contra rebelles Regum artic. 3. tract. 3. scripsi in concordia. Francia in rub. de conclusio. literar. concilij in princip.

Ceterum aduertendum est hanc non tam esse nouam significationē, quam membrū præcedentis significationis: scilicet ea familia qua refertur ad perso-

Utpote, pro ut puta.

Familia iure proprio quid.

Filius quando in patria potestate est.

Familia nomen ad corpus videtur.

ad personas, vel ad singulares prout dixit pertinet, vel ad corporis cuiusdam significationē, id est nō ad singularitatem, sed multitudinem personarum: quod rursum membrum subdividit, dicendo quod aut iure proprio ipsorum, aut communi vniuersæ cognationis continetur. demum ordine profecquitur in interpretationem hęcram membrorum: primò quo pacto iure proprio familia comprehendat plures personas, dicens prout sequitur.

§. Iure proprio familiam dicimus plures personas, quæ sunt sub vnius potestate aut natura aut iure subiectæ, ut puta patrem familias, matrem familias, filium familias, filiam familias, quique; deinceps vicē eorū sequuntur: ut puta nepotes & neptes, & deinceps. Pater autem familias appellatur, qui in domo dominium habet: recteque; hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat: non enim solam personam eius, sed & ius demonstramus. Denique; & pupillum partem familias appellamus. Et cum pater familias moritur, quotquot capita ei subiecta fuerunt, singulas familias incipiunt habere. singuli enim patrū familiarum nomen subeunt, idēque; euenit in eo qui emancipatus est: nam & hic sui iuris effectus, propriam familiam habet.

Proprio igitur iure quomodo sit accipiendum elucidat hic Iuriscōsul. variis modis, nam pater familias hanc sibi propriam habet, vel à natura, vel à iure, vel suo nomine patris familias cōprehenduntur familia: vel exponit Alber. iure proprio, id est appropriato singulis de illo corpore, nam diuersimode de prout diuersæ sunt personæ, cum hac adiectione familiae nominantur: quod non videtur. nec enim per familias seruū dici seruū familias, nec nepotem familias, hoc sequens diuisionis membrum confunderet, quam obre potius in harendo verbis Iuriscōsul. explicemus exemplū de familia qua iure proprio continetur, videlicet quando sub vnius potestate plures sunt, ut plures filij, seruus, & vxor: & natura sub patris potestate est filius, tum quod ab eo procreatus, tum quod vocetur à patre meus filius, tum etiā quod patri obedire teneatur. ad Colossens. 3. c. filij obedite patribus vestris, ad Ephesios 6. & naturalis est: ob id mutari nō potest. §. sed & naturalis. In sti. de iure natural. & sic per pactum fieri non potest quin patri sit obediēs. imò licet filius liberetur de iure civili in quibusdam casibus à patria potestate, l. fin. C. de decurio. lib. 10. tamen adhuc patri subditus est quod exēplo Christi probatur, qui & deus & homo erat. Et tamē legitur in Euāgelio, quod erat subditus illis, Luc. 2. c. nec potest ergo liberari filius quin sit patri subditus ex præcepto dei. Alij patria potestatis effectus, & ipsa patria potestas est de iure civili, ut patet in rub. de patria potesta. in Insti. nil mirum si contrario iure tolli possunt, l. eas. ff. de cap. deminutio. quamuis glo. aliter intelligat, videlicet de coniunctione naturalis, & Alciat. de aequitate naturali, ut vxor marito ex aequitate naturali subdita sit vestrū erit diuidi care cui velitis adharere. Et de hac familia loquitur l. i. §. si pater. 2. ff. de cōiungend. cum emācip. liber. & Aristot. ait lib. 1. politic. c. 1. quotidiana igi-

tur societas secundū naturā constituta, domus est.

Interea non est omittendū, quod dicit glo. inst. in l. i. §. i. ff. de verb. oblig. dicit filios etiam sexagenarios permanere in patris potestate, nisi fuerint emācipati: tamē de consuetudine generali Regni post viginti quinq; annos cōsentur emācipati, ideo que possunt esse in iudicio sine patris auctoritate, & alios adus facere, prout testatur Boer. in §. 2. de cōsuetud. iur. Nat. personar. in cōsuetud. Bitur. & Bauer. in §. 1. quib. nō est permitt. facer. testam. nec acquirit patri vsum fructū etiam si fuerit institutus dum esset atatis. viginti quinq; uor annorum: si tamē post 25. annum adierit, per l. nō dubium. vbi doct. C. de iure delib. tempus enim aditionis inspicitur, l. si solus. §. si. de acquir. heredit. Barr. & alij in l. si is qui pro emptore. §. q. princip. ff. de vñicap. vbi dicunt consuetudinē fingere huiusmodi emācipationē, ita quod non possit contrariū probari, quod videlicet pater nō emancipauerit, per glo. in l. fin. ff. quod met. caus. scripsi in meo tract. de fictionibus. veruntamen vidi ego contrarium seruari in patria Occitana, patre semper habere vsum fructū bonorum aduentitiorum filij, etiam sexagenarij, & quā diu pater viuat, nisi in casibus à iure exceptis.

Adhuc generali Regni cōsuetudine filius familiarum per matrimonium liberatur à patria potestate, & emācipatus fingitur: quæ etiam consuetudinē vigere in Hispania testatur Ioā. Lupus in c. per vestras. §. 43. & §. 73. de donat. inter vir. & vxor. facit glo. in c. mulier. 22. quæstio. secūda. Et in multis locis Italiae, secundum Anchar. consi. 213. pro isto patre.

Si tamen fuerit minor, & lædatur, restitui poterit, ut singulariter probat glo. in l. vna. C. si de momenta. possess. fuerit appella. quā ibi doct. approbant, & Alexand. in consi. 80. in 7. volu. docuit plenius in tract. de restitu. in glo. 2. art. 2. in 2. tom. cōmentar. in consi. Reg. Gallic. Quippe singuli solum consuetudo cum emancipatū, non verò maiorē. Emācipatus ergo si contraheret restitui posset, ita quoque; hic sic emācipatus. l. & si. §. sed & quod Pa. ff. de minorib. Bal. in arthen. si captiui. col. 2. C. de episc. & cler. & cōsi. 337. in 1. vol. Et sic in hoc sensu sapius audiui iudicari, vide in l. mercis. infra eo.

Aut iure subiecta sunt, Iure gentium seruus dominus subiectus est, seruus enim illo iure probatur adiuuētā. §. 1. Insti. de iure personar. l. i. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. iure quoque; ciuili filij & nepotes sunt in potestate patris, §. 1. Insti. de patria potesta. sicque; ius ciuile naturā secuti est, atque; eodem iure ciuili filij adoptiui subiciuntur adoptanti, l. cum in adoptiuis. C. de adoptio. & Insti. illo titu. ut sic proprie familiae patris natura dicatur filius, iure verò seruus, ut sequitur.

Subiecta, à verb. subicere, quod significat se iurisdictioni alterius cōmittere, supponere, l. est receptum, eoque; iure vrimur, ut si quis maior vel æqualis subiciatur iurisdictioni alterius. ff. de iurisdic. omniū iudic. l. i. de iudic. & non suppositū iurisdictioni scribit Iuriscōsul. in l. i. ff. si quis ius dicen. nō obtempera.

Hinc subiectus alterius iurisdictioni, id est qui in dominatu vel iurisdictione alterius est, l. penul. ff. de iurisdic. omni. iudic. ibi, ad viri matrimonij alterius iurisdictioni subiecti. vnde si quis vocatus à curia suprema, cansetur se subiectū Regi, in possess. puniri, fuit dictum, & in mente curie retentum quod sic, contra magistrum Ludonienm Cadot generalem Franciæ, anno 1418. die 21. Augusti.

Alias paulo generalius capitur hoc nomē subiectus, nō referendo ad iurisdictionē, sed aliam priuatā quādam præ se ferēs potestatem, ut hic, & in l. in bello, §. ideo. ibi. eorum vero qui per subiectas iuri suo personas possidebat. ff. de captiuis, l. inco-

Filius post viginti quæque annos cōsentur emācipatus.

Aditionis tempus inspicit debet.

Filius etiā sexagenarius patri vsum fructū acquirit. Estius familias vbi per matrimonium liberatur à patria potestate.

Seruus quo iure dominus subiciatur.

Filij quo iure patris potestati sint subditi.

Subicere.

Subiectus alterius iurisdictioni. Arestum.

Subiectus, potestati aliam priuatam subditus.

la. ad municipal. ibi, nec enim municipalis iurisdictioni in vtroque; municipio subiectus est. Licet autem praetor. §. i. ex quibus causis maior. l. r. de pecul.

Subiicere alique, pro alterius loco ponere.

Plerumque etiam videtur hoc verbo subiicere, pro alium alterius loco ponere, lat qui natura. §. cum me. ff. de negot. gest. ibi, sed si antequam usufruipias, cognoscas rem meam esse, subiicere debes aliquid qui ante petat meo nomine, nec videris dolum malum facere in hac subiectione. Hinc subiectus, pro supposito, in l. r. §. ad quaestiones. ff. de quaestio. ibi, nec facile credendum subiectam eam esse quam ambobus parentes dicunt, charam filiam habuisse. Et quod quis suo nomine exercere prohibetur, id nec per subiectam personam agere debet, l. 2. §. r. ff. de administratio. rer. & ibi, subiectis aliorum nominibus. ibidem. Et subiectas partus dicitur, in l. r. C. de falsis.

Subiectus partus. Subiici poenis.

Interdum subiecti poenis, pro poenis addici, affici, l. ordine. ff. ad municipal. ibi, quo crimine damnari huiusmodi sententiam meruerunt. durioribus. etenim poenis affectos, ignominia, velut transactio negotio postea, liberrari minoribus vero quam leges permittunt subiectos, nihilominus inter infames habentur. Et subiectas flagellorum ictibus personarum, l. eos. de decurio. ibi, in honestum tamen puro esse huiusmodi personarum flagellorum ictibus subiectas in ordine recipi.

Subiectus, pro appositione. Subiectum pactum.

Subiecta pacto poenae stipulatio, pro adiecta & appposita, l. rescriptum. §. si pacto subiecta sit poenae stipulatio. ff. de pact.

Subiectum pactum, appositum, l. lecta. versu. pactum autem quod subiectum est. ff. si certum petat. l. r. §. r. Ad Turpillia. Et transactum accipere quis potest non solum si Aequiliana stipulatio fuerit subiecta, id est interposita: sed & si pactum conuentum fuerit factum, l. 2. ff. de transactio.

Subditus pro supposito.

Subditus, suppositus, adiunctus, l. cum essent, ibi, maxime si pacto stipulatio subdita sit, ff. de seruitutibus. rustico. praedior.

Pater familias.

Pater familias dicitur quasi familiae pater, quod sit pater & caput totius familiae, & filius familiae, quasi familiae filius. ideo cum dicimus patrem familias, intelligimus nedum ipsum sed vxorem, filios & seruos. Et sic ubi familiae relinquuntur alimenta, deberentur & capiti familiae, & eius vxori, necnon filiis, seruis, & ancillis: quia familia comprehendit plures personas in eadem potestate existentes, & caput, vt in l. fi. C. eod.

Macedoni anum S. C. ad quos pertinet.

Sic igitur per hunc text. patet, exceptionem Senatufconsul. Macedo. competere filiofamil. & sic illi qui est in potestate patris, non vero alteri, qui solutus sit patria potestate: quia non dicitur filiusfamil. sed paterfamil. quae no. ad illum titulum Senatufconsul. Macedon.

Sub potestate patris qui dicantur.

Et natura filiusfamilias est sub potestate & familia patris: sed isti nepotes, pronepotes, alijque deinceps, iure quodam potius accessiois quam natura subiecti sunt, postquam enim patres illorum sunt sub potestate, ergo & nepotes, qui vicem illorum sequuntur, & pronepotes, & deinceps vsque in infinitum per lineam rectam descendentes. sed & descendentes ex filiabus, & neptibus familiae patris sequuntur, vt inferius patet. sic immunitas quae liberis & posteris alicuius data est, ad eos duntaxat pertinet qui eius familiae sunt, l. vacatio. ff. de mun. rib. vbi familia accipienda est vt hic.

Pater autem familias appellatur qui in domo domini habet. Hic quoque clarius elucidat Iurifconsul. quid sit paterfamilias, describens eum esse qui in domo sua dominium habet, id est auctoritatem & praesentiam. nam sicut dominus dicitur is qui domi praesens, & qui domus imperium habet, cuique omnium familiae parer: ita is dicitur habere dominium,

id est imperium domus, & illam potestatem.

Sic ergo domus hic capitur pro familia, & contentum pro continente, vt in l. penult. ff. de testib. & l. cum vnus. ff. de alimen. & cibar. leg. Ceterum in dubio praesumitur quis paterfamil. l. Titia. ff. soluto matrimo. Bart. consil. 42. v. 1. quod ego intellexerim mortuo patre, secus eo viuente. l. nam ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris: nisi esset filia coniugata quae transiret in alienam familiam de qua loquitur d. l. Titia. alias sequeretur patrem familias non habere dominium & carere auctoritate in domo & familia propria: quod aperte falsum est, cum hic dicatur, in domo dominium habet, non autem simpliciter dominium domus habere dicitur.

Domus pro familia.

Sic itaque domus accipitur hic pro familia & habitantibus in domo: quod poterit conducere decidendis pluribus in iure quaestioibus, vt potest testator legauerit alimenta Titio, & his qui de domo sua erunt, comprehenditur familia tam filia quam filiusfamil. necnon bastardi & omnes degentes cum Titio: quippe propria familia sunt, cum vnus. in princ. vbi glo. & doct. ff. de aliment. & cibar. leg. sic capitur in l. vna. C. si quacumque praedictus potest. vbi si quis subiectam sibi ratione iurisdictionis per metum acceperit in vxorem punitur decem librarum auri multa, & tam mulier quam eius domesticis eximentur a iurisdictione illius magistratus. l. r. C. ne lic. potent. Bart. in l. tutelae. ff. de cap. deminutio. quo loco intelligas domesticos seu de domo censendos, quamdiu permanent in domo, quapropter si filia alibi nupta fuerit, minime comprehenditur, nam vt etiam ex nostro text. intelligi potest, qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi, l. in delictis. §. r. ff. de noxal. actio. & priuilegium datum scholasticis & famulis suis, intelligitur de famulis quamdiu cum scholastico habitabit. auth. habita. vbi scripti. C. ne filius pro patre. l. tria. & l. diximus. in fi. ff. de excusatio. tutor.

His verbis, his q. de domo sunt, ad comprehendatur.

Dominus appellatio comprehenditur y quosportant nomē & arma domus.

Si vero dispositio respiceret nobilitatem aut aliam qualitatem, tunc appellatione domus venirent & intelligerentur ij qui portant nomen & arma domus: vt docet Bar. hic, & consuluit Alexand. consil. 213. ponderatis. col. r. in 6. vol. de eo qui debet distribuere bona illis de domo de la Turre, vt tantum agnati & ij qui nomen & insignia domus gestant continerentur. idem Barba. in repet. l. cum acutissimi. C. de fideicommissis. col. 1. 3. versu. quid autem sit testator. facit l. cum ita. in fin. ff. de lega. 2. Alexand. consil. 125. v. 1. pro processu. in 7. vol.

Domus pro domicilio.

Communiter etiam domus pro habitatione seu domicilio accipitur, l. in lege Censoria. infra eod. ita dicitur domus turissimum esse refugium in l. plerique. ff. de in ius vocand. & l. lex Cornelia. §. domum. de iniur. l. qui domum suam praebuerit vt stuprum vel adulterium cum aliena matrefamilias fieret, quasi adulter punitur. Et appellatione domus habitacionem significari palam est. ff. de adulteris: cum aliter nulla domus tutissima esse posset nisi periculo capitis sui domini custodiam tam a domesticis quam ab extraneis praestare serui cogantur. l. r. ff. de senatufconsul. Silan. Et ius occidendi filiam adulteram patri conceditur domi suae, licet ibi filia non habere, vel in domo generi. sed & domus pro domicilio accipienda est, l. nec in ea. ff. de adulter. Carol. Ruinus consil. 81. in quaestione. col. 2. in 2. vol.

Domus pro patrimonio.

Interdum quoque domus accipitur pro patrimonio, in l. r. C. de ingenuis & manumiss. ibi, ea quae de domo manumissoris habent, ea ibi relinquunt. Et ibidem Salicet. docet de vxore relicta usufructuaria totius domus, sic intelligi. probat Iacob. in l. r. nu. 8. C. ne liceat potentior. plus dicens consuluisse de quodam qui disposuerat, quod bona sua irent ad maio

ad maiorem de domo, vt intelligatur de maiore aetate: si quidem verba naturaliter sunt intelligenda, l. ex ea parte. §. insulam. de verb. oblig. l. fin. de his qui veniunt aetatis impetrauer. Alias plures quaestiones de domo scribit Benedic. in repet. c. Raynautius. in verb. domum. de testam. Secundum rem ergo & materiam discerni poterit quomodo accipatur domus.

Pater familias cur dominus dicitur.

Adhaec colligitur ex hoc text. Quod omnes subditi patrisfamilias recte vocant eum dominum, cum ipse dominium habeat, vereque dominus sit. Et sic a familia dominus vocari debet: quod facit ad consuetudinem Fraciae, vbi promiscue fere omnes vocantur dominos, Gallicè, *meisieurs* vt scripsi in proemio concordator. in verb. dominus.

Vxor est de viri familia.

Praeterea colligere possumus, quod vxor est de familia viri. Et in fauorabilibus si vir cum sua familia aui debeat, vxor etiam aletur: secus in odio, vt si Titius cum familia debeat expelli de ciuitate Parisiensi, non expelletur vxor, recte Alberic. hic & in traet. statu. in 4. parte. q. 110.

Pater familias etiam qui dicitur, est filius non non habet. Argumentum a correlatiuis.

Recteque hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat. non enim solum persona eius, sed & ius demonstramus. Pater correlatiue respectu filij dicitur, quando simpliciter profertur pater: sed si diceretur paterfamilias, non respicimus solum personam patris, sed & ius, & auctoritatem quam in familia habet. Et hoc vult dicere text. quod paterfamilias dicitur familiae pater, licet non habeat filium. aliam quippe familiam habet, vt vxorem, seruos, & ancillas, dominium obtinet in domo. & sic coniungit patrem dici, videlicet cum adiuncto familias, licet filium non habeat. licet enim regulariter valeat argumentum a correlatiuis, l. si. C. de indicta vidua. l. 1. & 2. de cupressis. lib. 11. tamen non procedit cum est diuersa ratio. ideo spiritus dispensatus vt patri succedere possit, & consanguineis, illis succedere: verumtamen ipsi parentes succedere non poterunt: quia non est eadem ratio, cum ipsi peccauerint cum procedendo, quod non admittit filius, c. nacti. 56. distinct. nec igitur ita facile princeps cum illis dispensasset, nimirum si penitus excludatur a successione. facit text. no. in l. curatorem. C. de interd. matrim. vbi doct. & sic consuluit Benedic. Capras. col. 1. v. referret Euerard. in locis legal. in argumen. a correlatiuis. A simili nec quidem monachi seculares effecti succedere parentibus: quia per consuetudinem Francia successiones erant acquisitae per expressam consanguineis: quamobrem ab illis non auferenda. l. id quod nostrum est. ff. de regul. iuris. nec potest eis consanguineis consensus Papae vel Regis prauidicare, vel alius quorum interest non vocatis. l. de vno. ff. de re iudica. solum enim interuenit consensus circa spiritualia, & alia quae in bulla continentur. alibi tamen plenus dicitur, dum operapretium fuerit, quia hoc est eis odiosum.

Monachi seculares effecti non iure cedunt parentibus.

Denique & pupillum parvum familias vocamus. Vult dicere quod pupillus, etsi impubes sit, & sic filios habere non possit, tamen recte paterfamilias dicitur. sic igitur probat hic text. paterfamilias vocari posse, licet filios non habeat, quippe dicit text. in l. nam ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. patresfamilias esse qui suae sunt potestatis, siue puberes, siue impuberes: solummodo filiosfamilias & filiasfamilias quae sunt in potestate aliena, quamuis filios non habeant.

Pater familias etiam dicitur pupillus.

Et cum paterfamilias moritur, quotquot capita subiecta fuerint singulas familias incipiunt habere: singuli enim paterfamilias nomen subeunt. Intelligere locum hunc, quod si paterfamilias moritur, singuli ei subiecti ratione patris potestatis, vt filij & filiae, incipiunt habere familias. sicque filius quilibet mortuo patre vocabitur paterfamilias, & filia matrefamilias.

secus autem auctore defuncto, qui & filios & nepotes & in infinitum descendentes sub sua potestate habebat: quia tamen licet in oritur auus, nihilominus recursi sunt nepotes in potestate sui patris, §. r. quibus modis patrie potestatis soluit. nepotes. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. 2. ff. de vulgari. Ceterum & subiecti essent ratione dominica potestatis, vt seruus, remaneret in familia filiorum, etiam mortuo patre familias. l. seruos. ff. famil. erciscund. l. in ratione. 2. ad legem Falcid. Et ita intelligitur patre mortuo singulos filios vocari patresfamilias, & filias matresfamilias: tamen filij nubant, transeunt in familiam illorum quibus nubunt. Quod verò dicit text. *Quotquot capita*, ut singulae personae tam filij quam filiae subeunt nomen patrumfamilias, vt intelligamus etiam matrumfamilias, si quidem masculinum concipit femininum. Caput quor modis sumatur, scripti in lege licet capitula supra eod.

Idemque enoniet in eo qui emancipatus est. nam & hic hic sui iuris effectus, propriam familiam habet. Alio modo vult dicere text. efficitur, & dicitur quis paterfamilias, vt videlicet etiam viuo patre nouam incipiat habere familiam, vbi scilicet emancipatus est filius, id est extra manum & potestatem patris positus. Et de ista emancipatione loquitur Imperator in titul. quibus mod. ius patriae potestatis soluitur, in Instit. & in titul. de emancipa. liberor. C. & l. pupillus. in princ. infra eod.

Emancipatus an familiae nomine cōtineatur.

Verum notat Alciat. cum hodie emancipati instar suorum redacti sint, in fauorabilibus appellatione familiae continentur, per l. meminimus. C. de legitim. heredib. quod non arbitraret verum, quando emancipatus scorsum a patre habitaret. tunc enim data alimenta patri & suae familiae nequaquam extenderentur ad hunc emancipatum scorsum habitantem. siquidem aliam facit familiam & propriam, nec vocatur de familia patris: quemadmodum probatur ex §. filiusfamilias. de obligatio. qua ex quasi delicto. l. tria. & l. leg. in fi. ff. de excusatio. tuto. faciunt quae scribunt consuetudinarij, maxime do. Ferron. in consuetudin. Euredgal. in rubr. 1. artic. 2. post Benedic. in repet. c. Raynautius. in verb. matrem. nu. 25. Et in verb. si absque. in 2. nu. 45. rubr. de papillari. de testam.

Emancipatus quis.

Praeterea voluerunt nonnulli emancipatos quoque dici qui aliorum sunt, quorum vtrumque emancipatione sit, vt emancipo me tibi, id est me tua potestate trado. Festus Pompe. Sic emancipatus idem est quod deditus, & veluti in mancipium adscriptus.

Filius familias in castrensibus vice patris famul. fungitur.

Adhaec filiusfamilias in castrensibus, licet non sit emancipatus, vice tamen patrisfamilias fungitur, l. 2. ff. ad Macedo. & idem in quasi castrensibus, de quibus scripti in l. paterfamilias. supra eod.

§. Communi iure familiam dicimus omnium agnatorum. nam etsi paterfamilias mortuo singuli singulas familias habent, tamen omnes qui sub vnus potestate fuerunt, recte eiusdem familiae appellabuntur, qui ex eadem gente & domo proditi fuerunt.

Hac est quarta pars huius text. explicans aliud membrum diuisionis, vt cum superius satis explicauit, quando iure proprio dicitur vna familia, cum videlicet plures personae sub vnus potestate sunt: iam sequitur videre quod pacto iure commune dicitur ergo quod iure communi omnes agnati sunt vna familia. Agnati vero sunt descendentes ex sexu masculino. Cognati autem ex feminino sexu, §. r. Instit. de legitim. agnat. successio.

Agnati & Cognati.

Et si quis coegerit arma telave domi suae agrave, prater usum vocationis, lege publica de vitenerit, l. i. ff. de vi publica. vbi glo. exponit coegerit, id est habuerit. Sed melius exponendum videtur pro congregauerit. Et coactis odoribus ait text. in l. quicquid. §. i. ff. de acq. rer. dom. & lurisc. ait quod aqua plerumque hyeme cogitur, id est colligitur, & congregatur. l. vna. §. itagru. ff. de flu. publi. nauig. liceat. Et sepe fit vt emptor fructus suo nomine cogat, l. si seruus communis. §. locum. ff. de furt. & fructus coactos in l. seruus si heredi. §. r. ff. de statuliber. & villicus cogit fructus, l. 3. §. si quis seruus. ibidem.

Cogere pro congregare.

Cogere milites.

Cogere senatum ad que spectet. Cogere pecuniam aut stipendium.

Cogere collegii illiciti: quis dicitur.

Cogere pro compellere.

Cogere pro premere.

Cogere pro redigere & incorporare.

Familia nomine in redhibitoria quomodo sumatur.

Redhibere quid.

Redhibitoria actio.

Ita cogere milites dicitur pro colligere, Gallice leuer & amasser gens d'armes. facit lex, qui mittuntur. ff. quib. ex cau. maior. l. 2. §. dolo. vi bono. rapt.

Cogere senatum est ipsam congregationem, conuocare, Gallice assembler: quoad praedem spectat, & eo abiente ad antiquiorum. l. 2. C. de decur. lib. 10.

Cogere pecuniam publicam vel stipendium dicitur thesaurarius, Gallice leuer les ailles, ou les impositions. l. 1. C. quemad. ciuilia mun. li. 10. inde coactores receptores dicitur. l. Stich. §. si. ff. de statuliber.

Et qui cogisse dicitur collegii illicitum, apud praefectum vrbis accusatur. l. 1. in fi. ff. de offic. praefecti. vrb. Et cum in eadem nave mercatores varia mercium genera coegissent, id est congregassent, l. 2. §. cum in ead. ff. ad legem Rhodiam de iactu. l. 3. §. si quis seruus. de statuliber.

Praterea cogere compellere est, l. sed & partus. l. sed mulier. & per totum. ff. quot met. caus. l. praetor. §. si. ff. de oper. noui nunt. & l. euenit. de damno iniur. & §. his igitur, in proem. ff. de penuria coactam dicit Iuriconsultus in l. si seruus. ff. de pignoratit. actio. c. 1. 23. quaest. 5.

Cogere, premere. inde coactam vindemiam, in l. si usufructuarius mellem. §. spicam. ff. quib. mod. usufructus amittit.

Cogere, redigere, & vt ita dicam, incorporare, l. si. ff. de requiren. reis, ibi, mandatis cauetur intra annum requirendorum reorum bona obfignari, vt si responderint, & se purgauerint, integram rem suam habeant: si neque responderint, neque qui se defendant habuerint, tunc post anni bona in fiscum cogantur. nam lapsa anno illa bona requisiti rei congregantur cum bonis fisci, & incorporantur fisco (vt vulgo dicimus) & cum illius bonis. facit l. in fraudem. §. eius. ff. de iure fisci. vbi sic scribitur: eius bona qui sibi mortem conscituit non ante ad fiscum coguntur, quam prius constiterit cuius criminis gratia manus sibi intulerit.

Item redhibitoria, &c. Subnequit hic aliud exemplum de familia nomine aliter sumpro, quam in praetato praetoris edicto, quo de familia publicanorum loquebatur. Exemplum igitur in redhibitoria est usufructuodi: Quod si emptor seruum vel equum emptum deteriorem post empriorem traditionemque fecerit, siue familia eius, tenetur venditori agenti redhibitoria contra eum, ratione vitij serui quod inerat ante venditionem. l. aediles. l. in princ. & §. r. ff. de aedil. edic. Familia enim appellatione omnes qui in seruicio sunt continentur, etiam liberi homines, qui bona fide ei seruiunt, vel alieni, necnon ij qui in potestate eius sunt, d. §. familia. ibid. Et sic familiae appellatione comprehenduntur tam filij quam filiae, tam serui quam ancilla.

Redhibere autem est licere vt rursus habeat venditor quod habuerat: & quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitoria est appellata, quasi reddito, l. redhibere. ff. de aedil. edic.

Hinc redhibitoria actio est quae emptori competit contra venditorum, qui rem latentis vitio affectam vendidit, vt venditor eam rem redhibeat, id est quasi rehabeat. Debet tamen emptor cauere quod dete-

riorem rem non reddiderit, nec ipse nec familia, vt d. lege, adiles. quod si res deterior facta reddatur, emptor tenetur. & hoc vult dicere text. iste. Et haec actio nisi intra sex menses intentata fuerit, finitur. Actio vero quanto minoris, anno durat, l. 2. C. de aedil. edic. hodie pro varietate locorum & consuetudinum varium praestituitur tempus, modo longius, modo breuius.

Et interdicto vnde vi. Additur hic aliud exemplum in interdicto vnde vi, quod competit deiectione ex aliquo loco immobili. nempe sic ait praetor: vnde, id est ex quo loco vi eum deiecit, aut familia tua deiecit, de eo quod quodque ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum, post annum vero de eo quod ad eum qui vi deiecit, peruenit, iudicij dat praetor. in l. i. ff. de vi & vi arma. vbi quoque dicitur: familia appellatio seruos continet & eos quos seruorum loco habemus. parui ergo refert, an quis suis manibus eiciat, an vero per alium. quare & si familia mea deiecerit ex voluntate mea, ego videor deiecit, d. l. i. §. deiecit. Et familia capitur tam pro seruis quam pro his quos loco seruorum habemus, videlicet pro famulis, & pro filiis, siue sint in potestate, siue sui iuris: siue cum patre habitent, siue seorsum, si tamen vim intulerint, vel cum violento, tempore vis illata, fuerint, d. l. i. & §. 3. de vi & vi arma. Sic igitur in vtrisque & rebus soli, & rebus mobilibus exemplum familiae tradidit: nempe in rebus mobilibus supra, cum est loquutus de vi bonorum raptorum, quae in rebus mobilibus locum habet: nunc autem in immobilibus per interdictum vnde vi, quod pro rebus soli tantum & immobilibus competit, l. 1. §. hoc interdictum. 2. & §. sequen. ff. de vi & vi arma.

Familia nomen quomodo in interdicto vnde vi sumatur.

Familiano men & omnes descendentes ab vno fonte continentur. Vendomia familia.

Familiae famus.

Familiae adoptiuae.

Item appellatur familia plurium personarum, quae ab eiusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur, sicuti dicimus familiam Iuliam, quasi a fonte quodam memoriae.

Prater significationes praedictas inserit hic Iuriconsultus aliam familiae significationem, vt quando dicimus familiam Iuliam, aut nobilissimam apud Gallos Vendomia, intelligimus omnes qui ab vno genitore, quasi a quodam fonte profecti sunt, intelligunt doct. quando ob antiquitatem originis isti nullo gradu se contingunt: aut alias inquit accipi pro agnatione. Ego vero sine hac distinctione intelligo tex. hunc, vt videlicet familia Vendomia comprehendat omnes qui ab ipso illustri fonte Vendomiae profecti sunt, siue sint consanguinei, siue non, & siue sint masculi, siue foeminae. Sed quando accipitur pro agnatione, tantum capitur pro illis qui ex vnus persona descenderunt, & pro masculis tantum, vel ab illis descendentes, ita in versu. communi iure dicitur ibi, qui ex eadem domo & gente proditi sunt, vel ex eadem progenie, eodem fonte. Verg. Iulius a magno demissum nomen Iulo. metaphoricè accipiendo fontem, non proprie, vt est titulus. ff. de fonte.

Adhaec agnati vsque tantum ad decimum gradum, familia in infinitum extenditur, vt hic, & §. fi. Instit. de legitim. agnator. successio. & de familia funesta loquitur Iuriconsultus. in l. si ex re domini. §. fin. ff. de stipula. seruo. & dicitur ea quae funus, & exequias exercet, vel ducit, vt l. 2. ff. de in ius vocan. vbi familiare funus appellatur quod quis agit pro familia.

Familia adoptiuia, quae ex adoptione procedit, siue arrogatione. l. sed si hac. §. sed & si filius. ff. de in ius vocan.

Inde familiaris, ad familiam pertinens: vel si capiat substantiae, dicitur is qui ex eadem est familia,

Familia-ria sepulchra.

Familiaritas pro proximitate.

Familiaritas pro conuersatione.

lia, vel est amicus & domesticus patrisfamilias. glo. & doct. in summa. 3. q. 5. & cap. in literis. de test. Et familiae sepulchra dicuntur quae sibi & familiaribus suis quis constituit, l. familiaria. ff. de religiof.

Familiaritas pro proximitate, vel similitudine accipitur, in l. 2. ff. loca. §. adeo autem familiaritatem aliquam habere videtur emptor & venditor. item locatio & conductio, &c. Insti. illo titulo.

Familiaritas pro conuersatione etiam seu conuersatione sumitur: vnde Callistratus ait obseruandum esse ius reddenti, ne in posteriore familiaritatem provinciales admittat. nam ex conuersatione & quali contemptio dignitatis nascitur. l. obseruandum. ff. de offic. praefid. & familiaritas parit contemptum inter fatuos, sapientes vero plus honoris tribuent. glo. in cap. quando. 86. distinct. Ampliores effectus huius familiaritatis alibi congepsi, vt superuacaneum videatur hic repetere.

Memorialium, idem in l. liberorum. infra eod. Memorialium, l. Massurium. supra eod.

§. Mulier autem familiae suae caput & finis est.

Mulier quomodo dicitur sua familiae caput esse & finis.

Mulier quum primum nupta est, initium familiae suae est & finis. nam in ea finitur agnatio, nec ad illam extenditur prior familia, ex qua fuit progenitas: veluti fingamus neptem meam vel sororem nuptam Solatio. haec proculdubio neptis finis est nostrae familiae Rebuffae; intelligamus quoad ipsam, simulque est initium & caput novae familiae penes Solatios. nec enim dicit text. quod sit initium familiae ad quam transit. fuit enim antea forsitan per ducentos aut plus annos. quam obrem intelligendum est esse caput & principium suae & novae familiae, vt ex huiusmodi matrimonio posterum nati non amplius dicantur esse ex Rebuffae familia, cuius haec mulier fuit finis, sed de Solatia. haec exempli gratia dicta sufficiant.

Vnde inferitur quod si privilegium concessum fuerit Titio, & suis descendibus masculis & foeminis, non extenditur ad filias nuptas, quae sunt finis familiae Titij, & caput alterius novae familiae, per istum text. & pro hoc allegatur text. in l. fin. C. de priuileg. scholastic. lib. 12. vbi hoc notant doct. & Corset. in singul. incipien. priuilegij. 2. & Barba. in clem. 1. col. 3. de electio. & in repet. l. cum actus simili. col. 62. C. de fideicommiss.

Priuegiu concessum Titio & suis descendibus masculis & foeminae in extendenda in ad filias nuptas.

Contrarium tenet Decius in l. 2. nu. 92. cum seq. ff. de regul. iur. cuius etiam sententia plures subscribunt, primum Alexand. consil. 125. viso numero. 6. in 7. vol. & de Ripa in respon. 3. rub. de rescrip. confirmat Do. Tiraquel. in tract. de legib. conubial. in r. fol. 7. plerumque alios in suam sententiam trahens. Quorum opinionio ego quoque ad stipulor, videlicet priuilegium concessum Titio, & suis descendibus, competere foeminis etiam nuptis, maxime cum fuisset dictum masculis & foeminis, tum quia sunt ex descendibus. Cum igitur verba conueniant, & dispositio. e. indemnitatibus. §. supra dicta. de electio. in 6. sed ab eis descendibus non, quia non descendunt ad Titio, sed a quodam alio extraneo: & sic conciliare, alias dum operae pretium fuerit plura scripturus: nempe filia Titij licet nupta, dicitur de genere & agnatione Titij, lege 1. §. ff. de iure iur. l. 1. in fin. de iniur. secus in filiis filiae, vtrique, & idem Iacobi. in l. cum quaedam puella. in fin. 2. lect. ff. de iur. iur. lict. omnia iudic. Et sic ex verbis priuilegij foret iudicandum.

Caput familiae.

Veruntamen per hunc text. diceret quod si princeps praecipiat, vt caput cuiuscunque familiae (Gallice vocamus chef de maison) teneatur mittere frumentum ad exercitum: si mulier sit vidua, quia dicitur caput suae familiae quoad regimen, tenebitur

mittere, per istum text. & a no. Bal. in l. vna. col. 3. C. quando non peten. pa. es peten. vbi quod dicit mulierem non posse dici caput familiae nisi abusuè, nec facere donum aut cognominare filios, intelligi potest viuo marito, vel antequam nubat: secus tuor. c. Raynurius de Oera. de testam. Quo in ortu tuta est dicitur caput, & filij sunt in sua potestate & Fallit quoad regimen. cap. ex parte M. de appella. uilegiis miseret pauper, quia tunc gauderet priper. inter pupil. & in personarum. C. quomod. im-

Finis pro exitu seu exitu.

Postremo in text. significandus. de offic. deleg. tremo, Graeci vocant finis pro exitu seu exitu, cum eo propositis finibus in l. haec verba, ille. eod. & quod opponitur exordio est extremis, supra. li. in proem. ff. & in proem. Insti. & est, §. discipulur. ff. de incend. inde finies lites ait lex pugna. in l. ff. de arbit. l. 1. de iure iur. l. 1. de re iur. l. ult.

Finitur actio, id est extinguitur. Finis est legem.

finiri a praetore oportet, l. quae omnia. §. 1. de p. curator. & finiri actionem, pro tolli vel extingui docet Vlpia. in l. metum magna. §. licet. quod met. caus. lege finita, id est definita, & constituta, l. non statis. §. nec video. ff. quemadmod. seruitur. amitt.

Finium negotiorum matrimonij.

Item negotium finitum dicit Iuriconsultus. pro perfectio, & consummato, in l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minor. matrimonium finitum pro dissoluto, in l. si extraneus. ff. de coactio. caus. data. societatis finita, l. si id quod. §. fin. & l. actione. §. item si alicuius. pro socio. & finita emptio, in l. 4. de lege commissor.

Finis societatis.

Finis pro limite.

Finis pro limite, id est termino. l. locus. in fi. ibi, sed fundus quidem suos habet fines, supra eod. & in toto titulo. ff. de termino amoto. & in l. 1. si mensor falsum mod. dixerit. l. 2. §. via autem publica. ne quid in loco public. l. postliminium. §. 1. ff. de captiuis. l. Titius. 2. de actio. empri.

Finium regundarum actio.

Hinc datur actio finium regundorum, vt fines regantur, id est statuatur in agris controversis: & fundus dicitur regi finibus suis, vt sciamus quantus sit: quemadmodum dicimus homines praecipitis & regulis regi: sic finalis questio dicitur cum agitur de agri finibus, & limitibus. l. in finalibus questio nibus. finium regund. & l. fin. de termino amoto.

Finalis questio.

Finis pro intentione.

Finis etiam pro intentione seu scopo ad quem omnia referuntur, vt ait Cicero: finis est quem referri ad omnem rationem oportet: vnde finis legis charitas, secundum Paul. Alias Cicero videtur vocare extremum, id est artis effectiorem. De multiplici fine iuris ciuilibis & canonici quare homines studeant, scribit Hostien. in princ. suae summae. §. fi. & Ioan. Faber in proem. Instit. & Archid. in cap. nonne. 37. distinct. & ait Cicero: finis bonorum, quo referuntur, & cuius causa facienda sunt omnia.

Finis pro certomodo.

Adhaec finis pro certo modo, vsque ad quem compensatio induci possit, l. in insulam. §. 1. ff. soluto matrimo. ibi, sumptus vero necessarios & vitales in praedia quae dotalia videbantur factos compensatis fructibus perceptis, ad finem superflui seruari conuenit. & idem in l. alteri. ff. de adimen. lega. sic docet Alcia. lib. Parerg. 10. cap. 17.

Finis pro forma.

Finis mandati diligenter sunt custodiendi, l. diligenter. ff. manda. alibi Iuriconsul. in l. si quis pro eo. ibidem ait, a forma mandati non esse recedendum. cap. cum dilecta. de rescrip. finem pro forma accipiendo.

Confinis, vicinus.

Confinem vicinum appellat Iuriconsul. in l. quod saepe. in fi. ff. de contrah. emptio. ibi, si quis in vendendo praedio confinem celauerit, quem emptor si audisset empturus non esset, teneri venditorum dicimus. Et alibi Neratius ait: saepe enim confines fundos etiam supra iustam estimationem interest nostra acquirere. l. si cui fundus. ff. de lega. 2. & lege penul. finium regund.

CAIVS LIB. XVI. AD EDICTVM Prouinciale. Lex cxcvj.

Familia appellatione & ipse princeps familiae continetur.

Familia appellatione & ipse princeps familiae continetur.

Caput familiae seu princeps illius quis sit ex superioribus patet: nunc docet Iurifconsultus illum quoque sub familia appellatione contineri. vnde si familia Titij fuerit exempta ab omnibus muneribus publicis, aequaliter, & a fortiori exemptus erit pater familias. siquidem familia nomen est collectivum, quod capite & membris constat: ideo ea comprehendit, sic per istam legem dicit Porcius in §. affinitatis. Insti. de nuptiis, quod ita caput affinitatis vt vxor erit affinis, quemadmodum princeps familiae est de familia. cui sententiae repugnant communiter alij interpretes. Ego vero conciliatio opinionum dicerem, vxorem quoad consanguineos viri affinem dici, & affinium appellatione vxorem venire in favorabilibus. Et idem in viro, vt consanguineus vxoris sit affinis: ita vt reciprocè prohibeatur matrimonium inter virum & consanguineos vxoris, & inter vxorè & consanguineos viri: quippe sunt affinitatis initium & caput.

Affinitas.

Affinitas enim dicitur quasi ad vnu finem vitas, quae est in viro & vxore quoad procreationem. nempe Genesios 2. c. in fi. dicitur: & erunt duo in carne vna. etiam duae cognationes quae diuersae inter se sunt per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: namque coniungendae causa fit ex nuptiis, l. 4. §. affines. ff. de gradib. nec tamen inter se sunt affines vir & vxor, alias coniungi non possent, sed ipsi sunt alij (vt praedixi) affines.

Princeps familiae & dicitur.

Cum autem loquitur hic text. de principe familiae, non intelligatis de principibus, id est de primis nobilibus, & Regia stirpe procreatis, quales vos estis egregij principes, de quibus loquitur text. in clem. vna. de baptismo. & Lucas de Penna in l. contra. C. de re militari, libr. 12. sed intelligitur hic text. de principe familiae, id est de cuiuslibet familiae capite. & sic non simpliciter princeps, sed cum adiuncto princeps familiae, id est caput dicitur: iuxta quod Ioan. Faber in proem. Insti. ait: quod licet quilibet imperet in domo sua, non tamen ob hoc Imperator dicitur.

Familiam suam quilibet corrigere debet.

Cum igitur quilibet dicitur caput, & princeps suae familiae, eam corrigere potest & debet, vt patet in rubr. & in l. vna. C. de emenda. propinquor. Et postquam est immediatus princeps suae familiae prohibere potest etiam Imperatori ne sua abutatur familia, vt docet Bal. in l. quod ex liberta. C. de operis libertor. scripti in vltim. q. tract. de congrua portio.

Imperator venit militum appellatione.

A simili dicitur glos. militum appellatione venire Imperatorem, tanquam militum caput, & quia se ipsum vocat commilitonem, in l. 1. ff. de militar. testam. Et vniuersitatis appellatione rector comprehenditur in favorabilibus, prout docent doct. in proemio decretal.

Princeps delicti.

An vero capituli appellatione veniat caput, vt pote decanus, archidiaconus, vel alius: & an sufficiat ex primere capitulum in mandatis & nominationibus, scripti in tract. nominatio. q. 8. in fin.

Princeps civitatis.

Interdum a Iurifconsultis auctor delicti princeps delicti vocatur, l. in hoc iudicio. ff. de seruo corrup. Adhaec magistratus civitatis vocatur princeps in l. spadonem. §. si civitatis princeps, id est magistratus. ff. de excusationib. tuto. & principè senatus vocat Cicero ad Attic. praesidem, vel qui primus est fententiae.

Principalis, id est principus.

Inde principalis, id est principus, in l. si quis nec causam. ff. si cert. pcta. Bar. in l. ambitiosa. & ibi ad-

didi. ff. de decret. ab ordi. faciend. scripti in tract. de senten. prouiso. artic. 1. glos. 6. Principalis etiam auctoritas dicitur, id est principis. l. hereditas. in fi. ff. de petitio. heredit. ibi, quamvis enim stricto iure nulla teneatur actio heredes ad monumentum faciendum, tamen principali vel potesticali auctoritate compelluntur ad obsequium supremam voluntatis.

Principalis auctoritas.

Verum cum tot sint & tam diuersae familiae significationes, quomodo si reperitur hoc verbum familiae in iure, vel in statutis, ordinationibus, seu aliis constitutionibus, quomodo accipitur? Respondeo multum esse difficile singulos casus separare: quamobrem inspicienda erit materia, & secundum eam interpretandum familiae verbum. nempe si testator voluerit domum in familia remanere, comprehenduntur tam agnati quam cognati, habita ratione proximitatis. l. fin. C. eod. & de hac intelligitur familia, vt probat Alex. consil. 113. volum. 6.

Familia nomen quomodo pro materia subiecta exponendum.

Adhaec si quis maritum filiae suae alere promiserit daos annos cum sua familia, intelligitur de personis marito & vxori necessariis, vt pote de famulis, ancillis, & nutrice, si filium anniculum habeant, non quod quotidie possit inuitare exteros, sicut nec conuictor. doct. notat in d. l. finali, & Barba. in repetitione. l. cum acutissimi. col. 59. C. de fideicõ.

Et sicut hic paterfamilias debet prouidere familiae in cibo corporali, sic in cibo spirituali. Et si quis fitorum maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est in fidei deterior, l. ad Timorh. 5. cap.

Idem si quis concessit Titio vt ex nem ore ligni capere possit pro se & familia, intelligitur pro necessariis sibi personis, & cohabitantibus, vt scribunt doct. in §. aequae. Insti. de actio. Cepol. in tract. de seruit. vrb. praedior. c. 30. idem dicentes in eo qui promisit coquere pro Titio & familia. notat Moeder. in c. cum ecclesia. de caus. possessio. etiã vnus familiae nomine continetur, l. 1. §. sed verius. ff. de vi & vi arma. l. fi. C. de verb. signific. Boer. in decis. Burdegal. qn. 213. dominus de Stiflago. scripti in l. derestatio. §. fin. supra eod. Et valet statutum quod pro delicto vnus de familia omnes teneantur, vt alij prouideant: text. vbi Bar. & patruus meus Rebuff. in l. iure. C. de fabricat. l. i. vbi plenius videre.

§. Faeminarum liberos in familia earum non esse palam est: quia qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur.

Liberi de familia patris non nascuntur.

Liberi non sunt de familia matris, sed patris: & qui nascuntur, familiam patris, non matris sequuntur. ex quo text. patet quod postquam de familia matris non sunt, nobiles dici non possunt ex parte matris, si pater non fuerit nobilis. siquidem nubendo plebeio perdidit nobilitatem, l. faeminae. ff. de senator. non potest ergo mulier dare quod non habet, l. nullus. & l. exeplo. C. de decurio. tractati plenius in §. cum vero. decollatio. in nostris commentar. ad concordata.

Filius non debet amare matrem nomine.

Secundo filij non debent à matre nominari, sed à patre, c. Raynaldus Beponis filius. de testa. Doct. not. in c. Raynaldus. ibidem.

Femina non habet filios sub potestate.

Tertio liberi non sunt in potestate matris: quia faeminae non habet filios sub potestate. §. faeminae. Insti. de adoptionib.

Patris privilegium & honore filij gaudet.

Quarto filij gaudet privilegio & honore patris, l. ne diutius. vbi patruus meus Rebuff. C. de agric. & censit. lib. 1. l. filiam. ff. de senatorib.

Filius sequitur patrem quoad originem.

Quinto quoad originem filij sequitur patrem, nisi concessum aliud fuerit ex privilegio. l. 1. ff. ad municipial. Et nisi fuerit illegitimi, qui matrem sequuntur. l. cum legitima. ff. de statu homin. quia mater est certa, l. quia. ff. de in ius vocand.

Sexto

Filius matrem sequitur quo ad conditionem.

Sexto filij sequuntur matrem quantum ad statum & conditionem: quippe si fuerit mater serua, filij quoque eius serui erunt, §. 1. Inst. de ingenuis. l. partum. C. de rei vindica. Et in aliis casibus traditis per Bened. in repet. c. Raynutius. in princ. de testa. vbi plene videre licet.

Familia publica & priuata.

Potremò non est omittendum in hac materia familiae, quondam apud Romanos duplicem habitam fuisse familiam, publicam scilicet & priuatam. Publicam, quae circa portus & muros erat disposita, in cuius locum successus est hodie magister portuum & limitum apud nos, de quo dicam in l. vinculo. infra eod. Alteram priuatam, quae rebus priuaris praeficiebatur, vt incendia vel mercede vel gratia extringerent. l. 1. ff. de offic. praefect. vigil. alia scripti in l. derestatio. §. familiae. supra eod.

VLPIA. LIB. II. AD EDICTVM.

Lex cxcvij.

Indicasse est detulisse, arguisse, accusasse, & conuicisse.

Indicare & demonstrare.

Indicare est quasi indicare, demonstrare, denuntiare, arguere, accusare, conuicere.

Indicium, si mercede data iudicium causa.

Primum ergo indicare significat demonstrare, comprobare. l. solent qui nouerunt seruos alicubi celari, indicare eos dominis. ff. de praescript. verb. l. qui vas. §. qui furem nonit, siue indicet eum siue non indicet, fur non est. ff. de furtis, vbi postea dicit, multum interesse, si furem quis celet, an non indicet: qui nouit, furti non tenetur, qui celat hoc ipso tenetur. facit l. quos nos. ibi, indicantes. infra. eod. Vnde iudicium dicitur merces data in dicationis gratia. l. 4. §. si tibi iudicium dederò vt fugitiuum seruum meum indices. ff. de condit. ob turpem caus. vnde per illum tex. colligunt doct. quod non tenetur quis indicare furem aut alium delinquentem. ideoque licitum est accipere mercedem pro indicando: nec turpiter dicitur quis accipere: quamobrem nec ab eo repeti potest. secus si acceperit vt non indicet: tunc enim ab eo qui accipit repetitur per conditionem ob turpem causam: siquidem turpiter accipit, d. §. si iudicium. & l. sequi. ibidem. Alias iudicium frequentius accipitur pro coniectura, praesumptione, vel argumento, vt doct. no. in l. de minore. §. tormenti. & l. fin. vbi Hippol. & Anton. Blanc. ff. de quaestio.

Indicium pro coniectura.

Indicare si rem quando gustineatur.

Ceterum perdit officium hac regula, quod quis non teneatur furem indicare, scilicet quando factum esset praecipuum à iudice, & proclama vt quilibet teneretur indicare haereticum, furem, aut alium sceleratum hominem: tunc enim obtemperandum esset & indicandum glo. & ibi las. in d. §. si tibi iudicium. Quemadmodum ab officialibus conceduntur monitiones de occultis contra scientes, & non reuelantes. itaque tunc qui sciens non reuelat excommunicatur, per cap. si sacerdos. de offic. ordinar. & cap. fin. de constit. in 6. vbi plene Philipp. Probus de his monitorijs tractat. verum ante istam monitionem non indicans furem non tenetur etiam de iure canonico: licet contrarium teneat glo. in cap. qui cum fure. de furt. & in cap. quod quidam. r. q. r. & las. in d. §. si tibi iudicium. nec quidem in foro conscientiae peccat furem non indicans: quippe non hoc praecipitur, nisi forte quis seruare voluerit monitionem euangelicam. nam si monitus eo casu pertinax fuerit in suo peccato, monitus est denuntiare ecclesiae: iuxta c. nouit. de iudic. licet glo. in c. nemo. de simon. contrarium tenere videatur, quae debet intelligi quarente possessore, vt in d. c. qui furem. si quis enim quarenti domino mentiatur, peccat ratione mendacij: sed nemine quarente, non tenetur indicare.

Quod tamen intelligerem non procedere in enormibus, vt pote haereticis, maieftatis, & proditiõnis criminibus: in quibus sciens delictum hoc committendum reuelare tenetur, propter magni periculum, teste Bar. in l. vtrum. ff. de parricid. & l. 1. §. occisorem. ad fenatucõ. Silan. secus in commissio, nisi plene valeat probari. d. l. vtrum.

Pretium si re inuenta non potest quis licite accipere.

Ceterum pro re inuenta non potest quis licite pretium accipere, nisi gratis illi & mera liberalitate datum sit: sed pro re quarrenda & inuenienda sic. l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt. vbi Bar. l. nauis. §. sed si nauis. ad legem Rhodiam de iactu, Angel. in §. fi. Insti. dererum diuif.

Indicare praestimare. Indicatio pro aestimatione seu aestimatione.

Indicare quoque significat pretium constituere, aestimare, quod vulgo dicimus appretiare: inde indicatum vinum, id est appretiatum. Et indicatio, aestimatio est atque probatio. l. Iulianus. §. quod autem. in fin. ibi, non debuit facilis esse ad temerariam indicationem. vbi Budae. ff. de actio. cm. pt. dicens indicare vendentis esse, mercari & liceri emptoris. Ego verò non improbarem quidem in hoc auctoritatem Budae, quin haec sit significatio & stre quantissima apud rhetores, nec tamen ita videtur accipienda in illo §. quod autem. sed pro assertionem indicatio sumetur. siquidem ibi venditor rem suam aestimando non temere agit. nam potest emptor detrudere ex illo pretio, alias non emere, l. si voluntate. C. de rescind. venditio. sed male facit assue-rando quod ignorat, ideoque Iurifconsult. ibi dicit, non debere esse facilem ad temerariam indicationem, id est assertionem, vt latius dicam in meis no. interpret.

Indicere.

Est tamen differentia inter indicare primae coniugationis, & indicere tertiae: quia indicere est denuntiare, vt indicere belum: etiam indicendo statueret, vt index indicit multam, l. aliud est fraus. §. si supra eo. & Rex indicit pecuniam populo, quasi statuendo praecipit pecuniam dare. Et indicit supplicationes Episcopus Clero, id est denuntio, id est imponere, quales operas praestari sibi vult dominus, & eas praecipere soluendas, l. vt iurifurandi. l. libertus. & l. imponi. ff. de oper. libertor.

Indicere vi dicitur puella an possit testator.

Et testator si indicat viduitatem, id est praecipiat legando puella, seu vxori ne nubat, non valet praecipuum: sed tollitur in titulo. C. de indicta viduitate. tollend. Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. cuiusdam Petro. in princip. de testam.

Indictiones & indicta.

Inde indictiones, seu indicta collecta vocantur, l. indictiones. de anno. & tribut. lib. 10. & in rubr. de indicto. ibidem.

Superindicta.

Superindictum, quod vltra indictum imponitur, vt in titulo. C. de superindictio. eod. libr. vbi vocatur tributum auctum. multa super hoc iactant doct. in rubr. C. de anno. & tribut. lib. 10. & do. Ioan. Maurrit egregius consiliarius in senatu Burgundiae in repet. l. vnic. C. quo loco mulieres munera subire soleant. lib. 10. pag. 40. versic. assertur.

Indicta causa damnata.

Alias indicta causa damnata dicuntur qui absentes non auditi sunt condemnati, teste Budae. in annota. postorio. ad l. 2. ff. de custod. & exhibitio. reor. non ab indico, sed à supino dictum dictu. indicta enim causa dicitur quasi non dicta.

Reus, quis.

De verb. inducere scripti in l. qui neque. supr. co. Sequitur in tex. reum. Reos dicimus teste Nonio Marcello non solum crimini & culpae obnoxios, sed etiam honestae rei, vel voti debitores promissi, à re quam debent deducere. l. nihil. in fi. ibi, cuiusdem pecuniae reus fuerat. ff. de inof. testa. l. 1. ff. de duob. reis. vnde Iurifconsult. ait confessum reum in criminalibus, l. cuiusque. in fi. ff. ad legem Iul. maiefta. sic & in ciuilibus pecuniae reu. l. seruus si heredi. in fin. ff. de statulib. §. cum tu. & l. Vranus. §. 1. de fideiussor.

G G

Reum à re quam debet etiam vocat text. in l. si debitor. ibi. post condemnationem reis in dultum est. ff. de iudic. vbi scripti. facit l. si. in princ. ibi. & si reus non ignoraucrit. quæ in fraud. creditor. l. delegare. de n. onatio. l. Iulianus. in fi. de verb. obliga.

Reus pro debitor.

Reus pro fideiussore.

Reum heredem pro debitor vocat l. heres. §. quod si stipulator. de fideiussorib. Et fideiussorem loci rei. si plures. in fi. & l. ex persona. ibidem. Sic etiam fideiussor vocatur reus. in l. 1. §. inbet. ff. de collatione. bonor. ibi. & reis & pign. ribus recte de collatione caueri. in l. 1. habere. §. caurum intelligitur. siue personis siue fideiussoribus caurum sit. supra eod. & l. 1. §. exceptiones. quæ reum actio non datur.

Reus stipulandi.

Reus promittendi.

Et non solùm re dicitur reus obligatus. sed etiam verbis. l. & per iurandum. §. & f. fideiussorem. ff. de acceptila. l. penul. iudica. solui. l. quod dicitur. de pact. inde cui promittitur reus stipulandi dicitur. & is qui promittit reus promittendi habetur. in l. 1. ff. de duob. reis. & l. stipulatio non valet. & l. ex ea parte. §. in insulam. de verb. oblig. l. amisi. de pignor. l. si fideiussorem. de condi. indeb. & passim per totum tit. ff. C. & Instit. de duob. reis.

Promissor. Stipulator.

Sic promissor qui promittit. & cui stipulatur. stipulator. l. 4. in fi. & l. eq. in fi. ff. de verb. obligatio. Ad promissor verò dicitur fideiussor. in omnibus. ff. de solutio. dixi in l. sponso. supra eod.

Duo rei stipulandi.

Duo rei promittendi.

Adhæc si res mihi & tibi promittatur. dicimur duo rei stipulandi. vt in tit. de duob. reis stipulan. & l. si duo rei stipulandi. ff. si quis cautio. si verò duo in solidum eandem pecuniam promittant. duo rei promittendi sunt. secus si separatim. vt in §. 1. cod. l. 1. & 2. ff. rem ratam haberi. d. l. si duo. §. 1. si verò duo credat. duo rei crededi sunt. l. si duo. ff. de arbi.

Puto verò duos vocari etiam si tres vel decem promiserint. aut si vis centum promissum sit. §. 1. & seq. Instit. de duob. reis. firmit glo. in rubr. ff. eo. sicut dicuntur secunda nuptiæ omnes post primas. vt in rubr. C. de sec. nupt. & in rubr. de vulg. per iurium interpretes.

Hinc quoque duo rei debedi vocantur qui rem eandem in solidum debent. l. si duo. in fi. ff. de arbitr. tuncque potest eorum quilibet in solidum conueniriæ condemnari. per totum tit. ff. de duob. reis.

Reus satisfaciendi.

Reus satisfaciendi accipiendi.

Item reus satisfaciendi dicitur qui satisfecit pro aliquo. vel eius fideiussor extitit. vt scripti in l. satisfaciendi. supra eod. & reciprocè reus satisfaciendi qui promissores alieni debiti. vel facti. & fideiussores accepit. l. qui hominem. §. quidam. ibi. dici potest quotiens reus satisfaciendi reo satisfaciendi heres extiterit. ff. de solutio.

Reus criminis.

Reus capitis.

Dicitur etiam reus criminis. criminofus. sceleratus. l. defuncto eo qui fuit reus criminis. & c. ff. de public. iudic. l. si quis reum criminis. de custod. reor. Reus capitis. id est accusatus de capitali crimine. seu notatus. l. penul. ff. de accusatio. l. sed & si quis. §. illud. si quis cautio. ibi. illud sciendū est eum qui idcirco non stetit. quia capitis reus factus est. l. capitis. de fideiussor. Alias vocatur reus capitalis criminis. in l. qui cum vno. §. reus. ff. de re militar. l. bona fides. de positi.

Reus homicidij.

Reus lenocinij.

Reus sepulcrorum violatorum.

Reus falsi.

Reus stellionatus.

Reus culpa.

Reus de cuius re dicitur.

Reus homicidij. pro homicida. l. si. circa fi. ff. de cust. reor. vel qui accusatus est homicidij. & idem in aliis dicemus. vt reus lenocinij. l. 2. §. ideo. ff. de adul. l. propexit. qui & à quib.

Reus sepulcrorum. qui sepulcrum violauit. l. si. ff. de sepulcro viola.

Reus falsi. l. cum falsi reus. de fals. Reus stellionatus. l. 3. §. sed & si quis. ff. de crimin. stelliona. l. cum quidam. de iure fisci. Reus culpa. l. idem iuris. in princip. ff. ad legē Aquil. qui idelicet in culpa est.

Et generaliter apud veteres dicebatur rei hi omnes. de quorum redisceratur. vt Cicero de Orator.

tores testatur. vnde reus stipulandi & reus promittendi. hinc & conuentionales stipulationes sunt quæ ex conuentione reorum sunt. reorum appellatione contrahentes intelligens. lege quinta. ff. de verbor. obliga. sed & quandoque Reus pro atrocitate facti sumitur. secundum Alcia. in lib. 2. Parerg. cap. 10.

Reum dare est aliquem debitorem delegare. id est debitorem concedere creditori ad soluendum id in quo debitor obligatus est. l. si rem. §. omnis. ff. de pignoratit. actio. l. delegare. de nouar. l. apud Celsum. §. item queritur. 3. de doli exceptio. l. cum seruus. ff. de verb. oblig. & l. si quis stipulatus sit Stichum. in fi. ibid. superius dixi in l. verbum exacte.

Reum accipere dicitur creditor qui alienius obligationem recipit. l. si vero. §. 1. ff. soluto matrimo. ibi. sed & si reum maritus accepit. ex promissorem. Aliis præterea modis vocatur Reus pro qualitate adiuncti. quod facillime ex prædictis intelligere licebit.

Inde Reatus deducitur. qui sumitur interdum pro crimine. siue culpa: quemadmodum accipit Imperator in l. 1. C. de iudaicis. & in l. 1. C. vbi fenator. vel clarissimi. dicens reatu excludere omnem honorem. Et sic frequentius capitur in iure canonico. c. 2. de foro compet. c. testimonium. de testib. cap. per vestras. de donatio. inter vir. & vxor. c. illa. de accusatio. vbi Feli. inter culpam & reatum assignat differentiam. vt reatus delictum cum dolo denotet. Culpa autem ponitur pro negligentia non dolosa: quod tamen non putarem simpliciter esse verum. siquidem culpa generale nomen est. teste Bart. in l. quod Nerua. ff. de positi. ob id comprehendit dolum quam negligentiam. reatu ergo continebit tanquã speciem culpa. sic etiam culpa reatum parit. vt plenè scribam in l. lata culpa. infra. eod. Et aliquando reatum pro veniali peccato exponit gloss. in cap. testamentum. 6. diffin. videte & iudicate.

Interdum pro defectu. in c. innotuit. de electio. iuncta glo. ibi. sed reatus semper culpa est. ideo sufficit prima expositio.

Quandoque reatus dicitur status seu conditio reorum. & qualitas. quasi ratus reus. id est arbitrarus. quod est quando quis accusatur. interim eius status & conditio reatus appellatur. & in reatu esse. id est in statu reorum. sic in reatu constitutus bona sua potest administrare. l. auferitur in reatu. ff. de iure fisci. Et si pater in reatu criminis est. filius impedimento ad honores esse non debet. l. 3. §. quod si pater. de munerib. & honorib.

Adhæc si diutino tempore quis in reatu fuerit. id est in statu. & conditione rei. vt pote in carceribus. & in squalore carceris. aliquatenus poena eius subleuanda erit. id est alleuanda. quod postea text. declarat. sic etiã constitutum est non eodem modo puniendos esse. qui longo tempore in reatu agunt. quam eos qui in recenti sententiam accipiunt. l. si diutino. ff. de poenis. est autem Reatus habitus ipse reorum. vt cum squalidi proluxa barba de salute litigant. & rerum suarum anxij satagunt. Alcia. lib. 1. supra. & in lib. 2. Parerg. cap. 10. vnde dicit Papa in c. cum dilecti. de accusa. ibi. ex labore tamen & pudore punitus. quos propter hanc causam incurrit. huiusmodi leuis culpa leuiter ei valeat indulgeri.

Item is qui in reatu deccidit. integri status deccidit. l. si. ff. ad legem Iul. maiesta. facit l. fin. §. fraudis. de bonis damnator. vbi sic ait: fraudis autem causã adoptio facta videtur. etiam si non in reatu. sed in desperatione rerum per consciētiam metu imminentis accusationis quis adoptet in hoc. vt ex bonis. quæ se amissurum cogitat. portio detrahatur. Et ita demum bona eius qui in reatu mortem sibi

Stipulationes conuentionales.

Rei dare.

Reatus pro poena.

Reatus pro culpa.

Reatus & culpa quid differant.

Reatus pro defectu.

Reatus pro conditione reorum.

Inuentum deccidit. integri status deccidit.

consciuerit. fisco vindicanda sunt. si eius criminis reus fuerit. vt si danaretur. morte aut deportatione afficiendus esset. ergo ante damnationem est in reatu. l. fin. §. 1. de bonis eor. qui ante sentent. mortem sibi consciuer. & idem habetur in §. fi. ibi. in reatu decesserit. & in l. fin. C. illo tit. sic intelligitur Budæ. in 2. annotat. in Pandec. dicens Iuris peritos errasse qui reatum pro crimine acceperunt. idem confirmans in commenta. linguæ Græcæ in princ. quem sequitur do. Corraf. lib. 2. Miscella. c. 20. sed videte iura C. in contrarium.

Interdum quoque reatus pro poena accipitur. in authen. de incestus nupt. in princip. colla. 2. ibi. vt necessitas sit eos quidē qui peccant sine reatu esse. eos. autem qui innoxij sunt. tanquam peccantes puniri: vbi glo. sic exponit.

Receptus inter reos dicitur tunc reus. quando reiectis exceptionibus declinatoriis dilatoriisque iudex in causã procedendum esse pronuntiat. teste Bar. & aliis in l. is qui reus. ff. de public. iudic. vbi in criminalibus loquimur de reo. intelligimus de accusato. vel de delinquente. l. vestem sordidam rei nomine. ff. de iniur. si verò in ciuilibus. intelligimus de debitor vel de conuento in ius. l. stipulatio ista. §. sicut. ibi. ex parte rei. ibidem. & l. eum qui. in fin. ibidem. l. properandum. C. de iudic.

Et reus principalis dicitur ad differentiam fideiussoris. vel alterius. qui alieno nomine se obligat. l. minor. 6. ff. de minor.

Deferre reum. Deferre reum est denuntiare. accusare. l. delator. & l. deferre. ff. de iure fisci. abunde scripti in l. delata. supra eod.

Arguere. Arguere id est argumētis & probationibus reum conuicere. Arguere siquidem est demonstrare & argumentis probare crimen commissum. l. licet. §. fin. ff. nauar. caupo. stabular. ibi. vt certi hominis factum arguamus. l. 2. ad legem Iul. repetund. & l. de tutela. C. de in integr. resti. l. 3. de adulter. ibi. nisi pater maritum infamem arguat. l. desiderium. C. de positi. l. si voluntate. C. de rescind. venditio. l. si filius familias. ibi. euidens arguatur eius sententia. ff. de iudic. l. cum mater. in fin. ibi. nam cum in officio testimonij testamētum arguitur. de inofficio. testam. l. solent. in fin. ff. de præscrip. verb. & quod liquido constare non potest argumētis cognoscitur. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re militari. l. denuntiaffe. §. si. ibi. falsis argumentis. de adulter.

Quod facit ad questionem sequentem: si statuto cautum fuerit vt si quis arguerit aliquem de hæresi. consequatur certum præmium. si quidem denuntiauerit. at non probauerit. nõ habebit præmium: quippe non dicitur arguere. nisi quoque cum conuincat. l. si quis in graui. §. si ex stipulatu. ff. de senatus. consul. Silan. l. 2. C. quib. ex caus. serui pro præmio. vbi Alberic. & in l. diuus Adrianus. col. 2. in gloss. l. ff. de custod. reor. vbi dicit generalem consuetudinem ita interpretari. quæ in iudiciis seruanda est. & sic debet intelligi.

Interdum arguere pro reprehendere. monere. c. qualiter & quando. 2. de accusa. versic. & quia non possunt omnibus complacere. cum ex officio suo teneantur non solùm arguere. sed etiam increpare.

Arguere pro accusare ponitur. vt hic declaratur. & probat l. diuus. 2. circa mediū. ff. de custod. reor. ibi. si quis erit qui cum arguat. l. lege. §. item diuus. de fisco. §. impuberes. Instit. de suspect. tutor.

Etiã arguere est argumentari: inde argumentum dicitur quasi argute inuentum. quod argute inuentum sit. Et de iure ciuili duo debet habere. quod scilicet concludat necessariò. & generaliter. necessariò. vt in l. neque natales. C. de verbat. cap. in præsentia. de probatio. Generaliter verò concludere debet. l. si remunerandi. §. si cui. ff. manda.

non omnium. ff. de legib. testis est Alber. in verb. argumentum. Iure autem canonico ad hoc vt concludat argumentū exigit tria: primò quod religio: ni conueniat: secundo quod disciplina: congruat: tertio quod saluti proficiat. text. in c. consuetudo. 1. diffin. & quibus modis arguatur in iure scribit Bal. in l. conuenticula. C. de episc. & cleric. & Euerard. in locis legalib. ac Cantuicula in topica. & Hegendorph. in dialec. legalis. ac Petrus Andræ Gamarus in sua dialec. legali.

Sequitur in text. Accusasse & conuicisse. Et sic qui debet aliquem accusare. debet eum denuntiare. accusare & conuincere. Conuincere autem aliquem est testibus vincere. vt not. glo. in l. fin. C. de compen. facit text. in l. 2. C. quor. appl. non recipient. tamen gloss. dicit hic posse conuinci per confessionem. per iudicia. aut alias. vt probat iste tex. Panor. & alij in c. at si clerici. de iudic. Hinc dicimus conuictum. Gallicè attain & conuincen. Et proprie per testes. instrumenta. & alia argumenta. non per confessionem: siquidem per confessionem superatus alio nomine & vsu comuni loquendi dicitur confessus. quod subteruenit ad declarationem multarum ordinationum Regiarum.

Insuper est notandum quod si detur præmium indicanti bona alicuius. quod is qui ea demõstrat. probare debet ad illum pertinere. & sic conuincere illum super his bonis: alioqui non habebit præmium. doct. in l. 4. §. si tibi. ff. de condi. ob turpem caus. vbi plene doct. Sic igitur hæreticorum delatores consequi debent tertiam partem bonorum. veluti cautum est in consli. Reg. in tit. des Lutheriens. ordi. 9. artic. 3. intelligendo vt hic.

IDEM LIB. II. DE OMNIBVS Tribunalibus. Lex clevij.

Vrbana prædia omnia ædificia accipimus. non solum ea. quæ sunt in oppidis. sed & si forte stabula sunt. vel alia meritoria in villis. & in vicis. vel si prætoria voluptati tantum deseruientia: quia vrbana prædiū non locus facit. sed materia.

Omnia ædificia tam in ciuitatibus quàm in oppidis. vel in villis constructa. etiã si stabula. vel voluptatis gratia facta sint. dicuntur vrbana prædia. & horti in ædificio superstructi: secus si horti consistant in reditu. vt linarij & olitorij. hoc in summa vult text. declarando quæ superius dicta sunt in l. vrbana familia. supra eod. nempe quod ibi generaliter dictum fuerat rustica prædia ea esse quæ ruri sunt. vrbana quæ in vrbe. declarat iste text. hortos nihilominus contineri appellatione vrbana. cum videlicet in reditu non consistunt: alias inter rustica connumerantur. vt inferius dicitur.

Ædificium ab æde & facio dictum existimat Varro. Et sic omne ædificium gratia vsus hominis factum. vrbana prædium vocatur. sic & tabernæ appellatione declarat Iurisconsult. omne vile ad habitandum ædificium venire. l. tabernæ. si pr. eo.

Et ædium appellatione continetur omnis species ædificij. l. qui ædes. in fi. ff. de incend. ruina. & naufrag. l. ambitiosa. de decret. ab ord. faciend. l. tigni. supr. eod. l. eleganter. §. non solum. ibi. ædificia diruit. de dolo. l. & si forte. ibi. de posuerit ædificiū. si serui vindicet. Lucas de Penna in l. maximarum. col. 2. C. de excusatio. muner. lib. 10. Adhæc appellatione ædificij aut superficiem significat. aut solum quoque. cui ædificium superpositum est. l. si fundum sub conditione. §. qui fundum. ff. de lega. 1.

Argumentum vt concludat iure canonico quod exigat.

Conuincere.

Confessus.

Premium indicanti quomodo detur.

Ædificiū quid.

Ædes in plurali.

Aedes in singulari.

Sed quamvis aedes praedia urbana dicantur, interdum tamen Iuriconsul exprimit aedes, & urbanum praedium, scilicet elucidationis verborum gratia, I. eorum. in fin. ff. de damno infecto. sicut licet aedes in singulari pro sacra dicatur communius, nihilominus Iuriconsul. etiam ad eam sacram dicit, in l. aede sacra. ff. de contrah. emptio. & in l. si reus. ibi, in aede sacra deponi. de procurator. l. stipulatio ista. in fi. de verb. oblig. Et aedes sacras, in l. si in aliquam. ff. de offi. pro consul.

Aedem quoque in singulari numero etiam pro domo saepe apud auctores probatos inveniri testatur Alex. in li. Genial. c. 6. g. videte. l. i. §. apud Iulia. ibi, oportere igitur rem deponi in aedem aliquam, donec de hereditate iudicetur. & l. ci. apud. in fi. ff. de positi.

Aedicula.

Diminutivum autem est aedicula, id est aedis sacrae appendix, ut docet Budae. per illum text. in l. sacrolegij. 2. in princ. ff. ad legem Iul. pecula. sed in meis no. interpret. clare demonstrat vix id sustineri posse.

Aedificatio.

Hinc verbum aedificare est proprie aedes facere: veruntamen interdum ponitur & refertur ad quodvis aliud genus constructionis, veluti naevum aedificare dicit Iuriconsul. in l. aufertur. §. quod a praeside. ff. de iure fisci. & sepulchrorum gratia aedificare non solum qui novum opus molitur intelligendus est, verum is quoque qui vult reficere, l. i. in fi. ff. de mortuo inferend. Adhaec insulam, id est domum aedificare, in l. si autem. §. penult. ff. de rei vindic. & l. si ego. in fin. de Publica. Ampla aedificia aedificare, in l. ex duobus. de nego. gest. Alius aedificare, l. 4. de seruitutib. vrb. praedior.

In oppidis, quid sit oppidum Iuriconsul. docet in l. pupillus. §. oppidum. infra eo. vbi etiam scribam.

Stabulum & hospitio.

Sed & si forte stabula sint. A stando stabula dicuntur, & sunt diversoria & hospitia in quibus peregrini longo tempore fessi stant, quae veteres stabula dicebant, vulgo tabernae vocantur. l. si pecuniam. in fi. ibi, a ruina in stabulo oppressus, vel vehiculo obrutus. ff. de condit. caus. dat. l. lex Cornelia. §. tantum. ff. de iniur. ibi, tantum igitur ad meritoria vel stabula non pertinebit. §. ite exercitor. de oblig. quae ex quasi delicto nascuntur. Instir. Potest igitur capi stabulum etiam pro quacunque statione, seu habitatione, & pro loco in quo aliquis stare consuevit, Graeci *σταβιον* vocant: unde & prostibulum dictum, locus ante stabula positus, in quo meretrices quaestus gratia copiosioris habendi, ex concurrentibus illuc aduenis manebat. hinc mulieres illae dictae sunt prostibulae.

Prostibula.

Prostibula mulieres.

Stabulum, p statione eorum.

Alias vero & frequentius stabulum dicitur equorum, & aliorum animalium statio & locus, in quo degunt: & quamvis moderni vix in hac significatione putent reperiri apud Iuriconsultum, pluries tamen ego reperi, nempe in l. aequissimum. in fin. ibi, stabulum, quod erat domus iumentis & carrucis vacans. ff. de usufruct. l. si. ibi, qui a stabulo abegit domitum pecus. de abigis. l. palam. ff. de ritu nuptiar. vbi gloss. & l. fundi. §. i. ibi, nec interest in stabulo iaceat sterquilinum, vel stramenta, an aceruus sit. de actio. empt. l. Scia. §. Tyranna. de fund. instruct. l. in omnibus. C. de curf. public. lib. 12.

Hara.

Equile.

Bovile.

Caprile.

Prater hoc tamen generale stabuli vocabulum, specialia quoque nomina habent huiusmodi animalium loca pro vario animalium genere, scilicet quo sues concluduntur, hara dicitur: vbi equi, equile: vbi boves, bovine: & oves, ovile, siue caula: caprile a capris, Graece *καυλός* vocatur, vel *ovis*. Quae quidem caprae sunt culturae, potissimum arborum imitac ac veneno, ut docet Varro lib. 1. de re rustica cap. 2.

Stabulare.

Et Graece stabulare vel stabulari dicitur, *σταβιλίζω*, alias stare vel habitare, vel in stabulo collocare:

unde stabularius is est qui stabuli animalium curam exercet, vel hospes qui alios recipit, l. i. §. caupo. nes. & l. nauta. & in rub. ff. nauta. caupo. stabu. & in rub. furti aduerf. nautas, caupo. stabularios. l. athletas. §. ait prator. de his qui no. infam.

Sequitur in text. *vel alia meritoria.* Meritoria dicuntur loca, quae gratia quaestus locantur, & multoties pro tabernis seu hospitibus, in quae viatores diuertunt. Dicta sunt autem meritoria a mercede, teste Valla lib. 4. c. 10. facit l. lex Cornelia. §. tantum. ff. de iniur. Et cum constituto tempore ex habitatio ne cum suis rebus discedunt inquilini, migrare dicuntur, ut in l. i. ff. de migrando. Et conductoribus olim erat consuetum Calendis Quintilibus, id est Iulius migrare. is enim dies conductionis erat primus, ut vult Cicero lib. 2. ad Quintum fratrem. & sic intelligitur. l. cum in plures. ff. loca. & l. qui balneum. qui potior. in pignor. habeat. quod elucidat Budae. in l. vlti. ff. de Senator. & Augusti. de emenda. iuris lib. 4. c. 14. dixi ego in 1. tomo commenta. in consi. Reg. in tract. de liter. obligat. artic. sexto.

Meritoria loca.

Migrare.

Dies migrandi olim constitutus.

Adhaec taberna meritoria est hospitium mercenarium, quod licet cui libet danti mercedem introire. inde equi meritorij, qui locantur gratia quaestus. unde Iuriconsul. in l. aequissimum. §. fin. ff. de usufruct. sic ait: item si domus usufructus legatus sit, meritoria illic facere fructuarius non debet. Quod autem dicit meritoria non facturum, ita accipe, quae vulgo diuersoria, vel fullonica appellantur: diuersoria capiens pro hospitio, vulgo *logia*, & fullonica, quae ad fullonem spectant, ut ars fullonica: volens dicere non posse locari exercenti illam artem fullonicam vilem & fetidam.

Taberna meritoria.

Mere, pro mercede alicui infiruire.

Nempe merere est mercede alicui inferuire & operari. inde miles ibi domicilium habere videtur, vbi meret, id est vbi stipendius militat, et si nihil in patria possidet. l. municeps. ff. ad municipalem. mandatis militis prohibebantur in ea provincia in qua stipendia mererent vxorem ducere. l. praefectus. & l. eos. ff. de ritu nuptiar. De hoc verbo loquitur Iuriconsul. in l. 3. §. i. ff. de donatio. inter vir. & vxor. & l. miles. & l. item miles. de re indica. Ita quoque meretrix a meredo, quod mercede suam exerceat operam, c. meretricis. 32. q. 4. meretrix autem meretrix alias significat dignum esse, ut mereris excusationem, id est dignus es excusatione. l. verum. §. ex facto. ff. de minorib. inde meritum pro beneficio praestitio, sicuti innumera extant exempla apud Cicero. & refert Valla lib. 5. c. 99.

Meretrix a merendo. Meretrix, id est dignum esse.

Mere imperium.

Merum imperium alias dicitur quasi purum, id est ab omni separatum mixtura, l. imperium. ff. de iurisdic. omn. iudic. sic stipulationes pratoriae dicuntur, quae a mero pratoris officio proficiuntur, hoc est solus pratoris iurisdictioni relinquuntur, non alterius iudicis, l. 5. de verborum obligationibus, Alciatus in l. i. de pratoris stipulationibus.

Pratorium pro loco, in quo Pratorius dicit. Pratorium pro domo Pratoris. Pratoris appellatio quid comineat.

Sequitur in text. *vel si pratoris voluptati tantum deservientia.* Pratorium locus est in quo prator ius dicit, ut in Evangelio, non introierunt in pratorium ut non contaminarentur, sed manducarent Pascha. glo. in lege, omnes. C. de Episcop. & cleric.

Secundo pratorium etiam vocatur domus in prator habitat. & pratoris appellatione magistratus omnes continentantur, cui exercitus pareret, ut est apud Fenestellam de magistratib. Roma.

Tertio pratorium significat domum amplam, magnificam, Regiam seu Imperialem. l. nulli iudicum qui provincias regunt in ciuitatibus in quibus sacra palatia, aut pratoria sunt, liceat his relictis priuatorum sibi domos ad habitandum, veluti pratoria vindicare, sed sacratissima modis omnibus inhabitare palatia seu pratoria cogantur, ut hac necessitate compellantur eorum reparationi prouidere.

Pratorium pro loco, in quo Pratorius dicit. Pratorium pro domo Pratoris. Pratoris appellatio quid comineat. Pratorium pro domo ampla & Regia.

Praefectus pratorio. Pratorium pro ducis tabernaculo.

dere. C. de offic. rector. prouinc. Inde qui his praesunt, praefecti pratorio vocantur, qualis est magnus magister hospitij Regij, teste Budaeo in rubr. ff. de offic. praefect. prator. & pratorium etiam tabernaculum ducis exercitus dicitur, ut est apud Lianum & alios.

Pratorium pro domo priuato vrbis magni hae constructa in agris.

Quarto domus etiam priuatorum magnifice in agris constructa vocatur pratorium, l. plenum autem usum habere debet, si & villa & pratorij circuli est. ff. de usu & habita. l. 2. de seruitu. rusticor. praedior. l. praedij. §. 1. de legat. 3. l. Titia. §. Gaius. ibi, pratorium vxoris vocat. de lega. 2. l. iniuriarum actio. §. si quem. ff. de iniur. ibi, ante pratorium meum piscari prohibeam: vbi accipitur pro domo magnifice iuxta mare: quas domos ita magnificas in agris constructas vocat Galli *filias*. siquidem stultum est ruri tam culta aedificia habere sine redditibus: plus enim eis reficiendis impeditur, quam possint emolumentum afferre. l. mediterraneae. C. de anno. & tribut. lib. 10.

Pratoria via.

Pratorium. Pratorium im.

Materia quid.

Urbana etiam castra dicit idem quod pratoria Iuriscosul. in l. si maritus. §. legis. vbi Budae. ff. de adul. Item via publica dicitur pratoria seu consularis, in l. 2. §. viarum. ff. ne quid in loco publico, ibi, publicas vias dicimus quas Graeci basilicas, nostri pratorias, alij consulares vias appellant.

Inde pratorius quod est pratoris, seu quod ad pratorum pertinet, ut ius pratorium quod pratoris intro duxerunt, quod interdum honorarium dicitur, in l. ius autem. §. fin. cum l. seq. ff. de instir. & iure. & in §. pratorum. Instir. de iure natur.

Sequitur in textu. *Quia urbanum praedium non locus facit, sed materia.* Materia dicta est quasi rei mater, quod ex ea efficitur, Graece *ἕδος* teste Luca in legem maximarum. col. 2. C. de excusatione. muner. lib. 10. unde vult dicere text. hic, quod locus in quo aedificium constructum est, non facit urbanum praedium, quippe non refert rurine sit locus an in ciuitate ad discernendum urbanum a rustico: sed materia, id est aedificium facit urbanum praedium. Qualem autem materiam hic intelligere debeamus, nonnulli perperam interpretati sunt urbanum praedium, intelligentes ex ea materia qua regulariter constant aedificia, lapidibus scilicet, calce, arena, gypso, & cementis, etiam si ruri constructa sint: si vero fierent ex materia rustica, utpote ex terra, arundinibus, stramentis, & alia simili materia, ex qua regulariter construuntur velle rustica, putarent tunc demum dictum praedium. Sed contra vanam eorum esse distinctionem patet: ut si apparet contrario modo quem ex hac materia rustica aedificium habitandi causa construxisse, nihilominus dictum erit urbanum aedificium, teste Alcia. quia non tam materiam inspiciemus quam patrisfamilias animam & ipsius destinationem. Sic igitur intelligemus locum solum seu arcam etiam in ciuitate non facere urbanum praedium, sed materiam, id est aedificium, seu aedificationem. nam eo ipso quod factum est aedificium, vrbanius vocatur praedium, per istum text. dicentem, omnia aedificia urbana dici praedia.

Urbana praedia omnia aedificia dicuntur.

Unde regulam generaliter eliciemus, omnia aedificia dici urbana praedia, quippe cum totum praedium est, arg. legis, Iulia. ff. de lega. 3. Amplia etiam si illud aedificium esset solium, & ab aliis prorsus separatum, vbi via forte vel ruri, dum habitationis gratia factum sit: quicquid in contrarium iactent recentiores. cum enim ait text. *in oppido & villis*, non ita praecise sunt haec intelligenda, ut excludat cetera aedificia aliis in locis constructa, quid enim si in ciuitatibus: quam obrem interpretabimur haec gratia exempli fuisse posita, non negando quin sola tabernae etiam in loco prorsus ab

aliis remoto dicantur aedificia urbana, argu. auct. calla. C. de sacrosanct. eccles.

Nec refragatur nobis sententia contraria dicentium, non satis esse aedificia habitationis hominum gratia facta, nisi & ea iuncta sint continetibus aedificiis, per §. stabula. iuncto hoc text. ibi, *in villis & vicis*: quia respondeo d. §. stabula. loqui in stabulo concludendis animalibus destinato: quemadmodum & in simili text. noster hic loquitur de hortis quos praecipue gratia redituum inde colligendorum habemus. Ceterum in aliis aedificiis contrarium patet ex hoc text. & aliis in hac materia allegari solitis; ut l. cum prator. ff. de iudic.

Addunt ipsi locum non facere aedificium urbanum, sed materiam, scilicet continetium aedificiorum: ut si in continentibus aedificiis sint, statim urbana dicantur, quod manifeste reprobatur per istum text. dicentem generaliter urbana praedia omnia aedificia esse, non solum quae sunt in oppidis, sed & in villis, & in vicis, siquidem villa proprie domus est extra urbem etiam sola, prorsus separata, & ruri constructa.

Villa quid.

Alias etiam sequeretur maxima absurditas, quod nulla praedia aut etiam palatia principis (quae passim videmus, & decet Regia maiestatem separata a domibus priuatorum) vocari possent urbana praedia, sed rustica, quemadmodum etiam domus instar instulae.

Contra etiam contingeret aliud absurdum, quod si aedificium iunctum esset horreis, vel aliis domibus rusticis, haec domus rusticatione illius continentis quam allegant, efficerent urbanum praedium: quod quam ridiculum sit, patet nam rusticam non potest facere urbanum, argu. l. quod si non sit. §. qui mancipia. ff. de edilit. edic. vbi glo.

Stabulum quomodo praedium urbanum sit & rusticum.

Quam obrem adhaerendo primae regulae, eam quoque ampliamus secundum nostrum text. in stabulo gratia habitandi paratos; ut tunc dicatur vrbanius praedium vbi cuiusque situm fuerit, etiam si non in continentibus aedificiis: verum quoad stabulum solum concludendis animalibus paratum, intelligas non esse praedium vrbanius, nisi domus sit contiguum. l. eo iure. §. stabula. ff. quib. caus. pignus vel hypothecae contrah. cuius text. verba refero: stabula quae non sunt in continentibus aedificiis, quorum ea praediorum numero habenda sunt, dubitari potest. & quidem vrbanius sine dubio non sunt, cum a ceteris aedificiis separata sint. ratio naturalis est, quia stabulum si acceptum sit gratia pecorae, quae sunt in fructu & redditu, ideoque dicitur rusticum, quando separatim est: sed quando contiguum, eo quod vrbano adheret, vrbanius dicitur. l. quae religio. ff. de rei vindic. Et huius est sententiae Cepol. in tract. de seruitut. vrbano. praedior. c. 11. & Alcia. hic, & communiter Doct.

Limitantur praedia cum aedificia principaliter forent constructa: fructum & redditum gratia, nam argumento ducto ab hortis circa fin. text. ibi, *plurimum in redditu sunt*, ista quoque aedificia dicuntur rustica. Idem si ad usum rusticum esset constructum aedificium, per quemadmodum ff. de suppellectili lega. vbi sic scribit Labeo: *Quemadmodum vrbanius feruus & rusticus distinguitur non loco, sed genere vsus: ita vrbana penus & suppellex ad usum vrbanius, non ad locum vrbanius, aut peregrinum dirigenda est: multumque interest penus & suppellex ea quae in vrbe sit an vrbana legerat, vel promittatur. unde suppellex vrbana dicitur quae ad usum vrbanius parata est; rustica quae ad usum rusticum.*

Aedificia rustica quae dicantur.

§. Proinde hortos quoque si qui sunt in aedificiis constituti, dicendum est in

vrbanorum appellatione contineri. plane si plurimum horti in reditu sunt (linarij forte vel etiam olitarij) magis hæc non sunt vrba.

Hortus un de.

Horti dicuntur quod in eis semper aliquid oriatur. vnde inter octo agrorum genera viliorem putat hortum Lucas de Penna in l. vsum aquæ. colpenul. C. de aquæ ductu. lib. 11. Alias etiam veteres hortum latius accipiebant pro villa, quod ibi orientur qui arma capere possent. vnde Plinius li. 19. cap. 4. sic ait: duodecim tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in ea significatione hortus, in horti verò significatione heredi.

Hortus pro villa.

Propriè verò fumèdo hortos quidam sunt animi gratia tantum, & ad delectationem, l. æquissimum. §. fructuarius, ibi, & si forte voluptuarius fuerit prædium, viridaria, vel gestationes, vel deambulationes. ff. de vusu fructu. Inde hortorum delicias, quod homines magnopere in eis sicut in studio docti delectantur, vocat Imperator in l. vsum aquæ. C. de aquæ lib. 11. Et quia ex his hortis domus redditur salubrior & amœnior, si sint in ædificiis. id est intra ædificia, vel cœnigia, ob id inter vrba computantur prædia, vt hic, & in l. prædiis. §. qui domus. ff. de lega. 3. vbi vendita domo venditur hortus intra continentia domus existens. Alias domus etiam ornatisimam sine hortis non domum, sed ergastulum, & tenebricosum carcerem, appellandam existimat Francisc. Crapald. lib. 1. de partib. ædium cap. 5. Quorum tamen horrorem in opiam excusarem apud Parisios ob hominum frequentiam. Et plenius de his hortis Bened. in cap. Raynutius. in verb. & hortum. de testam. quos primus perhibetur instituisse Epicurus philosophus voluptatis amantissimus, vt nobis testatur Cicero in libr. de natura Deorum. Et in hac significatione solum scribitur cum aspirationis nota, ad differentiam verbi ortus, quod originem significat.

Hortus qd primus instituit.

Quorum tamen horrorem in opiam excusarem apud Parisios ob hominum frequentiam. Et plenius de his hortis Bened. in cap. Raynutius. in verb. & hortum. de testam. quos primus perhibetur instituisse Epicurus philosophus voluptatis amantissimus, vt nobis testatur Cicero in libr. de natura Deorum. Et in hac significatione solum scribitur cum aspirationis nota, ad differentiam verbi ortus, quod originem significat.

Hortus in singulari, & horti in plurali, qd differant.

Addunt alij differentiam, quod hortus in singulari & plurali pro hortis olitoriis accipitur: in plurali verò pro arboribus consistit, teste Valla libr. 3. cap. 9. quæ differentia non exacte seruiatur.

De his hortis loquitur text. in l. 1. §. adeundi. ff. quand. appellan. sit. & l. cum vsum fructum. Quib. mod. vsum fructu. amitta. & l. penul. de donatio. inter vir. & vxor.

Vt horti vrbanorū appellatione contineantur, quot requiratur.

De viridariis scripsi in l. impensæ. in fin. supr. eo. Sequitur in text. versic. plane si plurimum horti in reditu sunt. linarij forte, vel etiam olitarij, & c. Tripliciter legitur iste text. primò linarij à lino: quippe si hortus sit linarius, id est lino producens, hortus ille describendus est inter rustica prædia, quia principaliter ad reditus augendos colitur, vsuq; rustico destinatus est. Alij habent lignarij, id est etiam si hortus sit lignarius, præcipuè videlicet ad reditum lignorum paratus, inter rustica connumerabitur, vt scripsi in l. carbonum. supra eod. l. ligni. de leg. 3. Interdum quoque legitur, vinearij, in quo scilicet est vinea. Sed vt cunq; legatur si principaliter ad reditum augendum factus sit, vrbanus non est.

Sic igitur duo requiruntur hic, antequam vrbanorum appellatione contineantur horti: primò quod in ædificiis sint, id est intra ædificia, vel in continentibus ædificiis: & ita prorsus à domibus separati non continentur inter vrba, vt patet ex principio huius §. proinde id quidem in hortis intelligendo, non in ceteris ædificiis, quantumuis separatis & disgregatis: quippe locus non facit vrbanum prædium, sed materia, id est ædificiū quod in hortis non est: alias ratione ædificij vrbanum est prædium.

Secundò requiritur quod in reditu non sint, quemadmodum sunt olitarij, linarij, olitorij, vel alij id genus, per hunc text. in versic. plane si plurimum horti in reditu sunt: & tunc non sunt vrba prædia.

Olus oleris dicitur omnis herba quæ in vsu cibarij exercetur, ab alendo, a, in o, mutata dictum, eo quod veteres oleribus alerentur, antequam fruges vel carnes essent in vsu. Et de his oleribus loquitur text. in l. plenum. §. lubentius, alias Iuuentius. versic. pomis autem & oleribus, & floribus & lignis videndum. ff. de vsu & habita. inde olitor qui hortum colit, & exercet olus ac vedit: de quo extat paræmia, sæpe olitor est opportuna locutus: & in Euangelio nominatur hortulanus.

Olitorius adiectiuum, quod ad olera pertinet, vt hortus olitorius, in quo olus creuit: & forum olitorium, in quo olus venditur, quod Romæ diu macellum vocitatum fuit. facit l. æquissimum. §. fructuarius. ibi, vt forte hortos olitorios faciat, vel quid aliud, quod ad reditum spectat. ff. de vusu fructu.

Nec omittendum lecturæ quoque diuersitatem esse in princip. versic. plane. & secundum antiquos libros lego sic: Plane si plurimum horti in reditu sunt, cui lectio melior congruit sensus, nempe si celestionis gratia magis quam reditus hortus fiat, inter vrba prædia cõporetur: secus si plurimum in reditu consistat, per d. §. fructuarius.

Alio modo legitur, si plurimum horti: quæ lectio mea sententiæ licet in idem reincidentat, minus tamen quadrare videtur: imò quodammodo superflua. quam obrem primæ adhaerere, legendo, plurimum, scilicet etiam legit Cepol. in tract. de seruitutibus vrban. præd. cap. 11.

Hanc vero legem ne quis infructuosam, aut solis herentem verbis arbitretur, ostendam non mediocriter esse vtilitatis: siquidè primo seruet ad declarationem titu. ff. de seruitutib. vrban. prædior. & rusticor. prædior. Quod illæ dicuntur seruitutes vrbanæ siue prædiorum vrbanorum, quæ debentur vrbanis prædiis: rusticæ verò, quæ rusticis prædiis. Quippe seruitus omnis denominatur a prædio dominante, tanquam à digniori, gloss. & Doct. in verb. computanda. l. 1. ff. de seruitutib. rusticor. prædior. l. queritur. ff. de statu hom. Cepol. in tract. seruitu. vrbanæ. cap. 11. l. in. §. æque. col. 3. Insi. de actio. Vrbanum autem prædium secundum nostrum text. appellamus omne ædificium, etiam si ruri sit, vt patet hic, & l. 1. ff. communia prædiorum. & §. prædiorum. Insi. de seruitu. l. ei qui. in fin. de petitione. heredita.

Interdum quoque Iuriconsul. vocat ædificium prædium, in l. ancillarum. in fin. ibi, nam & in multorum virorum prædiis honestorū lupanaria exercentur. ff. de petitione heredita.

Rusticæ seruitutes seu rusticorum prædiorum sunt, quæ rusticis prædiis debentur, & per hoc intelligitur rubr. ff. de seruitu. rustic. prædior. sciendo prædium rusticum id esse quod gratia percipiendorum vel colligendorum fructuum fit, vel plurimum est in reditu, vt hic, & l. locus. in fi. supra eod. & ego scripsi in arbor. seruitutum. Alias Iuriconsul. vocat rusticas res, & ædes vrbanas, in lege tugurij. supra eod.

Sic igitur horreum dicitur prædium vrbanum. l. si horreum. ff. in quib. caus. pignus vel hypothec. tacite contrahat. videte in l. impensæ. in verb. horreum. supra eod.

Adhæc nauis vrbanæ prædio magis conuenit quam rusticæ, vt in l. penul. §. fi. ff. de his qui deiecit. Bal. in l. certi iuris. col. 2. C. loca.

Molendinum verò quia plurimū est in reditu, computatur inter vrba prædia, secundum Cepol. in

Olus.

Olitor.

Hortulanus.

Olitorius.

Seruitutes vrbanæ quæ.

Prædium p adicipio.

Seruitutes rusticæ quæ.

Horreum, prædium vrbanum.

Nauis vrbanæ prædio conuenit.

Molendinum inter vrbanæ prædia cõputatur.

Horreum, prædium vrbanum.

Nauis vrbanæ prædio conuenit.

Molendinum inter vrbanæ prædia cõputatur.

in d. cap. 11. De quo molendino Papa loquitur in cap. cum olim. 1. de offic. delega. & de molendino aduentum, in cap. transmissa. De decim.

Idem censet in furno rurali Bal. in l. certi iuris. col. 2. C. loca. quod facit ad intellectum titul. C. de diuers. prædiis vrbanis & rusticis, lib. 11. & l. fin. de debitorib. ciuita. lib. 11. vbi patruus meus Rebuff. in vlt. no. dicit per illum text. possessores rusticorū prædiorum magis idoneos quam vrbanorū: quia subiacent vrba maioribus periculis, vt pote incendio, ruina, & aliis, quam rustica: vt no. in l. 2. ff. solur. matrimo.

Secundò prodest hoc scire, quod in vrbanò prædio, id est in domo quis pro debito capi non potest, l. plerique. cum lege seq. ff. de in ius vocã. Sed in rustico prædio sic. §. si duo fratres. de fra. de nouo benefic. inuesti. Cepol. in d. cap. 11. circa fin. lege, nemo de domo. ff. de regul. iur.

Tertiò per hunc tex. intelligitur quæ vrba villa appellatur, videlicet ea pars domus quæ sibi dominus ruri retinet, quæ pratorium dicitur in l. plenum. ff. de vsu & habita. scilicet quia amœnius, elegantiusque solet ædificari quam rustica: ideo fors let vrbanò decorari nomine, quæ vrbanis nitoris & elegantia. rustica verò villa est illa villa: pars quæ villicus colonus sibi habitandam obtinet, & iuxta familiæ lege, videamus. §. inter conductorem. vbi Budæ. ff. loca.

Trifariâ igitur villa diuiditur: prima vrba est illa quam dominus sibi habitandæ elegit, d. l. plenum. secunda est rustica, quæ villicus sibi ad habitandum recipit. l. videamus. in fi. locati. Tertia est fructuaria, in quâ fructus vehuntur, Gall. la granche, à grano: vnde à vehendo vllam dictam censet Varro lib. 1. c. 2. de re rustica, quod à villico in eam conuehatur fructus, & euehantur cum veneunt. De familia rusticana, & vrba dixi in l. vrba familia. supra eod. vrba mancipia, & serui vrbanî in l. is qui natus est. infra eod.

Quartò dicitur etiâ Suburbana villa, quæ est iuxta urbem, l. 1. §. adeundi. ff. quand. appelland. sit. & Suburbanum vocatur prædium quod est iuxta ciuitatem, vt horti in suburbis, l. 1. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutel. sunt. & l. si prædium. C. de præd. minor. & suburbana possessio dicitur quæ iuxta urbem est, in l. vxorem. §. legauerat. ff. de lega. 3. Et Imperatoris Seueri oratione prohibiti sunt tutores & curatores prædia rustica, vel suburbana distrahere, l. 1. in princ. ff. de reb. eor. l. 3. C. si quis igno rans res minoris.

Quo pacto dicuntur suburbia ciuitatum vici iuxta ciuitatē, cap. si ciuitas. de senten. excommun. in 6. scripsi in l. 2. supra eod. inde suburbani vocantur in colq; qui degunt in illis suburbis. l. 2. C. vbi senator. & clarissimi. l. in defensorib. de defensorib. ciuit. ibi rusticos, suburbanosq; nō patiaris affligi. Quintò declaratur. l. nā quod. §. si ira. ff. de penu legata, vbi dicitur vrba penus, quæ vrbito vsu est destinata. vrbitus enim adiectiuum, id est quod ad urbem pertinet, vel quod vrbitus est, vt ibi, & in l. quemadmodum. ff. de supellectil. lega. l. sed milites §. scribit. de excusa. tutor. l. fin. §. sed cum antiquitas. ibi. apud vrbiticam præfecturam. C. de curator. furiof. & via vrbitica, id est vrbitus, in l. 2. §. in interdictionem. ff. ne quid in loco public. & vrbiticam procuratorem in l. verum. §. ex facto. ff. de minor.

Sextò vrba plebs, quæ degit in vrbe: rustica, quæ ruri, l. vna. C. de capita. ciui. censib. eximend. lib. 11. & in eod. lib. vt nemo ad suum patrociniū suscipiat rusticos vel vicos eorum, ibid.

Inde prætor vrbanus qui in vrbe inter vrbanos & ciues ius reddebat: peregrinus qui inter externos, l. 2. §. deinde cū post aliquod. ff. de orig. iuris. l. 1. §. 1.

Inde prætor vrbanus qui in vrbe inter vrbanos & ciues ius reddebat: peregrinus qui inter externos, l. 2. §. deinde cū post aliquod. ff. de orig. iuris. l. 1. §. 1.

Inde prætor vrbanus qui in vrbe inter vrbanos & ciues ius reddebat: peregrinus qui inter externos, l. 2. §. deinde cū post aliquod. ff. de orig. iuris. l. 1. §. 1.

de reb. eor. qui sub tutel. Et quatuor tribus Seruius Tullius adiecit, quas vrbanas appellauit: in quas manumissos, si reipublicæ Ro. participes esse vellet, vt vna cum ciuibus censerentur, distribui in has post ea quatuor vrbanas Q. Fabius Rullus omnem forensensem factionem postea excretam censor coegit: quod adeo populo gratū fuisse dicit, vt ex hoc maximi nomē asequi meruerit, teste Alexan. lib. 1. Genial. c. 17. inde sanctū est vt vrbanus magistratus ab omni forde se abstineat, ne plus doni muneris in anno accipiat, quàm quod sit aureorū centum, l. eadem. in fin. ff. ad legem lul. repetund. vrbanicos milites pro vrbanis dicit Iuriconsul. in l. qui mittitur. §. præfectus. ff. ex quib. caus. maior.

Vrbanæ quoq; dicuntur arbores quæ non sunt siluestres, id est mites arbores, quæ fructu, aut aliqua dote, vmbra, vt officio humanos iuuant, & quia opera hominum sunt non improbe dicuntur vrbanæ: siluestres verò quæ sine opera hominum producuntur, teste Plinio lib. 16. cap. 19.

Vrba habitatio, l. item quia. ff. de pact. vrbanæ ædes, in l. iugurij. supra eod.

Frequenter etiam vrbanus dicitur facetus, disertus, qui scilicet in verbis, gestu, & vsu quandam præ se fert vrbis morem. Et plus honorandi sunt ciues etiam mediocres nobilis ciuitatis & magne, quàm alij rustici vel ciues alterius ciuitatis mediocris aut in finæ, vt ait tex. in l. vna. vbi ponderat Rebuff. C. de Alexand. prima. lib. 11. Alia vrba dicitur super sedeo, quia multa superius diximus in l. vrba familia.

PAVLVS LIBRO VIII. AD Edictum. Lex cxcix.

PAVLVS LIBRO VIII. AD Edictum. Lex cxcix.

Absentem accipere debemus eum qui non est in eo loco in quo petitur. Non enim trans mare absentem desideramus. Sed si forte extra cõtinentia vrbis sit, abesse videtur, si non latet.

Cum superius in l. mulieres. §. 1. cum l. seq. fuerit declaratum quando res dicatur abesse, hic de persona: ad cuius intellectum præmittendum est quæ pluribus modis absentem dici. Primò in iudiciis, vt abesse videatur is qui in iure non est. l. 4. §. prætor, ff. de damno infecto: vnde cum causa damni infecti sit pro iudicem expedienda, quia celeritatè desiderat, l. 1. & seq. ibid. abesse is intelligitur qui à tribunali abest, l. non tantum. §. a tesse. ff. de fidei cõmissar. liberta. vt hic procedi possit etiâ ad receptionem restium tam in ciuilibus, l. si quado. C. de testib. cap. 2. illo tit. quàm in criminalibus, nam licet de iure absens damnari non possit, secus per contumaciã de iure & consuetudine Regni, vt refert Boer. in deci. Burdegal. q. 63. minor. cõrumax.

Adhæc si vocatus ad ostensionem rei litigiosæ faciendam, quod nostri pragmatici faire veuè dicunt, si non interfit eo loci, in quo demonstratio fieri debet, absens dicitur, c. 1. & 2. de libelli oblatio. l. si irruptione. ff. finium regundor.

Item in distributionibus quotidianis habendis absens dicitur qui non est in eo loco in quo datur, licet alibi forsã in ecclesia esset, cap. 1. & per totū. de cleric. non resid. illo tit. in 6. scripsi in gl. concond. Et scholastic. quando possunt in absentia distributiones quotidianas recipere, docui in scholastic. priuileg. 31.

Absens præterea dicitur Episcopus q non est in domo episcopali, cui forte desideramus quidpiam

Vrbae et i bus.

Vrbanicè milites.

Vrbanæ arbores, & siluestres.

Vrba habitatio.

Vrba ædes.

Vrbanus pro faceto.

Abses quot modis dicatur.

Absesse intelligitur, qui à tribunali abest.

Abses quomodo dicatur episcopus.

insinuare, vel alios actus penes illum tanquam Episcopum exercere, ut scripsi in tract. nominatio. q. 14. Et alius quilibet beneficiatus quando non debet tam praestare residentiam in suo beneficio. Sic etiam Theologus quando non residet in sua praebenda Theologi. glo. residentiae. & glo. absens. de collatio. §. i. in eadem concordia.

Absens ut dicatur officialis regius.

Eadem ratione dicitur Officialis regius absens, qui non est in loco in quo habet officium: unde cautum est ordina. Regia, ut quilibet officium obtinens regium residere debeat in loco officij: & generaliter quando necessaria est ad aliquem effectum praesentia persona, nisi illa praestetur, habetur absens quoad illum effectum, ut in finitibus aliis comprobari potest exemplis.

Absens, qui extra urbem continetur est.

Alio modo & proprie secundum nostrum textum absens dicitur qui extra urbis continentia est, etiam si non sit trans mare, dum modo sit extra civitatem. idem fuit dictum in l. collegarum. §. fin. supra eo. his verbis: Qui extra continentia urbis est absens. Ceterum usque ad continentiam non abesse videbitur. Et alibi iurifcon. ait: Absesse reipublicae causa intelligitur is qui ab vrbe profectus est, licet nondum provinciam excesserit. l. abesse. ff. ex quib. caus. maior. & absentia eius qui reipubl. causa abest, neque necque alij danosa esse debet, l. absentia. ff. de reg. iur.

Absens rei-publicae causa.

Absens etiam dicitur quoad praescriptionem, is qui non est in provincia, nepe inter praesentes praescriptio currit per decem annos, inter vero absentes per viginti, §. primo, Institutionibus de usufructu. & l. fi. C. de praescriptio. longi temp. Et eadem provincia dicitur seneschallia, bailliua, seu gubernamentum, quando is contra quem praescribitur est in eo regimine & districtu. Alias absens. glof. in d. l. fi. in verb. in vna, quam ibi Faber & alij approbant, & ego scripsi: Faber & alij in §. i. col. 2. Inst. de usufructu. hodie moribus nostris potissimum in hac patria consuetudinaria sunt huiusmodi praescriptiones fere omnes reducat ad praescriptionem triginta annorum, ut scripsi in tit. de praescriptio. abunde quoque in meis interpre. ad ius canonicum.

Prescriptio in Galia quot annis praescribuntur.

Sed quoad declarationem provinciarum non est omnimoda canonistarum opinio, volentium Archiepiscopatu dici provinciam in c. fi. vbi Card. in. no. de maior. & obed. & doct. in c. de quarta. col. fi. de praescriptio. Alexan. in disputa. incipien. Sigismundus. col. 16. & l. in imperium. col. 7. nu. 19. ff. de iurisdictione. omni. iudic. Cuius sententiae adhaerendo putare ego quoque in eadem provincia censeri illum qui est in eodem Episcopatu, quoad praescriptionem, ut plene scribit Auffer. in decis. Tholosae. q. 42. & Ioan. Francisc. Balb. in tract. de praescriptio. in prima parte quarta partis principal. q. 2.

Archiepiscopus pariter provincialis est.

Adhac pater absens dicitur qui est extra dioecese sim, ad hoc ut filius sine eius consensu agere possit, quamvis alias sit in patris potestate, l. si legius. §. fi. ff. de iudic. l. cum filiusfamil. viaticum. ff. si certum pera. Auffer. in decis. Tholosae. q. 24. Alioqui in iudicio sine patris consensu stare prohibetur. l. fin. §. necessitate. C. de bonis quae liber. nisi in quibusdam casibus, quos glo. & doct. colligunt in l. is nulla. ff. de iudic. & Soci. regu. 151. incipien. filiusfamil. in iudicio.

Absens & is est, q. extra dioecese sim est.

Praterca dicitur absens qui non est in sua domo l. deniq; Cinna scribit: eum qui absentem accepit uxorem (forte in domo patris puella, vel in domo aliena, ut hic Parisius) deinde rediens (hic vir) a coena (extra domum suam habita) iuxta Tiberim perisset, ab uxore legendum responsum esse, responderet Vlpia. ff. de ritu nuptiar. Sic igitur constat absentem vocari quae aberat a sua domo, quamvis aliter huc text. intelligant doct.

Absens, qui non est in sua domo.

Ata dicitur absens ille qui ignoratur vbi sit, & an

fit, l. si ita pater absit, ut ignoretur vbi sit, & an sit. ff. de ritu nuptiar. hinc dicitur glo. in cap. non oportet. de consecra. distinct. 5. quod beneficium illius conferri poterit: sed eo reuerso collatio erit nulla, ut in praxi benefic. in titul. de reprob. benefic. viuen. in perra. in 8. poena. nu. 21.

Absens quoad stipulationem & locum dicitur.

Item quoad stipulationem dicitur absens, qui vocem alterius non exaudit, & nil respondet. l. i. ff. de verbor. oblig. vbi Bar. & doct. §. i. Inst. illo tit. & §. fi. de inutil. lib. stipula. ibid. l. inter absentes. C. illo tit. dicitur in l. coram. infra eod. cap. auditis & intellectis. de electio.

Absens heres, qui extra territorium dicitur.

Item heres absens dicitur qui est extra territorium dicitur, l. heres absens. ff. de iudic. Bar. in l. 3. §. fi. q. penul. de duob. reis. & ad hoc ut si de iustor possit conveniri non discusso principali §. i. in authen. de fideiussor. colla. l. vbi glo. in verb. praesentes. glo. & doct. in l. fi. si certum pera.

Furiosus & loco absentis est, & loco absentis est.

Furiosus tamen absens loco non est habendus, vbi requiritur illius voluntas: siquidem in eo deest animus. sic intelligitur l. 2. ff. de procurator. at vbi filius aliquid operari potest absente patre, vel eo non contradicente, aut negotiū eo abiente geri, quod non potest facere eo praesente, vti in iuriam mouere actionem: tunc pater furiosus loco absentis habetur. l. sed si vnias. §. filiofamilias. ff. de iniur. ibi, nam & hic pater eius loco absentis est. l. 2. in fi. soluto matrimo. l. vbi non voce. in fin. de regul. iur. Et absentes dicuntur quoad contentum praestandum, & ut aliquid coram eis fieri possit. l. diem proferre. §. coram. ff. de recept. arbit.

Furiosus & loco absentis est, & loco absentis est.

Aliis etiam modis quis dicitur absens, prout subiecta dicitur materia, ut in l. 2. §. si absens. ff. si ex noxal. caus. agat. l. profectura. §. sed si proponas. ff. de iure dotium, l. 2. §. voluntatem. & lege, si cum doct. §. eo autem tempore. ff. soluto matrimo. l. vbi absent, vbi Bal. de tutor. & curat. dat. ab his. l. quotiens. in fin. ad municipal. Alexan. in l. i. in 2. no. de verbor. obliga. l. fin. de in integrum restit. & l. testamento. de aliment. & cibari. lega. l. quia absente. C. de procurator. l. ea quae. C. quomod. & quoad. iudex. cap. quia propter. c. coram. & c. dudum. 2. de electio. vbi Panor. & alij in c. licet. de foro compet. c. causam. de dolo. c. potuit. de locato. c. si de legatus. de offic. de lega. clem. vti hi qui de estate & qualita. Et Maleret. in tract. de electio. fol. 85.

Cardinales quomodo absentes dicuntur.

Sic absentes dicuntur Cardinales quoad Papae electionem, qui scilicet extra civitatem sunt, vel continentia illius vbi Papa mortuus est, vbi periculum. §. i. de electio. in 6. facit tex. in l. fi. C. de leg. lib. i. vbi Rebuffus inquit, quod ad consilium civitatis vocandi sunt qui sunt in civitate, nec expectandi, nec quidem vocandi sunt absentes extra urbem, & continentia civitatis, ut hic.

Prescriptio decennalis & vicennalis.

In finitibusque aliis in iure articulis subservire potest: verbi gratia, quoad praescriptionem decennalem inter praesentes & vicennalem inter absentes, vel etiam ad restitutionem minoris, dum ipse ab hereditate abstinet, quia vocandi sunt qui in vrbe sunt. Absunt vero qui extra sunt, authen. si omnes. vbi glo. C. si minor se ab hereditate abstinuerit. & in l. sub signatum. §. attestari est absenti denuntiare. supra eodem.

Canonici quomodo absentes dicuntur.

Adhac absens dicitur canonicus qui extra urbis continentia est, ut ad electionem vocari debeat, si commode possit, cap. cum in ecclesiis. de praebend. in 6. si tamen alij canonici viderent quod Papa vel Legatus possent eos praeveneri, interim dum vocarent absentes, liceret tunc etiam non vocatis absentibus procedere. Hostiensis in §. qua liter. versic. quid si tunc an. de electio. quem refert gloss. in verb. non valeant. §. visam, de collatio. in pragma. sanctio.

Sequitur

Transmar-

Sequitur in tex. trans mare, id est ultra mare, l. verum. §. ex facto. ff. de minor. ibi, cum susceptam tu telam non alij soleant deponere quam qui trans mare recipit. causa absent. l. vti que. in fin. ff. de rei vindic. ibi, tras mare misit. l. si mulieri. quib. mod. v. usufruct. amitta. ibi, tras mare profecta, l. 3. §. cum exaret, de Carbo. edic. ibi, qui forte tras mare abiecit. & l. i. de nautic. foenore.

Transflumen-

Trans flumen. l. 4. in princ. ff. de noxal. ibi, quid si contemnat dominum, vel cum trans flumen sit, servus vidente quidem sed inuito domino noxam nocet.

Transiungere.

Interdum haec dictio coponitur, ut transfigurata res, de quibus scripti in d. l. mulieris. §. i. supr. co. Transferri elucidari in l. vinaria vasa. & l. in conventionibus. infra eod. Transisse, l. Herennius. supra eod. Transigere, l. tranfacta. cum l. seq. infra eod. Transungi in l. aediles. 2. §. quaesitum. ff. de aedilit. edic. vbi de mula quae non potest transungi ut sana non sit, id est si non patiatur se mutari de vno loco quadrigae in alium, quadrigae vehendo. Traicere, vide in l. haec adiectio. supra eod. Desideramus. De verbo desideramus scripti in l. saepe. supra eod.

Transiungere.

Forse. Scripsi etiam de verbo forsitan & forsitan in gloss. concordator. in verb. dispensationum. dicens interdum esse notam assertionis. adde quae scripti in l. ostentum. supra eod.

Vsque ad ipsi relati.

Vsque. In huius dictionis interpretatione quibusdam ex nostris satis visum fuit dubiam eam esse dicere alij alios citando altercantur, nil certi afferentes. ego vero pro virili significationem eius ex intimis iurifcon. responsis inquirendo, rem omnem pro varietate subiectorum distinguendam esse censui, hoc quo sequitur modo. Nempe interdum haec dictio visque respicit tempus, vt visque ad biennium quis promoueri non teneatur, & tunc biennium includitur, scilicet quod infra illud tempus promoueri non teneatur, vt scripsi in formul. dispensa. de non promouendo, in praxi beneficial. facit l. i. in fi. ff. de minorib. iuncta l. 3. & sic capitur in citationibus, & dilationibus, si termini sint copatibiles, vt docet Bald. in §. & quia. col. 7. vers. extra. no. de his qui sent. dare possunt. allegat. no. in cap. i. de ordina. a non suo episcopo. l. & puto. §. usufruct. ff. si mil. eriscun. l. sicut. quib. mod. usufruct. amitta. Et qui promittit vsque ad Calendas Iulij, ipsa quoque continentur, l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. obli. 29. qui aduentum successoris administrare potest, ipse aduentus expectandus est, l. meminisse. ff. de offic. proconsul. l. emptor. in fi. de pac.

Vsque ad ipsam velatum.

Interdum respicit personam, in l. post duos. C. de aduoca. diuersor. iudicior. ibi, a primo vsque ad sexagesimum quartum Imperialibus beneficiis censensuram perfrui, l. i. de senator. ibi, senatores autem accipiendum est eos qui a patricijs, & consularibus vsque ad omnes viros illustres descendunt. l. 2. ibi, vel si quis alius vsque ad Centurionem. ff. de his qui non instam.

Vsque ad numerum velatum.

Alias respicit numerum, vt vsque ad duos aureos. l. id est. ff. de dolo. Aliquando respicit actum, vt vsque ad infinitum, l. nuptiae consistere. ff. de ritu nuptiar. & vsque ad mortem voluntas durat. l. cum hic status. §. si sponsus. de donatio. inter vir. & vxor. l. i. de sacrosanct. eccle. & ambulatoria est de functi voluntas vsque ad mortem. l. 4. ff. de adimend. lega. vsque ad certum modum capere, l. qui testamentum. ff. de proba.

Vsque inclusiue accipiuntur.

Regula igitur ex praemissis resultat, dictionem vsque accipi inclusiue, verbi gratia fideiussor si promittat vsque ad centum aureos, vt centum etiam videtur promittere. l. rogatus. ff. manda. ibi, nam

vsque ad eam summam in qua rogatus erat fidem eius spectasse videtur qui rogauit. d. l. id est vsque; ad duos aureos. ff. de dolo. l. si cum exceptione. §. qua tenus. quod met. caus. Et periculum subire venditor vini debet vsque ad degustationem, ipsa quoque degustatio includitur. l. i. §. i. ff. de pericul. & commod. rei vend. Longinus ex equestri ordine ad praetoram vsque peruenit, id est praetor etiam extitit, l. 2. circa fi. ff. de orig. iuris. Alias etiam vitium corporale vsque ad animam peruenire scribit Vlpia. in l. i. §. interdum. ff. de aedilit. edic. & l. ob quae vitia. ibid. l. cum quidam. in fin. ibi, vsque ad tertiam centesimam pendente. de vsur. Bar. in d. l. meminisse. de offi. proconsul. & ibi plene Alber.

Vsque quando non accipiuntur inclusiue.

Maxime quando non ponitur respectiue, vt dicit Bar. in d. §. liberro. vt si lex dicat se tueri in futurum vsque ad partem virilem, & in ipsa virili tuebatur. l. nam secundum. ff. de legat. praestand. Et emancipatum tueri praetor debet vsque ad dimidiam, cum alius est filius in potestate, l. in fi. si tabul. restam. nulla extab.

Limitare primum regulam praefatam non procedere quando lex aliter disponeret: vt si vsque ad sententiam fideicommissarius comoda percipere debeat, non includatur sententia, per l. 3. in princ. & §. i. ff. de iuris. l. i. §. fin. autem. au per alium caus. appella. reddi possint. ita si committatur causa vsque ad sententiam, non includatur ipsa sententia, l. a iudice. & authen. ibi posita. C. de iudic. vbi doct. l. Mela. de aliment. & cibari. lega. ff.

Vsque ad diem dominicam.

Secundo non procedit, cum de contraria mente constaret, vel absurdum resultaret, vt in l. filiusfamil. §. i. ff. de lega. i. vbi liberius ab intestato decedens potest a patrono fideicommissum relinquere vsque ad partem debitam, siquidem pars debita patrono non cadit in fideicommissum: nec quidem in illa parte grauari poterit.

Vsque ad rem limitaria sunt.

Tertio idem si quis vsque ad diem dominicam comparere debeat, dies enim dominicus excludetur, l. 2. C. de tempor. appella. absurdum quippe esset illo die iudicium exercere, l. fin. C. de fer. Et si quis promiserit dare capones vsque ad quadragesimam, excluditur ipsa, nec enim licet eo tempore carnes edere, c. quadragesima. de consecra. distinct. 5. authen. quod locum. C. de dote cauta. no. nune. Quarto vitatur regula cum haec particula vsque respiceret res limitatas, vt tunc etiam stet exclusio, veluti si quis vendat vsque ad talem viam, eam non censetur vendere, sed tantum suum praedium certis limitibus praefinito, l. quadam testamento. ff. de le ga. 2. ita si quis vendat praedium vsque ad certum flumen, non continebitur flumen, l. i. ff. de fluminibus. l. fi. de via public. facit l. quaesitum. de tutel. intelligite nisi illa limitatio esset de fundo, vt si vendat vsque ad ripam, ripa quoque vendidisse censetur, lege, ripam. ff. de rerum diuis. & si vendam vsque ad talem arborem quae est de fundo, & ipsa arbor vendita censetur, l. arbor. communi diuid. quemadmodum & praefectus urbis iurisdictionem habet inclusiue vsque ad centesimum lapidem, l. i. ff. de offic. praefect. vrb. quod melius ex coniecturis dignoscitur, veluti si quis vendat fundum vsque ad domum, tunc demum censetur vendita domus cum pretium fuerit equipollens & fundo & domui, tex. iuncta glo. in l. i. in verbo, agendo. ff. de superficie. & l. semper in stipulationibus. de regul. iur.

Vsque in odiosis non accipiuntur inclusiue.

Quinto non habet locum in odiosis, glo. in l. id est vsque ad duos aureos ff. de dolo. l. si cui. de accusatio. quod reprobatur Bar. in d. l. paronius. ideo dicerem intelligendum cum hoc diceretur in lege, vt in l. saecularij. §. sunt quaedam. ff. de extr. crim. ibi, hanc rem praefides exequi solent grauius vsque ad poenam capitis, quia & ipsa res mortem comminat.

natur, postquam declaratur ibi crimen cōminari mortem. Ergo vsq; ad pœnam capitis intelligitur etiam de pœna capitali, & propter verbum graui- ter exequi. idem in c. quicumq; §. hæretici. de hære- tic. in 6. vbi hæretici & fautores ad nullum benefi- cium ecclesiasticū vel officiū publicum admitti de- bent, nec filij eorum vsq; ad secundā generationē, & secundum gradum in linea paterna declarat Pa- pa. in materna primum gradum in c. statutum. 2. ibidem. & sic declarationi Papæ standum est.

Vsq; adeo.

Interdum hæc dictio vsq; iungitur alteri dictio- ni, vt vsq; adeo. l. r. ff. quib. mod. vsufruct. amit- ta. circa si. ibi, vsq; adeo autem capitis deminutio eum demū vsufructum perimit, qui iam cō- stitutus est, vt si in singulos annos vel menses, vel dies legatus sit, is demū amittatur qui iam præcef- sit. l. item veniunt. §. eos. ff. de petito. heredit. l. r. §. ait prator. de dolo. l. scriptus. de religiof.

Vsq; quo.

Vsq; quo. l. si suspecta. §. r. ff. de inofficiof. test. ibi, & ideo datæ in eo libertates atq; legata vsquo Falcidia permittit, suam habent potestatem, id est quousq; donec. l. si mulier. r. ff. de iure dotiū.

Pleraque alia conscribit Bar. in d. l. patronus. §. liberto. ff. de lega. 3. & ibi Gofred. Salignac. & remi- ssiue do. Andreas Tiraquel. in tract. de vtroque retract. §. r. glo. r. multos suo more congerit doct. ego quoque de hac dictione scripsi in tract. de sen- ten. prouiso. artic. 2. glo. 3. in r. tomo commentar. in consli. Regias.

Latitare.

Sequitur in fin. tex. *non latitet*. Latitare est cum tractu, id est spatium aliquo latere, Vlpian. in l. Ful- uius. §. latitare. ff. ex quib. caus. in possess. eatur. igitur qui latitat, & se occultat, quamuis sit intra vr- bis contentia, potest domi citari, quia pro absen- te habetur, vt hic: nec tamen per horam solum cō- tinuando se domi latere vel latitare dicendus est: sed spatium aliquod temporis oportet interesse iudi- cis arbitrio relinquendum.

Reum lati- tantem quo modo fide- iusores de- fundant. Citatio do- mi facta, va- let in Gal- lia.

Secundō reo latitante post litem contestatam, ita demū fideiussores eum defendere videbuntur, si vel vnus ex his cum pro solido defendat, vel omnes, vel quidam ex his vnum procuratorem dederint, in quem iudicium transferatur, licet. in si. ff. de procurator.

Terriō de generali cōsuetudine Regni Franciæ valer citatio domi facta, etiam si prima fuerit ad co- tam causam, cum scilicet ibi non inuenitur citan- dus, solēque apparitor referre nō potuisse illum reum inuenire, & epropter domi citasse. nec est hodie sub iudice lis, vt dicebat gl. in Lex consensu. §. r. ff. de appella. Et huius consuetudinis meminit Ioan. Faber in §. si. de pœna remere litigant. in In- str. & Aufser. in stylo parlamen. in r. parte rubr. de appell. §. & supradicta. & ego plene scripsi in tract. de citatio. in 3. tomo cōmen. in consli. Reg.

De verb. latere scripsi in l. locus. supra eod.

§. Abesse non videtur qui ab hostibus captus est, sed qui à latronibus detinetur.

Captus ab hostibus non videtur abesse, secus in illo qui à latronibus detinetur. ratio traditur in gl. nam captus ab hostibus pro mortuo habetur, cū sit seruus hostiū. §. seruus. & §. seq. Inst. de iur. perso. Et sic procuratorem habere non potest. Lab ho- stib. in princ. ex quib. caus. maior. Alcia. hæc ratio nem impugnari. nam etiam qui mortui sunt abesse dicuntur l. mulieris. §. in supra eod. igitur secun- dum eum veritas est aliter secundam materiā sub- iectā accipi. ita cum hic respectu petitionis loqua- mur, non poterit captus ab hostibus, neq; tanquā absens vocari citatione in domū suam delata: sed eius successor vocandus erit. in capto verō à latro-

nibus aliud est. licet ei propter iustam causam præ- tor succurrat, l. succurritur. supra, ex quib. caus. ma- ior. hæc Alcia.

Alij verō, quibus ista minus satisfacere videtur, tex. ipsum contorquent, & legunt absque negatio- ne: sic videlicet, abesse videtur qui ab hostibus cap- tus est. sed his omnibus reiectis text. negatiue le- gendo, prout cōmuniter legitur, illius germanum hunc esse intellectum putarem: nempe cum supe- rius eum absentem dixisset qui est extra continen- tia loci quo pernebatur: resuabat dubiū in eo qui captus est ab hostibus, aut à latronibus detentus an isti inquam eodē modo censerentur abesse, cū maxime extra continentia viderentur esse. Quod dubium soluēdo Iurifconsul. distinguit & separat hos duos casus, contrariam in singulis ferendo de- cisionē: quod videlicet ab hostibus captus abesse non censeatur: à latronibus vero detentus sic. Di- uerfiratis autem rationem, vt quæ omnem hoc in loco parit difficultatem, paucis aperiam. Captus enim ab hostibus aut redit à bello, aut moritur in eodem. primo casu cum fictione iuris postliminij semper fingatur fuisse in ciuitate, nequaquā potuit hic dici abfuisse, nisi cum maxima legum omnium antinomia introducentium huiusmodi fictionem iuris postliminij in fauorem eorum qui profecti sunt ad militiam: quemadmodum multoties ecō- tra fugit lex eum qui præsens ab esse, veluti pupil- lum & furiosum. lege, coram. vbi scripsi, supra eo. Bar. in lege, si is qui. ff. de vlucapio. Et alius quoque casibus absentem habet pro præsentem. l. qua situm. ff. de lega. 3. scripsi in scholast. priuil. n. Aut & se- cundo casu moritur captus in bello, & tunc etiam propter fictionem legis Cornelie fingentis eum decessisse prima hora suæ captiuitatis, aut etiam absque illa fictione cum verē mortuus sit, perab- surdum esset contra mortuum absentem incōmo- da iudicare, quod enim dicitur eum ab humanis abesse, idem est quod mortuum dicere: nō autem quod absens in sui vel suorum præiudicium esse censeatur, aut alias simpliciter absens, prout vult noster tex. siquidem multum interest dicere quem simpliciter abesse, aut secundum quid, vt pote si lo- quamur de præsentem, id est eo qui est intra continē- tia vrbs Parisiensis, nihilominus secundum quid poterimus eum quantūvis præsentem, alio quodā respectu dicere absentem, videlicet à ciuitate Ro- mana, vel absentem à domo, vel ab ecclesia cui de seruire renebatur, & aliis in finitis modis, qui tamē non illam arguunt absentiam quam noster tex. ex- plicat. Aut si velimus hæc omnia omittere, possumus dicere nostrum tex. non loqui de mortuo in bello, sed tantum de capto, vt licet ille vere sit extra cōtinentia vrbs, tamen iuris fictione succurrit lex, ne talis vsquā vel abfuisse vel absens esse censeatur.

Presens p. absente.

Ceterum quoad detentum à latronibus, licet re vera non magis adsit quam ab hostibus captus, nō tamen equali fauore prosequitur eum lex qui pro- pter priuata forte negotia inter latrones incidit, quo scilicet amplectitur illum qui tuendæ repu- blicæ gratia sese hosti obiciendo succubit. nec mi- rum quoque si contrariam isto casu ferat decisio- nem hic Iurifconsul. relinquendo eum qui detine- tur à latronibus, sub nudis iuris terminis, & absq; vilo fauore, vt quemadmodum alius quiuis, ita hic abesse censeatur.

Sic igitur notandum est eum qui captus est ab hostibus, quam primum reuertitur, omnia bona recuperare, ac si nunquam fuisset post limites patriæ. §. si filius familias. quib. mod. ius patriæ pote- sta. soluit. in Insti. & in titul. ff. & C. de captiuis. quamdiu verō abest, succurritur ei non tanquam absentem, sed tanquā capto, vt luti facis declarat, si re- cte pond

Abfenti quomodo succurra- tur.

Alciati o- pinio imp- bata.

A latroni- bus captus absens cur dicatur, nō verò ab ho- stibus cap- tus.

Presens p. absente.

Detinere ad pomas & res refer- ur.

A latroni- bus captus cur non eo- dem fauore prosequitur lex quo ab hostibus ca- tum.

Abfenti quomodo succurra- tur.

de pōderetur, l. r. ff. ex quib. caus. maior. dicēs ab- senti succurri, siquid de bonis eius diminutū erit, siue in vinculis sit, vt captus à latronibus: siue in ser- uitate hostiumq; potestate sit. siquidē tres hic aut quatuor casus introducit tex. quibus prætor etiam maiori subuenit, eumq; restituit: primum si absens fuerit, & si in vinculis apud latrones, siue in seruitute hostiumq; potestate sit. hæc igitur casuum di- uersitas denotat ab hostibus captum nequaquam absentem censeari. facit l. itē ei. ff. eod. ex quib. caus. maior. quam obrem non tanquam absens, sed ve- lit captus censendus est: intellige quoad absentiaē damnum euitandum: nempe quoad lucrū nil aut parū ei proderit. vnde videmus eum nil per vltimū sibi dum captus est, acquirere posse, nec cōpnam possessionē implere, lege, ait prator. §. is aut. ff. eo: Verum hodie iura hæc belli, captiuitatis & ser- uitis cessant inter Christianos, secundum Bar. in l. hostes. ff. de captiuis. & dicam in l. quos nos. infr. eo. Quamobrē asserunt nōnulli immutata quoq; ea quæ dicuntur hic, vt hodie captus à Christianis censeatur absens, quemadmodū à latronibus de- tentus: vnde tutius esset ei quoque procuratorem constituere, siue eius dominia aliis omnibus modis prouidere, vel etiam curatorem dare suis bonis, ne dissipentur interitum: vt docet Alberi. in d. l. ab host. per tex. in l. r. in fin. ff. de munerib. & honor. Quæ de absentibus dicta conferre possunt ad statuta, teste Ioan. And. & Dom. in c. vbi periculum. §. r. col. vlt. de elect. in 6. refert Felin. in c. quoniam. col. vlt. princip. vt lite non contesta. dixi in §. r. in verb. re- sidentia. de collatio. in concordia.

Intra belli, captiuitatis & seruitutis alter hodie obser- uata atque olim.

Statutum vel ordinatio, vt ab- sens domini non possit, an valeat.

Detinere ad pomas & res refer- ur.

Detinere ad ius rela- tum.

An verō statutum vel ordinatio valeat, vt ab- sens damnari possit, valere decidit Bal. in l. ne diu. C. de pœnis, quia eum non posse damnari est de iure positio, & non de iure naturali, teste Bald. in l. absentem. C. de accusatio. & no. doct. in l. omnes populi. ff. de insti. & iure. multa scripsi in d. l. mu- lieris. §. r. & seq. supra eod.

Postremō examinando verba tex. finale verbū est *detinetur*, quod varie refertur, ad personas vide- licet, vt ad res, alias etiam ad iura: nempe dicitur persona detineri siue retineri, pro eo nonnunquā quod Iurifconsul. dicit publica custodia coerceri, in l. succurritur. ff. ex quib. caus. maior. facit l. ab hostibus. §. r. illo titul. & in l. qui commeat. ibi, vel à latronibus detentum. ff. de re militari.

Res autem detineri dicitur, cum eius non sunt quænti illas, sed eas forte depositi nomine aut alio de facto retinet, l. 3. §. r. ff. de tabul. exhibend. ibi, agendum. sic dixi de verb. tenere, vt ad nudum factum regulariter pertineat: vt seruus tenet vestem seu detinet, ad differentiam verbi possidere, quod ad ius respicit. l. stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de verbor. oblig. scripsi in tract. nominatio. q. 9. nu. 10. vbi alia videri possunt.

Interdum quoque hoc verbum detinere refer- tur ad ius, vt detentionem seruitutis dari. l. vna, in si. ff. de remissio.

IVLIANVS LIBRO SECVNDO. Digestorum. Lex cc.

Hæc stipulatio, NOXIS SOLVTVM PRÆSTARI: non existimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicam executionē & coertionem capitalem habent.

Noxa solu- tus quis di- catur.

Elucidat hic Iurifconsultus noxæ appellationē, ad priuatam referri & non ad publicam coertitionem. exempli gratia si vendidit seruum, promissitq; noxis solutum esse, tenebitur de noxis pri-

uatis. sic etiam interpretatur Vlpianus in §. quod aiunt. lege, quis sit fugitiuus. de adilitio edicto: quod aiunt adiles, noxa solutus non sit, sic intelli- gendum est, vt non hoc debeat pronantari, nullū eum noxam cōmississe: sed illud, noxa solutus est, hoc est noxali iudicio subiectum non esse. ergo si noxam cōmissit, nec permanet noxa solutus vide- tur. Noxas autem accipere debemus priuatas, hoc est eas quæ cōmittuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur iudiciis noxalibus. l. quis sit fugitiuus. §. quod aiunt. de adili. edi. ff. ergo si quis promiserit seruum quē vendidit noxis solu- tum esse, intelligatur quod iudicio noxali agi non possit cōtra dominum, vt pro furto serui, vel damno dato. Et ista vocat Iurisc. noxam priuatam & aliud omne delictū quod potuerit seruus cōmis- sisse, vel damnum extra publicū crimē: noxa publi- ca est, quæ ex publicis oritur criminibus, vt pro ho- micidio, adulterio, læsa maiestatis, & aliis simili- bus. l. r. 2. & per totū. ff. de pub. iudi. vnde cum ad- les distinxerint inter noxam publicā & priuatam, contrahentes videntur se ad illam legē retulisse, vt videlicet venditor teneat, si seruus dederit aliquid damni, ratione cuius dominus noxali actione cō- ueniri possit, vt supra de noxal. acti. patet: imō si vē- ditor promiserit duplā eo nomine, scilicet noxis soluti esse, non conuenietur propter noxas publi- cas ad duplam. l. Lucius. lege. Cum in venditione. ac lege, si emptori. ff. de emcti. quod facit ad intel- lectum legis, qui decem. §. qui hominem. ff. de so- lutio. legis tertie, si familia fur. sec. dica.

Noxali iudicio quid agatur.

Noxa pri- uata & pu- blica.

Sedis qui vendit seruum capitali fraudi subie- ctum, prædicere hoc emptori debet: quod si non fecerit, alia parte edicti aditium tenetur, l. r. §. item si quid mancipium. & lege, cum autem. §. excipitur. ff. de adili. edicto: sed non ex sua promissione noxis solutum.

Igitur actione noxali agitur pro noxa priuata, non pro noxa publica, d. l. quis sit fugitiuus. §. noxas. ff. de adili. edic. vbi sic dicitur, noxas accipere debemus priuatas, hoc est eas quæcumque com- mittuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur iudiciis noxalibus.

Expriuatatis autem noxis oritur damnum pecu- niarium, si quis forte noxæ dare noluerit, sed litis æstimationem sufferre.

Priuata delicta dicuntur in quibus id quod no- stra interest prosequimur, nobis que aliquid dari aut applicari debere pro delicto in nos commissio petimus, vt in rub. ff. de priuat. deli. vbi per Azon. in summa, veluti ex furto, rapina, damno, iniuria, & similibus. Multa scribam de priuatis in l. pupil- lus. §. munus publicum. infra eo.

Priuata de- licta.

Coertionem, id est castigationem, punctionem seu correctionē, sic accipitur in l. aliud est fraus. §. in- ter. ibi, pœna est omnium delictorū coertio, supra eod. & rei capitalis condemnatum accipere debē- mus qui morte exiliove coertitus est, l. sed si quid. §. r. ff. si quis cautio. l. 2. de in ius vocan. ibi, magi- stratus qui imperium habent, qui & coercere ali- quem possunt, & iubere in carcerem dari. Et ple- nissimam habet coertionem dominus proprietari- tis in seruum, cuius vsufructus alienus est. l. locū. §. ex eo. ff. de vsufr. & iurisdic. sine modica coer- citione nulla est, l. fin. ff. de offic. eius. & coertetur qui positum habuit proiectum sine nocuit siue nō nocuit, l. si verō. §. prator. ff. de iis qui deieci. & hæc actio etiam aduersus fatentem in duplum est, quā- uis Aquilia in sciātem duntaxat coerceat, l. doli. §. penul. de seruo corrup. l. 3. de seruis fugi. l. 1. §. hæc actio. de interrog. act. l. eleganter. in fin. de pigno. act. l. magistratibus. de iurisdic. omn. iudi. Et alij habent coertionem: sed idem significat.

Coertio.

Coercere

Coercere.

Coercere ex con & arcere fit, n, litera deposita, & a, in e, mutato: & significat refrenare, reprimere, comprimere, cōpellere, impedire, l. 2. §. dicta sunt autem ibi, solum relictum est eis, vt coercere possent, & in vincula publica duci iuberent. ff. de orig. iur. licet quidam ibidem exponant coercere, pro imperio agere. sed illa expositio est aliena à sensu. Cum enim consules sine cōsensu populi in caput ciuis animaduertere non possent: tamen eos refrenare & reprimere poterant verbo, & in vincula publica conicere, dummodo in eos non animaduertent: ergo non licebat imperio agere: vel poterat sic coercere, vt custodi & cōseruare eos possent, postquam in carceres coniecti erant. vide quæ scripsi in l. fin. ff. de offic. eius.

Coercere a quam.

Coercere aquam est cōtinere sic ne defluat vel dilabatur, l. vnic. §. deinde. & sequenti. §. coercere. ff. de fonte. ibi, corcere aquam est continere sic ne defluat vel dilabatur. l. i. ff. de eo per quæ fact. erit. æquissimum putauit prætor dolum eius coercere qui impedit aliquem iudicio sisti. Et principalibus constitutionibus ea res coercetur. paucis admodum in causis concessa sunt huiusmodi corpora. l. i. ff. quod cuiusq; vniuersi. nomi. lege. merum. magna. §. cum autem hac actio in rem sit scripta, nec personam vim facientis coercet, sed aduersus omnes restitui velit. ff. quod me. causa. id est actio quod metus causa non tantum comprimit personam vim facientem, sed quemcumque: ob id contra quemcumque actio quod metus causa datur.

Quid appellatio coercionis seu coercionis veniat declarari iuriū interpretes in l. fi. ff. de offic. eius. & in l. imperium. de iurisdic. omniū iudic. & videte quæ scripsi in l. aliud est fraus. supra eod.

IDEM LIBRO XXXI.

Digestorum. Lex ccj.

Iusta interpretatione recipiendū est, vt appellatione filij sicuti filium familias cōtineri respondimus, ita & nepos sæpe videatur comprehendi: & patris nomine auus quoque demonstrari intelligatur.

Filij appellatione & filia continetur.

Tria dicit lex. primum est, quod filij appellatione filia continetur: quia masculinum cōpēditur foemininum, l. i. supra eo. vbi scripsi. inde Iuriscō. ait, quod si pater filius non petat tutorem punitur utiq; & filius non petedo. l. 2. §. quod si pater. ff. ad Tertul. l. si quis ita. in princ. ff. de testa. tute. facit l. si ita scriptum. de lega. l. i. sed si hac. §. liberos. vbi Alex. ff. de in ius voc. Socin. conf. 73. capiēdo. in 4. vol. vnde in literis Pape, quas vocant Significauit, in quibus dicitur quod nonnulli iniquitatis filij, & c. etiam filia continebuntur: vt testatur Probus in addit. ad Ioan. monachū in c. fi. col. 3. de consti.

Filij nomine quādo si ha nō cōtinetur.

Primo non procedit quando testatoris vel disponentis voluntas aliter se haberet, vt dicit tex. in l. liberorum. infra eod. quia primū locum obtinet defuncti voluntas, l. in conditionibus. ff. de conditionib. & demon. vbi forte locutus est de filiis masculis, Bar. in l. fi. ff. ad Trebel. Alex. cōsi. 38. perspetis. in 6. vol. Deci. conf. 15. & pro tenui. & conf. 48. in casu, & conf. 48. in casu. col. 2. & conf. 495. visō elegant. & conf. 514. satis. & conf. 567. in casu, colum. l. & seq. & conf. seq. Hippolyt. sing. 317. filiorum.

Secundo vitiat in materia odiosa. vnde si filius fuerit hereditatus, non erit exheredata filia, l. i. §. sed si incertum. ff. de vent. in possess. mittē. Bart. in l. si ita scriptum. de lega. 2. & si filij exulum in ci-

uitate morari prohibeātur, non prohibebūtur filia. Bal. in l. quicumq; col. 3. nu. 13. & seq. de seruis fug. quia filia minus auctora sunt quam filij, l. quisquis. ff. ad leg. lul. maieft. sic consuluit Barba. conf. 50. in fin. volu. 4. videte tamen quæ scripsi in l. i. supra eodem.

Tertio non habet locum quando per statutum vel consuetudinem filia non admitterentur cum filiis: tunc enim heredum est verbis expressis statuti vel consuetudinis, vt filia non cōprehendantur. Bald. in l. tres fratres. ff. de pact. sic consuluit Alex. conf. 14. in 4. volu. plene Alber. Brunus in tract. de statu. exclud. foemi. per totum, post Bar. in l. liberorum. infra eod.

Quarto quando materia non congrueret mulieribus, & esset in ipsis diuersa ratio: vt si quis receperit feudum pro se & filiis, non veniēt foeminae, quæ à feudis excluduntur, c. vnic. de feudi successi. Alex. in d. l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocan. Sed hodie de consuetudine generali Francie comprehenduntur: quia feuda sunt nobis patrimonialia in Regno, vt scripsi in arbore feudorum.

Quinto nō procedit quādo filius & filia simul in lege vel statuto exprimerentur, vt in l. liberos. ff. de senat. l. r. de accus. ibi, filij filieque. l. filij. §. senatores. ad munic. l. si ita scriptū. de libe. & posthu. & l. Titius. ibid. & l. quid. §. si quis. ff. de iis qui not. in fa. alia limitationes poterunt haberi ex l. i. supra eo.

Sexto indefinite de filio loquitur lex, sciendum. l. filij appellatione. & l. quisquis. & l. Herēnius. lex etiam i. supra eo. & l. liberorum. infra eo. Iuriscō. in l. 2. §. non solum. ff. de excusa. tur. dicit: nunquā enim facile est inuenire quod de filiis loquatur constitutio, sed de liberis.

Secundum colligitur ex hoc tex. ibi, & nepos videatur comprehendi, quod filij appellatione sæpe nepos comprehendi videtur: & sic ex interpretatione Iuriscō. dicam an proprie in l. liberorum. infra eod. vbi statutam regulam negatiuam cum limitationibus. Nepotes hic & fere in iure dicuntur filij filiorum, l. i. ff. de gradi. & interdum ex cōmuni loquendi vsu filius fratris dicitur nepos, vt refert Barba. in repetitione l. cum acutissimi. col. 16. C. de fideicom. qui allegat rex. in §. quarto gradu. de grad. cogna. qui tex. parum facit: sed videte tex. in l. similit. quibus mod. feud. amitt. Bart. in l. si instituta. §. de inofficio. ff. de inoffic. testa. & ibi in additio. ad eum. Nepos interdū pro dissipatore & cōsumptore accipitur, à nepta scorpionē. Nempe multi nepotes nescientes quo labore parta sint bona à patris, solent illa dispergere & prodigari. vnde nepotari est luxuriose & prodigaliter viuere: sicut nepotes quidam viuere solent post mortem patris diuitis.

Tertium eliciamus ex hoc tex. ibi, & patris nomine auus quoque demonstrari intelligitur, quod patris appellatione auus quoque continetur: & hoc ex interpretatione. Et Iuriscō. ait: omnia admittā in patrem, propinquum, maritum, vxorem, ceteraque necessitudines grauius vindicanda sunt, quam in extraneos, l. capitaliū. §. omnia. ff. de poenis. Not. Alberi. hic. & Bart. in l. liberorum. in fi. infra eodē, Alex. conf. 198. perspetis. in fi. vol. 6. per verbum intelligitur in rex. positum, quod fictionem denotat. §. i. de excusa. tut. in Instit. Et sic improprieta- tem, Bar. in authen. ex testamēto. C. de secun. nup. Bald. in l. scimus. q. 7. C. de inoffic. testam. Georg. Nathan in repeti. cap. Quamuis pactum. 16. q. col. 35. de pact. in 6.

Ego vero puto etiam proprie, cum ex iusta interpretatione Iuriscō. veniat, vt hic dicitur. Et Iuriscō. non dixisset ex iusta interpretatione, si improprie: quia impropria significatio iusta vocari non

Foemina à feudis non excluduntur in Gallia.

Nepos proprie filius filij.

Nepos interdū pro filio fratris.

Nepos pro dissipatore.

Patris appellatione auum contineri.

Auus patris nomine proprie intelligitur.

cari non solet. Vnde Iurisc. ait interpretatio ne legū poenas mollīdas. ff. de poen. & facit lex. pupillus. in princ. infra eod. Nec obest verbū intelligitur: quia nō simpliciter dicit intelligitur, sed monstrari intelligitur. Demonstrare autem ea possumus quæ sunt proprie. Alias nō demonstraretur iusta interpretatione, vt hic Iuriscō. ait. Probatur etiam cap. 2. eodem tit. vbi dicit. appellat. Et ista Iuriscō. assumpra interpretatione & ab Imperatore approbata est: ergo est lex Imperatoris, & proprie dicitur. sicut etiam pater in l. vltimum supplicium solam mortem interpretatur. ff. de poen. Et hæc de eorum interpretatione qui legis condenda potestatem habent. Carerem ab ea differt longe interpretatio doctorum, quæ scilicet non est necessaria, glo. in l. i. C. de legib. cap. 1. de postula. prælat. sed Iuriscō. sicut sic, §. responsa. Instit. de iur. natur. Et ideo quādo cūque inuenimus interpretatum ab Vlpiano vel aliis Iuriscō. non dicemus esse improprie, sed proprie. Alioqui fere omnes prætoriorum edictorum interpretationes essent improprie: quod non est dicendum. Et hoc decepti iurium interpretes: quod est notandū: quia non ita elucidatū. si tamen Iurisc. vteretur verbis impropriis, tunc improprie diceremus, vt habeatur pro tali: vt declarauit in l. mercis. 2. supra eodem. vel abusu. in l. item apud. §. verberasse. ff. de iniur. l. bona ciuitatis. supra eodem. & sic solet loqui Iuriscō. quando improprieta- tem denotat. Et sic licet ex interpretatione Iuriscō. hoc sit: tamen hoc non est improprie, vt loquitur Aleiat. nisi forte dicatis dupliciter proprium dici posse, vel ex vocabuli natura, & nō potest dici proprie hic: vel ex ipsa interpretatione Iuriscō. & eo casu proprie dici poterit, quatenus Iuriscō. sicut proprie loquitur.

Item matris appellatione eodem ratione venit auia. allegatur lex, nonnunquam. iuncta gloss. ff. de colla. bono. quæ parum probat: quia in parente loquitur vnde statutum excludēs matrem, à fortiori videtur excludere auiam, quia fortior ratio est excludendi eam quam matrem. Bal. in l. illud. in princ. C. de colla. & l. 2. de bon. mater. sic consuluit Deci. confil. 656. iudicam. in princ. & ideo pater qui potest suo filio cedere, comprehendit auum, & mater auiam, vt plene de hoc in scholastico. priuileg. 177. scripsi, & in tract. de celsi. in 2. tomo commenta. in constit. Reg. Gallie.

Primo vitiat in poenalibus & odiosis, l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nupti. vbi patris appellatione non venit auus: sic nec matris appellatione illo casu venit auia, l. patri. cum l. sequen. ff. de adu. quia odia restringi debent per regulam iuris, & l. cum quidam. ff. de liber. & posthu. nam tunc iusta non esset interpretatio. nec equa: & hic text. admittit iustam tantum interpretationem. vbi cūque igitur iustum non erit facere hanc interpretationem eam reiciemus, per hoc verbum iustum: quod ad multa seruire potest.

Secundo flectitur regula quando ex mente legis vel statuti aliud apparet: quia mēti deseruiemus, l. nominis. §. verbum ex legibus. supra eodem. sic consuluit Alexand. confil. 198. perspetis. col. vlt. in 6. vol. vbi consuluit quod si statutum loquatur de bonis quæ proficiuntur ex dote matris, nō comprehendatur auia, quia immediate nō proueniunt ex dote: sed ex successione & aliis etiam modis probat.

Tertio non procedit quando pater & mater, auus, & auia exprimerentur, per l. i. ff. ad leg. Pomp. de parricid. in authen. matris. & auia, Cod. quando mulier tute. offic. fungi. deb. l. Nefennius. ff. de neg. gest. l. alimenta. illo titul. Cod. quia expressum facit cessare tacitum. l. cum filio. ff. de vulg.

Quarto quando lex diceret mater & filius, tunc non comprehenderetur auia, quæ non est mater: & filius non potest dici ratione illius, sed nepos, l. si vsum fructum. §. si. ff. de liber. cau. licet quādo que auia vocet nepotem filium, vt scripsi in l. liberorum. infra eod. per illum. text.

Etiā limitatur hæc lex in correctoriis. nam lex correctæ in ecclesia non censetur correctæ in ecclesiis. authentica, quas actiones. iuncta l. fin. C. de summa trinit. quia in correctoriis non est licita extensio, vt ibi glo. & docto. firmant. nam per subauditos intellectus non inducitur iurium correctio, glo. in cap. cupientes. §. quod si per viginri. de elect. lib. 6. Matth. Mathesila. in suo trac. extensio. & si maior sit ratio in alio casu, adhuc extensio fieri non debet, d. authent. quas actiones. l. tam his. §. r. ff. de donat. text. in authen. de adm. in sacris palat. coll. 3. Bart. & alij. in l. si constante. in 9. quaest. i. partis. ff. solu. mat.

Quinto non habet locum quando esset diuersa ratio in auo & in patre vel matre, vt not. doct. in d. authen. matris. glo. & Dec. in authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. reliqua nunc reiciam ad l. liberorum. infra eod. ne plura.

Iusta interpretatio, vera, communis, æqua, & propria, vt hic, & l. sed & si alia. ff. de constit. pecun. & in l. sequenti, in §. quod adicitur. dicit pleniorē interpretationem.

Iusta imperia, id est secundum naturalem rationem vera, & in omnibus reipub. partibus absoluta, receptaque à sapientissimis hominibus cōmuni consensu: quibus proinde velut bonorum morum ac instituendæ vitæ parentibus ciues libetere pareāt, non tam metu poenarum quam honestatis amore. hæc omnia sub appellatione huius verbi iusta comprehendit Oldendor. in interpretatione l. 12. tabul. Ego putarem iusta imperia, id est iure approbata & habita: verum quia multæ sunt super hoc Iuriscō. phrasæ, vnde iuste putauit eas in ordinem alphabeticum redigere.

Affectio iusta, id est rationabilis, honesta, non ex voluptatibus procedēs, sed ex causa, l. illud. ff. de manumif. vind. ibi, nec enim deliciis, sed iustis affectionibus se dedisse iustam libertatem l. Aelia Sentia credendum est. l. nec ei. in fin. ibi, vel affectio honesta. ff. de adoptio.

Accusator iustus, qui iustam accusandi rationem habet, l. 2. in fi. ff. de adul. ibi, sed & quotiens alij qui post maritum & patrem accusare possunt, ad accusandum prosilierint, lege expressum est vt is cuius de eare notio est, de iusto accusatore constituat.

Accusatio iusta, ex ratione & causa procedens, non ex odio, l. non ideo minus crimine, siue atrocium iniuriarum iudicio tenetur is qui in iustam accusationem incidit, quod dicit aliū se huiusmodi facti mandatore habuisse. C. de accusa.

Actiones iustæ, quæ ex vero debito competunt: & iustæ lites, quæ ex vero debito vel re sunt, licet ante tempus introductæ sint. l. iustas etiam & quæ locum habent fisci actiones præcipimus cōcremari, ob hoc solum, quod suis temporibus probata non sunt, vtiam calumniæ priuatorum eo saltem arceantur exemplo, quo iustas fisci lites subire præcepimus. C. de iure fisc. lib. 10. Et Imperator vocat iustam persecutionem, actionem in §. 1. de excepti. in Instit.

Iuste agere est communes sequi vtilitates ac cōsuetudines, parere legibus, priuataque pacta seruare. hæc Aristoteles in fin. Rhetori. non autem dicimus iuste agere, pro iure & rige agere.

Æstimatio iusta, pro iure facta & vero valore, l. si res æstimata. §. si mulier. ff. de iure dor. ibi, Marcellus ait magis æstimationem præstandam non

Incorrectio rurs non est licita extensio.

Iusta interpretatio.

Iusta imperia.

Affectio iusta.

Accusator iustus.

Accusatio iusta.

Actiones iustæ. Lites iustæ.

Agere iuste.

Æstimatio iusta.

iustam, sed eam quae facta est. facit cap. bene quidem. versic. plane. 96. distinet.

Aetas iustae. Aetas iusta viginti quinque annorum in contractibus: tamen in contr. actu matrimonij duodecim in muliere, & quatuordecim in masculo sufficiunt. & dicitur iusta aetas legitime sufficiens ad illum actum perficiendum. l. ait diuus. ff. de iure fidei. ibi, non intererit cuius aetatis sit is qui se desert virum iustae an pupillaris, l. 2. in princ. ibi, ad munera sine honores creandis iusta aetas seruanda est. ff. de excusa. tut. l. quod Seruius. ibi, quorum altera nondum iustam aetatem habebat. de condict. caus. da.

Bellum iustum. BELLUM IUSTUM, quod edito geritur, de rebus repetendis, aut propulsandorum hominum causa, c. iustum. cum seq. 23. quaest. 2.

Causa iusta. CAUSA IUSTA, id est iure probata: vel aequitati seu rationi consona. l. 1. §. item Labeo. ff. quod vi aut clam. l. 1. pro suo. l. 3. §. proinde. de libe. homi. exhib. l. vlt. in princip. de appella. l. senatus. de iure fidei. l. penult. circa fin. de vaca. mune. l. 1. §. sed si quidem. de polici. l. praetor. de iurisdic. omn. iudic.

Iusta causa possidendi. Iusta causa possidendi est idem, quando iustis iudicis possideo, vel alio iure. l. generaliter. in fi. ff. de noxa. l. fundus. 2. in fin. fami. l. circunc. iusta causa interdum est in personam. §. 1. de pact. ff. iusta causa conuentionis. l. si conuenerit. ff. de pact. iusta causa dominio translati, non solum. §. 1. de aliena. iudi. ff. iusta causa l. 1. §. 1. ff. de dol. l. Celsus. §. 1. ff. de arbi. litem veniunt. §. cos. ff. de petit. hered. l. si eum feruum. §. idem iuris. de fideicom. liberta. l. & si sine. in fin. de muner. l. iusta. de manumiff.

Causa probabilis. Causa probabilis pro iusta, & e contrario, l. non vt à patre. in fin. ibi, nulla causa probabiliter interueniente. ff. de capt. l. 2. §. certum. ibi, nisi certis & receptis probabilibus causis, de vac. & excus. muner. l. qui in alterius locum. de reg. iur. l. 4. ibi, iusta causa exceptionis. ne quis eum qui in ius vocatus est. l. 1. in fi. de eden. l. vel hereditas. de procur. iusta causa remouus. l. sed & haec. §. praeter. l. Pöponius. princ. l. vel si loginquo. & l. seq. ff. de procura. l. debitor. de neg. gest. constat autem omnis aetatis hominibus restitutionem eremodij praestari debere, si doceat se ex iusta causa abfuisse, l. sed & si sine. in fin. ff. de mino. & ideo non videtur iustum statutum quod hoc prohibet, videlicet, impetrationem aut concessionem, l. sed & si lege. §. de eo. de petit. hered.

Causa iusta & rationabilis. Interdum iurisc. dicit causam iustam & rationabilem, l. 3. §. si mecum. ff. ad exhib. ibi, eleganter igitur definit Neratius iudicem ad exhibendum haecenus cognoscere an iustam & probabilem causam habeat, propter quam exhiberi sibi desideret. Iusta causa, id est habilis ad dominij translationem, l. 1. ff. de Publi. §. sed ista. de acti. in Inst. & ex iusta subuenit praetor. lege prima. ff. ex quib. caus. maior. l. moris. §. sed & damnari. de poen.

Causa iusti or. Iustior causa medicorum est, quod hi salutem hominum agant, illi studiorum curam. Vlpian. in l. 1. in princ. ff. de variis extraord. cogniti.

Causa iustissima. Iustissima causa, in l. 1. de libe. exhib. & l. 2. §. circa. de dol. excepti. l. ex quib. caus. maior. l. quaeque. de public. l. 3. §. si plures. de sepul. viol.

Conuenticio iustae. Conuenticio iustae, iuri & aequitati conformis, l. tale. §. 1. ff. de pact. ibi, iustam conuentionem iudex veluti confessi sequetur. l. cum emptor. in fin. de rescind. vindic. vel iusta conuenticio dicitur, quando aliqua causa est apposta. l. si quis cum debitore. ff. de iurcitur. ibi, est enim iusta conuenticio, si quaelibet causa in conditione iurifurandi deducta fuerit.

Colonus iustus. Colonus iustus, qui rem conductionis validae causa tenet, l. colonus. ff. loca. licet quidam ibi habeant istum colonum, non iustum, ego tamen in meo libro habeo iustum.

Contradictor iustus. Contradictor iustus, est cuius interest, l. 3. ff. de col-

lusion. deteg. vide Bart. & alios in l. fin. C. de edic. diui Adriani tollen.

Contractus iustus. Contractus iustus, per se subsistens, & iure conceptus. l. 1. C. de iure emphyt. ibi, iustum esse validumque contractum.

Contemptor iustus. Contemptor iustus, qui auctoritate iuris parere non tenetur alicui praecipienti, vel aliquid facere. l. fin. Cod. de arbit. ibi, vt ex ea electione nulla poena, nulla pacti exceptio aduersus iustos eorum contemptores habeatur.

Dominium iustum. Dominium iustum, pro vero, in l. penult. ff. de Publ. in rem act. ibi, Paulus notat, exceptio iusti dominij Publicianaz obijcienda est. l. mandatum ditrahendorum. ff. manda. ibi, cum exceptio iusti dominij causa cognita detur.

Dubitatio iusta. Dubitatio iusta, id est non friuola, nec modica. l. Vrannius. §. 1. ff. de fidei iur.

Deliberatio iusta. Deliberatio iusta, in l. lile à quo. §. 1. in fin. ff. ad Trebell.

Deliberare iuste dicitur heres, qui intra tempus à iure vel consuetudine statutum, deliberat an heres esse velit necne, l. & quia. ff. de interroga. actio.

Dolor iustus. Dolorem iustum difficile est temperare, l. si adulterium. §. Imperatores. ff. de adul. l. si quis in graui. §. si maritus. de Senat. Silan. ibi, si iustum dolorem exequeri domino non restiterunt. iustum dolorem vocat vxoris adulterium. Et omnis dolor ex causa rationabili inductus potest iustus vocari: sed ille maxime qui caput & sobolem tangit.

Defensio iusta. Defensio iusta pro legitima & iure approbata, l. miles. §. de functo. ff. de adult. l. si praes. C. quomo. & quan. iud.

Decretum iustum. Decretum iustum, secundum ius interpositum, & praecedente solemnitate requisita, l. in ambiguis. l. ff. de regul. iur. iuncta. l. 1. C. de fid. instr. & iure haer. fisco. lib. 10.

Excusatio iusta. Excusatio iusta, pro legitima & probabili, l. vani timoris non est iusta excusatio. ff. de regu. iur. l. non cogendum. in princ. de procura.

Exhereditatio iusta. Exhereditatio iustae causae sunt à iure cōscriptae & approbatae, & aliae quae rationi cōueniunt, §. causas. in authent. vt cum de appell. cogn. col. 8. glo. in cap. Quinta vallis. de iurcitur.

Exigit iusta. Exigit iustae, id est non malignae, exponit glo. in l. pupillus. ff. quae in frau. credi. Sed potest dici iustae non per gratificationem, sed iure, id est iuris vel actionis necessitate.

Exactio iusta. Exactio iusta, quae iure fit & legitime, l. cum quidam. ff. de vsur. ibi, praesidem prouinciae adi, qui stipulationem de cuius iniquitate questus es, ad modum iustae exactiois rediget.

Exceptio iusta. Exceptio iusta, l. Marcellus ait, desinit debitor is esse qui nactus est exceptionem iustam, nec ab aequitate naturali abhorrentem. ff. de regul. iur. & ibi, iustam vocat rationabilem & naturali aequitati non dissonam. sic in l. 1. §. denique. ff. quod vi aut clam. ibi, nam aduersus vim vel quod clam factum est nulla iusta exceptio se tueri potest.

Error iustus. Error iustus, non vanus, l. iusto errore. ff. de vsuc. l. 2. de integ. restit. l. de aetate. §. qui iusto errore ductus, de interroga. actio. l. si id quod. in fin. de rescind. vend. l. 1. §. 1. ad Turpil. & infra dicitur, iusta ignorantia.

Expensa iusta. Expensa iustae, in c. dilecti. de for. compe. Dicitur infra in verbo, sumptus iusti.

Filius iustus. Filius iustus, ex nuptiis iustis procreatus, vel legitimus factus, vt in rub. & l. fin. C. de natu. lib. l. 3. §. si emancipatus. de bono. posses. contra tabul. §. quibus. de hered. quae ab in test. deser. in Instit. iurisc. in l. 4. in fi. ff. de in ius voc. & iustos liberos vocat l. m. perator in l. generaliter. in fin. ff. de institu. & substi. & iusta sobolem ibidem. pro eodem. & non iustus filius, qui extra iustas nuptias natus est, & non est legitimus,

Contractus iustus.

Contemptor iustus.

Dominium iustum.

Dubitatio iusta.

Deliberatio iusta.

Deliberare iuste quomodo dicatur heres.

Dolor iustus.

Defensio iusta.

Decretum iustum.

Excusatio iusta.

Exhereditatio iusta.

Exigit iusta.

Exactio iusta.

Exceptio iusta.

Error iustus.

Expensa iusta.

Filius iustus.

legitimus, l. Paulus. ff. de stat. hom.

Vnde is qui adopratur interrogari solet, an velit eum quem adoptaturus sit, iustum filium sibi esse, l. 2. ff. de adopti. Et iustum filium ibi vocat omnibus partibus (vt ita dicam) filiationis veri filij vicem obtinentem: naturalis & legitimi filij loco sedentem, vt placuit Budaeo.

Filius dicitur etiam iustus is qui ab vxore & marito ab hostibus captus ibi natus fuerit, iuraque omnia aliorum filiorum habet, si renuersus fuerit, l. diui. ff. de capti. quae iura connumerat glo. in §. 1. de patria potest. in Instit.

HEREDITAS IUSTA pro legitima, quae iure sanguinis nobis obuenit, l. 3. in fin. ff. pro socio, vbi Budaeus.

Iudex iustus, non corruptus, l. at si quis. §. Et quid si testator. ff. de religio. ibi, & generaliter puto iudicem iustum non meram negotiorum gestorum actionem imitari: sed sollicitus aequitate sequi debet. iure autem disceptare est iuste iudicare. Non enim est iudex, si non est in eo iustitia. c. 1. in 23. q. 2.

Impedimentum iustum. Impedimentum iustum vocatur legitimum, in cap. cupientes. §. quod si pro viginti. & cap. si quis iusto impedimento. de elect. in 6. scripti in §. 1. in verb. impedimento. de colla. in concord. & plenius in tract. de excusa. in 3. tomo commenta. in constit. Regi. quod an sit iustum, relinquatur arbitrio iudicis, vt ibi plene probauit.

Ignorantia iusta. Ignorantia iusta, non affectata, sed ex causa vera interueniens, l. vlt. §. ff. de lega. 3. lege, qui in alterius locum succedit, iustam habet ignorantiam. de regu. iur. & probabilis vocatur, vt in l. si. ff. pro suo. l. penult. ff. si quis testam. liber. esse iust. l. penult. de peric. tut. C. & cap. eos. de tempori. ordin. in 6. Et vocatur iustus error.

Indignatio iusta. Indignatio iusta, iure & aequè inducta, l. 1. §. hoc edictum summam habet aequitatem & sine cuiusquam indignatione iusta. ff. quod quisque iur. id est iure quis indignari non potest.

Iustae facere. Iusta facere est sacrificia mortuorum & exequias celebrare, l. 2. in fi. ibi, iustae mortuo facietem. ff. de in ius voc. Licet quidam ibi legant iustae facietem.

Lex iusta. LEX IUSTA, aequitati & rationi consona, l. quia actio. ff. de praescrip. c. erit autem lex. 4. dist.

Litigandi iusta causa. Litigandi iustam causam vocat iuris interpres id quod iurisc. rationem, in l. qui solidam. §. etiam. ff. de lega. 2. vnde dicunt iustam litigandi causam excusare ab expensis: & iustam causam dicunt quando à iuris peritis consilium quis obtinuit, Bar. & Alex. in l. in Bonorum. ff. de bono. posses. Guido Pape deci. 277. opinio. Panor. & alij in cap. primo de postul. praela. quod limitauit in sex casibus in interpretatione authent. habita. in verbo. examinatione, in scholastico. priuileg. hodie parum in Francia obseruatur, propter ordinationem Regiam, quae statuit succumbentem in expensis conueniendum: quam intelligunt etiam si iustam habuerint litigandi causam, vt aliquid iuri addat. vidi autem in senatu plerumque excusari propter iustam litigandi causam.

Libertas iusta. Libertas iusta, id est data ex rationabili causa, non ex delictis: sed ab eo qui dare potuit, l. illud. ff. de manumiff. vindi. vel iusta libertas, non dedititia, nec Latina. sed plena, quae ciues Romani donabantur, l. si eum seruum. §. eorum. & l. cum quasi. in fin. de fideicom. liber. l. generaliter. qui & à quibus.

Metus iustus. METUS IUSTUS, non vanus nec leuis timor, sed qui in hominem constantem cadere possit: vt est timor mortis & cruciatu corporis, l. metum. cum l. seq. & l. nec timorem. in fi. & l. si. §. 1. ff. quod mer. cau. l. in hanc. de dam. infe. l. si quis fumo. in fin. ad leg. Aquil. & c. si iustus metus. de appella. Deci. in l. in omnibus causis. ff. de reg. iur. l. interpositas. C. de tras. vbi doct. declarat. & alias quando iustus dicitur

arbitrio iudicis relinquatur, vt ibi: & interdum à Iurisc. vocatur iustus timor, in l. 3. ff. ex quib. cau. maiores.

NUPTIAE IUSTAE sunt, quas ciues Romani, id est homines liberi secundum praecipua legu coeunt, §. 1. de nup. in Instit. l. 1. de bon. damna. ff. l. pater filij. in princ. de lega. 3. ff. & l. 1. §. 1. de assignan. libe. & §. 1. de ierulli cogna. in Instit. l. seruorum. §. 1. ff. de stat. hom. l. si qua illustri. C. ad Orfic. inde & Iurisc. iustas nuptias legitimas vocat in l. Imperator. cum l. seq. ff. de sta. hom. & iustum matrimonium, quod stat & est contractum secundum praecipua legum, l. Clandius. ff. de iis quib. vt indig.

ODIUM IUSTUM, causa rationabili inductum, l. vel que patet familias. §. exheredatis autem, nisi specialiter testator iusto odio commotus eos veruerit humanitatis tantum gratia sepeliri. ff. de religio. & sumpti. fune. Et quod Iurisc. vocat iustum odium, Imperator vocat causas exheredationis in authent. vt cum de appel. cognosci. §. causa. colla. 8.

PATER IUSTUS, ex iis iustis nuptiis factus, l. eius. l. 1. ff. ad municip. Etiam si non habeat filios in potestate, l. lege Julia. 2. §. 1. ff. de rit. nupt.

Persona iusta in litibus est idonea, & ad agendum legitima, l. in vniuersis litibus placet non prius puberem iustam habere personam, nisi prius interposito decreto aut administrandi gratia aut in litem fuerit curator datus, & c. qui da. tut. post.

Praestatio iusta. Praestatio iusta, l. quod debetur. in fin. ff. de pecun. ibi delegatio pro iusta praestatione est, id est delegatio habetur ac si pecunia debita soluta esset & praestita.

Possessio iusta. Possessio iusta non vitiosa, non vi, non clam, non precario habita, l. 2. & 3. ff. vt possi. l. duo in solidum. de preca. l. quecuque. §. 1. de Publ. in rem. precaria tamen possessio iusta quidem est, sed non pergit ad iudicij vigorem, l. communi diuidundo. §. inter. ff. com. diui. §. ex iis. per quas perso. nobis acq. in Inst. & iuste possidet qui auctore praetore possidet, l. iuste. de acq. possess.

Possessor iustus. Possessor iustus, qui verum habet titulum, etiam à non domino. l. cum qui. §. 1. ibi, est enim iustus possessor, & petitor qui liberalitatem accepit. ff. de Publiciana. Dicitur etiam bonae fidei possessor, l. si quid possessor. §. 1. de petit. hered. ff. sic etiam iustus petitor est qui titulum in rem quam petit & iustam petendi causam habet, d. l. eum qui. §. 1.

Pretium iustum. Pretium iustum, verum pretium, non immoderatum, nec iniustum, sed rei aequiualeus vocat Iurisc. in l. si possessor. §. quod si poss. ff. de petit. hered. & in l. si res. de in rem verso. iuncta glo. & in l. 1. §. sed si rem. ff. si quid in fraud. patro. l. 1. §. cura carnis. de offic. praes. vrb. & in litem quamuis. ibi, in communi diuidundo iudicio iusto pretio rem aestimare debet iudex. ff. com. diuid. l. si quis sepulchrū. vers. praes. etiam compellere debet iusto pretio iter ei praestare. ff. de religio. l. cum quasi. §. si plures. de fideic. liber. & l. alieno. in fi. ibi, de l. si fundus. in fi. de pign. l. qui concubinam. in fin. de leg. 3. & Imperator in l. 2. C. de rescind. vendic. l. vlt. in fin. de administr. tut. & Iurisc. verum pretium dicit in l. si fideiussor. §. si. ff. de lega. 1. Alibi aequum pretium in l.annonam. §. 1. de extraord. crimin. & iusta pretia non ex praterita aestimatione, sed ex praesenti constituenda sunt, l. 3. §. diui fratres. ff. de iure fidei. Oppositum est iniustum pretium, l. nec quasi. de vind.

Procurator iustus. Procurator iustus, verus, cui legitimum mandatum est, vel specialiter, vel cui omnium rerum administratio mandata est, l. vero. ff. de solut. Cui opponitur falsus, l. licet. C. de procura. l. falsus procurator. de furt.

Paalum iustum. Paalum iustum, vulgo vestitum dicimus, & stipulatione roboratum, l. Stichum. §. naturalis. ff. de solut. teste Alciat. in l. obuenire. supra codē. & op-

Timor iustus.

Nuptiae iustae.

Matrimonium iustum.

Odiu iustum.

Pater iustus.

Persona iusta.

Praestatio iusta.

Possessio iusta.

Possessio precaria.

Possessor iustus.

Possessor bonae fidei.

Petitor iustus.

Pretium iustum.

Pretium verum.

Pretium aequum.

Procurator iustus.

Procurator falsus.

Paalum iustum.

ponitur pacto conuento. illud enim nuda conuentio est, hoc plenum solidumque pactum. hac Ferrer. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact.

Ergo dicerem iustum pactum illud dici; quod cum causa facti est, & à iure approbatum, non transit in aliud contractus nomen, sed in suo remanet nomine. ideo §. naturalis. intelligitur de pacto cum causa facti à iure non improbo: vt pote non facti à furioso vel à minore, vel à personis, que nō possunt hoc facere: vel non est factum metu, vel dolo, vel non est contra bonos mores. sic intelligerem iustum ibi post glo. & doct. in d. §. naturalis. Nempe si dicatis roboratum stipulatione, iam non erit amplius pactum, sed stipulatio. & sicut pactū vinculo æquitatis sustinetur, ita conuentionis æquitate dissoluitur: vt in d. §. naturalis. & in pacto liberatorio non requiritur vestimentum, l. si tibi. §. quædam. & l. si vnus. de pact. & de hoc pacto iusto loquitur. l. Epistola. §. pactum. in ff. de pact. vbi loquitur ex natura tituli de pacto, nō de stipulatione. nam pactum sic accipimus, si pretio quantocunq; pactus est, l. furti. §. pactus. ff. de iis qui notan. infam. & Iurisc. ait: si pacto stipulatio subdita sit, in l. cum essent. de serui. rursi. præd. Et in §. si. ibidem dicitur, nisi pactum, vel stipulatio. Ergo pactum non potest vocari stipulatio, nisi generaliter, in l. ff. de pact. scripsi in l. iurifigentium. in meis non interp.

Possidere iuste. Possidet iuste qui auctore prætoris possidet, & qui iure & rite à prætoris missus est in possessionem, l. iuste. ff. de acq. possess. Et tam is qui pignori accipit, quæ is qui precario rogauit, iuste possidet. Non tamen opinione domini possident. l. si seruus. §. r. ff. de noxal.

Petens iusta. Petentibus iusta, id est rationi consona, non est denegandus assensus, l. 2. ff. de iis qui sunt sui vel alie. iur. & §. vlt. eodem tit. in Insti.

Prouocatio iusta, & in iusta. Prouocatio iusta & quando quis fuit grauatus: iniusta quando sine grauamine appellatum fuit, l. qui Romæ. §. Seia. de verb. oblig. ff. l. Imperatores. ibi, non iuste appellauerit. de appel. & si iusta sit appellatio, vel iniusta, pronuntiat bene appellatum vel male, & sine grauamine, l. negotiorum. in prin. ff. de appel. l. 2. in prin. ibi, deinde tua appellatio iniusta fuerit pronuntiat. ff. quando appell. sit. l. furti. in prin. de iis qui not. infam.

Poeni iusta. Poena iusta, id est delicto conueniens, & à iure statuta citra temperamentum, l. absentem. in fin. ff. de poen. ibi, ita refert & in maioribus delictis consulto aliquid admittatur, an casu. & sane in omnibus criminibus distinctio hæc aut poenam iustam eligere debet, aut temperamentum admittere.

Pondera iusta. Pondera iusta & mensura, c. 2. de empti. & vend. Non falsa nec dolosa, sed recta & æqua, & probata. cap. non afferamus. 24. quæst. 1. l. arbiter. §. de eo. ff. de dol. & Leuitici 19. cap. in si. statera iusta & æqua sint pondera: iustus modius æquusque septarius. & Ezechiel. 45. cap.

Probatio iusta. Probatio iusta, à iure probata, & legitima, l. r. C. arbit. tut. l. cum de indebito. ff. de proba.

Plus iusto onerare quid sit declarat text. in l. qua actione. §. sed & si quis plus iusto oneratus. ff. ad leg. Aquil. & l. si seruus. §. si mulier. ibid. iuncta l. 1. §. quod si propter. si quadrupes. paup. fecit. dic.

Querela in sta. Querela in sta, à iure probata, & legitima, l. r. C. arbit. tut. l. cum de indebito. ff. de proba.

Reuentio in sta. Reuentio in sta, à iure probata, & legitima, l. r. C. arbit. tut. l. cum de indebito. ff. de proba.

Ratio iusta sumptuum. Ratio iusta sumptuum, moderata, pro modo facultatum facta, l. at si quis. §. æquum. ff. de religio. ibi, sciendum est nec voluntatem testatoris sequendam, si res egrediar iustam sumptuum rationem:

pro modo autem facultatum sumptus debere fieri. Ratio iusta, pro recta, æqua, vel probabili. l. pen. in fin. ff. de publi. iudi. l. 1. §. 1. de po. ibi, iustam rationem habet, l. doli verbum. & l. nam & mai. de ser. corrup. alibi bona ratio dicitur: & probabilis in l. 3. §. si quis volentem. ff. de libe. homi. exhib.

Rationibus iustis duci, id est moueri rationibus bonis, non frivolis. l. 1. in fin. ff. de abige. l. inter. ibi, excusatio pro absente iustis rationibus admittitur. de pub. iudic. l. filio. de lega. 1. ibi, qui iustis rationibus noluit negotiis hereditariis implicari.

Recusare iuste, id est iure, l. in causæ. §. r. de procu. ibi, cererum si velit quedam transferre, quedam relinquere iuste, procurator hæc inconstantiã recusabit.

Seruitus iusta. Seruitus iusta, pro vera gloss. in §. 1. Insti. de libert. exponit. cum autem ingenuus aliquis natus sit, non officit ei in seruitute fuisse, & postea manumissum esse, §. fin. de inge. in Insti. & non potest iusta seruitute videri seruuisse iis, qui liberum eum esse non ignorabant, l. si seruus ff. de stipu. seruo. sed in l. generaliter. ff. de noxa. iusta seruitute dicitur seruire bonæ fidei possessori. & sic iusta potest exponi legitima, vt dicit gloss. vel à iure constituta. nam si quis à latronibus captus sit, non est iusta seruitute detentus, d. §. fin. & in l. hostes. ff. de capt. l. libertini. de stat. hom.

Sepulchrum iustum nō facit qui in locum cuius vsus fructus alienus est, mortuum infert: nec iuste infert, l. sunt personæ. ff. de relig. & sumptib. funer. §. religiosum. Insti. de rer. diuis. & iustum sepulchrum facit qui locum religiosum facit l. 2. ff. de religio. ideo iustum sepulchrum facitis qui est fundi dominus & liberam eius habet dispositionem sine alicuius preiudicio. diui enim fratres edicti admonuerunt, ne iustæ sepulture traditum, id est terra cõditum corpus inquireretur. videtur autem terra conditum corpus & si in arcula conditum.

Solicitudinem iustam, rationabilem & æquam, l. non iustam gerere solitudinem per fideicommissum relictae portionis hereditatis perspicimus. C. ad Trebel. & iustū desiderū. l. iustam. C. de eden.

Seueritas iustissima, l. r. §. r. de incendio. pro austeritate poenæ iuste inducta. ibi, huius edicti vilitas enidens est, & iustissima seueritas. si quidem reipublica interest nil rapi ex huiusmodi casibus.

Sententia iusta, id est perfecta & solemnis, l. r. ff. de testa. testamentum autem est voluntatis nostræ iusta sententia, & c. ego dicerem iustam sententiam, id est iure factam, in qua nihil iuris aut solemnitatum desit. sicque iusta debet esse testatoris sententia, non iniusta. arg. l. Lucius. ff. de iis qui no. infam. si autem disponderet quod filius non ingratum nulla sua bona haberet, vel quod interficeretur, nō esset iusta sententia, ob id reicienda. vnde dicit: est voluntatis nostræ iusta sententia. Nā facta quæ legunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & contra bonos mores sunt, nec facere ea nos posse credendum est, l. filius. & l. quidam. ff. de cond. insti. idem si non esset perfecta & absoluta, non potest iusta dici. l. hac consultißima. §. ex imperfecto. de testa. C. adhæc si solemnitas deficeret, d. l. hac consultißima. & lege, nemo. ff. de lega. 1.

Sumptus iusti, vere & ex causa impensæ, lege, solori. si pars heredit. petit. ibi, sumptus qui propter onera totius hereditatis iusti fiunt ei qui patroni iure portionem euicerit, pro rata computentur, l. per hoc. in fin. communi diuid.

Tempus iustum est illud quo quis cõmode iter vel negotium peragere potest, l. tēpus. ibi, si quis tamē plus iusto tēpore aut cõmoratus cõsumperit. ff. de excus. muner. l. cum quidam. 2. de lega. 2. in fin.

Titulus iustus, pro habili ad translationem donuini, vel qui causam præscribēdi habet, l. si. nullo iusto titulo.

Ratio iusta.

Rationibus iustis duci.

Recusare iuste.

Seruitus iusta.

Sepulchrum iustum.

Solicitudo iusta.

Seueritas iustissima.

Sententia iusta.

Sumptus iusti.

Tempus iustum.

Titulus iustus.

sto titu. C. ne de statu defunct. c. peruenit. de empti. Testamentum iustum pro solemnem exponit glo. in l. qui à patre. ff. de confir. tut. sed ego exponerem pro valido & iure facto: quia testamentum nuncupatio differt à solemnem, per text. in authent. hac cõsultißima. C. de testa. & tamen nuncupatum, si rite factum fuerit, iustum dici potest, l. si is ad quem. ff. de acq. hered. iniustum verò testamentum vocat Iurisc. consulti, contra iustitiam, formamque rationis naturalis & officium pietatis factum, l. 2. ff. de inoffi. testa. l. 3. §. ex iis. vers. iniustum. de iniust. test.

Vxor iusta, quæ ducta est ex iustis nuptiis, id est ex solemnitate, l. filius. 2. §. si quis. ibi, postea Tertia vxor tibi iusta fuerit, ff. de libe. & posthu. l. si vxor. de adul. aliter ignominiosè dicitur, quæ dedecori sit tam ducenti, quam patriac cõsanguineis: vt si illustris filiam tonforis vel alterius artificij in vxorem ducat, l. 3. §. si emancipatus. ff. de bono. possess. contra tab. & in summa vocari potest iustum, numeris omnibus absolutum, perfectum, & legitimum.

ALPHENVS VARVS LIB. II.

Digest. Lex ccij.

Cum in testamento scriptum esset, vt heredes in funere, aut in monumento aureos duntaxat centum consumerent, non licet minus consumere: si amplius vellent, licet: neque ob eam rem contra testamentum facere videantur.

Herēs iustus exponere centum aureos in funere, vel in monumento, tenetur illa centum consumere, & si velit, vltra, sed nō minus. item iustus distribue- re cētum aureos pauperibus sub poena priuationis hereditatis, si ductōs erogauerit, cōtra testamentum non facit, propterea non debet hereditate priuari: tamen si contrarium videretur, quandoquidem postquam testator taxauit, voluntas testatoris videtur huiusmodi: & sic sequenda. §. disponat itaq; vnusquisque. in authen. tit. de nupt. coll. 4.

Sed respondeo, non videtur contra testamentum facere, qui plus exponit, tum cum pluris expeditur, vtiq; & rati expeditur, l. cū furti. ff. de in litē iurand. Tum quia in maiori summa minor inest. l. 1. §. si situlanti. ff. de verb. oblig. & quia in re propria quilibet est moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. manda. & quilibet nedum re sua vri, sed etiam abuti potest, l. sed & si l. §. consuluit. ff. de petit. hered. & sic vltra expendere poterit. nec facit contra testamentum, quamuis Alcia. dicat hodie hanc legem non habere locum: ego tamen vidi in forensi iudicio seruari eam modificationibus quas inferius describam.

Primò perdit officium suum regula text. nostri, quod liceat plus expendere, quam taxatum sit à testatore, quando ipse prohiberet, & veteret heredi, ne plus expendere, quam centum. tunc enim plus expendendo facit contra testatores prohibitionem: quia taxando vt in funere vel sepulchro tot auri expendantur, hoc taxat, vt certo sciant heredes, quæ sit voluntas testatoris in funere, ne minus expendant: quia solent esse auari, & non curare post mortem testantis de eo, sed bona illius habēt, & amplectuntur. sed quando prohibet ne plus consumatur in funere, vel hoc præcipit, diuersum est. nam quod præcipitur, imperatur, quod imperatur, necesse est fieri: si non fiat, poenam habet. vbi cõsiliū datur, offerentis arbitrium est: vbi præceptum, necessitas est seruientis, vt obediat, vel imperantis, vt ei obediatur, sunt verba Pontificis maximi Georgij adducta in cap. 14. distinct. quæst. 1. atque pro hoc vi-

deri potest textus expressus in l. naturaliter. §. penult. ibi, & non plus impēdas in exigendo quam decem. ff. de præscrip. verb.

Cuius tamen prætextu ego nequaquam probarem quosdam nostræ religionis in sepeliendo contentiores. qui plus volunt sapere, quam oporteat, iubentes se sepeliri noctu. nam qui male agit, odit lucem, vt est in Euangelio, & in cap. consuluit. de offic. deleg. & bona opera interdiū fieri debent: vt homines videant opera vestra bona, inquit Christus, & glorificent patrem vestrum, qui est in cœlis, vt habetur in Euangelio: & sic videtur sepultura contemni.

Idem si aliquis velit sepeliri sine strepitu & pulsatione aliquarum cõpanarum, nam is de præceptis ecclesie non bene videtur sentire: & quia contra generalem cõsuetudinem ecclesie facit, & retrahit homines, ne pro eo preces fundant. nam homines audientes campanas orarent pro illo. Et sic videtur esse contra bonos mores, quemadmodum docet Petrus Parisiēsis consil. 91. Pro primi. col. 2. in 4. vol. Nisi is homo tam scelestus esset, veluri vsurarius, contra quem insurgerēt omnes, illi potius maledicentes quam bene, tunc melius est sine campanis & murmure sepeliri.

Et heretici communis noctu sepeliri cupiunt, quãdoquidem in tenebris vixerunt, & ad tenebras se præparant. vnde scribit Augusti in cap. quæ contra mores hominum sunt, flagitia sunt: & quod lege, aut ciuitatis consuetudine firmatum est, nulla ciuis aut peregrini libidine violetur. turpis enim est omnis pars vniuerso suo non congruens. cap. quæ contra. 8. dist. & sicut nullus propria temeritate debet relinquere tumulum suorum, multominus debet relinquere sepeliendi consuetudinem, vt interdum sepeliatur. cano. placuit. 13. quæst. 2. hi autem oblationes negant ecclesiis, aut difficile reddunt: ideo tanquam egentium necatores excommunicandi sunt: nec credentes iudicium dei habendi sunt, vt est in concil. Carthaginens. & Varen. in cap. qui oblationes. ibidem. facit cap. anima. ibi, oberit pio vilis, aut nulla sepultura. ideo ista nocturna quæ est vilis sepultura, illis oberit, consuetudinem ecclesie relinquuntibus.

Et quanti sumptus in funere sint faciendi, abunde scripsi in tractatu de sententiis prouisionalibus, in præfatione, numero quadagesimo nono, cū multis sequentibus, in primo tomo commentariorum in constitutiones Regias, vbi tractati de conuiuiis funebribus.

Secundò etiam non procedit quando ex testamento, vel alias de mente testatoris apparet: quia illa sequenda esset, l. in conditionibus. de conditio. & demonstr. nam longa differētia est si testator affirmatiue loquatur, & tunc videtur causa demonstrationis & declarationis fieri: secus si negatiue, quia negatiua torum negat, l. hoc genus. vbi glo. ff. de conditionib. institut. l. si sic stipulatus. vbi lafon, de verb. oblig.

Tertiò flectitur, quando ad estimationem heres hoc vellet facere, & magnificum sepulchrum in iniuriam aliorum construere, vel si materiam seditionis præberet: tunc prohiberi potest. sicut de opere dicitur in lege, opus. ff. de operibus publicis. imò si heredi præciperetur hoc fieri, magis laudandus est non obediens etiam voluntati testatoris, quam vituperandus. l. quidam in suo. ff. de condit. insti. l. at si quis. §. hæc actio. ff. de relig. ibi, sciendum est nec voluntatem sequendam, si res egrediat iustam sumptus rationem. pro modo enim facultatum debet sumptus fieri: nec priuatur tãquam indignus hereditate, qui minus expendit quam fuerat iustus, lege, non oportet indignis heredibus

In eos qui sepeliri volunt.

In eos qui sepeliri volunt sine pulsatione campanarum.

In vsurarios.

Heretici cur noctu sepeliri volunt.

Mens testatoris sequenda est.

Herēs quãdo excusetur, summus quãus præceptum est faciat.

successiones auferri. Cod. de his quibus vt indignis auferuntur hereditates, & ad Senatusconsult. Silanianum.

Taxatio filijs facta excedi non debet. In extra neis hereditibus taxatio cur fiat. Executores funerum mandatum reatoris excedere non debent. Expensa funeris executoria sunt. Quotuplex funus. Executor si plus impendat quam taxatum sit, sibi impu- ret.

Quarto vitatur etiam quando illa taxatio testatoris facta esset gratia filiorum, ne ultra quam de- ceat expendere: tunc heredes filij vltra taxationē expendere non possent & in dubio ista taxatio filijs vel nepotibus facta, videtur fieri in fauorem illo- rum: scilicet si extraneis, quia prouiso patris in dubio fauore filij fit, & ratione amoris paterni, quemad- modum scribo in l. liberorum. infra eo. argumen- to legis, isti quidem. ff. quod me. caus.

In extraneis verò taxatio fit causa demonstratio- nis, vt is qui habet bona testantis, saltem exponat centum in funere: non quod testator prohibeat plus consumi: quia scire neminem velle perdere, l. filiusfamil. ff. de donat. & iactare suum, lege, cum de indebito. de probat. ff. & hodie nulli spargunt pecuniam seu aureos, quia titulus de non spargen- dis pecun. lib. 12. hoc prohibet: sed nō habet locum inter magnos Principes, qui nesciunt qua opera, labore & sudore querantur.

Quintò non procedit in executoribus, qui man- datum excedere nō possunt testatoris: nec possunt de alieno largiri vltra summam taxatam. alioqui dicitur textus speciem furti esse, & beneficij debiro- sibi rem acquirere, l. si pignore. §. primo. ff. de furt. nec potest heres prohibere executori ne expendat vsque ad summam taxatam, lege, at si quis. §. idem Labeo. ff. de relig. & Alciat. hic vltra quam deceat stomachatur contra sacerdotes Christiane legis, dicens eos inuenisse mille subtilitates, quas stro- phas vocat. quod si melius perpendisset, à testato- ribus laudem appetentibus inuentas esse intellexisset: aut potius cum homo Christianus sit, ista cōtri- cere debuisset, hoc maxime tempore valde pericu- loso, vt scandalum magis inducētia quam salutem.

Notandum est, quod expensa funeris executoria sunt nempe non obstantibus appellationibus propter vtilitatem publicam condemnatus cogi- ad funus, lege, sunt personæ. ff. de religi. & sumpti. fune. Et in hoc Regno Franciæ extat lex Regia, su- per qua plene scripsi in tract. meo de senten. præiudi- cii. seu prouisional. in 2. casu prouiso. in præfat. vi- dere tex. in l. Titius heredes. ff. de lega. 3.

Funus quadruplex est, quemadmodum per La- farum in lib. 3. de republica Roma. cap. 18. pagina quadragesima vigesima.

Sextò idem si executor testamenti plus expen- dat quam à testatore taxatum sit, sibi imputet. illud enim ab herede repetere non poterit. tex. singul. in lege, qui in aliena. §. 1. ff. de negotiis gestis. lege, he- ditas de perit. hered. si autē minus expendit quam sibi traditum est residuum commodo heredis ce- dit, vel expendere cogetur. lege, Lucius. §. 1. de lega. secundo. & id conditione ob causam heredi resti- tuere compellitur. l. si heres. vbi Iason. ff. de cond. caus. dat. Baldus in Margarita in verbo, executio. quæst. 39.

Si tamen legato vel alteri commissario data fue- rit pecunia ratione oneris, vt pote pro quolibet die aureus, si totum non expendat, non tenetur resi- duum restituere, sed debet apud eum remanere ratio- ne oneris: scilicet si daretur ratione expensarum, Imol. & alij in l. Lucius. §. 1. ff. de lega. 2. quod est notandum, vt sciatis. quomodo conuenit fuerit.

Imò si mandauerim tibi vt codicem, vel aliam rem emeris tali pretio; decem forte, & tu viginti emeris, residuum petere non poteris: antequam tamen tradideris, retentione vti licebit, nisi integrum pretium tibi restituar. per dictum §. primum leg- is, qui in alien. de neg. gest. ff. vbi Bald. & expressim Franciscus Cremien. singul. 71. si dedi.

Sed quarendum est, iussus impendere centum aureos, quales exponere debeat, an solares aquilæ Regios, vel paruos? Respondeo, imprimis debet inspicere de quibus testator in illo testamento men- tionem fecerit: si nulla est adhibita mentio, tunc consuetudinem regionis esse inspiciendam, de qui- bus frequenter loquatur, vt hic de solaribus intelli- gatur, Tholosæ de paruis. l. si seruus plurium. §. fin. de lega. 1. ff. vbi alia conscribuntur coniectura.

Verba text. elucidamus. Cum hæc dictio alias copulatiua est, de qua in l. triplici. supra eod. tractauim: verum hic sumitur pro quando, vel quoties.

Monumentum est, quod memoria seruanda gratia existit, l. 2. §. monumentum. ff. de relig. & generali- ter monumentum res est memoriæ causa in poste- rum prodita, in quam si corpus vel reliquia infe- rantur, fiet sepulchrum: si vero nihil horum infe- ratur, erit monumentum memoriæ causafactum, Græci νεκρώσιον appellant, id est aduonarum vel hos- pitum sepulchrum. l. monumentum. de religio- sis. l. intantum. in fin. de rer. diuisione.

Munimentum autem sepulchri id esse diuus Adrianus rescripsit, quod causa muniendi eius loci factum sit, in quo corpus positum sit, l. funeris. ff. de religio. & quid munimentorum nomine conti- neatur scripsi in l. notionem. §. instrumentorum. supra eodem.

Centum. Dicitio numeralis est, de qua in l. prope- modum. & l. Nepos Proculo. supr. eod. & quamuis hic text. taxatiōe loquatur in centum, tamen idem erit in alia summa: quia exempli gratia tantum hoc descripsit, d. l. prope modum.

Consumere pro erogare, vel expendere capitur. Nam qui expendit vel erogat, consumit, vt exponit text. in l. qui in alien. aliis est lex, liberto. §. libertos. ff. de neg. gestis.

Interdum vsu consumere accipitur pro vsu tol- lere, siue diminuere, vt in tubrica de vstruclu ca- rum rerum quæ vsu consumuntur. iunctal. r. vbi Iuriscōsultus hunc in modum elucidat.

Item consumere, destruere, atterere, funditus euertere, & abolere, dissipare, l. videamus ergo si heres ad quem aliquid peruenit consumpsit. ff. quod metus cau. l. vocatum. ibi, si sine pretium ac- ceptum vel perdidisset, vel consumpsisset, vel do- nasse de petitione hereditatis, l. si emancipatus. de bonorum possessione cōtra tabulas. l. si reus stipu- ladi. de fideiussoribus. l. vnica. C. de famosis libellis.

Consumere, pro exponere, confundere, in sume- re. l. Casius. ff. de solu. sed si creditor eos nummos sine dolo malo consumpsisset. l. si à furioso. & l. seq. l. si ego. ff. si cert. petat.

Quandoque in bonam sumitur partem, vt hic ratione adiuncti: vnde dicendum est obligationis partem esse consumptam, id est peremptam, extin- ctam, vt accepit Marcellus in l. cum debitore. ff. rem rat. hab.

Idem Iuriscōsult. ait incendio consumptam domum, in l. domum. ff. de contrah. emptio. & si quis cum scire venditorem statim pecuniam con- sumpturum, seruus ab eo emisisset, plerique respon- derunt cum nihilominus bonæ fidei emptorem esse. idq; verius est. Quomodo enim malafide emis- se videtur qui à domino emit? nisi forte is qui à lu- xurioso & proflinis scorto daturu pecuniam ser- uos emerit, non vsucapiet. Iulianus in l. si quis cum sciret. ff. pro emptore. vnde cum hoc verbum sit medium, bonum respiciens, & malum, Iuriscōsult. addere solet, male consumpsit. in l. minor. 25. annis adito. ff. de minor.

Consummare verò est perficere. deū oro vt mi- hi concedat hoc opus cōsummare, & probat Iuriscō- sultus in l. si in aliquam. ibi, si qua cœpta sunt opera

Iussus impendere centum aureos, quales imponere debeat.

Cum pro quando.

Monumentum.

Munimentum sepulchri.

Centum.

Consumere pro erogare, vel expendere.

Consumere pro destruere.

Consumere pro confundere.

Consumere in bonam partem.

Consummare.

opera publica, & vt consummentur. ff. de officio proconsulis. l. continuus. §. item qui in sulam. ff. de verbor. obligat. De his autem copiosius ego scripsi in l. adificia. supra eodem.

Consumere publicam actionem, pro tollere, in l. cum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. ibi, nam & si quis egerit ita demū consumit publicam actio- nem, si non per collusionem actum sit.

Sumere frequenter pro assumere, accipere, capi- tur: vt dixi in l. alius est capere. supra eodem. probat lex, heredes. §. de pluribus. cum §. sequenti. ff. famil. excusc. vbi primò dicit sumere iudicium, pos- itea accipere. inde sumere lapides & arma dicit Iuriscōsult. in l. 3. §. plus dicitur. ff. de vi & vi arma. l. 3. §. is cui. de fca. l. 3. de seruit. rusti. præd. l. 1. de quibus rebus ad eund. iud. eat.

Ius non sumitur ex regula, sed ex iure regula fit, l. infra ritu. prox. & ibi exponitur.

Sumere supplicium de aliquo, est illum punire, l. magistratibus municipalibus supplicium à seruo sumere non licet. ff. de iurisd. om. iudi. l. 1. de effract. & sumere vindictam, in l. penult. si ex nox. cau. aga. ibi, quia aliter de seruo supplicio & verberibus fati- sit: aliter de libero vindicta sumitur.

Sumere effectum, diuisionis placitum, nisi tra- ditione vel stipulatione sumat effectū, ad actionem nulli prodesse poterit. l. diuisionis. ff. de pact. id est accipiat robur à traditione vel stipulatione.

Sumere, erogare, impendere, inde sumptus, im- pensa, & id quod quis impendit, l. r. in fi. princ. ff. de de excusa. mune. l. semper. §. negotiatores. de iure immun. l. 1. §. patrimoniale vero est in quo maxime sumptus postulantur, de mune. l. 3. in fin. & l. hono. ibid. l. generali. §. Lucius. de vstru. lega. l. aut pretor. §. per hanc. quæ in frau. cred. l. 2. §. restituas. ne quid in loc. publico. l. qui Romæ. §. 1. de verbor. obligat. l. filio. & l. legatus. de legatio. l. prætor. in fi. de eden. l. sumptus. de pact. l. qui aliena. §. 1. de neg. gest. cum aliis infinitis iuribus.

Sumptus necessarios ac probabiles Iurisc. vocat in l. qui in alien. in fin. ff. de neg. gest. qui re virgente facti sunt: voluptuarios qui nulla re virgente, l. ex duobus. in fin. ibidem. l. si pecuniam. in princip. de condit. cau. dat.

Sumptus litis, expensæ litis dicuntur, in l. iam ta- men. §. in hac. ff. iudic. sol. de quibus abunde scripsi in tract. de expens. damnis, & interesse, in 3. tomo commenta. in constit. Reg. Gallia.

Sumptus inanes, inutiles, frustratorios, in l. r. de in offic. testam. vocat Vlpian. ibi, melius facerent si se sumptibus inanibus non vexarent, cum obtinere spem non habeant.

Interdū pro materia sumptus dicitur, assumptus seu electus, receptus, datus: vt arbirer sumptus, l. quid tamen si de pluribus controueris sumptus est nihil sibi communibus. ff. de arbit. l. propone- batur ex his iudicibus qui in ea re dati essent, non- nullos causa audita excusatos esse, inque eorum lo- cum alios esse sumptos. l. si opus quod quis iussus est à iudice qui ex hoc edicto sumptus esset restituere. ff. quod vi aut clam.

Sumendus iudex, l. Iulianus ait, si alter ex litiga- toribus iudicem solum heredem vel ex parte fece- rit, alius iudex necessarius sumendus est: quia iniquū est aliquid sibi communi fieri. ff. de iudic.

Summus, amplissimus, vnicus, perfectus, & in quo omnia insunt: de quo scripsi in proœmio con- corda. in verbo. summas.

Inde summa quæstionis, principalis, præcipua pars quæstionis, l. obligamur. §. ex facto obligamur, cum in facto summa quæstionis consistit. ff. de actio. & obliga. & vult dicere nos ex facto obligari, quan- do principalis seu præcipua quæstionis pars in facto

consistit: quod elucidatur in l. actionum genera. §. ex facto actio est quotiens ex eo teneri quis incipit quod ipse admittit: veluti si furtum vel iniuriam commiserit, vel damnum dederit. ibidem.

Summa reipubl. l. municipes intelliguntur scire, quod sciunt hi quibus summa reipub. commissa est. ff. ad municip.

Summa rei est, l. non distinguemus. §. si mulier. ff. de arbit. ibi, summa rei est vt prætor se non inter- ponat, siue nullum sit compromissum, siue sit, sed pendeat an ex eo exigi possit.

Summus fundus, l. tria. de seruitutibus rusticorum prædiorum, dicitur superior, oppositus imo fundo.

Summa terræ, summitas terræ, vel ipsa superfi- cies, l. cū vsu fructu hori. in fi. ff. quib. mod. vsufr. amitt. ibi, Labeo ait: nec si summa terre sublata ex fundo meo, & alia regeſta esset, idcirco meum solū esse definit, non magis quam stercoreo agro.

Summa aliquando pro quantitate accipitur: vt ea summa restituatur communis. l. 1. ff. commun. diuid.

Summa egestas, qua nulla maior, in l. fin. ff. de bon. damna.

Sūma ratio est quæ facit pro religione, l. sunt per- sonæ. ff. de relig. & sumpti. fune. l. iis solis. de cond. indeb.

Summum periculū, pro morte intelligit Iurisc. quo nullū aliud maius, in l. & eum qui. ff. de vi publ. ibi, motus quærela eius, qua significauit filium suū ingenium iuuenem admodum raprum arque cō- clusum, mox verberibus atque tormentis vsque ad summum periculum afflictum.

Summum supplicium videtur esse ad furcam damnatio, & viui concrematio, l. capitāliū. in princ. ff. de pœn. l. si quis. §. abortio. ibidem. l. penult. de condit. cau. dat.

Summatim cognoscere, est breui & summarie de causa tractare, l. r. in fin. ff. de præd. stipu. l. in lege Aquilia. ad leg. Aquil. l. si defensor. §. illud. de inter- roga. actio. declaratur in Clem. sepe. de verb. signif.

Summates dicuntur ab Imperatore summi pri- mates, seu primarij, ex ordine decurionum, l. quin- que summates. C. de decurio. lib. 10.

Sequitur in tex. Ob eam rem. id est propter cā rem, l. in vsu. supra eod. l. qui proprio. §. penult. de pro- curat. facit. lex 1. §. de eo loquitur, non de ea: sed ta- men & ob eam quæ est femini sexus dabitur. ff. de pecun. l. quotiens. ibi, ob eam rem domini.

Ob pecuniam, l. si rem alienam. ff. de pign. actio. Ob pretium, l. 5. §. si & quem. ff. de instro. acti.

Ob hoc, l. mulieris. §. de finere. supra eod. & hæc dictio ob significat causam remota ex vero proxi- mam, teste Bald. in l. non dubiū. col. 2. de legi. C. vnde infert, quod cōdemnatus de mandato ob homi- cidium, nō dicitur de homicidio cōdemnatus. facit quod idem Bald. notat in l. vni in fin. C. si seruus ex- tero. & in l. ex arrali. C. de action. empri.

Contra testamentum facere non videtur. Et si ex hoc text. colligitur, quod nō facit quis cōtra testa- mentū, quando ea quæ iussus est facere implet, & aliquid facit vltra. vnde qui excedit fines mādati, meliorem domini conditionem faciens, nō tenetur: quod cit verum quādo in eadem specie mandatū impletur: quia dominus ex hoc queri non potest, l. si pro- curator. ff. de cond. indeb. l. si mandato meo. in princ. manda. scilicet si in diuersa specie. l. diligenter. vbi Franc. Curt. ff. mada. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. de acq. hered. vbi Ias. Dicam si operæ- pretium fuerit in constit. Reg. tit. de procura.

Quæro, quando quis facere dicitur contra te- stamentum: respondeo, qui facit contra id quod in testamento cautum est: vt si testator iussit templum

Summa rei publ.

Summus fundus.

Summa terra.

Summa quantitate.

Summa egestas.

Summa ratio.

Summum periculum.

Summum supplicium.

Summatim.

Summates.

Ob eam rem.

Ob pecuniam.

Ob pretium.

Ob hoc.

Mandati fines qui excedat, quādo tenetur vel non tenetur.

Contra testamentum quādo quis facere dicitur.

construi vsque ad mille libras, & is construxit castrum, ipse potest cogi ad hoc per iudicem ecclesiasticum & laicum, l. hereditas. ff. de per. hered. scripti abunde in tract. de sentent. prouiso. in praefat. in in comment. ad constit. Reg. in 1. tomo. & contra defuncti voluntatem facere videtur qui contra disposita ab eo facit, siue contra verba siue contra mentem, l. si peculium. ff. de statuliber.

Contra de functi voluntatem quomodo quis faciat. Contra legem quis faciat.

Contra iura mercari.

Contra seruitutem facere. Contra placitum facere.

Contra commodum facere.

Contra bonos mores quid fieri dicatur.

Contradicere.

Contra ius constitutionis.

Ex natura actus procedens non veniit contra dispositionem.

Contra legem etiam facit, qui id facit quod lex prohibet. l. contra legem. ff. de legibus. l. Caesar. de publica. l. non dubium. C. illo tit. vbi Bald. & lafon pulchra scribunt.

Contra iura mercatur qui prohibere lege emit, vel comparat. cap. contra iura. de regul. iur. in 6. Et malefidei possessorem nullus esse ambigit qui contra interdictionem legum mercatur, l. quemadmodum. in fi. C. de agrico. & censib. & ideo non praescribit, regul. possessor malefidei. de regul. iur. in 6.

Contra seruitutem facere, est venire contra constitutum seruitutem, l. si arborem. ff. de seruit. vrb. Contra placitum facere, est committere contra id quod inter partes conuentum est, l. penult. ff. de transact. & quomodo dicatur quis venire contra transactionem, docet text. in l. si quis maior. C. de transact.

Contra commodum facere, notum l. qui luminibus. ff. de seruit. vrb. praed. l. 4. C. de sponsal.

Contra bonos mores fieri dicitur, quando fit contra honestatem & vbi interuenit peccatum: & alias in regul. non est obligatorium contra bonos mores praestitum iuramentum. de regulis iuris in 6. declarauit in interpretatione legis, si quis pro eo. ff. de fideiusoribus.

De dictionibus contra, e contrario & per contrarium videte legem, verbum amplius supra eodem.

Contradicere est allegare aliquid contrarium actui, lege, inuitum autem in seruitutibus accipere debemus, non solum eum qui contradixit, sed & eum qui non consentit. ff. de seruit. vrb. praed.

Contra ius constitutionis quando dicatur iudicatum, vel contra ius partis, docet text. in l. i. quae sentent. sine appel. rescind. Docto. in ca. cum inter. de re iudic.

Notandum est vnum singulare, quod non dicitur venire contra dispositionem qui aliquid facit vel petit ex natura actus procedens, per text. in l. quero. §. inter. ff. loca. vbi dixi in nota. interpret. & l. venditores. de verbo. oblig. vnde si venditor promiserit non venire contra venditionem, & petat pretium: vel emptor petat cautionem euictionis, non dicuntur contra venditionem venire: quia hoc ex natura procedit lege, Iulianus. §. offerri. ff. de acti. empti, l. non dubitatur. C. de euict. Bar. & Bald. in l. si familiae. C. famil. ercisc. idem si testator priuaret heredem hereditate si veniret contra dispositionem suam, & heres peteret cautionem ab vxore usufructuaria, non esset heres priuandus, vt docet Bald. in l. C. de usufr. sic consuluit Carol. Ruyn. in conf. jr. incipien. Primo videns. col. 5. nu. 15. in 1. vol.

IDEM LIBRO VIII. DIGEST. Lex cccij.

In lege censoria.

Duas continet partes. in prima ponitur lex, quae erat in portu Siciliae: ex qua elicitur questus. 2. responsio, vbi duplex deciditur questus. sed ibi respondet. Ex l. censoria portorium non debet solui de seruis qui domum ducebantur ad suum vsum. domus autem existimari debet vbi quis sedes habet & tabulas, & suarum rerum constitutionem fecit. suo vsu etiam ducere videtur quando sui victus causa quis ducit, vel quando serui ducuntur, qui vsus gratia patrisfa-

parati sunt. & lex censoria secundum glo. dicitur, quae super centum lara erat. sed vos dicite melius dici censoriam quia a censoribus lata fuit, quorum munus erat portoria vectigaliaque locare, vt Bud. hic firmat. & si diceretur a censa, diceretur censoria, potius quam censoria. scripsi in l. censoria supra eodem. alia hic non reperam.

Portus Siciliae.

Talis erat lex illius portus Siciliae, vt sequitur: quae est de patrimonio beati Petri, clem. pastoralis. §. verum. de iurciu. vbi Bonifac. & alij: & quis sit portus dictum extitit in l. portus supra eodem.

Ira scriptum erat.

Colligite quod vbi consilium expetimus ex aliquo actu verbis concepto, afferre debemus verba super quibus nobis consulere volumus, instar Iurisc. hic, siue dubitetur super instrumentis testamentorum, siue contractuum, siue super instrumentis collationum beneficiorum, insinuationum, vel praesentationum mandatorum, siue super ordinationibus, siue consuetudinibus, vel aliis actibus. nam ex verbis veniunt ad responsionem quaestionis, vt hic Iurisc. ita nos docet Vlpian. maxime interpret edictorum, semper affert verba illorum, vt patet, in l. i. ff. quod met. caus. & l. r. de dol. & alibi in infinitis locis.

SERuos QVOS DOMVM QVIS DV CERET VSV SVO, PRO HIS PORTORIUM NE DATO.

Ita erat lex portus, vt non solueretur portorium pro seruis quos aliquis domum ad suum duceret vsu: & dubitatum fuit quando dicatur domum ducere, & respondet vt infra quando dicitur domum in qua habitat, & res suas constituit. & ista est prima quaestio.

De verbo ducere scripsi in l. qui neque supra eo. Secunda quaestio erat, an solueretur vectigal pro rebus ad suum vsu delatis: & quando pro suo vsu seruos deferre quis dicatur. & respondet, quando victus gratia, vel vt eadem seruiant. Aliquando vsui esse accipitur pro eo quod est vile, l. postlimini. in fin. ff. de capt. Et vereor quod si quicquam permiserit quod in vsu meum aut tuum fiat, ne modus in care non adhibeatur, l. officium. §. i. ff. de re mili. sed non hic, vt in l. in vsu supra eodem. fuit dictum.

Portorium dicitur vectigal, quod in portu soluitur, seu pro portu, l. 3. C. de publica. & vectigal. vel portorium, quod portori datur.

Et dicitur portitor hic qui portorium conducit, & a transeuntibus exigit, & aliquando etiam vocatur redemptor, hic emptor seu conductor vectigalium, Gallice firmier vocamus, l. in honoribus. ibi, Non alios fisci vectigalium redemptores a muneribus excusari placuit. ff. de excusa. mune. l. Cum in plures. §. vehiculum. ff. loca. dixi abunde lege, saepe computatum est. supra eodem. videte Socin. conf. 247. circa princip. in 2. vol. ad quem spectet soluere hoc vectigal.

Vel dicitur portorium quod soluitur pro rebus quae portantur, forte supra pontem transeundo, vt in l. cum in plures. §. penult. ibi, pontis portorium. ff. loca. Alibi Imperator vocat hoc onus soluendi vectigal pro portatis rebus, deportatorium onus, in l. i. in fin. C. de vete. lib. 12.

Etiam portitor est qui homines traicit, & nauigio vehit, vel ad nauem de littore, vel de nauis ad littus, vel de ripa fluminis ad alteram ripam. Virgil. portitor ille Charon. ius vero pontificum vocat tabellarios & latores literarum portitores, in cap. i. de procura. & alibi frequenter.

Ne pro non negatiue sumitur, vt hic, & l. facere supra eodem. & est aduerbium prohibendi, vt dicuntur gramatici, l. si cum fundum supra eodem. & in rub. ne quid

Lex censoria.

Sicilia portus.

Portorium pro seruis non soluitur.

Ad vsu ducere, qd.

Portorium quid.

Portitoris.

Redemptor vectigalium.

Onus deportatorium.

Portitor nauis.

Portitor pro tabellario.

Ne pro no.

Lex cccij. In tit. de verborum signific. 645

quid in hoc. fac. & ibid. in multis alis tit. ff. & C. & l. i. ad Velleian.

Ne pro an.

Ne pro an, vt in l. triplici. ibi, videamus etiam supra eodem. & l. Nepos Proculo. ibid. & l. si mandato. i. in princ. manda. & l. idem Pomponius. de arb. l. procurator. 3. rem rat. hab. Aliquando causam affert, vt ne cogatur mulier fundo aut mancipiis carere, l. impense. supra eodem. l. 2. in fin. quod iustit.

Quaerebatur si quis a Sicilia seruos Romanam mitteret fundi instruendi causa, vtrum pro iis hominibus portorium dare debeat, necne?

Licet haec quaestio simplex sit, tamen Iurisc. solutus duas ex hoc facto elicit quaestiones. Sic debet facere bonus consiliarius litis enarrator, ac quilibet consultor, vt ex themate simpliciter narrato eliciat quaestiones necessarias ad materiam declarationem, instar Iurisc. hic, quod si fecerit. Philida solus habero.

Dare pro solueri. Necne pro annon.

Dare pro solueri accipi potest. de hoc verbo abunde scripsi in l. Saepe computatum supra eodem. Necne accipitur pro anno, l. heredes. §. i. ff. famil. ercisc. l. quod te. & l. rogasti. si cert. per. & sic interrogatiue sumitur, sicut interdum dictione, vt statim dixi, l. penult. de probat.

Dictiones interrogatiue sumptae.

Notanda sunt dictiones quae interrogatiue frequenter ponuntur. Primo dicitio num pro an, in l. si quis qui in aliena. §. quod si seruus. ff. de acq. rer. dom. l. penult. vbi describitur bis, de probat.

Idem in dictione an, l. verbum erit. supra eodem. l. qui venenum. & l. cum quaerebatur. infra eodem. l. creditor. de iur. & tempor. praescrip. l. videamus. quod met. cau. l. Iulia. 2. de rei vindic. l. videamus. loca. Dicitio nunquid. idem. l. i. ff. de pigno. actio. in dictione quid. l. aduersus. de arbit. l. videamus. de vsur. & hic dicitio vtrum, vt statim dicam. idem si dicitur vtrumne, l. verbum erit. supra eodem. Nonne, c. nonne. de praesump. l. si longius. in fin. ff. de iudi. Dicitio quemadmodum, vt in rub. ff. quemad. testa. aperi. & in l. Pomponius. i. ff. de nego. gest. l. idem in dictione ne, l. triplici. supra eodem. l. in personam. de pact. & ff. l. postquam. de petit. hered. l. cum fundum. §. seruum. si cert. per. l. nos videamus. loca. l. videamus. de aedil. edict. Alias dictiones quibus interrogatio fieri potest hic quilibet addere poterit.

Respondit duas esse in hac scriptura quaestiones: prima quid esset DOMVM DV CERERE: altera quid esset SVO VSV DUCERE.

Duae sunt quaestiones ex facto elicitae, rem ipsam tangentes, & ad ipsius explicationem maxime necessariae, quod facit ad doctores legentes vel scribentes, vt rem textui accommodam scribant, vel doceant, non quaestiones extraneas, vel sub subtilibus, nil ad rem facientes: alioquin in vno libro quis omnes libros alios congereret. nempe necessaria tantum prosequi debemus & ad rem pertinentia. si hic vellem materiam superaddere materiae, decem volumina Didymi vel Crypsippi non sufficerent, potissimum in hoc titulo, qui nullam in iure materiam intactam relinquit. multa tamen huic titulo conueniunt quae alteri titulo non responderent: ideo volui hic multa addere.

Lex ergo portus erat, Seruos quos domum ducet, &c. & sic elicitur prima quaestio, quando quis dicatur domum ducere: quia potest quis habere domum in ciuitate & ruri, de qua intelligatur, postea lex portus dicit. altera quaestio elicitur, quando quis

dicatur ad vsu suum ducere: nempe si ad vendendum vel ad donandum seruos ducit, non dicitur suo vsu ducere: quod elucidatur in sequentibus. text. prosequor.

Igitur quaeri solet, vtrum vbi quisque habitaret, siue in provincia, siue in Italia, an duntaxat in sua cuiusque patria domus esse recte diceretur.

Igitur quomodo sumatur.

Haec dicitio igitur incepte ponitur, vt scribit gl. in l. ius civile. de iustit. & iur. ff. sed quomodo ster ibi videte, ego dicerem interdum capi pro postea, deinde, vt in princ. de tute. in Instiut. & docet Alber. & ibi non est dicitio igitur, sed est dicitio ergo, de qua statim dicam, sed proprie infert & colligit ex praecedentibus, seu ratione confirmat: & sic est dicitio collectiua, l. munus. i. supra eodem. l. r. de constit. Princi. ff. l. si procurator. §. si ignorates. ma. idem dicitur de dictione ergo, §. i. de tute. in Instit. & l. ergo. quib. ex cau. mai. & l. ergo omne ius ff. de legib.

Solent.

Soler quaeri, id est adiectum est & vstatum: quo verbo vtitur Iurisc. in l. si quis donaturus. ff. de vsu. ff. de usufr. l. diuus. in fin. de in integr. restit. litem. §. sed si ita, ibi, solent secundum locorum consuetudinem explicari. quod cuiusque vniuer. nomine.

Solere, ad quos referatur.

Solet hoc verbum haberi in l. solent. ff. de offi. procon. l. venditor. in fin. ff. de iudic. l. 3. in fin. ff. de usufr. l. diuus. in fin. de in integr. restit. litem. §. sed si ita, ibi, solent secundum locorum consuetudinem explicari. quod cuiusque vniuer. nomine. Solet ad duo vel plura frequenter respicit, l. solet etiam mensis vnde mianumque tempore ius dicit de rebus quae tempore vel mora peritae sunt. ff. de fer. & l. praesides. cum l. oratione. ibidem. l. venditor. & l. solemus. de iudic. l. si negotia. de neg. gest. l. venditor. §. i. cum aliis multis. commu. praed.

Nisi quando subiecta materia intelligi potest in vno, vt l. fin. §. sed quia. de iure delibe. C. & docet Bart. in l. Mela. per illum text. ff. de aliment. & ciba. lega. & in l. i. in fin. C. quomo. & quand. iudex. vbi dicit solitum in vno, verificari consuetum in pluribus. quod conciliari ratione materiae potest, vt dixi, sequitur Angel. in §. eo non scripto. in fin. de iure natur. in Instit. Alex. consil. 5. si vera. nu. 10. in 5. vol. Corne. consil. 28. in hac. in fi. vol. 3. Dec. consil. 4. & pro tenui. & consil. 441. praesens. col. penult. facit lex, cuiusque. §. idem Labeo ait. ff. de instro. act. Licet contrarium dicat rubr. de consue. vbi videndum est Curti. & idem Curt. in l. certi conditio. §. si numeros. si cer. per. Francisc. in tract. feud. in 2. parte. q. 4. facit l. procuratoris. §. in tributum. de tribut. acti. l. sed Iulia. §. proinde. ad Macedo. & d. l. Mela. non loquitur in verbo solet, sed in verbo praestabat, vt dico in meis. nou. interpr.

Solet pro debet.

Item interdum solet pro debet, & est phrasia Iurisc. frequens, quae in l. i. probatur. ff. de custo. reo. & l. admonendi. de iurciu. l. si finita. §. si forte. de dano infect. Quod pro materia dignoscitur.

Solitum a Iurisc. solutis pro iure habetur.

Postquam scilicet Iurisc. recitat quod solitum erat fieri. & hoc approbat, alij ita facere debent: quia illud solitum pro iure habetur, l. 2. §. portio. ff. ad legem Rhod. de iact. ibi, porro autem pro affirmatione rerum quae saluae sunt, & earum quae concessae sunt praestari solet. ergo praestanda est more solito, l. diuus. de in integr. restit. ff.

Verum si non quid.

Verum hic interrogatiue ponitur pro an, nunquid, vt l. Nepos. supra eodem. l. fin. in princ. ff. ad leg. Rhod. de iact.

Vtrumne.

Vtrumne pro an, in l. verbum erit. infra eodem, & supra dixi.

Vter.

Vter, seu vtrum de duobus dicitur, l. qui venenum dicit, adicere debet vtrum bonum esset an malum. & l. pupillus. in fin. infra eodem. l. scientiam. §. i. ad leg. Aquil. l. 4. §. cum aucta ad legem Rhod. de iact.

Putasne. Putasne, interrogatiue etiam capitur. l. Nepos Proculo. infra eod. idem in dictione quemadmodum, l. saepe. §. fin. vbi scripti. supra eodem.

Vbi pro in quo loco. Vbi, id est in quo loco sic capitur in lege, sciendum, & in l. pronuntatio. circa fin. supra eodem. l. si. ff. de noxal. ibi, serui quoque quorum noxa caput sequitur, ibi defendendi sunt vbi deliquisse arguentur. itaque seruus dominus eodem loco exhibere debet vbi vim intulisse dicitur. & in l. Celsus. in fin. ff. ad exhib. lege, si quis in legatione. de iudic. Quamuis glo. aliter dicat in l. 3. §. 1. de eo quod cer. loco. sic capitur in l. nihil ad municip. l. quod legatur. de iudic.

Vbi pro apud. Vbi, id est apud quem, vt in rubr. ff. & C. vbi pupil. educ. debe. & l. vbi. ff. de iudic. & communis in ritu. l. C. vbi caus. ff. status agi debeat, vt in rem actio, & in similibus, vt pore in tit. vbi quis de curia, & sequent. & vbi caus. ff. de vbi petan. tut. interdum exponitur vbi, id est in quo loco, interdum apud quem: quod ex materia cognosci poterit per leges illorum tit. Interdum Imperator vtrumque exprimit, vt in rubr. vbi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda sit.

Vbi p post quam. Vbi pro postquam, l. si cum dies. in fin. ibi, tempus quod vbi preterierit. ff. de arb. & l. si postulauerit. de adul. l. postliminium. §. postliminio. de cap. l. 3. §. 1. de eo quod cer. loc. ibi, qui Stichum aut Pamphilum promissit, eligere posse quem soluat, quamdiu viuunt: ceterum vbi alter decesserit, extinguere eius electionem.

Vbi pro qua do. Vbi pro quando, vel in quo casu, l. vbi autem. ff. de verb. oblig. l. ne quicquam. §. vbi decretum. de offic. pro consil. l. vbi. de condit. ob. tur. caus. l. heres. §. at si quis. de iudic.

Vbiunque, an quocunque loco. Vbiunque, id est in quocunque loco, lege, penul. ibi, aut vbiunque vis. ff. de seruit. rust. præd. l. omnem obligationem pro contractu habendam existimandum est, vt vbiunque alius obligetur & contrahi videatur. ff. de iudic.

Vbiunque, pro quacunque. Alias vbiunque, id est quacunque, in quacunque parte iudicij. l. vbiunque iudicem æquitas mouerit, æque oportere fieri interrogationem dubium non est. ff. de interrog. act.

Vbiunque, & quando quaque. Interdum exprimitur vtrumque, l. 1. §. item. ff. de alex. lulu. ibi, item notandum quod susceptorem verberatum quidem & damnū passum vbiunque & quacunque non vindicat: verum furtum factum domi, & eo tempore quo alex. ludebatur, & c. vt denoret & locum & tempus.

Vbi que pro in omni loco. Vbi que, in omni loco, l. 1. ff. solut. matri. ibi, dotis causa semper & vbi que est præcipua. vbi variè doct. exponunt: sed ista sententia communior videtur, l. lex Cornelia. §. si tamen. de iniur.

Habitare vbi quis dicitur. Sequitur in tex. habitare. Habitare ibi dicitur quis vbi non momenti causa inhabitat siue moratur, l. lex Cornelia. §. si tamen. & §. ceterum. ff. de iniur. idque siue in suo, siue conducto, siue in gratuito, l. 1. §. penult. ff. de iis qui deiece. vel effuder. vbi etiam dicit multum interesse inter habitarem & hospitem, quantum interesse inter domicilium habentem & peregrinatem, si quidem hospes non habitat, sed tantisper hospitatur. facit l. vt Alphenus. & l. vrbana familia. supra eodem. & l. tabernæ. ibidem. & habitare dicitur qui maiore parte temporis habitat, l. cum de lanionis. §. Sabinus. ff. de fund. instru. vbi Bart. vel vbi retinet familiam, l. 1. §. domum. ff. de libe. agnos. vbi Bart. Felin. in c. quoniam. col. 1. de offic. ordin. & ibi munera subire debet, l. 1. & per totum. C. de municipib. & origi. lib. 10. Bart. consil. 42. vbi inquisitione. Habitare seorsum à muliere maritus iuste potest, l. cum hic status. §. si mulier. ff. de donat. inter virum & vxor. sed caueat interim cornua.

Habitare & hospes quid differant. Sequitur in tex. habitare. Habitare ibi dicitur quis vbi non momenti causa inhabitat siue moratur, l. lex Cornelia. §. si tamen. & §. ceterum. ff. de iniur. idque siue in suo, siue conducto, siue in gratuito, l. 1. §. penult. ff. de iis qui deiece. vel effuder. vbi etiam dicit multum interesse inter habitarem & hospitem, quantum interesse inter domicilium habentem & peregrinatem, si quidem hospes non habitat, sed tantisper hospitatur. facit l. vt Alphenus. & l. vrbana familia. supra eodem. & l. tabernæ. ibidem. & habitare dicitur qui maiore parte temporis habitat, l. cum de lanionis. §. Sabinus. ff. de fund. instru. vbi Bart. vel vbi retinet familiam, l. 1. §. domum. ff. de libe. agnos. vbi Bart. Felin. in c. quoniam. col. 1. de offic. ordin. & ibi munera subire debet, l. 1. & per totum. C. de municipib. & origi. lib. 10. Bart. consil. 42. vbi inquisitione. Habitare seorsum à muliere maritus iuste potest, l. cum hic status. §. si mulier. ff. de donat. inter virum & vxor. sed caueat interim cornua.

Habitator, incola, is qui in loco residet, l. habitatores. ff. loca. & d. l. 1. §. pen. ac l. penul. ibidem: & est ille proprie qui cum sua familia habitat, l. 1. C. vbi senat. vel clariss. & Bar. in d. §. domum. Bal. in consil. 198. statutum. in 2. vol. Habitatio, id est mora, incolarum, domicilium, vt in tit. ff. de vsu & habit. vbi appellacione habitationis relicta: quoad effectum, videtur legatus vsus domus, l. si habitatio. ibidem. & l. cum antiquitas. C. de vsu. & habit. l. si quis. §. 1. ff. de pignorib. & in iure habitatio est ius vtredi domo aliena, salua eius substantia. Probatur hæc definitio in tit. de vsu & habit. & d. l. si habitatio. de habit. que sub vna claua regebatur, loquitur Vlpia. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Cælium. de adili. edi. habitatio, id est ædificium exponit Iurisc. in l. Scia. §. Gaius. ff. de fund. instr. Quo modo probetur habitatio docet Bar. d. consil. 42. & Socin. consil. 13. insignis doctor. nu. 14. in 4. vol. & si quis non habitat in ciuitate, an gaudeat priuilegijs ciuitatis, videte Barb. consil. 73. Magnanimus. in primo dubio. vol. 4. & statuta contra habitates nō ligant scholasticos, vt doct. no. in l. cū filius. ff. si cert. per. scripti in scholasticorū priuileg. deat.

Domus. Potest enim aliquis plures domos habere, & in prouincia & in ciuitate: de qua domo intelligitur text. dicens, domum ducere. & hic respōdet de domo vbi sedes constituit & tabulas, id est vbi constituit se habitaturum, & domicilium elegit. Nam si duceret rus causa fundi instruendi, non cesseretur suo vsu ducere, nec domum: quia ibi non est domicilium, vbi paterfamilias non firmavit sedes & tabulas, vt sequitur. De domo scripti in l. pronuntia. cum. in fin. supra eod. Et domum accipere debemus hospitium, si in ciuitate maneat. Quod si non sit in ciuitate, sed in villa, vel municipio, illic vbi larē matrimonio collocauit, l. 1. §. domū. ff. de liber. agnos. & pro habitatione, & domicilio, l. 1. §. itē. de alex. lulu.

Sed de ea re constitutum esse, eam domum vnique nostrum debere existimari, vbi quisque sedes, Sedes vocatur sedile, in quo sedemus: & interdū cathedra vocatur, cap. post translationem. §. item si quis. de renuntia. clem. Dudum. de sepult. & l. C. vt dignita. ordo. seruer. lib. 12. vbi Rebuff. & Plat. dicunt: Cum fueris inuitatus tali sede, sedene dicitur surge, recede. & in euāgelio idem scribitur. Et sedes non honorat hominem, sed homo sedem, c. Multi. 40. distin. & Ioan. Andr. in cap. cum in diuersis. de priuil. in 6. ait: si bona sede sedes, non debes quætere sedes. inde dicitur Cathedra. clem. illudius quod debetur ratione cathedræ episcopatus in synodo, cap. conquerente. de offic. ordin.

Aliquando sedes vocatur consistoriū Papæ, vel Principis, §. 1. in auth. de appell. & intra quæ tēpora. coll. 4. vbi gl. Sapius tribunal iudicij, in l. 1. vbi Bud. de iudic. in 6. sedes decurionū, in l. 1. ff. de decur. Interdum ius canonicum vocat stallum sedem canonicū, vbi stare solet diuina audiendo, & cantando, in cap. 2. de renuntia. cap. pro illorum. in fin. de præb. A sede sella nonnunquam nominatur curulis, in qua magistratus Romæ vehi solebant: & erat hoc vebtabulum quo magistratus sedentes portabantur, vt in l. qui sella. de seruit. rustic. prædio. ff. vbi Bud. & Catellian. Corra in 2. parte memo. in verbo, Sella. quicquid dicit glo. in d. l. qui sella. & Gallicè vocatur *lechiere*. & hæc ex ebore erat, in signe cōmune præfecturæ pratorianæ cum Imperatoribus, consulis, proconsulis, prætoribus, & omnibus maioribus muneribus, qualia erant ædilitas, & tribunatus plebis. vnde curules magistratus auctoribus historiarum subinde pro altioribus commemorantur, teste Laz. in lib. 2. de repub. Roma. c. 3.

Habitator, incola.

Habitatio.

An qui in ciuitate nō habitat priuilegijs ciuitatis gaudeat.

Domus vbi intelligi debet.

Sedes pro sedili.

Cathedra. clem.

Sedes pro consistorio Papæ.

Stallum.

Sella curulis.

Sedes pro dignitate. Item sedes pro dignitate capitur: vt sedes Apostolica nunquam moritur, c. si gratiose. de rescrip. in 6. §. sicigitur. authen. vt iudices sine quoquo suffragio. colla. 2. nec potest esse mala. cap. pendenda in fin. 24. quæst. 1. quia dominus pro ea orauit, ne ecclesiæ deficeret sedes, in summa circa fin. 21. dist. vt etiam est in euāgelio.

Sedes Apostolica. Et hæc sedes Apostolice petentibus se offert liberalem, c. sedes. de rescript. Non vt dicit ibi Ioan. Andr. eo quod dat plūbūm pro auro: sed quia gratis peccata remittit, episcopatus, & alia beneficia petentibus libere confert, & alia, quæ scripsit, donat: vt in regu. cancel. Apost. ita sedem Imperialem pro dignitate dicit text. in cap. futuram. 12. q. 1. scribit Restaurus Castaldus in suo tract. de Impera. q. 87.

Excetra. Excetra dicitur locum ad sedendum constitutum, scilicet studiam, vel grabatū ad merediam accōmodum: vulgo capitalum in carnobis dicitur, Bud. & alij. Accur. in l. si vero. §. sed & si quis. ff. de his qui deiecer. pro fenestra accipit. videat si possit intelligi ibi pro studio, vel alio loco supra viam posito, vbi erant sedes posite, vt vulgo dicimus *galerie*, vel *cabinet sur la rue*. Ex quo loco poterat deiici in transeuntes: qui locus si demissus esset, non posset deiici in transeuntes in viam publicam. iudicatur.

Sedes pro domicilio. Adde: sedes est domicilium, siue habitatio, vt hic, videlicet in qua quis sibi constituit maiore partem fortunarum, vt sequitur. de multiplici sede tractat Ioan. Francit. Panorm. in tract. de officio & potest. capi. sede vacan. in 6.

Tabulas haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset. Et sic ibi quis habere domicilium dicitur, quando constituit suas res, vel vbi maiorem partem suorum bonorum possidet, l. 2. C. vbi senat. vel clariss. vel vbi quis larem rerumque suarū ac fortunarum summam constituit, dicit text. in l. ciues. C. de incol. lib. 10. & hoc domicilium accidentale vocant iuris interpretes: naturale vero est locus propriæ originis vel paternæ, l. 1. & l. assumpcio. ff. ad municip. gl. in c. accedens. 2. vt lite non conest. De qua materia multa scripsi in tract. de domicil. elect. in 3. to. commentariorum in consil. Reg. Gallic.

Domiciliū accidentale & naturale.

Domū vbi quis habere dicitur.

Cathedra. clem.

Sedes pro consistorio Papæ.

Stallum.

Sella curulis.

De quib. si non debet velligal.

sequitur Lucas de Penna in tract. de priuileg. sic. de publica. vers. 36. vbi casus in quibus non est soluendum velligal. conscribit, ac glo. & docto. in d. l. §. 1. l. si publicanus.

Tamen profiteri quis debet & predicere redemptori se deserere illa vidualia, licet non soluar pro illis tanquam priuilegiatis. ita intelligitur text. in l. fin. §. quotiens. ff. de publica. vbi etiam nouitia & mancipia quis tenetur profiteri, licet pro illis nō soluat: sed veterana non, quia iam erant cognita & professa.

Nota ibi, magnam dubitationem, quod lex sit super magna dubitatione: de quo scripsi in l. saepe. in fin. & l. triplici. supra eod.

Placet. Colligite per verbum placet legem ferri posse, l. vinaria. infra eod. l. placuit. C. de iudi. & hoc est verbum Principis assignantis rationem: sic nobis fieri placet, l. 1. ff. de constit. Princ. & in literis Regijs in hoc Regno sapius hæc clausula describi solet: *car ainsi nous plaist il estre fait*. & Principis voluntas iusta pro lege seruanda est: iniqua vero non, cap. si dominus & c. seq. 11. q. 3. & hæc iusta voluntas legis habet vigorem & robur: non quod omnis Principis voluntas sit lex, vt quidam existimant in l. 1. ff. de constitutio. Prin. & in §. sed & quod Principi. Instr. de iure natu. sed est obseruanda vt lex, prout scripti in concord. Franc. in tit. de Regia facultate primum mensum nominandi. in fin.

Itemque de seruis eadem ratione quæri, qui eorum vsus sui causa parati essent.

Dubitari hic potest an soluatur portorium de seruis qui victus gratia sunt parati: quod videbatur. sed hic text. respondet contrarium, videlicet de iis seruis non esse soluendum quos paterfam. ad vsū suū haberet. sed etiam in hoc dubitatur quando serui dicantur ad vsū patrisfam. Et cum omnes videantur in vsu suo esse, quia illis vti potest: tamen declarat illos tantum vsus sui causa paratos, qui ad corpus patrisfam. tuendum, & ad cultum eius corporis præpositi destinatique sint. Nempe licet quædam ex mancipijs venalia sint, ex eis venalibus velligal. quis soluere iure tenetur, l. fin. §. quoties quis mancipia. ff. de publican. velligalibus & cōmissis.

Colligitur ex hoc text. quod vbi est eadem ratio, ibi eadem esse potest questio, & decisio. l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. seruis. in fin. ibi, eadem ratio efficiet. de in rem versio. l. fin. C. de fideicom. & ibi videtur certum & statuum in quo eadem ratio reperitur, etiam si materia sit pœnalis, vt inquit Bald. in l. data opera. col. 8. C. qui accu. poss. & vbi est eadem ratio non dicitur similitudo, sed eadem lex. Bald. in l. iis solis. C. de reuocand. dona. & l. fin. de indict. vidu. tollen. & vbi est eadem ratio, non dicitur fieri extensio de vno ad aliud. Bald. in l. de quibus. ff. de legib. Et quando in pluribus casibus, est eadem ratio, tunc vna & eadem ratio decidit omnes casus non per extensionem: imò sicut genus comprehendit species, sic generalis ratio diuersas species casuum emergentium. sed quando sunt rationes specie differentes, tamen similes, tunc illa est extensio, quæ est quedam progressio de termino ad terminum, teste Alexand. in consil. 75. videtur in præsent. col. prima, in 3. vol. l. ass. consil. 63. circa princ. col. 4. in 3. vol.

Et sic sufficit allegare rationem naturalem vbi non habemus legem. glo. in cap. consuetudo. 1. dist. & in cap. ex eo. in verbo, rationis. de elect. li. 6. cum sit quasi lex quadam, in l. cum ratio. Cod. de bonis damna. quæ ita debet mouere iudicem ad iudicandum, sicut lex, vt dicit Andre. de litem. in proem. feu. vl. col. vol. vbi dicit id quod in ratione consistit, esse legem: ideo extirpan tū est quod ratione caret, in c. cor. episcopi. 68. dist. & magis est ratio attendenda quæ verba: quia est anima legis: & verbum est sicut corpus.

Nouitia & mancipia profiteri quæ tenetur.

Verbum placet cuius sit.

De omnibus his seruis vide per Laz. lib. 12. comment. de rep. cap. 5. pag. 1067. Vbi causa patrisfam. serui parati qui dicantur.

Vbi eadem ratio eadē questio.

Ratio naturalis vice legis est.

Extirpan-
dū est quod
ratione ca-
ret.

Per ratio-
nē leges ex-
tenduntur.

Ratione v-
ri animi
munus est.

Rationem
hil nec me-
lius, nec di-
uinius.

Princeps
legū domi-
nus, non mo-
rum & rati-
onis.

Francigen-
nae leges non
allegant sed
ratione iu-
ria feruunt.

Iurisconf.
que debeat
inesse.

corpus. & ideo magis debet attendi intellectus quā vocabulum. docet Bald. in l. si quis seruo. col. fi. C. de furt. & in tract. statur. in verbo, ratio. in 2. q. Barba. consil. 9. col. 3. in 3. vol. las. in l. de quibus. col. 1. ff. de legib. Dec. consil. 227. in casu. num. 7. & consil. 372. visis. num. 6. & leges extenduntur per rationem, sicut pellis. Barb. consil. 54. col. 10. nu. 16. in 1. vol. las. in l. non dubium. col. 1. C. de legib. Ange. consil. 68. incipiente Martinus Vincen. in l. qui quadringenta. num. 2. ad Trebell. & per viam rationem interpretatur scripturas. l. 1. §. veteres. ff. de acq. poss. ff. Barba. in repet. l. cum acutissimi. col. 13. & 71. C. de fideicom. alias lex rationabilis & nutritia peccati perdit nomen legis, & appellatur pestis, text. in cap. ad nostram. & ibi Fel. col. 2. de probat. & ratio natio naturalis & optimus legis clypeus, Bal. in l. vni. §. in primo. in prin. C. de cad. toll. & Litera occidit, spiritus & ratio vivificat. Bal. in l. commissoria. C. de pact. interempt. & vend. eo quo quisque magis ratione vitur, eo maioris eius verba auctoritatis esse videntur, in §. 1. 20. dist. & homo qui non vult vii ratione, dicitur temerarius, & carere arbitrio boni viri. Bal. in l. solam. in fi. C. de testi. & bestia & non homo, gl. in authen. de mona. in verbo, decen- te. col. 1. & munus animi est ratione bene vii. Cice. lib. 3. quæst. Tuscul. & in 5. Bene, inquit, adhibita est ratio: quod optimum est, eligit. sic neglecta multis multiplicatur erroribus, & nihil sine ratione fieri debere ostendit. Et idem lib. 1. de legib. col. 3. in fin. Quid est autem non dicam in homine, sed in omni cælo & terra ratione diuinius: & nihil est ratione melius. Estque par homini cum deo rationis fo- cietas. Et homines ratione vigentes & intellectu naturaliter domini sunt & aliorum rectores. Aristoteles lib. 1. polit. & videte Felin. in cap. tua nos. col. 2. de iureiu. & dicit Bal. in l. 2. C. de seruit. quem refert Barba. in clem. 1. col. 1. de elect. quod licet princeps non ligetur lege, tamen ligatur dictamine rationis: quia est animal rationale: & ibidem dicit, quia licet princeps sit dominus legum, non tamen est dominus morum & rationis: & correctæ ratione legis, eius ratio potest allegari, quia non cæsetur correctæ. glo. in cap. nouit. in verbo, quicunque. de iudi. l. 1. in verbo, prouidentia. de legi. tut. ff. & ratio iuris est attendenda, in cap. abbate. de rescript. & leges Imperatorum non allegantur in curiis Principum aut Regum pro auctoritate, sed pro ratione. Bald. in ca. 1. §. iniuria. col. 5. de pace & iura. firmam. & Francigenæ leges non allegant, sed bene seruant rationem legis, nō quia hoc lex dicit, nec quia Imperator hoc statuit, sed quia ratio sic vult, & à ratione naturali nemo subduci potest. Bald. in lege, nemo. C. de sentent. & interlo. omn. iudic. in princ. la. citat in l. illam. colum. 3. C. de colla. Benedi. in proem. cap. Raynutius. col. 5. in additio, & in verbo, si absque. in 2. de pupilla. nu. 44. & domi. Boer. in additio. ad Benedi. de Plumbi in lege, an apud. ff. de manumiss. vind. & qui rationem naturalem habet, non ob hoc artificium cōsequitur. vnde licet multi homines naturali ratione præditi sint, non tamen iurisconfulti sunt, quia tantum materiam habent sine artificio: vt si rusticus massam auri habeat, vas tamen non confabrit. sic rationem naturalem habens de iure non respondebit: vt pulchre dicit Cy- nus in l. 1. col. 2. C. legib. & ratio naturalis quæ est apud doctum & indoctum rārum differt: sicut materia à forma. ideo oportet Iurisperitum esse & ratione naturali præditum & legibus, vt materiam & artificium habeat. quod est notandum. Rationabile est rationi inhærens, & conforme. l. Herennius. supra eodem.

Vtrum dispensatores.

Dispensator est qui impedia domus curat, & vicini præest, ac quo dictum extitit in l. vrana familia. supra eodem.

Insularij, villici.

Insularium, id est domus custos: villicus, qui villæ & ruri præest, & ad agros homines exercet, l. instrumta. ff. de fund. instr. de iis dixi fufius in l. vrana familia. supra eodem.

Atrienfes, textores.

Atrienfes. Atrium est primus intra ædes aditus, mediam continens aream, in quam pluuia omni ex tecto collecta descendit: in qua veteres aperto ostio epulari solebant, ibique pecunias, ceteraque pretiosiora seruabant, teste Vitruuio lib. 6. in eoque atrio tria erant habitacula, vestibulum: deinde sportularum locus, vbi quæ danda eo die erant reponerantur, qui locus etiam sportula dicebatur. Tertio erat culina. vnde atria dicuntur quasi atra, quod ex culinæ fumo nigrescere solebāt: vel quod ab Atria- tibus Etruriae populus prius sint insitura, teste Varone. refert Crapal. in tracta. de partibus ædiū lib. 1. cap. atrium. vnde atrienfes seruus, cui huius atrij cura creditur, & custodia, vt hic, & l. instrumenta. ff. de fund. instr. vel atriarium vocatur, in l. 1. §. ceterum. ff. nau. caupo.

Verum quia honoratiores serui ad hoc cōmitti solebant, factū est vt hodie vocetur atrienfes seruus qui in magnis domibus aliis est præpositus seruis, & familiæ, teste Beroaldo in enarratione ad Calumellæ libros, quem Gallicè vocamus maître valet: licet alij pro ianitore habeant. Etiam Iurific. meminit de atricis. Sunt autem atrici qui ad atrium excubant, & ad limina, & appellatur liminarchæ: quasi limini præpositi, seu limenarchæ.

Liminarchæ etenim dicuntur præpositi custodia: limicium & confinium Regni, & hi milites limitaneos sub ipsis habebant, lege, liminarchæ. ff. de seruis fugi. l. 1. ff. de muner. & hono. l. non idcirco. C. de lib. cau. Græci eos vocant. λιμνάρχαι, τὸν τῶν λιμνῶν ἀρχαί, quod locis præsit maritimis. μῦθος enim apud eos est portus: λιμνὴ ἀρχαί, munus portuum curandorum vocatur. & sic dicuntur portuum custodes, quos in hoc Regno vocamus Gallicè maîtres des ports & passagers: & sunt magistratus ad hoc præfecti, de quibus dicam in l. vinculorum. infra eod.

Textores sunt qui texunt, à texendo dicti: & de iis loquitur l. Titia textores. ff. de lega. 1. l. textori- bus. de lega. 3

An operarij quoque rustici, qui agrorū colendorum causa haberentur.

Etiam declarat text. an ex operariis publicis sit soluendum portorium, & an vsus sui gratia eos ducere censetur: quod magis est.

Opera est diurnum officium, l. 1. ff. de oper. liber. & interdum pro facto, in l. pronuntiatio. in fin. ibi, item redhibitoria, si deterior res reddatur emptoris opera aut familiæ. Et quandoque pro persona operantis capitur. l. plebs. §. fin. infra eod. Inde operarius, qui in aliqua re operā impendit. vnde in euangelio, Mefsīs quidem multa, operarij pauci. sed ex iis quidam operæ rusticæ incumbunt: & inter rusticos operarios varia sunt negotia. ob id iste text. addit, qui agrorum colendorum causa habentur. & per hunc text. rustici operarij dicuntur qui agros colunt: alias agricolæ, in rub. de agrico. & censib. lib. Operarius quandoque adiectiuum est, significans id quod ad operarium pertinet, vel quod industria & opera sit: vt homo operarius, qui operatur, quæ nos mechanicum vocamus: & vina operaria, quæ ad ope

Dispensator.

Insularius. Villicus.

Atrium.

Sportula.

Atrienfis seruus & atriarium.

Atrici.

Liminarchæ.

Textores.

Opera.

Operarius.

Operarij rustici.

Operarium a. num. adit. a. num.

Operarius homo. Operaria vina. Operarius panis.

Tolerare.

Tolerabile. Sententia tolerabilissima.

Tolerarij dicitur. Tolerantia an det ins.

Tolerare, cum quadam pacifimo maxime.

Pro re que ad propriū vsus emittitur, non debetur velti gal: sicut si vt vendatur.

Omnis, ditio quomodo capiatur.

Denique p præterea. Denique p certe.

ad operarios pertinent, & quibus operarij vtuntur: & panis operarius, vulgò de la despense. & isti artifices necessariam operā publicis vilitatibus exhibere debent, & ad hoc cogi possunt, lege, semper. §. hoc idcirco. ff. de iure immunit. De iis operariis seu artificibus qui potiores esse dicuntur, & à quibus muneribus excusentur scribitur in l. 1. per totum, de excusa. artifi. lib. 10. & Chassa in cata. mundi. in 11. parte. Et ego in 2. tomo commentariorum in constitutu. Reg. tracta. de magistratibus artificio. & de monopolis prohibitis.

Ex quibus agris paterfam. caperet fructus, quibus se toleraret.

Hic decidit operarios rusticos in agris laborantes, ex quibus fructus paterfamil. caperet, non duci ad vsuum patrisfam. sed tantum eos qui ad corpus tuendum, & ad corporis cultum præfecti essent.

Tolerare est quandoque patienter ferre. vnde dicitur, Quod quisquis malos nō tolerat, ipse per hoc sibi testis est quod bonus non est, c. hæc autem. 23. q. 4. & tolerabile, quod potest tolerari, l. Imperatores. ff. de pollic. ibi, esse enim tolerabilia quæ vetus consuetudo cōprobat. & Iurific. vocat sententiam tolerabilissimam in l. quæsitum. ff. de hered. inst. item Gaius inquit: vis maior, quæ Græci δεισιναι appellat, non debet conductori dāno esse, si plus quam tolerabile est la si fructus fuerint, lege, si merces. §. vis maior. ff. loca. & quis dicitur tolerari docet Panor. in c. vestra. col. 2. de cohabi. cleri. & mulie. vlt. nota. vbi scribit, quod is tolerari dicitur quā dom est confessus cōdemnatus, nec operis euidentiā contra se habet. & an tolerantia det ius in beneficio not. in c. literas. de supplen. neglig. præla. plene scripti in tract. de pacifi. poss. nu. 13. Interdum tolerare dicitur, viuere cum quadam partimonia, vt hic, quasi sustentare. de quo dixi in l. vitus. supra eodem. & Græci ἀνοχίον, ἀνασχεσέον, seu ἐγενομένον τριπέδιον vocant.

Omnes denique seruos quos quisque emisset vt ipse haberet, atq; eis ad aliquā rem vteretur, neq; ideo emisset vt videret.

Itaque concludit text. non soluendum portorium ex aliquibus seruis quos quis emisset ad vtendum opera illorum in aliqua re: sed si emisset vt venderet, teneri. & sic ex hoc text. notandum est quod si quis rem emit vt illam vendat, pro illa re debetur veltigal: secus si ad proprium vsuum emat: vel ut si ex suo agro fructus habuerit, dicta lege, publicanus. §. 1. nisi prius emisset ad suum vsuum & postea audita morte patris necessitate pressus, vel alia ex causa iusta vendat, non tenetur aliquid soluere: vt docet Bar. & alij in l. cetera. in fin. ff. de lega. 1. Bertachi. in tract. Gabelle, in secunda parte 8. partis: quia primū propositū inspicere debet, l. si quis. ff. si cert. peta. scripsi in scholast. priuileg. 13. sic decimas non soluent Cistercienses de prædijs, quæ propriis manibus colunt: secus si locet. c. ex parte. 1. & c. licet. de decim.

Omnis collectiue hic capitur: sed si proferatur in singulari, distributiue, l. Moschis. ff. de iure fil. Bar. in l. hoc articulo. col. 2. de here. insti. facit glo. in c. 1. in verbo, omnes. de referua. in pragma. scripti in interpretatione authē. habita. in verbo omnium. C. ne filius pro pat.

Deniq; in fine regulariter orationis ponitur pro præterea, vel postremò, sinablenient, vt hic.

Aliquādo pro certē, vt in l. in omni. ff. de adopt. l. si filius. vbi gl. si cert. pet. vbi conuenientius forte pro præterea. Videte & indicate an sic exponi

debeat in l. mulier. in fin. ad Trebell. Ideo, id est ob eam causam, pour cela. Ob id scripti in lege, ager. §. stipendium. supra eod. Vt, hæc particula denorat hic causam finalem, quemadmodum alias sæpius in iure, lege, si creditor. ff. de distr. pigno. lege, emprori. de cuius. l. 4. de testi. vnde si testator legauerit vineas libertis vt habeant vnde se pascant, magis ad causam prælegandi, quam ad vsuum cōstituendi pertinere, in lege penultima in fine ff. de alimentis & ciba. legat.

Vt etiam modum facit: vt Lego Titio decem vt illi nubat: tenetur illi nubere, & modum implere, l. 1. & 2. C. de donat. quæ sub mo. gloss. in rub. ff. de conditio. & demonst. Bar. in l. quibus. §. Thersmus. ibid. Aliquando pro tanquam accipitur, lege, sciendum. ibi, ingratum accusare. supra eod. Et quando exemplum denotat, l. Labeo. secunda. & l. impensat. supra eod.

Et sibi videri eos demum vsus sui causa patremfam. habere, qui ad eius corpus tuendum, atque ipsius cultum præpositi destinatiq; essent.

Illi serui vsus causa duci cōsentur, qui ad corpus patrisfam. atq; ad ipsius cultum præpositi sunt. Præpositi dicuntur præfecti ad hoc, vt elucidau in l. hæc verba, ille aut ille. supra eodem. & ad cultū corporis & tuitionem, elucidau in lege, cetera. supra eod. ergo serui quos ducit rus, vt illos ibi destinet, non dicuntur vsus causa patrisfam. duci, vt sequitur.

Demum, pro solum & duntaxat hic accipitur, & in l. si cui. ff. de seruitu. ibi, verum constituit, vt qua primum viā direxisset, ea demum ire agere deberet. alias demum, id est ad extremum, tandem, à la parfin. l. regulariter. de petition. hered. l. nec ei. §. & ipsum. ibi, tertio cuius demum ætatis sit.

Ita demum modificat, præcipue, alors, au moins. l. 3. ibi, que dinumeratio ita demum colligenda est. supra eod. Vide in lege, Labeo, prima, supra eodē de dictione ita & itaque.

Tunc demum, l. fideiussores. ff. de pact. ibi, conuentio cum alio facta prodest, sed tunc demū cum per eum cui exceptio datur.

Destinari. Et sic sola destinatio patrisfam. attenditur, l. locus. vbi etiam scripsi. supra eod. nam destinare hic capitur pro designare, assignare siue addicere, l. fideicomis. §. si. ibi, quid tamen si forte certis oneribus destinatum sit illud patrimonium. ff. de iudi. l. incola. 2. ibi, destinatus muneribus. ad municip. l. 2. §. ad frumenti. de administ. rer. l. inter publica. supra eod. l. filua. in fi. ibidem. interdū pro mittere: vt destinare literas, l. si longius. in fin. ibi, quod ad sumptus pater ei destinauit. ff. de iudi. & l. 2. §. legatis. ibidem.

Aliquando pro decernere, deliberare, vt lege, is qui destinauit petere. ff. de rei vind. l. cum hi. §. cau se. ibi, aut si destinet domicilium transferre. de transfact. l. inde Neratius. §. sed & si seruus. ibi, de quo quæstionem habere destinaueram. ad leg. Aquil. lege, si quis eum. de religi. & l. 2. §. sepulchrum. & l. scriptus. ibid. l. inia. §. si tibi. §. quantum. ad exhib. l. 3. cum sequent. de fur. ff. Destinare. eligere, deputare, l. fin. vbi glo. sic exponit. ff. de verbor. obligat. lege, minor autē magistratus. §. pen. ibi, à principe qui iudiciū destinauit. ff. de mino. Destinatio, l. in totum. de regu. iur. ff. ibi, in totum omnia que ante mi sui destinatione agēda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt. videte plene de hac destinatione, quando inspicere debeat, per Felin. in l. cum adeo. de rescrip. vbi dicit quod destinatio ad clericatū vitur priuilegijs tonsura. & sic laicus qui cōmisit homicidiū, poterit euadere mortē, si dixerit

Ideo. Vt denotat causam finalem.

Vt, modum denotans.

Vt pro tanquam.

Serui vsus causa desti- nati, qui di- cantur.

Demum solum. Demum, s; ad extre- mum.

Ita demū.

Tunc demū.

Destinare pro designa- re, assigna- re.

Destinare pro mitte- re.

Destinare pro decernere.

Destinare pro eligere.

Destinatio

Destinatio quando inspicere debeat

se ante homicidium destinasse, & uouisse clericum, & renitretur ad iudicem ecclesiasticum. hanc cautela...

Quo in genere vectores.

Nunc tradit exemplum de seruis qui ad tuendum corpus, vel ad cultum patrisfamilie sunt destinati, vel prepositi: ut vectores, qui vehuntur, l. vnic. in fin. fur. aduer. nau. ff. vnde serui, qui iuxta dominum vehuntur honoris gratia, seu ad tuendum eum, vel alias in nauibus vehuntur, seu equo, vel curru, dici possunt vectores, l. r. ff. ad leg. Rho. de iact. l. corem. §. dominus de publica. l. i. in fin. l. 3. nau. cau. stabul. vel vectores seu vectarij dicuntur qui vehunt forte dominum, vel lecticarij, qui lecticas ferebant, l. r. §. igitur. de exercit. ff. & l. i. ex toto. §. si. de lega. 1. quamuis glo. exponat illic pro iis qui faciunt lecticas: sed alibi melius dicitur in l. legatis. §. si ex officio. de leg. 3. ff. & Cicero lib. episto. 4. epist. 12. & hic sensus magis videtur conueniens: quamuis vector dicatur & qui vehit & qui vehitur, ut dictum fuit. Alij in text. legunt actores: ij serui erant qui negotia domini administrabant, & ob id rationes reddere debebant l. i. ff. de offic. praesid. l. Pomponius. r. famil. erciscun. l. r. in fi. de seruo corrup. scripsi de his in l. Labeo. 2. supra eod. & isti quia domini negotia curant, ideo sunt valde necessarii: & paterfamilias sui causa eos habere censetur. Communis lectio habet vectores: vtraque tamen fultineri potest. Sex. Decium uelationis modos Romanis inuenisse testatur Blondus lib. 9.

Cubicularij.

Cubicularij, ij sunt qui in cubiculo ministrant domino, & illi seruiunt, vulgo chambriers, l. i. ff. de seruit. vrba. praed. l. legatis. ff. de lega. 3. ibi, cubicularios autem vel obsonatores vel eos qui piscationibus prepositi essent, non videri negotiationis appellacione contineri.

Cubiculum est locus in quo cubile, id est lectus sternitur: & quia in camera, ut vulgo dicimus, sterni solet, ob id cameras, les chambres cubacula vocamus. pro cubili, in l. seruus. ff. de seru. fugi. & cubiculum, in l. cum fuerit. ibi, quamuis nondum in cubiculum mariti venerit. de conditio. & demonst.

Prepositus sacri cubiculi principis vocatur le grand chambellan du Roy, cui subsumt omnes alij cubicularij, vulgo les chambellans. Et hoc officio communius honestantur seneschalli, & bailliu in hoc Regno, teste patruo meo in rub. de prepo. sacri. cubicu. refert Chassa in catalo. gloss. mundi. 6. parte, consideration. 8. Cubicularij ergo dicuntur vsus gratia patrisfamilias. duci.

Coqui.

Is est coquus qui cibos coquit: & dicitur cocus coci, vel coquus coqui. Et hic inter artifices connumeratur, cum exquiste cibaria apparat, l. si quid. §. penul. ff. de aedi. edi. Quod si non exacte, sed vulgari quodam modo cibos apparat, & vulgares, tunc officium habere censetur, l. legatis. §. si ex officio. & §. sequenti. de legat. 3. ff. vbi Bar. & Alberi. vnde Martia. de isto sic scribit lib. vlt. Epigram.

Non satis est ars sola coquo seruire palato: Namque coquus domini debet habere gulam.

Inde Gallice coquin dicimus amantem coquinam, eo quod titiones amas, & iners exultans, pauper & egens est. & sicut coquin in popina nudi esse solent: ita & les coquins, hoc docet Carol. Boull. in libr. de differen. vulga. lingua. & Gallici sermo. varia. & popinam locum esse ad reddendum ins docet Iurisc. in l. si cum dies. §. sed & si in aliquo. ff. de arbi.

Est autem Popina publica culina, a popa, locus est in quo obsonia publice & caro cocta venditur, ac comeditur, ligurireq; ac helluari solitum est. teste Valla in Rauden: Gallice potest dici, cussine, rof-risserie, ou cabaret.

Inde popino masculini generis, pro eo qui in popinis versatur: & popinari significat popinis indulgere ac helluari. gourmander.

Administratores, atque alij qui ad huiusmodi usum parati essent, numerarentur.

Alij qui habent administratores in tex. alij ministratores: sed in idem reincidit. Et administratores dicit Alcia. esse ministros ipsius patrisfamilias in mesa. sic enim proprie ministrare accipimus, a manibus dicto sermone. Ego tamen puto quod administrator non solum dicitur qui in mesa ministrat, sed & qui alibi suggerit vel praestat operam: vt administrator belli, ciborum, vestium. Ob id vult dicere rex. quod hi serui dicuntur in vsu patrisfamilias, videlicet vectores, coqui, cubicularij & administratores, qui patrisfamilias quocumque modo ministrant, & seruiunt corpori patrisfamilias. a verbo ministro, id est in seruium, praeco, praparo, l. r. §. familia. ff. de publica. & vctig. ibi, siue igitur liberi sint, siue serui alieni qui publicanis in eo uectigali ministrant hoc edicto continentur. & ibi, quae publico uectigali ministrant.

Inde ministerij dicitur ministri & serui opera, l. i. ff. de ope. seruo. vbi sic dicitur: cum de serui operis artificis agitur, pro modo restituenda sunt: sed media tunc secundum ministerium. & ita Mela scribit. facit l. non alias. ibi, vt si subducatur ministerij. ff. de ind. & l. loci. §. ex co. de usufr. l. 2. de term. amo.

Interdum pro omni opera & seruitio, l. athletas. §. r. ibi, Celsus probat, quod quia ministerium non artem ludicram exercent. ff. de iis qui not. infam. & l. si cui. quibus mo. vsus fru. amitt. ibi, proinde si histrionis vsu fructum esse dicendum est. vbi gloss. exponit pro artificio. sed rectius pro seruitio & operatione. l. argentarius. in fin. de eden. l. cum si exhibuissent. ibi, quia debent bonos seruos ad hoc ministerium eligere. iuncto §. familia. l. r. ff. de publica. l. 2. §. familiae autem appellatio seruos continet, hoc est eos qui in ministerio sunt, etiam si liberi esse proponantur: vel serui alieni bonafide nobis seruientes. ff. vi bon. rap. l. libertus. in prin. ad munic. l. si. §. Camelasia. & §. mixta. de munerib. Aut danum. §. in ministerium metallicorum foeminae in perpetuum, vel ad tempus damnari solent. & l. in metallum. 2. de poen.

Ministerium etiam pro ipsis ministris capitur. nam Iurisc. ait vrbica ministria esse etiam ea quae extra vrbem nobis ministrare consueuerunt, l. nam quod. §. penul. ff. de penu leg. & in l. in eadem causa sunt quae a militibus stratoribusq; vel a municipalibus ministerijs obseruatur. ff. ex quib. cau. maio. l. athletas. §. r. ibi, ceteraq; eorum ministeria qui certaminibus sacris deseruiunt. de his qui not. infam. probat l. plenum. §. vsus. ff. de vsu & habi. ibi, si vsus ministerij, id est serui, alicui relictus fuerit, ad suum ministerium, id est operationem & seruitium, vtetur, &c.

Inde ministrans, seruicis, seruitium praebens, d. l. athletas. §. siue autem. ibi, vt puta si caupo fuit, vel stabularius, &c. mancipia talia habuit ministrantia, & occasione ministerij quastum facientia. Idem in l. mutus. ff. de procura. sic dicitur: mutus & surdus per

per cum modum qui procedere potest, procurator rem dare non prohibentur: forsitan & ipsi dantur non quidem ad agendum, sed ad ministrandum.

Ministerij vacuum.

Ministerium vacuum, quasi nullum, quia parum seruari & nil equiparantur. in lege, si pendentes. §. r. ibi, si serui vsufructus legatus est, cuius testator quasi ministerio vacuo vtetur, si cum disciplinis vel arte instituerit, vsufructarius arte eius vel periti vtetur: & sic exponit ibi Accur. vel ministerium vacuum, quasi nulli operae dicatum, quam disciplinis vel arti addiscenda.

Ministerij fraudis suscipere.

Suscipere ministerium fraudis, in l. aufertur. §. r. ff. de iure fit. ibi, qui aliquid sciens in fraudem fisci suscepit non solum rem in qua fraudis ministerium suscepit.

Minister pro executore.

Inde minister pro executore accipitur, cui factum tacitum commissum est restituere, l. si quis Titio. ibi, nisi vt ministerum duntaxat Titium elegit. & ibi Bar. hoc docet, & glo. & doct. in cap. de creto. de re iudi. vbi docent executorem merum cui factum nudum commissum est, mixtum cui & cause cognitio: & generaliter qui ministrat aliquid & praeagit, l. ordine. ff. ad municip. ibi, tantumque alterum interdicta rei minister de suis bonis cogitur solvere.

Executores & mixtus.

Ministerium in iure Pontificio.

Sic ministerium in iure Pontificio est terminus generalis omnia comprehendens beneficia administrationis habentia, vt officia. probat tex. in c. cum in cunctis. §. inferiora ministeria. de elec. vbi Panor. & alij dicunt accipi pro officijs, & Dec. allegat tex. in l. item si serui. in fin. ff. de ad. edict. vbi gloss. ministerium verò dicitur sacramentum, cap. multi. l. q. r. glo. & doct. in 2. de concess. praeben.

Administrare curam.

Administrare curam, pro regere & gubernare, l. verum. §. ex facto. ff. de muner. ibi, hic cum curam administrasset beneficio Principis, & l. si. ibi, partem hereditatis nomine patris absentis administrauerit. si pars heredi. peta. l. sed si. §. si quid. ibi, dolo eorum qui res eorum administrant. de dolo. & tutores qui in aliquo administrauerunt eodem loco defendere debent, l. neque. §. r. de procura.

Administrare, pro tradere, dare.

Administrare, tradere, dare, & restituere, l. si pars. §. fin. ff. de inoff. testa. ibi, illud notissimum est cum qui legatum perceperit, non recte de inofficioso testamento dicitur, nisi id totum alij administrauit.

Administrare, gerere & gubernare.

Administrare, gerere, gubernare, exercere. inde procurator is est qui aliena negotia mandato domini administrat, l. ff. de procura. l. quaedam. in princ. ibi, cum procurator res rationes ue nostras administrat. de eden. l. non solu. de pecu. l. adeo. ibi, sine quo societas administrari non possit. pro socio.

Administrare pro suppeditare.

Administrare, id est suppeditare, concedere, l. r. ff. ad Maced. ibi, cum inter ceteras sceleris causas Macedo, quas illi natura administrabat, &c. etiam aes alienum adhibuisset, &c.

Administratio.

Administratio, gestio actus administrandi & gubernandi, in l. i. in fi. ibi, nec autem rei sua administratio eis committi debet: quamuis rem sua bene gerentibus. & in rub. de administra. tut. & cura. l. seruum. §. eum verò qui de statu suo litigat, procuratorem habere posse non dubitamus, non solum in administratione, sed etiam in actionibus. ff. de procura. & l. 12. tabularum interdicitur prodigo rerum suarum administratio, l. r. ff. de cura. furio.

Administrata negotia.

Administrata negotia, id est gesta, l. eum actum. in fin. ff. de nego. gest. vbi dicit, negotiorum gestorum, postea administratorum.

Administratio mandata.

Administratio mandata, id est commissio gubernatio & gestio, l. qui proprio. in fi. ibi, si duobus mandata sit administratio negotiorum. ff. de procur. Procurator cui generaliter libera administratio rerum

commissa est, & potest exigere. l. procurator. ff. de pact. Alienare potest, l. si conuenerit. 2. in fin. de pignora. act. ff. l. si filiusfam. r. ad Macedo. non habet tamen ius donandi, l. contra. in fin. de pact. vel administratio vniuersorum bonorum permessa, dicit Iurisc. in l. vel vniuersorum. ff. de pign. act. & libera peculij administratio non permanet neq; in fugituo neq; in surrepto, l. libera. ff. de pecu. item qui peculij administrationem concedit, videtur permittere generaliter, quod & specialiter permittitur est, l. q. peculij. ff. de pecu. l. obligatione. de pig.

Administratio libera bonorum.

Administratio peculij libera.

Administrare & gerere.

Interdum Iurisc. gerere & administrare ponit, in l. 3. §. in rem. ibi, cum seruus domini gerendi administrandive causa quid gessit. ff. de in rem verso. administrationi rerum ciuitatis praepositus. l. 4. ff. quod iussu.

Administratores.

Administratores Rei pub.

Subministrare.

Administratores dicitur generaliter is qui alienas res gerit, siue in munere publico, siue priuato, l. folet. ff. de tut. ibi, qui magis administrator rerum quam curator esse intelligitur. Administrator rei pub. in rub. ff. de administ. rer. ad ciuita. pertinet.

Subministrare est suppeditare, porrigere, l. 3. §. nemo. ibi, vel si quid ad rursus sumptus subministrat. ff. de in rem verso. alia hic non subministrat, ratas ista nunc sufficere.

Numerarentur.

Numerarentur, id est computarentur, haberentur. ita accipi potest hic & in l. pecunia. ibi, ita demum in hereditate patris numerari. ff. famil. ercisc. Et connumerari dicit Iurisc. in l. edictum. ff. de iudi. l. non ex omnibus. de arbi. lege, si quis sic dixerit. cum lege sequen. infra eod.

Numerari pro computari.

Numerare pecuniam est computando presentem dare pecuniam, l. officium. ibi, pecuniam quam ex pretio redacta est ei numerari. ff. famil. ercisc. Et connumerari dicitur tutor numerari, impuberis conditio est. ff. de condit. in deb. l. fin. de condit. sine cau. l. 3. in fi. de in rem verso.

Numerare pecuniam.

Inde numerare pro mutuare, l. certi conditio. §. r. ibi, numerari tibi decem. ff. si cert. pet. l. 4. §. r. ad Macedo. quia mutuando numerari solet pecunia, & res quae mutuatur.

Numerare pro mutua re.

In numero pecudum sunt, id est computantur, numerantur, censentur. l. 2. ff. ad leg. Aquil. l. vinaria. infra eod.

In numero pecudum esse.

Consistunt in numero, vt pecunia. l. 2. §. r. ff. si cer. pet. §. r. quib. mod. re. contra. oblig. De numero scripsi in l. vrbana praedia. supra eod.

Numeratio pro mutuo, in l. omnia. ff. si cer. pet. omnia quae inferi possunt stipulationibus, eadem etiam possunt numerationi pecuniae, l. Labeo. 2. supra eod.

Numeratio.

Dinumeratio pro numeratione seu computatione accipitur, in l. 3. supra eod.

Dinumeratio pro numeratione.

Enumerare est numerare perfecte, Iurisc. in l. liberorum. infra eod. dicit quos nominatim numerarent, l. haec enumeratio. infra eod. Numerata pecunia est praesens pecunia, quae facile numerari potest & computari, l. propemodum. infra eod. & l. pecuniae. ibi, quod vulgo dicimus argentum contant: & interdum pro computata. De verbo adnumerare scripsi in l. carbonum. supra eod.

Enumerare.

Numerata pecunia.

PAVLVS LIBRO II. EPITOMARUM ALFENI. Lex cciij.

Pueri appellatio tres significaciones habet: vnam, cum omnes seruos pueros appellamus: alteram, cum puerum contrario nomine puellae dicimus: tertiam, cum aetatem puerilem demonstramus.

Iurisc. hic tres pueri significaciones elucidat, II 2

ficentior erat poena à centurione illata vite quam à liçore fustib? & veteri de supplicis lege Romana sancitū erat vt ciues non virgis cuerbarerentur, sed vitibus, quod à Lucio Floro ac T. Liuiio lib. 57. relatu scio, & à Scipione Africano, qui Numānam sustulit, seruatum. docet Cael. lib. 14. c. 33. Iuuenal. Saty. 8.

Notosam post hac frangebat vertice vitem.

Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Vnde dicit ibi rex, quod irreuerens miles est à centurione coercendus. nam qui restiterit illi eum castigare volenti, notatur in fama. si vitem tenuit, scilicet qua centurio volebat eum castigare, militiam mutat: si ex industria illam vitē fregit, ne amplius illa castigaretur, capite puniri debet: quia est duci inobediens. & alias ponderaui illum text. contra quendam qui acceperat baculū magistrī hospitij Regis, & illum frugerat, eo quod magister vellet eum à Regia expellere. Vnde poena arbitraria castigari poterit, quæ aliquando ad mortē pro qualitate delicti extenditur. glo. in §. in summa. de iniur. in Inst. Multiplicia sunt vina, quæ licet videre in l. vbi in princ. ff. de verbor. oblig. & in tit. de triti. vino & ole. lega. illa deglutienda bibacibus & temulentis relinquo.

Recepta, id est excepta, & reseruata. quod enim in principio verbo exceptis vsus fuit, in fine recepta dixit. hoc etiam probat l. qui duo. ff. de feruit. rufi. præd. nam primò vtitur verbo excepterat, & postea recepisset: pro eod. facit l. propriū. ibi, respondi feruitutem recipere nisi sibi, nemo potest excipere. ff. commun. præd. vbi recipere pro excipere capitur: quamuis glo. ibi aliter intelligat. probat ibi tex. dū dicit, Adiectio itaq; vicini pro superuacuo habenda est: ita vt tota seruus ad eum qui receperit pertineat, &c. & sic recipere feruitutem pro excipere capitur, vt l. p. docet in l. si in venditione. in fin. vbi vtroq; verbo vtitur. ff. commun. præd. & quicquid venditor feruitutis nomine sibi recipere vult nominatim recipi oportet. nam illa generalis exceptio, quibus &c. l. quicquid. ibidē. l. qui vsu fructum. §. 1. de vsu fructu. vbi primò dicit exceptus, & postea recipetur: & in l. 1. §. quod autē. ibi, nisi causis receptis. ff. de offic. præfe. vrb. id est nisi in casibus exceptis. vnde in lege, em. prore. ff. de act. emp. docet recipere accipi pro promittere, seu nominatim cauere. Itē seruus receptitiū & pecuniam receptitiā vocat Gellius lib. 17. c. 16. quæ doti data nō est, sed danti excepta, & reseruata est. Dotes receptitiæ à Iurifcon. sic accipiuntur in l. mortis causa capitur. §. 1. ff. de dona. cau. mor. vbi is qui stipulatur dotem sibi reddi à marito, morte mulieris recepit sibi dotem, id est exceptit. & dos receptitia vocatur ibidem.

Receptitia actio, in l. penul. C. de consti. pecun. tunc dabatur quādo argentarius cōstituebat se soluturū, quasi recepisset: actio verò de cōstituto cōtra eum qui cōstituebat: & hæc pro rebus in pondere, numero & mensura consistētibus: receptitia verò pro omnibus rebus: sed hæc differentiæ rēiētæ sunt, & omneius receptitiæ translātū est in actionem de constituta pecunia, quæ in constituen rem datur pro quibuscunq; rebus, d l. penul. & Theophil. in §. de pecunia. de actio. in Institut.

Recipere in carcerem est detrudere, prehendere, detinere, includere. vnde Proconful. ætimate de custodia reorum solet vtrum in carcerem recipien da sit, l. persona an militi tradenda. l. 1. ff. de custo. reo. & in eos qui cum recepti essent in carcerem, conspirauerunt vt ruptis vinculis, & effracto carcere euadant, amplius quam causa ex qua recepti sunt repositi custodiendum est. l. in eos. ibidem. l. 1. §. quid ergo. ibi, decurioni puniri præles provin-

cia permittere non debet, sed recipere cum in carceres. ff. quan. appell. sit.

Tertio recipere, pro suscipere, accipere, l. qui vas. §. qui ex voluntate domini seruū recipit, quod neq; fur neq; plagiaris sit, plusquam manifestum est. quis enim voluntatē domini habens, fur dici potest? Quod si dominus veniit, & ille suscepit, &c. ff. de fur. primò dicit recepit, postea suscepit. & sic capitur in toto tit. nau. caup. stabu. vt receptare stituant: nempe caupones, stabularij & hospites si scepra & recepta ab aduenis restituere debent. & is qui incendij causa recepit, l. 1. ff. de incend. & l. 1. pro solut. & hereditas in se accessionem & decel-sionem recipit, id est capit augmentum & diminutionem. l. pecunie. 2. §. 1. supra eod.

Item Iurifcon. ait actus legitimos non recipere diem neq; conditionē, id est non accipere l. actus. ff. de regul. iur. vbi in princ. dixit recipiunt, postea accipiunt. & vult dicere quod in actibus legitimis quibusdā non adiicitur dies, neq; conditio, vt ibi elucidatur, & per glo. in l. actus. illo tit. in 6. & in c. 2. de electi. in 6.

Incorporales res traditionem & vsucapionem non recipiunt, id est tradi vel vsucapi non possunt, l. seruus. §. incorporales. ff. de acquir. rer. domi.

Stipulationes diuisionem non recipiunt, id est non diuiduntur, non admittunt, non capiunt diuisionem. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obligat. & res noxalis non recipit diuisionem, l. si seruus seruum. §. item si seruus. ff. ad leg. Aquil. & quædam recipiunt præstationem partis, id est diuidi possunt. l. 2. §. 1. & §. ex his. de verbo. oblig.

Bona diuisa per separationē augmēta non possunt recipere, id est capere, accipere, l. si creditores. circa si. ff. de separa. & apud Labeonem scriptum est, eum qui suum recipiat, nullā videri fraudem facere: hoc est eum qui quod sibi debebatur receperat, l. qui autem. §. apud. ff. que in frau. credit.

Aquam recipere, pro eodem exponit Iurifcon. in l. 2. §. idem Labeo. ff. ne quid in loco pub. ibi, nō immittat aquā, sed non recipit. & ibi, eam aquam recipere, &c. possessionem recipere, idem. l. Pomponius. §. si is qui. ibi, si tamen receperit possessionem. ff. de acquir. possel. interdum recipere possessionem est iterum accipere, recuperare, l. hi tamē, ibi, veluti si dicant se à possessione expulsos, scilicet vt nō crimē in eos intendant, sed vt possessionem recipiant. ff. de accus.

Recipere hospites, est accipere, hospitium præbere, l. is oneribus. & lege sequen. ff. de vaca. & excusa. mune. Quod de iure non tenentur præstare clerici armigeris, l. 1. C. de epis. & cleric. Sed hodie pessimi plus grauant terram ecclesiæ & clericorum quam aliam, quia extra eam sunt. Et per vicos hospites ab omnibus recipiendi sunt, l. 3. §. eos. ff. de mune. & in §. sequen. dicitur, munus hospitii in domo recipiendi non personæ. sed patri-monij onus esse. Item vsu domus habens, hospites recipere potest, vulgo loger. l. 2. ff. de vsu, & habi. Magistris, doctoribus, medicis, rhetoribus, & philosophis indultum est ne hospites recipere teneantur, l. vlt. in si. ff. de muner. Inde hospino receptus, receu. log. l. lex Cornelia. §. domum. ff. de in iur. ibi, siue hospitio receptus hæc locum habebit.

Recipit hanc significationem, id est accipit, habet hanc significationē, l. verbū reddendi infra eo.

In collegio recipi, id est estro receu. l. 3. ff. de colleg. illici. ibi, seruos quoque licet in collegio tenuiorum recipere volentibus dominis, &c. Recipere arbitrium, suscipere & acceptare, l. 3. ff. de arbi. vbi scribitur recipere, & postea suscipere. facit l. Pedius. & sequens, ibid. Recipere arbitriū is videtur qui

Recipere suscipere.

Recepta, ex rital. nau. cau. p. stab.

Alius legitimi quomodo dicatur non recipere neque diem, neque conditionē.

Recipere traditionem vel vsucapionem.

Recipere diuisionem.

Recipere augmentum.

Recipere suum.

Recipere aquam.

Recipere possessionem.

Recipere hospites.

Recipi in collegio.

Recipere arbitrium.

Receptus arbiter.

Ad rub. D. C. de recep. arb.

Recipere seruū fugitiuum.

Receptor. seu receptator.

Receptaculum.

Recipere auditoriū.

Recipere dolum.

Recipere interitum.

Recipere repetere.

qui indicis partes suscipit, finemq; se sententia sua sua interpositurum controueris pollicetur. & l. idem Pomponius. §. recepisse. ibidem. inde arbiter receptus, quia à partibus susceptus est, & acceptatus. sic capitur in rubr. ff. & C. de recep. arbi. quamuis aliter glo. ibi explicet, & dom. Ioan. Corraf. in lib. Miscella. 4. c. 18. dicat legendū de receptis arbitriis. sed ego putare posse etiam legi, vt dictum fuit. Nempe oportet partes imprimis recipere arbitriū, & postea opus est vt arbiter receptus arbitrium, id est sententiam dicat. Et quis debeat recipi in arbitrium vel reici, ibi docet Iurifcon. scripsi in l. illa verba arbitrato. supra eod.

Item recipere seruū fugitiuum, est illum ad se suscipere, & est proprie recipere, refugium abscondendi causa præstare, l. 1. §. quod autem prætor. ff. de seruo corrupt. vnde receptor vel receptor dicitur, qui fures vel res ab eis subtrahtas recipit & seruat & occultat. & pessimum horum genus vocat Iurifcon. sine quibus diu fures latere non possunt, & perinde puniri debent atque latrones, l. 1. & 2. ff. de recepta. Quia receptatores non minus delinquant quam aggressores, l. 3. §. non tantum. ff. de incend. vbi additum est quando dolo malo recepit, quia non omnis qui recipit delinquit. quid enim si ignauus recepit vt custodiat rem & saluam faciat ei qui antiserat? vtiq; non debet teneri. d. l. 3. & l. Merodorū. ff. de pen. Lucas de Penna in l. 1. C. de deserto. libro 12. facit. l. 2. C. de his qui latrones, &c.

Receptaculum, locus est in quem refugimus, quasi quoddam refugium. inde domus est tutissimum cuique refugium atque receptaculum, l. plerique. ff. de in res. voc.

Auditorium recipere est cognitionē causæ seu notionem sumere, l. cum lege, in fin. iuncta gloss. ff. de arbi.

Contractus quidam dolum malum recipiunt: quidam dolum & culpam, l. contractus. ff. de regul. iur. id est continent, admittunt: & vult dicere quod in quibusdā contractibus præstatur dolum, in aliis culpa venit. Probatur in l. si vt certo. §. nunc videndum. cum sequen. ff. commod.

Vsufuctus recipi interitū, id est interit, perit, l. excepta. ff. quibus mod. vsu fr. amitt. vbi sic dicitur: excepta capitis deminutione vel morte reliquæ causæ vel pro parte interitum vsufuctus recipiunt: id est vsufuctus interit etiam pro parte in reliquis causis & in omnibus excepta morte, & capitis deminutione, in quibus duobus casibus in totum interit.

Ad hæc recipere pro repetere, recuperare, ex re & capere, quasi rursus capere, l. qui sic soluit vt recuperet, non liberatur: quemadmodum non alienantur nummi, qui sic dantur vt recipiantur. ff. de sola. & postliminio reuersus, ius suū recipit, l. postliminium. 1. iuncto versu. nā quod bello amissimus, aut etiam circa bellū, hoc si rursus recipiamus, dicitur postliminio recipere. ff. de capt. & in l. in bello. §. codicilli. & l. cum duo. ibi, & quod pater in futurum filij impendit, aut alio agente secum funeraria iam præstiterit, ipse actione de dote à marito recipit, id est repetit. idem in l. contra. ff. de religio. & l. cum ex causa. de appel. l. epistola. §. pactū. de pact. l. si longius. in fin. de iudi. l. si possessor. §. restituere. de petitio. hered. l. Pomponius. 1. de neg. gest. l. vlti. in si. ad Velle. lege, item si cum exceptione. §. quatenus. quod met. caus.

Iurifcon. aliquando dicit, iterum eum recipiat, causa facillioris expressionis, in l. fin. ff. de aliena. iudi. vel rursus recipiat, d. l. postliminiū. 1. recipere fundum à quovideiectus est potest spoliatus, & res ibi mobiles omnino recipiet, id est recuperabit, l.

sed si vi. ff. de vi & vi arma.

Recipere sumptus pro eodē. l. si quis domum. §. penult. ibi, si sumptus fecit in fundū, quasi quinquennio fruiturus, an recipiat, & ait non recepturum. ff. loca.

Precarium distat à donatione, eo quod qui donat sic dat ne recipiat: qui precario concedit, sic dat quasi tūc recepturus, cum sibi libuerit. Precarium soluere, l. 1. ff. de preca. & l. nequid. ibi, vt quicquid probauerint ademptum sibi naufragio id à possessoribus recipiant. de incendio. l. si pignore. §. cum furti actio ad poenæ persecutionem pertineat, condictio verò & vindictio ad rei recuperationē, apparet recepta re nihilominus saluā esse furti actionem. ff. de fur. l. quamuis. in fin. debet admonere dominum vt suum recipiat, ad legem. Aquil. l. ex hoc edicto. in fin. de aliena. iudi.

Recipere naturalem libertatem dicitur fera bestia quando primam libertatem recuperauit, l. 3. & duabus legibus sequen. ac l. quod in littore. ff. de acquir. rer. domi. §. illud. de rer. diuis. Instit. & quod à lupo eripitur, nostrum manet quādiu recipi possit quod ereptum est, l. Pomponius. de acquir. rer. domi. & l. Pomponius. 1. in si. famil. ercif.

Recipere consuetudinem concubinae, pro recuperare. in l. ex parte. §. 1. ff. de verb. oblig. ibi, si concubinae tempore matrimonij consuetudinem receperit, nil causæ esse, &c.

Recipere, probare & acceptare: vt leges nulla ex alia causa nos tenent, quam quod iudicio populi recepta sunt: merito & illa quæ sine scripto populus probauit tenebūt omnes, l. de quibus. ff. de legi. versu. nam quod ipsæ leges. Facit tex. in §. 1. in auth. vt factæ nouæ constitut. colla. §. scripsi in §. præfati graduari. de colla. in concordia.

Sires non recipiat dilationem non permittitur appellare: pro non capiat, vel non admittat, l. si. ff. de appell. recip. Et appellatio in certis casibus recipi non debet, pro admitti, l. 1. per totū. ff. de appell. recip. vbi sic intelligi debet. & l. constitutionib. de appell. nam in reudū superior non recipit, id est non admittit appellationē, imò interdum curia suprema profert appellantem non esse recipiendum, & vulgo appellante ne fait à recevoir comme appellant. & probat l. ei qui. ff. de appell. recipien. l. emporum. in si. ibi, nisi forte inquit, si quis omnes itas supra scriptas conuentiones reciperet, quemadmodum recipitur, &c. ff. de acti. empt.

Recipere, pro conferre, ire, reducere, seu continere, vulgo reuier. l. veluti. in fin. ibi, vt si hiems ingruerit, habeam quo me recipiam. ff. de ferui. rufi. præd. l. riparum. in si. ff. de rer. diuis. ibi, in mari piscantibus liberam est casam in littore ponere, in quam se recipiant. l. littorum. illo titu. in Institut. l. vulgaris. ibi, antequam fur se receperit quo destinauerat. ff. de fur. l. pupillus. §. incola. infra cod. l. 1. §. quid igitur si conditio horæ effecerit vt se receperet. ff. quan. appell. sit.

Recipere tutelam is dicitur qui eam suscipit ad ministrandi causa: & non recipere contra, se excusare à tutela, recusare tutelam, l. qui suspectum. ff. de appella. vbi sic ait: qui suspectum tutorem facit, & qui de non recipienda tutela agit, excusationem alieno nomine agere intelligendus est.

Liberum corpus non recipit estimationem, non capit, non admittit, l. 3. si quadrup. pauper. fecisse dica.

Recipere pro comprehendere, continere, l. Neratius. ibi, nam & verba edicti, quanti ea res erit, omne detrimentum recipiunt. ff. de seruo corrup.

Recipere in suam fidem, est quem tuendum & conseruandum sumere, & vt vulgo dicitur, en sauuegarde, teste Budæo in l. Herennius. ff. de cuicti. &

Recipere sumptus.

Precarium à donatione quod distat.

Recipere naturalem libertatem.

Recipere consuetudinem concubinae.

Recipere probare.

Recipere dilationem.

Recipere appellatorem.

Recipere pro conferre.

Recipere tutelam.

Aestimati onem recipere.

Recipere pro continere.

Recipere in suam fidem.

fide tua venire, id est sub tua securitate. Ego vero puto quod si illud verbum referatur ad personas, ut te in fidem meam accipio, intelligatur in clientelam meam, & ut dicimus vulgo saluagardiam, securitatem, auxilium, protectionem, l. quisquis. §. praterea. C. de postul. ibi, praterea nullum cum eo litigatore contractum, quem in propria recepit fidem in ear adio catus, nullam conferat pactionem. si vero referatur ad rem, ut pensiones quinquenni in meam fidem recipio, id est promitto, respondeo per fidem meam quinquenni pensiones, l. qui per collusionem. ff. de act. empt. ibi, & quinquenni pensiones in suam fidem recipiat, &c. facit l. ita fidei. in si. ibi, patronus si tacite in fidem suam recipiat, id est suam committatur fidei. ff. de iur. fil.

Recipere dubitationem. Non recipit dubitationem, id est non dubitatur, l. 3. in si. ff. quib. mod. vñs fructus amittatur.

Recipere seruitutem. Recipere seruitutem id quod diuini iuris est non potest, l. caueri. ff. com. præd. rei diuina non imponitur seruitus, cap. significatum. de præben. vbi scripsi, & in §. 1. in verbo, onus. de colla. in cõcord.

Recipere fructus. Recipere fructus est recolligere. l. prætor. §. iis verbis. ibi, in fructibus recipiendis erogauerit. ff. de bon. auctori. iudi. p. s. id.

Recipere p̄ intelligere. Recipere p̄ intelligere, l. Stichum. §. vñs fructum. ibi, recipi potest. ff. de solu. idq; ita recipi potest, si pecunia in rem pupilli vel furiosi versa est.

Recipere stillicidium. Recipere stillicidium, l. si domus. ff. de seruitut. vrba. prædio. ibi, & vt stillicidium adificiorum meorum recipere debeat, id est pati vt stillicidia fluant in tuum locum.

Recipere & accipere qd differant. Recipere & accipere differentiam docet text. in l. cum quis. ff. de præleg. ibi, dotem enim recepisse eam magis quam accepisse, saluo eo quod ex commo modo representationis ab ea fideicomitti potuit. vbi recepisse pro repetisse. Accepisse vero de nouo, quasi velit dicere quod mulier dotem magis videtur repetisse quam accepisse à marito: ob id non tenetur ad fideicommissum, nisi ex commo modo representationis. Cõmunius tamen pro eodem sumuntur, in l. vlti. in fin. ff. de dona.

Recipere et suscipere quid differant. Suscipere etiam parum differt à verbo recipere, vt est text. in c. licet. de procura. in 6. Licet quidam dicant Recipimus partem, suscipimus totum. Ascõnius Pedia. in diuina. Cicero. hanc tamen differentiam iuris periti non seruãt, vt in c. ad apostolicam. de regul. vbi Abbas ante annum professionem non nitij recipere non debet: & sic non dicitur in parte, quia professio non fit per partem, vt ibi.

Receptio. Receptio dicitur actus recipiendi. inde receptio testium & examinatio, in ca. presentium. de testib. Receptio in canonicum, est duplex, iuris & facti, c. duobus. de rescript. in 6. cap. illorum. de præben. elucidatur in forma mandati apostolici, in gloss. recipiatis.

Receptus inter reos dicitur accusatus post litem contestatam, quasi reus factus, inter reos relatus, l. hos accusare. §. hoc beneficio etiam inter reos recepti vti possunt. ff. de accusa. nempe ea quæ inter reos adulterij recepta esset, absens defendi non potest. id est ea quæ est adulterij reafacta, & relata inter reos. ff. de adult. l. si maritus. 2. §. præscriptiones. quæ obici solent accusantibus adulterij, ante solent tractari quam quis inter reos recipiatur ceterum postquam semel receptus est, non potest præsumptionem obicere. & sic dicunt doct. in l. is qui. ff. de publi. iudi. illi inter reos receptum quando iudex reiectis exceptionibus declinatoriis procedendum esse dixit, per d. §. præscriptionis.

Receptum est moribus. Receptum est moribus, id est introductum, constitutum, vel approbatum, in l. 1. ff. de dona. inter vir. & vxor. dicitur receptum in l. 2. ff. de vulg. id est introductum. l. in rebus. §. penul. ff. de preca. l. ex ma-

lesiciis. §. longe. de actio. l. Scæuola. infra eo. Buda. in l. ius ciuile. in fin. ff. de iusti. & iur. facit l. qui bona. in si. ff. de acquir. rer. domi. l. cum prætor. in fin. de iudic. l. ex facto. in magna. verfic. dicebam. ff. de hered. inst. l. illud. ff. de acq. posses. & l. quamuis. §. infans. & l. si de eo. §. 1. & l. peregre. §. 1. ibidem. l. iusto. §. eum. de vsuca. l. certo. de quæsti. l. 1. §. quod in sententiis. quan. ap. sit. l. in iure ciuili receperunt. ff. de regul. iur. l. quæ propter. ibi. l. quod contra iuris rationem receptum est, non est ad consequentiam producendum, l. quod contra. ibi, l. est receptum. de iuris. omn. iudic. & multa in iure ciuili contra strictam rationem disputandi pro utilitate cõmuni recepta sunt, l. ita vulneratus. §. pen. ff. ad leg. Aquil. l. vindicatio. de rei vindic. & semper receptum est, l. Scæuola. infra eod.

Inde dicitur homo receptæ auctoritatis, id est approbare. l. non debet. ff. de dolo. vbi glo. receptum dicit quod à plerisq; prudentium approbatum est.

Receptos seruos dicimus qui virtute militari sunt seruitute liberati, l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capti. ius recepti, id est approbatum, l. in minorum. C. ex quibus causis, in integr. restituit. non est necess.

Pecunia recepta, id est soluta, l. si is qui in aliena. §. fin. ff. de acquir. rer. domi. vbi glo. sic exponit. Recipere & aliis modis apud rhetores capitur, ad quos vos reicio: neque alia nunc à me recipietis.

IVLIANVS LIB. VI. EX MINICIO. Lex ccvj.

Vinaria vasa proprie vasa torcularia placet esse: dolia autem & serias tandiu in ea causa esse, quandiu vinum haberent: cum sine vino esse desinerent, in eo numero non esse, quoniã ad alium vsum transferri possent: veluti si frumentum in his condatur. Eandem causam amphorarum esse, vt cum vinum habeant, tum in vasis vinariis: cum inanes sint, tunc extra numerum vinariorum sint, quia aliud in his condi possit.

Et sic Iuriscõf. elucidat hic quæ sint vasa vinaria, quæ interdum donantur, venduntur, vel aliàs transferuntur. Vnde ex his intelligi poterunt, & hic erit legis effectus.

Vasorum appellatio generalis est, Græci vas *οὐτός*, vel *ἀγγύριον* vocant, vasculum *οὐτανόριον*: & in multas species diducitur, & in vinaria vasa, vt hic, & nivalia, l. & si non sunt. §. argento. verfi. sed si cui. de auro & argen. lega. ff. quamuis in aliquibus libris legatur vasa naualia, & non bene, vt firmat Catelli. Corra in 2. parte memorialium, in verbo colum niuarium, vbi dicit esse genus vasis lidei, quo aqua ex niuibus colabatur: & sic ad bibendum præparatorium vas est, vt in l. in argento. ff. de auro & argen. lega. vbi sic dicitur: in argento potorio vtrum id sit duntaxat in quo bibi possit, an etiam id quod ad præparationem bibedi comparatum est, veluti colum niuarii, & vrceoli: dubitari potest. sed propius est vt hæc quoq; insint, & c. ergo vasorum generalis est appellatio, vt comprehendat ra vasa aurea, argentea, arca, crystallina, stannea, plumbea, vitrea, lignea, sicilia id est ex terra, quæ etiam figulina

Recepte au Eorntis bo mo.

Recepti serui.

Recepta pecunia.

Vasorum genera.

Columniuarium.

Vascularius. Vasarium.

Vasa Corinthia. Aes Corinthium.

Torcular. Torcularium.

Torculariũ genera.

Dolium qd. & eius genera.

Dolium à dolo, us.

Doliare vinũ.

Vinon pendens.

Uliarius.

figulina, seu figlina vocantur: lapidea vasa, ex lapidibus: cæcaria, in quibus cæca in mensa reponuntur: potoria, in quibus potamus & bibimus: aquaria, olearia, culinaria: quæ vasa vinaria, in quibus vina reponuntur. alia multa sunt quæ pulchre congerit Lazar. Bayf. & post eum Carol. Stephanus in suis libellis de vasculis.

Inde vascularius, qui vasa aurea maxime & argentea facit, l. apud Labeonem. §. si. de præscript. verb. vbi Bud. vnde vasarium, vasorum locus in quo reponuntur vasa: sacrarium in quo sacra vasa, quæ extra sacerdotem & diaconum non licet alicui tan gere: maxime mulieribus etiam monialibus. cap. non oportet. & sequen. & cap. sacras. 23. distinct. Item in ligneis vasculis non licet alicui celebrare, cap. vasa. de consecra. distinct. 1. & vasa sacra vetustate consumpta mandat Papa vt incendantur, cap. altaris. de consecra. distinct. 1.

Vasa Corinthia quæ sint, videre in l. heres. §. cui Corinthia vasa. ff. de leg. 3. sunt enim ex ære Corinthio facta, cum quo auri quadã argenteque portio commixta erat: ex quo maxime æs Corinthium commendabatur: vnde factum est vt omnia vasa ex ære elegantia Corinthia sint appellata. vnde Plinius lib. 34. c. 2. sic ait, sunt ergo vasa Corinthia, quæ isti elegantiores nunc æs sculpendo transferunt, modo in lucernas, modo in trullas, modo munditiarum respectu. horũ tria sunt genera, candidum argenteo nitore quam proxime accedens, in quo illa mixtura præualuit: alterum, in quo auri fulua natura: tertium, in quo æqualis omnium temperies fuit.

Torcularia. Torculariæ sive torcularæ, vel torcularium, est instrumentum visus premendis commo dum, Gallicè *pressoir*, & torcularius adiectiuũ quod ad torcular pertinet: vt vasa torcularia, de quibus hic. & torcularius masculini generis, qui vvas seu aliam rem torculari premit.

Quædam tamẽ sunt torcularia vinaria, quædam olearia, alia quædam pannaria, alia pilearia, in quibus pannus vel pilei premuntur: ac alia in quibus aliqua premuntur: à torquendo forte dicta. & ista vendita domo censentur cum domo vedita, si domus in hæreant, atq; affixa sint: alioqui non. l. fundi. in princ. ff. de acti. emp. Græci *λινωπιον* vocant. nec potest dominus prohibere volere subdito facere torcular, nisi habeat priuilegium, vt cõsultuit Ias. consil. 161. in causa. col. vlt. in 2. vol.

Dolia. Dolium proprie significat vas grande varie amplitudinis, l. 3. §. penult. de triti. vino & oleo leg. Græci *αἰθῆρα* dicunt. Columella triginta amphorarum dolium appellat. non tamen eius est definita mensura, sed magnitudinem significat: & quia per magnitudinem facile moueri non potest, ob id legato vino non veniunt dolia, d. l. 3. & alibi scripsi. Vide in interpreta. no. de istis doliis est text. in l. 1. ff. de peric. & commo. rei vend. est etiam dolij appellatio generalis, vt quæcunque dolia, sive aquaria, sive vinaria, sive olearia, sive frumentaria magna & parua comprehendat: sed ex adiuncto eius demonstratur significatio: vt dolia vinaria, in quibus vinũ reponitur, l. dolia. ff. de cõtrah. empti. & hic, atque in l. dolia. ff. de fun. instru. & dicitur dolium à dolo dolas, id est cõplano, quod dolia bene dolata esse oporteat, ne vinum effundat. inde vinum doliare, quod est in dolio expectans infundi in cados & amphoras: quod vinũ postea diffusum vocatur, in l. 1. §. si n. ff. de peri. & commo. rei vendi. l. vinũ. de tritic. & ole. lega. *le vin qui est en la cuse, & lon veut entonner*: ad differentiam vini pendentis, quod expectamus nondum cõpressis visis, *celuy qui est en grappe*: & vindemiam pendentem scribit Iuriscõf. in l. qui pendentem. ff. de acti. empti. & qui hæc dolia facit, doliarius vocatur. & vasa doliaria magna, ad dolij si-

militudinẽ facta, l. taberna. ff. de fun. instr. & instru. Doliarium etiam dicitur locus vbi sunt dolia, *la cuse, ou cellier*, l. quod sape. §. penul. ff. de contrah. empti. ibi, sed & si ex doliario pars vini venierit, veluti meretæ centum, verisimium est quod constare videtur) ante quam admetiatur, omne periculum ad venditorem pertinere.

Seria. *Seria* est genus vasis vinarij magnum & oblongum: dicta est seria quia serio reponi solent vina, vel quod seris claudantur, & nunc in lingua Occitana sunt dolia magna, quæ nunquam tota aperiantur, sed est quadã apertura, per quam mundantur, & illa apertura seris clauditur: & puro de his Iuriscõf. intellexisse. Vel dicuntur seriaz quod paulo serius vina ibidẽ relinquuntur, cum melius ibi feruentur quam in aliis doliis: vel quod serio ad hoc facta sint vt vina ibidem feruentur. Alij dicunt esse vas oblongum, in quo aquam adseruabant, vnde paccatio feret, Gallicè *gerle*. sed si capias eo modo, iam inter vinaria vasa non erit seria, vt hic docet Iuriscõf. esse, & Catellia. Corra in 2. parte memoria in verbo, seriaz, & quidam dicunt fuisse vas arbitrariae capacitatis, formã habens certam non mensuram, de qua Iuriscõf. in l. sed & si quid. §. de quibusdam. ff. de vñs fr.

Colligitur ex isto text. ibi, tandiu in ea causa esse, quandiu vinum haberent, vasa tandiu dici vinaria, quandiu habent vinum. & argumento istius text. scholasticus tandiu dicitur, quandiu in schola est, & studet. sic per istum tex. dixi in tracta. no mina. q. 16. nu. 23. in §. limita. quod tandiu dicitur ecclesia parochialis quandiu habet parochianos: & sic quando per bellum essent destructa domus incolarum, & nulli ibidẽ essent parochiani, nulla esset parochialis ecclesia actu. nec in villa murata, si muri sint destructi, & populi, ob id non deberetur graduato & qualificato vacas in mense ordinariorum, iuxta. §. statuimus. 2. de colla. in concord. Archidia. in ca. si apostolica. de præben. in 6. nisi esset spes quod de proximo reficeretur: nam que proxima sunt in esse videntur, l. lecta. si cert. peia. ff. vide Boer. in decif. Burdegalen. q. 44. quoad secundam.

Tantisper, in l. 3. §. 1. ff. de tutel.

Et sic ex hoc text. elicitur, ibi, cum sine vino esse cõperint vasa, desinere in eo numero esse: quod si ad alium vsum non possent transferri, nec esset solitum ea ad aliũ vsum transferre: tunc semper computarentur inter vinaria vasa, & antequam transferantur, vt in monte Pessulo, & in patria vicina habent dolia vinaria forria, & valde spissa, quibus nunquam vtuntur ad strumenta quandiu integra sunt. Ergo illa vasa dicuntur vinaria sive vinum in sit, sive non, cum ad alium vsum non transferantur, vel transferri non sint solita, quandiu vino recipiendo apta sunt. Inde nauis vinaria qua traicitur & portatur vinum, de qua Iuriscõf. cõsultus in l. vulgaris. §. sed si de nau. ff. de fur.

Apotheca etiam dicitur cella vinaria in qua seruatur vinum & venditur, de qua Iuriscõf. cõsultus loquitur in lege, vulgaris. §. certe si proponas in apotheca amphoras esse vini. ff. de fur.

Ex quo inferitur, quod si aliquis venderet, legaret, vel donaret vasa vinaria, intelligeretur vt hic, videlicet vt illa continerentur, in quibus vinum est. Sed si sint vacua vino, & ad alium vsum translata, non veniunt. Ergo sive vino plena sint, sive non, dummodo ibi sint vacua, vt in vindemiis vino repleantur, semper dicentur vinaria. nam quæ de proximo instant, in esse censentur. lege, lecta. verfic. dicebam. ff. de reb. cred. Et sic sunt tres casus: primus vt vasa vinaria dicantur in quibus est vinum, vt hic: secundus vt vinaria etiã dicantur sine vinum in sit, sive non, quando alia ibi condi non est solitum: tertius

Doliariũ.

Seria.

Vasorum denominatio vnde sumatur.

Vrnat sexdecim modium Parisiensem constituunt, teste Budæo in tract. de ass. lib. 5. & aliquando etiam vrnalia vocantur in l. qui vinum in vrnalibus. ff. de triti. vino & oleo lega. & quidam vrnalia dicunt vas aquarium, quod in aqua vrinet, vulgus vocat *cruche à porteur eau*, collum habens strictum. Vrinare enim est in aquam mergi. vnde vrinantes & vrinatores, qui in aquam merguntur. Et inde si quedam ex iis mercibus proiectis in mare leuandæ nauis causa, per vrinatores extractæ sunt, dicit Iurifcon. in l. naues. §. i. ff. ad leg. Rhod. de iact. rationem aliorum non haberi, qui cum alibi nauis summa est, suas naufragio amiserunt. eorum enim merces non possunt videri seruandæ nauis causa iactæ esse, quæ perit. Crapal. libr. 1. de part. ædi. cap. 2. in fin. Brochus vero à verbo Græco *βροχον* dicitur, quod fundo significat. est autem vas ad vinum fundendum accommodatum, Græci *ινωροπον* appellant, quod vino comportando aptum sit, vulgo *broc*.

Vrinare. Vrinatores

Brochus.

Quadrantal. Cuppa.

Quadrantal dictus est genus vasis quadrati, quod octo & quadraginta sextarios capit. Cuppa, vas ligneum magni, ad vini condendum, *une cuue*. l. instrumenta. ff. de fund. instru. & instru. lega. l. sed & si quid. §. idem & in feriis. ff. de vstru. & Pessulani habent cuppas lapideas, *destines* vocant. & alibi à Iurifcon. dicuntur machinæ, vasa vinaria, cuppæ, & doliæ quæ in cella defixa sunt. l. L. parus. §. collegio. ff. de lega. 3. & quamuis sit vas vinarium, interdum est frumentarium. quando triticum clausum est in ea, l. in nau. ff. loca. est etiam vas ad bibendum, in quo Germani interdum in conuiujs solent vsque ad lacrymas bibere, *couppes*. De cuppulis, id est paruis cuppis loquitur Vlpia. in l. 3. in fi. ff. de tritico, vino & oleo lega.

Modius vini.

Arestum. Modius annonæ. Modius terræ. Ato diatio.

Modius vini, *un moy*. l. vbi autem. in princ. ff. de verb. oblig. interdum dicitur modius frumenti, in l. quod sape. §. in his. ff. de contra. empri. & l. vulgaris. de fur. l. iubemus nullâ. C. de sacrosanct. eccles. in l. 1. de conditis in publi. horre. lib. 10. & l. fi. de anno. ciuili. l. 1. r. vel modius tritici, l. si ita. ff. de fideiussio. qui fuit æstimatus ad decem libras in singulis annis debitus pro reditu, aresto curiæ 1527. die 14. August. Modius annonæ, l. 3. in fi. ff. de excusa. muner. Interdum modius terræ dicitur locus in quo feminari potest frumenti modius, cap. per tuas. vbi Cardin. de donat.

Modiatio ab Imperatore dicitur ipsa frumenti pensitatio, l. vlti. C. de nauis. lib. 11. lege vlti. de anno. ciuili. ibidem. Soluere autem subditi solebant frumenti quinquagesimam, ordeï quadragesimam partem, vini & lardi vicefimam, l. modios. C. de suscepr. lib. 10. & in rubr. de anno. & tribu. ibidem. Moduli verò dicuntur vascula ad hauriendum aquam accommodata, iuncta rotæ putei: quibus vtuntur Pessulani ad irrigandos hortos. l. damni. 2. ff. de damno infect. Vitruuius sic ait: ita cum rota calcantibus versabitur modioli pleni ad summum elati, & rursus ad imum reuertentes infundent in castellum ipsi per fe quod extulerunt. Catellia. Cotta in 2. parte memora. in verbo, modiolos.

Interdum dicitur modiolum, vas mensurarium potui paratum, ad modij similitudinẽ factum, quod phiala seu Gallicè *gobeler* dicimus, de quo in l. Scia. ff. de auro, & argen. leg. & calices modiales dicuntur, continentes modium, teste Budæo in tract. suo de asse.

Cyphus.

Cyphus, *κύπελλον*, *κύπελον*, de hoc dixi in l. Labeo. supra eodem. Medimus fenos modios Romanos continet, quem minam vocant, Gallicè *une hemine*. Boetius vero, Gallicè *un boisseau*, minus hemina. Chænix, semimodius vocatur à Budæo.

Culeus.

Culeus, *une pipe*, vicenas amphoras continens,

teste Budæo, de quo loquitur tex. in l. 3. in fi. de triti. vino, & oleo lega. ff. & l. vlt. in fin. ff. de pignor. act. in fin. l. legatum. in fin. de annuis lega. Tamen in montibus Gaballianis vtuntur his culeis coriaceis: quoru duo vel tres iuste equum onerant, vel mulum: & ab eis sic vocantur. Pinta, Gallicè *une pinte*. Cheopina, *chaupine*. hemifextos dicitur *demifextier*: & significat dimidiũ septem. fidelia Gallicè vocant *une fueilleto*: est dimidia pars pinte. Phiala. l. tigni. §. 1. ff. ad exhiben. Calix à calido dictus est, quod in eo caldum, id est calidum veteres bibebant: Varro. inde calicem diatretum vocat Iurifcon, calatum; tornatilem, vulgò *amiras entaillez*, & *garnis d'orseuerie*, l. si seruus seruum. §. si calicem diatretum. ff. ad leg. Aquil.

Pinta.

Cheopina. Hemifextos. Fidelia. Phiala. Calix. Calix diatretus.

Lacena calices.

Lepasta. Laphista. Lacena. Oxybaphi.

Calices item quidam vocantur lacena, sicuti lepasta: inde qui multa prodigunt vocantur laphista. *lacena* enim significat ampliter bibere, teste Casio in lib. 27. cap. 37. vbi multa vasorum vocabula elucida, sic dicens: Oxybaphum pro acetario vase capit fere consueto. Lacena, in l. cum quis decedens. §. Sciam. ff. de lega. 2.

Alia multa vasorum nomina sunt quæ vsu potius dignoscuntur, & pro regionibus plus aliquando, quandoque minus, vt apud Tholosates plus continet quartarium & pinta vini ad mensuram Comitis Remundi quam alia communes mensuræ: & apud Bituriges est magna mensura & parua: ex duodecim enim pintis fecerunt tredecim, vt hic decimatertia daretur ad vctigal soluendum, quod Trezenum vocant. & quia presbyteri vctigal non soluunt, nec scholastici, voluerunt eos compellere ad vendendũ cum magna mensura, vel ad soluendum. sed in hoc fenatu fuit pronuntiatum pro vniuersitate & priuilegiatis, vt cõmuni mensura venderent & sine vctigalis solutione. alioqui daretur materia tollendi priuilegia, faciendo diuersas mensuras. & si in antiqua mensura venderetur, nullum haberent priuilegiũ: quod est absurdum. Et quamuis hæc vasa multoties vinaria reperiantur, aliquando tamen alijs vsibus accommodantur, vt in lege fin. in fin. ff. de pignoratitia actione. & tunc non sunt vinaria, sed frumentaria velaqualia, seu alterius generis: vt pocula oleagina, in l. qui concubinam. §. qui quatuor. ff. de lega. 3.

Cum inanes sunt, &c. Intelligite vt supra dixi. Negotiatores, inquit Iurifcon sultus, qui annonam vrbis adiuvant, immunitatem à muneribus publicis consequuntur, quandiu in huiusmodi actu sunt, l. semper. §. negotiatores. ff. de iure in iunir.

Colligite quod in scholasticorũ numero, quandiu in actu studij & scientia sunt, scholastici censentur: si vero inanes & alieni prorsus à studio, tunc extra numerum sunt: per istum text. iuncto d. §. negotiatores. scripsi abunde in scholastico. priuileg.

Sic inanes dicuntur vacuæ sine vino, l. 1. §. licet. ff. de peri. & commo. rei vendi. vbi glo. sic exponit. Sed forte etiam intelligentur inania vasa esse, quæ inania, id est sine commodo sunt. Inanes sumptus vocat Iurifcon. in l. 1. ff. de inoffi. testa. quando nihil profunt & sunt inutilis. Inane chirographum fit solutione, id est inutile, l. solutione chirographo inani facto. ff. ad exhiben.

Exceptio inanis, inutilis, & inefficax, l. penul. ff. de condit. ob turp. cau. & inanis obligatio, idem. in l. Stichum. §. aditio. ff. de solutio. l. quãuis. §. Marcellus. secunda, ad Vellẽ. Inanis actio, l. nam & is. ff. de dolo, id est inutilis & inefficax. Inanis est actio quam excludit inopia debitoris. ibidem. Inanes, cautiones, id est. l. qui tabulas. ff. de fur. quod sit per solutionem, vt ibidẽ dicitur. Inanis actus, l. quacunque gerimus, cum ex nostro contractu originem

Vasa inania.

Sumptus inanes. Chirographum inane.

Exceptio inanis. Obligatio inanis. Actio inanis. Cautiones inanes. Actus inanis.

Querela inanis. Condere.

homo cur mercis nomine non citatur.

Mercis esse & loco mercis esse differeunt.

Aliud esse esse tale, & loco talis haberi.

Aliud esse esse dominum, & haberi pro domino.

nem trahit, nisi ex nostra persona initium obligationis, sumant, inane nostrum actum efficiunt. ff. de actio. & obligatio. Inanis querela, idem. in l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de administ. rerum ad ciuita. pertin. l. quidã. ibi. inanis epistola. ff. de dolo. *Condit*, id est includi, vt scripsi in l. portus. supr. eo.

APHRIC. LIB. III. QVAESTIO.

Lex ccvij.

Mercis appellatione homines non contineri Mela ait. Et ob eam rem mangones, non mercatores, sed venalitiarios appellari ait: & recte.

Duas continet particulas. in prima docet mercis appellatione homines non comprehendit: in secunda infertur ibi, & ob eam rem. ratio assignatur per Iurifcon. in l. iustissime. de edili. edi. ff. sic iustissime ædiles noluerunt homines citari: quia minoris esset accedere, propter hominum dignitatem. alioqui eandem rationem fuisse, & in ceteris rebus. ridiculum namque esset tunicæ fundum accedere: sicut & mercis nomine hominem complexi. Item absurdum reputauit Imperator hominem in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura hominũ gratia comparauerit. §. in pecudum. Institutionibus, de rerum diuisione. multo magis mercis appellatione non dicimus homines complexi: & quamuis quis haberet seruos, non tamen veniant, si quis venderit, vel donauerit merces, sub illius appellatione vt hic. nam est mercis appellatio ad res mobiles tantum pertinere, vt l. mercis. supra eod. vbi scripsi: non tamen homines continet, vt hic: nec anulos, dicit gl. in l. 2. §. 1. ff. ad leg. Rhod. de iact. quam ego intelligerem de anulis quos mercatores in digitis gestant: secus si negotiationis causa, vt ibidem dicitur in §. inde agitatum est.

Nec refragatur l. seruos. §. fin. ff. de lega. 3. vbi si venalitiariam artem in seruis exercens, legauerit suos seruos, non continentur quos comparauit vt ilico distraberet. mercis enim magis loco quã suorum habuisse credendum est. & sic serui sunt loco mercis. respondit glo. hic non obstat: quia aliud est loco mercis esse, vel mercem esse.

Sed aduertite ad istum tex. qui non dicit vt serui non sint merces, sed mercis appellatione homines non contineri. at bene loco sunt mercis: quia sicut quis potest vendere merces, ita & seruos, quos maxime sic emit vt venderet. & ideo loco mercis sunt. & sicut ex mercibus debetur vctigal, ita ex his seruis, si ex communibus rebus sit exsoluendum, quia rei appellatione veniunt homines, vt scripsi in lege, rei. prima, supra eodem. & sic putare satis factum esse legi primæ, ff. de tributaria actione. ibi, licet mercis arguatur, &c.

Ex ista gl. colligitur, & ad hoc semper allegatur, quod aliud est esse tale, vel loco talis haberi. vnde aliud est creditorem esse, vel loco creditoris, l. creditores. & l. si cui. supra eo. & vxorem esse vel loco vxoris, l. Masurius. ibidem. aliud est esse ciuem, & aliud pro ciue haberi, quia vnũ verum est, alterum fictum. ideo si ciues ad aliquid teneantur, non tenebuntur qui sunt loco ciuium, l. si maritus. 2. §. 1. vbi Bar. ff. de adul. l. prator. de no. opp. nuntia.

Secundò, aliud est esse dominum, qui procuratorem constituit. l. 1. ff. de procura. & debitum gratis remittere potest, l. si tibi. & l. si vnus. per totum. ff. de pact. aliud est haberi pro domino, qui prædictum non facit, vt est tutor, qui loco domini est. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empt. l. interdum. 2. §. qui tutelam. de fur. idẽ in curatore & procuratore vniuersitatis, l. pactum curatoris. C. de pact. l. acquæ-

de procura. idem in fructuario, qui quod ad fructus attinet loco domini pene est, l. boni fidei. ff. de acq. rer. domi. & eum qui cauit vindicanti seruum domini loco habendum esse asserit Iurifcon. in l. ex libero. in fin. ff. de questio. & procurator qui satisfecit, loco domini habendus est, l. Titius. ff. de procur. Tertio aliud est quẽ fuisse confessum: quia tunc appellare non potest, clemens. vnic. vbi glo. ampla. de dolo. Aliud est haberi pro cõfesso: quia tunc appellat, c. Romana. §. si autem. de appell. in 6. Hodie etiam confessus in hoc Franciæ Regno admittitur appellans, nec has in hoc iuris subtilitates seruamus, vt sapius vidi in praxi: & hoc scribit etiã Auffer. in q. Tholo. q. 176.

Quarto aliud est dolum esse, aliud dolo comparari, l. quod Nerua. ff. de po. scripsi in l. magna negligentia. infra eod.

Quinto aliud est fructus esse, aliud loco fructuũ, vt mercedes à colonis acceptæ, l. mercedes. ff. de petitiõ. heredi.

Sextò aliud est constitutum, aliud loco constituti, vt si memoriam hominum excedat, l. 3. §. dicitur aqua. ff. de aqua quotid.

Septimò aliud est posthumum esse, aliud loco posthumi haberi, §. posthumorũ. de ex hered. libe. Insti. Notant doct. in l. Gallus. ff. de libe. & posthu. Barba. consi. 61. in 4. volu.

Octauò aliud est testamentum patris esse, aliud haberi pro testamento patris, vt substitutio patris, l. patris & filij. & ibi Iaso. in 1. nota. ponderat illum text. ff. de vulg.

Nonò aliud est esse ingenuum, & aliud haberi pro ingenuo, l. penul. & fin. ff. de iure aut. anul. l. 2. C. illo tit. & aliud est seruum esse, vel loco serui, vt famulus, l. 1. §. familie. ff. de vi & vi arma.

Decimo aliud est absentem esse, aliud loco absentis haberi, vt furiosus, l. si maritus. §. 1. ff. de adul. vbi Bar. & l. 2. §. furiosus. ff. de iure codic. l. si à furioso. si cert. per.

Vndecimò aliud est quem desertorẽ esse, aliud haberi loco desertoris, l. 3. & l. qui comm. catus. ff. de re milit.

Duodecimò aliud est patrem esse, vel loco patris, vt haberet focer, l. 3. §. item is. de liber. exhib. ff. l. quia. ff. solu. matrim. l. rei iudicata. §. fin. cum l. sequenti. de re iudi. & nouerca loco maris, §. socrum. Insti. de nup. & aliud patrem familias esse, & aliud loco patris fam. vt filius fam. in castrensi, l. 3. ff. ad Maced.

Decimotertio aliud est preceptorium, aliud loco preceptorij haberi, l. tres denuntiationes. vbi Bal. & Salic. C. quomod. & quan. iud. & l. 2. ibidem.

Decimoquarto, aliud est legitimum esse, & aliud haberi pro legitimo, etiam vbi no. Salic. C. de appell. glo. in c. innotuit. de elec. in verbo, coniugata. & aliud est liberum esse hominem, & aliud loco liberi esse, l. si cui. ff. de libera. cau.

Decimoquinto, aliud est litẽ contestatam esse, aliud haberi pro cõtestata, Bal. in 4. C. quãdo libel. princ. obla. vide quod scripsi in l. locus. supra eod.

Decimosexto hereditariarũ actionum loco habentur & legata, quamuis ab herede ceperint, l. hereditariarum. ff. de actio. & oblig. Et aliud est heredem esse, & loco heredis, vt bonorum possessor, l. cum emancipatus. in princ. ff. de bonorum posses. contra tabul. l. 1. §. bonorum. ad Trebell.

Decimosextimo, aliud est esse intestatũ, & aliud haberi pro intestato, l. 1. ff. de suis & legi. her. scripsi in l. intestatus. supra eod.

Decimooctauò aliud est arborem vel herbam esse, vel arboris seu herbe loco, vt est tenera arbor, l. cæsa. ff. arbor. fur. cæsa.

Decimonono aliud est possessorẽ immobilium

Aliud esse confessum, aliud haberi pro confesso. Confessus admittitur etiã appellans. Aliud dolum esse, aliud dolo comparari. Aliud esse fructus esse, aliud loco fructuum. Aliud constitutum, aliud loco constituti. Aliud posthumum esse, aliud loco posthumi haberi. Aliud esse patris esse, aliud haberi pro testamento patris. Aliud esse ingenuum, aliud haberi pro ingenuo. Aliud esse absentem esse, aliud loco absentis haberi. Aliud esse quem desertorẽ esse, aliud haberi loco desertoris. Aliud esse patrem esse, aliud loco patris esse. Aliud esse preceptorium, aliud loco preceptorij haberi. Aliud esse legitimum esse, aliud haberi pro legitimo. Aliud esse liberum esse hominem, aliud loco liberi esse. Aliud esse contestatam esse, aliud haberi pro cõtestata. Aliud esse heredem esse, aliud loco heredis. Aliud esse intestatũ, aliud haberi pro intestato. Aliud esse arborem vel herbam esse, vel arboris seu herbe loco. Aliud esse possessorẽ immobilium loco.

Aliud possessor esse, aliud possessoris loco. Haberi esse quando pro eodem su manur.

esse, aliud loco possessoris, vt est tutor, l. sciendum. §. tutores. ff. qui furti. l. cogan. Vltimo aliud est possidere, & aliud haberi pro possessore, quia dolo desit possidere: sed verque damnatur, in l. parem. & l. qui dolo. ff. de regul. iur. & regula pro possessore. illo tit. in 6. Plerunque tamen in his & similibus casibus, licet veritas longe differat à fictione, nihilominus tamen idem fere indicant, maxime in sequentibus.

Primo, quado lex vel ordinatio diceret, habeatur & sit ciuis, tunc ille vere ciuis erit, per tex. in l. 2. §. furiosus. ff. de iure codicil. l. i. cum per omnia & in omnibus absentis & quiescens loco habeatur. Quem singularem dicit Corset. in singu. incipiente, habeatur, quod licet verb. habeatur denoret fictionem, non habet locum, si dicatur in omnibus & per omnia. facit. l. i. ciuile. ibi. neque per omnia seruit. ff. de iusti. & iur. Barba. in repetitio. l. cum acutissimi. col. 110. C. de fideicom. & Vincen. in l. 1. in 4. nota. ff. de lega. 1. & hoc est introductum propter geminationem, l. balista. ff. ad Trebel. Et pro ista sententia est text. in l. 1. §. fin. ff. quod quisque iur. la. in l. ait prator. §. siue autē. nota. 1. ff. de noui ope. nuntia. & in l. patris. nota. 1. de vulg. Et in l. si quis pro emptore. col. 55. ac Crotus ibi col. 30. de vsucap. & Cattell. Cotta in 2. parte memorialium in verbo, ciuem esse.

In his qua iuris sunt, cum lex fingit, haberi pro veritate.

Secundo in his qua sunt iuris, qua possunt vere induci à lege, si lex fingat, habetur pro veritate: scus in iis qua sunt facti. Declarat Bar. in d. l. si maritus. §. legis Iulie. ff. de adulter. & d. l. si is qui. pro empt. Lucas de Penna in l. 1. C. de castren. & minister. lib. 12. quem sequitur Bald. consil. 491. vifa petitione. in 3. vol. Nempe si consuetudo vel statutum dicat quod minor postquam duxerit vxorem, habeatur pro maiore: vel filius mercator habeatur pro homine sui iuris: tunc vere erit sui iuris, vt in auth. constitutio qua de dignita. colla. 6. anthē. sed episcopalis dignitas. C. de epis. & cleri. l. si. de decurio. lib. 10. Ioan. de Platea in l. 1. nota. 3. per illū text. C. de iudic. la. in l. lex Cornelia. nota. 1. ff. de vulg. quia tantū operatur fictio in casu ficto, sicut veritas in casu vero, l. filio quē pater. ff. de lib. & posth.

Habitus maior, si datur, re fitui potest.

Is tamen qui pro maiore habitus est, si datur, restitui poterit: quia cōsuetudo non prohibet quin possit restitui. Scita fuit prolatum arestum in hoc suprenio senatu, vt dixi in l. pronūtiatio. §. familiae. versic. iuri proprio. supra eod. & interdum minor restitutionem petere nō potest, sed appellatio erit tunc necessaria, l. illud. 2. ff. de appel.

Esse & haberi, quoad effectū, paria sunt.

Tertio quoad effectum, nempe bonorum possessor loco heredis constituitur. §. quos autem. de bono. possessio. in Instir. & sic quantū ad effectum est heres, ita in aliis dici potest. Et paria sunt legem esse, vel pro lege obseruari, l. de quibus. & l. diurna. ff. de legi. dixi in l. intestatus. supra eod.

Mangones.

Vltimo notate quod Iurifcon. interdū duo verba improprietate significantia iungunt, vt improprietas facilius intelligatur, vt in l. ad tempus. in fi. ibi. legatarius quodammodo quasi heres est. ff. de vsucapio. & in l. pignori. ibi. dicit pro alieno nos prorps possidere rem pignori datam.

Sequitur in tex. mangones. Mangones non solum seruorum veditores sunt, sed qui vt carius vendant res ornant. Nebrissen. in hoc verbo. Et dicuntur mangones quasi manuagones. Erāt enim magistrī formæ puerorum, menticendi coloris artem callentes. solebant enim m pueros puellafque, quo facilius vendi possent, artificio componere, atq; fucō colorem emētiri, vt veditores essent. scribit Quintilia. lib. 2. cap. 16. inde politores gemmarum vocat Plinius mangones. Mangones ergo generaliter dicuntur qui merces possunt, vt plures vendant. Quod

Iudaei Auenionenses bene norūt, & interpolatores Parisienses, quos Gallicè dicunt frappeurs: à quibus si volueris aliquid emere, deo te cōmenda: quia vix ab eis euadere poteris quin decipiaris. Inde mangonifare dicitur ornare, & rem componere ad alliciendos emptores. & de hoc Plin. li. 23. c. 1. Et equos mangonifatos vendūt equorū venditores. Plinius lib. 9. c. 54. quod belle faciūt apud Parisienses equorum mangones, qui etiā patres suos in iis deciperent. Sic mangonifara oratio, est fucō & lenociniis verborum potius quam veritate alliciēs, fucata. & de aliis rebus etiā dicitur, maxime de mulieribus. testatur Herm. Barb. & Seneca: māgones quicquid est quod displiccat aliquo lenocinio abscondunt.

Mangoni-fare. Mangoni-fati equi.

Mangoni-fata oratio

Dardaniarum.

Item in dardaniarum, qui annonam vt propole omnia præcūmūt, vt eam postea carius vendāt: dicit à Dardano quodā scelesto mago: à quo Dardania artes, quas Columella magicas vocat: de quibus Iurisc. ait, Debebis custodire ne dardaniarū vilius mercis sint: ne aut ab his qui cōptas merces supprimunt, aut à locupletioribus qui fructus suos acquis pretiis vendere nolunt, dum minus vberes proventus expectant, annona oneretur, l.annonā. §. 1. ff. de extraordin. criminib. & vrinam isti grauius multā, vt decet, afficerentur.

Mercatores

Mercatores hi sunt qui opus mercandi exercent, à verbo mercari. Mercari enim nedū emere significat, l. cum qui aedes. ff. de vsucap. l. 2. §. fin. de doli excep. l. testatrix. §. 1. si seruitus vindi. sed & vendendi mercaturā exercere, l. legatis. vbi Bart. ff. de leg. 3. l. 1. in fi. & l. licitatio. §. fi. de publica. d. l. annonam. de extraordin. criminib.

Mercatum. Mercatus vxor.

Inde mercatus, participium, emptus. nomen autem verbale significat locum in quo res venduntur, & tempus, l. vnic. C. de nund. in d. & mercalem vxorem, veditio ni expositam vocat Imperator in l. mercalem. C. de condi. ob turp. caus.

Mercator quis appri dicatur.

Non ergo mercator dicitur qui huius rei notitiam habet: quia sic omnes fere mercatores dicerentur. sed hanc appellationē personæ ex vsu mercandi adiciimus, non ex vsu quolibet. Non enim qui propter eminentes necessitates mercatur, mercator dicitur: sed qui cum quadam perpetuitate se deputauerit ad hoc. verba sunt Bar. in tract. de resti. in verbo mercatorē. inde mensularij, quos Gallicè banquiers vocamus mercatores dici possunt, si credamus Guido. Papæ in decis. Delphi. q. 237. vtrum quilibet. vbi concludit, mensulariū in Regno Franciæ non posse exercere officii sine auctoritate Regis. & ita cauetur ordinatione Regia. Ex communi tamen loquendi vsu appellatione mercatoris non venit mensularius: de quibus & bonis illorum loquitur tex. in l. si ventri. §. in bonis. de priuile. credi. Quæ requirātur ad hoc vt quis mercator vocetur, scripsi in 2. tomo commentario. in tract. de mercat. minutatim vendent. in constitu. Reg.

Negotiator, pro negotiorū gestore.

Negotiator verò dicitur qui in alienis negotiis se exercet, d. l. legatis. ff. de lega. 2. vbi glo. exponit, obsonatores eos qui in lecto dominū custodiunt: vos dicite cum obsonatorē qui emit obsonia: vulgo dicimus, vn despenfer qui achete les viādes. v. loy enim Græcè, teste Bayfio, appellatur quicquid igne ad epulandum paratur: & obsonare est emere obsonium. & Cattellia. in 2. parte memorialiū in verb. obsonatores.

Negotiator pro mercatore.

Secundo dicitur negotiator qui negotia mercaturæ exerceat, siue sibi siue aliis, vt in tit. C. negotia. ne milit. vbi Lucas sic dicit: negotiator proprie est mercator dispositus assidue ad emendum vendendumque, vt exinde quæstum agat. & sic debet intelligi ille titulus. ꝛc. eiicēs. 88. dist. & rub. de monop. & de cōuen. ad negotia. Et talis negotiator proprie consistit in rebus quæ sunt in commercio nostro. textus

Negotiatoris nomen latius patet, quam mercatoris.

Lucrion.

Artifex à negotiatorē quid dixerat.

Negotiator clericis cur prohibita.

textus in §. idem iuris. vbi glo. de inutil. stipul. Et interdici negotiatione in pœnā plerumque solet vel negotiatio, l. merces. §. interdici. ff. de pœn. Ad hanc negotiatores qui annonam vrbis adiuuant: item nauicularij qui annonæ vrbis seruiunt, immunitatem à muneribus publicis consequuntur. l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immunit. & ad bene beatēque viuendum in ciuitate negotiatores esse necessarios refert Iurifcon. in l. 2. ff. de nundi.

Negotium in causis, rexr. expressus in c. forum. §. negotium. de verb. signific. l. inter stipulante & promittentem negotium cōtrahitur. & §. sacram. ibi, nam negotium recte de his rebus gerimus quæ subici vrbis dominioque nostro statim possunt. ff. de verb. oblig.

Vnde negotiatoris verbum latius patet quam mercatoris, teste Felin. in proemio decreta. in fin. & ad plures extendi potest, ad quos mercatorum nomen non pertinet, vt docet do. Ferronus in consuetu. Burdegalen. rubr. de statu perso. §. 1. nempe locatores equorum negotiatorū nomine veniunt, teste Bar. in d. l. legatis.

Muliones quoque, fullones, sarcinatores, pistores, textores, & alij nominati in l. ff. de tribu. acti. in princ. negotiatores dicuntur, non tamen mercatores. sic nec minutatim vendentes, laniones, caupones, nec alij descripti in l. fin. ff. de iure immunit. dicuntur mercatores, sed negotiatores.

Sic nec lucrion, qui dicitur ille qui vndique quæstum querit, quem possimū appellare portepanier & gaignepetie: de quo Lucrion loquitur Iurisc. secundum nouam impressionem correctam in l. cum quis. §. pater. ff. de lega. 3. Clericus exercēs negotiatione secularis coram iudicibus secularibus respondere solet, ca. 2. ne clerici vel mona. Aufrer. regu. 1. in 17. fallen. tract. de potesta. secul. super eccles. perso.

Aduertendum est quod negotiatores differunt ab artificibus. negotiator proprie est ille qui rem emit, & non mutata forma, illā vendit, vt lucrion, c. paratum. 88. dist. Archid. in c. quanquā. de censib. Bertrand. consil. 214. Multa sunt. col. 2. volu. 2. iuxta nouam impressionē. & eos qui venditilia negotiantur & vendunt licet ab adilibus veditur. non oportet quasi viles personas negligi, l. eos. ff. de decurio. De negotiatiōe est tex. in l. inuicem. supra eod.

Artifex verò est qui rem emit, & mutata forma illam vendit: vt is qui emit ferrum, & ballistas facit, & enses, quos postea vedit, c. 1. & per totum. 8. dist. ita intelligitur rit. C. de excusa. artifi. lib. 10. l. lacus. de acquir. rer. domin. Etiam hodie ex cōmuni vsu loquendi Franciæ hos artifices mechanicos dicimus, Gallicè artisans. De quibus loquitur ordinatione Regia in tit. de magistr. & monopoliis prohibitis in ordin. Regiū, vbi scripti in 2. tomo cōmentar. Quos etiā vocamus Gallicè, gens de mestier. Et qui appellatione artificum veniant, & quæ priuilegia artificibus dentur, scribit. l. semper. §. quibusdam. ff. de iure immunit. & artificia esse deferēda scribit Iurifcon. in l. forma. §. seruis. ff. de censib.

Hanc differentiam tradit Federic. consil. 207. in Christi, & c. nos Griffolus. & Ro. in l. si publicanus. §. de rebus. ff. de publica. Alex. in additio. ad Bar. in d. l. legatis. de leg. 3. & Boer. in §. 4. glo. 4. de consue. iure stat. perso. vide Corne. consil. 218. col. 2. vol. 1.

Vtilitas est, quia negotiatio est clericis prohibita, c. 1. ne cleri. vel mona. & per totum: vnde negotiatorem clericum & ex inope diuitem & exignobili gloriosum, quasi quandā pestem fugere suadet Hieronymus, in c. negotiatorem. 88. dist. sed artificium non prohibetur etiam sacerdotibus. possunt enim hi emere corium, & sibi calceos facere, vt dicit gloss. ibi.

Secundo negotiatores militare non possunt, rubr. C. negotia. ne mili. lib. 12.

Tertio, nobiles amittunt nobilitatē si negotiantur, Bar. in l. 1. C. de dignita. lib. 12. Brunus de Curt. in tract. nobil. in vltim. parte. Alia docui in tract. de merca. minutatim vendent. & in tract. de magistr. artifi. in 2. tomo cōment. in cōstit. Regias Galliar.

Vltimo, aduertēdum est, quod licet nauicularius possit dici tam ille qui facit naues, quā qui vendit: & candelarius tam ille qui facit candelas quam qui eas vendit: tamen ex communi vsu vocamus candelarios qui faciūt candelas, & habent officinam, in qua illas vendunt: illi vero qui illas non faciunt, sed tantum vendunt, dicuntur mercatores candelarum, vt firmat Bar. & patruus meus Rebuff. in rubric. C. de nauicul. lib. 11. hodie omnes minutatim vendentes candelas candelarij dicuntur ex communi vsu: hodie vero apud nos non alij quam ipsi met artifices candelarum officinam habent.

Venaliarij sunt seruorum reuenditores, & mercatores, de quibus in l. mandatum. 2. ff. manda. & l. precipiunt. in fi. ff. de adili. edi. ibi, quia venaliarij sciunt facile decurri ad nouitiorū emptionē: idcirco interpolant veteratores, & pro nouitiis vendūt.

Interpolare est imutare, ornare, & quasi nouam formam verustis addere: dictum quasi interpolare. vnde interpolator dicitur qui vetera polit: vocamus Gallicè frappeurs. inde vestimenta interpolata, id est renouata, Gallicè habillemens frappez vocamus. vnde Labeo scribit: si vestimenta interpolata quis pro nouis emerit, Trebatio placere ita emptori præstādum quod interest, si ignorans interpolata emerit, l. Labeo. ff. de cōtrah. empt. vbi legitur interpolata pro interpola in exēplariis antiquis. adiectiue, ab interpolo interpola, & c. Et interpolatricem mulierem, reformantem vestimenta, vt facilius vendat, vocat Pompon. alibi.

Item venaliarij dicuntur, qui venalitarum rerum quæstus gratia negotiationem exercent: hos reuenditores vocamus, de quibus Iurifcon. in l. iustissime. ff. de edili. edi. vbi sic dicitur: quam plerumque venaliarij ita societatem coeunt, vt quicquid agunt videantur in commune agere, l. 1. §. licet. ff. de tribu. Et ars illa dicitur venalitaria, in l. seruos. §. fin. ff. de lega. 3.

Venalius etiam dicitur venditor, vel corpus venditum, vel locus vbi nouitij serui venduntur. l. fin. ff. de adili. edi. l. vna. C. de nundi. Quamuis doct. & glo. ibi aliter exponant. facit l. si vir. in fin. ff. de donatio. inter vir. & vxor. vbi de familia venalitaria loquitur, id est ad vendendum destinata. venalitaria merces sic dicuntur in l. si seruis seruuum. §. si nauem venalitarum mercium perforasset, Aquilia actionem esse quasi ruperit, Viuianus scribit. ff. ad leg. Aquil.

Item venalia mancipia, ad vendendū destinata: vsualia, quæ ad vsu nostrū. l. interdū. §. quorrens. ff. de publica. vbi etiā vtitur & mancipiis nouitiis, & veteranis, & in d. l. precipiunt. ff. de adili. edi. ff.

IDEM. LIB. III. QVAESTIO. Lex ccvij.

Bonorum appellatio, sicut hereditatis, vniuersitatem quandam ac ius successio-nis, & non singulas res demonstrat.

Hæc lex fuit elucidata in l. bonorū. 1. supra eod. Breui tamen colligemus quod bonorum appellatio significat vniuersa bona, non singulas res: vt si quis donet vel vendat bona sua, nisi in casu l. 2. §. quod ait prator. ff. vi bono. rapr. Et glo. ibi adducit alia iura similia, quæ possunt videri. Ex quo infer-

Negotiatores militares non possunt.

Candelarius quis.

Venaliarij, pro seruorum reuenditoribus.

Interpolare. Interpolator.

Venaliarij, pro iis qui venaliū rerum quæstū exercent.

Venaliū.

Venalia mancipia, & vsualia.

Bonorum appellatio quæ denotet.

tur, quod si quis vendiderit bona sua, ius patronatus transibit cum illa venditione: quia ius patronatus transit cum vniuersitate, c. ex literis. Panor. & alij de iure patro. sed bonoru appellatio significat vniuersitatem: ergo cum illa vniuersitate transibit.

Si quis veniat bona sua, an ius patronatus veniat.

Limitatur quando dicit bona mea: quia tunc ius patronatus non transit, cum meum significat dominium, l. Quintus. §. argento. de auro & argenti. lega. & nuncupatum docet Bal. in l. fin. col. penult. C. de edict. diui Adri. tol.

Ego tamen putarem etiam hoc casu venire ius patronatus, quod transit cum vniuersitate, quae est siue dicam bona mea, siue notarius scribat, vendit bona sua. Nec inuenio statutum in contrarium, nec refragatur verbum meum, quia meum dicitur etiam ius patronatus: nempe habeo actionem ad illud. Aliquando etiam dicitur meum quod ego possideo, vt gl. firmat in l. 2. in prin. ff. de origi. iur. Et dicitur meum non alienum, quia rem alienam non intendit donare, vt scripsi in l. meum. supra eo.

Verum si quis nulla haberet bona, & venderet omnia bona, & intelligeret de iure patronatus, non valeret talis venditio, imò esset simoniaca, per c. de iure. de iur. patro. Rochus de Curte in tract. de iure patro. in verbo ipse, velis. q. 23. scripsi in l. rei appellatio. i. supra eod. & idem si quis donaret vel venderet omnia bona, quae in tali loco haberet, tunc si ibi habeat vniuersitatem, venit ius patronatus: alias non, teste Decio in c. sedes. 2. nota. de rescript.

FLORENTINVS LIB. X. INSTIT. Lex ccix.

Coram Titio aliquid facere iussus, non videtur praesente eo fecisse, nisi is intelligat. Itaque si furiosus aut infans sit, aut dormiat, non videtur coram eo fecisse. Scire autem, non etiam velle is debet: nam etiam inuito eo recte fit, quod iussum est.

Quatuor particulas habet. in prima declarat Iuriscon. non fuisse coram eo factum qui non intelligit quod fiebat. secunda ibi, itaque, infert. ideo si furiosus, infans aut dormiens sit, cum actus sit, non videtur coram eis factus. in tertia ibi, scire, assignatur ratio. scire enim quod fit debet is qui est praesens: sed furiosus, infans & dormiens nesciunt quid fiat: ergo coram eis fieri non dicitur. in vltima particula ibi, nam etiam, tollit dubium an coram Titio censeatur actus fieri, si ipse non consentiat. & text. ait recte fieri coram eo etiam inuito. & haec huius text. summa.

Coram ali quo quid fieri, quando dicatur.

Et sic coram Titio censeatur actus factus, quando fit eo praesente, & intelligere, licet ipse non consentiat, vnde notarius si dicat coram tali testamento factum, debet intelligi scilicet in praesentia, & eo intelligente.

Dormiens furioso comparatur.

Ex quo infertur quod dormiens non dicitur praesens, quia non intelligit quid agatur, & furioso comparatur. clem. i. de homicid. l. i. §. adificimur. ff. de acquir. possess. & sic id est dicere, coram eo facere, vel eo praesente, per hunc text. vbi in prin. dicit, coram Titio, post ea, eo praesente: & Gallicè nos vtimur his verbis, en presence, vel si sint plures, es presentes, &c. & solent notarij hoc scribere in instrumentis, furent praesens, &c.

Furiosus & infans praesentes non sunt.

Secundò furiosus aut infans praesentes non dicuntur, per istum text. Et sic notarius non debet in instrumento dicere quod fuerit praesens, &c. si illi non intelligant: quia nil coram furioso fieri intelligitur, l. sed interpellatur. ff. de arbi. nisi ageretur de sola praesentia, vtpote quia datus fuit tutor tali infanti praesenti, aut furioso, tunc notarius hoc scribere poterit, vt inferius dicitur. & quamuis furiosus non dicatur consentire, nec velle, l. qui ad certum. ff. loca. l. in negotiis. de regul. iur. tamen reliqua voluntatis manent in furiosis, & ideo matrimonium retinetur, l. patre. de his qui sunt sui vel alic. iur.

l. sed interpellatur. ff. de arbi. nisi ageretur de sola praesentia, vtpote quia datus fuit tutor tali infanti praesenti, aut furioso, tunc notarius hoc scribere poterit, vt inferius dicitur. & quamuis furiosus non dicatur consentire, nec velle, l. qui ad certum. ff. loca. l. in negotiis. de regul. iur. tamen reliqua voluntatis manent in furiosis, & ideo matrimonium retinetur, l. patre. de his qui sunt sui vel alic. iur.

Tertiò vidi in furdo dubitari, quia notarius ignorabat an Titius esset surdus, & in instrumento dixit, fuit praesens, &c. Et ille erat surdus, an debeatur praesens reputari: fuit dictum haberi pro absente: quia non intelligebat, licet ipse edoctus ab aliquo diceret, ita, oyy: tamen annullatus fuit contractus, qui coram eo per istum text. non censebatur factus, cum non intelligeret. Doct. in d. clemen. vnic. de homicid.

Surdum & absente haberi.

Sed an puniendus esset notarius, qui dicit, in praesentia alicuius esse factum, qui non intelligit? Respondeo, ex cõiecturis actus intelligi debet, an & quando puniatur, quia si dicat eo praesente fuisse factum: & tamen sciebat eum non intelligere, vtpote surdum, dormientem, vel infantem: tunc arbitrio iudicis pro qualitate delicti resultantis, & cõiecturis actus puniatur, arg. l. i. ff. de extract. Doct. in l. 2. §. voluntatem. ff. solu. matri. imò tanquam falsarius puniri potest is qui dixit dormientem beneficium resignasse, & in sua praesentia factum, ideo dicit Bald. in l. i. C. de erro. aduoca. quod notarius debet vulgari sermone declarare actum, quando Latinis concipitur verbis: alioqui pars non intelligeret, & notarius esset falsarius. Soci. consil. 189. col. 3. in 2. vol. Refert Matth. in decisio. Neapoli. q. 192. Hodie extat lex Regni Francie, vt omnes actus vulgaribus concipiantur verbis, vbi scripsi in tit. vt contract. testam. &c. in 2. tomo comment. in consil. Reg.

Notarius, si quem praesentem dixerit, qui surdus sit, infans, furiosus, aut dormiens, quomodo puniri debeat.

Quartò si quis offensus coram suo iudice iustitiae complementum habere non possit, ad immediatum superiorem habere recursum per appellationem poterit, §. i. de friuol. appell. & ibi coram exponi potest pro ante, deuant. extra. execrabilis. §. statuimus. in verbo, coram de praeben. inter extra. Ioan. 22.

Coram suo iudice.

Quintò arbiter coram sententiam dicere videtur qui eam sapientibus dixit. Ceterum si coram furioso vel demente, non videtur dicere. item coram pupillo non videri sententiam dictam, nisi tutor praesens fuerit. Et ita de aliis omnibus Iulianus lib. 4. Digestorum scribit, l. diè proferre. §. coram. ff. de arbit. facit c. r. de accusa. in 6.

Coram sententiam dicere, quid.

Sextò si dicat testis, scio, quia fui praesens, vel coram me fuit actus, valebit eius depositio: quia non potest dici praesens, nisi intelligat, per istum text. & l. testium. C. de testib. glo. in c. vt circa. de elect. in 6. Bar. in l. i. in fin. ff. de auctori. tut. plenè Feli. in cap. cum causam. i. col. 8. de testib. scripsi in tract. de reprobata. & falsa. test.

Scio, quia fui praesens, quid importet.

Septimò cum dictiones coram, & in praesentia significant praesentiam, & intelligentiam, non est necessariò facienda suppletio, vbi illa dictio praesens solum profertur: quia si fuisset necessaria alia dictio, Iuriscon. illam adiunxisset, iuxta l. vni. §. sin. autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. licet quandoque Papa etiam dicat, auditus & intellectus: quia etiam audire quis potest, & non intelligere, c. auditus. de elect. Potest etiam ad stare quis, & tamen non videbit quod fit: quia alij ante eum erant: & sic dicit text. multis adstantibus & videtibus in c. peruenit. 2. de rest. cogen. Et sic plus importat praesens quam adstans: quamuis Barba. dicat non posse dari responsum ad illum text. in cõsil. 17. deum. col. penult. in 3. volum. & est in 1. quia sunt duo consilia illius numeri. 17. ideo aduertite.

Octauò

Octauò intelligite istum text. & alia iura loquentia de praesentia personae, vt si in actu conficiendo requiratur personae praesentia, non intelligitur quis praesens, nisi intelligat. & ita loquitur iste text. ibi, aliquid facere iussus. Bar. in l. i. C. de erro. cal. & in l. 2. ideo constituitur procurator vel coram id est praesente eo, vel per nuntium, vel epistolam, l. i. ff. de procurator. Et ideo si statutum requirat praesentiam duorum consanguineorum in actu faciendo, requiritur praesentia & intelligentia. Et ista praesentia cum sit facti, nõ praesumitur nisi probetur, teste Paulo in lege, illud. in fin. C. de sacrosanct. eccles. nisi in instrumento diceretur, quod Titius fuerit stipulatus, per glo. in l. oprimani. C. de contrahen. stipulatio. & ad tollendum dubium solent notarij inferere, fuit praesens, vel praesens.

Item si consuetudo velit vt mulier sine praesentia viri non possit testari, vel se obligare, debet intelligi, vt hic: quod maritus sit praesens, & intelligat quid fiat.

Et an sufficiat constituere procuratorem quando requiritur praesentia, docet Panor. in c. cum parati. col. i. de appel. vbi ait non sufficere, quod limitat dom. Tiraq. in quatuor casibus in tract. de legi. connubial. in glo. consentemur.

Sic etiam arbitror in actibus, qui coram iudice fieri debent, vel in praesentia, vt non valeant, nisi is intelligat.

Et ideo si in praesentia rustici actus verbis Graecis vel Latinis conciperetur, & fieret, nec declararetur rustico, non diceretur coram eo factus, nec in praesentia, ad hoc vt valeat. Ob id bona est lex Regia, disponens omnes actus fieri debere in hoc Regno Gallicè, vt vulgus intelligere possit, vt ibi scripsi.

Si verò loquamur de praesentia personae, non quod ipsa aliquid habeat agere, nec intelligere, nec coram ea etiam aliquid agi debeat: & tunc sufficit dicere in praesentia: vt si dicatur actum factum domi, interrogatus notarius qui erat praesens ipse dicit, omnes domestici illius familiae. Et tunc recte loquitur, vt not. Bar. in l. i. in fin. ff. de auctori. tuto. vbi dicit, si rebus dicat aliquem praesentem, non tamen dicat eum intelligentem, sed solum praesentiam refert. Sed si lex vel homo iubet aliquid fieri aliquo praesente, tunc debet accipi & eo intelligere vt hic, Floria. in lege, ob carmen. §. fi. col. vlt. ff. de testib.

Nonò per istum text. flectitur regul. l. qui potest inuitis, multo magis absentibus: vt non procedat quando actus in praesentia, vel coram aliquo fieri debet: quia tunc praesentia requiritur, licet eo praesente & inuito actus fieri possit, vt super hoc pulchre scribitur Decius & Bart. in d. l. qui potest. infra titu. proximo, post glo. hic.

Colligite ex hoc text. quod furiosus, infans & dormiens æquiparatur. in negotiis tamen contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum qui fari possunt, quamuis actum rei non intelligant. nam furiosus nullum negotium contrahere potest: pupillus omnia negotia tutore auctore agere potest, l. in negotiis. ff. de reg. iur. vbi Dec. & alij. eos videre poteritis, si lubeat.

Dormiat. Hoc verbum quamuis ad homines hic refertur tantum: tamen & ad animalia quandoque, & ad res inanimatas referimus. nam praescriptionem currere, l. fi. C. in quib. cau. in integ. restit. & dormire dicimus tempore belli & pestis, cap. ex transmissa. de praescript. id est praescriptio inchoata non currit id temporis, sed cessat. gl. in c. cum non liceat. de praescrip. Bar. in l. naturaliter. ff. de vfua. Ioan. Franc. Balb. in tracta. de praescript. in 2. parte sextae partis principalis. sic & currere dicunt leges & literas, lege, excellentia. C. de erga. mili. anno. Et armatur iura in caelestibus, l. cum vir nubit in fœ-

minam. C. de adult. Actiones viuere & extinguui, in l. sicut. C. de praescrip. trigin. anno. Et hereditas dicitur iacere, vel iacens, quando non est aliquis qui eam adierit & possideat, l. is cui. §. cessatum. ff. vt in possess. lega. l. i. §. Scenola. si quis testamento liber esse iussit. Transactiones loqui, in l. fi. C. de fer. & cautiones, l. cum de indebito. ff. de proba. Et ista translata verba multum venustatis orationi praebent, vt Cicero & alij oratores afferunt, & dixi in lege, vinaria. supra eodem.

MARTIANVS LIB. VII. INSTITVT. Lex ccx.

Is quis natus est ex mancipiis vrbanis, & missus est in villam nutriendus, in vrbanis seruis constituitur.

Natus Parisiis, & missus ad villam vt ibi nutriveretur, inter vrbanos constituitur: & sic non dicitur rusticus. Alioqui omnes fere Parisienses, qui sic nutrir solent, rustici essent: à quibus tamen omnis vrbanius fluit. nam quae ad tempus mittuntur, non censentur ibi esse, sed in loco in quo esse consueuerunt. Vnde qui studiorum causa abest ab ecclesia, in qua praebendam habet, non censetur abesse, l. quantum. in princ. ff. de lega. 3. l. Scia. §. Pamphilo. ff. de fun. instruct. scripsi in scholastico. priuileg. vbi dixi quando gratia studij possit distributiones habere quotidianas. Item qui recreationis gratia se rus transfert, & ibi moratur, illic non sepelietur, sed in ecclesia parochiali ciuitatis, si non ibidem elegerit sepulturam, c. is qui. de sepult. in 6.

Expositio text.

Studiorum causa qui abest ab ecclesia, non censetur abesse.

Item si quis legauerit suppellectilem quam in ciuitate habet, si in villam aliquam delata esset ob conuiuium, vel aliam aetiuo tempore, venit in legato, quamuis in ciuitate non sit: quia ad tempus delata erat, in ciuitate esse censetur, vt docet Paul. & alij in l. i. C. de verbo. signifi. Et si quis legauerit ea quae sunt in villa, non debentur ea quae ad tempus illuc delata sunt, nisi testator dixerit, ea quae in villa quoquomodo sunt, vel de praesenti sunt dono. Bar. in l. generali. §. vxori. ff. de vfu. lega. Reliqua scripsi in l. vrbana. familia. supr. eo. quae ibi videri possunt.

Vrbana suppellex, licet ruris, non censetur abesse.

FLORENTINVS LIB. VIII. INSTIT. Lex ccxi.

Fundi appellatione omne aedificium & omnis ager continetur: sed in vfu, vrbana aedificia, aedes rusticae, villa dicuntur. Locus vero sine aedificio in vrbe, area: ruri autem, ager appellatur: idemque ager cum aedificio fundus dicitur.

Tres partes haec lex habet. in prima quid fundi nomine veniat, elucidat: dicens omne aedificium, & agrum nomine fundi contineri. secunda ibi, sed in vfu, inquit vrbana aedificia aedes vocari, rustica villas. tertia ibi, locus, demonstrat locum in vrbe sine aedificio aream dici, ruri agrum, eundemque agrum cum aedificio fundum dici.

Aedes, quod proprie, Villa, quid proprie.

Itaque fundi appellatio generalis est, vt tam agrum quam omne aedificium contineat: aedificia vrbana, aedes dicuntur: aedificia rustica, villa. Area vero in vrbe dicitur locus sine aedificio, sed ruri vocatur ager, & idem ager cum aedificio fundus dicitur.

Ex quo patet aream proprie dici in vrbe, tum quod sit pars aedificij, l. seruitutes. §. si sublatum. ff. de seruitu. vrb. praedio. l. si res. §. aream. ff. de solut. non metaphoricè, vt ait Alcia. Tum quod Iuriè.

Area, quid proprie.

hoc exprimat hic, qui improprie non loquitur. & hoc etiam dicitur in l. si area. ff. de condit. indeb. Et hanc vulgo plateam dicunt: & aream quasi aridam, quod folis ardore & concursu transeuntium arida fiat.

Area, pro loco ubi fruges teruntur

Secundo in rure area dicitur locus ubi teruntur & excutuntur frumenta, & fruges, l. fin. in fine. C. de seruitutibus & aqua. l. si in aream. & l. penult. ff. de usufructu.

Area pro curte.

Tertio area capitur etiam pro loco vacuo sub dio intra domus ambitu existente, quem Curtem vocant. textus in §. finali. quib. mod. feud. amitt. Gallie la cour de la maison vocamus.

Alia supplebitis ex scriptis ad l. quaestio. supra eodem, ubi inuenietis conciliationem ad ista iura contra Vallam & illi adherentem.

VLPIA. LIB. I. DE ADVLT. Lex ccxij.

Præuaricatores eos appellamus qui causam aduersariis suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt: a varicando enim præuaricatores dicti sunt.

* Al. cedunt.

In prima parte qui præuaricatores dicuntur, docet Iurifcon. hic. in 2. vnde dicti sunt, ibi, a varicando, &c.

Præuaricator.

Præuaricator dicitur is qui cum aduersa parte colludit, causamque suæ partis detegit aduersario & donat. Vnde ex parte actoris in rei partē ire dicitur. Alibi tex. in l. i. ff. de præuarica. sic ait, Præuaricator est quasi varicator, qui diuersam partē adiuvat, prodita causa sua. c. si quem. §. præuaricator. 2. q. 4. Vnde si reuelauerim secreta causæ procuratori meo, & ea ipse parti aduersæ prodit, & faciat pro eo, dicitur præuaricator. doct. in rubr. C. de procura. vel dicit Iurifcon. in l. i. §. præuaricator. ff. ad senatuscon. Turpil. Præuaricatorem eum esse ostendimus qui colludit cū reo, & translatiue munere accusandi defungitur, eo quod proprias quidem dissimularet probationes, falsas verò excusationes admitteret. & supra declarauimus in l. vinaria. in fin. supra eod. in verbo, transferre.

Præuaricatoris nomine vnde.

Et dicitur præuaricator à varia certatione: quia qui præuaricator ex vtraque parte consistit, quini mo ex altera, l. i. ff. de præuarica. Nam qui præuaricator, variè certat, primo actorē iuuando, demum reum: & sic consistendo prima quidē facie in vtraque parte, sed postea in altera & vltima parte consistit: & eo modo dicitur varicari, id est in diuersum ire. Et si bene inspiciatur vtraque deductio, non meretur reprehendi: quia vna respicit originem, altera effectum: quamuis Alcia. vnam etymologiam, alteram abulionem ostendere dicat: & conetur reprehendere Labeonem dicentem præuaricatorem à varia certatione deduci, quod ratio syllabæ refragetur, quæ in præuaricatore quandoque producit, cum varius primam corripit. Sed parum me mouet hæc reprehensio. Nam multa verba & nomina simplicia producit primam vel alteram syllabam, & tamen in compositione eandē breuiant. Vnum exempli gratia referre sufficit. Primaverbi Rego breuis est, tamen prima nominis regula longa est, ctsi à rego deducatur. & hoc probabo in lege, malum. §. viduam. infra eod. & hanc Labeonis sententiam citat etiam textus in lege, athletas. §. item præuaricator. ff. de iis qui notantur infamia. Ob id vtraque siue etymologia vocetur, siue allusio, bona est. Vel dicunt quidam quod varicari significat transgredi, quasi varices transcendere, & currendo præterire. Tractum à medicis qui dum varices curare non audent, eas transgrediuntur, & præ-

tereunt. Sunt enim varices venæ multum intumescentes, & obrortē in temporibus, ventre, inguine, teste, & maxime in cruribus: viros tantum contingunt, rarò mulieres, teste Plin. lib. ii. c. 45. & Auicenna dicit varices curforibus & onera baiulantibus ac diu stantibus accidere. Et qui has venas habet, rectus incedere non potest. sic qui præuaricatur, recte non graditur. ego Iurifcon. sententiam amplector. & varicosum sanum non esse docet Vlpianus in lege, varicosus. ff. de ædili. edi. qui est is qui eo morbo renetur.

Varices.

Præuaricator extra ordinem punitur, l. i. & 2. ff. de præuarica. quæ poena etiam vsque ad mortem inclusiue extendi potest qualitate delicti considerata. glo. singul. in §. in summa. ff. de iniur. in Instir. & nota infamiz afficitur, d. l. athletas. §. item præuaricator. & l. si is qui. ff. de præuari.

Varicosus.

Si tamen accusator de præuaricatione conuictus fuerit, sententia contra eum lata non nocet reo, nisi is fuerit citatus vt causa adesset, & auditus esset, per l. denuntiaste. §. si. ff. de adult. glo. in l. cum miles. ff. ex quib. cau. maio. l. si duo. de iureiur. Bar. in l. 2. ff. de præuaric.

Præuaricatoris puni-tio.

Advocatus tamen non dicitur proprie præuaricator, qui audita causa sui aduersarij, & recepto salario, causam aduersarij prima derelicta adiuvat: sed poena falsi puniri debet qui secreta partis reuelat, d. l. i. vbi Bar. ff. de præuari. per l. i. §. is qui deposita. ff. de fal. sed si accusado nocitura proferat, vel in defendendo profutura taceat, aut inutiliter dubieque mercedis gratia, tunc præuaricator dicitur, l. vni. C. de senten. aduer. fise. latis retract. lib. 10. sed hi omnes à Fræcia, vt arbitror, exules sunt: qui deo, & hominibus odiosi, & vitnam sint.

Advocatus qui partis secreta pandit, quæ pena puniatur.

Calumniator autem, qui falsa crimina intendit, l. i. ff. ad Turpil. in ordinariis criminibus similitudine supplicij, in extraordinariis arbitrio iudicis punitur. Ange. in §. i. in proœmio Institu.

Calumniator, & quomodo puniatur.

Et tergiversator, qui in vniuersum ab accusatione desistit. Quomodo puniatur extra ordinem dixi in proœmio constituto. Reg. in l. i. tomo commenta.

Tergiversator, & quomodo puniatur.

Causas etiam, in quibus contra fiscum iudicatum est, intra triennium retractari posse, & post id tēpus si præuaricatio arguatur, vel manifesta fraus probetur, notum est, d. l. vnica. C. de senten. aduer. fise. lat. retract. lib. 10. Posset etiam retractari causa priuati intra decem annos in hoc Regno, si præuaricatio argueretur, impetrandò literas Regias, vt scripsi in tractatu de rescis. contract. & intra quod tempus peti debeant, in 2. tomo commentar. in constituto. Regias.

Causa, in quibus contra fiscum iudicatum est, quando retractari potest, intra 10 annos retractari potest si præuaricatio arguatur.

Concedunt, accedunt, eunt, vt aliunde exposui in l. princeps bona. supr. eod. in verbo, concedendo.

IDEM LIB. I. REGVLARVM. Lex ccxij.

Cedere diem significat incipere deberi pecuniam: venire diē significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Vbi purè quis stipulatus fuit, & celsit & venit dies: vbi in diem, celsit dies, sed nōdum venit. vbi sub cōditione, neque celsit neque venit dies pendente adhuc conditione.

Cedere diē & venire quid differant.

Hæc lex tradit differētiā inter cedere diem & venire. Et dicitur dies cedere quādo incipit deberi pecunia. & accipere pecuniā hic pro omnibus rebus, vt in l. pecunia. supr. eod. venisse verò dicitur quando res debita peti potest. Vnde si quis promiserit mihi

mihi centum aureos purè, id est sine die & conditione, cedit statim & venit dies, id est statim pecunia peti potest, l. in omnibus. ff. de iudi. si verò quis promiserit in festo Paschatis, celsit dies statim, sed non venit ante Paschatis Diem. & si Rex promiserit vos nominare ad episcopatum, cum vacabit. Vbi autē sub conditione promiserit quis, ante cōditionis euentū non cedit dies neque venit: vt si promiserit centū si Rex venerit, simul atque venerit cedit & venit dies. Et sic cedere diem est incipere deberi pecuniam, seu illud quod promissum est, vt hic, & in l. ordinata. §. i. ff. de liber. cau. & in l. vnica. C. de cadu. tollen. iun. s. i. r. quando dies lega. ced. Et in l. semper. §. hoc interdictū. quod vi aut clam. ibi, annus iam cedere incipit ex quo iam opus factum perfectum est, aut fieri desit: & in tit. quando dies vsusfr. lega. ced. l. stipulationes non diuiduntur. §. si quis ita. de verbor. obliga. l. si maritus. 2. in princ. de adult. Lex tamen aliquando vberioris elucidationis gratia dicit, quod dies incipit cedere, in l. non quasi. §. hanc. ff. rem pupil. fal. for. & in stipulatione iudicatum solui post rem iudicatam statim dies cedit, sed exactio in tempus reo principali indultum differtur, l. i. ff. iudi. sol. sic capitur in l. i. de oper. pub. ibi, post mortem eius celsit. vbi si acciperetur pro resignauit, vni impossibile cōtineret, quod post mortē quis cedere potest: sed intelligitur quod tēpus cedere potest post mortē, id est euenire. Venire verò dicitur quādo res peti potest, tex. in l. quotiens in diē. ibi, ex quo dies obligationis venit: tūc enim ab eo peti potest. ff. de verb. oblig. Bal. in l. vnica. §. i. C. de cad. tollen. dicit quod cedere diem nil aliud est quā ponere rem in essentia: venisse autem importat quādo præsens est exactio. Sed nostris terminis Iurif. in hanc usum, & non aliunde quaramus: quia sapius vocabula interpretum sunt obscuriora dictionibus Iurifconsultorum, & cauendum est maxime ne interpretes interprete egeant.

Dies legatorum tribus modis cedit.

Legatum purū vel in diem certū quando cedit.

Legatum condicionalē, vel in diem incertū quando cedit.

Legatum purū quando peti possit.

Legatum in diem vel sub cōditione quando peti possit.

De legato libertatis.

Aduertendum est quod dies legatorum dicitur cedere tribus modis. Primò quoad transmissionē, nempe si legatarius moriatur. Certa est cōclusio, Quod dies legati puri, vel in diem certam cedit à morte testatoris, lege vnica. §. Cum igitur. C. de cadu. tollendis. ideo si legatarius ante testatoris mortem decedat, nihil habebunt heredes legatarij. sed ad quē venire debeat deciditur in d. l. vni. §. in primo. & l. qui in fraudem. ff. qui & à quib.

Si verò legatum in diem incertam sit, vel conditionale, non cedit antequam conditio aduenierit, sed postea purum dicitur, lege finali. §. i. ff. de vulg. lege, si pupillus. ff. de condit. instir. Ob id si legatarius interim moriatur, heres ipsius nil habebit, d. lege vni. §. si autem aliquid sub conditione. Ludo uicus Roma. consi. 480. in casu.

Secundò nō procedit in legato libertatis, quod propter sui naturam additionem heredis expectat, d. lege vnica. §. in nouissimo. verfic. libertatibus. quia ante aditā hereditatem nō est qui libertatem dare possit: ideo aditio hereditatis expectanda erit.

Tertio in legato vsusfructus, quod non transmittitur etiā adita hereditate, quia natura eius inheret personæ, & sine persona esse non potest, lege, vsusfructus. ff. de stipul. seruo. Et finitur morte, §. finitur. de vsufr. in Institu. Si tamen testator voluerit vt heres etiam vsusfructū habeat, in persona eius nouus erit vsusfructus, & noua cautio exigetur, vt in quolibet vsusfructu, l. i. C. de vsufructu. Bal. & Iacobi. in §. excepto. in d. l. vni. Et videte tex. in l. fundi. ff. de vsufruct. lega.

De legato vsusfruct.

Quarò non habet locum quando legatum esset relictum sub conditione, quam certum est extitum: vt cum morietur purum autem esse illud legatum dicit Iurifconsultus in l. heres. 2. ff. de cond. & demonstr. & tanquam purum transmittitur in heredes legatarij.

De legato sub conditione, quam certum est extitum.

Quinto restringitur in contractibus conditionalibus, in quibus spes cōditionis ad heredes transmittitur, §. ex conditionali. Institu. de verbor. obligat. l. si in l. pecuniam. col. 4. ff. si cert. petat. & in §. plus. de acti. in Institu.

In contractibus conditionibus, quibus spes cōditionis ad heredes transmittitur.

Sexto hereditas non adita non transmittitur, d. §. in nouissimo. quia ante additionem nullum ius heres habet. ob id illud quod non habet transmitti ere non potest, l. traditio. ff. de acquir. rer. domi.

Hereditas non adita transmitti non potest.

Secus in fideicommissis vniuersali, quod transmittitur ratione iuris quod fideicommissarius obtinet contra heredem, vt cogat eum adire & restituere, l. ff. ad Trebel. Guido Papa consi. 122. & consi. 132. & 137. & 148. & 210. Bened. in repeti. c. Raynuitius. in verbo, si absq. nu. 63. de substitutione fideicommissaria. & in verbo mortuo, 2. nu. 102. & 187. de testa. Alber. Brunus in tract. exclu. foemi. arti. ii. quaest. 9. & artic. 13. q. 6. quæ addidi in d. §. in nouissimo. Et ideo fideicommissarius vniuersalis dicit se fassitū in hoc Fræciæ Regno, vt scripsi in 3. tomo cōmen. in consi. Reg. tract. de nota. possess. arti. 9.

Fideicommissum vniuersale, etiam non adita hereditate, transmittitur.

Septimo stectitur conclusio prædicta per tex. in l. i. ff. de conditio. institu.

Legatum quoad obligationes quando cedit à die adita hereditatis.

Secunda cōclusio est, Quod legatū cedit quoad obligationes, id est vt heres sit obligatus legatariis à die aditæ hereditatis: quia aditū cum illis quasi contrahere dicitur & cum creditoribus, & antea non est qui obligetur, l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quib. cau. in possess. eat. l. ex maleficiis. §. heres. ff. de actio. & oblig. & §. heres. Instit. de oblig. quæ ex quasi contra. Scripsi in l. verba contraxerunt. supra eodem. Quod est verum quando legatū purū erat: secus si in diem, quia tunc licet cedat dies obligationis ab adita hereditate: tamen non poterit legatum exigi, nec peti ante aduenientem diem, l. si diem. ff. quādo dies lega. ced. Et si sub conditione relictū fuerit, dies obligationis cedit demū purificata conditione. & in hoc nulla est differētia inter contractus & vltimas voluntates, secundū doctō. in d. l. vnica. nisi quoad regulam Antonianam, vbi non est differētia inter testatoris mortem & additionem, l. si optio. ff. de optio. lega.

Legatum purū quando peti possit.

Tertia conclusio, dies legati puri dicitur cedere vt possit peti adita hereditate, l. omnia. ff. de leg. 2. sicut in contractibus puris. Nempe in obligationibus in quibus dies non apponitur, præsentī die debetur, l. in omnibus obliga. ff. de reg. iur. & de iudi.

Legatum in diem vel sub cōditione quando peti possit. Pura & p-fenti die qd deberi dicatur.

Si verò in diem vel sub conditione, ita demum cum dies vel conditio aduenierit, etiam in contractibus, l. cum qui calendis. ff. de verbo. oblig.

Et sic regula est constituenda, Quod quando aliquid debetur pure & præsentī die, tunc celsit & venit dies: nempe obligatio & actio est statim orta. §. omnes. & ibi glof. adducit iura concordantia. de verb. oblig. in Institu.

Limatur quādo nulla esset vtilitas: vt si hodie mutuatrem decem aureos, hodie non exigam: sed

dato aliquo tempore interuallo, vt in eo qui promittit reddere ad beneficium creditoris. firmat Bar. in l. si pœnã. ff. de verb. oblig. gl. in l. penul. C. cõmod. Panor. in c. fin. col. 2. de preca. aliã beneficium quis potius deciperetur, quã iuuaretur: quod improbat. l. in cõmodato. §. sicut. ff. cõmod. nisi superueniret creditori aliquod inopinatum: vt si hodie mutauerim alicui centũ aureos, & statim Rex misist ad me vt centum aureos illi præberem: ego cum non haberẽ pecunias aliquas creditas, repete re poterò. nã quæ de nouo emergit nouo indiget auxilio, lege, de eate, §. ex causa. de interco. action.

Itẽ quando ex rei qualitate tacite inest dies, vt in fructibus & partu. l. i. §. fin. ff. de conditio. & demõstra. l. interdu. de verbo. oblig. tunc nata est obligatio, sed nõ actio, l. quotiens. ibidẽ. Bal. in d. l. interdũ. quem sequuntur cõmuniter interpretes, excepto Iam. ibi. Cui respondent Dec. & Pyrrhus in illa l. in omnibus obligationibus, ff. de regul. iur.

Idem quando dies tacite inest ratione loci: vt si stipulatus sim Epheli dari, inest tempus quo ibi adesse possim, lege, cõtinuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. §. loca. illo tit. in Institu.

Præterea ex qualitate contractus inest dies tacite, vt in dote promissa puellã, intelligitur quando erit illa nubilis ætatis. quia vbi non potest esse matrimonium, nec dos, l. qui filiũ. ff. vbi pupil. educ. debe. & tunc cessit & venit dies, id est debetur dos cõtracto matrimonio per verba de præsentis, quãuis non fuerit traducta domum. ita cõsultuit Alex. cõsi. 42. Consideratis. in 7. vol.

Adhuc in pensione ratione disciplinã vel habitationis persoluenda, tacite inest dies quo solutio fieri cõsuevit, l. nec semel. §. si in habitatione. ff. quan. dies leg. ced. quod facit ad conductores domorum, vt non teneantur soluere nisi prout cõsuetum est, si aliud actum inter partes nõ sit: vt per quadrantes Parisiis, vt docui in interpretatione l. quæro, §. inter conductorem. ff. loca.

Sexto si quis promittat quãdo cõmodum erit, vel cum poterit, tunc etiam inest tempus: videlicet cum commodum erit illi, vt scripsi in l. Nepos. supra eod.

Interdum ex voluntate præsumpta disponẽtis inest tacite aliquod tempus determinatum, l. fidei cõmissa. §. si filio. ff. de lega. 3. l. epistola. §. fin. ff. ad Trebel. Bar. in l. si legatarius. §. fin. de lega. 3. vbi dicit quod si relicti sunt ex tali fundo decem corbes frumẽti, & decem libræ vxori suæ singulis annis, sed cut frumentum non debet solui in initio anni, sed eo tempore quo colligitur, l. Firmio. §. pater. ff. quan. dies legat. ced. vbi not. sic ex præsumpta voluntate defuncti decem libræ soluentur eodẽ tempore, propter coniunctionem quam habet simul, & vniuersimter intelligi debent etiam ratione copule, vt dixi in l. coniunctionem. supra eod.

Etiam illud quod debetur statim, non tamẽ potest statim exigi, saltẽ in casibus in quibus à iure est expressum: vt in constituto oportet decẽ dies expectare, l. Promissor. ff. de consti. pecu. & alias arbitrio iudicis, §. fin. de inutil. stipul. in Institu. Et in re iudicata tempus arbitrio iudicis moderandum, vt scripsi in interpretatione l. si debitori. ff. de iudi. quam sum interpretatus Tholosã, dum iter ad patriam haberem.

Adhuc in omnibus bonæ fidei iudiciis, cum nõ dum dies præstaudã pecunia venit, si agat aliquis ad interponendam cautionem, ex iusta causa cõdemnatio fit, lege, in omnibus. ff. de iudi. Tradit Alex. in l. 2. colu. 4. ff. solu. matrimo. Imò si agatur pro vno termino lapsõ ratione cõductionis, & lite pendente veniat alter terminus vel plures, corũ cõdẽnatio etiam fieri poterit, l. Quod si in diem.

Descendere pro oriti, gigni accipitur. nam sicut descendere dicitur proprie de loco superiore ad inferiorē ire, sic filij ex patre dicuntur descendere: & pater & auus ac alij superiores vocantur ascendentes, filij & inferiores, descendentes. l. Iurisconsultus. ff. de gradib. l. cognoscere. in fi. supr. eod. & dicitur descēsus ratione computationis graduū, vt est videre in arbore consanguinitatis, & per totū tit. de gradib. in Instit. & ff. & amor consanguineorum plus descendit, quam ascendat. l. isti quidem. ff. quod met. causa. nempe filium plus diligit pater, & in eum descendit amor paternus, quam amor filialis ascendat in patrem: quia non tam filius patrem diligit, quam ab eo diligitur.

Descendere pro oriti, gigni accipitur. Ascendentes & descendentes.

Et sic per istum tex. excluduntur adoptiui, qui liberorum nomine non continētur: quia non descendunt ab adoptantibus, nec ab his gignuntur, vt requirit iste tex. nec natura docet eos sic vocari: quia natura nihil in eis operatur, sed leges, vt §. i. & §. minore. de adoptio. in Instit. probat Iurisconsultus in l. fideicommissum à filiis relicto, si quis ex his sine liberis diem suū obierit, adoptionis commentum non excluditur. ff. de condi. & demonstra. doct. in l. si quis posthumus. ff. de libe. & posthu. doct. in interpreta. l. si vnquam. C. de reuocan. dona. limitatur in l. i. ff. de bonorum posses. contra tabu. & l. i. ff. si tabula: testa. nullæ extab. §. liberos.

Adoptiui liberorū nomine nō continentur.

Notandum est quod descēditium appellatione illi veniunt, qui appellatione liberorum, & sic omnes descendentes in infinitum, tam per lineam masculinam, quam foemininam in fauorabilibus: secus in odiosis, vt docet glof. in c. statutū. 2. de hæretic. in 6. facit l. si. C. de suis & legiti. & in authē. de hereditibus ab intestato venient. in princ. sic constituit Alex. consilio 160. viso themate. nu. 3. in 2. vol. & hoc nomen commune est, sicut nomen liberorum, vt docet Soci. consil. 51. visa facti, & c. in princ. & quāuis Imperator in l. si quis. §. i. C. de incestis nuptiis, non numeret descendentes nisi ad pronepotem in illa materia, tamen nō vult excludere in alia materia fauorabili alios in infinitū inferiores nomine liberorum contineri.

Descenditium appellatione qui continentur.

Non comprehenduntur tamen in priuilegio dato Titio & suis descendētibus foemina: nupta, sed virgines tantum, per text. singula. in l. quotiens. C. de priuileg. schola. lib. 12. Corfē. in singul. incipien. priuilegium. 2. Philip. Perusin. c. si pater. num. 114. versic.

vers. 26. de testa. lib. 6. & hoc est notandum, quia in vulgari sermone sapius vtimur hoc vocabulo, descendens: sed non extat nobis aliud vocabulum Gallicum proximum verbo liberorum.

Filij nomine vnde deducatur.

Neque enim dulciori nomine. Probat à nomine filij, quod est dulce, & dulciori nomine quam filij, nepotes vocari nō possunt. filius enim est rōs quæ dicitur, hoc est ab amore, quod omnium constantissimus amor sit parentum in filios. igitur non poterit auus dulciori nomine nepotē vocare, quā filium, & hoc senes sepe solent facere, & nominare omnes descendentes suos filios, mes filij, tanquam si vocaret eos meos dilectos. pater enim plus diligit filium, quam semetipsum, l. isti quidem. ff. quod metus causa. nec potest quis meliorem amicum habere, quam patrem, l. quidam. ff. de hered. instit. nullus enim amor vincit paternum. l. si in princ. C. de cura. furios. vnde Anacharis Scytha interrogatus cur proli operam non daret: respondit, quia nimis amaturus essem liberos. & dicebat Socrates Themisti amorem in liberos affectum esse laudabilem, & longe alii, quam pecunia, & diuitiarum amorem. hæc enim nomina apud homines iure vitia & appellantur, & sunt: quippe suam originem non ex natura, sed ex improbitate nostra deducit: at liberorum amor cælitus natura alligatus est, & plane ab illa aure infractus; catena pendet, quam natura perpetuo contexens, & obuentibus nascētia coniungens, ne in nihilum relabatur, sibi cauet.

Etenim idcirco filios filiasve concipiunt, atque edimus, vt ex prole eorum earumve diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.

Concipitur filius, & postea editur, id est in lucē emittitur. scripti in l. boues. supr. eo. §. fin. vnde dicit Iurisconsultus. quod parentes concipiunt, & edunt filios, vt ex prole illorum memoria parentum fiat perpetua, vt dicit. Intellige autem bonam memoriam, non vt filij sint furces, vel latrones, seu homicidæ, vel alij criminibus irerititi, turpem acquirant in auum famā. vnde cum Damatria mater filium audisset in bello timidum, & ipsa indignum, vbi aduenisset, illū enecauit, inscribique hoc distichon iussit: Hunc timidum mater Damatrimon ipsa peremit, Nec dignum matre, nec Lacedæmonium. Altera Lacæna filium qui ex acie figerat interfecit, iniquis: non est meum hoc germen. vnde tale tetrafitichon conscriptum fuit:

De Damatria. Lacæna.

Apopthegma Lacæna cuiusdam.

Εἰρήνην ἔτρομα δὲ οὐκ ἔσθ' ἢ δὲ μὲν ἔδρανος δὲ αὐτῶν πῶν

Εὐροτας δὲ αὐτῶν μὲν ἔδραμος πῶν ἔσθ' ἢ δὲ μὲν ἔδραμος πῶν

Εὐροτας δὲ αὐτῶν μὲν ἔδραμος πῶν ἔσθ' ἢ δὲ μὲν ἔδραμος πῶν

Valde malum germen, tenebras pete, quemque perosus, Eurotas ceruas nec fluat ad timidus. Si carulus nequam perrexeris, isto sub ombras, Nec Sparta dignus, nec generis titulis. vt est inter apothegmata Laconica Plutarchi. Ecōtra gloria patris est filius sapiens, & cōfuso patris est de filio indisciplinato. Ecclesiast. 22. c. 8. c. esto subiectus. 93. dist. & dignitas filij est laus & gloria patris. in authent. constitutio quæ de dignit. collat. 6. & per hoc fernetur memoria diuturna patris & bona. inde dicit hic Bartol. filium posse deriuari à filio, quia per illud filium ordo generationis conseruatur in posteris: quod non est mihi ex sententia, sed tenete quæ supra dixi.

Regulam ergo colligite ex hoc text. quod liberorum appellatione comprehenduntur nepotes, & alij deinceps in infinitum: quod etiam probat lex. si dotalium instrumento ita stipulatio interposita sit, vt liberorū nomine eos apud maritum resi-

deat, nepotum quoque nomine dos retinebitur. ff. solut. matrim. & proprie etiam vltra trinepotem, cum hic non distingatur vsq; vel vltra. nec potest ratio diuersitatis assignari, quare citius vsq; ad trinepotem, quam ad alium. quāuis hic Bar. contrarium teneat, Alex. & Iaf. in rub. ff. de liber. & posth. & in l. Gallus. §. instituens. ibidē. quam sententiam secutus est idem Iaf. in cōf. 18. contra. col. vlt. vers. nec obstat. in 4. vol. vbi dicunt liberorum appellatione venire descendentes in infinitū, large, sed proprie non nisi ad trinepotē: probant per l. Iurisconsultus. §. parēs. ff. de grad. cog. & hæc est communis hætenus doctorum sententia.

Liberorum appellatione proprie qui continentur.

Ego vero proprie in infinitum contineri descendentes liberorum nomine sustineo per istum text. & l. Iurisconsultus. nihil facit pro communi interpretum sententia. dicit enim text. parentes vltra tritaum non nominari proprio vocabulo, sed maiores vocantur: sic liberi vsq; ad trinepotes proprio nomine vocantur, vt filius, nepos, pronepos, abnepos, & adnepos, & trinepos, vltra trinepotem non vocantur proprio nomine, videlicet quadnepos, sed posteriores dicuntur: si non vocentur proprio nomine, non sequitur quod non contineantur etiam proprie liberorū nomine, vt superius dictum fuit, & probant iura in princ. huius l. adducta. Igitur decepti fuere hætenus tati patres, non distinguentes de proprio nomine, vel an proprie appellatione liberorum veniant nepotes. quod tenete, venire etiā proprie vsque in infinitum, vt hic, & in iuribus supra adductis, & l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocand. licet proprio nomine non vocentur vltra trinepotem. Et iste est verus & nouus intellectus ad text. istum & add. l. Iurisconsultus. §. parentes. alioqui sequeretur legem esse faciendam diuersam inter illos, qui proprio nomine vocantur, & alios, qui nomine generis, contra ea quæ notat in l. iurisgentium. ff. de pact. Et liberi dicuntur, quod ex libero homine ori sint. cap. si. 32. q. 4. vel quia liberi, non serui. de iure natural. in Instit. & quamuis in patris sint potestate, non ob hoc desinunt esse liberi, l. l. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

Interpretatio l. Iurisconsultus. contra doct.

Amplius sub nomine liberorum venire tam mares quam foeminas, l. sed si hac. §. liberos. vbi Alex. ff. de in ius vocand. l. 2. §. prator. qui satisda. cogant. rationibus supradictis: & inter liberos nepotem quoque ex filia contineri diuus Pius rescripsit. l. si. ff. de pollicita. tam legitimos quam etiam naturales, nisi ex dignitate, volūrate, & conditione aliud appareat. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & idē si quis dicat, Volo vt resituas, si sine herede decesseris, id est sine liberis. ibidem in §. fin.

Liberorum nomine & mares & foemina continentur.

Intelligit non solum plures personas eiusdem gradus venire, sed etiam plures gradus: vt pote plures filij, plures nepotes, & deinceps sub liberorum nomine continebuntur. d. §. liberos. & l. 2. ff. qui satisd. cog. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. om. iudic.

Sed omnes isti debēt venire ordine successiuo, & secundum gradus proximitatem: vt si quis relinquat hereditatem Titio & liberis, prius Titius succederet, & postea liberi eius secundū proximitatem, quā eius nepotes, & quā pronepotes. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthu. nam liberos non omnes simul vocat prator, sed gradatim: hoc est, qui sui sunt, scilicet nepotes si sint: si minus, eos qui sunt inferioris gradus. nec eos miscbimus. l. i. §. liberos. ff. de coniung. cum emācipa. liber. & quando inter eos cadit ordinata charitas, vt plene scribunt interpretes in d. §. quidam. & ego in nouo intellectu c. Raynutius. de testa. sic consultuit Bertrand. consil. 138. ex themate. q. 2. nu. 14. in 2. vol. ex nouiter editis. Soc. consil. 12. præsens consultatio. col. 2. in 3. volu.

De ordine successiuo.

Etiā

Liberiorum nomine in beneficiis etiam nepotes comprehenduntur. Etiam amplia in beneficiis: unde cum principibus concedatur...

Liberiorum nomine quando nepotes non continentur. Limitatur haec regula per istum text. quando lex, vel testatoris dispositio limitaret gradus...

Idem si testator diceret, filiis meis ex tali matrimonio natis do lego: filij qui ex alio matrimonio nati sunt...

Secundo quando voluntas legis vel disponentis refragatur, tunc illa sequenda est, quia obtinet primum locum...

Tertio quando nominati essent liberi in dispositione nominibus propriis, eo casu ad nominatos videtur voluntas restricta...

Quarto si actus requireret liberos & heredes, hoc casu nepotes non comprehenduntur.

fil. ius. contra donationem. col. 2. in 4. volu. quia ad veritatem copulatione requiritur...

Quinto vbi esset diuersa ratio diuersum ius statuendum est, illud. ff. ad legem Aquil. Liurigentium...

Sexto quando resfultaret absurdum. §. institutus. I. Gallus. ff. de liber. & posthu. Alex. in l. sed si hac...

Septimo, si consuetudo esset in contrarium, vel communis loquendi usus, qui attendi debet...

Vnde putarem in hoc Regno Francie, si quis diceret, meis filiis do tale castrum, Gallico vocabulo...

Insuper habemus vocabulum enfans, quod licet de iure denotet filium minore septennio...

Tamen quando eadem esset ratio in nepotibus, quae in filiis, etiam ratio traheret nepotes...

Item intelligitur artic. 2. ibidem loquens etiam des enfans, & consuetudines de his loquentes...

Dicuntur etiam infantes filij Regum & principum etiam maiores, durante vita patrum...

Vltimo dicendum est, qui suorum appellatione veniant

Si diuersa ratio.

Si resfultet absurdum.

Si consuetudo sit in contrarium.

Nomine filiorum ex Gallico consuetudine quid contineatur.

Nomine enfans quid Gallico comprehendant.

Enfans & filij quid differant.

Infantes dicuntur & filij principum, durante vita patrum.

pellatione qui veniant.

veniant. text. in §. i. Instit. de heredi. quae ab intestato. defer. sic dicit: sui autem existimantur...

Hodie tamen ex communi loquendi vsu Franciae suorum appellatione, des sens, omnes descendentes venient, & sic solent dicere notarij...

Sui nomen quomodo accipiatur.

Eriam quando est habita mentio de suis hereditibus, de se hereditibus, generaliter intelligitur...

Nec obest l. Fulcinius. §. adeo. ff. quibus ex causa. in possessio. ear. vbi furiosus vnus non est...

PAVLVS LIB. X. RESPONSORVM M. Lex ccxxj.

Paulus respondit, falsum tutorem cum vere dici, qui tutor non est, siue habenti tutor datus est, siue non: sicut falsum testamentum, quod testamentum non est...

Explicatio textus.

Tres habet regulas: prima vnum dictum ponit: secunda illud elucidat ibi, siue: in tertia similia duo scribit ibi, sicut. & prima pars hoc dicit: is vere dicitur falsus tutor...

qui habet potestatem in capite libero ad tuendum cum qui per atatem se defendere nequit.

Tutores dicuntur a tuendo, quasi tutores, atque defensores, §. tutores. de tutel. Instit. l. i. ff. illo titul. quia pupillos sibi creditos tueri debent...

Tutoris nomen unde.

Et praesumitur quod bona pupillorum furari desiderant, cum nimis tutelam expeunt vel processibus aut magnis amicis occupant...

In tutores bonorum pupilli expelluntur.

Triplex traditur a iure tutor: primus est testamentarius, qui in testamento datus est...

Tutor testamentarius.

Tutores legitimi sunt, aut senatus consulto constituti, vel qui ex lege aliqua descendunt.

Tutores legitimi.

Tutores legitimi a quibus eligantur, quibus eligantur, quibus eligantur, quibus eligantur...

Tutores legitimi a quibus eligantur, quibus eligantur, quibus eligantur, quibus eligantur...

Sunt & alij datij, a iudicibus dati: superadictis autem deficientibus tutoribus iudex solet tutores dare...

Tutores dati.

Sunt & alij qui honorarij tutores appellantur, ob honorem seu honoris causa dati, & ad hos etiam periculum tutelae pertinet...

Tutores honorarij.

Etiā tutor honorarius dicitur, qui à prætorè datur, sicut ius honorarium. Vlpia. in suis Instit. rub. de cura. tamen honoris causa tutor datus non videtur, quem pater à ceteris tutoribus, quibus negotia curanda mandauit, rationes accipere voluit. l. iure nostro. ff. de testa. tutel.

Tutela, gld.

Inde tutela dicitur illa vis & potestas, & pupillorum defensio, l. i. ff. de tutel. & l. i. ff. de minor. vbi de tutela minorum loquitur. l. probrum. & l. saepe. supra eod. videte multa quæ scripsi in tracta. de senten. prouisio. arti. 3. glo. 2. in constit. Reg. in 1. tomo commenta. quantum ad praxim attinet.

Tutela pro defensione. Moderamè inculpatæ tutela.

Etiā quælibet defensio tutela vocatur: vnde iure euenit, vt quod quisq; ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur, l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & cum moderamine inculpatæ tutelæ licitum est cuiilibet se defendere, hoc elucidatur per glos. in l. i. C. vnde vi. & in d. l. vt vim. & l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquil.

Item vt cloacæ purgentur, & reficiantur, vtrunque ad salutritatem ciuitatum, & tutelam pertinet. l. i. §. i. ff. de cloac.

In suam tutelam quædo dicatur peruenisse pupillus.

Et in suam tutelam pupillus peruenire dicitur, quando ad tempus pubertatis peruenit, quo tempore defendere per se ipse potest, l. cum filiosa. ff. de lega. 3. l. hæc autem. §. prætor. ff. quib. ex caus. in possessio. eatur. l. pater filio. de heredi. instituend. Et ista fere idem significant, cum in suam tutelam, vel in potestatem peruenit, cum sui iuris factus fuerit, cum iustæ ætatis, cum legitima ætatis, vel mature ætatis, cum adoleuerit. his frequenter Iurisc. vultur.

Tutela pro ruitione seu defensione.

Alibi Iurisc. ait vtilitatē & tutelam, id est tutionem seu defensionē facientis spectari, l. i. §. pletrunque. ff. ne quid in flumin. publico. ibi, opus enim in huiusmodi rebus vtilitatem, & tutelam facientis spectari sine iniuria acolarum. Et quæ ad quotidianam tutelam pertineant dicit Iurisc. Scæuola in l. patronus. §. codicillis. ff. de lega. 3. & pecuniam, quæ in opera noua legata est, potius in tutelam eorum operum, quæ sunt, conuertendam, quàm ad inchoandum opus erogandam, diuus Pius rescriptit in l. si. ff. de oper. public. id est ad defensionem operum factorū & refectionem potius exponenda est pecunia quam vt de nouo construatur, quia non minor est virtus tueri, quam quarere: vt scripsi in praxi beneficia. in 2. parte in principio.

Tutela a scō demum. Tutela nobilium.

Item solent dicanici Franciæ vocare tutelam ascendentium garde, & ipsos gardiens, per antonomasiam, cum ipsi melius inferiores custodiant, quam fratres & alij laterales: sed tutela nobilium vocatur bail, vel collateralium, vt scripsi in 2. tomo commentariorum in constit. Reg. in tracta. de donatio. & alijs dispo. tutor. & alijs, & c. glo. 9. Et omnes isti quoad effectum sunt tutores, quocunque nomine vocentur.

Tutrix mater pro filio tutorio nomine obligata, si in integrum restituatur, liberatur. Arrestum.

Notandum est perpetuò, quod si mater tutrix nomine filiorū tutorio & proprio se obligauerit, si filij ex illo contractu restituantur, non tenebitur mater nomine proprio: quia extincto contractu, & obligatio accessoria, l. cum principalis. ff. de reg. iur. & regula accessoriū. illo titul. libr. 6. nam & qui petit restitui contra contractum, videtur petere restitui contra pactum, vel clausulam appositam in contractu, per l. i. C. si aduersus dotem. Bal. in l. fun di partem. in si. ff. de contrah. emptio. sic consuluit Bertrand. consil. 69. punctus quaestionis. in 1. volu. ex noua editio. & secundum hanc opinionem fuit in senatu iudicatum & pronuntiatū in vigilia Penrecoctes anno 1539. & literæ Regiæ per tutricem impenetratæ comprobatæ fuerunt.

In tutore

Requisita in tutore scribit Ludo. Ro. consil. 425.

quoad primū: quia tutor datur personæ principaliter, ideo dicitur tutor in tutores. de tutel. in Instit. vnde in bonis moribus pupillum suum instruere debet, & præceptores ei tradere pro dignitate pupilli, & amplitudine facultatum, l. tutor secundum dignitatem. & l. cum plures. in si. ff. de adm. tutor. glo. in §. certe. qui testa. tutores dari possint.

que requirantur.

Secundò tutor custodire res pupilli, & custodiā bonorum illius custodiā suorū bonorum præferre debet in rebus æqualibus. l. tutor secundum. §. i. ff. de administ. tutor. glo. in l. i. vt certo. §. proinde. in verb. saluas. ff. com. mod. Roma. sing. 698. attende.

Tertiò quod omnimodo & sine vlla dilatione defensionem pro pupillis & adultis subire eos tutores necesse est. l. fin. §. omnem. C. de administ. tutor. quia tutoris præcipuum est officium, ne in defensionem pupillū relinquat, l. tutoris. ff. de administ. tutor. alioqui sententia contra in defensionem est nulla. l. si præses. C. quomodo & quando iudex.

Quartò vbi expedire viderit, auctoritatem pupillo præstare debet, l. i. & per totum. ff. de auctoritate tutor.

Quintò omnium rerum pupilli inuentarium consicere debet, l. tutor qui. ff. de admin. tutor. l. tutores. 2. C. illo titu. l. fin. arbitrium tutela.

Sextò satisfacere debet, nisi in testamento datus fuerit, vt in titu. de satisf. tutor. in Instit. videre tamen quæ scripsi in trac. de senten. prouisio. artic. 3. glo. 2. in l. tomo consil. Reg.

Vltimò administrare res pupilli diligenter, & ex bono & æquo debet, vt in titu. de administ. tutor. & l. si. de eo qui pro tutore. videte requisita sexdecim quæ scribit idem Roma. d. consil. 425. post Bal. in l. i. §. item solent. ff. de offic. præfect. vrb. vbi septem tantum necessaria scribit.

Siue habenti tutor datus sit. siue non. Iste text. venit ad elucidationem dicti præcedentis, quod ille est falsus tutor, qui verè non est tutor, etiam si ille tutor fuerit datus habenti verum tutorem, siue non habenti. nam tutor etiam falsus dicitur, quando non erit tutor, l. i. quod falso tutore auctore gestum esse dicitur. vnde dicit text. in l. naturali. §. i. ff. de confirm. tutor. quatuor consideranda, videlicet an hic dederit, qui dare potuerit, & ille acceperit, cui fuerat dandus, & is datus, cuius dandi facultas erat, & pro tribunali decretum interpositum.

In dando tutore qua consideranda.

Dicit quis, Quomodo potest esse falsus, si sit datus? Respon. quando non est datus à restatore, vel à lege, nec à indice, sed datus est ab illo, qui dare non poterat habenti, vt patet in titu. in quibus casibus tutor. vel curat. habenti, tutor, vel curator dari potest. C. etiam si dicatis non habenti datum ab eo, qui dare non poterat: ergo ille datus tutor ab illo, non est tutor, & sic est falsus. idem si datus sit in minus solemnī voluntate quoad effectum, l. 2. C. de confirm. mand. tutor.

Falsus tutor quis.

Et sic falsus tutor etiam dicitur, si fuerit datus, sed perperam: quia habenti tutorem datus est contra iuris prohibitionē, positam in §. interdum. de curato. in Instit. plures tamen ab initio dari possunt, in titu. C. si ex pluribus tutor. sed semel dato vno, eo superstitè alter dari non potest, nisi in casibus descriptis in titu. C. in quibus causis tutor. habent. tutor dari possit, maxime in l. licet. ibidem, & per glo. & doct. in d. §. interdū. & in quibus casibus dari tutor iure non potest, falsus dicitur, si datus fuerit habenti tutorem, etiā ab eo qui dare potest.

Tutore habenti quado tutor dari potest.

Item Iurisc. sapius in lege condēda sic dicit, falsum hoc est, vt in l. frugem. in l. anniculus. i. in si. supra eod. & l. si qua pœna. infra eod. & non est iniuriæ verbum, si ad ius referatur, secus si ad factum: Oldendorp. allegat l. penul. ff. de iniur.

Animaduertendum est, quod ista profunt ad sequentia:

Cum falso tutore gestū non valet

quia gestum cum falso tutore non valet, nec minori præiudicat, vt in titu. ff. quod falso tutore auctore, gestum esse dice. nam tria sunt remedia ex illo titu. Primum, cōtra falsum & dolosum tutorem, vt quanti ea res erit in tantam pecuniam condemnatur, l. nouissime. ibidem. Secundum est, quod datur actio cōtra illum, qui dolo fecit, vt non tutor, quem falsum hic vocamus, auctoritatem interponeret, l. i. & l. si falso. & l. falsus. ac l. seq. ibidē. Tertium, quod contrahens cum pupillo restituetur in integrum. d. l. i. in fin. ibidē: declarat Rofred. in tracta. libello in 3. parte hoc titu.

Tutoris nomine omnis tutor venit

Vltimò colligere possumus, quod tutoris nomine omnis tutor venit. l. bonæ fidei. supra eod. & in titu. de adm. tutor. quia genus omnes suas continet species, & species sua indiuidua, vt dialecticis notum est. litem legato. §. item interest. ff. de leg. 3.

Falsū quid.

Derogatur quando materia non conueniret, vt in l. Herennius. infra eod. Sicut testamentum falsum, quod testamentum non est. Quid sit falsum, queritur, & videtur id esse, si quis chirographum alienum imitetur, aut imitetur, vel rationes intercidat, vel describat, l. quid sit falsum. ff. de falsis: vel est immutatio veritatis. §. i. in auth. ff. de instr. cautel. & fide, colla. 6. vel vt quidam volunt, verorum imitatio.

Testamentū proprie quid, & im proprie.

Itaque sicut falsus tutor dicitur, qui datus non est: ita falsum testamentum dicitur, quod non est. vnde Iurisc. ait, Testamentum illud proprie dicitur, quod iure perfectum est: sed abusiue testamentum ea appellamus, quæ falsa sunt, vel iniusta, vel irrita, vel rupta, l. 2. §. i. ff. quemadmodū testa. aperiant. oportet enim esse aliquod testamentum, vel non iure factum, vt senatuscon. locus sit. nam & falsum testamentum id demū recte dicitur, l. si quis legatum. §. i. ff. de fal. & extestamento falso nihil debetur, nec debet mitti executioni, vt verū solet, l. si. C. de edic. diui Adria. tollēd. scripsi in tract. de senten. præiudicia. seu prouisio. in præf. nu. 69. & seq. idē in instrumento falso, scripsi artic. i. glo. 9. de liter. oblig. in 1. tomo comment. in constit. Reg. Gallic.

Adulterium testamentum.

Adulterinū pro falso accipit Iurisc. in d. l. si quis legatum. §. i. ff. de fal. libi, nam & factum testamentum id demum recte dicitur, quod si adulterinum non esset, verum tamen testamentum recte dicitur: & lege Cornelia testamentaria obligatur, qui signum adulterinum fecerit, scilicet, ibidem.

Adulterinum quid. Adulterina testamentaria.

Tamen adulterinum dicitur proprie fictum, futurum, & ad similitudinē alterius factum: vt adulterinum signum vniuersitatis, quod est factum ad similitudinē signi vniuersitatis, c. 3. loco. de proba. vulgo dicimus *contresais, ou faux*. Et adulterinæ statere: non iustæ vocatur in l. annonam. ff. de extraordin. criminib. & alibi vocat non æqua pondera, in l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo. Etiam falsi crimine tenetur, qui in aurum vitij quid addiderit, quive argenteos nummos adulterinos confecerit. l. lege Cornelia cauetur. ff. de fal.

Adulterina moneta.

Inde perbelles declarat quid sit adulterina moneta Iurisc. in l. sacrilegij. i. §. qui cum in moneta. ff. ad legem lul. pecula. sic dicens, qui cum in moneta publica operarentur, extrinsecus signant sibi pecuniam forma publica, vel signatam furantur, hi non videtur adulterinam monetam exercuisse, sed furtum publicæ monetæ fecisse, quod ad pecularius crimen accedit.

Adulterini, ex adulterio cōcepti.

Item adulterinos, ex adulterio conceptos & natos dicimus. Christus enim non erubuit nasci ex adulterinis commixtionibus. ca. dominus. 36. dist. quia vndeque homoines nascuntur, si parentum vitia non sententur, honesti & salui erunt, c. vndeque. ibidem.

Adulterari.

Hæc autem ab adulterare dicuntur. Adulterari

autem est adulterium committere, vt in toto titulo de adulter. Adulterare verò est aliquod pro vero corrigere, corrumpere, vitare, l. i. in si. ff. de seruo corrupt. ibi, vel si a dori stasit, siue verbis, siue pretio, vt rationes dominicas intercideret, vel adulteraret. Et in titu. de adulter. nam sicut adulter sem en suum fingit, semen mariti esse, sic & hi adulteratores. de quibus adulteratoribus monetæ loquitur. l. aut facta. §. euenit. ff. de pœnis.

Adulterare.

Notarius conficiens instrumentum falsum, si sit nullum, non punitur pœna falsi ordinaria, sed extraordinaria, videlicet iudicis arbitrio, idē in teste, qui dixit falsam non iuratus, & sic nullum erat eius testimonium, vt scribit Alberic. in 2. parte statuto. q. 147. & l. culpa. ff. de regul. iur. & Ioan. Andr. in regul. non est sine culpa. de regul. iur. in 6. vnde testis falsus non probat, sed reprobat, vt scripsi in tracta. de reprob. testium, in verbo, falsus testis: quia testis falsus est testis. Bal. in c. licet. col. 5. nu. 19. de proba. quod est valde vile ad constitutionem Regiam penitentem falsarios pœna mortis.

Notarius conficiens instrumentum falsum quo modo punitur.

Et modius iniquus, qui modius non est. Modius iniquus dicitur, quado non est æquus. nam cum mensura modij contineat triginta sex sextarios, hic modius, qui non illos continet, vocatur iniquus, non æquus, nec æquatus: & modius iniquus dicitur cum adiuncto, vt inferius dicam.

Modius iniquus.

Sciendum est primam mensurarum ordinationem ad Principem spectare, per l. modios. C. de suscepto. lib. 10. & l. 2. de frumcto Alex. lib. 11. & postquam mensura à Principe sunt instituta, ad consules locorum, vbi alij domini speciales non sunt, vel ad iudices pertinet aquare mensuras ad illa à Principe statutam, quando aliqua mensura huic priori similes de nouo sunt. §. eos. in si. in authen. de colato. colla. 9. facit l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo. & insignia his mensuris & ponderibus Regis vel domini loci pro consuetudine ciuitatis imponi decet. l. stigmata. C. de fabricen. lib. 11. arg. l. Quintus. 2. §. si autem aurum. ff. de auro & argen. lega. hoc expresse docet Ioan. Reynaud. in suo tracta. de mensuris. qu. 1. & 2. & sic qui modium vini mihi vendidit, & tradidit modium iniquum, non liberatur, sed iudex debet frangere modium, & mensuras, & pondera iniqua, l. iubemus. C. de defenso. ciuita. l. item queritur. §. si quis mensuras. ff. loca. Raynald. vbi supra: & scribitur Deuter. 25. Pondera habebis iustum, & verū, & modius æqualis & verus erit tibi, nec habebis diuersa pondera maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor, vt multo viuas tempore super terram. Et hi apud quos varia inueniantur pondera, vel mensura, quomodo puniantur, scribit glos. ampla in l. arbitrio. §. de eo. ff. de dol. & Ioan. de Plat. in l. i. de pondē. & auri illatio. lib. 10. Bal. consil. 155. queritur. in r. vol. & de reo diui Adriani præceptum est in insulam eorum relegari, qui pondera vel mensuras falsas fecerunt, l. penul. ff. de fal.

Mensurarū ordinatio ad quos spectet.

Item falsus denarius non est denarius, glo. in l. 2. vbi addidi. C. de heretic. & ideo pecunia falsa & reprobata non liberat soluentem, l. elegant. er. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. plene D. Tiraquel. in tracta. de vtroque retrac. fol. 153. glo. 20. §. i. vbi firmat extraneum non teneri causa retractus dare proximo offerenti falsos, vel reprobos numos: nec potest agere debitor solutus nummis reprobis pignoratitia, vt ei reddatur pignus, d. §. qui reprobos. Et postquam falsa est pecunia, nihil prodest ad solutionem, ideo in mora non constituit, vt consuluit Bertrand. consil. 213. vifo casu. in r. volu. ex antiq. Adhæc manus munitio, & depositum pecuniæ falsæ, & reprobæ, garnir la main de iustice de faux argent, non impedit quo minus executio fieri possit in de-

In pondera tores iniquos, & eos qui falsis mensuris vendunt.

Pecunia falsa pecunia non est.

Debitor re probis nummis solutus non liberatur.

bitorem: & clamor in curia sigilli exponi in eam potest, qui pecuniam reprobam dedit. nam quodens visiose depositum est, pro non facto habendum est. l. quotiens. ff. qui falsida. cogan.

Clericus falsam monetam curat. quando ad iudicem ecclesie remittatur.

Casus in quo falsa moneda fabricatio criminosa iustitiam non est.

Falsi nomine ad multa relatu pro inefficaci.

Arcutum.

Falsum instrumentum.

Sententia falsa non est sententia. Contractus nullus.

Condemnatio irrita. Emptor falsus.

Procurator falsus.

Inde clericus, qui falsam fabricavit monetam in hoc Regno, alterius tamen Regis, Angliae forte, aut Hispaniarum, vel alterius principis, non visitata in hoc Regno, non poterit puniri a iudicibus secularibus huius Regni, dicentibus crimen falsae monetae esse privilegari, ut ipsi cognoscant etiam contra clericos: quia debet intelligi, si clericus falsam monetam Regis Franciae fabricaret: secus si aliam in Regno non visitata, in qua non committitur laesa maiestatis, sicut in Regis moneta. l. 2. C. de falsa moneta. quia aliam cadendo non facit iniuriam Regi Franciae: ideo ad eum cognitio non pertinet, teste Jacob. Rebuffo patre meo in l. vlti. in fin. C. de veter. numisma. potest. libr. 10. & Berber. in viato. iur. tit. de crimine laesa maiestatis. ac Alexand. consil. 104. statutum in 1. vol. sequitur Benedic. in repe. c. Raynutius. in verbo, & vxorem. nu. 435. de testa. & errant iudices seculares, qui in hoc casu cognoscere volunt, teste Ioan. Sanfon inconsumet. Turonen. artic. 1. rub. des crimes. & Bonific. in cle. 2. no. 4. de deci. facit l. 2. C. de eunuch.

Adhaec falsa iustitia iustitia non est, ca. vera. iuncta glo. 45. dist. 8. ubi etiam falsum iudicem dicit non esse iudicem: & contractus inutilis contractus non est, ideo ex illo non debet solui gabella, licet ex omnibus contractibus solui oporteat. Bart. in l. vlti. §. sin autem. C. commun. de lega. Alexan. consil. 104. statuto in 1. vol. & consil. 36. in 4. volu. Emphyteuta nec liter alienans rem, dominium non amittit, nec re priuatur, vt plene las. scribit in l. fin. C. de iur. emphyteu. q. 22. post Franc. Cremen. singul. 12. statuto. & Guido. Papae consil. 192. ideo prohibitum fuit decreto senatus, ne quis supplicationes falsas, vel cum interlineaturis seu additionibus offerat: sed oportet quod plane scriptae sint, alioqui reiicienda, propter vitium falsitatis fugientum. ann. 1519. die 22. Martij. Et falsum instrumentum non esse instrumentum asserit Bald. in l. si non fortem, §. indebitum. ff. de condit. indebiti: & ideo etiam si sit Regio sigillo sigillarum, non habet executionem paratam: vt abunde scripti in tractatu de literis obligat. sigillo Regio vel authent. signatis. artic. 1. glo. 9. in 1. tomo comment. in constit. Reg.

Præterea sententia falsa, & nulla, sententia non dicitur, nisi abusive, ele. pastoralis. de re iudic. Barba. in repe. c. Raynutius. col. 95. de testa. & contractus nullus non dicitur simpliciter contractus, l. certi conditio. §. quoniam. ibi, quasi duobus contractibus interuenientibus. ff. si cert. peta. & condemnatus non potest dici, qui rite condemnatus non est. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. vbi doct. multa cumulant.

Item falsus emptor non est emptor, l. eum qui. §. cum igitur. ff. de in diem adiec. & infamis homo, qui falsus est homo, non est homo. l. nec infames. vbi Lucas, C. de decur. lib. 10. & falsus procurator non est procurator. l. falsus. C. de furt. & ibi doc. l. 3. §. falsus procurator. ff. rem rat. hab. l. si vendidero. §. si Titius. ff. de furt. l. 10. Baptista in sua vltima alleg. posita inter Roma. singul. & qui non habet sufficiens mandatum, dicitur falsus procurator, & aliis quatuor modis quos tradit Bald. & alij in l. licet. C. de procura. infamia hic similia adducere possem, quæ Feli. congerit in c. ex tenore. de rescrip. & ideo falsus procurator non prodest, nec nocet dno. doct. in d. l. falsus. ob id requisitione beneficii factam a falso procuratore, non nocere nominato consilij.

Intelligit falsa testamenta non esse testamenta, nec sententiam nullam posse sententiam dici pro-

prie, sed abusive sic, & cum adiuncto, scilicet sententiam nullam, testamentum falsum, per d. l. 2. ff. quemadmodum testa. aperian. vnde si quis sibi legatum adscripserit, tenetur poena legis Corneliae, quamuis inutile legatum sit. nam & cum teneri constat, qui eo testamento, quod postea ruptum est, vel etiam quod in initio iure non fiebat, legatum sibi adscripserit. hoc tamen tunc verum est, cum perfectum testamentum erit: ceterum si non signatum fuerit, magis est vt senatus con. locus non sit. l. si quis legatum. ff. de falsis. & ideo aliquot effectus habent etiam actus nulli & inutiles.

Actus nulli etiam effectum habent.

Quippe sententia nulla producit effectum, vt index non possit amplius in illa causa, si index delegatus fuerit, iudicare: quia suo functus est officio. l. si vt proponis. r. vbi doct. C. quomodo & quando index. Bart. in l. index. ff. de re iudic. etiam is qui habebat potestatem eligendi sibi alterius ministerio concessam, post suam electionem etiam nullam, functus est officio suo: adeo quod amplius eligere non poterit. Bar. & alij in l. serui electione. per illud tex. ff. de leg. 1. & in l. 2. §. 1. de optio. lega. quia actus de primo intelligitur. in l. boues. §. hoc sermone. supra eo. scripti alia in interpret. l. quod iuris. 2. no. nu. 132. & seq. ff. de re iudic. que hic non repetuntur.

Adiungere possumus, quod ex actu nullo voluntas declaratur, l. si vbi Bart. ff. de reb. eorum. & in l. in testamento. de fideicom. liberta. Bal. in l. qui a patre. per illum text. de confirma. tutor. l. obseruare. §. fin. ff. de offic. proconsul. & per illum text. consuluit Deci. consil. 172. in causa. quod constitutio procuratoris facta a patronis, antequam vacaret beneficium, licet sit nulla, tamen habetur consensus & voluntas patronorum per eam: & si procurator sic constitutus praesentauerit, & patroni nihil dixerint intra tempus a iure praestitutum, sustinebitur institutio facta ista quali quali protestatione procedente.

Exactum nullo voluntas declaratur.

Etiam ex actibus nullis inducitur consuetudo, quia ex actibus inualidis elicitur populi consensus, sicut ex testamento non solemn. l. cum quis. C. de iuris & fac. igno. alioqui non confirmaretur, vt in l. sancimus. de testa. C. hoc plene probat Bal. in l. de quibus. col. 5. vers. sed quare ex actibus. ff. de legibus.

Ex actibus nullis inducitur consuetudo.

Bellissime conuenit, quod si clericus contraxit matrimonium etiam nullum, forte cum consanguinea, vel habente alterum maritum, priuatur tamen beneficio, quia fecit quod potuit. glo. & doc. in c. vnico. de clerice. coniuga. in 6. las. in l. vbi. col. penul. C. de transact. quod est verum, quando illud matrimonium non esset nullum ob defectum consensus contrahentis: quia tunc non amitteret beneficium, alias contra, vt concludit Imol. in clem. gratia. col. penult. de rescrip. refert las. in l. causas. col. penul. C. de transac. & per hanc conciliatur opinioniones contrariae, licet lason simpliciter opinionem referat: tamen licet consensus deficiat in muliere, quia non est ætatis legitima, cap. 1. de sponsal. lib. 6. quando apparet de consensu viri matrimonium contrahere volentis, ille contractus facit vacare beneficium, quia tacite illud resignat, cum non conueniat paterium cum cithara. c. diuersis. de clerice. coniug. Roma. consil. 483. dubitatur. col. 2. & Hippol. singul. 386. inualida.

Clericus etiam contrahens matrimonium nullum, ut cum nupta, an priuatur beneficio.

Nec est omissenda, quod in prohibitis ex actu nullo quis in poenam incidit, quia licet actus nullus sit, fit tamen contra prohibitionem: vt si prohibeatur omnis actus de nocte iudicialis sub poena decæ, is qui actum faciet etiam nullum, punietur. las. in l. licet. C. de procura. & mulier quæ transit ad secundas nuptias de facto perdit tutelam filij, licet matrimonium non valeat. Bald. in c. ex parte. 2. nu. 20. de appel.

Ex actu nullo in poenam incidit, quia licet actus nullus sit, fit tamen contra prohibitionem: vt si prohibeatur omnis actus de nocte iudicialis sub poena decæ, is qui actum faciet etiam nullum, punietur. las. in l. licet. C. de procura. & mulier quæ transit ad secundas nuptias de facto perdit tutelam filij, licet matrimonium non valeat. Bald. in c. ex parte. 2. nu. 20. de appel.

appell. probat Dec. in c. Abbate. vbi alium casum tradit, col. 2. ibid. alia videre poteritis, ne plura.

HERMOGENIANVS LIB. II. IVRIS Epitomarum. Lex ccxxij.

Pecuniæ nomine non solum pecunia numerata, sed omnes res tam soli quam mobiles, & tam iura quam corpora continentur.

Huius legis materiã pertractauim in l. pecuniæ. r. supra eod. quæ pro repetita hic habeatur & hæc lex docet appellatione pecuniæ non solum numeratam pecuniam significari, verum etiam omnes res tam mobiles quam immobiles, & iura, id est res corporales, de triplici corpore loquitur Iuriscon. in l. rerum mixtura. ff. de vlcipio. & scripti in l. pecuniæ verbum. supra eod. vbi etiam alia dixi. de hoc Hermogeniano haberi in l. vix certis. ff. de iud.

Corpus triplex.

Solum pro terra.

Dicitur solum pluribus modis sumitur. Primum nomen substantiuu est pro immobili, vt l. 1. §. hoc interdictum. ff. de vi & vi ar. ibi. & ad eos tantum qui de solo deiiciuntur, vtputa de fundo sine de ædificio. & ibi, & generaliter ad omnes hoc pertinet interdictu qui de re solo coherentis deiiciuntur. cum §. illud. facit l. 1. §. hoc interdictum primo de soli possessore scriptu est. & §. hoc interdictum in omnibus etiã possessionibus quæ sunt soli sine dubio loci habebit, dummodo possidere possit. ff. vi posside. & in l. 1. §. hoc interdictum ad ea sola opera pertinet quæcumq; in solo vi aut clam facta fuerunt. ff. quod vi aut clam. sic accipitur in l. quæstio. supra eod.

Solum, ad am pro vno.

Interdum est adiectiuu: & capitur taxatim pro vno tantum, l. proximi appellatione continetur interdictum ille qui solus est. supra eo. & l. fugitiuus. infra eod. l. illa verba, optimus. supra eod. & l. in vulgari. & l. liberorum. ibidem.

Solum, ad aduerbium.

Quandoq; est aduerbium, & significat tantum, vt hic, non solum, & c. & l. sponsio appellatur non solum quæ per spõsi interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioque. supra eod. Etan excludat alios vel casus similes abunde scripti in l. pratũ. supra eodem.

PAVLVS LIB. II. SENTENTIARVM. Lex ccxxij.

Latæ culpæ finis est, non intelligere quod omnes intelligunt.

Hæc lex duas habet partes, prout duo dicta continent. secunda ibi, amicos. materiam cuius, tanquam frequentem, & in contractibus, & in finitibus aliis iuris articulis, nec minus difficile teste Bar. in repetitio. l. quod Nerua. ff. de pos. aliquot conclusionibus, quæ potero facilitate, perstringam.

Culpa nomen in genere sumitur & in specie.

Imprimis igitur ne illotis (quod dicitur) manibus rem aringamus, præfabor, culpam in genere & in specie accipi, quemadmodum de iurisdictione dicunt interpretes in lege, imperiũ. ff. de iurisdictione omnium iudicũ. Nempe in genere culpa sumitur pro dolo, fraude, ac omni astutia, & negligentia. l. magna negligentia culpa est, magna culpa dolus est. infra eod. hinc ait Cicero in epistolis: sapientis est nil præstare nisi culpam.

Culpa pro deo astra.

Vnde infert Bar. in l. quod Nerua. ff. de pos. eum qui promiserat facere damnũ culpa famuli datum, teneri, etiam si ipse famulus furtum perpetraverit.

nam culpa nomine dolus continetur. in lege, quod Nerua. col. 4. ff. de pos. probat l. 1. in fi. cum l. seq. vbi depositarius non reddens depositum, committit dolum: si tamen fuerit alienatum, isque noluerit illud redimere, in culpa est: quia paria sunt nolle depositum reddere, vel postquam venditum esse non redimere. l. quod te. ff. si cert. peta. si igitur vterque sit in dolo, cum textus dicat esse in culpa, necessarium erit ibi culpã pro dolo accipi, & sæpius alibi.

Et hanc culpã multiplicem esse confirmat Cicero ad Attic. sic dicens: Omnem omnino culpam Domitius in Pompeium confert. & in Vatinius: in hoc genere omnes insunt culpa. & Vlpia. in lege quod si nolir. §. culpa. ff. de adilitio edicto. ibi, Culpam omnem omnino accipiemus, non vtique latam. & in l. à procuratore doli & omnem culpam, non etiam improuifum casum præstandum esse, iuris auctoritate manifeste declaratur. C. manda. Culpam igitur vt genus diuidemus in doli, & culpam in specie sumptam: rursus culpam subdividemus in latiore, latam, lenem, & leuissimam: & de his duntaxat loquuntur Iuriscõsulti. ita dolum diuidemus inferius in bonum & malum.

Culpa diuisio, & speciationes.

Culpa in specie à dolo separatur.

Et sic in specie culpa accepta separatur à dolo, lege de arate. §. qui iusto. ibi, sine dolo malo, culpa tamen, & c. de interrogator. actionib. Et eo casu culpa respicit desidiam, seu negligentiam, l. electio. in fine. ff. de noxal. ibi, ne alterius doli, aut desidiam alius noccat. §. fin. Infit. pro socio. l. Socius socio. illo titulo, ibi, Socius socio etiam nomine culpa teneri, id est desidiam, atque negligentiam. Respicit quoque imperitiam, & infirmitatem, l. idem iuris. ff. ad legem Aquilia. ibi, mulionem quoque si per imperitiam impetum mularum retinere non potuit, & hæc alienum hominem obtruerint, vulgo dicitur culpa nomine teneri. idẽ dicitur, & si propter infirmitatem sustinere mularũ impetum non potuerit. Nec videtur iniquum, si infirmitas culpa adnumeretur, cum affectare quis non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem suam alij periculofam futuram. Et alibi ait Iuriscõsultus, imperitiam quoque culpã adnumerandam, & quod imperitia peccatum est, culpam esse. in l. si quis fundum. §. Celsus. ff. locati. & Paulus ait culpam esse, quod diligenter prouideri potuerat, nõ esse prouifum. l. si putator. ad leg. Aquil.

Infirmitas culpa adnumerata.

Ex quibus patet, quantum differat dolus à culpa in specie sumpta: quippe dolus calliditatem, malitiam, versutiam, & fallaciam denotat. l. iurisdictionem. §. dolus. ff. de pact. l. 1. l. & eleganter. in fin. de dolo. l. 3. §. 1. de minor. l. 3. de seruo corrupto. l. 3. §. sed si sic. de in rem verso. l. 1. in princ. Quod vi aut clam, vbi calliditas nominatur. & callide circumuenire dicitur in lege, ita demũ. ff. de arbit. & callide facere, in l. si quis. in prin. ff. de dolo. callide versari, in l. 2. §. verba. ff. ad Velleia. Culpa verò legnitatem animi respicit, rusticitatem, inertiam, simplicitatem, ineptiam, ignauiam, negligentiam, l. 3. in fin. cum lege sequenti. ff. de suspẽct. tutor. l. qui solidum. §. etiam. de leg. 2. l. cum vero. §. plerunque. de fideicom. libert. l. quid ergo. ad municipal.

Dolus à culpa in specie sumpta quantum differat.

Sic dolus potissimum in faciendo consistit, culpa in negligentia, seu in non faciẽdo, vt docet Bar. in d. l. quod Nerua. Tamen aliquando culpa etiam in faciendo consistit, vt in l. si seruus. ff. de verbor. obliga. & in l. culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti. ff. de reg. iur. l. item quaritur. §. si gemma. ff. loca. l. quod si nolir. §. si mancipium. de adilitio edicto. Quæ quidẽ culpa grauior est in faciendo, quam in negligendo, l. semel. ff. solur. matrim. & in l. semper. §. in hoc. iuncta glo. quod vi aut clam, scripti in interpret. l. Dicitur in fi. ff. de Senatusconsulto Siliano.

Sed vera (vt reor) differentia est vltra predictas, quod dolus in animo & affectu consistit maligno: culpa vero in negligentia, imprudētia, & aliis qua superius enumerari facit l. vulgaris. l. in furti actio- ne. §. ope. & l. qui ca mente. ff. de furt. l. spē. in fin. supra eod.

Culpa vna alia grauior.

Peccata aequalia esse, secundum Stoicos.

Culpa latissima lata, leuius.

Culpa lata.

Ignorantia que non serenda.

Culpa magna, lata, leuis & leuissima.

Culpa leuissima.

Adhac notandum est culpam vnam alia grauiorem, vt docet Modestus in l. liber homo. §. i. ff. de acquir. rer. dom. ibi, vt tamen culpam in damno dando exigere debeamus grauiorem, nec tam leuem, quam ab extraneo. forsan contra Stoicorum sententiam dicentium peccata aequalia esse, nempe vnum crimen aliud superat. ideoque latissimam culpam dolum veru vocat Bart. latiore dolum praesumptum, latam comparari dolo: leuem, deuiationem ab eo quod bonum est, quod per diligentiam hominis diligitur, vel diligentissimi prauideri potuit: que an dura Zafij mereantur reprehensionem latius inferius differemus. Igitur culpa grauior & maior est, quo magis ad dolum accedit, & illi proximior est. vnde latior culpa doli est: quando quidem bonafides abesse praesumitur, si rebus suis saluis existitibus mea deposita pereant. c. bonafides. de deposito, & d. l. quod Nerua. probat etiam l. milites. ff. de custod. reor. vbi pro modo culpa statuendum est in delinquentes, nimirum si maior sit vna culpa & grauior altera.

Itaque si quis tam supine ac foede labitur, vel errat, vt quæstia quædam videatur negligentia: tunc culpa dolo proxima est, adeo vt nullo excusationis colore defendi possit. na ignorare ea, quæ omnes intelligunt, vel intelligere debent, tunc quippe lata dicitur culpa, quæ vocatur nimia negligentia, in l. cedere. §. fin. supra eod. & d. l. milites. seu lata negligentia, l. impuberibus. §. i. ff. de suspect. tutor. & l. tutor qui. §. competit. de administ. tutor. l. magistratus. de administ. rerum ad ciuita. pertinen. & magna negligentia, in l. i. §. is quoque. z. ff. de actio. & obliga. & dissoluta negligentia, que prope dolum est. l. si fideiusor. i. in princ. ff. manda.

Vnde Iuriconsultus sit ait, Nec supina ignorantia ferenda est factum ignorantis, nec scrupulosa inquisitio inquirenda. scientia enim hoc modo æstimanda est, vt neque negligentia crassa, aut nimia securitas satis expedita sit, neque delatoria curiositas exigatur. Quid enim si omnes in ciuitate sciant, quod ille solus ignorat: & recte Labeo definit scientiam, neque curiosissimi, neque negligentissimi hominis accipiendam: verum eius, qui eam rem diligenter inquirendo, nota habere possit, l. 6. & 9. ff. de iuris & fact. ignoran.

Magna ergo culpa doli est: effusa seu nimia negligentia, culpa lata: sed negligentia, culpa leuis est: leuissima autem culpa minimam negligentiam respicit, seu neglectam diligentiam, d. l. milites. ff. de custod. reor. licet gl. & doct. aliter doceant in Insti. titul. quib. mod. re contrahi. obliga.

Leuissimam autem culpam vocant regulariter Iuriconsulti. diligentiam omittam, seu custodiam, quam diligens paterfamil. adhibuisset, & is culpa reus neglexit, ideoque tenetur. his igitur casibus quibus ad diligentiam quis tenetur de iure ciuili; ad eam præstandam & custodiendam hoc nomine astringitur. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. l. magistratus. de administ. rer. ad ciuita. pertinen. l. si cum fundum. de contrah. emp. l. contractus. de regul. iur. d. l. de actio. iuncto cap. z. de commoda. Vel Iuriconsul. interdum dicunt quem teneri culpa nomine, & diligentia: in culpa venire potest factum, in diligentia non factum: vt si non præstet custodiam, §. custodiam. d. l. si vt certo. vel quidam dicunt leuissimam culpam hoc nomine contineri. sed priori potius adharerem.

Quæ mihi quodammodo videntur esse correlatiua, vt culpam leuem dicamus respectu doli & late culpæ, & leuissimam quoque aliam ratione late & leuis, vt in §. seq.

Culpa generalis nomine quid continetur.

Culpa vero generali appellatione venit omnis culpa, maxime cum lex negatiue de culpa loquitur omnis exclusi censetur. Exempli gratia, iusturandum in litrem non est deferendum ex culpa, sed ex dolo, l. videamus. in fin. ff. de in litrem iurand. ergo nec ex lata quidem culpa iurandum erit, cum omnis culpa remota esse intelligitur, l. in actioibus. ibi, sed in his omnibus ob dolum solum in litrem iuratur, non etiam ob culpam. Et si caueatur nomine culpam quem non teneri, de quacunque culpa intelligitur, lege prima, in fin. commoda. lege qui furtum. de condictio. furtiua. l. si prætor. in fin. ad legem Aquil.

Ex lata culpa infamia non irrogari.

Et non negatur res deposita sine dolo. igitur in deposito iurandum est in litrem, l. i. §. in depositi. ff. depositi. nec tamen infamia notatur cõdemnatus ex lata culpa, sicuti si ex dolo, d. l. quod Nerua. Nec obest furtum cõmitti lata culpa, nihilominus furti condemnatum esse infamem, vt dicit Zaf. per text. in l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt. nam potius hic text. probat contrariu dicens, qui furandi animum haber, licet ignoret cuius sit res, doli committit: & in vi bonorum raptorum, & in iniuria. non igitur dicit culpam committi, sed dolum. quod si contingeret præfatis etiam casibus committi culpam, nec tamen irrogaretur infamia, quicquid scribat Zaf. hoc probat text. in l. item apud. §. appellat. de iniur. ibi, absidua enim frequentia quasi præbet nonnullam infamiam. ergo non alias esset infamia: quippe non hoc facit condemnatio, sed sola frequentia quæ inuit quædam infamiam apud bonos & graues. l. 2. de obsequ. & contra eum facit d. l. igitur. §. potest. de liber. caus. vbi dicit sine calliditate & dolo. ergo vbi est doli vel calliditas, non erit lata culpa.

Doli infamiam irrogat, culpa vero minime.

Adhac facit §. suspectus. Infit. de suspect. tutor. vbi tutor suspectus ob doli famosus est, si ob culpam non æquæ, etiã si lata fuerit. Remoueri tamen potest ex culpa, sicuti ex dolo, integra semper remanente fama, l. 3. in fin. ff. de suspect. tutor. & in l. impuberibus. ibid. nam infamia æquiparatur morti. l. iusta. ff. de manumiss. vindic. & sicut in criminibus lata culpa non comparatur dolo, ita nec quoad infamiam. Negatiua igitur totum excludit, l. hoc genus. iuncta glo. ff. de conditio. & demõstr. l. si quis ita stipulatus. de verb. obliga. veluti si dicatur nulla culpa, l. si seruus communis. §. idque euidentiis. versic. hæc itaque. ff. de furt.

Doli nomine quando culpa contineatur.

Si verò lex affirmatiue loquatur, videlicet quem doli nomine obligari, vel teneri, tunc etiam de culpa lata tenebitur, quæ dolo proxima est, l. i. §. hæc autem actio. ff. si is qui testam. liber esse iuss. fuer. Et sic intelligemus Iuriconsultum dicentem. Et dolum accipere debemus etiã culpam latam, l. is cui. §. doli. ff. vt in possess. legator. Ac si quis absoluentus sit ob culpam, vel damnandus, intelligitur de leui & leuissima, l. de atate. §. qui iusto. ibi, sed & si quis sine dolo malo, culpa tamen responderit, dicendum erit absolui cum debere, nisi dolo culpa proxima sit. de interrogator. actio. Et qui non tam idoneum hominem elegerit vt recte rem commo datam perferret, culpam præstabit. Leum qui. §. si cum lege seq. ff. commodati. Et qui rem commo datam fecit culpa sua deteriorē, tenebitur. ibidem in princip.

Culpa meriti cum mora uxoris compensatur.

Limita quado materia non conueniret, vel aliter à iure foret expressum, vt in l. 2. ff. vi bono. rapt. vbi solo dolo cogere quis potest homines ad turbam faciendam, vix autem lata. culpa hoc contingit.

git. l. si mora. ff. soluto matrimo. vbi post moram vxoris maritus non tenetur ob culpam leuem, aut leuissimam. nam culpa mariti cum mora vxoris compensatur. l. viro. ibidem.

Culpa lata quomodo puniatur.

Obiciet verò forte, crimen lata perpetrati culpa impunitum fore. Respondeo nequaquam impunitum remanere. nam licet eadem non afficiatur poenais, qui lata culpa cõmittit homicidium, sicut is qui dolo punietur tamē, sed mitius, & extra ordinem: nempe is qui dolo occidit hominē, punietur lege Cornelia, in lege. ff. de sicar. & dolo profacto accipitur: nec lata culpa in hac lege pro dolo capietur. vltimo quippe supplicio ferietur qui dolo interfecit: semper expectans quod fecit, l. 3. C. de episcop. audien. sed is qui lata solum culpa, & per lasciuam hominē interfecit, in quinquennium relegatus fuit à procõsule Bætice, quod factu Diuus Adrianus cõprobauit, vt refert Vlpia. in l. lege Cornelia, de sicar. Sic igitur delictu lata, culpa perpetratum minime relinquetur impunitu. per l. i. §. hæc autem actio. ff. si is qui testam. liber esse iuss. fuer. licet non ea seueritate qua doli puniatur.

Culpa lata ignauia. Culpa lata versutia.

Versutus, & versutia.

Insuper culpam latam diuidit Zaf. iuxta præcedētia in culpam ignauiam, & versutiam: ignauia culpam adscribit supinæ negligentie: culpam autē versutia: esse dicit eorū, qui versuto, & malo proposito, animo que perfido, & exulcerato, alienas vel res, vel negotia affectata quadã improvidentia maligne, vel negligunt, vel dissimulant, cum in rebus suis sint prouidi, & diligentes: & miratur non esse hæcenus tactam, nec distinctam. ego verò miror à tanto viro tam male traditã, nam culpa versutia: doli est, nẽpe versutia est calliditas, & malitia: & versutus est callidus & malitiosus, vt Cicero de natura deorum probat, dicens, Et Chrytipus homo sine dubio versutus, & callidus. Versutos appello, quorum celeriter mens versatur, & ibidem, malitia est versuta & fallax nocenditatio. Vnde qui ex malo proposito, & animo perfido aliquid facit, dolo facere dicitur, l. i. ff. de dolo. ego doli est non verò lata culpa, quæ licet dolo proxima sit, frequentius tamen ab eo separatur. Et tex. per eum allegari de hac culpa contrariu probant: primo d. l. quod Nerua, culpam quidē latiore appellat dolum, sed de lata culpa nullum verbum facit d. l. mulier. §. si heres: at melius forte faceret §. sed etenim. vbi qui cogitur restituere hereditatē, non tenetur reddere seruos, vel res, quæ perierint, nisi culpa eius perierint: culpam videlicet eam intelligit, quæ dolo proxima sit, & sic de lata culpa. Et si distrahere debebat res, quas non distraxit, lata culpa redder rationem, non leuis. Et cum de cõsuetu rebus suis negligentia loquimur, vellem à Zafio petere vbi nam est hæc versutia? nam quamuis lata culpa dolo proxima sit, nec tamen reperiet versutiam in ea, vt superius dixi, vel calliditatem, sed tantum dissolutam, seu nimiam negligentiam, quæ tanquam factis nota, pluribus fulcire non contendam.

Nec igitur alias erit subdistingueda lata culpa pro varietate subiectorum. siue enim procedat ab ignauia, siue à negligentia, siue à segnitia, imperitia, vel ex alia causa, eadem est, dummodo finis illius sit, & eo tendat, videlicet se non intelligere, quod omnes intelligunt: alioqui infinita resulerent diuisiones secundum varietatem exemplorū, tam culpæ, quam doli. Quod quam ridiculum sit nemo est qui nesciat, vt ait Iuriconsultus in l. nemo. ff. de duob. reis. nam si versutia: culpa dicas, cur nõ & imperitia, si ex ea proueniat: vel infirmitatis, aut inertia, simplicitatis, aut rusticitatis, si ex illis causis procedat.

Verum culpa versutia: tendit ad calliditatem, & non ad ignorantia eorum, quæ omnes intelligunt.

esset enim tunc lata culpa. hæc igitur versutia verè doli appellabitur ex animo & affectu, qui probā- dus est. si enim in contrarium colligans alleger ignorantiam, haudquaquam præsumetur doli, aut fallendi animus, sed potius sinceritas. l. merito, ff. pro socio. si quoque fideiusor sciens doli exceptionem cõpetere, cum non opposuit, putans se teneri, postquam obligatus est, dissoluta est ignorantia non opponentis, quæ prope dolum est: tamen nisi ipse confiteretur se non opposuisse exceptionem, vt parti noceret, tunc esset doli, & non negligentia, vel lata culpa, quia ex animo. sic intelligi debet l. fideiusor. i. ff. manda. Cum verò hodie rei conuenti semper huiusmodi ignorantiam allegete soleant, culpa lata nomine, & non doli condemnari solent, quæ igitur sententia eos non infamabit, vt doli, quemadmodum satis iam demonstrauimus.

Explicitio §. dolo. l. si procuratorem. §. dolo. ff. manda. vbi dolo facere videtur, qui id quod potest restituere, non restituit: vt si hominē me madante emeris. sed & si dolo negligenti emere, forte pecunia accepta alij cessisti, aut si lata culpa, forte si gratia ductus passus es alium emere, teneberis. Inter hæc exempla est differentia. Siquidem in doli exemplo inest animus fraudandi, & affectus in non restituendo, quod mea causa fuit emprum, vel alij pecunia accepta cessum. Ecce quomodo declarat animus recipiendo pecuniam. Sed quando gratuito fit, non apparet animus fraudandi, sed tantum ementis negligentia: quam obrem culpa erit lata, non doli. probat lex, doli vbi doli est, si quis nolit persequi. ergo ibi erat animus non persequendi: idem in aliis exemplis, si quis hæc recte consideret.

Ego tamen dicerem latam culpam esse dolo proximam, cognatam, & multum similem, nec non dolo æquiparari: vt in casibus ferè quibus doli condemnatio fit, possit quoque lata culpa fieri, etiam si dicatur de solo dolo, l. contractus. ff. de regulis iuris. l. quæ situm. §. illum. ff. de precar. lege penultima, de incendio. lege secunda, §. fecisse. de heredita. vend. & similib. plene Bart. in d. l. quod Nerua. Lucas de Penna in l. secunda, colum. 3. C. de naufrag. libr. 11. Socin. in tract. fallen. regul. 95. doli. lat. in l. in actionibus. colum. 5. de in litrem iurand. & in lege, fororem. C. de his quib. vt indig. Iacob. Bolenc. in repet. §. famofos. legis, capitulum. ff. de poenis. Hippolyt. in l. lege Cornelia. §. cum quidam. & in l. in lege. ff. de sicariis, per Pyrrhum in d. lege, contractus. ac Zaf. in intellect. singular. qui omnes hanc constituunt regulam: in ciuilibus latam culpam dolo comparari, in criminalibus non, quia poenæ sunt mollendæ potius quam exasperandæ, vel extendendæ, l. interpretatio. ff. de poenis.

Lata culpa vi dolo proxima fit.

In ciuilibus lata culpa dolo comparatur, in criminalibus minime.

Quam limitarem in casibus à iure expressis, quos referit Doct. videlicet quoad infamiam, iuramentum in litrem, malam fidem inducendam, & quoad fructuum acquisitionem, de quibus supra dixi, & in aliis casibus huic iuri & rationi refragantibus, ampliora videre poteritis ab interpretibus tradita, quæ potius compendio quam ampliatio- ne mihi videntur egere.

Minus placet conclusio Zaf. vt culpa ignauia dolo non æquiparetur: latam enim culpam dolo æquiparari satis superque probatum fuit superius: nec quicquam obstat l. mulier. §. si heres. ff. ad Trebellia. vbi hanc culpam ab alia, quæ dolum refert, manifestè separari ait. quod ego posse elici non video: quinimo contrarium probatur in eadem lege. §. sed etenim. vbi Iuriconsultus idem sta-

Culpa ignauia dolo æquiparari contra Zaf.

tuit in culpa dolo proxima, & in lata: quod satis magnam arguit horum affinitatem. Et quod non fiat alia distinctio quoad effectum, refero verb. textus: Si quis rogetur restituere hereditatem, vel serui decesserint, vel alia res perierint, placet non cogi eum reddere, quod non habet: culpa planè rationem reddere debet, sed eius que dolo proxima est, sed si cum distrahere deberet, non fecit, lata culpa non leui, & rebus suis consueta negligentia, huiusmodi reiratione reddet, &c. videlicet culpa lata non leuis, & sic idem statuitur in lata, quod in ea, que dolo proxima est, vt sic interdum vocetur lata, interdum dolo proxima, vt ibi, & sæpius in iure probatur.

Et quamuis iniusta causa excuset à dolo, lege, igitur, §. potest. ff. de liber. causa: non tamen excusat à lata culpa, si magna fuerit negligentia, quæ in latam culpam & supinam ignorantiam cadat: nisi forte in casibus à iure expressis, vt dictum fuit.

Post nouam suam hanc doctrinam impugnat Zasius cõmunem culpæ diuisionem, sic dicens: Maius & minus diuersas non constituere species, per l. fin. ff. de fund. inst. cui Bal. assentitur in l. si qui ex consensu. col. 3. C. de episcop. audien. Dec. in c. bonæ. r. no. de appella. Soluti Bar. in l. si per illum tex. ff. de fund. inst. docens, maius & minus nõ differre quidè genere, sed specie sic. Si quidem optimum bonum est, quia in maiori minus inest, sicut species in genere, vt in l. vbi. ff. de verb. obliga. probatur in l. penul. §. duo genera tribuendæ muneris publici vacationis sunt, vnum plenius, cum & militiæ datur: aliud exiguum, cum nudam muneris vacationem acceperit. ff. de vaca. muner. vbi duo genera dicit, plenius & exiguum. Sic igitur maius & minus duo genera constituunt, id est species seu differentias, aut gradus.

Ita videmus seruitutes itineris, actus, & viæ non differre, nisi per plus & minus. plus siquidè continet actus quàm iter, & viæ quàm actus. l. i. ff. de feruitutib. rusticor. prædior. differunt nihilominus species, l. qui vsu fructuum. §. ff. de verb. obliga. vbi Bar. sed las. in l. i. nume. 7. ff. de acquir. possess. dicit plus & minus cõsistens in facto, puta in nau, quod vna sit alia maior, non inducere differentiam in specie, vt in l. i. fin. secus si differentia per plus & minus consistat in iure. nam tunc si diuersos producat effectus, diuersam constituit speciem, vt hic Iuris periti: quoq; aliquando speciem constituunt pro indiuiduis, & eam speciem vocant, vt Doct. notant in l. 2. ff. certum peti. l. 3. §. genera. ff. de acquir. possess. hoc probat Dec. in l. vna. nu. 13. col. 6. C. de senten. qua pro eo quod interest. & c. post celsionem. col. 2. de proba. Differunt igitur, nec latior culpa lata esse potest, nec lata leuis, nec ipsa leuis leuissima erit: quicquid dicat Zas. Diuersitas siquidem nominum inducit diuersitatem rerum, l. si idem. C. de codicill.

Adhæc inquit idem Zasius, si latissima culpa dolo verus est, latior præsumptus, quid latè culpe relinqueretur? Respondeo, latam culpam dolo comparari, & prope dolum & fraudem esse, vt in l. i. ff. si mentor fals. mod. dixer. & dolo proximam vocat Iurisconsultus in l. quæstum. §. illud. 2. ff. de precar. Aliud verò est dolum esse, aliud dolo comparari, quemadmodum alia lata culpa, alia latior est, d. l. quod Nerua. nempe latior, dolo est: nõ obest tex. in l. si cui. §. dolum. ff. vt in possess. legator. vbi is, qui mittitur in possessionem legatorum seruitorum causa, mitti debet in possessionem rerum hereditariarum, etiam si dolo malo deserint hereditaria esse. dolum accipimus (dicit ibi Iurisconsultus) etiam culpam latam, vt quis possit mitti in possessionem rerum hereditariarum, quas deserat quis

possidere lata culpa, quando hæc culpa vel dolo est commissus in necem legatorum, vt pote quia bonam partem bonorum heres deserat possidere: secus vbi minimam quandam rem, quæ parum legatariis præiudicet.

Ita nec leuis culpa dici potest leuissima, vt sentit Zas. Quamuis enim in actione pignoratitia veniat dolo & culpa, vt in cõmodato venit & custodia, non, vult propterea custodiam in pignoratitia præstandam, sicut in cõmodato, sed tantum dolum & culpam. & demus leuissimam etiam culpam in pignoratitia præstari, hoc veniet quidem ratione dictionis custodia, non autem quod leuis vocetur leuissima, sicque puto satis factum Zasio, nedum in his, sed in ceteris omnibus culpis, de quibus Iurisconsulti. quoniam sicut est culpa latior & grauior aliis, quæ vocatur dolo, ita quoque lata & supina quasi affectata isti similis: alia verò habita ratione ad istas duas leuis, alia etiã leuissima omnium culparum: quam distinctionem & Iurisconsultorum verbis depromptam sequi malo, quàm interpretum.

Aduertendum quoq; est, dolum esse duplicem bonum scilicet, qui dicitur quædam solertia, vel prudentia, quæ maximè in hoste vel latrone committitur, l. i. §. non fuit. ff. de dolo. c. afferre. de præsumptio. de qua Echylus ita inquit: *ἀνδρῶν ἀνδρίας ἢ ἀνοσῶν δῖος*, id est fraude iusta non abstinere deus. meminit Cælius antiquar. lectio. lib. 6. cap. 29. legitur quoque de Alexandro magno, dum patrem & filium simul homicidij reos in carceribus longo tempore detinisset, nec posset erui veritas, vter eorū homicidij perpetrasset, ambos ad patibulum duci iussisse, filiumque prius suspendi in presentia patris finxit. quod cum pater videret, nullum amplius remedium fore statim confessus fuit se homicidium perpetrasse: ex quo fuit laqueo suspensus, & liberatus filius ira solent aliquando iudices delinquentibus impunitatem delicti promittere, si libere confiteantur, ad eruendam scilicet ab eis veritatem, Hippol. singul. 177. malitias. nec putarem aliquo modo peccare eum, qui ex huiusmodi promissione reum fecisset. Quinimo vidi cautiore iudices mittere quosdam familiares in eosdè carceres, qui fingeret se eodem crimine irretitos, & cõmunem inuicem deplorando calamitatem, veritatem à delinquentibus eruerent. Idem si quis ad conuincendum hereticum, se eiusdem esse sectæ simulet. hæc inquam omnia doli esse boni censenda sunt: quem dolum cõmendat Gem. in cap. nos in quenquã. 2. q. 1. & refert las. in l. si mora. ff. soluto matrimon. in 3. no. post Archidia. in cap. vitæ. 23. q. vbi refert quoque, Alexandrum III. Pontificem maximum simoniaco nolenti crimen confiteri, suasisse, vt coram Cardinalibus in consistorio palam confiteretur, vt sibi tandem certissima venia daretur: quem sic postea confessum deposuit. Refert etiam Catellia. Cotra in 2. parte memorat. in verb. dolo. Sic gestum alias audiui à iudice Neumausen. cum inter transeundum duas reperisset mulieres de gallina contententes, eam accipiens, in liberam & patientem viam dimisit: gallina verò proprium agnoscendo domicilium, alterius mulieris domum petiit. Ex quo propriam eius esse gallinam iudicauit cuius primò domum petiisset: alteri mulieri perpetuum imponendo silentium. Alia infinita possunt excogitari pro negotiorum varietate, quæ bonum sapiunt dolum, quæ pro libito vobis effingenda relinquo.

Dolo verò malus delictum est, l. i. §. plane. ff. de tutel. & ratio. distrah. vbi primò dicit dolum, postea delictum, l. i. iuncta glo. in verb. crimine. ff. de fideiussor. tutor. glo. in l. i. §. si apud. i. de pos. Barba. in c.

Dolus alius sit verus, alius malus.
Dolus bonus.
De dolo qui à iudicib. adhibetur ad extorquendam veritatem.

Dolus malus, & eius definitio.

in c. vno. col. 2. illo tit. las. in §. item si quis in fraudem. num. 108. In tit. de actio. Sic autem definitur à Iurisconsulto: dolo est machinatio, seu calliditas, ad circumueniendum, fallendumq; alterum adhibita, l. i. §. dol. um. ff. de dolo, & in rubr. dicit de dolo malo, non simpliciter de dolo, eo quod doli mali ibidem, & non mali materiam declarat: & doli accipe pro malitia, id est calliditate & fallacia, quod raris circumscribendi alterius causam aliud agitur, atque agi simulatur, l. iuris gentium. §. dolo malo. ff. de pact. & dolo malo adiecto calliditatem notat prator. l. 3. ff. de seruo corrupto. Nec puto Bar. diuisionem necessariam, diuidentis in dolum verum & præsumptum, idque addentis in definitione doli. Postquam enim calliditas & malitia dolo inest, semper dicitur verus dolo: & quamuis dolo quidam probetur fortioribus indicibus aut cõiecturis, non ex hoc dicitur præsumptus: omnis quippe dolo indicibus probatur, l. dolum. C. de dolo. qua ratione igitur quiuis dolo dicendus foret præsumptus, & nullus verus. sed nec quidem vsquam repe-ri apud Iuriscon. dolum præsumptum. vulgaris quidem est rex. quem Bar. adducit, in l. si procurator. §. dolo. ff. manda. cuius verba sunt: dolo autem facere videtur, qui id quod potest restituere, non restituit. ff. manda. & l. dolo est, si quis nolit persequi, quod persequi potest: aut si quis nõ exegerit, quod exigere potest, aut soluere, quæ verba nescio quæ alium dolum quàm verum inducant. forte melius Bar. sententiã iuuat tex. in c. bona fides. de depof. sic dicens, bona fides abesse præsumitur: ergo dolo est præsumptus. Cui patet quoque responsum, quod præsumptio legis habetur pro veritate, itaq; si ius præsumat dolum esse, vel fingat aliquem dolo facere, hæc fictio pro veritate habenda est. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. ideo verus dicitur dolo: alioqui potius nominari deberet fictus, & vbiq; lex fingit, quod nomen non imponitur ex probationibus, nam si probem instrumentis non dicitur dolo instrumentorum. Quamobrem mihi consultus hic videtur sequi doctrinam Iurisconsulti, diuidentis dolum in bonum & malum, quemadmodum superius vidimus.

Nec in contrarium mouere nã potest vtilitas, quam suæ doctrinæ esse vult Bar. dicendo minorè à dolo præsumpto excusari, l. vbi. ff. de edendo, à dolo vero non. l. i. §. nuntiatio. ff. de oper. noui nãria. sed ego quidem in hoc dicerem dolum quendam aliter maiorem & grauiorè. grauius enim est procedere principem, aut patriam, quam hominem priuatum. constat in titul. ad legem Iul. maiesta. grauius esse occidere consiliarium, & reipub. vtilem, quam ignauum pecus, vt firmat Bal. in l. quæ fortuitis. col. 3. nu. 6. de pignora. actio. Et dolo non tantum est in eo, qui fallendi causa obscure loquitur, sed etiam qui insidiosè, & obscure dissimulat. p ea quæ notantur in l. ea. in fi. ff. de cõtrah. emptio.

Vnde concluderem minorè non excusari à dolo continente delictum non modicum. l. si ex causa. §. i. ff. de minor. potissimè vbi dolo est in facièdo, & cum facit quod & iure diuino vel gentium reprobatur est, vt in furto, homicidio, ceterisque delictis similibus, siquidem cum deus optim. maximus hoc prohibuerit, scire debuit non esse faciendum. Veruntamen cum in minore non sit tantus dolo, ac est in maiore, iudicis erit partes pro qualitate delicti mitiorem infligere pœnam minori. vt in toto titul. de delict. pueror. & in l. aut facta. ff. de pœnis.

Si verò dolo grauis non sit, sed tantum lata culpa, in eo quod à iure reprobatur est, tunc minorè excusari posse iudex arbitrabitur: vt si minor non exhibeat ad iudicis præceptum, l. vbi. ff. de edendo:

Dolus alius sit verus, alius malus.

Minorem quis dolo excuset, & quis non.

vel cum posset confiteri, vt dupli pœnam euitaret, negare maluit, in hoc restituendum asserit Vlpia. in d. l. si ex causa. §. i. ff. de minor. siquidè hoc iure ciuili improbarum est, in l. contra negantem. C. ad legem Aquil. §. ex maleficiis. In tit. de actio. quod ius ignorare potuit minor, cum nesciat, aut scire præsumatur. l. si. ff. de iuris & fact. ignoran. las. in l. i. §. nuntiatio. num. 106. ff. de noui oper. nuntia. Et præsertim in criminibus, in quibus probationes debent esse luce meridiana clariore. l. fin. C. de proba. hic dolo haud præsumeretur, hoc addito quod dolo in dubio non præsumitur. i. merito. ff. pro socio. ideo qui illum allegat, probare debet, l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. sed pupillum intelligit Vlpia. qui doli capax non est: ceterum si iam doli capax sit, contra erit: ergo de dolo teneri pupillum etiam tutoris, si tutor soluendo sit, affirmat in l. i. §. hoc edicto. ff. ne vis fiat ei. ideoque si pupillus quicquam admiserit, quod mereatur restitutionem, restituet quidem eum princeps, at sine præuia restitutione tenebitur sicut alius, habita ætatis ratione.

Ad hæc non placet dictum Bar. concludentis, latam culpam non inducere malam fidem: quia in cõfacit, quod paria sunt intelligere, vel intelligere debere. l. idem iuris. §. i. ff. ad leg. Aquil. l. quod sit. ff. certum peti. ne melioris scilicet cõditionis sit solidus non intelligens, quàm peritus. l. 3. in fi. cum l. seq. ff. quod vi aut clam. neque commento fraudis quicquam vsurper legis illatio. l. quemadmodum. C. de agricol. & censu. lib. 11. facit text. iuncta glo. in l. i. C. de fid. instrumen. lib. 10. nec obest d. §. scire. l. sed & si lege. ff. de petitio. heredita. vbi error iuris non est lata culpa in eo, qui non tenetur scire: quemadmodum e contra scire tenetur magistratus, professor seu aduocatus, vt pote quibus turpe est ignorare ius, in quo versantur, l. 2. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. potissimè iuris communes regulas: at specialium & singularium, non: quia admittitur etiam in his & excusatur ignorantia, l. quod te. vbi doct. ff. si certum peti. l. illicitas. §. sicut. ff. de offic. præsid. l. i. si mentor. scientia verò & affectata ignorantia æquiparatur, c. 2. iuncta glo. de temporib. ordinand. in 6. & in clem. vna. de consanguinita. nec quidem esse potest in bona fide, qui ignorat quod omnes sciunt, l. si fur. §. i. ff. de vsucapio. sicque non lucrabitur fructus, qui est in huiusmodi lata culpa. minus iuuat Bar. §. scire. nam postquam abest bona fides, non lucratur fructus, vt scripsi in l. bona fidei. supra eod.

Sed redeundo ad dolum malum, dolo quidam malus est dans causam & initium contractui bona fidei, & hic reddit talem contractum nullum: vt pote cum non alias esses tuam domum venditurus, tibi dolo persuasi hostes pro foribus esse: quamobrem inductus eam vendidisti mihi vili pretio. Contractum hunc esse ipso iure nullum probat l. & eleganter. ff. de dolo. etiam si iuramentum de eo seruado interuenit. Bertrand. consi. 98. vidi in l. vol. secundo no. editionem, etiam si non fuerit deceptio vltra mediam iusti pretij: quia dolo excludit consensum, cum sit contra bonam fidem, quæ in contractibus bona fidei maxime debet exuberare, §. actionum. In tit. de actio. dixi plenius in tract. de rescissio contract. in secundo tomo constit. Regiar. Gallicar.

Alius dolo vocatur incidens in contractum: vt pote eam quidem venditurus fundum, sed non tam cito aut non tam vili demum tuâ inasione consilioque illum minoris tibi vendidi. agam ad rescissionem: quippe non est nullus ipso iure contractus, cum non interuenit dolo circa substantiam contractus, l. si quis cum aliter. ff. de verbor. obligat.

Pupillus quando & de dolo tutoris teneatur.

Latam culpam inducere malam fidem contra Bart.

Bona fides vbi abest, nõ lucratur qd fructus.

Dolus malus duplex. Dolus dans causam contractui.

Dolus incidens in contractum.

Maius & minus an diuersas cõstituunt species.
Culpa diuino communis defensio contra Zas.

Scripti in-
vis contra-
ctus dolo
non rescin-
dit.

oblig. in contractibus verò stricti iuris idè est, siue
dolos dederit causam contractui, siue incidit in
eum, vt neutro casu dolo annullet cōtractum,
l. si dolo. C. de contrah. stipula.

Quod prodest: nempe quo tenet contractus,
possessor habet titulu ex quo lucratur fructus vsq;
ad litem contestatam, l. certum. & l. si fundum. C.
de rei vindica. sed quando cōtractus est nullus ex
nullo titulo possidens non lucratur fructus: quare
condemmandus est ad illorum restitutionē ex die
contractus, l. cum fundus. ff. si certum peti. hoc fir-
mat Pantha. Calder. in præfa. ad l. 2. C. de rescind.
venditio.

Praxis in
cōtractibus
rescindend.
dit.

Et quāvis in iure summa sit differentia an con-
tractus sit ipso iure nullus, vel an quidem valeat,
sed sit rescindendus: nempe quia primo casu dun-
taxat agebatur ad declarandum præstatum contra-
ctum nullum, altero verò casu princeps ad eundem
erat, vt rescinderet huiusmodi contractum: tamen
hodie indistinctè in Regno sine contractus sit nul-
lus siue annullandus, princeps ad eundem est pro re-
scissione. arg. l. itaq; ff. de fidei cōmissar. liberta. So-
lemus ergo literas im petrare a rege, seu ab eius Cā-
cellaria, in quibus factò narrato contractum an-
nullari, seu vt rescindatur, saltē quatenus de facto
proceffit petimus, & quod literæ contractus cassæ
& nullæ reddatur: solentq; rei condemnari ad resti-
tuendū fructus solum a tempore litis cōtestatæ, &
non antea, vt vidi sæpius iudicari in hac patria: quæ
praxis excusari potest per glo. no. in l. & eleganter.
ff. de dolo. in verb. nullam. vbi venditio est nulla si
actor velit: ergo antea emptor est in bonafide, fru-
ctusque lucrari potest. facit gloss. in l. si dolo. C. de
rescind. venditio. in verb. rescindi iubebit. quas se-
quitur Felin. in c. dilectus. 2. col. 5. de rescrip. Igitur
nisi venditor vel alius deceptus agat, nō censetur
velle contractum rescindi, vel nullum pronuntia-
ri, & eatenus excusabitur emptor vel possessor rei
quoad fructus. Et ita feruatur in Francia, quicquid
in contrarium ex iuris scripti dispositione decidat
iuris interpretes.

Doli nomi-
ne simplici
ver prolata,
in Gallia
qd nocetur,
iudices in
quib. casib.
litem suam
faciunt.

Adhæc notandū est, doli simpliciter prolata ap-
pellatione, ex cōmuni vsu loquendi Franciæ, doli
malum intelligi. vnde si quis dicat se deceptum do-
lo. Gallicè par dol, intelligemus de dolo malo. nec
enim alias solemus lingua vulgari exprimere ma-
lum, sed tantum doli. Cum igitur dicimus iudices
in hoc Regno litem suam facere, & cōueniendos
in tribus tantum casibus, videlicet cum dolo, frau-
de, vel per concussionem quidpiam admiserint,
dolum intelligimus malum, l. si filiusfamil. cum l.
seq. ff. de iudic. nam admissum per dolum bonum
laudatur, & non punitur. sic de veneno dicimus in
l. qui venenum. infra eod. A iure quoq; sæpius do-
lus simpliciter expressus intelligitur de malo. l. fin.
de eo per quem factum erit. l. si procuratorem. §.
dolo. & l. dolo. ff. nōanda. & in finit. aliis iuribus.

Quomodo
propter rei
deteriorati-
onē contra-
hentes tene-
antur.

His præmissis iam dicendū est quomodo pro-
pter rei deteriorationem seu destructionē contra-
hentes teneantur: qua in re prætermisissis interpre-
tum verbosis cōmentariis, qua breuitate potero
de promam ex visceribus Iuriscōsultorum breue
totius materiæ cōpendium, distinguendo tres cas-
sus: nempe aut contractus sit dantis, aut accipien-
tis gratia, aut vtriusque. hanc doctrinam docet Iu-
riscons. in l. si vt certo. §. nunc videndum. cum seq.
& l. in rebus. ff. commoda.

Depositari-
us ad quid
teneatur.

Ad primum igitur casum descendendo, contra-
ctus qui gratia dantis fiunt, vel eius mera liberali-
tate, dolum recipiunt, & culpam dolo proximam:
vt depositum & precarium. l. contractus. de regul.
iur. de deposito probat Iurisc. in l. 1. §. si vestimenta
seruanda dem custodienda balneario, dolum dun-

taxat præstare debet. ff. depositi. & §. in conducto.
ibidem.

Ratio est, quia nulla versatur vtilitas eius apud
quem res deponitur, & ideo meritò solus dolo
præstat. d. §. nunc videndum. & non tantum præ-
teritus dolo venit in actionem depositi, sed etiā
futurus, id est post litem contestatam. §. non tantū.
ibidem. daturque hæc actio depositi in herede ex
dolo defuncti in solidum, l. si hominem. ibidem.

Verum de dolo tantum suo tenetur deposita-
rius, non de dolo alterius, l. si is apud. ff. de pos. Quo-
dolum si semel admiserit, putā rem depositam vē-
dendo, licet eam postea redemerit, sufficere ad con-
uincendum eum de dolo, quem semel adhibuit,
l. 1. §. si rem. depositi. idè si fuerit vsus re deposita,
vt de dolo teneatur, quamuis non alium dolum
admiserit, l. qui furtum. ff. de conduct. furt. l. 3. & se-
quen. ff. de pos.

Dolo facere videtur is qui reposcenti rem non
reddidit, vel re perempta pretium, l. 1. §. est autem. &
§. fin. ibidem: vel si rem illam vendiderit deposita-
rius, vel pignori dederit. §. si rem. 1. ibidè: aut si res
deposita deterior reddatur. §. si res. de pos. aut si re
depositam consumpsit, §. si rem. 2. idem si re de-
posita præter domini voluntatem vtatur. §. furtū
autem. quib. mod. re contrah. obliga. in Insti. l. si
sacculum. ff. depositi. & si rebus suis saluis res de-
positæ pereant. l. quod Nerua. ibidem. & c. fin. illo
tit. & generaliter is dolum cōmittere videtur qui
in rei depositæ perniciem animo fraudulento quic-
quam committit, vt in §. filiusfamil. ibid.

Latam culpam depositarius etiam præstat, l. 1.
C. depositi. & l. 1. §. is quoque. de actio. & obliga.
veluti si librum depositum apertum sub dio reli-
querit, & pluuia eum corruperit. nam scire debe-
bat papyrum labefactari aqua. quod si nescire fe-
dicat, lata culpa est ignorare quod omnes intel-
ligunt.

Diligentiam quoque tenetur depositarius præ-
stare, qualè in suis rebus, d. l. quod Nerua. alioqui
fraude non caret, vt ibi Celsus ostendit: non ex-
actam.

Et sic notandum est diligentiam in aliquibus con-
tractibus præstādam maiorem, quam in aliis. nam
in contractibus qui solius accipientis gratia fiunt,
vt commodato, exactam diligentiam præstabit
accipiens: nempe quia gratia & vtilitate eius fit, d.
§. nunc videndum. & talem diligentiam iustissi-
mus paterfamil. adhiberet. l. in rebus. ff. commoda.
in deposito secus, quia nullam vtilitatem recipit
accipiens, sed tantum dantis gratia fit: ob id non
aliam præstabit diligentiam quam in rebus suis, d.
l. quod Nerua. quam non vocant proprie Iuriscō-
sul. diligentiam. At vbi statuunt diligentiam esse præ-
standam, intelligunt de illa quam diligens paterfa-
mil. præstaret, & diligentissimus, vt quando fit gra-
tia accipientis, l. in cōmodato. §. nunc videndum. &
l. in rebus. commoda. & ita volunt iuris interpretes
de culpa leuissima teneri, de qua Vlpia. scribit in le-
ge Aquilia, dicens, leuissimam culpam venire vt
quociens sciente domino seruus vulnerat vel occi-
dit, Aquilia teneatur dominus. l. in lege. ff. ad legē
Aquil. vbi glo. dicit, nisi in duobus casibus, vt in l.
si purator. ibidem, & l. liber homo. §. 1. de acquir.
rerum domi. sed hallucinari videtur. nam in lege
Aquilia regulariter venit dolo & culpa, d. l. si pu-
rator. sed in his duobus casibus venit & leuissi-
ma, videlicet quando sciente domino seruus vul-
nerat vel occidit. vbi scientia pro patientia accipi-
mus, vt qui prohibere potuerit, teneatur si nō pro-
hibuerit, l. scientia. ibid. videt Bal. cons. 463. statuto.
in 3. vol. quod est repetitum cons. 436. statuto. in
5. vol. Socin. cōf. 54. vifa. in fi. vol. 4. Qualiter vero
iudices

Dolum tan-
tū præstat
depositari-
us.

De dolo tā-
tū suo tene-
tur deposi-
tarius.

Dolo facere
quando præ-
dicatur de
positarius.

Depositari-
us latam
culpam præ-
stat.

Depositari-
us qualè
diligentiam
præstare de-
beat.
In commo-
dato cur
exactissi-
ma diligen-
tia præsta-
ri dicatur.

In lege A-
quilia do-
lus & cul-
pa regula-
riter venit.

Culpam
quādo præ-
stat deposi-
tarius.

indices negligentes teneantur, docet Paris de Pu-
tco in tract. Syndica. in verb. negligentia. in 2. par-
te post Bal. in d. l. quæ fortuitis.

Culpam etiam depositarius præstat, quādo rei
depositæ custodiendæ vltro se obrulit & sua gegli-
gentia res perit, aut deterior fuit reddita, d. l. 1. §.
sæpe. nam alius forte melius custodiuisset, penes
quem deposuisset, ni ipse se obrulisset: & quia
se ingessit suspectus est, l. quæ omnia. §. fin. ff. de
procurator. alias quippe dominus ei nō commi-
sisset, l. si seruus communis. §. circa. ff. de fur. idem
in cōmodato decidit. tex. in l. si vt certo. §. interdū.
ff. commoda. quem tex. no. Angel. in §. item is cui.
quib. mod. re contrah. obliga. in Insti. contra offe-
rentes suam custodiam & diligentiam.

Idem si depositarius mercedem capiat pro rei
custodia, l. 2. §. Si in re deposita. ff. vi bonor. raptor.
nempe eo casu vtriusque vtilitas versatur: idè que
transit in contractū locati & conducti. l. 1. §. seruū.
ibidem, qui gratia vtriusque fit.

Idem erit si ex conuentione culpa promissa sit.
ex conuentione enim partium contractus legem
accipiunt, l. 1. §. si cōueniat. ff. depositi. & l. contra-
ctus. de regul. iur.

Igitur in præstatis casibus si negligenter se habue-
rit depositarius, vt res deposita sua negligentia vel
perierit vel deterior facta fuerit, tenebitur ipse ex
sua negligentia, & culpa: forte si mures roserint ve-
stimenta deposita, l. item quaeritur. §. si fullo. ff. lo-
ca. Alias regulariter non tenetur ob culpam & neg-
ligentiam, nisi fuerit enormis. Diligentiam quippe
maiorē non debet in rebus depositis quā in suis.

In preca-
rio quid
præstat, si
perierit,
aut deteri-
us factū sit.
Precarium
quid.
Precarium
à cōmoda-
to quid dif-
ferat.

Precarium autē quamuis gratia accipiētis fiat,
tamē quia ex mera concedentis liberalitate profi-
ciscitur, non recipit nisi dolum, l. quæ situm. §. illud
ff. de precar. Est enim precariū quod precibus pe-
tenti vtendum conceditur, tandiu quādiu is qui
concessit patitur, quod genus liberalitatis ex iure-
genium descendit, l. 1. ibid. est enim æquum tādū
te liberalitate in ea vtī, quādiu ego velim & obi-
sima reuocare cum mutauero voluntatem, l. 2. ibi-
dem. vnde si videam eum cui precario dedi perpe-
ram vtī re mea, potero reuocare precarium: si non
reuocauerim imputari mihi debet liberalitas mea,
d. §. illud. diuersum est in cōmodato, quod non ni-
si vsu expleto reuocari potest, l. in cōmodato. §. si-
cut. ff. commoda. idè cōmodatarius etiam exa-
ctissimam diligentiam præstat, d. §. nunc videndum.

De natura
precarij.

Et quamuis cōmodatum mera liberalitate ab
initio fiat, tamen postea ex legis dispositione ne-
cessè habet vtendum relinquere cōmodans, quon-
usque vsus expletus fuerit. in hoc ergo grauatur, in
alio releuatur, vt cōmodatarius etiam culpam præ-
stet, l. eum qui. de iureiurand. imò non valeret con-
uentio vt precarium reuocari non possit, nisi tali
tempore: quia nulla est vis conuentionis vt rem
alienā inuito domino possidere liceat, l. cum pre-
cario. ibid. non possit tamen concedens precario,
cum evidenti detrimento accipientis precarium
reuocare: sicut de cōmodato & mutuo docet Bar.
in l. si penam. ff. de verb. oblig. vnde cum aliquis
mercator voluisset reuocare precarium tempore
nuptiarum filie accipientis, nō fuit ei permissum,
nisi nuptiis perfectis, & reuocari precarium nō po-
test per vim & propria auctoritate, si accipiens re-
sistat: sed ad eundem est iudex: alioqui incidere in
penam sic vim committens. l. si quis fundum. C.
de vi public. Barba. in cap. si. de preca. & Pyrrhus in
d. l. contractus.

Custodia
aduersus
vim parū
proficit.

Casus tamen fortuiti præstari non solent, quia
eos nullum hominum cōsiliū præuidere potest,
l. 2. §. si eo tempore. ff. de administra. rerum de ci-
ui. pertinen. l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. &

c. fin. de homicid. & illis infirmitas humana resi-
stere non potest, l. 1. §. is vero. de oblig. l. in rebus.
cōmoda. & l. ex conducto. §. 1. loca. & custodia ad-
uersus vim parum proficit, l. si ea res. ff. de actio.
emp. l. sed de damno. locati.

Res fortuito casu perire dicitur, quando sene-
ctute, morbo, morte, aut rapina corrupta aut per-
empta est, d. l. si vt certo. §. quod vero senectute.
cōmoda. & idem si incurfu hostium, piratarum,
insidiis, naufragio, ruina, incendio ve consumpra
sit, l. in rebus. ibidè, & l. 1. §. is verò, de obliga. l. in-
terdum. de indic. de incendio dicunt esse verum,
quādo ab aliquo inimico est factum, vel pronenit
ex domo vicina, l. si quis fumo. ff. ad legem Aquil.
alioqui culpa habitantium plerunque fit, l. 4. ff. de
offic. præf. vigil.

Idem si chastate res perierint, l. verum. §. si lo-
cupleti. ff. de minor. vel vi fluminis, graculorum,
sturnorum, aut vredine seu gelu. l. ex conducto. §.
si vis. ff. loca.

Idem si latronum incurfu. §. item is cui. quib.
mod. re contra. obliga. in Insti. sed an furtum di-
catur casu fortuito fieri, tradit Barb. cons. 33. illu-
strissime. in 1. vol. & las. cons. 42. in præfenti. col. 2.
vol. 1. vbi dicunt tunc dici casum fortuitum, quan-
do à persona fit domestica, de qua aliquis non cogi-
tabat. l. fin. ff. nauæ, caupo. vel quando fit per ef-
fracturam ostij, vel fenestrarum, & allegant l. eum
qui. ff. de furt. Idem si aliud damnnum fatale contig-
erit, l. si vt certo. §. proinde. commoda.

Multotiens tamen tenetur quis etiam de fortui-
tis casibus, vt potest si ita conuentum sit, l. 1. §. sæpe.
depos. c. vno. de commoda.

Et nisi quis aliquos casus exprimat nominatim
non valet generalis renuntiatio casuum, l. sed & si
quis. §. quæ situm. ff. si quis cautio. tamen aliquibus
enumeratis, valebit generalis conuentionio, quo etiā
ad non expressos, vt Panor. & alij firmāt in c. vno,
de cōmoda. quia idem de similibus iudicium fieri
debet, l. non possunt. ff. de legib.

Item casum præstat is qui sua gratia recipit pe-
cuniam depositam vt ea vtatur, in l. si quis. ff. si cer-
tum peti. vel quando culpa præcessit casum, l. si
in Asia. in fin. de pos. aut mora, c. vno. de commo-
da. & c. fin. de de pos. glo. in d. c. sæpe. extra hos cas-
sus non tenetur depositarius, commodatarius aut
alius, si res pereat casu fortuito, nisi res fuisset æsti-
mata, l. si vt certo. §. commodatarius. ff. commoda.
de casu scripti in l. cum quærebatur. infra eod.

Secundus casus est quando contractus fit tan-
tū gratia accipientis. tunc enim dolum & culpā
ac diligentiam præstare debet contrahens, vt in cō-
modato patet, in l. si vt certo. §. nunc videndum. &
§. seq. ff. commoda.

Ratio est quare præstat culpam & diligentiam,
quia concedens nullam vtilitatem consequitur, l. si
seruus cōmunis. §. circa. de furt. idè is qui vtilita-
tem rei habet, non solum non debet neque quā ma-
litosè moliri in rei perniciem, sed etiam illam nō
debet negligere: imò debet diligenter eam custodi-
re, ne res sibi cōmodata pereat, aut sua culpa de-
terior fiat: alioqui tenetur, si diligentior vel diligen-
tissimus illam rem custodiuisset, l. in rebus. ff. com-
mod. & hanc diligentiam leuissimam culpam vocat
Papa in c. vno. de commod.

Quæ superius dicta sunt habent locum in actio-
nibus directis, videlicet quando deponens rem de-
positā repetit, vel cōmodator rem suam, secus in
contrariis: vt si deponens non mouit deposita-
rium vt caueret ab equo recalcitrante, vel à iure ser-
uo, quem deponebat, & damnū euenerit per equū,
aut seruū, is tenebitur culpam præstare, quod nō
fuerit diligentior circa monendum qualem seruū
deponeret.

Res fortui-
to casu peri-
re quomodo
dicatur.

In precario
ex fortuitis
casibus etiā
quis tenetur
si ita conue-
nerit.

Commoda-
tarius cul-
pam & di-
ligentiam
præstare de-
bet.

In actione
depositi cō-
traria quid
præstat.

deponeret. text. in l. si feruus communis. §. idque euidentiuss. ff. de furt. vbi addit Iurifcon. rationem: quia non debet officium suum alicui damnosum esse, sed culpa eorum quorum causa contrahitur damnosa esse debet illis.

In actione comodati contraria, comodans vltra doli, si equus comodatus damnus dedit, non tenetur, nec vltra equi aut ferui pretium, quia nulla vtilitas comodantis interuenit, tex. in d. l. si feruus. §. circa comodatum. facit l. in rebus. §. item qui sciens. ff. comoda. licet interpretes dicant in actionibus contrariis leuissimam culpam praestandam: quod (salua eorum pace dixerim) non est verum.

Tertius casus est in contractibus qui gratia vtriusque est contrahentis celebrantur: & tunc praestandus est dolum, culpa & diligentia, vt in mandato, commodato, vendito, pignoris accepto, locato, dotis datione, tutela, & negotiorum gesto. l. contractus. ff. de regulis iur. Societas vero & rerum comunio dolum & culpam recipit, d. l. contractus.

Itaque si mandatarius gratia vtriusque fiat, mandatarius dolum commissum praestabit, si soluendo sit: vt si per collusionem procuratoris absolutus fuerit aduersarius, l. si procuratorem. §. i. ff. manda. vel si non prouocauerit condemnatus, vel si rem emptam meo nomine restituere denegat. §. si ignorantes. & §. seq. vbi etiam dicit teneri oblatam culpam, si ex gratia rem quam ei mandaueram emere, neglexerit, etiam quod leuem negligentiam tenetur mandatarius, si feruus aufugit, ibi, si dolum non interuenit, nec culpa, non teneberis: ergo a contrario si interuenit, teneberis.

Diligentiam etiam mandatarius praestat in negotiis in quibus requiritur: vnde si madem vt soluas Titio, nulla est ibi diligentia. nam an per te vel alium soluas, nihil mea interest, l. si remunerandi. §. si filiosam. ff. manda. interest tamen si Titius pupillus sit, vt cum auctoritate iudicis vel tutoris soluas, vt consequar liberationem plenam, vt dicit glo. in l. ait prator. §. permittitur. ff. de minor. ideo & diligentia hoc casu praestanda erit, & vbi est necessaria: & sic intelligi debet l. si fideiussor. l. ibid.

Si vero mandatarius sit passus damnus, illud contrario iudicio praestare mandans tenetur, & iustissime allegare mandatarius potest, non fuisse se id damnus passurum si illud mandatatum non suscepisset, ait Iurifcon. in l. si feruus comunis. §. quod vero. ff. de furt. ideo ad diligentiam etiam tenetur, & vt nostri dicunt, ad leuissimam culpam, d. l. a procuratore. vbi omnis culpa praestari debet. facit l. si vero non remunerandi. §. contrario iudicio. ff. mand.

Idem in comodato dicendum est, quando gratia vtriusque sit: alioqui seruari oportet que superius docuimus, quando gratia comodatarij fit: si autem comodantis gratia, vt si quis suae vxori quo honestius culta ad se deduceretur, torques vel alia comodaauerit, l. si vt certo. §. interdum. ff. comoda. & eo casu vxor vel alius depositarius dolum praestabit, sicut in deposito, vt ibi docet rex.

Mandatam ad negotia dolum & culpam recipit: in mandato vero ad lites, quia industriam maiorem exigit, diligentiam omnem praestabit mandatarius, l. in re mandata. & l. a procuratore. C. manda. & maxime omnem culpam praestat procurator, quia mercedem accipit, & accipiendo causam, videtur promittere talem diligentiam praestaturum & industriam qualis alius procurator praestare potuisset: ideo tenetur, vt docet Bar. in l. i. manda. & doc. in d. l. a procuratore. Soci. consil. 149. in causa. in princ. vol. i.

In venditione dolum, culpa & diligentia praestatur, in d. lege, contractus: vnde si equus tibi vendi-

tus perierit, quicquid sine dolo culpa venditoris acciderit, in eo venditor securus est, §. cum autem. de emptio. & vendi. talis itaque custodia desideranda est a venditore, qualem bonus paterfam. suis rebus adhiberet, l. quod saepe. §. si res vendita. ff. de contra. emp. vnde talem custodiam venditor praestare debet, quam praestant hi quibus res comodata est, vt & diligentiam praestare teneatur exactiorem quam in suis rebus adhiberet, l. 3. ff. de peric. & com. rei vendi. sunt qui velint exactissimam diligentiam requiri, sicut in comodato, quod non est mihi ex sententia: nam d. l. 3. non dicit talem diligentiam praestandam qualem in comodato, sed quam praestant hi quibus res est comodata: & postea eluciddat, vt videlicet talem diligentiam praestet venditor qualem in rebus suis, & magis exactam quam in suis rebus: sed non talem praestabit diligentiam qualem diligentissimus paterfam. praestare est solitus, sicut comodatarius, l. in reb. ff. com. mod. & sic debet intelligi ille rex. quicquid iurij interpretes in contrarium iacent. & hoc videtur probare l. eum qui. §. i. ff. de furt. vbi custodiam praestat venditor, si ius dicam in meis non interpret.

Tenetur creditor accipiens pignus, si quid doli in eo commiserit, vel si culpa sua in eo quid acciderit, l. si cum venderet. §. fin. de pigno. act. ff. per que tex. licet quidam interpretes intelligant etiam venire diligentiam, & vt dicit leuissimam culpam, sicut in comodato, tamen (salua pace eorum) ille rex. non hoc dicit, sed punctus diuersam reddit ad illum tex. sententiam, quem transcribam sic: venit autem in hac actione & dolum & culpa, vt in comodato: venit & custodia: vis maior non venit, tria ergo ibi dicuntur, primu vt in actione pignoratitia veniat dolum & culpa: secundo quod in comodato venit custodia: tertio quod vis maior, id est casus fortuitus, non venit in actione pignoratitia, sed quae diligentia in rebus pignoratit praestetur ibi dicitur, vt sequitur: ea igitur quae diligens paterfamilias in suis rebus praestare solet, a creditore exiguntur, ergo si diligens non fuit creditore in re pignorata, sicut paterfamilias diligens in suis rebus, tenetur: si autem non fuit tam diligens quam diligentissimus paterfamilias, non tenebitur, sicut in re comodata tenetur, d. l. in rebus. & sic debet intelligi ille rex. vt dixi supra. vide l. tertia, de peric. & com. rei vendi. l. prator ait. §. est praeterea. de bonis aucto. iudic. possidend. dicam in meis interpretata.

In locatione quauis doc. dicant praestandam culpam leuem tantum, & quidam leuissimam, per l. i. merces. §. qui columnam. ff. loca. tamen nos dicemus per d. l. contractus. venire & culpam & diligentiam: adeo quod si diligens paterfam. illam rem custodisset, vt etiam locator vel conductor teneatur: & ita conciliantur ambae sententiae: & hoc probatur in d. l. contractus. & in lege, in iudicio. C. loca. vbi contractus locationis recipit culpam & diligentiam. & in quibusdam casibus maior diligentia exigitur, quam in aliis, & maxime in artificibus & magistris cum quibus contrahitur: quia culpa est illis se immiscerere ei ad se non pertinenti, per regul. iuris: & quia exercendo illud artificium videtur se afferere peritos in arte in qua versantur, l. i. ff. si mentor falsum mod. dixerit: ob id tenetur, vide Corne. consil. l. ns. videtur. in i. vol.

In dote cum gratia vtriusque celebratur, dolum praestat maritus & culpam, l. etiam. §. fin. ff. soluto marri. & paulus scribit: in rebus dotalibus virum praestare oportet tam dolum quam culpam, quia causa sua dotem accepit: sed etiam diligentiam praestabit, quam in suis rebus exhibet. l. in rebus. ff. de iure dorum. idem dicitur d. lege contractus. etiam dicunt

Ad l. 3. de perso. & comm. rei vend.

Creditor pignore accipit, in quo teneatur. Ad. si cum venderet. §. fin. de pigno. act.

In locatione quae praestatur.

In rebus dotalibus quae praestatur.

dicunt interpretes non venire culpam leuissimam in omittendo, sed in faciendo sic, per legem, in lege Aquilia. 2. ff. ad legem Aquil. ego dico venire culpam & diligentiam suam: in omittendo, vt dicunt, consistat, sicut in committendo. vnde maritus qui negligens in re dotali fuerit, tenebitur, per d. legem, contractus. non tenetur tamen maiorem in his rebus diligentiam quam in suis praestare. imo Pomp. ait maritum non posse pascisci vt dolum solum modo in dote praestet, videlicet propter vtilitatem nubentium, in l. Pomp. i. ff. de pact. dotal. & si maritus in suos seruos natura factus sit, adhuc dicendum est immoderatam eius fauitam coercendam, quamuis enim diligentiam eam vxor demum ab eo exigit quam rebus suis exhibet, nec plus possit: attamen fauita quae in propriis culpanda est, in alienis coercenda est, si constante. §. si maritus. ff. solut. matr.

Tutor doli nomine ac culpam conuenitur, d. lege, contractus. vnde quicquid tutoris dolo, vel lata culpa, aut leui, seu curatoris minore amiserit, vel cum possint non quaesierit, hoc in tutela iudicium venire non est incertum, l. quicquid. C. arbit. tutel. requiritur etiam vt diligentiam praestet, videlicet vt rationes actus sui conficiat, & reddat. l. i. §. offic. ff. de tutel. & ratio. distrah. l. impuberibus. de susce. tutor. l. i. consil. 14. nobilis. in 3. vol.

Limitatur in praedii comparandis, in quibus solus cum culpa dolo proxima praestatur, in l. tutor qui. §. competit. ff. de administratione tutor. vbi sic dicitur: Competit aduersus tutores tutela actio, si male contraxerunt, hoc est si praedia comparauerint non idonea per sordes aut gratiam, quid ergo si non fordide neque gratiose, sed non bonam conditionem elegerint: recte quis dixerit solam latam negligentiam eos praestare in hac parte debere: quod si postea non soluendo debitores fuerint effecti, doli & latae culpa nomine obligabuntur, in l. nomina. C. arbit. tutel. per doct. in l. periculum. ff. si certum petatur.

Negotiorum gestor dolum, culpam & negligentiam praestare debet in rebus quas gerit, vt docet Iurifcon. in d. l. contractus. tum quia operam suam vltro offert, & alius eo forte diligentior gerere potuisset: non tamen exactam diligentiam praestabit alioqui nullus aliena negotia gerere vellet, l. tutori. C. de neg. gest. l. si negotia. ff. de nego. gest. nisi certum esset alium diligentiorum administraturam: & in aliquibus casibus ad exactissimam etiam diligentiam rationem praestabit. §. igitur. de obligationibus quae ex quasi contractu nascuntur, in Instit.

Societas & rerum comunio dolum & culpam recipiunt, d. l. contractus. differt tamen societas a comunione: quia societas fere vel partiu conuentione procedit, l. societatem. ff. pro socio. rerum vero comunio fit sine conuentione, vbi res data legatave duobus est, & inter eos est illius rei vel reru comunio, l. 2. ff. comun. diuidun. Societatem etiam cum contrahimus, in rerum comunione incidimus, l. heredes. §. non tutum. ff. familiae ercif. vbi dicitur societatem consensu fieri: res vero facit rerum comunione.

Vnde socius socio etiam nomine culpe tenetur, id est de fiducia aut negligentia: culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est. sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere qualem suis rebus quis adhibere solet: quia qui parum diligentem socium sibi acquirit, de se queri debet, l. socius socio. ff. pro socio. & §. fin. illo tit. in Instit. ob id tex. in d. l. contractus. dicit in contractibus gratia vtriusque celebratur requiri diligentiam maiorem, videlicet quam in suis rebus adhibuisset, & qualem paterfam. diligens adhiberet, sed in his duobus text. non requiritur diligentiam, sed vt

quis culpa praestet, tum quia imputari socio debet qui talem elegit, tum etiam quia per iudicium comuni diuidendo res communis poterat diuidi. ergo imputetur ei qui diuisionem non petit. ideo sola culpa post dolum praestatur. Idem in herede dicimus, vt dolum & culpam in re hereditaria praestare debeat: quoniam (vt ait Iurifconsult. cum coherede non contrahimus, sed incidimus in eum: non tamen talem diligentiam praestare debet coheres, qualem diligens paterfam. quoniam hic propter suam partem causam habuit gerendi: & ideo negotiorum gestorum ei actio non competit. talem igitur diligentiam praestare debet qualem in suis rebus, l. heredes. §. non tantum. ff. familiae ercif.

Notandum est quod Iurifconsult. quando volunt vt damnus sarcinatur in re praestitum dolo vel culpa, dicunt damnus praestet, vel culpam, aut exhibeat, l. in comodato. §. nunc videndum. & seq. ff. manda. lege. quae situm. §. illud. de praecar. vel debet culpam, id est quod interpretes dicunt, tenetur de culpa, l. prator ait. §. est praeterea. ff. de bonis aucto. iud. possiden. vel quando capiunt Iurifconsult. naturam declarare contractus, dicunt dolum & culpam venire in emptionem & venditionem, seu in rei restitutionem: adeo vt restituens rem tenetur doli nomine vel culpa, si quid commissum est dolo vel culpa. d. l. quaesitum. §. si in seruente. de preca. vel contractus emptionis, locati vel dotis recipit dolum, id est in eo venit dolum, vt fuit dictum, l. contractus. ff. de regul. iur. alias phrasas dicam in l. magna negligentia. infra eodem.

Vltimo notandum est, quod in omnibus contractibus doli nomine saltem quis tenetur, nisi fuerit furiosus aut impubes, aut similis: quia cum contractus gestus cum his non teneat, ergo ipsi non sunt ratione doli obligati, nisi fuerint effecti locupletiores, l. i. §. fin. cum l. seq. ff. comoda. & sic finitimi potest conclusio, committens dolum in contractu, dolum non praestat, intellige vt supra. videte. Ancha. in c. si. de depo. Cardinal. & Barba. in c. vno. de comoda. vbi hanc materiam tradunt.

quis culpa praestet, tum quia imputari socio debet qui talem elegit, tum etiam quia per iudicium comuni diuidendo res communis poterat diuidi. ergo imputetur ei qui diuisionem non petit. ideo sola culpa post dolum praestatur.

Idem in herede dicimus, vt dolum & culpam in re hereditaria praestare debeat: quoniam (vt ait Iurifconsult. cum coherede non contrahimus, sed incidimus in eum: non tamen talem diligentiam praestare debet coheres, qualem diligens paterfam. quoniam hic propter suam partem causam habuit gerendi: & ideo negotiorum gestorum ei actio non competit. talem igitur diligentiam praestare debet qualem in suis rebus, l. heredes. §. non tantum. ff. familiae ercif.

Notandum est quod Iurifconsult. quando volunt vt damnus sarcinatur in re praestitum dolo vel culpa, dicunt damnus praestet, vel culpam, aut exhibeat, l. in comodato. §. nunc videndum. & seq. ff. manda. lege. quae situm. §. illud. de praecar. vel debet culpam, id est quod interpretes dicunt, tenetur de culpa, l. prator ait. §. est praeterea. ff. de bonis aucto. iud. possiden. vel quando capiunt Iurifconsult. naturam declarare contractus, dicunt dolum & culpam venire in emptionem & venditionem, seu in rei restitutionem: adeo vt restituens rem tenetur doli nomine vel culpa, si quid commissum est dolo vel culpa. d. l. quaesitum. §. si in seruente. de preca. vel contractus emptionis, locati vel dotis recipit dolum, id est in eo venit dolum, vt fuit dictum, l. contractus. ff. de regul. iur. alias phrasas dicam in l. magna negligentia. infra eodem.

Vltimo notandum est, quod in omnibus contractibus doli nomine saltem quis tenetur, nisi fuerit furiosus aut impubes, aut similis: quia cum contractus gestus cum his non teneat, ergo ipsi non sunt ratione doli obligati, nisi fuerint effecti locupletiores, l. i. §. fin. cum l. seq. ff. comoda. & sic finitimi potest conclusio, committens dolum in contractu, dolum non praestat, intellige vt supra. videte. Ancha. in c. si. de depo. Cardinal. & Barba. in c. vno. de comoda. vbi hanc materiam tradunt.

§. Amicos appellare omnes debemus non leui notitia coniunctos, sed quibus fuerunt iura cum patrefamil. honestis familiaritatis quaesita rationibus.

Amicos hic docet eos vocari, qui notitia non leui coniuncti sunt sed inter quos iura familiaritatis quaesita sunt honestis rationibus.

Notanda sunt ex hoc text. requisita, antequam quis possit amicus vocari: primo quod sit mihi notus. nam nihil amatur nisi praecognitum. ergo non requiritur consanguinitas, quia amicitia consistere sine ea potest: sed potest etiam esse cum consanguinitate, l. transactionem. C. de transactionibus. ibi consanguinei, amici, si interpretibus credas, vocantur.

Hominem quicum versaris, tribus modis considera. nam aut praestantiorum te habebis, aut inferiorum, aut aequalem: praestantiori quidem auscultare & obtemperare conuenit, minori modeste persuadere, equali autem consentire. hoc sane modo nunquam in contentione incidet. haec Stoebus de temper. sermo. 3. hodie fito quodam fit vt a superioribus vix aliquid obtineri possit, a minoribus vel aequalibus facile.

Et coniunctus debet esse amicus moribus, non distinctus & dissimilis: alioqui verus amicus non est: que enim coniunctio lucis ad tenebras, & Christi ad Belial? vt est in Euangelio. & ecclesiast. 13. cap.

Heres coheredi quid praestet.

In omnibus contractibus generaliter quid praestatur.

In amicitia qua obseruanda.

Amici quales esse debent.

In actione comodati contraria quid praestatur.

Mandatarius in quo teneatur.

Mandator quid praestare teneatur.

In comodato quod datur & accipientis gratia contrahitur quid praestatur.

In mandato ad negotia quid recipiatur: quid in mandato ad lites.

In venditione quid praestatur.

omnis caro ad similem sibi coniungitur: adeo vt amicus vnus cum amico dicatur. quod probatur ex libro Ciceronis de amicitia, vbi scribit, pares cū paribus vereri proverbio facillime congregantur: & ex Rege Alexand. nam cum Syfigambis Darij marer Hephæstionem pro Rege adorasset, & ex militibus adstantibus intellexisset errorem suum perturbata Alexandrum denuo salutavit: cui Alexander, Nihil est o mater quoturberis. nam & hic Alexander est, sentiens Hephæstionem amicum, esse alteri Alexandri, vt est videre in apothegma. Plutar. nam amici coniunctis equiparatur, imò quodammodo patri, Lucas in l. i. C. de castren. pecul. milit. lib. 12. Eos igitur amicos comparamus qui sunt nobis moribus non dissimiles, & quibus eadem quæ etiam nobis conducant, & quibus magnis in rebus communis nobiscum fortuna. sit talis enim amicitia maxime perdurat. Aristo. in fin. R. heto.

Secundo quod sit coniunctus non leui notitia: vnde dicit Terent. in Adelphis: Amicus nobis iam inde à puero. qui enim in prima notitia amicum faciunt, statim relinquunt. nam amicitia quæ leuiter constituitur, vt plurimum sic dissoluitur, testante Philosopho, Quæ subito veniunt, repente discedunt. vnde ait Salo. in ecclesiast. Non derelinquas amicum antiquum. nouus enim nō erit similis illi. vinum nouum amicus nouus facit glo. in cap. accedens. 2. in verb. nimis fauens vt lite non contestat. & Cicero in Lælio, Vna ista sit cautio atque vna prouisio in amicitia, vt ne nimis cito diligere incipiamus, neue non dignos. digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur diligantur.

Tertio quod sit familiaris, ibi, familiaritatis, id est quasi diurna nobis consuetudine adstrictus, in eadem pene familia cōiunctus, nam si amicus amico dominari velit, non esset verus amicus. Scitum est illud oratoris Domitij relatum in cap. esto subiectus. 97. dist. Cur te habeam, inquit, vt Principem, cum tu me nō habeas vt senatorem. sic amari vicissim non possunt. nam prouerbio cōmuni dicitur, si vis amari ama. quōis qd p dicitur vobis ad p dicitur, id est natura amare non amantes prohibuit. de quo plura dō. Tiraquel. in tracta. de legib. cōnubia in 12. lege. Cicero tamen in Lælio ait: Quis est pro deūm fidem qui velit vt neque diligat quaquam, nec ipse ab vilo diligatur, circumfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia viuere?

Quarto quod illa familiaritatis iura honestis quæ sita sint rationibus, id est honestis medijs, par honestes mores, non inhonestis: & ideo interlatrones non potest esse vera amicitia: quia ibi nō est ius, sed fraus & dolus, vt dicit glo. hic. & nulla est societas ex illicito quæ sit, l. cum duobus. §. fin. ff. pro socio. si quid ex peculatu vel sacrilegio quæ sit erit, vel vi, aut latrocinio, aut aggressura, hoc non diuidetur, l. cetera. §. sed & si quid. ff. famil. ercisc. facit l. quod seruus. de acq. possess. de incremento patrimonij honestis rationibus faciendo loquitur Iurif. in l. cura. §. l. ff. de muner. & honor. rationes enim docēt inducuntque desideria, ad virtutem incitant, leges partim metu detinentes coercent, partim honoribus & præmijs allicientes inuicunt, ex sententia Hippod. Pythagor. & si in hominibus eligendis nos spes amicitia fecellit, vt vindicemus, missos faciamus. Cicero in quarta actione in Verrem.

Quinto quod illa iura sint quæ sita cum patrefa. id est cum viro honesta viræ & conuersationis, l. pronuntiatio. §. marrem. supra cod. vbi dixi. nam sine virtute amicitia consistere non potest, teste Tullio in suo libro de amicitia. & hic text. dicit iura quæ sita, non latrocinia nec furta, vnde in vita Plauti legitur, Plautum dixisse, Amicitiam & fidem stultorum ne receperis, in sapientium atque improbo-

rum. nam facilius sustinetur odium quàm collegium. & prouerb. 13. cap. scribitur, Amicus stultorum similis efficietur. & ecclesiast. 20. ca. fatuo non eris amicus.

Sexto quod amicus vel amicitia sit quæ sita rationibus, non caillationibus, non lenocinijs, neque adulationibus, vt apud curiales sæpius fit. & Socrates solit' erat dicere. Vt illis cōmittimus statuas faciendas à quibus videmus eleganter factas, ita non sunt admittendi in amicitiam nisi quos cognouerimus erga alios fideles & viles amicos perstitisse, vt in apophthg. Plutarchi legitur de Socrate. licet amicior quis donis futurus sit, vt ait Iurisc. in l. 3. §. si quis quasi. ff. de conditio. causa data.

De isto loquitur ecclesiast. c. 6. Amicus fidelis protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. amico fideli nulla est comparatio. amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis. & 22. cap. scribitur, Ad amicum erit proderis gladium, non desperes. est enim regressus ad amicum. Si aperuerit os triste, neti meas. est enim concordatio: excepto conuitio, & improprio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. in his omnibus effugiet amicus. & c. 25. Beatus qui inuenit amicum verum, & qui enarrat iustitiam auri audienti. Cum in amicitia quæ non sunt postulantur, religio & fides anteponatur amicitia. Cicero lib. 3. offic. & glo. dicit quod amicus dicitur quasi animi custos: quæ allusio longe petita est: sed amicus dicitur vna anima in duobus corporibus, vt est in vita philoso. Arist. pulchra scribit in 8. ethic. Hodie nō inueniuntur amici sicut Pyldes & Orestes vel Damon & Pythias, de quib. Valer. rubr. de amicis. & Sabel. in exempl. multos amicos tradit, quos hodie etiam si perquiremus vsque ad calumnas Hercules, vix inueniremus. ideo Eras. in chil censet inuendum adagium Plauti, amici vbi opes: quia vulgus amicitias vtilitate probat: contra illud Ciceronis i. de finibus. Me ipsum ames oportet, nō mea. si veri amici futuri sumus. Et 2. de finibus, Si fructibus, & emolumentis & vtilitatibus amicitias colimus, si nulla charitas erit, quæ faciat amicitiam ipsam, sua sponte, vi sua, ex se & propter se expectandā, non dubium est quin fandos & insulas amicitias anteponamus. Et idem i. de natura deorum, Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitia nomen est ductū, quam si ad fructum nostrum referemus, nō ad illius commoda quem diligimus, non erit ista amicitia, sed mercatura quadā vtilitatum suarum, Prata & arua & pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex his capiuntur: hominum charitas & amicitia gratuita est. Et primo de finibus, Etiam si nulla vtilitas sit ex amicitia, tamen ipsi amici propter se ipsos amentur. Et i. de legibus: Non est sancta amicitia nisi ipse amicus per se ametur toto pectore vt dicitur, qui quidem amandus, & desperatis emolumentis & fructibus. Hinc ille, Illud amicitia quondam venerabile nomen Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet. Et amicorum quamuis olim omnia essent communia (vt Cicero ait primo officiorum) hoc vix inueniri potest. sed hoc scio me præstitisse. vnde illud Martial. lib. 2. in vsu est, qui sic scribit in Candidum, qui in ore hoc adagium habebat:

Candide noua qd tuas sunt hac tua, Candide, vana, Quo tu magniloquum nocte dieque sonas. deinde sic concludit: Du nihil, & dicit Candide, vana qd tuas. Vnum notandum est quod Iurif. consil. vult, vt quando ad vsum alicuius debentur cibaria, tunc etiam amici veniant, l. 3. §. sed quod diximus vti causa paratum, sic accipiendum erit, & amicorum eius & clientum, & c. ff. de penu legata. idem scribitur in §. sequenti, ibidem. Alias viginti quinque vtilitates

Socratis apophthegma.

Amicus quasi vna anima in duobus corporibus.

Vti sui causa paratum cum legatur, amici etiam veniunt

Alexandri apophthegma.

Amicus vt verus sit, cōiunctus esse debet nō leui notitia.

Amicus sit militaris esse debet.

Amicitia honestis rationibus queri debet.

Amicitia sine virtute consistere non potest. Distum Plauti.

lites scripti in scholasticorum privilegio. 104. quas non repeto. De amicitia tractat Ioānes Lignianus in suo tractatu de amicitia.

Amicitia vbi tria genera, ex Platone. Amicitia naturales. Amicitia aequales. Amicitia hospitalis.

Amici quæ necessary.

Leue, quid.

Leues amili.

Leue crimen.

Leuis offensu.

Leuis castigatio.

Leuis coercitio.

Leuior causa delicti.

Leuioribus emere condictionibus.

Leuior seruitus.

Leuiter percutere.

Leuiter pulsare.

Leuis homo.

Addendum est in Platonicæ diuisione tria esse genera amicitiarum, videlicet aut naturales, aut æquales, aut hospitalis. naturales vocat quæ sanguinis vinculo nobiscum nascuntur, vt parentum, filiorum, fratrum, consanguineorumque: æquales gignit consuetudo vt quæ societas, accedente præsertim morum similitudine. Hinc Cicero in r. offi. Omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmiter, quam cum viri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti. nihil enim amabilius, nec copulatius quàm morum similitudo bonorū: est nulla generis propinquitate coniungantur: quales fuerunt Pyldes & Orestes, Scipio & Lelius Hospitalis maxime comitatus creat, epistolæ & mutua inter absentes officia. Plutarch. in vita Plato.

Hodie amicus est magis necessarius quàm ignis & aqua, vt adagio dicitur, nam quemadmodum citra ignem & aquam non constat hominum vita, ita nec sine amicis: & tolerabilius est viuere sine pecunijs, quam sine amicis. & Horatius ait: Nil ego contulerim iucundo sanis amico. & Cicero 4. li. familiar. epistolæ. sic ait: Sine amicorum beneuolentia neque in aduersa neque in secūda fortuna quicquam viuere potest. Et 2. offic. Omnīs ratio & institutio vitæ adiumenta hominum desiderat, in primis que vt habeas quibuscumque familiares conferre possis sermones. Et primo de finibus bonorū & malo. Nullo modo sine amicitia firmam & perpetuam incunditatem tenere possimus. Et in oratione pro Plancio: Nullius opes tanta fuerunt, aut tanta esse possunt, quæ sine multorum amicorum officijs stare possint. Et violare amicitiam nefas erat, vt Cicero ait in epistola Appij Pulchri lib. 3. epistol. familiar. & in Philippica secunda, violare amicitiam hoc grauissimum crimen iudicio.

Non leuis, sed firma: & notate quod leue interdum refertur ad rem, vt hic, & significat tenue, & sine pondere, & id quod est sine pondere non est firmū, ideo leue dicitur non firmum, non graue.

Inde leues anuli, modici momenti & valoris, qui non excedunt quinque aureos quoad l. diuus. in princ. ff. de bonis damna. Et leue crimen, paruum, modicum, non graue, in l. leuia crimina audire & discutere de plano pro consilij oportet. ff. de accus. Leuis offensa non adimit legatum, l. 3. in fin. ff. de adimend. lega. leuisima, l. seruum. de pigno. Leuis castigatio docenti tantummodo concessa est. l. 5. in fin. ff. ad leg. Aquil. & l. Item queritur. §. item Iulianus. loca. Leuis coercitio, l. prator. §. praterea. de iniur. Leuior poena, l. 1. §. item diuus de figa. Leuior causa delicti dicitur, si culpa & non dolo damnum detur, l. illud. circa finem. ff. ad leg. Aquil. Leuioribus emere conditionibus, in l. eum qui. in fin. ff. de in diem adiectio. Non quod liber leuissimum efficit vt morbosū vitiosumve quid habeatur: proinde leuis febricula aut vetus quartana, & c. lege, i. §. proinde. ff. de ad l. edict. Leues vsura, non graues, l. Scia. ff. de vsur. Leuis culpa declarata fuit in l. lata culpa. supra eodem. Leuior seruitus, l. seruitus. §. Stillicidium. ff. de seruitut. verb. pradior. Leuiter percutere, in lege, qua actione. §. sed & si quis. ff. ad legem Aquil. Leuiter pulsare, l. prator. §. praterea. ff. de iniur.

Si ad personas referatur, leuis homo dicitur mutabilis, inconstans, & qui facile credit: & quia tales ludibrio habentur. ideo viles dicuntur leues. glo. in cap. omnibus. 2. quæ sit. 5. Panor. in cap. licet ex quadam. de restib. facit text. in l. si quid. ff. de ad l. edict. glo. in l. diuus. ff. de bonis damna. & iuuenilis leuitas vocatur à Paulo in l. quod si minor. §. Scauola.

ff. de minor. quod iuuenes inconstantes esse soleant & leues auctores, quibus credere non oportet, cum sit minimi momenti, l. 3. ff. si pars hered. pera.

Notitia pro cognitione capitur hic, & in l. i. ibi, iustitiam colimus, boni & aequi notitiam pro fitetur. ff. de iustit. & iur. facit lex, Pompon. prima. ff. famil. ercisc. atque decem dies appellanti dantur ad appellandum à die notitiæ, cap. concertationi. de appellat. & sex menses collatori ad conferendum à die eiusdem notitiæ, cap. secundo, & cap. quia de concessio. præbenda. & sex menses ad præsentandum datur patrono ecclesiastico, quatuor verò patrono laico à notitia, cap. vno. de iure patro. in 6. & an requiratur vera scientia vel præsumpta, doc. in d. cap. quia diuersitatem. & Ioan. Daym. 7. conclusiones scribit in §. 1. rubr. de nominatio. Reg. in verbo vocationis, in concordat. ego multa scripsi in praxi benefic. in titu. de deuolutio.

Item iuris prudentia est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia, l. iustitia. ff. de iustit. & iur. §. iuris illo titu. in Iustit.

Dicit quis, hæc notitia seu familiaritas quomodo acquiri possit? Respon. notitia hominis haberi ex longo vsu potest. nam sunt quidam qui inlar diaboli adularum habent initium, & finem pessimum: alij bonum initium & finem, & hi amplectendi sunt. Rerum vel negotiorum etiam notitia haberi potest per visum, quando quis præsens actui interfuit, si vicinis. C. de nup. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. vel si audiuit à fide dignis. glo. in l. Titio. ff. de conditio. & dem onstr. probat text. in cap. hæc videtur. 22. quæ sit. 5. vel per literas acquiri familiaritas potest, aut per nuntium, l. i. in fi. ff. de contrah. emptio. l. 2. C. de decurio. lib. 10. gl. in cap. cupientes. §. 1. in verb. notitia. de electio. in 6.

De notione scripti in l. notione. supra cod. Coniunctos. Cōiungere est simul iungere, coadunare, l. aequissimum. §. sed neque dietas transformare, vel coniungere, casve separare ei permittitur. de usufruct. l. tigni. §. ad exhibendum. l. prator. §. simili. de iniur. & rubr. de coniungend. cum emanc. liber. l. i. de bonor. possess.

Inde coniunctus pro consanguineo accipitur, quia hi duo quodam sanguinis nexu iunguntur, l. pronuntiatio. §. familia. supra eodem. coniunctus affinitate, pro affinis, l. vestem. ff. de iniur. Coniunctorum appellacione continentur consanguinei & affines, vt docet Alexand. consil. 60. vna legitima tione. col. 2. in secundo volumine, & consil. 144. visio statuto, in 7. vol. & Barb. in repet. l. cum acutissimi. col. 61. C. de fideic. Gallicus sermo pro conioint significat consanguineū. l. 1. §. fi. de posthu. Philip. Francisc. in cap. si pater. col. anre penult. versic. 22. de testa. in 6.

Coniungit res ad societate, quando à duobus vna res simul acquiritur, lege, heredes. §. non tantum. ff. famil. ercisc. ibi, eadem sunt si duobus res legata sit. nam & hos coniungit ad societatem non consensus, sed res.

Coniunctos titulos, l. 2. ff. de statu hom. ibi, proximis atque cōiunctos applicantes titulos. Cōiunctas tabernas, l. i. de seruut. lega.

Continentes prouincias accipere debemus, quæ Italiae coniunctæ sunt, l. notione. §. 1. supra cod. Coniunctus, l. saepe. §. fin. supra cod.

Cōiuncti re, verbis, & simul, in l. 3. ff. quib. mod. vsufruct. amit. l. re coniuncti. de lega. 3. l. i. de vsufruct. accrescend. & cōiunctionis ius est illud quod coniuncti habent: de quo plene scripti in l. triplici. supra eodem.

Coniungere etiam pro comparare, afimilare exponit glo. in l. si duo. ff. de arbit. ibi, idem in duobus argentiarijs, quorum nomina simul erunt. &

Leuitas iuuenilis.

Notitia. Appellati duo quos datur ad appellandum. Patrono ecclesiastico sex menses dantur ad præsentandum & quatuor laico.

Iuris prudentia.

Notitia seu familiaritas quomodo acquiratur.

Coniungere pro simul iungere.

Coniunctus pro consanguineo.

Coniungit res ad societatem.

Coniuncti tituli.

Coniunctas tabernas.

Continentes prouincias.

Coniuncti re, verbis.

Coniungere pro comparare.

fortasse poterimus ita fideiusforibus coniungere, si focij sint: quia comparando eos coniungere solet. Familiars & domestici qui dicantur plene doci in tracta. de reprob. & salua. test. in verbo, familiares, vbi viginti familiaritatis effectus cogefsi.

VENULEIUS LIBRO VIII. Stipulationum. Lex ccxxiiij.

Vinculorum appellatione vel priuata, vel publica vincula significantur: custodiae vero, tantum publica custodia.

Hoc loco traditur differentia inter vincula & custodiae. Vinculorum enim appellatione tam priuata quam publica vincula continentur: sed appellatione custodiae, tantum publica. probat lex pen. in fi. de partidiciis. l. & si quis. §. illud. si quis cautio. Vincula enim a vinciendo dicta sunt, quod ligent: & quod libet ligamentum vinculum dici potest, l. qui neque. supra eod. & Columel. in vitibus vincula dicit. Sed per translationem etiam homines in carceribus detentos, siue ibi compedes habeant, siue non, vinculos in carcere per compedes & alia, dicimus in vinculis esse. l. verum. supra eod. & in l. ff. de diuers. & temp. praescrip. ibi, proinde siue apud hostes sit, siue rei publicae causa absit, siue in vinculis sit, vbi cumque ergo in legibus dicitur quem in vinculis detentum excusari, intelligitur siue fuerit in vinculis publicis, id est in carcere, siue in priuatis, vt si ab aliquo detineatur domi, vt inferius dicitur. Ideo interdum ad maiorem elucidationem iurise. exprimunt vincula publica. in l. fin. ff. de alea lusu. & in l. senatusconsulto. ff. de iniur. sic dicitur: senatusconsulto cauerit, ne quis imaginem Imperatoris in inuidiam alterius portet, & qui contra fecerit in vincula publica mittatur. Et apud Aethiopes moris fuit nocentes aureis vincire catenis, vt Caeli. lib. antiq. lectio. 9. c. 33. & seq.

Ergo vincula publica dicuntur, quae Regis vel magistratus auctoritate statuuntur, l. 2. §. exactis. ff. de origine iur. l. 2. de custo. reor. l. lex Iuli ad leg. Iul. repetunda. priuata vero, quae a priuatis hominibus, id est a non habentibus iurisdictionem, vt dicam in l. pupillus. §. munus. infra eod. & isti qui priuatum carcerem faciunt, hominem vincuntur sic domi retinentes, vltimo supplicio afficiuntur, l. vna. in fin. C. de priua. carcerib.

Quod potest intelligi, vt etiam si sit officialis, vel apparitor, qui potestatem tantum capiendi non detinendi habet, si captum detineat vltra viginti horas post prehensionem, priuatum committat carcerem, l. cap. 5. vbi Bart. ff. de adulter. ideo cum apparitor prehendit scelestos, statim eos ad iudicem ducere debet puniendos, l. 4. C. de defenfo. ciuita. l. ad commentariensem. C. de custod. reo. & ideo si viator auctoritate iudicis Parisiensis aliquem Aureliae prehenderet, potest illum custodiendum iudici Aureliani tradere, vt in carcere Aureliani custodiatur, non vero domi illum custodire licet, per text. in auth. vt liceat matri & auia. §. vltim. col. 8. hoc expresse docet Lucas de Penna in l. 1. col. 2. C. de cohortal. lib. 12. & ita obseruatur etiam & praecipitur per ordinationes Regias Gallicas omnibus apparitoribus & alijs ducibus capros ad curiam, vt eos statim ad carcerem detrudant, & in hospitibus non relinquant sub poena amissionis officij, vt est in tit. des prisonniers. art. 1. & seq.

Item istam prehensionem factam debent apparitores postea iudicibus ordinarijs ad quos coercitio pertinet denuntiare, lege, nemo. in fin. C. de re

mil. lib. 12. c. imprimis. versic. ipse autem. 2. q. 1. & d. l. vnic. mom' etanica tamen carceris inclusio non facit delictum priuati carceris esse perfectum, & vt quis possit puniri pro hoc, vt pulchre consuluit Hippol. de Marsil. consil. 136. consilui. hoc enim intelligi debet cum aliquo temperamento, l. quod dicimus. ff. de solut. ideo si breui vxor ad maritum reuerfa fuerit, diuertisse non dicitur, l. 3. ff. de diuor. l. quod calore. de regul. iur.

Limita tamen in eo qui potestatem capiendi & detinendi habet, vt paterfam. filium suum, l. 1. & 4. C. de patria potesta. & dominus seruum, l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & idem in marito, vt si in vinculis hos detinerint non committant carcerem priuatum, quia iure hoc faciunt, cap. placuit. 33. quaest. 2. glo. vlt. in cap. quemadmodum. de iur. iurand. quod est reprobatum hodie in marito per consuetudinem, nisi prius factis informationibus a iudice hoc illi permittatur, vt pote quod vxor sit furiosa vel saltem stulta, & quod non possit contineri domi, & maritus sit valde prudens: alioqui si vterque esset stultus, stulto custodia non daretur. Et aliquando in forensi iudicio vidi seruari, scilicet vt marito daretur custodia vxoris stultae: sed multae forte sic dari possent.

Si vero quis non habeat potestatem capiendi, vt quilibet priuatus in hoc Regno, & delinquentem capiat, & illum detineat etiam minus viginti horis, committit priuatum carcerem, teste Bald. in d. l. vna. C. de priua. carcer. ideo quando quis alium apprehendit, debet illum ad iudicem ducere, si praedicta curare velit.

Item multo fortius illius legis poena punietur, qui torqueret & atrociter tractaret captum, d. l. vna. vbi Bald. expressim hoc not. ex text. violatores, &c.

Imo occidens carcerem inclusum, vt interdum apparitores solent, vel commentarienses, poena laesa maiestatis punitur, quia ipse custoditus carcerem est sub protectione curiae, l. si ff. de custod. reo. Bal. in l. in laqueum. ff. de acquir. rer. domin. & in l. 3. §. transfugas. de fcar. & Iacob. Bolog. in repet. §. famosos. l. capitalium. fol. 36. ff. de poenis, dicit parentes interficientes consanguineos, ne eos in famerit, esse puniendos poena legis Pompeiae de paricid. & mirum est quod isti praefertant infamiam corpori & animae. vnde veneno interficientes suos consanguineos, vel alios in laqueo suspēdantur, perpetuo in inferno cruciabantur, nisi respiciant: sunt enim homicidae & paricidae.

Animaduertendum est quod apparitor qui apprehendit aliquem iniuste, & coniecitur carcerem, vel non coniecitur, tamen non potest postea eum liberare sine iudicis auctoritate, & procuratoris fisci consensu: quia functus est officio suo illum capiendo, teste Hippol. in l. circuncidere. in fi. de fca. & in sua pract. §. attingam. nu. 17. & seq. facit quod non. Bart. in l. si quis vxori. §. si fugituum. de furt. per illum text. & cap. felicitis. §. cum autem. de poenis. in 6. quae practica bene seruatur in hoc regno, in quo condemnaretur ad sistendum & representandum illum quem semel prehenderat: nec debet permittere commentariensis vt quis cum capto sine permisso iudicis loquatur, ne eum instruat: vt est in stylo parlat. tit. de accusa. ordin. 13.

Et quando prehensio, quae capturam dicit, possit reprobari, & quam ob causam, scribit Bald. consil. 285. qui non est. in 2. vol. reprobari solet. hodie in Regno prehensio, si captus quis sine informationibus fuerit, quae a procuratore fisci visa fuerint, & ipse requisierit reu' capiendum, & iudex sic decreuerit, vt dicunt pragmatici, que les informations soyent decretees, nisi in flagranti crimine fuerit deprehensus. l. nullus. Cod. de exhibend. reis, & ibi Sali. scripsi in interpreta.

Pater, ius que dominus, & maritus filius, & seruos & uxores in vinculis detinere possunt.

Priuatus delinquentem capere non debet.

Apparitori vel commentariensis in custodiae inclusu carcerem an occidere liceat.

In eos qui suos consanguineos, ne eos infames interficiunt.

Apparitor iniuste prehensum, liberare non debet.

Prehensio quando possit reprobari.

interpreta. l. diuus ff. ad fenatufc. Silan. regul. cum limita.

Nec potest iudex facultatem apparitori concedere vt delinquentem prehendam viuum vel mortuum, quia absens non auditus damnari non debet, l. abentem. ff. de poenis: licet apparitor non delinquant si percipiat reum se defendentem, vel occidat, l. si seruus. C. de his qui ad eccles. confugiunt. Ioan. Fab. in l. vlt. de his qui latro.

Addendum est etiam quod frangens carcerem publicum, & fugiens, capite punitur, l. 1. ff. de effrac. carcer. l. milites agru. §. cum tamen qui. dere milit. mitius tamen, quando sine fractione hie euaserunt, puniuntur, d. l. & idem si erat datus custodiendus apparitori, vt si fugiat etiam extra ordinem puniri debeat, quia pro publico carcere habetur, quando iudicis auctoritate indicitur, l. nemo. Cod. de exact. tributo. lib. 10. vbi doc. & habetur pro conuicto qui sic fugit: & ideo solet ipse fieri praecipuum sub poena conuicti ne discedat & custos carceris pro his etiam tenetur, quia culpa sua praesumitur euasisse, nec potuisse habere instrumenta ad frangendum carcerem, nisi ob suam desidia, l. carceri. ff. de custod. reo. Areti. consil. 38. post Lucam de Penna in l. fin. col. 2. C. de eroga. milit. anno. lib. 12. sed an sit licitum detento in carcere fugere sine carceris effractione, docet Floria. in sua disputatione 2. incipiente, Inquisitus. in 1. dubio. videre las. in repe. l. admouendi. col. 62. nu. 173. cum seq. ff. de iur. iurand. dicam in ordina. Reg.

Et ideo locum tenenti Balliui Carnotensis fuit factum a senatu praecipuum, vt in carcere inclusos in loco solito & in carcere audiret, no in domo eius: quia ita euadere possent, anno 1330. die 12. Maij.

Notandum est quod si iudex praeeperit vt quis in custodia detineatur, in carcerem mitti non debet: quia aliud est custodi, aliud detineri, aliud in carcerem mitti, gl. sing. in l. f. C. de curio. & statio. lib. 12. vbi Bar. & Rebuf. & pulchre Corf. in sing. incip. custodia. ego vero putarem rationem personarum habendam. nam si iudex commentariensis tradat aliquem custodiendum, intelligitur quod illum in carcere custodiat: si vero apparitori iudex aliquem custodiendum dederit, intelligitur quod domi custodiat. & ita vidi seruari in praxi, quicquid scribant interpretes.

Postremo vincula etiam pro ligaminibus capiuntur, l. aut damnium. §. inter eos. ff. de poenis, sic dicente: inter eos autem qui in metallum & eos qui in opus metalli damnantur, differentia in vinculis tantum est: quod qui in metallum damnantur, grauioribus vinculis premuntur, qui in opus metalli, leuioribus. Vincula quaedam sunt perpetua, quaedam temporalia, d. l. aut damnium. in fin. & l. fratres. cum l. seq. & l. mandatis. ff. de poenis: & quamuis l. 3. C. de episco. audien. canatur vt carcer nullum die Paschatis teneat inclusum, tamen hoc non seruatur in Francia, ne illis detur materia euadendi, qui solutos se viderent.

Custodiae appellatione venit publica custodia, quam carcerem vocamus, quem Aenei Martium inuenisse Lilius scribit. & apud veteres tria fuisse genera comperimus: vnum quo immodesti & parum exculsi compellebantur, vt noctu a doctis & bonarijatum professoribus quod ad bonos mores & vitae modum pertinerent, instruerentur: alterum quo aere alieno impliciti, & qui carceris radio ab inita vitae petulantia absterrendi sunt detinerentur: tertium quo immanibus praesignes flagitijs, caelo & hominum coetu indigni, vitijs ac vitae turpitudine infamatisimi, ac propediem plectendi, tenebrisque ac fectori addicendi, intruduntur. Ca. lius lib. 9. antiq. lectio. cap. 34.

Custodiam quis priuatus inuenit.

Custodiae tria genera.

Er carceris tres hodie sunt in praxi species: prima in qua delinquentes arcte custodiuntur, secunda est quando apparitoribus conceduntur domi custodiendi, quae custodia honestioribus & nobilibus diuitibus concedi solet: tertia quando ciuitas pro carcere datur, vel la sige du conseil. & frangens hunc carcerem arbitrio iudicis puniri solet pro personae & delicti qualitate, vt supra dixi. Apud Messenios carcer, Thefaurus nomine, locus sub terra fuit, quadrato saxo. tam immanis & saeuus, vt neque verum neque auram acciperet. tales sunt multi in Francia. Romani barathrum dixere, quod non minus quosdam torquere soleat quam infernus, glo. in l. in seruo. ff. de poenis. Appius autem decemuir carcerem quem constituit, domicilium plebis nuncupauit, quod plebs ibi custodiri soleat: nobiles autem & diuites apud apparitores, vt praedixi. & hoc docet Alex. lib. genial. 3. cap. 5. has liberas custodias vocabant, cum viri magnae aestimationis non in vincula coniecti essent, sed domi apud ciues custodiebantur. Caelius vbi supra, cap. 34. in fin. text. in l. milites agrum. §. eius fugam. ff. de re milit. sic ait, eius fugam qui cum sub custodia vel in carcere esset discessit, in numero desertorum non computanda. Et hic carcer interdum dicitur custodia militaris, l. sed & si quis. §. illud. ff. si quis cautio.

Et sic custodia pro publica custodia capitur: ita in tit. de custod. reorum. & l. 2. & l. ad commentariensem. illo titu. C. & l. succurritur. ff. ex quib. caus. maio. l. 1. de effrac. l. miles. §. quidam. de adulter. l. capitalium. §. no enim. ibi, ex vinculis vel custodia. ff. de poenis. & in l. nec non. §. 1. ibi, item si quis nec in custodia nec in vinculis sit, sed sub fideiusforia satisfactione. ff. ex quibus caus. maio.

Item horum detentorum in carcere praefectus seu recognitor & custos vocatur commentariensis, l. ad commentariensem. C. de custo. reorum: Gallicè geolier. Et bona damnatorum non in compendio suo praesides vertere debent, sed nec pati optiones, seu comentarienses ea pecunia abuti, l. diuus. paulo post medium. ff. de bonis damna. aliquando dicitur commentariensis qui praest commentariis, id est libris & rationibus publicis. Graeci commetarefio pronuntiant, ac eos interpretantur qui commentaria describant, & in criminum iudicijs subseruiat, teste Coelio lib. antiq. lectio. 9. c. 35.

Etiam custodia capitur pro conseruatione, quam gardiam vulgo vocant, cap. generali. de electio. in 6. l. custodia. ff. de pericul. & commod. rei vend. & ista custodia multiplex est: quaedam enim est limitum custodia, l. mercatores. C. de comer. & merca. & l. quamuis. r. ff. de adulter. inde limitanei milites, a militibus dicti, qui ad custodiendos limites Regni additi sunt, ne hostes limina Imperij vel Regni ingrediantur, & populentur. vnde Imperator in l. 2. §. pro limitaneis. C. de offi. prefec. prato. Aphricae sic ait: Limitaneis vero ordinandis quia necessarium nobis esse videtur, vt extra comitatenses milites per castra milites limitanei constituantur, qui possint & castra & ciuitates limitis defendere, & terras colere, & vt alij prouinciales videntes eos per partes, ad illa loca se transferant, & c. & ibid. Limitaneorum constituas numerum in vnoquoque limite, vt si forsitan commotio aliqua fuerit, possint ipsi limitanei sine comitatensibus militibus vna cum militibus & ducibus suis adiuuare loca, vbi dispositi fuerunt, l. viros. C. de diuers. offic. lib. 12.

Sic agri limitanei seu limitrophij, qui in liminibus sunt & confinijs Regni, vel Imperij, vt in tit. C. de fund. limitrophis. lib. 11. & limenarchae dicuntur praefecti & custodes portuum, & limitaneorum duces. Et quia haec officia coniungi solent, videlicet custodia limitum, & portuum & viarum, vt C. de

Carceris tres species.

Messeniorum carcer.

Carcer Appij.

Custodia pro publica custodia.

Commentariensis.

Custodia pro conseruatione. Custodia limitum. Limitanei milites.

Limitanei agri seu limitrophij. Limenarchae.

littor. & itinerum custod. ideo vocamus limenarchas tam praefectos limitibus Regni custodiendis, quam portibus: Gallicè dicimus *maîtres des ports & passages*.

Custodia publici cursus. Quedam est alia custodia publici cursus, de qua in l. 3. C. de curso publico. l. 12. solebant enim Imperatores per disposita loca prouinciarum equos celeres habere, qui publico alebantur sumptu: & istorum custodia quidam praeficiebantur, vt quoties repentinum aliquid accidisset, equorum mutatione citissime quo vellet Imperator equitem vel nuntium mittere posset. Et nullus priuatus sine literis principis quas traكتورias vocabat, his equis utebatur, vt in tit. de traكتورia. l. 12. hodie quidam praeficitur in Regno his equis, qui vocatur Gallicè *le maître des postes*, qui alios praeficit, quos etiā *postes* dicimus: hi alunt equos celeres suo sumptu, & nuntius Regis ministrant quoties opus est, & od id à Rege stipendia habent & salaria: & his equis priuatus quilibet suo sumptu vti potest tanquam aliis equis conductiis, vt notum est, & Pyrrhus scribit in rub. C. de cursu publico. lib. 12.

Limenarcha officium. Sciendum est quod officium limenarchae, de quo prius locutus sum, est custodire portus, & Regni limina, ac itinera visitare: verum quia saepius impediti sunt pro aliis Regni negotiis, ob id statutum est vt in qualibet prouincia, seu vt dicunt bailliua, aut seneschallia hi locum tenentem habeat, quem subuisitorem appellant, qui singulis mensibus visitet portus & Regni limina, & demum magistro generali referat: alioqui stipendia habere non poterit: aut si ter negligens sit, priuati poterit à magistro portus: & isti milites & custodias habeat limitaneas, videlicet in limitibus Regni. officium ergo istorum erit prouidere ne aliquis extra Regnum deferat res, quod *billon* vocant, seu massam auri, vel argenti, nec vasa & si quem inuenerint extrahere volentem, illa debent capere, quae confiscata Regi sunt, quinta parte tracta, quae est debita dicto magistro portus, vt asserit Guido Papae in decis. Delphin. q. 372. si fuerit.

Locum tenentis limenarchae officium. Item non debent permittere aliquem extrahere equos magnos & fortes, nec curiosos & veloces, nisi prelaris aut baronibus, aut magnis viris, qui debent promittere istos equos ad Regnum reducere, l. officium. §. 1. ff. de re milit. ibi. Debere eum qui se meminerit armato praefesse, parcissime comeatum dare, equum militarem extra prouinciam suam duci non permittere. Plura scribit Lucas de Penna in in l. nemo. C. de cursu publico. lib. 12. ibi videre. Nec debent permittere isti subuisitatores alicui extrahere arma, exceptis ensibus ad defensionem tantum deferentium, nec pannos, nec frumentum, vinum, vel alia, sine Regis expressa voluntate, nec merces, nisi solutis receptori Regio impositionibus. haec vidi in camera computo. Parisiis circa officium magistris portus, quae summarie extraxi: quia eorum officium solet militibus esse ignotum, hic describere volui: aliqua scribit Boer. in decisio. Burdegal. q. 178. an licitum. & Lucas in l. 2. col. 1. C. de cursu publico. lib. 12. alia multa videre poteritis in ordin. Reg. in rub. de l'imposition foraine. ordina. 7. & per totum.

Custodia sigilli Regis Francia. Alia est custodia sigilli Regis Francia, quae debet esse apud cancellarium vel alium sigilli custodem, vt restatur Boer. in tracta. de custo. clauium, nu. 28. vbi plus dicit, quod si falsum committatur in hoc sigillo etiam in cancellariis Francia, eius cognitio spectat & confiscatio ad cancellarium: sed hoc anno 1542. in mense Septembris in vigilia natiuitatis beatae Mariae fuit publicatum edictum Regis, quo cauetur confiscationem committentium falsum etiam circa sigillum Regium, spectare ad Regem & eius cognitionem. quia fuisse quidam cancellarij qui sua potestate & priuilegio abusi sunt: nam dabant iudices

Cancellarij potestas restituta.

quos volebant, & postea bona potentum sic conquirebant per fas & nefas: ob id priuati fuerunt hoc priuilegio, & alio quo permittebatur cancellariis dare omnia officia, quorum stipendia non excederet viginti quinque libras: hodie Rex haec etiam conferre solet.

Custodia portarum ciuitatis. Alia est custodia portarum ciuitatis, de qua Nemaiae cap. vlt. Ad quem spectat & clauium & portarum custodia ciuitatis scribit Boer. in tracta. de custod. clauium por. ciuita. & isti custodes vocantur hostiarij, l. quaesitum. §. hostiarij. ff. de fund. instruc. ab hostio, vt supra dixi in l. vrbana familia.

Custodia prouinciae. Alia est custodia prouinciae, l. in nomine. C. de offic. praefec. prator. Aphri. versic. in Sardinia. Et in Regno hodie praeficiuntur aliqui à Rege singulis prouinciis, quos gubernatores vocamus, & isti alio committere solent, qui regant & custodiant prouincias designatas, & eos locum tenentes appellamus. Et quod ius censetur habere is qui rem habet in custodia? certe si non praecesserit titulus habilis, nullum ius habere videtur, sed solam rei custodiam, vt docent Bart. & alij in l. cum pater. §. pater. 3. ff. de lega. 2. & Alber. Brunus consil. 37. circa primum, in materia feudo.

Custodia prouinciae in carcere. Interdum custodia ponitur & frequenter pro eo qui in vinculis custoditur, & sic contentu pro continente, l. solent. ff. de off. proconsul. l. diuus. ff. de off. praesid. l. pen. de feriis, l. custodias. de publico. indic. l. carceri. l. ne quis. c. l. milites. & l. si. ff. de custo. reo. l. vnus. §. cogniturus. ibi, palam facere custodias se auditurum. ff. de quaestio. & paulo post ibi, custodiam non solum pro tribunali, sed de plano audiri possunt, atq; danari: l. capitalium. §. & in custodiis. ff. de poenis, vbi gl. solent custodiam exponere pro custodita persona.

Custodia prouinciae dignitate, in iure canonico. De iure vero canonico custodia etiam capitur pro dignitate vel officio in ecclesia, vt in cap. vlt. de insti. vbi prohibetur alicui custodiam cum abbacia retinere. De officio vero custodis rerum ecclesiae scribit Papa in tit. de offic. custodis.

Custodes agrorum & vinearum custodia, de qua in l. si ita testamento. §. si. ff. de fund. instru. vbi Iurisc. dicit, quod velle & agri custodiam desiderant, maxime vineae ne vicini fructuum quid occupent: & isti Gallicè *mesiers* vocantur: quorum officium est prohibere ne homines ingredientur vineas, vel agros quos custodiunt, l. diuus. ff. de seruit. rustic. praed. ex his pecora expellat, & ea de fundo ducat ad iudicem, iuxta l. Quintus. & seq. ff. ad leg. Aquil. Ad haec potest capere eum qui dedit damnum, l. capere quinto. ff. de adulter. ac ducere ad iudicem, l. interdum. §. qui fur. ff. de furtis: & auferre poterit fructus quos ille surripuit, l. ait prator. §. si debitorem. ff. que in fraudem credito. Bald. preclara. in l. 1. C. loca. & Chassa. in in consue. Burgun. in tit. des insti. §. 6. & si hi custodes pretio recepto, capere omiserint animalia, vel ea capra dimiserint, grauissimo sunt supplicio afficiendi, per tex. in l. 1. C. de fund. & saltib. rei do. li. xi. vbi Rebuffus, & alij, haec de custodia: quae notate, quia alibi non reperietis.

Pedicae & compedes. Pedicae siue compedes sunt instrumenta ferrea, quibus ambo ligantur pedes, l. in fraudem. §. bona eorum qui in custodia vel in vinculis vel in compedibus decesserint, heredibus eorum non auferuntur. ff. de iure fisci.

TRIPHONIVS LIB. PRIMO. Disputationum. Lex ccxxv.

Fugitiuus dicitur non is qui solum consilium fugiendi à domino suscepit, licet id se facturum iactauerit: sed qui ipso facto fugam

fugam initium mente deduxerit. nam & furem, adulterum, aleatorem, quanquam aliqua significatione ex animi propositione cuiusque sola quis dicere posset: vt etiam is qui nunquam alienam rem inuito domino subtraxerit, nunquam alienam matrem familias corruerit, si modo eius metis sit, vt occasione data id commissurus sit: tamē oportere eadem haec crimina adsumpto actu intelligi: & ideo fugitiuum quoque & erroneum non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligi constat.

Hac lex explicat quis fugitiuus dicatur, an ex animo videlicet is qui fugiendi animum habet, an ab actu & facto, eo quod fugit: & ab actu fugitiuum dici concludit: quod in fure & adultero probat, & similibus, vt sequitur. Et potest haec lex in quatuor partes diuidi. secunda ibi, quanquam: tertia ibi, tamen, quarta ibi, & ideo, prosequar text.

Quis solum fugiendi consilium à domino suscepit. Intelligunt quidam quod suscepit fugiendi consilium ab alio domino quam suo: ego dico hunc hic suscepisse consilium, vt à domino fugeret: & sic textus intelligendus est, atque ita per istum text. colligere possumus, quod consilium furandi non facit aliquem furem, nec animum fugiendi facit fugitiuum: sed actus ipse fuga: vnde si quis seruo alieno persuaserit vt aliqua domi rem surriperet, & ad se deferret: seruus autem domino hoc manifestauerit, & domino cōcedente res eius ad iniquum huius suasionis auctorem pertulerit, & ipse inuentus fuerit rem detinens: is qui rem suscepit, non solum furis, sed & serui corrupti actione obstringitur, l. si quis seruo. C. de furtis. vbi Bald. extendit ad filium fam. sic corruptum. Sed an habeat locum in vxore sollicitata, quae de voluntate mariti in locum designatum, sed postea marito ingredi volenti fuit ei clauium ostium, cogit conuigari quando eis conuiget, sicut euenit alicui mea memoria. Ista lex est valde utilis in Hispania, super qua multa ibidem leges latae fuerunt tam in foro Regali lib. 4. tit. 15. quam in legibus Alphonsi. 9. in 7. parte tit. 14. de seruis fugitiuis.

Quaero an is qui consilium fugiendi praestitit furi, debitori vel alicui, teneatur? text. in l. quoties. C. de exacto. tributo. lib. 10. decidit teneri. idem rex. in l. consiliarios. C. de assesso. ibi, pro confesso autem habebitur accusatus, qui personam huiusmodi subtraxerit. hoc scribit Bar. & las. in l. 4. §. quod prator. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vt eximat. Ad uocatus tamen consulens suae parti in carcere inclusum videt carcerem apertum, vt fugiat, non tenetur, vt dicit Boer. de quodam aduocato Parisiensis in decisio. Burdegal. q. 215. in carceratus. nu. 16. quia regulariter consilij non fraudulenti nulla est obligatio, vt deciditur in regul. consilij. ff. de reg. iur.

Licet id se facturum iactauerit. Id est quamuis seruis frequenter se fugiturum dixerit, tamen non ob hoc erit fugitiuus: quia actus fuga requiritur. Iactare à iaceo deducitur, iacere enim est abicere. l. 1. & l. qui leuanda. ff. ad leg. Rhod. de iactu: scripsi in l. filia. §. stipula. supra cod. & de iactura. vnde iactare est frequenter iacere. inde iactare rete dicitur piscator. Iactus dicitur iaciendi actus, l. si iactum retis. ff. de actio. emp. & venditi. Iactare pecuniam quis non praesumitur. l. cum de indebito. ff. de proba. maxi-

Furem non dici ex consilio.

Consilium dicitur furi. an teneatur. Aduocatus teneatur, si sua parti consilium, vt fugiat, e carceri.

Iactare. Iactare rete.

Iactus.

mè Parisiis. Iactare miltia in vulgus, proicere, l. qua ratione. §. penult. ff. de acq. rer. dom. §. hoc amplius. de rerum diuisione.

Iactare caput, percutere, vexare, l. 1. §. apud. ff. de aedil. edict. ibi, si seruus inter fanaticos non temper caput iactaret, & aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur, &c.

Iactare, inaniter loqui, vel temere se laudare, l. 3. in fin. ibi, qui se legitimum creditoris heredem esse iactabat. ff. de transact. inde dicimus iactatoria verba non obligare: inducunt tamen praesumptionem contra illum, qui aliquid se facturum iactauerit, vt pote homicidium, vel aliud crimen, si postea inueniatur factum, quam praesumptionem iudex ex qualitate personae metiri debet, l. si vbi doc. ff. de hered. insti. l. metum. C. de his quae vi metus. ibi, iactatio pro iactantia ponitur.

Iactus mercium, ipsa deieccio, l. 1. & per totum, ff. ad leg. Rhod. de iactu.

Iactura pro procella si illa proiectione, quae potissimum tempore procellae fieri solet, accipitur in l. 2. §. cum in eadem naue varia mercium genera complures mercatores coegissent, praetereaque multi vectores serui liberique in eadem nauigarent, tempestate grati orta, necessario iactura facta erat, &c. & l. 4. ibi, tanquam si iactura facta esset. ad legem Rhodam. de iactu.

Et quia proiciendo quis damnum patitur, ob id factum est vt iactura etiam pro damno accipitur, seu pro detrimento. probatur in l. fina. ff. de offic. praesid. l. rescriptum. §. 1. ibi, ne ex aliena iactura sibi lucrum acquirat. ff. de distrac. pigno. iuncta l. nam hoc natura aequum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiolem. de condic. indeb. & l. iure naturae aequum est. neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiolem. de regul. iuris.

Iacturam vltro alicuius probata auctoritatis facere, est testari se litis instrumento cedere, vt si timeatur ne falsi insimuletur quod prolatum est, vulgo *se departir de quelque piece produite*. Bude. in forensi. qui vltius addit iacturam referendi facere & de iure suo haec tenet decedere, vt cum nobis liceat refellere vel testimonia vel literas: tamen id velle facere dicimus quod vulgo dicimus, *renouer de bailier contradict*: quod est valde longe petum.

Sed qui ipso facto fugam initium mente deduxerit. Et sic non sufficit mente concipere se fugiturum, nisi de facto quis fugerit: ex quo apparet propositum non deductum ad effectum non nocere, lege, si repetendi. Cod. de condi. ob caus. dato & maleficium dicitur ex ipso facto, non ex animi sententia vel proposito, l. saepe. in fin. supra eodem. quia cogitationis poenam de iure ciuili nemo patitur, l. cogitationis. ff. de poenis.

Iaque in maleficiis regulariter requiritur factum, cap. si quis non iratus. decimaquinta, quaestione prima, & cap. Pisanis. de restitutione spoliarum. delictum enim nascitur ex facto, §. 1. in l. titu. de obligationibus. quae ex delicto nascuntur. vnde iniuriam non nasci ex pacto, sed ex contumelia dicit Iurifcon. in l. si vnus. §. pactus. versic. si pactum. ff. de pactis. & dicit tex. in c. cogitatio. de pan. dist. 1. cogitatio enim, inquit, non meretur poenam: ciuili cum suis terminis contenta est: ea tamen quae de iure effectum desiderat à maleficiis discernitur. in his enim non

Iactare miltia in vulgus.

Iactare caput.

Iactus mercium.

Iactura pro procella.

Iactura pro damno.

Propositum non deductum ad effectum non nocet.

Delictum nascitur ex facto.

Qui effregit carceres, an pro confesso habeatur.

nisi animi iudicium consideratur. quod facit contra eum qui aufugit etiam effracto carceris ostio, vel aperto, vel ex custodia apparitoris, ut habeatur pro confesso & conuicto, l. eos. ff. de custod. reo. si tamen postea capiatur, audietur: sed si non possit apprehendi, citabitur ad tres (ut dicunt) breues dies, l. inter. ff. de public. iudic. intra quos si non comparuerit, condemnabitur ac si confessus ac conuictus esset, ut plene docet Boer. in decisio. Burdeg. q. 215. in carceratus. ubi etiam dicit illum qui ex precepto iudicis intra ciuitatem detinebatur adesto, si fugerit, non censi fregisse arestum, nec haberi pro confesso, si iterum capiatur, sed arbitrio iudicis debere puniri: ibi abunde tractat, videre. & quando fuga faciat probationem plenam, vel semiplenam, docet gl. Bart. & Ias. in l. admonendi. ff. de iureiurand. Bal. & alij in l. in bonafidei. C. de rebus credi. Felin. in cap. nullus. de presumpcio. ubi regulam scribit, fugam videlicet non probare delictum, nisi in septem casibus, quos ibi quilibet videre poterit.

Fuga in seipsum castibus delictum probat.
Cogitatio fure non facit.

Adulter non est ex seipso & posiuo.

Aleator non dicitur ex sola voluntate.
Voluntas in re diuino punitur.

Ex incepto maleficio, nec per seipso reus quis efficitur.

Religiosus etiam recedens a monasterio, apostata sit.
Reperitur in via merces deferens, an puniatur perinde ac si delictum perfecisset.

Regnum sub pena confiscationis deferat. ideo si inueniatur deferens merces, publicantur: sed si verba ordinationis vel statuti dicerent, si quis exportauerit: eo quod ista verba denotant rem perfectam, repertus in via pena statuti requirementis perfectionem non puniretur, l. 1. §. hanc verba. ff. quod quique iuris. Alber. Gaudi in tracta. de malefic. in rub. de rebus non export. contra Denetum. Bal. in l. si quis non dicam. col. 2. C. de sacrosanct. eccles. Ias. in l. si quis id quod. 2. nota. ff. de iurisd. omn. & istam com nem dicit de Ripa in tracta. de peste. fol. 92. versic. 7. & ista erit summa vtilitas huius reg.

Ex ideo fugitium quoque & errorem. Concludit ergo textus fugitium dici qui de facto fugerit: & sic qui actum fugae exercuerit errorem dici. ita definit Labeo pusillum fugitium esse, & ex diuerfo fugitium magnum errorem: sed proprie errorem sic definitimus qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, & temporibus suis consumptis ad res nugatorias ad dominum reddit. textus in lege, quis sit fugi. §. errorem. de adilitio edicto. & ad illum textum legit, feruis, loco suis, Catel. Corta in secunda parte memorabilium, in verbo, fugitium: & alij ferui. sed non inepte legitur, suis temporibus consumptis: & vtrunque sustineri potest ibidem. & melius declaratur ibi qua alibi in iure quis sit fugitium. Et alibi Iurifconsult. ait. Sic fugitium accipere & si quis erro sit: fugitium autem appellatione ex fugitium natum non contineri Labeo ait in l. 1. in fin. ff. de ferui. fugi. & Aediles aiunt: qui mancipia vendunt certiores faciant emptores, quid morbi vitium cuique sit, quis fugitium errove sit, l. 1. §. 1. ff. de adilit. edict. qui autem ad amicum domini deprecaturus confugit, non est fugitium, imo etiam si ea mente sit, ut non impetrato auxilio domum non reuertatur, nondum fugitium est: quia non solum consilij, sed & facti fugae nomen est, l. bouem. §. 1. ibidem: & Pompon. ait errare & fugere in mentum posse, nec tamen errorem aut fugitium esse, l. Labeo. in fin. ff. de adilit. edict. quia in eis nullus est animus. Etiam per istum text intelligi potest. l. Barbarius de fugitio loquens. ff. de offic. praetor. & l. Titius de feruis exportand. & lege, fin. de offic. praefect. vigil. & l. Pomponius. ff. de acquir. possess. & differentia inter errorem & fugitium fere est similes, quae & inter emanforem & desertorem, l. qui cum vno. §. edictum. ff. de re milit. ibi, leuius itaque delictum emanforis habetur, ut errorem in feruis: desertionis grauius, ut in fugitijs. Et in multis legibus est erratum in hoc nomine erro, ubi interdum error scribitur, sed hoc corrigendum est in l. ob qua vitia. de adilit. edict. & in l. 1. in fin. de seruo corrupt. & in alijs locis, ubi error legitur pro errore, ut Augusti. pulchre scribit in tracta. de emenda. iuris lib. 3. c. 7. in princ.

Erro a fugitio non differat.

Fugies qui dicitur.
Vinum fugiens.
Fugientes rei.

Nomen fugiens est qui non soluendo efficitur: sic & vinum fugiens, quod declinat ad malum, & non seruat in sua pristina bonitate, l. cum quid. ubi interpretes. ff. si certum pet. fugientes dicuntur rei, quia communiter fugere sunt soliti, licet non semper fugiant, l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic. sicut litigantes, per text. in l. 4. §. si ex conuentione. ubi Zal. ex illo text. colligit. ff. de re iudic. idque a Graecis, qui in hoc significatu vitium verbo *φύγαν*, hos *φύγαντας* appellantes.

Fugitarius, sicut de loco fugae dicitur, ita & de eo qui seruos fugitiosos reducit, & cum opera praebet ut seruos fugitiosos reprehenderet, & ad dominos reduceret, l. si apud. ff. de praescrip. verb. ubi Budae. ibi, non enim ambo pecuniam, ego & fugitarius deposuimus, ut apud sequestrem sit depositum, & c. Alia de fugitijs nunc a nostris fugient oculis.

Magna negligentia culpa est: magna culpa dolus est.

Iurifconsult. alibi dicit, nimiam esse diligentiam pecunias corrasas a praesidibus ad fiscum trasmittere, cum sufficiat si quis non in vltis ad praesidios uerterit, sed ad vtilitatem officij deseruire patiat, l. diuus. §. fin. ff. de bonis damna. de negligentia an requirat monitionem, (scripsi affirmatiuam regulam cum limitationibus interpre. auth. habit. C. ne filius pro patre. in verbo diligenti, ubi etiam multa de diligentia diligenter scripsi: reliqua materiam huius legis negligentia docui in l. lata culpa. supra eod. ubi dixi magnam negligentiam culpam latam esse, negligentiam esse delictum, & leuem culpa paruam negligentiam, leuissimam vocari culpa ibi videri alia poterit.

Cum lex dolus requirit latam culpa dolus non aequiparatur.

Negligentia magna.

Magna dubitatio.

Magnum vel paruum quid dicatur, cuius arbitrio relinquitur.

Culpam aestimare.

Culpam nomine tenetur.

Culpam penes aliquem esse.
Culpa reus est.

Culpa admissum.

Culpa adhibere.

Culpa veniit.

Culpa imputare.
Culpa argui.

In quantum tamen glo. exponit est, pro comparatur, haec expositio non placet, quia est extranea, & est exponere verum per fictum: quod fieri non potest. ista tamen glo. est singul. secund. Angel. in §. suspectus autem. col. 2. de suspect. tutor. in Institut. ad hoc quod quando lex vel statutum expresse requirit totum, tunc lata culpa non aequiparatur dolo scripsi in d. l. lata. supra eod.

Notate magnam negligentiam culpam esse latam: sic & manifesta negligentia lata culpa dicitur in l. 2. C. arbitrium tutel. scripsi in d. l. lata culpa. supra eod.

Alibi dicitur magna dubitatio, ubi est iusta dubitationis causa, l. in l. censoria. supra eod.

Magnitudo, in l. locus. & l. quos nos. §. r. isto tit. Magnum quid dicatur vel paruum iudicis arbitrio relinquitur, in l. fed & si susceperit. §. pen. ff. de iudic. auth. praeterea. C. vnde vir. & vxor. & in cap. statutum. §. in super. de rescript. lib. 6.

Aduertendum est multas esse phrasas a Iurisc. traditas quoad culpa, quas propter prolixitatem materiam non tradidi in d. l. lata. sed hic aliquas adduca.

Primo Iurisc. ait, culpam aestimari oportet, l. 2. ff. de pigno. id est datum damnum culpa est aestimandum, & inde faciendum, l. cu heres. §. pen. de lega. 1.

Culpa nomine tenetur, pro eo quod interpretes dicant tenetur de culpa, l. heredes. §. item culpa. ff. famil. ercisc. l. si pater. in fin. de pact. dotal.

Culpam penes eum esse qui prior flagello percussit, ait Alphc. & hoc planum est in l. si ex plagis. §. 1. ff. ad leg. Aquil.

Culpa reus est, pro quo interpretes, est in culpa, l. qui petit ordo. de rei vind. ibi, culpa reus possessor est, qui per insidiosa loca seruum misit, si is perierit. l. ex maleficijs. in fin. de actio. & oblig. l. qui occidit. in fin. ad leg. Aquil.

Culpa admissum, id est commissum, factum, l. de illo. ibi, difficile est negare culpa ipsius admissum. ff. pro socio. & ista explanatione non indigent: sunt enim perfacilia.

Culpa adhibendum, l. diuus. ff. de offic. praesid. ibi, nam custos furiosus non ad hoc solum abhibetur ne quid perniciosus in se moliantur, sed in alijs quoque exitio sint. quod si omittatur, non immerito culpa eorum adscribendum est.

In restitutione venit dolus & culpa, l. quaesitum. §. si in seruitute. ff. de preca. id est quando res restituitur, tenetur restituens si doli quid vel culpa admisit in re, per qua deterior facta sit, ut fuit dictum in d. l. lata.

Culpa imputari nulla potest, l. quaesitum. de distrac. pignor.

Culpa arguitur, l. venditor. l. 2. circa finem. ibi, nisi culpa eius argueretur. ff. de hered. vendita.

Culpa rationem reddere, l. si quid. de petitione hered. §. sicut autem sumptum quae fecit deducit, ita si facere debuit, nec fecit, culpa huius reddat rationem.

Culpam praestare, id est sarcire damnum culpa praestitum, l. si quis fundum. §. penult. ff. loca. l. videmus. ibidem, l. in rebus. & l. quemadmodum. de iure dotium.

Culpa ratione reddere.
Culpa praestare.

Culpa sua deteriore habitationem fecit inquilinus, l. 2. in quibus causis pignor. Deteriore rem dolo vel culpa facere, l. quod si noluit. §. Pomp. ff. de aedil. edict. l. si venditor. de in diem adiectio. l. cum qui commoda. & quod quis ex sua culpa damnnum sentit non videtur damnnum sentire. l. quod quis ex culpa. ff. de reg. iur.

Culpa sua rem deteriore facere.

Tua culpa accidit, l. si postea. ff. de pecul. Sine culpa sua decepris succurri oportet, l. diuus. ff. de in integr. restitut. l. cum pater. in fin. de pact. dotal. ibi, sine culpa sua diuerterit.

Tua culpa. Sine culpa sua.

Sine dolo malo & culpa euictus est, l. si quis domum. in prin. loca. l. si cum exceptione. §. quatenus. quod metus causa. l. de eo. §. si post iudicium. ad exhibend.

Culpa mariti si res vxoris minoris venierit, ipse tenetur, l. si pater. in fin. ff. de pact. dotal.

Culpa dolus in eo quod ex ante gesto pedit tam ab herede quam heredi praestanda sunt l. actione. §. morte. ff. pro socio.

Culpa caret.
Culpandus non est.

Culpa caret, l. videamus. §. qui vinum. & l. item quaritur. §. 1. ff. loca.

Culpandus non est, l. item. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. ibi, at qui non admittit satisfactionem, solutionem desiderat, culpandus non est. l. si constante. §. si maritus. ff. solu. matr. Alias phrasae quia faciles sunt missas nunc faciam.

IDEM LIBRO SECVNDO Manualium. Lex ccxxvij.

Ex illa parte edicti, TVM QVEM E I HEREDEM ESSE OPORTET, heredis heredibus bonorum possessio non deferretur. item in substitutione his verbis, QVIS QVIS HERES MIHI ERIT, proximus heres tantum significatur: imo non tantum proximus heres, sed etiam scriptus.

Tres particulas haec lex habet. in prima dicit heredem in parte edicti praetoris non comprehendere heredem heredis. in secunda ibi, item in substitutione quisquis mihi heres erit, proximus heres tantum significatur. in tertia ibi, imo, addit quod non solum heres proximus significatur, verum etiam scriptus heres, non vero coniunctus.

Haec lex plene fuit declarata quoad postremas partes in l. sciendum. supra eod. prima autem pars extracta est ex praetoris edicto quod sic conceptum erat: Praetor ait, uti me quacunque lege senatusve consulto bonorum possessionem dare oportebit, ita dabo: nunquam bonorum possessio quae ex alia parte edicti agnita est, impedit ista bonorum possessionem. Cum ex l. 12. tabu. quis habet hereditatem, hinc non petit, sed inde. Tum quem ei heredem esse oportet. quippe cum non alias quem competat bonorum possessio, ff. de preca. id est quando res restituitur, tenetur restituens si doli quid vel culpa admisit in re, per qua deterior facta sit, ut fuit dictum in d. l. lata.

Ad tit. v. ex legibus senatusve consulto bonorum poss. det.

Et haec verba declarat Iulian. esse cum quodam tempore spatio accipienda, non vt ad mortis testatoris tempus referantur, sed ad id quo bonorum possessio peteretur: & ideo legitimum heredem si capite deminutus esset, ab hac bonorum possessione subtrahitur.

submoueri palam est, l. i. ff. vnde legit. hæc autem bonorum possessio omnem vocat qui ab intestato potuerit esse heres, siue lex 12 tabular. eum legitimum heredem faciat, siue alia lex senatusve consultum. Generaliter sciendum est, quoriscunque vel lex, vel senatus defert hereditatem, non etiam bonorū possessionem, ex hac parte eam peti oportere: cum verò etiam bonorum possessionem dari iubet, tum ex illa parte edicti qua ex legibus peti deberet, sed & ex hac parte poterit, l. 2. & fin. ff. vnde legi. hanc bonorum possessionem elucidat Ias. in l. fin. C. vnde legi. & Arnal. Contadis in suo tracta. de bonorum possess. sed quia in hoc Regno vsus bonorum possessionum rarus est, & forensè lucrum modicum, quia possessorio agere solemus, & interdico vti possidetis in hereditatibus petendis, vi consuetudinis Mortuus fassit viuum, de qua scripsi in tracta. de materia possessio. artic. 9. in 3. to. commentar. in consit. Reg. Gallic. ideo alia de his bonorum possessionibus vobis non afferam.

De hac dictione ite tractaui in l. Labeo. i. §. item. supra eodem.

Hæc dicitio imo hic auget, & sæpius, vt in l. imo. ff. de libera. causa.

Interdum emendat. vt Africa. scribitur in l. Stichus, imò Pamphilus liber esto, Pamphilum liberum futurum respon. quodammodo enim emendasse errorem suum testatorem, & c. l. Stichus. ff. de manumiss. testa. l. si ita scriptū. de hered. instituend. vbi glo. Bar. & alij in i. consit. C. & Panor. in c. 2. col. 2. vt lite non contest. l. procuratoris. §. si propter. ff. de tributo. ibi plerunque enim hic apparatus ex merce est, imò semper: vnde si iudex dicat absoluo, imò condemnno, sententia dicitur condemnatoria. per text. iuncta glo. in cap. prædicator. 16. q. 1. & in extrauag. execrabilis. scripsi in interpret. l. quod iussit. ff. de re iud. vbi sustinui conclusionem, sententiam posse dici condemnatoriam, licet verbum absoluo sit in sententia positum. & idem in testibus si dicant factum in mense Maio, imò Iulio, vt censetur factum mense Iulio: quia testes se correxerunt, vt docet Ias. in l. r. in fin. C. de furtis. vltimis enim verbis standum est, l. si mihi & tibi. §. f. ff. de lega. r. & in l. pacta nouissima. C. de pact. vbi plene Ias. hæctenus de his: ad alia pertransio.

IDEM LIB. SINGVLARI. DE cognitionibus. Lex ccxxviiij.

Municipes intelligendi sunt & hi qui in eodem municipio nati sunt.

Municipes vocantur etiam hi qui in eodem municipio & loco vel ciuitate nati sunt: quamuis olim municipes dicebantur illi qui Romam ex aliis locis venissent, neque ciues Romani essent: participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum vna cum Romanis ciuibus, præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo, teste Festo: & hoc elucidatur in l. pupillus. §. decuriones. infra eod. & per Aulum Gellium lib. 16. c. 13. vbi definit qui municipes sint, scribitque municipia dicta, quod cum omnino suis iuribus & legibus vinerent, munera cum populo Romano habebat cõmunia, id est tranquam Romani reputabatur, teste Blondo in lib. 3. de Roma triumphante, & Crinito li. 7. c. 6. de honesta disciplina. Et licet Stoici totum hunc mundum municipium suum existimarent esse, vt scribit Cicero de finibus bonorum & malor. & Iuriscõsult. facilem sensum præbet, sic dicens, Municipē aut natiuitas facit aut manumissio aut adoptio: & proprie tamen quidem municipes appel-

latur muneris participes, recepti in ciuitate vt munera nobiscum facerent: sed nunc abusiue dicitur suos cuiusque ciuitatis ciues. & municipes sunt liberti & in eo loco vbi ipsi domicilium sua voluntate tulerunt: nec aliquid ex hoc origini patroni faciunt præiudicium, & vtrobique muneribus astringuntur, l. filij. §. i. ibid.

Municipalis & municipale dicitur, quod ad municipales pertinet. vnde Iuriscõsultus ait, Ad municipales, intelligite veniamus, & elucidemus quomodo sicut municipes, & iura eorum, & quæ præcipua sunt illis, & de incolis, id est degentibus ibi & habitatoribus, quod his magistratibus parere debent apud quod incolæ sunt, & alia iura ciuium peculiaria hic describit titulus. De incolis dicitur in l. pupillus. infra eodem, & munera municipalia in l. Lucius. §. idem respondit, constante. ff. ad municipal. & l. 3. de munerib. l. semper. de iure immunita. l. 2. §. i. si quis cautio. l. insulam. in fin. loca. & dignitas municipalis in l. eos. in fin. ff. de decurio.

Inde consuetudines vel statuta Montispeffulani dicuntur iura municipalia & peculiaria Montispeffulani: & consuetudines Tholosanæ dicuntur iura municipalia Tholosana, & sic de aliis: probatur in l. 3. & vlt. de decretis ab ord. faciend. & dicitio municipes & originarios cõprehendit & incolas, glo. & doct. in rub. de municipib. & origina. lib. 10. quam sequitur Petrus Antibalus in tracta. de munerib. in princip.

Etiam magistratus municipales dicuntur municipiorum magistratus, id est cuiuslibet ciuitatis, vel oppidi, à muneribus in vrbe capiendis, l. i. ad municipal. & in rub. Cod. de magistr. municip. l. quemadmodum. §. municipales magistratus si damnum iniuria dederint, possunt Aquilia teneri. ad leg. Aquil. quamuis glo. in rub. C. de magistr. municip. dicat municipales magistratus esse magistratus castrorum & villarum, quæ villæ non solent muros habere: & tamen municipiorum muri sancti sunt, l. sanctum. de rer. diuis. vnde Iurisc. omnia municipia vocat extra Romam in l. vna. ff. de ambitu. & Purpura. in l. i. ff. de offic. eius cui manda. est iuris d.

Etiam Alciat. ait, magistratus municipales dici ipsos ciuitatum decuriones. nam ciuitatum defensores non ex decurionibus sed ex aliis eligebantur tres numero, qui hoc agerent, ne tenuiores & infirmi à nobilioribus laderentur, l. 2. C. de defenso. ciuitat. Alciat. in lib. dispunc. 3. c. 5. facit l. honores. ff. de decurio. l. i. C. de magistr. municip. sed contrarium probat l. 5. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. & l. i. de magistr. conueniend. Petrus Cotereau in tracta. de magistr. Gallia in rub. de magistr. municip. Alciat. tamen defendit Canol. in l. 2. ff. de origine iuris. sed vt cunque, hodie magistratibus municipales vocamus cuiuscunque; municipij, siue defensores sint siue decuriones, l. i. & 4. ff. de damno in fec. l. incola. cum multis aliis legibus. ff. ad municipales. quod ad sequetia prodesse potest, quia his nõ licebat de seruo supplicium sumere, l. magistratibus. ff. de iuris d. omn. iudic. nec in integrum restituere, nec ea facere quæ magis imperij sunt quam iurisdictionis, l. ea quæ. ff. ad municipal.

Item si quis vi me deiecerit nomine municipium, in municipes interdictionem reddedum est, si quid est, si quid ad eos peruenit, l. 4. ff. de vi & vi arma.

Etiam actor municipium potest rem iudicatum recufare, & in municipes actio dabitur, l. 4. §. actor. ff. de re iudic. Bald. consil. 47. vol. 3.

Prætor vel magistratus municipalis ad funus sumptum decernere debet, si quidem pecunia in hereditate est ex pecunia, si non est, distrahere debet ea quæ tempore peritura sunt, l. si quis sepulchrum. §. fin. ff. de relig. & sump. funer.

Municipalis.

Municipalia iura.

Municipales magistratus.

Defensores.

Magistratus municipales in Gallia qui. Magistratum municipale officium.

Defensor

Bonorum possessionis rarus in Gallia. Mortuus fassit viuum.

Imo & auget & emendat.

Municipes que.

Municipij appellatio vnde.

Defensor municipij, vel ciuitatis, vel cuiuslibet corporis iusiurandum deferre potest, si super hoc mandatum habet. l. iusiurandum & ad pecunias. §. i. ff. de iureiurand.

Vltimo legatis municipiorum succurritur ex principum Marci & Commodi constitutione, si in legatione læsi sint. l. legatis. ff. ex quib. caus. maior. Alia multa colligi poterunt ex titu. ff. ad municip. ista nunc sufficiunt.

IDEM LIB. SINGVLARI DE Tacitis Fideicom. Lex ccxxix.

Transacta finitave intelligere debemus non solum de quibus controuersia fuerit, sed etiã quæ sine cõtrouersia sunt sopita.

Iuriscõsultus hic elucidat quomodo transacta vel finita intelligantur, dicens tam illa dici transacta aut finita de quibus fuerit controuersia, quam de quibus non fuerit: & lex sequens tria præbet exempla, vt pote quando sunt per sententiam terminata, vel transactionem composita: & in his exemplis regulariter inest controuersia. Etiam transacta dicuntur quæ longioris temporis silentio sunt terminata, videlicet per prescriptionem: & tunc nulla est controuersia, quia si esset controuersia interrumperetur prescriptio, per l. naturaliter. vbi Bart. ff. de prescript. l. cum notissimi. & l. sicur. C. de prescript. triginta anno. c. illud prescriptio.

Et sic transacta vel finita debemus illa intelligere non solum de quibus erat conuerfia, verum etiam illa quæ sunt possessa sine controuersia, vt si possedi decem annis tuum fundum te præsentem sine controuersia, finita est prescriptio, transacta est prescriptio longi temporis silentio: & finis istius legis refertur ad prescriptionem: patet quia dicit possessa. in prescriptione enim requiritur possessio, sine illa cessat, cap. sine possessione. de regul. iur. l. 3. de vsu capio. vnde hæc lex caute dicit, transacta vel finita dici non solum de quibus fuerit controuersia, sed etiam ea quæ possessa sunt sine controuersia. & ista est huius legis mens.

Etiam intelligi potest quod finita illa dicantur quæ sunt iudicio terminata, & quæ transactione sunt composita, & quæ longo temporis silentio sunt possessa. quidam verò referunt transacta ad negotia in quibus erat controuersia sopita: finita ad omnia alia quæ communi consensu terminata sunt. hoc probatur in l. i. in fi. ad Tertull. dicam inferius in fi.

Et sic infert Alcia. eum agere qui in iudicio profecquitur id quod sibi debetur: inde actio dicitur, l. nihil aliud est actio. ff. de oblig. §. i. In lit. de actio.

Ab hoc verbo deducuntur exigere, peragere, transigere. Exegit secundum eum, qui quod iudicio profecutus est recepit: nihil adducit: imò qui ab inuito extorquet, & antequam extorqueat, vt dixi in l. verbum exacte. supra eod.

Peragit qui obtinet: vnde peragisse reum dicitur qui damnauit, l. 2. ff. de adulter. scripsi in l. 3. supr. eo. Transigit qui actionem sibi competentem, siue instituta siue instituenda sit, aliquo accepto causa concordie omittit, d. l. i. & l. transactio. C. cod. sed ibi dicitur aliquo dato, vel retento, aut promisso.

Relinquere verò est in totum nihil dato deserre, l. qui cum vno. §. exauctoratus. ff. de re milit.

Norandum est quod verbum transigere est generale cõprehendens omnem actū quo concordia inducitur, vel ab obligatione disceditur, & negotiū finitur ac pericitur. l. i. §. conuentionis. vbi glo. & doct. in verbo transigendi. ff. de pact. & ita capitur in hac l. transacta.

Municipio non legati ladi non de bent.

Transacta & finita que dicantur.

Agere quis dicitur.

Exigere.

Peragere.

Transigere.

Relinquere

Transigendi verbum generaliter vt sumatur

Interdum specialiter capitur quando disceditur a lite per concordiam, & vocamus transactionem, vt in l. seq. sed Alber. hic intelligit transacta esse speciem, & finita genus: & quando species præcedit genus, secundum eum, tunc genus ampliat, vt hic intelligatur transacta per transactionem composita, & finita quocunque modo: vt quod non erat per speciem notatum comprehendatur per genus, l. si seruus seruam. §. inquit lex. ff. ad leg. Aquil. & in l. verbo victus. cum l. seq. supra eo. imò debet intelligi vt dixi supra, vt transacta omnia dicantur quæ finita sunt etiam sine controuersia, & generaliter accipiendo transacta, sed in specie ea quæ composita sunt per concordiam a lite discedendo, aliquo dato, retento, vel promisso.

Controuersia dicitur tam in iudicio quàm extra, tam de facto quàm de iure, tex. & ibi gl. in l. Lucius. §. tres heredes. ff. ad Trebellia. l. i. de re iudic. l. non solum. §. si status. de procura. l. penul. §. Latinus. de excep. rei iudic. Bart. in l. amplius. ff. rem ratā habet. Alexand. consil. 52. viso testamento. col. 1. in 2. vol. vbi dicitur idem esse controuersiam mouere, vel molestiam facere, & idem Alex. consil. 177. in 5. vol. & consil. 195. prospectis. col. vlt. in 6. vol. Felin. in c. in præsentia. col. 2. de proba. Ias. in l. stipulatio ista. §. i. de verbor. oblig. Geor. Natan in repe. cle. sæpe. in princ. in verbo causas. col. 7. de verb. signific. vbi vbi ponit de quo oporetur: & sic transactio vix fieri poterit quin sit aliqua controuersia mota, vel mouenda, l. 2. C. de transact. & in l. seq. dicitur.

IDEM LIB. SINGVLARI AD Senatusc. Orfician. Lex ccxxx.

Vt sunt iudicio terminata, transactio- ne composita, longioris temporis silentio finita.

Iuriscõsultus exemplum primum ponit quādo transacta vel finita dicuntur, videlicet quando sunt iudicio terminata, & sine controuersia.

Ilia igitur quæ in iudicio terminata sunt sententia, dicuntur transacta vel finita, per l. primam. ff. de pact. & hic, & l. i. ff. de re iudic. facit l. inter ea. §. qui furem. ibi. negotiū terminatum. ff. de fur. & Pomp. ait per iusiurandum transactum videri, l. quod si differenti ff. de dolo: & transactum de negotio, in l. non distinguemus. §. item non est cogendus. ff. de arbit.

Terminare finire est & decidere, l. iusiurandum & ad pecunias. §. penult. ff. de iureiurand. ibi, si quid tale incidit officio iudicis conceptio huiusmodi iusiurandi terminetur. & in rub. iuncta l. fin. Cod. vt intra certum tempus criminalis actio terminetur. inde termini sunt fines in agris positi, cap. forus. de verb. signific. & in rubr. ff. & Cod. finium regundo.

Terminare est etiam terminos & fines imponere vnde Iuriscõsult. ait: illa quæ parietibus discernuntur, id est distinguuntur, diuiduntur, vicina potius quam confinia dicuntur, l. sed & loci. in fin. ff. finium regundor. terminare quid sit docui in l. locus. in fin. supra.

Inde terminus pro limite, vt l. i. & toto titu. ff. de termi. amoto, & l. sed loci. §. si dicantur termini deiecti vel exarati, id est arando euulli, eiecti. ff. finium regund. Etiam pro fine accipitur: vnde omnibus hominibus terminus est vitæ mors. §. hæc quidem versic. eodem ordine. in authen. de hered. Fal. colla. l. & præfectus vrbis cum terminos exierit, potestatem non habet, l. fin. ff. de offic. præfect. vrbis, ibi terminos accipit pro fine iurisdictionis sibi concessæ.

Terminum

Transigendi verbum vt sumatur specialiter.

Controuersia iam in iudicio, quæ extra. Controuersia mouere.

Transacta & finita que dicantur.

Terminare & decidere. Termini.

Terminare fines imponere.

Terminus pro limite. Terminus pro fine.

Terminus prodilatatione. Terminus peremptorius.

Terminum pro dilatione vocat Iurisc. in l. i. ff. de decret. ab ord. faciend. & frequenter summi pontifices ac iurium interpretes terminum peremptorium dicunt. c. consiluit. de offi. deleg. c. i. de dolo, lib. 6. & l. ad peremptorium. ff. de iudic. Quia hic de his quae iudicio terminata sunt, id est de sententiis & re iudicata loquimur, ideo de effectibus illorum videamus. & primus sententiae seu rei iudicatae effectus est quod imponit finem controuersis, l. i. ff. de re iud. & ibi interpretes hoc late explicant.

Effectus rei iudicatae, vel sententiae. Res iudicata sine controuersis imponit. Vm legis obtinet. Post rem iudicatam quae transfigere non licet.

Secundo vim legis obtinet in ambiguitatibus quae ex legibus proficiuntur, l. Imperator. ff. de legib. glo. & doct. in l. de quibus, in verbo, inueterata. ibidem. Tertio post rem iudicatam transfigere non licet, utpote quando res est liquida, l. i. ff. de transac. nam causas vel lites transactionibus legitimis finitas Imperiali rescripto suscitari non oportet, l. causas. C. de transac. Nisi iudicatum esse negaretur, vel ignoraretur, l. post rem. ff. de transac.

Circa rem iudicatam non licet impetrare lites.

Quarto si quis post rem iudicatam transigerit, & soluerit, repetere illud solum tanquam indebitum poterit: quia transactio nullius est momenti, l. eleganter. §. si post rem iudicatam. ff. de cond. in deb.

Res iudicata pro veritate habetur. Actionem produci. De non esse facti ens.

Quinto contra rem iudicatam non licet impetrare lites, l. impetrata. C. de sentent. & re iudic. & si impetratae fuerint, nulla sunt: sed eos qui talia rescripta meruerunt etiam limine iudiciorum expelli docet Imperator in l. si. C. sentent. rescind. non posse. scripti in tracta. de liter. ciuilib. artic. glo. 6. in i. tomo consil. Regia.

Soluti ex causa rei iudicata non repetitur. Iudicatum Principis & curia superioribus debent.

Sexto res iudicata pro veritate habetur, l. ingenium. ff. de stat. hom. l. res iudicata. de regul. iuris, c. exposita. de arbit.

Res iudicata est inuisibilis.

Septimo res iudicata actionem producit, l. miles §. qui iudicati. ff. de re iudic.

Contra rem iudicatam lites quae quinquennales non dantur.

Octauo de non esse facti ens, & non obligatum obligat, l. si non forem. §. heredi. vbi glo. & doc. ff. de cond. in deb. & naturalia sanguinis vincula mutat, & fallum in verum non essentialiter, sed quoad effectum, teste Bald. in c. in praesentia. in fin. de renuntia. lat. & alij in d. l. Julia.

Post rem iudicatam abso luto g. no valis non potest.

Non solum ex causa rei iudicatae non repetitur, tanquam indebitum, l. Julia. ff. de cond. in deb. l. i. C. illo titul.

Res iudic

Decimo sufficit allegare & dicere iudicatum fuisse a Principe, Iurisc. in l. i. §. eod. ff. de senatusc. Silan. ibi, & ait Sextus sic esse sepius iudicatum, idem si senatus iudicauerit, nam illud iudicatum curiae inferiores sequi debent. Et hoc iurant Iudices Fraciae, text. in l. milites agru. in fi. ff. de re militari. ibi, quod exemplam & in ceteris sequi nos debere Menader rescriptis. docui in prooemio concord. in verb. summas. vers. 23.

Vndecimo res iudicata est inuisibilis, nec potest pro parte valere, & pro parte non, l. in hoc iudicio. ff. familiae erciscund. Bart. in l. i. C. si in communi eademque causa in integr. restit. posth. l. i. si aduersus rem iudic.

Decimoquarto sententia & res iudicata appro-

bat consuetudinem, & eam firmat, l. de quibus. vbi glo. & doc. ff. de legib. & in §. ex non scripto. de iure natural. in Instit.

Decimoquinto res iudicata contra consuetudinem valet: Bart. & alij in d. l. de quibus. Alexand. in l. cum probatis. ff. de re iudic.

Decimo sexto res iudicata nocet etiam tertio, quoad quale quale praedictum, l. si duo. ff. de iureiu. l. saepe. de re iudic. vnde sententia legitimationis. Bart. in l. i. §. plane. ff. de liber. agnos. Innoc. in cap. causam. qui filij sunt legi.

Decimo septimo res iudicata contractui aequiparatur, quia reuocari non potest, sicut contractus, l. quod iussit. ff. de re iudic. vbi scripti in 2. no. Alex. in l. impossibilis. ff. de verb. oblig.

Decimo octavo pro re iudicata praesumitur, l. Herennius. ff. de euid. c. in praesentia. de renuntia. Innoc. in c. bona. n. de electio. Panorm. in c. cam ad sedem. in fin. de restit. spol. & in cap. causam quae de re iudic.

Decimo nono facit ius, & contra ius litigatoris sententia lata, valet, l. i. §. item. ff. quae sentent. sine appellat. rescindant. cap. cum inter. de re iud. illoritulo, in 6. lafon. in l. cum quis. Cod. de iuris & facti ignorantia.

Decimo decimo valet res iudicata, etiam si erronea & per errorem lata sententia fuerit, d. l. i. quae sentent. l. 2. C. quando prouocatio est necesse. l. & ex diuerso. §. fin. ff. solut. matron. d. c. cum in. et. per re iud. nisi fauore minoris. l. scire. §. consequens. ff. de excus. tutor. Felin. in cap. i. de re iudic.

Decimo undecimo iniuriam facit qui contra rem iudicatam venit, l. diffamari. C. de ingen. & mana.

Decimo duodecimo depositarius ex re iudicata cogi potest ad reddendum depositum acceptum etiam per derentionem personae, quamuis fuerit clericus, Bal. in l. acceptam. C. de vsur. dixi in tract. de liter. oblig. art. §. glo. 9. in i. ro. comment. in consil. Reg. & quando iudicatus rem non vult restituere, manu militari ab eo auferri potest, l. qui restituere. ff. de rei vindic.

Decimo tertio rescriptum contra rem iudicatam dicitur subreptitium, licet sententia fuerit expressa in eo, si non fuerit expressum quod transierit in rem iudicatam, glo. & doc. in cap. super literis. de rescrip. quia illa generalis expressio parit obscuritatem, per l. ita fidei. ff. de iure fisci: & paria sunt nihil exprimere vel obscurare, l. de arate. §. ex causa. ff. de interrogat. act. & qualitas est in rescripto exprimenda, cap. ceterum. in fi. de rescript. & ea quae mouent ad facilius concedendum vel negandum, ca. pauptastri. de rescrip. scripti in d. tract. de liter. ciuilib. artic. vnic. glo. 6.

Decimo quarto si iudex declaret quem debitorem, censetur eum condemnare soluendum debitum, & si declaret bona hypothecata, censetur condemnare ad restitutionem: & si dicat, pars furtum commisit, censetur ad poenam condemnare, l. i. ff. ad Turpil. l. quanquam. C. de sentent. quae sine certa quanti. profer. nam qui vult antecedens, & consequens. Aymo Crauete consil. 79. quondam. nu. 4. oportet tamen in sententia exprimere: alias in hoc Regno appellari posset, & sententia irritaretur.

Decimo quinto tollit noxae dedicationem, nam si noxali iudicio condemnatus sit possessor ad restituendum equum, eo defuncto non potest eum noxae dare, litem veniunt. §. idem recte. ff. de petitione. heredi.

Decimo sexto condemnatus ad soluendum non potest fideiussores dare, vel aliter satisfacere, ne obligationes oriantur ex obligationibus, l. 4. §. ait praetor. ff. de re iudic. Dec. in cap. cum sit Romana. num. 13. de appella.

Vigesimo

causa approbat consuetudinem. Contra consuetudinem valet.

Res iudicata tertio nocet.

Contractus aequiparatur.

Pro re iudicata praesumitur.

Res iudicata facit ius.

Valet etiam si per errorem lata.

Iniuriam facit qui contra rem iudicatam venit.

Ex re iudicata depositarius cogi potest ad reddendum depositum.

Contra rem iudicatam rescriptum imperarum dicitur subreptitium.

A iudice si declaretur quis debitor, censetur ad restitutionem.

Decimo quinto tollit noxae dedicationem.

Decimo sexto condemnatus ad soluendum non potest fideiussores dare.

Vigesimo

Res iudicata habet executionem paratam.

Ex sententia acquiritur dominium.

Ex sententia compellitur copellitur.

Sententia ratione Publiciana contra dominum datur.

Res iudicata bona fidem inducit.

Transactio dupliciter sumpta.

Transigere pro componere & pacisci.

Transactio quid. Compositio quae ex iure canonico.

Componere & ad transactionem & ad compositionem referuntur.

Transigit, qui de re dubia, nec dum finita transigit.

Vigesimo septimo habet executionem paratam, l. i. & per totum, C. de execu. rei iud. de quo plene scripti in tracta. de sentent. execu. in primo tomo commenta. in consil. Reg. idem in instrumento obligatorio: docui in tracta. de liter. obliga. ibidem.

Vigesimo octavo ex sententia acquiritur dominium, l. statuliberi. §. Quintus. ff. de statulib. §. si de offic. iudic. in Instit. mediante tamen traditione, las. in rubr. ff. de re iudic. glo. & doc. in l. exceptio. ff. de exceptio. rei iud.

Vigesimo nono quod quis compellitur precise ad factum, si sit per sententiam condemnatus, d. l. qui restitueret. vbi glo. ff. de rei vindic. las. in l. certi condictionis. col. 6. nu. 26. ff. si certum petat. & consil. 9. in 1. vol. licet alias contra. in l. si quis. §. fin. ff. de re iudic. & in l. stipulationes non diuiduntur. de verbo. obliga. ff.

Trigesimo licet regulariter Publiciana non detur contra dominum, l. penul. & si. ff. de Public. tamen si non dominus obtinuerit sententiam contra verum dominum, Publiciana ratione sententiae dabitur contra dominum, tex. in l. si quis rem. ff. de exceptio. rei iudic. quem notant doc. in §. sed istae. de actio. in Instit.

Trigesimo primo inducit bonam fidem, ex qua lucrabitur quis fructus, l. iuste. ff. de acquiren. poss. scilicet aliae multa sunt utilitates, quas quisque huc afferre poterit, haec nunc sufficientes.

Transactio composita. Item transactio composita dicitur transactio: & sic transactum dupliciter capitur, videlicet in genere pro finito, vt dictum fuit: inde transactum tempus, l. continuus. §. cuncta. ff. de verb. obli. & in specie, quando est composita concordia inter partes aliquo dato, retento, vel promisso, l. transactio. C. de transac. sic & iurisdictionis, in l. imperium. ff. de iurisd. om. iudic.

Nam transigere dicitur componere, pacisci, conciliare, concordiam inire, decidere, absolueret, perficere, gerere, expedire, fieri, d. l. ff. de pac. inde transactum pacto, in lege, si instituta in princ. ff. de inoffic. testa. transactum dicitur sententia, l. quid ergo. §. poena. de his qui notan. iura. l. i. de termi. amo. inde transigere tempus, pro transire, quasi transire, lege. arbitri. §. dolo. ff. de dolo, ibi, transactis legitimis temporibus, lege, quas situm. de vsu fruct.

Ex hoc ergo tex. colligi potest, quod compositio est transactio: sed c. si per eo. de transac. refragatur, vbi compositio gratuita est, transactio autem fit aliquo dato vel retento aut promisso: quod in spiritualibus fieri non potest, quia esset simonia, vt in d. c. super eo. Respondete quod verbum componere est generare tam ad transactionem quam ad compositionem gratuitam, & ideo solent canonice adiacere, gratis vel amabiliter componere, d. c. super eod. & postquam hoc est a iure canonico declaratum, compositio nem gratuitam fieri posse in spiritualibus, licet in aliquo tex. permittatur compositio, non exprimes gratuitam, tamen de hac intelligitur, teste Hostien. in summa de transac. Felin. in c. capitulum. in fi. de rescrip. vbi hoc c. super eo. limita.

Vnde qui transigit, quasi de re dubia & lite incerta neque finita transigit, l. i. ff. de transac. & dictio quasi ibi est expressiua veritatis, vt est in euangelio, quasi vnguenti. Et vult dicere tex. quod qui transigit, de re dubia & non finita transigit: quia si esset lis finita, iam esset transacta & finita, ergo non esset alia opus transactione, l. & post rem. ff. de re iudic. cum transactio remedium litium finiendarum sit, l. farris. C. de transac. d. l. & post rem. vnde Iurisc. ait, qui tutelam gerit transigere cum iure potest, l. interdum. §. qui tutelam. ff. de furt. & si tutor qui negotia gerit, aut curator transigerit cum iure, qui actio euaneicit, l. si pignori. ibid. in fin.

Item de lite incerta transigitur, non quod lis incerta sit, quia si sit certum litem esse transigi potest: sed lis dicitur incerta, quia dubius est eius cunctus, l. quod debetur. ff. de pecul. ob id super ista lite incerta transigitur, nescimus enim an vincamus, vel aduersarij: ideo super ista lite incerta transigitur: quam dubiam vocat Impera. in l. praesens. C. de transac. siue lis fuerit super toto siue super parte: transigeret enim super eo, super quo est dubium, quicquid dicat glo. in d. l. i.

Aduertendum est quod ad hoc vt valeat transactio non est necesse litem esse, sed sufficit timor litis, per l. 2. C. de transac. vbi plene docet.

Ego dico posse etiam transigi si res sit dubia, dubia enim res dicitur per negationem non calumniosam, l. post rem. & ibi glo. declarat. ff. de transac. post l. 3. C. quib. ad liber. proclama. non licet: & ante litem contestatam & post transigi licet, d. l. eleganter. §. si quis post. ff. de cond. in deb.

Et ideo siue lis fuerit siue non, dum tamen de facto moueatur controuersia etiam extra iudicium potest interuenire transactio, etiam si non speraretur lis, sed via facti: quia per transactionem sibi quis prouidere potest, vt hic Bar. & doc. in d. l. 2. C. de transac. & sic transigi potest de re dubia etiam siue lite praesente, vel futura, etiam super lite incerta reate transigere licebit, per d. l. i. dummodo res non sit indubitata, d. l. eleganter. §. si post. & transactio nem quae sit super re indubitata dicant, vt pactum valere Bar. & alij in d. l. i. & in l. si causa cognita. C. de transac. tex. in l. ius. C. de repud. heredi. quia sic transigitur res, id est finitur: & nunquam audiui impugnari transactionem tanquam de re indubia factam.

Nec placet quod las. dicit in l. i. col. 2. ff. de transac. transactionem de communi partium consensu posse fieri de re certa & liquida, quando expressa est renuntiatum instrumento, vel sententia, quandoquidem si renuntiatum est sententia, iam res non est certa & liquida: & sic eo casu transactio non fit de re liquida, nempe renuntiatum res efficitur dubia, & habetur ac si non esset iudicatum: & sic res est dubia super qua transigi potest: sed ibi res non dicitur certa, vt las. asserit. nec sola renuntiatum partium sufficeret, si nulla in contrarium allegaretur causa, sed esset imaginaria quaedam transactio: sed si causa allegetur, vt pote quia fuit lata sententia contra Titium minorem, nunc vult restitui contra sententiam, super illo transigi poterit, licet sententia in rem transierit iudicatam: quia dubia res est an hic minor restitui debeat, necne: & idem in aliis casibus vbi allegatur causa: alias sola renuntiatum partium vix sufficeret.

Aduertendum est quod in transactione tria requiri asserunt doc. primo quod fiat de re dubia, hoc est verum & certum, per d. l. primam. ff. de transac.

Secundo quod super lite incerta, vt d. l. i. ad notandum quod si dubietas causa oriatur aliquid de quam ratione litis mota vel mouenda, vt in l. de fideicommissio. C. de transac. non est proprie transactio, sed improprie, gloss. & doc. in d. l. i. sed Bal. ibi contrarium tenet, cui adhaereo. nam sufficit quod res sit dubia, vt dixi superius: & proprie dicitur transactio, licet non fiat super lite.

Tertio quod non fiat gratis, sed aliquo dato, vel retento, seu promisso, l. transactio nullo dato. C. de transac. quod est verum quando transactio est proprie sumpta secundum las. in d. l. i. sed large transactio capitur pro omni actu per quem ab obligatione disceditur.

Ego puto quod proprie etiam dicatur transactio: quia transigere significat proprie finire, deci-

Lis incerta quando dicatur.

Transactio quando locum habeat.

Transactio nem non fieri de re certa.

Transactio locum habeat, quot requirantur.

Transactio large quomodo sumatur.

dere, perficere: & quando finitur res etiam non cō-
trouersa, dicitur transactum negotiū, siue sit con-
trouersia de facto in iudicio, vel extra, de facto vel
de iure, vt supra dixi.

Quartū requiritur quod bonafide facta sit, l. r.
in fin. ff. ad Tertul. non dolo, vi. vel metu: alias re-
fctm di potest, l. interpositas. C. de transac. & hoc in
Regno non solet peti vt infringat transactio, nisi
litteris à Rege vel cancellaria impetratis: tamē per
viā exceptionis sine litteris à iudicibus irritari pos-
set: sed in curiis secularibus ad cautelam impetran-
tur, in curiis verò ecclesiasticis nullæ impetrantur
litteræ, sed iudices omnia supplēt ex officio, prout
iuris est, c. fin. de offic. iudic. l. r. ff. de iurisd. om. iu-
dic. scripti in Lactonis. supra eod.

*Finita silen-
tio lugi tō-
poris qua
dicantur.*

Longioris temporis silentio finita. Finita silentio lon-
gioris temporis, id est longi temporis, vt pater in
rub. C. de præscrip. longi tempo. dicuntur sine cō-
trouersa possessa. Et alibi Iurifcon. ait, iudicata de-
bemus accipere ab eo cui iudicandi ius fuit: tran-
sacta, scilicet bonafide, vt valeat transactio finita,
vel consensu vel longo silentio sopita, potuerunt
præscriptio nem. ita interpretatur tex. in l. r. §. fin.
ff. ad Tertul. quamuis glo. ibidem exponat longo,
id est longissimo, quod non debebat fieri: quia de
iure ff. non erat nota præscriptio triginta annorū,
quæ longissimo tempore inducitur, vt docet glo.
in l. qui occidit. ff. ad legem Aquil. quam sequitur
Ioan. Franc. Balbus in tracta. de præscrip. in 4. par-
te quartæ partis principal. q. vlti. & si iurifconful.
intelligere voluisset de longissimo tempore, dixisset,
nec potuisset Iurifc. prælagire ad præscriptio-
nem quæ id temporis non erat.

*Exceptio-
nis perem-
ptoria obie-
ctum.*

Item obiectus exceptionis peremptoriæ non
impedit litem contestari, nisi agatur de re iudica-
ta, transacta vel finita, c. r. de litis contesta. in 6. &
istæ exceptiones litis sunt finitæ: de quibus per Fel-
d. & Soci. in c. vno, de litis contesta. in 6. & ibid.
Peruf.

Item opponuntur ante litem contestatam, &
practici concludunt in his ad finem non recipien-
di: in aliis verò peremptoriis quæ non sunt litis fi-
nitæ, ad fines peremptorios, vt scripti in tracta. meo
de exceptio. in materia harum exceptionum.

Vide phrasēs huius dictionis fines & finita in l.
pupillus. §. territorium. infra, & Definire in l. car-
bonum. supra.

IDEM LIBRO SINGVLAR.
Ad Senatufc. Tertul. Lex ccxxxj.

Quod dicimus eum qui nasci spera-
tur, pro superstite esse: tunc verum est,
eum de ipsius iure queritur. aliis autem
non prodest, nisi natus sit.

*De his qui
vtero sunt.*

Dua hic sunt regulæ. Prima est, quod is qui in
vtero est, & nasci speratur, pro nato habetur quoad
suam vtilitatem. Secunda est, quod existens in vte-
ro natus non censetur quoad alios, nec ad eorum
cōmodum, tex est in l. qui in vtero sunt in toto pe-
ne iure cituli intelliguntur in resū natura esse. nam
& legitima hereditates his restituntur: & si præ-
gnans mulier ab hostibus capta sit, id quod natum
erit postliminiū habet: item patris vel matris con-
ditionē sequitur, & c. ff. de statu homi. vbi melius
elucidatur & fufius. facit rex. pulcher in l. Neratius.
ff. de manumif. testa. vbi Neratius scribit, si cui sic
libertas data sit: si filius nullus mihi erit cum mor-
riat, Stichus liber esto: impediri libertatem posthu-
mo nato. & Matrh. i. c. in fin. habetur: quod enim
in ea natum est de spiritu sancto est. pariet autem

filium, & a. natam vocat licet in vtero esset: quia
omnibus natus erat, id est pro salute omnium cre-
dentium.

*Posthu-
mus vt per
confingunt
noua ven-
ditā retrah-
ere potest.*

Vnde posthumus per curatorem qui ipsi dabi-
tur, ad retrahendam rem per consanguineum ven-
ditam admittitur: sed executio manebit in penden-
ti dum est in vtero, per tex. in l. 3. §. r. ff. de iniust.
ibi, ex his apparet aliam causam esse filiorum sup-
perlitum, alia posthumorum: illi iniustū faciunt,
hi rumpunt: illi semper, hi si nascatur, nec inueniāt
se exheredatos. Plene decidit domin. Tiraquel. in
tract. de retrah. §. r. glo. 9. nu. 73. cum sequen. vide-
te eum in repeti. l. si vnquam. in verbo susceperit.
C. de renouan. dona. Etiam in integram restitutio
eo nato competit, l. etiam. vbi doct. ff. de mino. Et
bonorum possessio contra tabulas, l. r. & per totū.
ff. de ven. in possess. mitem, Et sic per illum tex. l. 3.
posthumus testamentum non rumpit, dum est in
vtero, sed nascendo, l. r. in fin. & l. 3. §. r. & l. posthu-
morum. ff. de iniust. est viuis nascatur. Nam qui
mortui nascuntur, neque nati neque procreati vi-
dentur: quia nunquam liberi appellari potuerunt,
l. qui liberi. supra eod. Et Ioan. Riminal. in l. 2. in
princ. per illum tex. C. de bono. posses. contra rab.
Et si in monstrum, vel in belluam magis quam in
Vexare annonam, est attentare, vt maxime dardanarij solent. l. annonam. ff. de extraord. crimin. ibi, dardanarij dicuntur qui Dardanum hominem sceleratum imitantur: vt sunt propala, quos reuenditores dicimus, qui omnia praemunt, vt postea carius vendant, saltem attentant quo pretio habere possint: ob id prohibentur in d. l. annonam. ideo si statuo ciuitatis prohiberentur propala ante decimam, vel duodecimam horam emere, vt in l. 2. ff. de nudi. vbi glof. attentare etiam prohibentur, vt in d. l. annonam. alioqui puniri debent. Vexare vero annonam dicuntur, vel quando eam carius vendere procurant, vel miscendo alia grana, aut procurando quod veniat ad vñ, ne alij habeant. Et sic vexare annonam pro vastare quidam accipere volunt.

Vexari senio, & imbecillitate corporis.

Vexari senio & imbecillitate corporis, l. 2. circa fin. ff. de vaca. mune. ibi, quem ita senio & corporis imbecillitate vexari praes animaduerrit vt muneris perferenda pecunia non sufficiat, dimittat, & alium constituat.

Vexatio corporis.

Vexatio corporis, in l. semper. ff. de iure immunita. dicitur in munere personali. ibi, maxime si non tam corporis habeat vexationem, quam pecunia erogationem indici muneris administratio.

Vexari podagra.

Vexarentur podagra, l. qui tertiana febre, aut quarana, aut podagra vexarentur. ff. de edil. edict. Et si nolitis vexari podagra, aut morbo affici Neapolitano, a ciborum multitudine, & a mulierum abusu abstinet, vt nos docet Hieronymus in cap. legimus. de consecr. dist. 5. quia hodie multi praetati tumidum ventrem ex repletione habentes podagra maxime laborant minima deuotione suffulti.

Voti, quid.

§. Post Kalendas Ianuarias die tertio pro salute Principis vota suscipiuntur.

De votis, & quomodo alim conseruentur.

Die quarta Ianuarij Roma ludos habebat, eoq; die fiebat votorum nuncupatio, & pro salute Principis solemnne praestabat iuramentum, Nerone m. Drusumque diis commendantes, vt in lib. fast. Ouidius asserit. plene Alex. in lib. Genial. 3. cap. 22. Et Alcia. lib. lib. 5. paregon. c. 9. dicit votum deo fieri vel Principi, pollicitationem recipi. vel priuato. Scripsi in l. sponso. supra eod. Votum etiam pro voluntate seu desiderio alibi frequenter accipitur. vnde ex nostro text. insert Ioannes de Plat. in l. vnica. C. de oblatione votorum lib. 12. quolibet anno in quarto die Ianuarij subditos debere ieiunare pro Principis salute. Quod text. non probat, licet in hoc loco eius dictum confirmet gl. sed iste text. vult, quod omnia vota pro Principis salute emissa implentur, & suscipiebantur a pontificibus die quarto Ianuarij, vel secundum quosdam emittebantur, & concipiebantur. Et potest iste text. de vtroque intelligi. nam hic dies solemnis erat, a negotiis priuatis alienus & a forisibus controuersis, l. omnes. 2. C. de feriis. ita solebat olim subditi suos dominos vehementiori amore prosequi & honorare: ob id quam plurima vota pro Principe nuncupabant, quae adimplerebant hoc die, si Princeps su-

perstes esset, & conditio impleta esset. & praesidi vt votum solueret, licebat fines prouinciae excedere: ita tamen vt abnoctare ei non liceret, l. illud. ff. de offi. praesid. & hac vota sponte offererentur, vt in tit. & l. vna. C. de obla. voto. lib. 12. patet. & ibi accipitur votum pro dono sponte Principi dato, vel promisso. Oblatio etiam est species muneris. Nam primò habemus canonem, quod domanium dicitur, vt portoria, & vectigalia, & huiusmodi. Oblationem quoq; auxilia nunc dicimus, vt octaua vini heminatim diuidenti, & vicesima eius quod cuppatim culeatimq; venit. Indictio est quam taleam vocamus, antiqui collationem, teste Budæo in annota. in Pandect. tit. de offic. praefect. p. r. & plures tituli sunt: de primo est tit. de cano. largi. tit. lib. 10. & tit. de cano. frumera. lib. 11. & multa leges. C. de hoc canone loquuntur. Oblatio vero licet olim sponte fieri soleret, tamen hodie omnes ad oblationem functionum publicarum oportet vgeri, l. omnes. C. de anno & trib. lib. 10. De indictione est rub. de indict. li. 10. & l. indictione non personis sed rebus indici solent. de anno. & tribu. eo. lib.

Oblatio, muneris species.

Indictio quid.

Sed postea quam multi domini tyrannidem pro pallio induti fuerunt, subditi ab ipsis etiam defecerunt: quod tamen non debent facere, cum dicatur prima Petri 2. c. subditi estote in omni timore dominis non tantum bonis & modestis, sed etiam discoloris. sed hodie quia status dominorum & subditorum deterioratus est, vnus pro altero vota emittere vix solet, sed habentur orationes pro Principis salute frequetes: & frequentiores essent si bene subditi tractarentur: quod dii faxint.

In principibus tyrannidem exercere in subditos.

In lege 12. tab. lex ista lata erat: Sancte vota reddunto: poena violari iuris esto. vnde Cic. in libr. de legib. votum sponsonem qua deo obligamur definit. Et qui non sancte vota adimplet poena ei infligitur violati iuris. & Romani tum precibus, tum votis deos placabant. Vergil.

Votum ex Cic. definitione.

Sed votis precibusque iubent exposcere pacem. Cecidere animi, nec iam amplius armis. & c. Iuuenalis tamen aliter scribit. vota fuisse: Prima fere vota, & cunctis nostris templis, Diuitia vi crescant, vt opes, vt maxima toto Nostra sit arca fero, & c.

Sic iubet Paul. ad Timoth. 2. cap. obsecrationes fieri pro salute & incolumitate Regū & Principum. atq; ita Tertul. in apologet. scribit. Nos, inquit, pro salute Imperatorū deum vocamus aeternum, deum verum, & deum viuum: & deinde precantes, deum omnes semper pro omnibus Imperatoribus, vitā illis prolixam, imperium securū, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quierum exposcētes. Ecce quas debemus effundere preces pro Principibus, & pro his qui in sublimitate sunt. & votum quinq; rebus perfici docet Cael. lib. antiq. lect. 4. c. 23. & c. 14. vbi tres dicit haberi Principes super mundū, videlicet Oromasim, Mitrin, Arimarim, id est deum, mentem, & animam. A solo deo primā ipsam in mundo fieri vnitatem partium & totius: a mēte, virtute dei, ordinem vnitatum partium: ab anima, superiorum virtute, motum fieri operis ordinati, & c.

Preces quas fundendo p precibus.

Principes tres super mundum.

Item in hac re nobis est testis Aristoteles lib. politici. esse inter homines ἀρετήν ἢ ἡθροῦς, ἢ ἀρεθροῦς ἀρεθροῦς ἀρεθροῦς, hoc est, imperans quidem natura, & parcus propter conseruationem. Nam qui mente rem prospicere potest, natura imperare videtur, & dominari non possit, nihil ipse admodum despiciens, ἀρεθροῦς, ἢ ἡθροῦς ἀρεθροῦς, quod est, parca natura atque seruit: vt refert idem Cal. lib. 10. cap. 8. Hac votorum materia vberius tractatur a theologis & canonicis, maxime in toto tit. de voto & votire dempt.

Inter homines quis imperat, quis item parcat.

In votis qd debeamus expetere, ex Socrarte.

dempt. ad quos vos reicio. Sed quid in his votis expetere debeamus, non possum omittere, quod Valer. libr. 7. c. 2. sapienter dicitur scribit de Socra. his verbis: Socrates humane sapientie quasi quoddam terrestre oraculum nil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur, quam vt bona tribuerent: quia ij demum scirent quod vnicuique esset vitale: nos autem plerumque id votis expetere quod non impetrasse melius foret. & videte reliqua ibidem lectu valde digna. phrasas huius verbi suscipere docui in l. in conuentionibus. supra cod.

§. Telum vulgò quidem id appellatur quod ab arcu mittitur, sed nunc omne significatur quod mittitur manu. Ita sequitur vt & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine continetur: diciturq; ab eo, quod in longinquum mittitur, Græca voce figuratum ἀπὸ τῆς τηλοῦ. & hanc significationem inuenire possumus & in Græco nomine. nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eodq; nomine vulgò quidem id significatur, quod ab arcu mittitur: sed non minus omne significatur, quod mittitur manu, ἀπὸ τῆς βάλλας. Admonet nos Xenophon. nam ita scribit: καὶ τὰ βέλη ὅμοσε ἐφέρετο, λόγχαι, τοξείμια, σφενδόναι, πλείστου δὲ τῶν λίθου. & id quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine τοξέυμα vocatur: apud nos autem communi nomine telum appellatur.

Telum nomine quod continetur. Quo ambulant cuncto hominis occidendi causa an pueniendi.

Telum vulgò quidem appellatur. In iure frequens est rei mentio, ob id iste textus declarat quid eius nomine veniat, dicens: Telum vocatur non solum quod ab arcu, sed omne quod manu mittitur: & ideo lapis, lignum & ferrum hoc nomine continentur: similis text. in §. lex Cornelia. de publi. iudi. in Insti. vnde is qui ambulauit cum telo hominis occidendi causa, punitur ac si occiderit, l. 1. ff. ad leg. Corn. de sicar. & l. is qui. C. eod. & §. item lex Cornelia. de publi. iudi. tamen qui telum salutis sue causa gerunt non videtur hominis necandi causa portare, l. hi qui. §. vlti. ff. ad leg. Iul. de vi publ. & Iulius Paulus in lib. 5. recepta. sen. c. i. rub. de his quæ per turbam sunt, sic dicit: Telorum autem appellatione omnia ex quibus salutis hominis noceri possit accipiuntur. Et telorum nomina docet Aul. Gel. lib. 10. cap. 25. & Alcibi. lib. 6. parergon. cap. 21.

Sed hoc non feruntur de generali consuetudine Regni Francie, immò nec de generali consuetudine mundi puniatur is qui cum telo ambulauit occidendi gratia, si nil attentauerit, vt testatur Ausfr. in stylo parlameti in 1. parte rub. de alta, media & bassa iurisdictione, §. 1. vt plene scripti in præfa. ad consti. Regi. in 1. tomò commenta.

Telo interdum pro sacrificio positum inuenimus: verò tum mystica, tum maiora dicenda consistant: quod non citra grandiore impetam fierent ἀπὸ τῆς τοξῆς, quod impendere est. Vnde qui multa profundunt, dicitur sunt τοξοί: qui pauca, εὐροί, recte Cælius in lib. antiq. lect. 7. ca. 2. in fin. τὴν ἄλλαν significationem finem denotat, & quandoque vestigal, nuptias & multa alia apud Græcos, vt plene ex-

Telo quidam Telera. Teney. Ποικιλία. Εὐροί.

plicat Budæ in commen. lingua Græcæ. inde τοξο, perficio, perago, peruenio, finio, initio, sacra facio, sumprus facio, veltigal soluo, & reliqua. τὸξος verò dicitur perfectus, adultus, qui iusta est magnitudinis & integræ ætatis, absolutus. τὸξος etiam dicebatur vxores ducetes, quod is dies τὸξος, id est vltimus dies vitæ sit, saltem quoad libertatem.

Quod ab arcu mittitur, vt sagitta, siue ab arcu mittantur siue à ballista: nam appellatione arcus ballista etiam continetur, c. vnic. vbi docto. de sagitta. sed quia veteres magis vtiebantur arcibus, quam ballistis, ideo nominauit Iurisc. arcum, & in §. penul. in authen. de armis, colla. 6.

Sic hodie potissimum vbi esset eadem ratio, ballista appellatione veniret arcus, & e contrario, cum etiam ballista deducatur ἀπὸ τῆς βάλλας, verbo Græco, quod est iacio, mitto, fagitto, iaculo, quod iaciat. Et sic effectus inspecto idem erit, vt §. 1. in auth. de armis, colla. 6. & hæc tela præuisa minus ledere solent, l. fin. C. de indict. lib. 10. & l. eos. vbi Rebuff. C. de aqueductu, li. 11. fed aliter capitur arcus nomen in l. supra iter alienum arcus aquæ ducendæ causa non iure fiet. ff. de aqua plu. arden. declarat Cepol. in tract. de feruitu. v. ba. prædio. rub. de ponte. c. 70. & Soci. c. 6. lib. 11. in 1. vol. vt intelligatur pro ponte qui solet fieri supra viam publicam de vna domo ad alteram. De quo etiam loquitur Iurisc. in l. 2. §. tractatum. ff. ne quid in loco publ. vbi est prohibitum habere istos pontes, & arcus super viam publicam, nisi à Principe, senatu, aut ciuitatis administratore concessum fuerit ex causa, vt §. merito. & seq. in d. l. 2. & l. si. ff. de flumi. Cepol. in d. tract. c. 60. rub. de pontello.

Sed nunc omne significatur quod manu mittitur. Itaque sequitur vt lapis, lignum, &c. Et sic omne quod manu mittitur telum vocatur. Exemplum tradit in lapide qui teli appellatione continetur, intellige post emissionem, ante verò non, vt dixi in l. armoru. supr. eo. siue hi manu mittantur, siue ballista, vel funda, seu arcu. vnde Iurisc. in l. penult. ff. de vi publ. sic ait, teli appellatione omnia ex quib. singuli homines nocere possunt accipiuntur: & maiestatis crimine tenentur, qui dolo malo quo armati homines cum telo lapidibusve in vrbe sint conueniunt. ff. ad leg. Iul. maiest. l. 1. & in l. cuiusq; eos teneri similiter cuius opera hostes telis, equis, pecunia, aliavere aliqua adiuerunt, ibid. & l. aut damnatum. §. 1. ff. de pœnis. Aut vita admittitur, vt puta si damnatur aliquis vt gladio oportet, non securi, vel telo, vel fustibus, vel laqueo, vel aliquo alio modo.

Intelligite siue telum sit ferratum, vt sagitta, dardi, lancea, geuelina, generaria, & similia: siue non, quia hic non distinguit, teste Barber. in viator. iur. rub. de homicid. etiã fustis teli appellatione significatur, l. si pignore. §. teli. ff. de furt. vbi sic dicitur: teli autem appellatione & fustis & ferrum & lapis & denique omne quod nocendi causa habetur, significatur. vnde post delictum ligno commissum, telo dicemus homicidium factum, & illum qui hominem ligno interfecerit puniendum.

Ex genere tamen instrumenti præsumitur animus occidendi adesse, vel abesse: nempe si ballista aliquis occidat, præsumitur quod voluerit occidere, & sic dolo inest. secus si modico ligno quis alium percussit, & is moriatur, tunc non punietur l. Cornelia de sicar. quæ dolum requirit, l. in l. Cornelia. ff. de sicar. & dicit text. in l. circa fin. ibid. quod si quis claua percussit, aut cucuma in rixa, quamuis ferro percussit, tamen non occidendi animo, leniendam eius pœnam, qui in rixa casu magis quam voluntate homicidium admittit. Budæus in anno. legit ibi clauum. Nam claua ferrum non habet, nisi in

Telo.

Arcus pro ballista.

Ballista.

Arcus pro ponte.

Teli nomine & lapis emissus continetur.

Teli nomine multa armoru generis contineri.

Animus occidendi præsumitur ex instrumenti genere.

Ad l. 1. ff. de sicar.

Claua.

in foris clauorum capita habeat. Ego verò puto legendum claua. Est verò claua fustis caput ad clauum similitudinem habens, qua Hercules vtiebatur, vulgò *one massue*. Non requirit ferrum, alioqui ex ferro deprehenderetur animus occidendi. vnde Iurisc. vult ostendere, quod si quis occiderit hominem claua, non debet puniri pœna legis Cornelia, quia ab eo animus occidendi ex instrumenti præsumitur: & sic dolo ab occidendi vnde leniendam pœnam dicit. aut si quis percussit cucuma in rixa, quamuis ferro percussit, nam in cucuma ferrum est. Budæus autem non declarat, & Nebricenus dicit sibi non liquere quid sit cucuma, sed Corta in secunda parte memorialium, in verbo cucuma, dicit esse vas coquinarij genus, ad calefaciendam aquam, quod ex are & terra factitatum est: quod probat ex diuo Ambrosio: Dij, inquit, tui aur aneis sunt, ex quibus cucuma melius sunt ad vsus hominum. Et ex Petro: Frangitur ergo ceruix cucumæ, ignemque valescentem restinguunt. vulgò appellamus *coquemart*.

Cucuma quid.

Telum, unde.

Teli nomine & ferrum continetur.

Teli nomine ferrum contineri.

Teli nomine ferrum contineri.

Ferri appellatione quid veniat.

Archidamius dicitur.

interit viri virtus. quid enim protulisset si bombardas aspexisset?

Notandum est quod verbu inuenire variis modis accipitur. Aliquado inuenire capitur pro inducere, vt inuenire viam, in §. penul. in proem. Insti. ibi, Incipite igitur legum eis doctrinam dei gubernatione tradere, & viam aperire quam nos inuenimus. postea in tex. habetur: Quia vestris temporibus talis legu inuenta est permutatio, qualem apud Homerum, & c. §. si de dona. in Insti. ite inuenit vsu litterar. Appius Claudius, in l. 2. §. iuris ciuilib. de origin. iur. id est per vsu induxit, vt r. licita, pro si pronuntiaretur, vt pro Fufius Furij, sicut nunc faciunt multi Parisenses, Bituriges & Turoenses.

Inuenisse anniculum in domo sua maritum dicit Iurisc. in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. pro comperisse. l. illud. §. penul. ff. de tribu. acti. l. vbi. de verbo. obliga. ibi, bono melius inuenitur. Inuentus sit exheredatus prolato testamento is qui responderat se heredem esse, l. de atate. §. ex causa. de interroga. actio. inuenisse instrumenta noua si quis dicat, l. admonedi. ff. de iureiur. inuenitur minus in peculio rei iudicanda tempore, quam debet, pro ostendatur, l. quotiens, de pecul. iugera viginti inuenta sunt, id est patefacta, ostensa, l. qui fundum. §. qui agrum. ff. de contrahen. emptio. inueniatur verum in rem suam, l. 2. §. illud. 3. ff. de heredi. vel actio. vend.

Si inueniatur modus agri minor pro numero iugerum, auctor obligatus est, quia vbi modus minor inuenitur, non potest a si mari bonitas loci que non extat, l. si ferui. §. si. ff. de actio. empt. pro ostendere, l. si in qualitate. l. si duorum. ibidem. l. 2. §. 1. de iure fis. ibi, & si veru aliter non inueniatur, ca subtrahenda esse credatur. Inuenire pro reperire, & ostendere, l. 2. qui portio. in pign. habe. ibi, secundum quem dicitur in pignore postea dato non tam potior quam solus inuenitur. l. Titius. in fin. l. sicut. in fin. quib. mod. pig. soluitur ibi, inueniebatur ante Meuius in instrumento cautionis cum republica facta à Seio interfuisset, & subscripisset. inueniatur comesor, l. si quid. ff. de adl. edi. si non facile ad reficienda opera ciuitatis pecunia inueniatur, l. si. ff. de oper. public. id est facile non habeatur, non reperitur.

Inuenisse dicat se thesauri. l. 1. §. 1. ff. de iure fisci: & inuentus thesaurus in fondo mulieris, in fructu non est: sed dimidia pars soli marito restituitur, quasi in alieno inuentus, l. diuortio. §. si fundum. ff. solut. matr. Inuenire pro discernere, l. 1. ff. de rerum permutatio. vbi in princ. dicit discerni, postea inueniri. Inuenire pro excogitare, comperire, l. 1. ff. de præscrip. verb. ibi, cum proprium nomen inuenire non possumus. Et de iure canonico cum Papa mandat iudicibus, si inuenieris hæc esse, intelligitur si vobis constiterit, c. 1. de dilatio.

Nec approbo sententiam Bar. & aliorum interpretum, dicentium verbum inuenire debere in teligi & pro apprehendere. Ex quo inferunt ad statutum dans præmium inuenienti latronem, vel luforem, vel arma deferentem, seu mulierem cum auro & gemmis, vt intelligatur præmiu habere non nisi apprehendat. Allegant l. si baratorum. C. de fideiussio. & l. 1. ff. de acquir. possess. vbi plene doct. quæ iura potius probant contrarium, si bene intelligantur. Nam ibi dicit text. si Lysanias decurio promissit inuenturum baratorum latronem, compellendum exhibere. ibi ratione obligationis & promissionis, quia inuenire non censetur nisi exhibeat eum, id est capiendi potestatem præbeat, aut eum transmittat, vt ibi dicit text. & sic non dicit apprehendat. Et text. est contrarius in l. raptorem. in prin. C. de episc. & cleric. ibi, vbi inuenti fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagrante crimine deprehensi, & c.

Inuenire quot modis accipitur. Inuenire & inducere.

Verbi inuenire phrasas aliquot.

Inuenire & reperire.

Inuenire & discernere. Inuenire & excogitare.

Inuenire verbum non sumi pro apprehendere, contra Bart. & alios.

in

in quo esset superfluitas, si inuenire contineret apprehendere. facit l. quotiens. ff. ad legē Aquil. quæ verbo deprehendere vitur.

Inuenire & apprehendere quid differant.

Vnde aliud est inuenire, aliud apprehendere. Nam multa inuenimus, quæ non apprehendimus. feras enim bestias inuenimus, & tamen non apprehendimus, §. fera. & §. illud. de rer. diuis. in Insti. & si omnia illa quæ inuenimus apprehenderemus, fures effemus, l. i. ff. de furt. facit text. in l. i. in princ. ff. de acquir. posses. vbi margaritæ in littoribus inuentæ eius fiunt. qui primus earum possessionem nactus est. ergo ista sunt diuersa, inuenire & apprehendere. Præterea non possit quis apprehendere rem immobilis, & tamen inuenire quis eam potest, l. si seruum. in fi. ff. de act. empti. vt supra dixi. ideo ista separata sunt. & iuregentium per occupationem mea sunt quæ nullius in bonis sunt, l. 3. & l. naturalem. ff. de acquir. rer. domi. & in Insti. de rer. diuis. §. apium. cum seq. sed non sola inuentione. Videre Francif. de Ripa in tract. de peste, in 3. parte. qu. 9. & Hippoly. in pract. crimina. §. pro complemento. nu. 24. cum seq. Itaq; si detur præmium inuenienti hæreticum, vel proditorem, sufficit quod is patefecerit, vel ostenderit vbinâ locorum sit ille proditor, in quibus locis postea apprehendi possit, l. solent. ff. de præscript. verb. nec inueniens tenetur prehendere illum, & exercitum parare ad capiendum illum pro ditorem. sed sufficit quod indicet illum esse in tali loco in quo apprehendi possit: & sic doct. debebant distinguere inuentionem & apprehensionem.

Inuenire ad personam vel ad quomodo capiatur.

Igitur hoc verbum inuenire interdum respicit personam cum qua actus fieri debet: & non censetur inuena si actus cum illa non possit fieri, & illi denuntiari, vt in citatione & aliis actibus iudicialibus, c. fi. de dolo, l. aut si aliter. §. si quis. ff. quod vi aut clam. idem in extraiudicialibus, vt si reuocatio procuratoris debeat notificari Titio, is non censetur inuenus nisi copiam sui faciat, l. 2. ff. ad exhib. scripti in l. plus est. supra eod. facit l. qui cum vno, §. r. de re milit.

Inuenire ad rem velatum, quomodo accipiatur.

Interdum refertur ad rem, & tunc accipitur pro compertit, vt illam habere possit. l. qui leuandæ nauis gratia res aliquas proiciunt, non hanc mentem habent vt eas pro derelicto habeant: quippe si inuenierint, eas ablaturas: & si suspicati fuerint in quem locum iactæ sint, requisituros, &c. ff. ad leg. Rho. de iact. facit l. 2. ff. de cõdic. sine caus. licet glo. ibi addat, inuenierit & habuerit: ramẽ sufficit quod ei indicata fuerit res apud quem sit, quia actionem ad rem habet: ergo & ipsam rem, l. qui actionem. ff. de regul. iur. poterit tamen expensis fallonis illam prosequi, in d. l. licet. Inde inuentariũ, quod omne inuentum in eo conscribi debeat, l. fin. ff. de bonis auctori. iudi. possid. alias dicitur repertoriũ, quod omnia reperta contineat, l. tutor qui repertorium. ff. de admin. tut. l. fin. arbit. tut. & l. si. de iure delib.

Inuentarij nomen unde.

Comperire prominenti.

Comperire pro inuenire. vnde dicit Tryphonius in l. auxilium. in fi. ff. de minorib. Minori non succurrendum, si adulterium commiserit, quæstum ve de adulterio vxoris fecerit, promittitque pro comperto supro acceperit. & in l. isti quidem. quod met. caus.

Reperire inuenire quid differant.

Reperire dicunt casum & fortunam respicere: inuenire verò laborem & consilium. Valla in lib. elegantiarum. s. c. 2. quam sententiam pluribus probat Francif. Florid. in lib. successina. lect. 1. ca. 7. ibi reprehendens Alex. ab Alex. & nostri interpretes dicunt, inuenire id dicit, quod cum inquisitione comperitur: reperire, quod fortuito occurrit. docet Lucas in l. inter. col. 1. C. de conuenien. si c. debito. lib. 10. & Feli. in cap. 2. col. 3. de rescript. sed nil allegat. videte tamen an exacte apud Iurif. seruetur.

tur, in l. quidam. ff. de dolo, l. labeo. de seruit. rusti. prædio. l. quod priuilegium. de posi. & aliis in legibus de his mentionem habentibus.

Vltimo inueniens rem alterius, non potest pretium causa inuentionis petere, nisi laborauerit cum perquirendo, ex domini voluntate, l. falsus. in fi. ff. de furt. vbi glo. & Bar. & Angel. in §. si. de rer. diuis. in Insti. scripti in interpretatione l. diuus. ff. de senatuscon. Silan.

Interuenit pro alio, id est comparere, agit, defendit, l. non solum. §. agere quis iniuriarum & per se & per alium potest: vt puta per procuratorem, tutorem, ceterosq; qui solent interuenire. ff. de iniur. l. seruum. in fi. & l. Pomponius. in fi. ff. de procur. l. 2. quod cuiusque vnuerfi. nomi. l. sed si hac. §. fin. de in ius vocan. ibi, semper autem hunc honorem patrono habendum, & si quasi tutor, vel curator, vel defensor, vel actor interueniat patronus: sed si patroni tutor vel curator interueniat, impune possit eos in ius vocari. Interuenit, id est fideiusor. l. generaliter. ibi, qui heres extitit ei pro quo interuenierat. ff. de fideiusor. l. a sententia. §. item fideiusores pro eo pro quo interuenierunt. de appell. l. libertus. in fi. ibi, in quas inciderunt hi pro quibus interuenierunt. ff. ad municip. l. 2. ibi, nec pro alio interuenire. & l. semper qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur, & multis in locis, potissime in materia fideiusorum.

Interuenire pro alio, pro comparere, agere.

Interuenire pro fideiussore.

Interuenire, pron. teritur venire.

Interuenit, pro interim venit, l. ne quid ex naufragiis diripiatur, vel quis extraneus interueniat colligendis eis, multifariam prospectum est. ff. de incendio, & in rubr. si penden. appell. mors interuenierit. & si proxeneta interuenierit faciendi nominis causa, l. 2. de proxe. Interuenire, accedere, intercedere, existere, l. is cui. ibi, & ideo nec fideiusor pro eo interuenire poterit. & l. si seruũ. §. sequitur. iuncto princ. ff. de verbo. oblig. l. i. si simulato præsidis iussu cõfussio interuenierit, de cõfuss. l. penul. de pub. iudic. Et liberales causæ quæ non interueniente fisci aduocato decise sunt, in integr. restituntur. l. 3. §. diuus Adria. ff. de iure fisci. penult. in fin. de vari. cognitio. l. quædam. in princ. de eden. l. filiusfam. in fin. iuncta l. si post datum. de procura. vbi in vna l. dicitur inimicitia: capitales interuenierint, & in altera intercesserint. l. seruitutes. magna. iuncta l. si. ff. de seruitu.

Interuenire pro animaduertente, l. 3. §. aduersus eos qui cadauera spoliant, præsidis securus interuenire solent. ff. de sepul. viol. Interuenire in negotiis publicis est interesse, & administrare publica negotia, l. moris. §. solet. ff. de pæn. ibi, erit & illa poena, ne quis negotiis publicis interueniat, hic enim priuatis quidem interesse poterit, publicis prohibebitur. Interuenisse, id est interfuisse exponit glo. in l. vnus. §. restes. ff. de quaestio. vide l. cum hi. de transactio. ibi, solet igitur prator interuenire, id est auctore eo transactio alimétorum fieri. ibid.

Interuenire pro animaduertente.

Interuenire pro interesse.

Interuenitor, l. 3. §. sed si filiusfam. ff. de pecul. pro intercessore, seu fideiussore accipitur, vt declarat ibi, dum dicitur: sed si filius fideiusor, vel quasi interuenitor acceptus sit, is intercessor dicitur, in §. si filiusfam. ibidem, dum scribitur: si filiusfam. vel seruus pro aliquo fideiussor, vel alias interuenierit, vel mandauerit. Vel interuenitor, qui agit vel defendit alium, vt procurator, tutor, vel curator, l. licet. in fi. ff. de oblig. ibi, honor autem his personis habebitur ipsis, non autem interuenitoribus eorum.

Interuenitor pro fideiussore.

IDEM LIB. II. AD LEG. XII. Tabul. Lex cccxxiiij.

Quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eandem adiectionem indicantes cum quibus bellum esset.

adiectionem indicantes cum quibus bellum esset.

Perduelles in veteribus qui dicerentur.

Duellare. Duellator.

Hostes nimirum qui dicerentur.

Perduellio nis reus, q.

Perduellio nis crimen specialius sumptum.

Lex maiestatis in duo capitula.

Interuenire pro animaduertente.

Interuenire pro interesse.

Interuenitor pro fideiussore.

Hostile animo. Vnus vocabuli significatiorem mutat.

Tria dicta continet, & sic bifariam partitur. Secunda ibi, locuples. Tertia ibi, verbum viuere. Veteres perduelles hostes vocabant, quasi perfecte duellantes & bellantes. Duellare enim bellare est: inde duellator, bellator. Plaut. in capt. Valere iudices iustissimi, domi bellig. duellatores optimi. Et Festus ait, perduellis bellum pertinaciter recinet. hostes enim olim dicebantur quos nunc vocamus peregrinos. hoc Cicero i. offic. testatur. Equidem ait, illud animaduerto, quod qui proprio nomine esset perduellis, vocaretur hostis, lenitate verbi tristitiã mitigante. hodie omnes contra quos bellum gerimus, perduelles nostri, i. hostes & inimici vulgo vocantur.

Inde perduellionis reos dictos indicat Catellia. quod duorum iudicio iudicarentur hi qui maiora crimina perpetrabant, vt ex Lulio lib. 1. de Horatio apparet, qui postquam interfecisset forem, ad daumuiros ad quos erat remissus, dixit princeps concilio populi aduocato, in hac verba: daumuiros, inquit, qui Horatium perduellionem iudicent secundam legem facio. lex horrendi criminis erat: daumuiros perduellionem iudicent. si a daumuiros pronouerit, pronouatione certato. si vincunt, caput obnubito, infelici arbori recte suspendito, verberato vel intra pomærium, vel extra. Cotta in secunda parte memorat in verbo Perduellionis.

Crimen etiã perduellionis specialius sumptum, est etiã quod committitur in principem, vel in rem publicam tantum, l. si. ff. ad leg. Iul. maiest. de quo etiam loquitur Iurifcon. in l. donationes. §. si. ff. de dona. l. cum filius. §. si. de leg. 2. l. liberorũ. §. penult. de his qui not. inf. & dicitur crimen læsæ maiestatis in his duobus capitibus.

Sed crimen læsæ maiestatis est generalius, quod etiam committitur in eos qui consilium & consilio principis interfunt: quia pars corporis principis sunt, l. quisquis. C. ad legē Iul. maiest. & in duobus casibus prædictis dantur memoria post mortem, vt in l. Pantonium. §. 1. ff. de acquir. here. glo. in §. interdum. versic. per contrarium. de heredi. quæ ab intesta. defer. in Insti. in l. c. filius. §. fin. de leg. 2. explicat plene Buda. de crimine maiest. læsæ, & vel in minuta in titu. ff. ad leg. Iul. maiest. in annotationibus suis. sed quando committitur maiestatis crimen in secundo capite in consiliarios principum, intelligitur de primis & principi adhaerentibus, l. boues. §. hoc sermone. supra. de consiliariis verbo curiarum supremarum, Guido decif. 344. Pone dubitat. sed non esse dubitandum asserit Hippol. consil. 127. superioribus. & Ioan. Montaigne in tract. de auctori. magi. cõsi. in princ. sed liberi non damnantur, sicut in primo capite: nec bona sic confiscabuntur, nisi consuetudo vellet quod pro crimine capitali bona publicaretur. nec quidem hoc locum habet in consiliariis præsidũ, vt docet Boer. in tract. de seditio. in 6. præsuppos. & fuit quidam Bernardus ad poenam capitis condemnatus, quod vulnerasset consiliariũ curiæ Parisiensis supremæ, ann. 1391. die Veneris, ante festum Pentecostes, vt Aufser. refert in suis arest. 137. ite die Veneris. limitat Aegidi. Bellamera consil. 15. factum. col. 5. vers. sed in contrarium. & multa specialia in hoc crimine tradit Ioan. Igne. in tract. an Rex Franciæ recognoscat superiorem, &c. in interpreta. c. 1. de præscript.

Inde hostile, quod hostium est. Nam ciues Romanos alias quã per portas egredi non licet, cum illud hostile, & abominandum sit, l. si. ff. de rer. diuis. & hostili animo dicitur, in l. si. ff. ad leg. Iul. maie. Colligitur ex hoc text. quod visus potest mutare vocabuli significationem: quod probat Horatius

dicens, Malta cecidere, cadentque, si volet vsus.

§. Locuples est qui satis & idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituentam esse petit.

Olim si in rem agebatur, satisfare possessor cõpellebatur, vt si victus esset, nec rem ipsam restitueret, nec eius litis estimationem, potestas esset petitori aut cum eo agedi aut cum fideiussoribus eius: quæ satisfactio appellatur iudicatum solui. §. 1. de satisfactio. in Insti. is autẽ fideiusor locuples esse debebat, vt ibi. Et locuples is dicitur qui satis habet pro magnitudine rei petite. Vnde si res petita esset centum aureorũ, si fideiussor ad minus centũ aureos in bonis habere debet. Et sic locuples vocatur duobus modis: Primò quando est diues, & locorũ plenus. vnde iudex qui de funere cognoscit, interdum sumptum in sanare omnino admittere non debet, si forte in contumeliã hominis locupletis defuncti modicus factus sit. nam non debet habere huius rationem, cum magis contumeliã defuncto fecisse videatur ita eũ funerando, lat si quis. §. iudex. ff. de relig. l. semper. in prin. & §. negotiatio. de iure immun. Secundò locuples dicitur, vt hic, quod ex sequentibus dignoscitur.

De satisfactio iudicatum solui.

Locuples si defussor.

Locuples duobus modis dicitur.

Primò edicto cauetur, vt fideiussor sistendi causa pro rei qualitate locuples detur, exceptis necessariis. l. 1. ff. in ius voca. vt eant. quoniã pro locuplete accipitur qualiscunq; fideiussor in coniunctis personis, l. 3. ibidem. & locuples dicitur pro quantitate & magnitudine rei petite, vt hic. & qui pro qualitate rei de qua agitur satis non habet, dicitur pauper secundum Alci. quod non approbo, quia potest esse quis non locuples, tamẽ non erit pauper: quia erit mediocris fortunæ, siue bonorum.

Fideiussor qualis dicitur debeat ab eo qui in ius vocatur, nisi fiat.

Secundò fideiussor in iudicio sistendi causa locuples iubetur dari, non tantũ ex facultatibus, sed etiam ex conuentioni facilitate, l. 2. ff. qui satisf. cog. & qui pro rei qualitate euidentissime locupletem, vel si dubitetur, approbatum fideiussorem non acceperit, iniuriarum actio aduersus eum esse potest, l. si vero. §. si. ff. qui satisf. cog. qui text. in forensi iudicio non feruatur. sed si oblatu fideiussor recusetur, oportet dare certificatores qui eũ idoneum esse dicant, per l. eam tabernam. §. 1. ex antiq. edi. ff. de pigno. scripti in tract. de senten. exec. artic. in primo tomo comment. in constit. Regiæ. Postea in lexalem fideiussorem idoneam declarabit: & pars aduersa appellare poterit ab illa declaratione, si grauata se senserit. sed iniuriarum agere non videt. verum contra iudicem qui minus idoneum locupletem pronuntiauit, poterit post certificatores agi in subsidium, l. 1. ff. de magistra. conuenien. quod tamen rarum est.

Fideiussor in iudicio sistendi causa, si quis.

Tertiò tutores & curatores quidam satisfacti, vt in ritu. de satisfactio. tuto. in Insti. & fideiussores dant, vt in titu. C. de fideiuss. tut. & isti fideiussores locupletes esse debent pro rei magnitudine, vt hic, licet non ita exacte seruetur in iudiciis, maxime si non opponatur. videte quæ Iaso. post alios scribit in l. sciendum. in princ. ff. qui satisfactio. cogan.

Tutores & curatores qui satisfacti.

Quartò vbi cunq; iudex ad iudicatum alicui possessionem beneficij, quam vocant recredentiam, is qui obtinuit eam, fideiussorem de restituendo fructus beneficij dare debet locupletem: intelligit vt hic, pro magnitudine rei & valore beneficij.

Recredentia que.

Quintò seruus pignori datus, etiã si debitor locuples sit, manumitti non potest, l. seruus. i. ff. de manumissi. & locuples ibi dicitur qui debitum soluere potest, & satis locupletem Iurifcon. vocat in l. cum hi. §. nil autem. ff. de transact. qui viuere ex suis bonis potest, & ex redditibus illorum.

Locuples, qui viuere ex suis bonis potest.



Sexto minorem qui hereditate adiit locupletem, si fato quid cōtigerit, non possit restituere, quia ætatis lubrico captus non est, statuit Iurifcon. in l. verum. §. si locupletis. ff. de mino.

Septimo in materia prouisionali, & executoria, si quis fuerit per modum prouisionis condemnatus ad decem aureos tradēdos Titio, is debet dare fideiussorem pro magnitudine rei locupletem: de quo hic scribitur.

Octauo locuples aliquando dicitur, vel pauper pro subiecta materia, l. nonnulli. ff. de accusa. l. seruus. ff. de manumiss. & arbitrio iudicis solent relinquere. text. iuncta glo. in arthen. praterea. C. vnde vir & vxor. qui debet maritum considerare istum text.

Locupletior dicitur is cui aliquid licitum est acquisitum, glo. in l. cum ancilla. C. quod cum eo. vnde pupillus si alterius negotia gesserit, vel aliud fecerit, etiam conueniri potest in id in quo factus est locupletior, l. 3. §. pupillus. ff. de neg. gest. l. quāuis. in si. cum l. sequi. ad Velleia. l. 3. cōmoda. l. earens. ff. de instito. & l. 1. §. an in pupillum. depositi.

Et si quis de alimentis sine pratoris auctoritate transegit, locupletior factus sit ea solutione, in quo factus sit locupletior æquissimam est in eum dari repetitionem: nec enim debet ex alieno dāno esse locuples, l. cum ibi. §. si quis de alimentis. ff. de transactio. & cum minor in integrum restituitur, omne id in quo factus est locupletior restituit, l. patri. §. prædium. & §. sequen. ff. de minor. igitur si ipsa res quæ ad alium pertinerit interit, non esse locupletior dicemus: si verò in pecuniam aliamve rem conuersa sit, nil aliud querēdum est quis exitus sit, sed omnimodo locuples factus videtur, licet postea depercat, l. si ipsa res. ff. quod met. cau. & bonæ fidei possessor tenetur quatenus factus est locupletior, l. verum. ff. de peti. heredi. l. 3. de cōd. ind. & ideo si rem distrahit, & ex pretio aliam rem comparauit, locupletior in pretio erit. sed & si res minoris valet, quam cōparata est, eatenus locupletior factus videtur, quatenus res valet: quemadmodum si consumpsisset, in tantum locupletior factus non videretur, sed & si lege. §. ibidem. Nec eo locupletior dicimus eum qui filium naturalem possidet, quod eum plurimum si alius possideret redēpturus esset. Nec illam qui filium alienum possideat, tantum habere quāti eum patri vendere posset, l. si seruus. §. 1. ff. ad leg. Aquil. planè ex dolo malo defuncti in heredem actio ad exhibendū danda est, si locupletior hereditas eo nomine facta fuerit, veluti quod pretium rei consecutus est, l. de eo. in si. ff. ad exhib. locupletior tamen non est heres antequam adeat, l. pater rerum. ff. ad leg. Falc. abande scripsi contra Alciat. contrarium firmantem in interpretatione. l. vnica. in glo. dupli. C. de senten. quæ pro eo quod interest.

Item verbum locupletior sæpius pro locuplete accipitur, nam cum decem dari curati stipulatus sis, ideo non possit præcise decem dari oportere intendere, quia etiā reum locupletior dando promissor liberari possit: quo scilicet significat non esse cogendum eum accipere iudicium, si reum locupletem offerat, l. vlt. in si. ff. si cer. per. & l. rescripto. §. sciant igitur locupletiores. ff. de muner. & hono. Ex factiua cautā in patre actio danda est, in quantum factus ex furto filij locupletior, per l. 3. §. ex fur. tina. ff. de pecul. idem in domino ibi dicitur, idem vidi aliquando in marito & vxore, vt in quantum locupletior quis ex furto alterius factus sit, conueniri possit. Defensor mariti amplius quam maritus facere possit, non est condemnandus, nisi locupletissimus is sit, minor. in si. ff. de procur. Locuples peculium dicitur quādo debite peculij ex eo solui possunt, l. quæsitum. §. 1. ff. de pecul. locupletius peculium dicitur auctū, l. 1. §. 1. ff. de pecul. ibi, si cum impubere filiosa, vel eam seruo contractum sit, ita dabitur in dominū vel in patrem de peculio actio, si locupletius eorum peculium factum sit.

Inde locupletio, diuitem facio: locupletor, diues fio. & iniquissimū ait Iurifc. ex furto serui dominū locupletari impune, l. 3. §. ex fur. tina. ff. de pecul.

Locupletatus, in l. penul. §. filius. ff. de castrensi. pecul. Etiam locupletior dicitur aliis modis, quos scribit Decius & alij in l. ex pœnalibus. ff. de regul. iur. & in §. actiones. col. 7. de actio. in institu. & locupletior nō dicitur qui habet populares actiones, l. penul. ff. de popul. actio. & natura æquum non est quem ex aliena iactura locupletior fieri, l. nam hoc natura. ff. de condit. indeb. l. si quis. in si. ff. de instito. actio. & qui nummis acceptis manumissit, agi cum eo de in rem verso non potest: quia dando libertatem locupletior ex nummis non fit, l. 2. ff. de in rem verso.

Satis idonee hic, & satis apte appellari potest, l. fin. infra eodem.

Satisfaccere elucidari in l. satisfactionis. & l. quibus. in si. supr. Satis habemus, l. in vsu. supr. eo. & est verum si modico contenti sumus, vt dicit diuus Paul. nos esse debere. alioqui tandiu pauperes eritis quādiu volūtas habendi possederit, vt alibi dicam, his nunc contentus.

Petit. Variis sumitur modis hoc verbum petere, vt abande scripsi in l. in generali. sup. eod. eius composita appetere, expetere, cōpetere, impetere, optetere, repetere, & suppetere: de quibus videamus.

Primò appetere est desiderare. Valla lib. 3. cap. 7. ait: appeto cum affectu, expeto cum ratione: appeto quāliacunque, expeto nonne facta, planque bona. ista tamen differētia an exacte seruetur à Iurifcon. videt text. in l. qui cum vno. §. grauius autem delictum est detrectare munus militia: qua appetere. nam qui ad edictū olim non respondebant vt proditores libertatis in seruitutem redigebantur. ff. de re milit. volūtas, ira, cupiditas, appetitioni redduntur: selectio communis est cogitationis & appetitionis, teste Philosopho libr. de communi animal. motio. & tres esse appetitus species dicit, videlicet cupiditatem, furorem, & voluntatem in lib. 1. magno. moral. c. 33. de verbo competere scripsi in lege conditionales. supr. eod.

Expetere pro cupere, optare, petere, requirere, l. vnica. C. nul. lic. in fre. ibi, pietas enim mea cuiusmodi dona non expetitur: neque Regium sibi offerri à priuatis cultum requirit. lib. 10.

Impetere est aggredi, inuadere. inde impetus, inuasio, aggressio, vis, imprefusio, incurfus, conatus, concitatio, l. nec ea. in fin. de adult. in fin. ibi, carerum mariti calor & impetus facile decernentis sunt refrenandus. & l. si adulterium. §. Imperatores. ibidem, ibi, impetu tactus doloris interfecerit, &c. & l. idem. §. 1. ad leg. Aquil. ibi, propter infirmitatem sustinere mularum impetum non potuerit. Impetus maioris rei, l. 2. ff. quod met. causa. ibi, vis autem maioris rei impetus, qui repelli non potest.

Impetu vno. ff. de statu homi. l. Archusa. & l. lud. in si. ad leg. Aquil. ibi, si quis vno impetu pluribus vulneribus aliquem occiderit. & l. quod ait. in fin. ibi, debet enim proprie vno ictu & vno impetu vtrumque occidere, aequali ita aduersus vtrumque sumpta, id est vno impulsu, nixu, assensu.

Impetum facere, est aggredi, vulgo assillir, donner assaut.

Eodē impetu, l. si ager. quib. mod. v. vsu. amittat. ibi, sed quemadmodum si eodem impetu aqua reciderit quo venit, restituitur proprietatis. Itē Iurifc. ait: delinquant autem homines aut proposito, aut impetu, aut casu, l. respiciendum. ff. de pœnalis: proposito

Locupletor, & locupletior. Locupletus tum. Satis idonee. Satisfaccere. Satis habere. Appetere, pro desiderare. Appeto & expeto quæ differant. Expetere. Impetere. Impetus vno. Impetu vno. Impetum facere.

Locupletior materia prouisionali. Locupletior quis dicitur. Fallit locupletior ex eo quādiu quis petitur quomodo tenentur.

Locupletus peculium.

Impetu quomodo dicitur de iniquere homines. Repetere, p recolare. Repetere p iterū petere. Repetere ommissam allegationem. Repetere questionem. Repetere reum. Repetere promulgationem. Repetere honores. Repetere, pro quod traditū est petere. Repetio.

posito delinquant latrones qui factionem habent, id est coniurationem & conuenticulum: impetu autem, cum per ebrietatē ad manus vel ad ferrum veniunt. Ecce ibi capitur impetus pro quodam impulsu, inconsulto tamen: id est, pro temere atque imprudenter. & forte loquitur de perturbatione animi, quæ per calorem iracundia venit. & facit l. quicquid calore iracundia. de reg. iur. explicat Iusti. Globet in interpretatione ad d. l. respiciendum: dicens animi esse perturbationem vehementem, seu motum nimium rationem obtemperantem.

Repeto, recolo, recordor, l. rescriptum. vbi glo. ff. de pact. ibi, & repeto ante formam à diuo Marco datam, &c. & l. quidam referunt, quantum repeto. de iure codicil.

Repetere, id est iterum petere, l. procurator. 3. ff. rem ra. hab. ibi, qui & ipse procuratorio nomine eandem pecuniam repeteret: quæ sita est cum is qui postea repeteret procurator non esset, &c. Interdum tamen Iurifcon. dicit, rursus repetere, l. damni. 2. in si. ff. de dam. infect.

Repetere ommissam allegationē per in integrum restitutionem minor potest: pro iterum assumere, l. minor. 25. annis ommissam. ff. de minori. & in l. sequenti. est, repeti iudiciū semel ommissum. & l. cum qui ibi, & ideo nō prohiberi eum repetere inchoatam actionem. de inoffi. testa. Inde repetere questionem, pro iterare questionem, text. in l. repeti questionem. ff. de quæst. l. vnica. §. 1. ibidē. Et quæ in vi bonorum raptorum actione diximus, erunt hic repetita. l. prator. in fin. ff. vi bon. raps. l. Titia. §. 1. ff. de verb. oblig. l. Titius. ibi, eandem legem repetierit. ff. de seruis expor.

Repetere reum, est iterum eum accusare, ac retrorsus illum petere ad iudicium, ac rei accusationem reassumere. Quandoque etiam pro eo sumitur quod vulgo dicunt, recolare. l. liberorum. vers. quod si libelli inscriptionū legitime ordinati non fuerint rei nomen aboletur, & ex integro reum repetendi potestas fiet. ff. de accusa. & ibid. in fine: vt liceat alij ex integro repetere reum. l. hos accusare. l. quinquēnum. de adult. Iterato reum facere alibi dicit Iurifc. in l. penul. ad Turpil. iuncta. l. aur. priuati. & l. si interueniente. ibidem.

Repetita promulgatio, id est iterum facta, l. repetita promulgatione. vbi glo. C. de episc. & cleri. repetere crimina, id est reassumere, à quibus desisteramus. l. si quis repetere velit crimina publica. ff. ad Turpil.

Repetere honores, est illos iterū petere, vt contineantur, l. libertus. §. prescriptio temporū quæ in honoribus repetendis, vel in aliis suscipiendis data est. ff. ad municipa. iuncta. l. diuus. ibidem, & in tit. C. de honor. non contin.

Repetere est quod traditum est petere, vel quod est derogatū, l. si seruus depositus. ibi, sed hos quoque in potestate domini intelligi si facultatem reperendi dominus habeat. ff. de noxal. l. prætor. §. his verbis. in fin. & l. generaliter. ff. de bonis auctorita. iudi. possi. l. 2. §. 1. de priuili. credito. l. 2. §. 1. de verb. oblig. vel quod indebitē solutū est petere, l. 1. l. nec nouum. & per totum, de condit. indeb. l. ex parte. §. seruo. & l. cum putarem. famil. ercisc. l. si filiosa. de dona. caut. mort. l. 1. §. diuus Seuerus. de var. & extrordin. cognit. Inde repetita dore, pro recuperata, l. cum maritus. §. 1. ff. de pact. dota. Alimenta repetere, l. Nefennius. ff. de neg. gest. notum est ibi de auia, quæ repetere volebat quod in causam alimentorum expenderat pro nepote. quod declaratur etiam in l. alimenta. & l. si paterna. C. illo tit.

Repetitio, l. 3. quib. mod. v. fust. amittat. l. 1. & 2. & l. repetitio. de condit. indeb. l. 3. §. si liber. de conditio. caul. da.

Repetere est cum instantia sæpius petere, l. vnica. ff. de libel. dimisso. quod declarat Papa in clem. 2. de appel. Repetere, in l. 1. ff. de orig. iur. ibi, facturus legum verustarū interpretationē, necessario prius ab vrbis initiis repetendum existimauimus, id est retrorsus petere: vt cum alte repetitam orationem dicimus, quasi à principiis rerū exorsam: & vt adagio dicitur, ab oio: & vulgo rem longissime querere, vel longissime inuestigare. & ibi, repetita origine, idem. Et Iurifcon. ait, verba de longinquo petenda, vbi iusta forte est dubitatio. Lille à quo. §. 1. in si. ff. ad Trebel. Inde etiam repetita consuetudo, id est longo intervallo relata, id est à lōgissimis retrorsum temporibus petita, teste Budæ. in annota. ad l. Iulianus. ff. ad exhib. l. 1. C. de ergo. milita. anno. libr. 12. Quamuis Caignol. in d. l. 1. de origi. iur. exponat repetendum duxi, pro inchoandum.

Repetere originē, id est redire & reduci ad suum ortum, ex quo ingenuus natus est, l. de bonis. ff. de liber. caul. iuncto §. si de iure perso. & §. 1. de ingen. in institu. & sic repetere significat etiam retrorsum seu retro cōputare: & respicit tempus præteritum, vt l. ait lex. ff. ad legem Aquil. ibi, annus autem retrorsum computatur ex quo quis occisus est. & l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ibi, quia retrorsum quanti plurimi fuit inspicitur. ibidem. lege. si dominus. ibi, quia retro accreuisse dominium ei videtur. & l. quia 2. ibidem, iuncta. l. si ita vulneratus. §. estimatio. ibidem, vbi sic scribitur: Actumque autem perempti non eadē in vtriusque persona fiet. nam qui prior vulnerauit tantum præstabit quanti in anno proximo homo plurimi fuerit, repetitis ex die vulneris trecentis sexaginta quinq; diebus, &c. id est retrorsum computatis.

Repetita die, verbum est peculiare Iurifconsultorum, pro eo quod antedatam appellant, teste Budæus in Pandect. in l. Iulianus. §. quantum. ff. ad exhib. vbi diem pro tempore intelligi debere testatur, cum est in foeminino genere, vt in illa locutione, annua bima trima die, de quo alibi: & sic in d. §. quantum. dicitur, quod is qui tenetur exhibere, debet in ea causa ostendere, vt in nullo lapsa sit aduersarij causa. ideo si contra te agam ad exhibendum librum, & tu differas per annum exhibere, ob id completa est interim vsucapio, si postea post litem contestatam exhibeas, non videris exhibuisse: quia perdidisti intentionem meam, cum non possim petere rem vsucaptam. ideo non est absolendus is qui exhibet post vsucapionē completam, nisi sit paratus repetita die intentionē suscipere, id est anteriori die, retro: ita vt fructus secundū legem aestimantur, videlicet si is qui exhibere tenebatur, velit suscipere actionem, & iudicium repetita die, id est anteriori tempore, ante vsucapionē, vt rem exhibere se dicat ac si non esset vsucapta, & sic vt erat ante litem contestatam, in qua non erat vsucapta. quia tunc exhibuisse censetur: adeo quod si postea pronūtiatur illa res petitoris, illi reus tenebitur dare: quod non fieret, si non susciperet iudiciū retro, ac si res non esset vsucapta. & Iurifc. in l. de pupillo. §. si quis. ff. de noui oper. nuntiatio. sic dicit: si quis velit ipsi prætori opus nouum nuntiare, debet sic nuntiare, vt interim testetur non posse se nuntiare: & si nuntiauerit postea, & quod retro ædificatū erit destruendum erit, quasi repetito die nuntiatione facta, id est perinde ac si esset facta nuntiatio tempore anteriori, scilicet quo seuelle nuntiare, & non posse protestatus est. Facit lex, repetita quidem die cautionem interponi nō debuisse, sed falsi crimen quantum ad eos qui in hoc consenserint contractum non videri, cū inter præsentem & conuenientes res actitata sit, magisque debitor quantum creditor deliquerit. ff. de fide instrum. Ego quom sic in-

Ad §. quantum. l. Iulianus. ad exhib.

Repetita die, quid.

Ad l. repetita. ff. de instr.

Repetere, cum instantia sæpius petere. Repetere, retrorsus petere. Repetita cōsuetudo.

Repetere originem. Repetere p retro cōputare.

Repetita die, quid.

telligi debere Iurifconf. vt prohibere ibi velit promissionem qua cautionis nomine venit, l. fancimus. C. de verb. signifi. & superius dixi. ob id si pau per receperit pecuniam mutuo anno praterito, & obligauerit bona sua Titio, si postea hoc anno ei mutuem, & velit bona eadem obligare, & promittere ab anno retro, quasi ipse ceperit illam meam pecuniam anno praterito, cum anno isto acceperit: certe illa cautio & promissio non sic debet fieri. si tamen ita fuerit facta, non contrahitur crimen falsi inter eos, qui sic contraxerunt, cum presentes & consentientes sint, & debitor magis delinquat quam creditor. videte gloss. ibidem speciem facti conscribentem.

Item in l. si finita. §. item videamus. ff. de damno infect. ibi. videamus si cautio ei offeratur, posteaquam missus est, an non prius decedere debeat, quam si ei caueatur etiam de eo damno quod contigit posteaquam missus est in possessionem: quod quidem magis probatur. repetita igitur die promittendum erit. hoc amplius de impensis quoque, si quas fecit erit ei cautendum & sic missus in possessionem non debet illam relinquere, nec ab ea decedere donec cautum ei fuerit repetita die, id est etiam de anteriori die, videlicet vt ab eo die quo fuit missus in possessionem omnia ei restituantur, & impensa, & alia ad die cautionis vsque ad diem missionis retro.

Amplius adduco text. in l. 1. §. si quis propter inundationem non sit vsus itinere actuq; hoc anno, cum superiore vsus sit, potest repetita die hoc interdicto vti per in integrum restitutionem, ex illa parte, si qua mihi iusta causa esse videbitur: id est habita ratione anni ante inundationem quo vsus est itinere, aget hoc interdicto, adducendo illum annum, & repetendo, quo vsus fuit itinere ante inundationem, & habita in integrum restitutione, eoq; non potuit ex iusta causa vti: videlicet propter inundationem hoc interdictum ei proderit, ff. de itinere, actuq; priuat.

Idem habetur in §. sequenti, praterca. & aliis casibus interdictum repetita die competit, ex quibus quis in integrum restitutionem impetrare solet. vnde si fundum habebam in Picardia, ad quem iter habebam, sed non liberum fuit vti eo itinere, propter hostes anno praterito, nunc cessat bellum, an vti possim illo interdicto de itinere: & text. respondet posse impetrata restitutione, id est impetratis literis Regiis, quibus concedatur mihi, ac si anno praterito vsus itinere fuisset. nam cum per me non steterit, mihi imputandum non erit, l. in iure. ff. de regul. iur. & repetita die, id est habita ratione anni quo fuit vsus ante bellum.

Item in §. sequi dicitur: praterca sciendum est si dilatio data a duersario, futurum est vt causa interdicti mei deterior fiat, & quissimum esse repetita die interdictum reddi, id est dari interdictum, ac si dilatio data non esset, & habebitur ratio retracti temporis quo possedit, non obstante dilatione.

Repetita emptio, id est iterum facta, vel vt supra exposui, l. 2. ff. de rescin. vendi. sic dicente: si quam rem a te emi, eandem rursus a te plaris vel minoris emero, discessimus a priore emptione, potest enim dum res est integra conuentione nostra in se facta fieri emptio. atque ita consistit posterior emptio & valet, quasi nulla praecesserit, sed non poterimus eadem ratione vti post pretium solum emptione repetita, cum post pretium solum emptionem infectam facere non possumus. facit l. iuris. §. adeo. ff. de pact. & l. 1. & 2. C. quad. lic. ab empt. dicit. & sic Repetere diem est preferre diem, quo verbo vtuntur rhetores, & antequere diem.

Repetita querela, l. nihil. §. si cu filius. ff. de inoff. test. vbi sic scribitur: si cum filius ademptum

sibi legatum instituerit petere, submotus est, repetita inofficiosi querela, praescriptione submouendum non est. quamuis enim agendo testamentum comprobauerit, tamen est aliquid quod testatoris vitio reputetur, vt merito non sit repellendus. ideo dicit repetita querela, vel repetat querelam, quia filius eam omiserat, & petendo legatum videbatur approbasse testamentum, & sic amplius agere non posse. sed quia est aliquid quod vitio testatoris reputetur, videlicet quia filium exheredauit, aut reuertit in iuste, & sic non est officio pietatis vsus. l. 2. supra eod. ideo querelam reperit.

Repetere inchoatam actionem, id est iterum assumere, & prosequi, l. cum qui inofficiosi testamenti querelam instituit, & fraude heredis scripti, quasi tertiam partem hereditatis tacite rogatus esset ei restituere, reliquit eam actionem, non videri deseruisse querelam: & ideo non prohiberi cum repetere inchoatam actionem, id est relicta querelam iterum accipere & prosequi. ff. de inoff. testa.

Repetitus vsufructus quando censetur declarari text. in l. 2. & 3. quibus mod. vsusu. amitt. & sic scribitur: Quod & in vno legatario qui fructum in annos singulos accepit defendendum est, vt commemoratio temporum repetitionis potestatem habeat. Certum est enim quod vsufructus amittitur capitis deminutione, qui iam est constitutus, & qui iam praecessit. Vnde si in singulos annos legatus sit, illius duntaxat anni amittetur vsufructus. & si in menses singulos, eius mensis: & si in dies, eius diei. l. 1. in fi. ff. quib. mod. vsusu. amitt. ideo cum legatur Titio in singulos annos vsufructus, & ipse capite minutus sit, hoc anno perdit huius anni vsufructum. aliorum vero annorum non: quia haec commemoratio temporum facta a testatore dicente, lego per singulos annos, habet potestatem repetitionis, id est tantum est dicere in singulos annos, quantum si testator repetisset tempus, dicens, quotiens amissus erit, illud de lego. declarat. l. 3. ibidem, quae videatur tota, & facile intelligetur text. alia hic non repetam.

§. Verbum viuere quidam putant ad cibum pertinere, sed Ofilius ad Atticum ait his verbis & vestimenta, & stramenta contineri: sine his enim viuere neminem posse.

Si quispiam promiserit dare victum domus, a viure, continetur cibus & potus, vestimenta ac stramenta. sine his enim nemo viuere potest. multa de hoc scripti in lege, verbo victus. cum duabus legibus seq. supr. eod. hic non repetam. Sed dum iste textus dicit neminem viuere posse sine vestibus, & tamen Aethiopes viuunt, dicite hic non posse exponi verbu potest, pro difficile viuere quis potest. & frequentius quis non viuut sine vestimentis. & quod potest pro difficili exponatur scribit gloss. in l. cum sane. ff. de his qui deiecer. scripti in l. Nepos Proculo. supra eod. tenete quae scripti in d. l. verbo victus.

IDEM LI B. III. AD LEG. XII. Tabul. Lex ccxxxv.

Ferri proprie dicimus quae quis suo corpore baiulat: portari ea quae quis iumento secum ducit: agi ea quae animalia sunt.

Cum verbum ferre multa significet, vt ex sequentibus apparebit, docet hic Iurifconf. id quod quis suo corpore portat proprie ferri dici. Quod probat

Repetere inchoatam actionem.

Repetitus vsufructus

Possit ad difficultatem relatum.

Ferri proprie quid dicatur.

probat l. x. in fin. ibi, quove quis contra republ. arma ferat. ff. ad legem Iul. maiest. & §. ad palatium nullus miles arma ferat. de paceten. & eius viola. Secundo ferre onus pro sustinere. vtumq; dicit Iurif. in l. cum debere. ff. de ferri. vrb. praedio. l. & si forte. §. etiam de seruitute quae gratia oneris ferendi imposita erit, actio nobis coepit, vt & onera ferat, &c. ff. si feruit. vindi. postea dicit ad onera sua sustinenda.

Tertio ferre suffragium, eligere est, quod barbarè dicitur, dare vocem, l. ad rem publicam. ibi, vel creati suffragium in curia ferut. ff. de mune. & honor. l. spuri. de decuri. §. 1. ibi, minores viginti quin que annorum decuriones facti sportulas decurionum accipiunt: sed interim suffragium inter ceteros ferre non possunt.

Quarto ferre partem, pro soluere, praestare, l. si ex duobus. ibi, non totius partem ferat, sed partem eius quanti seruus est. ff. de noxal. actio.

Quinto ferre, pro sentire, in l. Mutius. cum l. si non iuerint. ff. pro focis. vbi in vna lege dicitur ferat lucrum, in alia sentiat.

Sexto ferre pro habere, l. rem pignori datam si testator per praescriptionem legauerit, officio iudicis continetur, vt ex communi pecunia soluat, eamque ferat si cui ea modo fuerit legata. ff. famil. ercisc. & l. 4. in fi. de rei vindic. ibi, in rei vindicatione vel communi diuidendo actione hoc amplius ferat cuius argentum pretiosius fuerat, l. qui actionem. §. item qui societatem. ibi, partem non ferre. pro focio.

Septimo ferre pro auferre, l. 1. in prin. ff. de furt. ibi, furtum a ferendo, id est auferendo dicitur, §. 1. de oblig. quae ex deli. nascun. in Insti. facit l. arboribus. de vsufr. & fructus pendentes iam maturos a testatore relictos ferat fructuarius, id est capiet, col ligit, l. si pendentes. ibidem.

Octauo ferre mandicij poenam, id est pati, l. de atate, §. si cum esset quis ex semisse heres, dixerit se ex quadrante, hanc mandicij poenam feret, quod in solidum conuenietur. non enim debuit mentiri, dum se minoris portione heredem esse asseuerat. ff. de interrog. actio. l. senatus. §. diuus. ff. de iure fil. l. haec distinctio. ibi, cogatur ferre iniuriam. loca.

Nono pro tolerare: vt non est ferendus dominus si partem serui dedere fuerit paratus, lege, si seruus. 2. ff. de noxal. actio. l. si per errorem. ibi, nec enim ferendus est qui dicat consensisse eos in praesidem: cum vt Iulianus ait, non consentiant qui errant. de iuris. omn. iudi. lege, non est ferendus de tranfact. lege, filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Non enim ferat prator debet heri seruum, hodie liberum conuenientem quod dominus ei conuictum dixerit, lege, prator dixit. §. nec enim. ff. de iniur. & non est ferendus actor si conditioni quam ipse detulit de calumnia velit sibi iurari, lege, iusurandum & ad pecunias. §. datur. de iurciu. l. proxime. de ritu nupti.

Decimo ferre domicilium, id est transferre, constituere, l. filij. §. municipes sunt liberti & in eo loco vbi ipsi domicilium sua voluntate tulerunt. ff. ad municip. facit lex, in lege Cenforia. supra eod.

Vndecimo ferre legem, est coedere, constituere, facere, l. 1. ff. de adult. ibi, haec lex lata est a diuo Augusto. & lex Falcidia lata est, &c. l. 1. ff. ad leg. Falcid. ferre legem in populum, est in medium proferre, promulgare, l. 2. §. & cum placuisset leges quoque ferri. ff. de orig. iur. quod Graeci vno verbo dicunt, vopoditay. Budae. in comment. linguae Graecae.

Duodecimo pro dicere, referre capitur, l. 1. §. pneiritiam. ff. de postul. ibi, quae atate aut paulo maiore fertur Nerua filius publicè de iure respondisse. l. apud Iulianum. de fideico. liber. ibi, sum eius sententia,

Ferre onus, pro sustinere.

Ferre suffragium.

Ferre partem.

Ferre lucrum pro sentire.

Ferre pro habere.

Ferre pro auferre.

Ferre mandicij poenam.

Ferre pro tolerare.

Ferre domicilium, id est transferre.

Ferre legem.

Ferre pro dicere.

quam dixisse fertur Iulianus. & l. diuus Adrianus fertur cum in venatione filium suum quidam necauerat, qui nouerca adulterabat, in insulam deportasse. de parricid. l. 1. §. si ego. ff. si pars heredi. peta.

Decimotertio ferre auxilium, praebere, iuuare, vel subuenire, l. Praeses pronuncia inspectis. ff. de offic. praesid. ibi, Competentis remedio deformitati auxilium ferat.

Decimoquarto ferre sententias, id est proferre, pronuntiare, l. hodie. ff. de poen. ibi, hodie licet ei qui extra ordinem cognoscit quam vult sententiam ferre, vel grauiorem, vel leuiorem. l. nam & si. in fi. ibi, diuersas sententias iudicum tulit. de inoff. testa. l. non distinguemus. §. sacerdotio. de arbit. l. circa. de proba. Latas sententias, id est prolatas. l. 1. ff. de appell. ibi, licet nonnunquam bene latas sententias in poenis appellationis iudex reformet. Neq; enim vtique melius pronuntiat qui nouissimus sententiam laturus est.

Decimoquinto mea fert opinio, id est colector, opinor, l. cu hic status. §. si cum ambo. ff. de donatione vir. & vxor. ibi, mea tamē fert opinio vbi non reuertuntur, vt tempus expectandum sit captiuitatis.

Decimo sexto ferre pro consequi, habere, exponit Iurif. in l. quoties. in fi. ff. de actio. & oblig. vbi primò vtitur verbo ferat, postea consequatur. l. si si famil. fur. fec. dic. ibi, essetq; iniquum plus heredes nostros ferre quam ferremus ipsi. l. si alij. ibi, deducto eo quod praetera tibi legatum est, ex reliquis bonis vsufructu. feres. de vsufr. l. si praecedente. in fin. mand.

Decimo septimo pro adducere, l. fin. §. si plures liberos damnatus habeat, feruntur exempla, per quae pluribus liberis omnia bona dānati concessa sunt. ff. de bon. damna. & ibidem postea assignatur ratio ista: cum amplari imperium hominum adiectione potius quam pecuniarum copia malum: ideoque illis paterna sua concedi volo.

Ferre impensum seu expensum, est scribere se pecuniam dedisse, vt inquit Aescenius Pedia. Ego puto posse accipi pro scribere quod impensum est. Et in numero expensorum habere, l. qui vestem omnem & res plurium generum supellectilis nomine expenso ferre, vel expensum ferre solutus erat, is vxori supellectilem legauerat: recte negabant vestem legato cessuram, &c. Et vt dicunt, impensum ferre tibi, id est scribere inter ea quae pro te expendi & exposui. sic expensum ferre: quod & pro adscribere, & imputare sumitur, l. pupillus. §. si vero. ff. quae in fraud. credit. ibi, quoniam alij creditores suae negligentiae expensum ferre debent.

Praterca Adria. Cardi. in trac. de sermone. Latino dicit, expensum ferre, idem esse quod scribere quem debere vel debitorem esse, etiam si pecunia data non esset. allegat. l. mulieri. §. penul. ff. ad Trebell. ibi, quod si tantos fructus mulier ex hereditate perceperit, vt inde possit doti satisfieri: dicendum est potius fructibus hoc expensum ferendum, quam fideicommissio. sed ego dicerē ibi expensum ferendum fructibus, id est adscribendum, computadum potius fructibus quam fideicommissio. nam fideicommissum non diminuetur in hoc casu, sed fructus inter quos legatum dotis computabitur, l. si is a quo. in fi. ff. vt in possess. legat.

Si verò referatur ad creditorem, qui fert expensum, accipitur pro approbare quod impensum est, & numero expensorum habere, quod vulgo dicimus, allouer ee qui est despendu, ou en tenir compte. Et sic potest intelligi. l. si priori qui aliquando est. §. creditor. ff. qui potio. in pigno. habe. ibi, vt primam tantum pecuniam expensam ferat prior creditor, id est prior creditor tollat primam pecuniam mutuanam, & habeat eam ex pignore vedito, & tanquam vere

Ferre auxiliium.

Ferre sententias.

Mea fert opinio.

Ferre pro consequi.

Ferre pro adducere.

Ferre impensum seu expensum, quid.

Ferre expensum ad creditorem relatum.

Ad l. 1. §. si quis propter...

Repetitio emptio.

Repetere diem.

Repetere querelam.

expensam feret, non vero feret nec habebit pecuniam quam credidit post obligationem secundi creditoris. & sic pro materia vario modo accipi potest. Interdum etiam verbum ferre respicit acceptum. & ut intelligatur, sciendum est quid sit ratio, quam definit Iurifcon in l. si quis. §. rationem. ff. de eden. dicens esse negotiationem vltro citroque; dandi, accipiendi, obligandi, soluendi sui gratia. neque vlla ratio ex nuda duntaxat debiti solutione incipit. itaque ratio, sine computum vulgo, duas habet, vt thesaurariorum nouerunt, partes, accepti videlicet & expensi. in parte accepti scribuntur accepta omnia, in altera parte omnia qua expenduntur.

Ratio accepti & expensi.

Acceptum seu accepto ferre.

Acceptum sionis formula.

Acceptum ferre pro constituere & cedere.

Acceptum referre.

Referre, & rationibus adscribere. Referre in rationes.

Acceptum referre, qd.

Afferre & allegare.

cogendum. §. i. ff. de procura. ibi, vt qui iustam exculpationem afferret defendere cogeretur. Afferre, inducere, vel adducere, l. verum. §. Iulianus. ff. de minor. sed hac res afferre potest restitutionem minori, si adit hereditatem, &c. l. qua actione. §. Celsus. ff. ad leg. Aquil. ibi, vnde affert cum qui venenum pro medicamento dedit, & causam mortis praestitisse, quemadmodum eum qui furenti gladium porrexit. l. & eleganter. §. non solum. ibi, & affert talem speciem de dolo. l. peculium autem. §. sed & creditor. de pecul.

Afferre, portare. l. diuus. §. pannicularia sunt ea quae in custodia receptus secum attulit, id est portauit. ff. de bon. damn. l. quem admodum. §. magistratus. ad leg. Aquil. ibi, & fame eas necesse est, dum non patitur cibaria eis afferri. afferre pecuniam idem, in l. na & Seruius. in prin. ff. de neg. gest. l. si legationis. in fin. de iudi. ibi, aliter enim potestas dabitur legatis sub hac specie res alienas domum afferendi.

Auferre, id est amouere, l. Titius. ff. de iure fisci. ibi, postea fiscus iure suo abstulit, l. 3. sed & si mutua. de in rem vers. inde ciuitatem alicui auferre, id est priuare ciuitatem poena est, l. si quis forte. in fi. ff. de poen. l. post senatusconsultum. de petitione. hered. l. si ager vecti. l. arboribus. in princ. de usufruct.

Auferre, tollere, furari, l. Iulianus. §. glans. ff. ad exhib. vbi vtroque verbo vtitur. l. 3. ff. de incendio. Auferri dominium dicitur auocari, amoueri, l. si quis seruum. ff. de noxal. l. nec vtilius. ex quib. cau. maio. l. si ades. 2. de seruitu. vba. pradio. ibi, si ades meae tuis adibus tantum distent vt prospici non possint, aut medius mons earum conspectum auferat, seruitus imponi non potest.

Auferre, tollere, furari, l. Iulianus. §. glans. ff. ad exhib. vbi vtroque verbo vtitur. l. 3. ff. de incendio. Auferri dominium dicitur auocari, amoueri, l. si quis seruum. ff. de noxal. l. nec vtilius. ex quib. cau. maio. l. si ades. 2. de seruitu. vba. pradio. ibi, si ades meae tuis adibus tantum distent vt prospici non possint, aut medius mons earum conspectum auferat, seruitus imponi non potest.

Circumferre serpentes hi dicuntur qui circa colulum vel brachia eos ferunt: & hi si merum inferant mulieri pregnantem, vel alteri, & inde sequatur abortus, pro modo admissi puniuntur, l. si. de extraord. crimin. & illi vocantur circulatores, ibidem.

Conferre, adiicere, l. obligationum fere. §. post. ff. de actio. & oblig. ibi, circa diem duplex inspectio est, nam vel ex die incipit obligatio, aut conferretur in diem. alias significationes dixi in l. cognoscere. §. dispungere. supra eod.

Deferre scriptum quot modis capiatur in l. delara. supra eod.

Differre, protrahere, prorogare, l. vnus. in fin. ff. de quaest. ibi, quamuis defensionem quocumque tempore postulante reo negari non oportet: adeo vt propterea differantur, & proferantur. l. 3. §. ibidem, ad exhib. ibi, quaestionem differendam in directum iudicium. Inde dilatio in l. notionem. §. fin. supra eod. ibi alia videre.

Effero, extra fero: vnde afferro & effero contraria videntur, vt grammaticus dicit. De his exempla quaerite apud Iurifconsultos.

Inferre metum, vel vim, dicit Iurifcon, pro facere metum, adhibere, l. metum. magna. l. sed & partus. & litem si cum exceptione. Admittere metum, pro eodem, in l. quod diximus. ff. quod met. caus. l. fin. de noxal. l. pteriq. de in ius vocan. l. 1. §. item diuus. & l. si mulierem. de sicar.

Inferre iudicium, inducere, afferre, l. 4. ff. de inoff. testa. vbi vtroque verbo vtitur ibi, non est enim conseruandum pariteribus qui iniuriis aduersus liberos suos testamentis inducunt, quod plerumque faciunt maligne, circa sanguinem suum inferentes iudi

Afferre pro portare.

Auferre pro amouere.

Flumen vatem abstrulit.

Auferre pro furari.

Auferre dominium.

Auferre solelem.

Auferre conspectum.

Circumferre serpentes qui dicantur.

Circulatores.

Conferre, aduocare.

Differre, protrahere.

Dilatio.

Efferre.

Inferre metum, vel vim.

Admittere metum.

Inferre iudicium.

iudicium nouerit alibus delinquentis instigationibusve corrupti.

Inferre pro infligere.

Inferre pro imponere, infligere, praestare: vt praes pro uincia de modo pecunia qua inferri debet statuit, l. si quis reum. ff. de custo. reo. l. si rem uenerandi. §. pen. ibi, a Claudio Saturnino pratore maiores fructus in ferre iussus erat. ff. manda.

Inferre litem pro mouere.

Inferre actionem.

Inferre litem, mouere, & intendere, l. non idcirco. ff. de iudi. ibi, quae res domino quandoque propriam litem inferenti non obstat. Inferre actionem, intendere, agere, l. ex facto. in fin. ibi, si inferatur postea cum patre actio. ff. de pecul. & illatam actionem, intentatam, in l. heres. in fin. ff. de petiti. hered.

Inferre manus.

Inferre manus, iniicere, pulsare, percutere. Vnde qui manus intulit praeposito capite plecti debet l. omne delictum. §. i. ff. de re milita. & miles qui sibi manus intulit, capite plecti debet, l. miles agrum. §. si vitæ, vel manum centurionis intulit. de re mili. l. si quis aliquid. §. miles. de poen. l. fin. de bon. damn. l. in fraudem. §. eius. de iure fisci. l. si seruo. de furt. l. 1. §. iniuria. de iniur. l. liberorum. §. i. de his qui not. infam. & l. iulius lib. 3. ab vrbe condita scribit, l. Valerium, & M. Horatium legem nouam fecisse, sanciendo, vt qui tribunus plebis, aedilibus, iudicibus, decemuiris nocuisset, eius caput Ioui sacrum esset familia ad Cæteris, Liberi, Liberæque veniret.

Illata vulnera.

Illata vulnera, imposita, iniecta, l. aut facta. ff. de poen. ibi, causa, vt in verberibus que in punia sunt a magistro illata.

Inferre pedem finibus fundi.

Pedem finibus fundi inferre, id est ingredi fundi fines, l. quod meo. §. penul. ff. de acq. poss. l. ibi, non minus possidere coepi quam si pedem finibus intulisset. facit §. fin. iuncta l. i. ibid.

Inferre mortuum.

Inferre mortuum, id est importare, sepelire, & intra monumētū ferre, vt in tit. ff. de mortuo infe. in l. 1. & 3. §. ite oēs. ff. de sepul. viol. ibi, in hereditariū sepulchrum inferat. l. locū. §. i. de usufructu. l. 6. §. si quis. comūm diuid. l. qui vniuersas. §. i. de acq. poss. l. ff. de qui mortuū in alienū locum intulit, vel inferre curauit, tenebitur in factū actione, l. 2. §. i. de reli. & in §. de ea autem illatione prator sensit quae sepulturae causa fit. ibidem.

Inferre poenam.

Inferre poenam quadraginta aureorum fisco, id est applicare, ad iudicare, praestare. l. 3. §. diuus Adrian. ff. de sepul. viol. ibi, diuus Adrianus dicitur: & poenam statuit quadringenta aureorum in eos qui in ciuitate sepulchrum faciūt, quam fisco inferri iussit, & l. vnica. in fin. ibi, aureos centū inferre iubetur. ff. de ambitu. & l. edicto. ibi, partē fisco inferat. de iur. fisci. l. res. §. sed si ante. & l. Imperatores. ac l. Arrianus. in fi. & lausertur. §. Secundo. ibid.

Inferre in ararium.

Inferre in ararium, id est immittere, introferre, l. senatus. ibi, vt duplum eius quanti emisset inferre cogeretur. ff. de contra. empti.

Inferre in carcerem.

Inferre in carcerem, id est introferre, l. si victum, vel stratū inferri in carcerem quis iudicato non patiarur. ff. de re iudi. l. carceri. de custo. reor. ibi, carceri praepositus si pretio corruptus, sine vinculis agere custodiā, vel ferrum vel venenū in carcerem inferri passus est, officio iudicis punietur: si ne fecit, ob negligentiam remouendus est officio. l. 1. §. item Pompon. & l. 4. in fi. nauta. cau. stabul.

Inferre pecuniam, id est soluere.

Inferre pecuniam, id est soluere, importare, l. penul. ff. de rescin. venditi. vbi dicit pretium illatum, & solutum. l. de accessionibus. in fi. ff. de diuer. & temporal. praescrip. vbi prius dicit, soluisses, postea intulisses, l. Paul. & l. Lucius. de solu. l. Caius. de vsur. l. 4. §. penul. de pecul. l. si mandauero. §. si mandauerim. manda. l. senatus. in fin. de iure fisci. vlt. in fi. de administra. reru. l. 4. in fin. de pecul. l. Imperatores. de pollicita. l. defuncta. de vsufu. & sic intelligitur titulus de argenti pretio quod thesaurus inferatur,

lib. 10. à iurium interpretibus.

Inferre, id est adhibere, applicare, l. medicus cui curandos suos oculos qui eis laborabat commiserat, periculum amittendorum eorum per aduersa medicamenta inferendo, compulsi vt ei possessiones suas contra bonam fidem ager venderet: iniucile factum praes pro uincia coercet, remque restitui iubet. ff. de var. & extr. crim.

Inferre, & adhibere, applicare.

Inferre crimen, obicere, opponere, l. vim. de adul. ibi, adulterij tamen crimen contra adulterū ab extraneo potest inferri. l. 1. §. si plura. & §. accusationem. ad Turpil. inde illatum crimen, idem. l. cum falsi reus ante crimen illatum. ff. de fal. Inferri iniqua conditio alteri per alterum non debet, l. nō debet alteri. ff. de regul. iur. id est vnus non debet odio alterius praegrari, exponit Imperator in l. si quis in suo. §. legis. C. de in offi. testa.

Inferre crimen pro obicere. Inferro conditionem.

Inferre contumeliam, pro facere, id est iniuriari, l. aut facta. §. non enim. ff. de poen. ibi, & contumeliam inferens. primò fieri dixit, postea inferens. Inferre calumniam, id est calumniari, διαβάλλειν, συκοφαντῆν. ff. de publi. iudi. ibi, praes pro uincia patre calumniam intulisse pronuntiauerat.

Inferre contumeliam.

Inferri munus, l. honorem. ff. de munerib. & honorib. ibi, honorem sustinenti munus imponi vel inferri potest. Et Iurifcon. exponit sapius pro iniungi, in l. 3. ibid.

Inferre munus.

Intulit rationibus, l. qui sine. ff. de neg. gest. ibi, sed die praeterito si non rationibus intulit creditoris, cuius negotia gereret, eam pecuniam a se debitorum merito vsuras bona fidei iudicio praestaturū, &c. intulit rationibus, id est scripsit intra rationes.

Inferre rationibus.

Inferre curam, l. si cum doctem. §. sin autem. ff. solu. matri. ibi, spernit autem infelicitatem vxoris, & non ad eam flectitur, nullamque ei competentem curam inferre manifestissimum est, id est nullam ei prabet curam.

Inferre curam.

Inferre pro praebere, afferre. inferre, concludere, elicere ex praemissis. inde illatio ex praedictis, qui bus Felin. sapies in suis operibus vtitur.

Inferre, & concludere Illatio, conclusio.

Offerre, pro exhibere, vltro & sponte presentare. offerri Gallice, l. Iulianus. §. offerri. de actio. emp. ff. vbi sic dicitur, offerri pretium ab emptore debet, cum ex empto agitur. Et ideo si partē pretij offerat, nondum ex empto actio est ad rem acquirendam. Venditor enim quasi pignus retinere potest eam rem quam vendidit. l. si in emptionem. in fin. ibi, ipse offerat venditori. de minori. l. Celsus. de arbi. l. in re furtiua. de condict. furti. l. 1. sed si alia die offerat, nec actor accipere voluit, nec vlla iusta causa fuit non accipiendi: aequū est succurri reo. ff. de consil. pecu. & miles qui diu abstulisset, si offerat se, poenam defertionis euitat: nec interest cui offerat. l. qui cum vno. §. hoc edictū. de re mili. & defertorem qui a patre suo fuerit oblatus, in deteriorē militiam diuus Pius dare iussit: ne videatur pater filium suum ad supplicium obtulisse. l. miles. 2. §. defertorē. ibidem. vbi Cepol. caurel. 1. & sequenti.

Offerre pro exhibere.

Offerre se liti, est litem cum satisfactione defensoris loco suscipere, vel sine mandato. l. 4. iuncta gl. ff. de re iudi. & l. Plautius. in fi. ff. de procura. ibi, id erit obseruandū & si defensoris loco cum satisfactione liti se obtulit. Et si damnatus conueniri debet, vt dicitur in princ. ibid. Et l. qui se liti obtulit. de petiti. heredi. l. si qui se liti obtulit. de rei vindica.

Offerre se liti.

Offerre se negotiis alienis, est negotia vltro suscipere gerenda, & sine mandato. l. 3. §. interdū. ff. de nego. gest. ibi, nam si affectione coactus, ne bona mea distrahatur, negotiis te meis obtuleris, aequissimum esse dolum duntaxat praestare. l. interdū. §. fin. de iudi. ibi, senator si negotiis alienis se obtulerit in prouincia, nō debet iudicium recusare negotiorū gestorū, sed actionem cum excipere conue-

Offerre se negotiis alienis.

nit. l. ex maleficiis. §. Ideo. primo. de actio. & oblig. ibi, si vel is qui se obtulisset negotiis gerendis, &c.

Offerre se alteri.

Offerre se alteri in iudicio, est sine citatione se exhibere in iudicio, & defensionem alienae rei se opponendo subire, l. pen. ff. de dolo. ibi, si te Titio obtuleris de ea re, quam non possidebas in hoc vt alius vsu capiat, & iudicatum solui satis dederis: quā uis absolutus sis, de dolo malo tamen teneris.

Offerre se petitioni.

Offerre se petitioni dicitur qui aduersus petitionem aduersarij in sitit, & vltro defendit, l. etiam. §. non solum. ff. de peti. heredi. ibi, dolo eum facere qui se offert petitioni. quam sententiam Marcellus generaliter apud Iulianum probat, omnem qui se offert petitioni, quasi possidentem teneri. & l. is qui se obtulit rei defensionem sine causa, cum nō possideret, nec dolo fecisset quominus possideret, si actor ignoret, non est absoluedus. de rei vindi. & l. si is qui. ibid.

Oblata pecunia.

Oblatam pecuniam dicit Iurifcon. in l. vix certis. in fin. ff. de iudi. l. à tutore. de rei vindica. l. quod si. in fi. de eo quod certo loco. Et Vlpia. notat. Nō sufficit obtulisse in folle. l. cum seruus. ff. de condi. & demonst. Nisi & deposuit ob signatam tuto in loco, l. tutor pro pupillo. de administra. tutor.

Oblatio.

Oblatio, ipse offerendi & praesentandi actus, l. Papinianus. §. conditioni. ff. de inoffi. testa. ibi, ceterum si legatariū, nunquid semel natā in officio querelam non perimat legatarij oblatio? Et ibi, si forte antequam iudiciū moueatur oblatio ei fiat, eius quod relictum est quasi ex voluntate testatoris oblatione factis ei factum videatur.

Oblata cautio.

Oblata cautio, l. sed & si possessori. de iureiu. §. item si iurauero. in fin. ibi, posse petere vsu fructū oblatam cautionem. facit l. i. C. de vsu fructu. Oblatam litis aestimationem, l. si vt certo. §. i. ff. cōmoda. ibi, si quis hac actione egerit, & oblatam litis aestimationem susceperit, rem offerentis facit. l. si quis à multis. & l. generaliter. de noxal. actio. ibi, litis aestimatione offerre his quibus debere nō potest. Declarauit in hac enuntiatio. supra eod.

Oblata litis aestimatio.

Oblata cautio, l. sed & si possessori. de iureiu. §. item si iurauero. in fin. ibi, posse petere vsu fructū oblatam cautionem. facit l. i. C. de vsu fructu. Oblatam litis aestimationem, l. si vt certo. §. i. ff. cōmoda. ibi, si quis hac actione egerit, & oblatam litis aestimationem susceperit, rem offerentis facit. l. si quis à multis. & l. generaliter. de noxal. actio. ibi, litis aestimatione offerre his quibus debere nō potest. Declarauit in hac enuntiatio. supra eod.

Offerre pretium.

Offerre pretium, l. 3. §. si quis. ff. de lib. homi. exhib. Offerentis rem facit, in l. si vt certo. ff. cōmoda. in §. i. qui dominiū transfert in offerentem litis aestimationem: vt fufius docui in l. verbum faciendi. supra eodem.

Offerre se vltro.

Offerre se vltro dicit interdum Iurifcon. ad maiorem expressionē, in l. semper. §. conductores. ff. de iure immunit. ibi, etiam si vltro se offerant municipalibus muneribus.

Oblata genus pensionis.

Oblata est genus pensionationis, vt elucidauit supra in l. si calumniatur. §. i.

Oblatio, in iure canonico quid.

Oblatio, de iure canonico est quaedam donatio deo facta, quae ab ecclesiae ministris percipitur: de qua in c. omnis Christianus. de cōsec. dist. i. & Hieron. ad Damasc. epist. o. io. in 3. parte, & plenē Troil. Maluit. in tract. suo de obla. scripsit in tract. de decem. in l. quattuor.

Oblatus, in iure canonico quis.

Oblatus est etiam de iure canonico, qui se & sua alicui monasterio dedit, & illic non mutata veste degit. Et istorum numerus magnus est in monasterio sancti Bernardi Claruallis, vt vidi, & loquitur c. consultum. de regular. & c. qui bona. 17. q. i. & hi possunt sibi quaedam bona retinere, cum non soleant profiteri, sicut conuersi faciunt: vt plene scribit Boer. in decis. Buldegalen. q. 20. quidā nomine. Et ex cōsuetudine solet Rex monasteriis ab eo vel à praedecessoribus fundatis vnum in sua vita oblatum ponere veteranum pauperem, aut alium impotentem, vt vidi saepius in palatio agitari. De quo scripsit in praxi benef. in 3. parte in Reg. quod quis intelligat idioma. in glo. 2.

Oblatio duplex.

Aduertendum est, quod duplex est oblatio: quaedam verbalis, quae verbo fit: vt cum verbo quis of-

fert se soluturū decem quae debet, vel restitutum eorum cōmodatum. Alia, quae in re ipsa consistit, & realis dicitur. Et regula est, quod oblatio verbo facta non sufficit, l. qui decem. §. idem responsum est. ff. de solu. & l. seruus si heredi. in fin. ibi, pecuniae reum numerare paratum idoneū obtulerit. de statulibe. gloss. in c. pastoralis. de offic. ordi. & in c. vt circa. in verbo praestito. de elect. in 6. Bar. in l. praetor. §. si quis paratus. ff. de noui oper. nuntia. & in l. accepta. col. 2. de vsu. & Bal. ibi, & in §. licet. si de feudo fuer. contentio inter domin. & agna. vassal. Alex. in l. si mora. ff. solu. matrimo. & idem Alexā. consi. 130. in causa. 3. col. nu. 12. in 4. vol. Marefilla. nota. 129. not. quod vbi quis debet offerre.

Oblatio verbo facta non sufficit

Ratio est, quia vbi opus est factio, verba nō sufficiunt. glo. in d. c. pastoralis. in fin. per c. 1. & 2. de eo qui mitti. in possess. vnde non sufficit dicere offero pecuniā, nisi eam manu geram. Bar. in d. §. si quis paratus. & qui offert fideiusorē, debet illum secū ducere, teste Alex. vbi supra, d. consi. 130. & Ancha. consi. 331. visis diligenter. col. 1.

Oblatio quomodo fieri debeat.

Etiam si quis offerat pecuniam in loculo, vel in crumena clausam. Nam si eam non extrahat, & numeretur corā testibus, & postea illic repognatur, non valebit oblatio, vt declarat Bar. in l. ff. de distraet. pigno. l. cum seruus. de conditio. & demonst. quia hoc casu non potest constare quid offeratur. arg. l. i. §. si cista. ff. depo. & Bal. in d. l. accepta. Angel. in d. §. fin. quib. mod. tolli. oblig. in situ. vnde aduocati dicunt oblationē faciendā en argēt deffouere. Sic consuluit Iason consi. 172. relatio. in 2. vol. & ita loquuntur fere consuetudines Frāciae.

Quando oblatio verbo facta sufficit.

Primò vitiatu in rebus immobilibus, in quibus sufficit verbo offerre se relicturū vacuum possessionem, per authen. Deo data. C. de dona. ante nupti. l. 2. C. quādo & quib. quarta pars debet. lib. 10. & potest in iudicio dicere, quod si non sit contentus ista oblatione est paratus in loco in quo res sitae sunt latius tradere: & si sit domus, offerat claves l. clauibus. ff. de contra. empr. Bal. in d. l. acceptam. in r. opposi. glo. & Bar. in d. l. si mora. Barba. consi. 15. clementissimi. col. 5. volu. i. vnde qui non habet pecuniam, sufficit si dicat se daturum de bonis immobilibus vsq; ad debiti aestimationē faciendam per probos viros, vt consuluit Bal. consi. 318. vol. i. practica ciuitatis. Videte tamen Iasonē hoc limitātem consi. 9. venerabilis. nu. 9. & sequenti in i. vol.

Debitum se liquidum nō sit, parte ligda oblata, liberari debet debitor, si de altera parte satisfare sit paratus.

Secundò perdit officium haec regula, quando debitum non est liquidū: tunc enim quod est liquidum offerri debet: & de eo quod non est liquidum debet satisfatio praestari, per tex. singul. in l. statuliber rationē. ff. de statuliber. vbi scripsi, & l. seruus si heredi. in fin. ibidem. Barba. in clemen. gratia. vlt. no. de rescip. Anchar. consi. 235. prima facie.

Oblatio pecuniae verbalis pignoris venditi onem inhihet.

Tertiò flectitur regula, vt oblatio verbalis sufficiat ad impediendā pignoris irreuocabilē venditionem, l. penul. ff. de rescin. venditi. glo. in l. si residuum. de distraet. pignor. & an post sententiam valeat? Bal. consi. 50. secundus creditor. in i. vol. non valere consuluit.

Oblatio verbalis pecuniae post sententiam non valet.

Quartò nō procedit, quādo in vno loco obligatus esset soluere, alio. Lugduni forte & Parisiis cōuenitur: tunc enim sufficit verbo offerre se paratū soluere, vbi est obligatus. Bald. in d. l. accepta. in i. opposi. & Anto. de Fano. in tract. de pignore in 3. mēbro 5. partis. facit l. qui Roma. ff. de verb. obli. quia forte nō habet paratā pecuniā extra domicilium, quā tamē in suo loco in ueciuer, saltē inter amicos.

Oblatio verbalis pecuniae post sententiam non valet.

Quintò limitat docto. in his quae nō possunt statim expediri, vt sufficit oblatio verbalis: vt pote parti sufficeret se offerre probaturā, licet non statim probet: vt docet Anton. Panor. & Philip. in c. interposita. de appella.

Oblatio verbalis pecuniae post sententiam non valet.

Verbalis oblationem creditor si recusat, & recalem intelligitur recusare.

Sextò, quando aduersa pars illam oblationem recusaret tunc non requiritur alia oblatio. nā postquam illam verbalē recusat, quod realē recusaret verisimile est, c. 1. & 2. de eo qui mitti. in possess. Et tex. in d. authē. dos data. Bal. in d. l. col. 2. C. ne liceat tertiò prouoca. Alex. in l. qui Roma. in prin. ff. de verbo. obli. Deci. in l. qui in alterius. nu. 7. & seq. ff. de regul. iur. Quamuis quidam velint hoc ibi reprobare. Sed intelligite, quod si reprobetur oblatio verbalis, eo quod verbo fit, tunc oportet cōsignare. & haec verbalis non valeret. secus si pars aduersa diceret se nolle recipere quod offertur.

Catellia. Corta in 2. parte memora. in verbo oblatio. ideo dicit Bar. in l. creditor. ff. de distraet. pign. quod si creditor dicat se paratū recipere post verba lem oblationem, tunc illa oblatio verbo facta non valebit, vt Iason docet in l. 2. nu. 182. C. de iure emphy. & Petrus Gerad. singul. 92. an & quando sola oblatio. Boer. plene in §. 3. de conductu. reten. rerū feudaliū, in consuetu. Biturig. Dixerunt est si nil creditor dicat: quia tunc censetur nolle, postquam non acceptauit oblationem, vt scribit Bar. in d. §. si quis paratus. in fin. l. praetor. de noui oper. nuntia. & ibi docto. cum sequuntur.

Decem requisita in hac oblatione docet Anto. Negulan. in tract. de pigno. in 3. parte 3. membri 5. partis. Duodecim effectus ibid. post 3. membra. Papae in singul. 570. nota quod oblatio, & c. & consi. 250. Ioannes de Plastro, ac Lucas de Penna in l. i. C. de suscepto. lib. 10. & Hostiens. in summa rub. de solu. vbi ponit, & rub. de obla. vbi tradit hanc materiā. Et Ias. consi. 9. venerabilis. nu. 15. in r. volu. vbi alia videri poterunt.

Perferre crimen adit verij, id est asperficere.

Perferre crimen adit verij, id est ad finē, ferre, finire, perficere, l. quarebatur. ff. ad Turpil. ibi, calūnia non puniri eos qui praescriptione temporis exclusi causam adit verij perferre non poterūt. l. dominus. de vsu fructu. ibi, qui causam in officio testamēti recte pertulerat. Et l. filio. in fi. ibi, quāstionē in officio testamenti pertulit. ff. de in offic. testa.

Perferre rem, pro portare.

Perferre rem, portare, ferre. l. i. de procuratoribus. ff. ibi. sicuti nec is quidē qui rem perferendam vel pistolam, vel muruum perferendum suscepit, propriē procurator appellatur. Et l. spatium: ad perferendam eas tribuendum est, de edendo. l. si pupilli. §. si quis pecuniā. de nego. gest. l. qui Romē. §. Callimachus. de verb. obli. l. 3. nauta, caupo. & l. in hoc iudicio. in fin. de seruo corrup. l. argentum. commoda. Aliquando significat perpeti, tolerare, vt videbitur.

Præferre, pro anteporre.

Præferre, anteporre, l. semper in dubijs benigniora praeferenda sunt. ff. de regul. iur. l. 2. §. fin. de adul. ibi, si simul ad accusationem veniat maritus & pater mulieris, quē praeferrī oporteat quaeritur. & magis est vt maritus praeferratur. Et procuratore in rem suā dato, praefereendus nō est dominus procuratoris in litem mouendam, vel suscipiendam pecuniam. l. procuratori. ff. de procura.

Proferre, pro protrahere.

Proferre, protrahere, prolongare, differre, l. non distinguemus. §. dies. & l. arbiter. ff. de arbi. dixi alia in l. non est sine liberis. supra eodē. de hoc verbo. De verbo referre etiam scripsi in l. derefatio. §. seruui. supra eodem.

Sufferre pro pati.

Sufferre, pati & sustinere, l. & generaliter. de noxal. ibi necessitas ei imponatur vt litis aestimationem sufferat.

Sufferre poenam.

Sufferre poenam, id est pati, l. si quis obrepserit. in fi. ibi, imō si accusatus fuerit, & poenam sufferre debet. ibi idem.

Sufferre mulctam.

Sufferre mulctā, idem, in l. ff. de termi. malo. ibi, si seruus sentiat & insciente domino dolo malo fecerit, ei capitale esse: nisi dominus domināve mulctam sufferre maluerit.

Sublato edificio, id est destructo, perempto, ablato, nisi sublato edificio vsusfructus mihi areq; cesserat, tempore scilicet quo vsusfructus perit tranfacto. ff. quib. mod. vsusfructus amitta.

Sublato edificio.

Sublato pariete, l. fistulā. in §. penul. ibi, vt etiam sublato pariete maneat. ff. de seruitu. vrb. praedio. Sublatis vineis, idem. l. certo. ff. de seruitu. rusticor. praedio. ibi, ideo sublatis vineis seruitus manebit. Sublato vsu fructu, idem. l. 2. ibi, est enim vsusfructus ius in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est. ff. de vsu fructu. Sublata obligatio, idem. l. frater. de condit. indeb.

Sublato pariete.

Sublatis vineis.

Sublato vsu fructu.

Sublata obligatio.

Sustulit filium, id est procreauit, l. si ex duobus. §. si. ibi, filius in adoptiua familia vxore ducta filiū sustulit. ff. de bono. possess. contra rab.

Sustulit filium id est procreauit.

Sustulit, abstulit, detulit, amouit, l. ita vulnerabatur. in fin. ff. ad leg. Aquil. ibi, cum plures traherent alienam furandi causā sustulerint, quā singuli ferre non possent, furri actione omnes teneri existimantur: quamuis subtili ratione dici possit neminem eorū teneri, quia neminem verum sit eam sustulisse. l. Quintus. ibi, & fideiusor soluedo vitras potesta tem recusandi eas reo sustulisset. ff. mada.

Sustulit, abstulit.

Sublatis edificiis, id est eleuatis, l. si domus. ibi, sic statui debet, vt si alius sublatis edificiis tuis illicidia mea cadere in ea non possint, ea ratione altius edificare tibi non liceat. ff. de seruitu. vrb. praedi. & l. seruitutes. §. si sublata sit edificium. & l. hoc quod. in fin. ibid.

Sublatis edificiis, id est eleuatis.

Transferre, de hoc verbo abunde scripsi in l. vinnaria vasa. supra eod.

Baiulare. Baiulus.

Baiulare. Dicitur quidam baiulare sumi pro portare gratia mercedis. inde baiulus, qui onera mercedis nomine deferre consuevit: vulgò un portefaix ou crocheteur. Potest etiā dici baiulare qui sine mercede portat, cum non inueniam illam differētiā exactē seruata. Et in lingua Occitana, in pagis is qui pro domino in pago residet, quia onera domini ferre solet, dicitur Baiulus, vulgò Baille. Gerere etiam est portare, l. penult. de vi publi.

Baiulus, eo qui in pago pro domino residet.

Portari ea quae iumento secum ducit. Proprie hic dicit Iurifcon. portari dicuntur quae quis iumento deferret: idē si equo, vel mula, aut asino, sed quia veteres frequētius iumentis utebantur quam hodie, vt supra dixi, ideo Iurifcon frequentius locuti sunt de iumentis: sed non excludunt ea quae alius animalibus deferuntur, per glo. singul. in clem. i. in verbo praesidentes. de electi. & authen. cassā. C. de sacrosanct. eccle. & Iurifcon. dicit, grauiores autem etiā stellionatus crimen ei importat, id est inferunt, l. statuliberum. de statulib. §. i. vbi gloss. sic exponit. Ego vero dicerem, importat, id est imponunt, seu intra portant. l. infamem. ff. de publ. iud. dicite vt plenē in lege, portus. supra, vbi alia verba confinia etiam exposui.

Portari pro baiulare, & gerere.

Ista tamē differentia saepius confunditur, vt portari etiā dicantur ea quae proprio corpore baiulan tur. vnde Iurifcon. ait, qui teli suā salutis tuēde causa portare, l. penul. ff. de vi publi. vbi gerere & portare pro eodē capiuntur. Et portare etiā dicitur quis corpore, vt in l. si id quod. §. i. ff. pro focio. ibi, si pecunia cum peregre portaretur, ad mercē emendā, perierit. Pecunia autē solet portari & corpore & iumento: ab scholasticis corpore, nec quidē illa sunt multum onerata: Regibus verò & magnis diuitibus iumentis, mulis, vel equis, seu plastro ac quadriga. facit. §. si quis rusticus arma vel licaē portauerit, iudex vel arma tollat, vel viginti solidos pro ipsis recipiat, tir. de pacetenen. & eius violat.

Portare pro baiulare, & gerere.

Vnde si quis staturo vel proclamare fuerit portare phibitus arma ad barbaros vel frumētū, intelligitur siue ferat proprio corpore, siue iumento, siue nauis,

Pecunia quomodo portetur.

De eo qui arma, aut aliud quiddam ad hostes portat.

De eo qui arma, aut aliud quiddam ad hostes portat.

naui, vel curru, considerata ratione legis vel statuti, c. ita quorundam. & c. ad liberandum de iudæ. scripsi in bulla cœnæ Domini, artic. 5. sed si diceretur portare & vehere, vt in l. feruis. §. fin. ff. de riuis, intelligeretur portare dorso, & vehere plaufro, vel asino, per glo. ibi.

Si tamen inueniatur quis post prohibitionem phialâ vini gustus causâ portare, nō incidet in pœnam, teste Salic. in l. r. C. quæ res export. non possunt nisi deferat ad barbaros, quia tunc etiâ prohibetur in illo tex. & hoc asserit ibi Bal. sed primæ sententiæ est laison in l. 2. col. fi. de iurisd. omn. iudi. & de d. Ripa in tract. de peste, in 6. q. fol. 91. vol. paruo. Primæ tamen sententiæ adherere, quia portat ad gustum, videtur habere animum perficiendi contra sibi: quod non potest facere citra prohibitionem ergo facit contra prohibitionem, & sic in pœnâ incidit. De consuetudine & cœmuni vsu loquendi Franciæ dicimus portar, siue corpore, siue equo, siue curru, siue alio quoquo modo portetur, vt est in consi. Reg. Gallic. des draps d'or, d'argent, & de s'oye à portar des fins. prout etiam abudè scripsi in 2. tomo cœment. in costi. Reg. Galli. tract. de pannis aureis & argen. nisi verba referantur ad hominē, videlicet quod nullus portet vestimenta aurea, & c.

Cæterum ex prædictis, ne vanam aut superflua nostris tex. interpretationem arguas, intelliges hic Iuriscon. Gaium, attentâ proprietate sermonis ista sic distinxisse, & prout docet Florid. in tract. de interpretib. iuris, licet portare contineat, & capius vsurpetur proferre generaliter, & banulare: hoc etiam non negat hic Iuriscon. sed proprie accipi etiam hic docet. & ita conciliabitur ea quæ adducit hic Florid. & alij. sed de his hæcenus.

§ Fabros tignarios dicimus nō eos dūtaxat qui tigna dolarent, sed omnes qui ædificarent.

Fabrimini ne quid contineatur.

Faber generale nomē est, à faciendo dictum, cōprehendens omnes qui ædificant. probar l. continuis. §. itē qui in silam fieri sponpōndent, nō vtiq; cōquisitis vndiq; fabris, & plurimis operariis adhibitis festinare debet, ff. de verb. obl. vnde omnis artifex qui labore corporis aliquod facit artificiu, ex quavis materia, excepto gypso, argilla, terra, & similibus, faber dicitur. l. pen. §. quibusdam. ff. de iure iurament. §. certe. de rer. diuis. in Insti. nemo. de duob. reis. ff. vnde fabriles operæ. l. si non fortem. §. liberrus. de condi. indeb. ff. & isti qui ex gypso & simili materia operantur, opifices vocantur. l. de pupillo. §. nuntiare. ff. de noui ope. nuntia. Ex adiectio ergo adiectiuo declaratur huius nominis significatio, vt inferius ostēdetur. Opifices, opus facientes: seu artifices, artē facientes. Iuris cō. in l. 1. §. iudi quoque. ff. de variis cogni. ibi, & ceterarum artium opificibus, siue artificibus. De quibus abudè scripsi in tract. de magistris artifi. in 2. tom. comment. in consi. Reg. Gallic.

Fabriles opera.

Faber tignarius dicitur nō solum omnis qui ligna polit & complanat, sed omnes qui ædificant tam in lapidibus quā in rignis, quia tigni appellatione omnis materia ex qua ædificia consistant continentur, l. tigni. supra eodem.

Opifices. Artifices.

Faber ferrarius dicitur nō solum omnis qui ligna polit & complanat, sed omnes qui ædificant tam in lapidibus quā in rignis, quia tigni appellatione omnis materia ex qua ædificia consistant continentur, l. tigni. supra eodem.

Faber ferrarius.

Faber ferrarius vocatur qui ferrum tractat, l. 2. §. si confertatis. ff. ad leg. Rhod. de iact. & l. defun. c. 1. de vsu. Aurarius, qui aurū: & lignarius faber, qui ligna & similia. Inde fabrica, nota significationis, c. futurum. 12. q. 1. Et fabrica generale nomen est, in authen. de armis, in prin. colla. 6. Melius in l. 3. §. item Iulia. in ff. de eo quod certo loco.

Fabrica.

In fabrica est officina, in qua fabricantur, vel ars ipsa fabricatus, i. nter. §. fin. ibi, Faber mandato amici

sui emit ferrum decem, & fabricam docuit, id est artem ipsam fabricandi. ff. manda. quam Vitru. definit esse continuatam, ac tritam vsus meditationem, quæ manibus perficitur. Vnde etiam fabrica ecclesiæ Canonistæ pro constructione accipiunt, in c. fi. de testa. & c. fabrica. de consecra. dit. r. Quis ad fabricam ecclesiæ teneatur, Panor. & alij scribunt in c. 1. de eccles. adific.

pro arte fabricis.

Fabrica ecclesiæ.

Fabricenses.

Fabricenses dicuntur qui arma publica fabricant, in rubri. C. de fabricens. lib. 11. quasi fabrica censiti, teste Luca ibidem: de quibus vide apud Lazium, de republ. pag. 496.

Fabrica pro fabricatione.

Fabrica etiam pro fabricatione ponitur, in l. fi. ff. de priuile. vetera. vbi dicitur magnus Antoninus veteranos excusat à nauium fabrica, vt non teneatur ad constructionem nauium, nec ad expensas pro nauibus faciendas: quia nullū dubium erat, quod non tenerentur fabricare naues, cum arma, & non iura, nec naues fabricare sciant. l. fin. C. de iure delib. ob id dubium potest esse ibi an ad expensas pro naue faciendâ, & construendâ teneantur: & ibi respondet, minime tenent. Et l. fin. §. hi quoque. ibi, si tamen pecuniâ publicam in operis fabricâ erogēt. ff. de munerib. & honor. l. fi. ff. de iure iurament. ff. de munerib. & honor. l. fi. ff. de iure iurament.

Dolare g. Dolabra. Dolabella.

Dolare est cum materia asperitas cōplanatur, & Dolabra est instrumentum quo ligna dolantur, vulgo dolore: vel genus armorum dicit glo. in l. 3. in fi. ff. de offic. præfect. vigil. & Dolabella nomen diminutiuum, ac nomen viri proprium.

Dolon, g. d.

Dolon baculus intra quē later gladius, seu pugio, vel ensis acutus, dicitur quod dolus insit, quia speciem ligni præ se fert, & tamen gladius oblongus inest, l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ab iegem. Aquil. ibi, ille flagello quod in manu habebat, in quo dolon inerat. licet alij aliter legant.

Capfarius quis. Capfa.

Item in d. l. 3. in fin. habetur mentio de capfario, qui dicitur is qui mercede seruanda in balneis vestimenta suscipit: à capfa, quæ dicta est quod in ea res venditas capiat. Et hic capfarius intracapsam res custodire solet, l. fin. ff. de iure iurament. vbi Bud. Etiam capfarius dicitur qui libros capfa portat, vulgō vn porte panier, gaignepetit, l. si collectaneus. de manumil. vindi. ff. vbi Iuriscon. hoc exponit, capfarius, id est qui portat libros. Tamen trahitur etiam ad venditores aliarum rerum, & mercū. Duntaxat idem quod solū significat, teste Valla in lib. 2. c. 2. de qua dictione multa scripsi in l. pratum. supra.

Duntaxat

IDEM LIBRO IIII. AD LEG. xij. Tabul. Lex ccxxxvj.

Qui venenum dicit, adiciere debet vtrum bonum an malum sit. nam & medicamenta venena sunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum, eius naturam cui adhibitum esset, mutat. Cum id quod nos venenum appellamus Græci φάρμακον dicunt, apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur. vnde adiectione alterius nominis distinctionem fieri admonet nos summus apud eos poetarum Homerus, sic dicens: φάρμακα πολλά μὲν ἐσθλά μεμυγμένα, πολλά δὲ λυγρά. id est, Pharmaca mixta quidem bona plurima, plurima autem amara.

Duas

Duas habet partes: secunda ibi, glandis. prima docet veneni appellatione venire & bonū & malū: sicut de dolo diximus supra in l. lara culpa. Et ideo quis debet dicere bonum venenum, vel malum, vt adiectione huius nominis bonum vel malum, distinctio fiat: cum medicamenta venena sint bona, tamen cum aliorū immixtione, nisi certis personis dentur. l. Cicero. ff. de pœn. Et Græci vocant φάρμακον, siue medicamentum sit, siue venenum malum. & quando in bonam partem, ἀνδρὸς φάρμακον dicitur, quasi ferens medelam: quando in malam, ἀνδρὸς φάρμακον, quasi ferens tristitiam.

Veneri nomine quid continetur.

Veneri nomine quid continetur.

In dubiis dictionibus quid obseruandum.

Græcorum auctoritas utilis.

Poetarum auctoritas.

Colligitur ex isto tex. duplex esse venū, bonum & malum: bonumque id dicit, quod mixtum cum alio mutat suam naturam, & medicamenti loco adhibetur: malum verò, id quod nocet.

Secundo nota ex hoc tex. quod si vna dictio dubia sit, illi debet alia adiungi eam elucidans, vt dolo inductus malo adiciemus, veneno necatus malo.

Tertio colligi potest Græcorū auctoritatē non esse spernendā in iure, quia Græci plurimū utilitatis, in framētū & elucidationis ad linguam Latinā asserunt, vt in §. seq. habetur, & in l. illa verba. §. r. & in multis legibus supra.

Quarto auctoritates poetarum adduci possunt ad vocabulorū elucidationem: sed ad iuris dictionem parum faciunt, teste Ioan. Fab. per illum tex. in §. cum autē. de empiri. & venditi. in Insti. vbi etiam citatur Homerus, & in §. ius civile. de iure natū in Insti. l. 1. de contra. empti. cum aliis multis. Iuris tamen ignari pluris faciūt poetarum auctoritates quam iuris: sed tota via fallunt, vt scribit Barb. in c. nam concupiscentiam. col. 6. de const. & in c. no. cur. col. 3. de iudic. & doctō. in l. 1. ff. si cert. peta. quia hi voluntarem necessariā, poetæ voluntariam nisi in pertinentibus ad artē habere dicuntur: sicut dicimus de Iurisc. & de interpretibus illorum, glo. in l. 1. C. de legib. & in c. 1. de postula. prælat.

Veneri nomine unde dicitur.

Veneri nomine unde dicitur.

Veneri nomine unde dicitur.

Et dictum est venenum, quod statim per venas eat: cōmune adagium est, Dio noi guard del boccone, del traditore & de la deceptions del cortisano. Vnde dicit Iuriscon. veneni mali non contrahi empione: quia nec societas nec mandatum flagitiosæ rei vllas vires habet. quæ sententia potest sane vera videri de his quæ nullo modo per adiectionem alterius materie vsui nobis esse possunt, l. quod sape. §. veneni. ff. de contra. empr. & alibi Imperat. dicit plus esse hominē veneno quam gladio occidere, l. 1. C. de malef. & mathe. quia ille proditorie occidit: qui verò gladio, cōmuniter. si tamen proditorie occiderit, vt pote amputando ei caput in lecto, vel alio gladii ictu, non erit plus veneno quam gladio occidere, inspecta ratione tex. Vnde venenarij gratiam non impetrant, & impetrata non vtuntur, sicut nec proditores: quia vtrique proditorie agunt. & si Princeps concesserit, non valet gratia: nec solet cōprobari. imò dicit tex. Ab altari meo euelles eos qui per industriam occidunt: & sic non gaudēt in cōmunitate, c. r. vbi doct. de homicid. Et vix clericorū priuilegio: quia hoc est sæuenum, & qui sænis se immiscerit, reinquendi sunt iudicio seculari, cap. cum non ab homine. de iudic. Aufser. in tract. de potest. secul. super eccle.

De scopeliffi no.

Notandum censet Vlpian. de quodam veneno quo Arabes vtuntur, de quo in l. pen. §. sunt quedam. de extraord. crimin. vbi sic scribit: sunt quedam que more prouinciarum coercionem solēt admittere, vt in prouincia Arabia σκωπελιος crimē appellāt, cuius rei admittum tale est: pleriq; inimicorum solent prædium inimici σκωπελιος id est lapides ponere, iudicio futuros, quod si quis eum agrum coluisset, malo letho periturus esset in insidiis

eorum qui scopulos possident. Quæ res tantū timorem habet, vt nemo ad illum agrū accedere audeat, crudelitatē timēs eorum qui scopelissim non fecerunt. hanc rem præfides exequi solent grauitè vsq; ad pœnam capitis: quia & ipsæ res in ortem cōminatur. Sunt & alij Arabum mores præcipua digni admiratione, primū fratres honore filios ante ire traditur: quia natu grandiores sint. Omniū bonorum participes consanguinei sunt: qui tamē ceteros atare præcedit, dominus existit, cōferuntque. Cōmunis item vxor, imò verò vna omnibus. ingressurus ad eam baculum ante fores deponit. moris enim est vt baculum vnusquisque gestitet. quo visō reliqui congressu parant, vt scribit Cæl. lib. lecti. antiq. 10. cap. 35.

Mala medicamenta, vt & libri lectonism probat quomodo veniant in iudicium sam. erisc. Veneni nomine quid continetur.

Etiam mala medicamenta veniunt in familiaric. iudicium, id est vt inter heredes diuidantur: sed iudex interponere se omnino in his nō debet. Boni enim & innocentis viri officio eum fungi oportet. tantum debet facere in libris improbatæ lectonism, magicis forte, vel his similibus. hæc enim omnia profinus corrumpenda sunt, ne forte aliis exitio sint. l. ceteræ. §. 1. ff. famil. eriscum. cum glo. ibid. Et sic est regula, quod veneni nomine venit tam bonum quam malum. Cæterum qui malum venenum necandi hominis causâ fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, lege Cornelia de sicariis tenetur. l. 3. ff. de sicar. vbi etiam inquit: Adiectio autē ista veneni mali, ostendit esse quadam & non mala venena. Ergo nomē medium est, & tam id quod ad sanandum quam id quod ad occidendū paratum est, cōprehendit: sed id quod a amatorū est, d. l. 3. & de amatorio poculo loquitur tex. in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn.

Veneri nomine in vsu cōmuni quid intelligatur.

Limitatur ratione subiectæ materie, vt quandoque etiam simpliciter loquendo de malo intelligatur: veluti si carceri prepositus pretio corruptus venenum in carcerem inferri passus est, offi. cio iudicis ponitur, l. carceri. ff. de custo. reor. & hoc officium iudicis vsque ad mortem extēdi potest, si sciens & pretio corruptus fecerit. gl. singular. in §. in summa. de iniur. in Insti. quā notabilis dicit Matthe. Mathesil. singu. 18. no. quod vbi & Cepela in repei. l. si fugiuui. colū. 9. ff. de seruis fugit. Et indistinctè in quacunque materia cōmunis vsus loquendi sic admittit, vt appellatione veneni veniat malum, nec opus sit adicere malū: quia in dubio intelligimus de malo. Vnde si testes deponerent quod Titius de lit venenū alicui, possit ex his depositionibus condemnari, quia omnia phar maca vocamus medicamenta, seu vulgō medicaments aut drogues. Venenum malum simpliciter du venin, cui ante sumpta theriacā facillè resistitur, vt dicant medici, maxime illa quæ fit in Montepessulano, de qua theriacā loquitur I. quæ situm. §. idem respondit theriacam. ff. de fundo instructo. & alia sunt quæ venenis resistunt, quæ scribit Galen. in libro 5. de simplic. medi. facult. c. 17.

Theriacā veneni antidotum.

Purgare autem reus se potest vel per iuramentum, l. fin. §. si eubi. C. de his qui ad ecclē. consi. & vocant quidam purgationem hanc legalem. & interdum vidi literas, quibus Rex delinquenti concedebat, cum delictum aliter probari non poterat, vt reus suo se purgaret iuramento. Purgatur etiam quis per testes, & vocatur purgatio canonica, vt c. 1. & per totum tit. de purga. cano. de qua Specul. in tit. de aboliti. & purga. §. si. & Alba. in §. si miles. de pace tenen.

Reus quomodo se purget. Purgatio legalis. Purgatio canonica.

Purgari etiam olim solebant homines experientia: vt ferrum candens recipiendo: quod hodie est prohibitorum, quia multi sub iusto clypeo sic perierunt, vt c. 1. & per totum tit. de purga. vulgā. vbi hæc vocatur vulgaris purgatio.

Purgatio per ferrum candens. Purgatio vulgaris.

Cæterum

Ceterum innocētia, & non relatione criminū reus purgatur, id est si probet se innocētē, & non si obiciat crimem in partē aduersam. d. l. de his qui iuncta l. si de accusa. C. & l. si vxor. §. iudex. ibi, nō rem ob cōpensatiōem mutui criminis inter vtrosque cōmunicare. ff. de adult. & decem modis quis purgare se potest, quos scribit Iacob. Bellonius in practica sua tit. de proba. nega. versic. & sic ex prædictis. nu. 21. & sequen.

Et nomine *Et nomine.* Iuriscon. sæpius hac phrasi vtuntur, vt in l. si calumniatur. §. telum. supr. co. alias phrasēs alicubi forte scribam, nunc ad alia pertransiēs.

Admonere *Admonet nos.* id est in memoriā adducit, *nom aduise.* sic potest hic accipi. Interdum admonere, est monere, cōmonefacere, *admonēter.* Vnde merito admonentur magistratus diligenter custodire fugitiuos, ne euadant, l. i. §. penul. ff. de seruis fugi. Et præfectus vigiliū admonere debet omnes inquilinos ne per negligentiam aliquam incendij castis oriantur, l. 3. §. penul. ff. de offic. præf. vigil. quod vi di Tholofæ seruari tempore ventoso.

Admonitio *Inde admonitio.* l. 2. in fi. de iud. ibi, in omnibus autem in quibus prorelatur admonitio.

Admonitio *Admonitus, adhortatus, excitatus, admonētē,* l. si serui. ff. de nego. gest. l. 1. §. penult. ff. quod cuiusque vniuersi. n. omi. l. nam & si fur. si cer. pet.

Monerē. Item monere significat idem quod admonere, attendere & inspicere, in fructu, l. sed & si. in fi. ibi, quia nō faciendā iniuriæ causa percussit, sed monendi & docendi causa. ff. ad leg. Aquil. Item monitio pro citatione ponitur in iure canonico, & dicitur: Monemus semel, secundō, tertio, peremptoriē vno edicto pro omnibus, &c. De monitione est tex. in c. crapula. & c. fi. de vita & honest. cleri. c. tuæ. & c. fin. de cleric. non resid. in 6. & hoc verbo etiam vtitur Imperator in l. cum clericis. in fi. C. de epif. & cleric. l. 2. & l. consentaneū. quomo. & quando iudex. dixi abundantius in tract. de citatione in 3. tomo cōmenta. in consi. Reg. Gallic.

Monitio p citatione.

§. Glandis appellatione omnis fructus continetur, vt lauolentus ait, exēplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum species *ἀργόδρυς* appellantur.

Appellatione gladis omnis fructus continetur, Græci sermonis exemplum, quo omnes arborum species *ἀργόδρυς* appellatur. nam *ἀργός* cum ypsilon querus est a bor: ponitur etiā pro quauis arbore. *ἀργός* vero cum iota, vel *ἀργύρα* silua dicitur, & sic capit Dionysius in descriptio. Etiam pro vite capitur. Cum igitur Græci *ἀργύρα* pro qualibet arbore capiant hic legi *ἀργύρα* in hoc tex. in aliquibus libris, & melius forte quam *ἀργόδρυς*. *ἀργύρα* autē summum dicitur, *ἀργύρα* silua, quasi silua sit maximā arborum. Vel vt dicit Budæus, *ἀργόδρυς* propriē à Græcis appellatur quæ in ambitu lignosum putamē habet, vt nuces, castaneæ, pistacia, malum punicum, & similia. Econuerso quæ extrinsecus mollia sunt, vt poma, & mala reliqua, pruna, cerasa, & similia, *ἀνόγυρα* dicuntur. *ἀργύρα* autem dicuntur *ἀνόγυρα* quod est abscondere, quod in arboribus facile quis abscondatur. vnde Dnyus Gallorum sacerdos dicit quod in lucis robōrum habitarent, teste Plinio lib. 16. c. 44.

Gladi alie, nam si quis immisso pecore de pascua, in factum agi posse ait Iuriscon. in l. qui seruadaram. §. si. ff. de præf. p. verb. Et si glans ex arbore tua in fundum meum decidit, eamque immisso pecore depascam, actionem ad exhibendam competere Vlpia. ait, si dolo pecus immiserim vt glandem

comederet, in l. Julia. §. glans. ff. ad exhib.

Secundo prætor vim vetari fieri cuius glās in agrum alterius deciderit, quominus liceat ei colligere, & collectā auferre. Et glandis nomine omnes fructus etiā contineri dicit lex vnica, ff. de glade legem. quam rub. eleganter explicat cōterraneus noster Steph. Forcat. in penu iuris ciuilib. c. 15. Vnde cum nuces & pira vnus in fundū alterius deciderit, & is in cuius viridariū deciderit, nollet iter præbere domino fructuum, dixi ad eundem iudicē qui præcipiet domino viridarij, vt id aperiat, & poma legere & nuces permittat.

Communis tamen vsus loquendi Franciæ glandes stricte accipit pro fructu quercuū tantum, Gallicē *du gland.* Est enim quercus, Græcis *ἄγυς* appellata. Gallis *chêne*, de qua multa scribit Ruellius in suo lib. de natura stirpium. Vnde glans quercina, siue quercina: & populus Quercinus à quercibus, quibus fortasse abundabat illa patria, dictus est, *les Quercinois.* Ciuitas præcipua illorum est Cadarcū, vbi alias professus sum iura ciuilia & pōsticia, ibique munere regentiæ functus sum: vulgus vocat *Cabors.*

Glandifera autem arbores sunt quercus, ilex, robur, esculus, fagus, & siber: de quibus etiam scribit Theophrastus. Querciram febrem, siue querceram vocant medici frigidam cum tremore, à qua nos præseruet pater & filius & spiritus sanctus. Amen.

*Arborum species multe sunt, vt licet videre per Ruellium, & Lenard. Fuchsum in tract. de hist. stirpium.

IDEM LIBRO V. AD LEG. xij. Tabul. Lex ccxxxvij.

Duobus negatiuis verbis quasi permittit lex, magis quam prohibet: idq; etiam Seruius animaduertit.

Duo vult dicere hæc lex: primū quod duæ negationes magis permittant quam prohibeant, id est potius affirmet, quam negent. Secundum tacitē, quod duæ negationes interdum prohibent, ponderando dictionem magis, quæ cōparatiue sumitur, vt magis permittant: ergo aliquando prohibēt. & ideo hæc lex allegatur ad hoc, quod duæ negationes affirmant & affirmationē demonstrant, gl. hic: quod probatur primo per dictionem necnon, l. 1. & l. necnon. ff. ex quib. cau. maio. §. pater. de testa. in Institut. l. moris. ff. de pœn. l. etiam. & l. locus. supra eodem.

Secundō probatur per dictionem nonnunquā, id est aliquando. l. nonnunquam. ff. de adop. l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæsi. l. nonnunquam. ff. de cōditio. & demonstrat. lege, moris. de pœn. l. coniuñtionem. supra eodem.

Tertio idem de dictione nonnulli, id est aliqui, l. quæsitum. §. 1. de fundo instru. l. si filius. §. 1. de fideicommiss. liber. l. inter actum & iter nonnulla est differentia. ff. de feruitu. rasti. prædio. & sic exponit Panor. in c. in nostra. nota. & c. nonnulli. de referri. & Iuriscon. ait, at si dua etenim frequentia quasi nonnullam præbet infamiam, l. item apud. §. at si dua. ff. de iniur. l. testatrix. §. 1. si serui. vindic.

Quarto nonnihil commoditatis & decoris afferunt notarij, l. vlt. C. de primic. secund. & notar. lib. 12. vbi glo. exponit nonnihil, id est multum. sed ego exponerem nonnihil, id est aliquid, vel non parum. l. cum allegas. C. de castren. pecul. milit. eod. lib. probat Iuriscon. in l. sed & si lege. §. adeo. in fin. ibi, vti que nonnihil restituendam. ff. de peti. hered.

De glande legenda.

Glandis nomine in eorum manu vsu loquēda quædam quædam dicitur.

Glandifera arbores. Febris quercira.

Negationes duæ affirmant.

Necnon vt affirmatiue.

Nonnullūquā.

Nonnulli.

Nonnihil.

Quintō non immerito, id est merito, l. furti. §. 1. de his qui not. infam. l. si is cui. §. tamen. de solut. l. sic eueniet. de adult. l. fin. ad leg. Iul. pecul. l. Imperatores. de iure fili. l. si filia. §. 1. famul. ercisc. l. in concedendo. de aqua plu. arcen. l. metum. in magna. §. fin. quod met. cau. l. quod dicimus. in fin. ibidem, l. 1. §. 1. de ventre inspici. l. 3. §. itaque. de itine. l. 1. quarum rer. ad. non detur. l. fi. de litigi. l. 2. §. si quis iudicio. ff. si quis cau. l. pater. de euict.

Sextō nemo nescit, id est nemo ignorat. l. quātā. ff. de publica. l. nemo. ff. de duob. reis.

Septimō non indignē, ergo digne, l. si rogatus. §. matrimonij. ff. de manumif. vindic. quem tex. sing. dicit Philip. Perus. in §. fin. de despon. impub. in 6.

Octauō non inutiliter, sed vt liter, l. procurator. §. 1. ff. rem rat. hab. l. qui duos. in fin. ff. de manumif. vind. l. huiusmodi. de verb. oblig. ibi, non inutiliter, id est vt liter. l. nemo. prima. ff. de verb. oblig.

Nonō non iniuste, eodem modo exponi debet, l. libertatem. in fin. ff. de manumif. restam. l. si cum feruum. §. idem obseruatur. de fideicom. liber. Sic non inhoneste, l. pronuntiatum. §. 1. supra eodem. l. 1. de condit. cau. da.

Non improprie, l. 2. supra eodem. Non denego, id est concedo, l. 1. §. exceptiones. ff. quar. rer. acti. nō det. Non in pudicum conuictum, & sic pudicum in nuptiam patrono non denegatur, l. non solum. §. leuis coercitio. ff. de iniur. Nō absurde, l. interdam. §. diuortium. supra eodem. Non minima incommoda affert sæpe partiū solutio & exactio. sed magna intelligite, l. plane. versic. sæpe. ff. famul. ercisc. l. 1. ibi, non minima utilitas. ff. de tributo. l. sed si ex parte non modica. ibidem.

Non inarguta sententia, sed subtilis & acuta, in l. in hoc tenatus consulto. §. penul. ff. de vsufr. earum rerum.

Nō falso, sed vere, l. recte dicimus. supra eodem. Non infauorabiliter, id est nō sine fauore, l. 2. §. præterea. ff. de decuri. Non esse iniquum, l. quedam. §. numularios. ff. de eden. Non infubtiliter, l. iurifigentium. §. adeo. ff. de pact. l. 1. ff. de hered. instit. Nō impossibile, ergo possibile, l. non impossibile. ff. de pact. Non male, l. si fideiusor. l. ff. manda. Non improbe, l. non est ferendus. ff. de tranfact. Nemo non confitebitur, l. 1. ff. ex quib. cau. maio. Postulatio non iniqua visa est, sed æqua, l. & Atrilicinus. ff. de seruit. rustic. præd. l. si cum villico. ibi, non erat iniquum. de instit. actio.

Non inelegerit, l. illud. de soluti. Non incommode, sed commode, l. Stichum. §. quæsitum. ff. de solut. l. lex. Cornelia. de vulga. & idem dici potest in alijs quas nunc missas facio.

Limitatur quando illæ negationes ad diuersa tenderent, quia tunc negant: vel quando quælibet suam determinationem & relationem haberet, l. qui neque sequatur, neque ducatur. l. alienationis. §. oratio quæ neque coniuñtionem neque disiunctionem habet. supra eod. l. 2. ff. de in ius voc. vbi sic scribitur, in ius vocari non oportet neque consulem, neque prætorem, neque præfectum, neque procofulem, neque ceteros magistratus qui imperium habēt, &c. vbi sunt plures negationes, quæ quidem omnes negant. l. 2. §. si non propter valerudinem mulier non steterit iudicio, sed quod grauida erat, exceptionem ei dādā Labeo ait. ff. si quis cautio. & l. si seruis. ibidem, l. iurifigentium. §. item si quis. de pact. l. furti. in fi. de his qui not. infam. l. pronuntiatum. in fin. ibi, neque nuptia neque tales. supra eod. l. si vero. §. de viro. vbi Ludo. Roma. ff. solut. matrim. l. nō videtur defendere. infra tit. proximo, l. 1. si seruis ad decurio. aspira. lib. 10. C. vbi patruus meus Iacob. Rebuff. restringit hunc tex. quando nimia sequeretur absurditas. l. cum dos. de pact. dota.

l. 1. §. si autem. ibi, non putat non infubtiliter. de heredi. instit. ff. cap. fin. de constitu. in 6. in vedigalia. de publica. l. affectionis. & l. cum de donatione. ff. de dona. l. cum quasi. in fi. de fideicom. liberta. & l. Lucius. ibidem, l. 1. de iure aure. anul. l. si debitor. de peti. hered.

Secundō vitatur quando appareret de contraria mente loquentis: vt si rusticus dicat, nego me non debere, vult dicere negando dico, vt docet Bald. in l. qui separatis. col. 3. C. vnde libe. & in l. 1. col. 5. de seruis fugi. Quemadmodum sæpe audiui rusticos dicentes, *il est omnipotent, pro impotent.*

Tertio non procedit quando negationes sunt in numero impari eo enim casu magis negant quam affirmant, si vnam clausulam respiciant. Rebuff. in d. l. prima, si seruis ad decurio. per lin personam. in princ. ff. de pact. & legem primam, C. de seruis fugi. vbi Bart. l. vnic. §. & cum lex. C. de rei. vxor. acti. Et aliquando quatuor dictiones negatiue negant, vt in l. nonnunquā. ff. de colla. bono. l. moris. de pœn. l. 1. de cadauer. punit. l. si quis forte, ibi, nonnulli neque semper neque nunquam remittunt. ff. de pœn.

Quartō restringitur si resuleret sensus iuri contrarius, §. si verō neuter. in authen. de his qui ingrediunt. ad appella. col. 5. Ioan. Faber & Angel. in §. cumque hoc deo. in procemio. Instit. facit d. l. lex 1. ff. de cadauer. punit.

Quintō quando lex vel alia dispositio vteretur duabus negatiuis ad maiorem expressionem & emphasis, vt in cap. & si Christus. de iureiur. sit sermo vester, est est, non non. Quia interdum ex abundantia cordis quis interrogatus an fecerit, hoc dicit, non non, vt magis atque magis neget, vt vulgo, *nenny non* dicitur.

Sextō quado negationi addita est dicitio quidem, vel tantum: vt non obligari stipularem, nec fideiusforem quidem, l. 1. §. si quis ita. ff. de verbor. oblig. Alci. hic sed tunc ad diuersa referuntur istæ duæ negationes, & sic comprehenditur hæc limitatio sub prima. Etiam si tacitē intelligeretur, teste Alci. hic. vnde cum idē sit nemo, quod nec homo quidem, recta Iuriscon. est locutio in l. fluminum. in princ. ff. de dāno in se. dicentis quod locus publicus damnū inferi nemini nihil facient, id est non affert damnū ei qui opus non facit.

Septimō duæ affirmationes non faciunt vnam negationem, sicut duæ negationes affirmationem: quia aduerbia affirmatiua non destruant, sed eorum significatione & modo significadi confirmant quicquid inueniunt, qualescunque sit illud: aduerbia verō negandi destruant, dicente beato Augustino, negationem esse tantæ malignantis naturæ, quod quicquid inuenit destruit, & eius oppositum ponit, vt in additio ad Panorm. in cap. in nostra. de rescrip. scribitur.

Octauō quando communis loquendi vsus ita se haberet vt duæ negationes negarent, ille attendere, vt in quibusdam regionibus duplicant affirmationem, etiam negationem. l. Labeo. ff. de suppelle. lega. Probus in additio ad Ioan. Mona. in d. c. fin. de conslit. post com. Ioan. le Cirier in tract. de iure primoge. lib. 1. quæst. 2. col. 4. iste tamen communis vsus cum sit facti, probandus est ab eis qui cum allegant.

Vltimō dicit Alciat. hic esse quædam verba vana tacitam prohibitionis habentia, quæ idem possunt addita negatione, quod nō addita: vt vereor, timeo, caueo, dubito: nempe paria sunt: vereor ne ad optio impediatur, l. Non solum. §. sed videamus. ff. de ritu nuptiarum. quæ parū probat. Et nil aliud ad probationem adducit: sed vos aduertite. Primō de verbo vereor, affirmatiue probat textus in l. filium. §. videamus. ff. de bonor. possess. contra tabul. ibi ver.

De verbis vim tacitā prohibendi habentibus. De verbo vereor, quo modo sumatur addita negatione vel nō addita.

reor ne haecenus filio suo profuerit. l. si in iudicio. ibi, verendum ne noceat. de excepti. rei iudic. l. i. in princip. quando appell. fit. ibi, verendum est ne sero fit vt tunc pronocetur. Negatiue, in l. r. §. quod ait prator. ff. de cloacis. ibi, verendum tamen esse Pomp. scribit, ne in eo casu damni infecti stipulatio non committatur. l. bonæ fidei. §. an ante. ibi, puto verendum ne non sit bonæ fidei. de acq. rerum dom. l. officium. §. i. de re milit. ibi, vereor tamen si quicquam permisero quod in vsum meum aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatur. l. si ego. §. si res. ff. de iure dotum.

De verbo dubito negatiue sum pp. & affirmatiue.

De verbo dubito negatiue, in l. quisquis. in fin. ibi, non dubito quin Labeonis sententia vera non sit. supra eodem. l. in personam. in prin. de pact. ibi, quin pacto filij nocitura non sit patri agere volenti dubitari non oportet. l. z. communia præd. ibi, quidam dubitauerunt ne hæc sententia non essent. Affirmatiue, in l. non dubito quin fœderari nobis extranei sint. l. non dubito. ff. de capti. l. Scuerus. in fi. ibi, non est dubitandum quin nauicularij non debeant decuriones creari. ff. de decurio.

In hoc tamen est pendendum quando Alcia. sententia vera esse potest. Nam dum accurate inspicitur oratio affirmatiua, interdum affirmat iuncta vni ex his verbis dubito, vereor, &c. si enim dicat Iurisc. dubito ne vera sit, intelligitur veram esse: si verò dicat ne non vera sit, intelligitur aliquando veram non esse. vt colligitur potest ex quibusdam iuribus superius adductis. l. fin. §. Proculus. ff. quæ in fraud. cred. l. lex, non distinguemus. §. quaesitum. ibi, nam & Iul. ait, impune non pareri ei, si iubeat ad alium arbitrium iri, ne finis non sit. ff. de arbit.

Videronegatue sum.

De verbo videamus negatiue, in l. postquam. ff. de petit. hered. ibi, videamus tamen ne non aliter petitor, hereditatis legatui restituere debeat, quam vt ei caueatur. l. nos videamus ne non sexaginta præstanta sint. loca. l. fin. ff. de eo quod certo loco. ibi, videamus ne ea pecunia quæ ex sententia iudicis accedere potest, non debeatur, ne sit in obligatione. l. veditor. in medio. de hered. vend. l. idem Pomponius, ibi, videndum est ne non sit compromissum. ff. de arbit. facit. l. fin. ff. de serui. rufi. præd. ibi, id dispiciamus ne nihil vetera te mihi via dari.

Permittere.

Permittere id est concedit, minor autem. §. si autem Princeps sententiam dixit, perraro solet permittere restitutionem. ff. de minor. l. nequid. §. de his. de in eund. Vel pro consentit, vult. l. creditor qui permittit rem venire, pignus dimittit. ff. de regulis iuris. iuncta l. si cõsentit. & l. licet. §. si voluntate. & §. sed & si. & seq. & l. voluntate. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solu. inde permissus, concessio, consensus, conq. l. penul. ibi, relegatus sine permissu Principis, eligi non potest. ff. de decurio. l. i. ne vis fiat ei. & l. i. §. item Labeo. ibi, nisi permissu meo facere cõperit, quod vi aut clam. l. ad bestias. de poen. l. is qui. delegatio. l. destitisse. ibi, permissu Imperatoris. ad Turpilian.

Legis virtus.

Et legis virtus hæc est, imperare, vetare, permittere, & punire. l. legis virtus. ff. de legib. & c. omnis. 3. dist. vbi glo. triplicem permissionem scribit, & docto. in cap. vnic. de ara. & qual. in 6.

De permitendi materia.

Et non quicquid iudicis potestati permittitur, id subiicitur iuris necessitati, lege, non quicquid. ff. de iudicis, & sic permittere non importat necessitatem. in qua permittendi materia postquam locus se offert, tres facerem conclusiones, quarum hæc prima est: Omnia censentur permissa quæ non sunt prohibita, cap. nam concupiscenciam. de consir. Panorm. in cap. i. col. antepenul. nam. 13. de iura. calumniæ. Vnde omnes possunt testari qui non sunt prohibiti, l. si quæramus. ff. de testam. Vnde Perus ait:

Cur mihi non liceat insit quodcumque voluntas, Excepto si quid Masuri rubrica vetauit. Et sic quod vetat Iurisc. consultus Masurius Sabinus, non est permissum. nec quod leges vetant.

Secunda, prohibitum ad tempus, finito tempore permissum esse censetur. vnde eam cui aduocationibus quinquennio interdictionem esset, post quinquennium pro omnibus postulare non prohiberi, ait Iurisc. in l. Imperator. ff. de postul. & exul. ad annum, finito anno reuerti potest etiam sine facultate & licentia, teste Francisc. Cremen. singul. 47. quia dies licentia pro homine: vtor verbis Bal. in proce. ff. hæc autem tria. Arcet. & laxon in l. si ira quis. ff. de vulg. Panorm. & alij in cap. ex literis. de consir. & spoliatus dignitate ad tempus, finito tempore illam recuperat. l. falsi. §. ordine. ff. de fal. l. i. C. de his qui in exilium dati. li. 10. Dec. in cap. quaestioni. vt. de appella. scripsi in interpra. l. quod iussit. nota. 2. in fin. ff. de re iudic. Nec adhibetur distinctio quo crimine silentium vel exilium sit irrogatum, ne scilicet poena tempore determinata contra sententiam si de i. vlt. porrigatur. d. l. Imperator. de postul.

Prohibitum ad tempus, finito tempore, permissum esse censetur.

Tertia, permissum ratione necessitatis, ea cessante videtur prohibitum, l. senatus consulto. ff. de offic. præsid. vt si actio sit temporalis licitum est agere contra Legatum, vt contestetur litem, quia conrelatione facta videtur prohibitum amplius durate legatione litem profequi. l. sed & si restituar. §. si dies. ff. de iudic. Ancha. in cap. fin. col. 5. nu. duodecimo. de foro comper. Vnde si tempore necessitatis belli vendantur officia, tempore pacis donari debent, & boni & docti viri postulari, & requiri: vt quod belli calamitas intro ducit, pacis lenitas sopiat. l. vna. in princ. C. de cada. tollen.

Permissum ratione necessitatis, ea cessante videtur prohibitum.

Idque etiam. Seruius animaduertit. Animaduertere est pendere, considerare, intueri, notare, cogitare, & quasi animum illum vertere, & sensus in id tendere, vt hic, & in l. r. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. & in l. non cogendum. in fin. ff. de procurator. ibi, & si sanxiderit, non animaduerto, inquit Iulianus, quo casu stipulatio committatur. l. metum. §. animaduertendum autem est. quod met. caus. l. si duo. de solut. ibi, vt ita possit animaduertere an exceptioni locus sit, necne. l. prima, de appel. recipien. ibi, sed & tam mater filij rem per sententiam euersum animaduertit, pronunciauerit, pietati operam dando. l. ex his. quæ in fraud. cred. ibi, postea tamen dici illam rem apud arbitrum ex causa animaduertendam. l. 2. ibi, præses animaduertit. ff. de vacat. & excusat. numerum.

Animaduertere.

Animaduertere in facinorosos, est eos punire, l. imperium merum est habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod potestas appellatur. ff. de iurisd. omn. iudic.

Animaduertere in facinorosos.

Valla tamen scribit differre à verbo punio, quia hoc fit sine iure, siue iniuria: animaduertere autem dicitur, quando ordine, iure, vite, & ab eo qui potestatem habet. hæc ille lib. 3. cap. 71. Quod potest probari l. i. ibi, in quos grauius animaduerti solet. & l. in eum. in fin. ibi, sentire animaduertetur. de extraord. crimin. l. fin. de effracto. In effractores variè animaduertitur. l. de militibus. in fin. ibi, is autem qui exercitum acceperit, ius animaduertendi in milites habet. de custo. reor. laut. damnum. §. l. ibi, vira adimitur, vtputa si danatur aliquis vt gladio in eum animaduertatur. sed animaduerti gladio oportet, non securi. ff. de poen. Iurisc. tamen promittit his duobus vtuntur, vt l. r. & fin. de cadane. punit. iuncta rubr.

Animaduertere & punire qd differant.

Animaduertio, castigatio, punitio, l. prator edixit. §. neque enim intenditur, inquit, quod publicum habeat animaduertionem. ff. de iniur. l. aliud est fraus. §. i. supra eodem. Et Vlpian. ait in litem apud

apud. §. quod ait prator, si quis aduer. ea fece. prout quæque res erit animaduertam: sic intelligendum est, vt plenior sit pratoris animaduertio, id est vt quodcumque eum mouerit, vel in persona eius qui agit iniuriarum actione, vel eius aduersus quem agitur, vel etiam in re ipsa, id est qualitate iniuriæ, non audiat eum qui agit. ff. de iniur. Et animaduertere prout quæque res erit, vulgo dicimus, punir se lon l'exigence du cas. Quæ phrasit est pro iusta castigatione Iurisc. peculiaris & frequens.

Animaduersionis in iustitia. Animaduertus, punitus. Punitorum corpora quatenus concedenda.

Animaduersionis iustitiam dicit rex. in l. fi. ff. de seruis fugi. ibi, ad fugiendam inquisitionem vel iustitiam animaduersionis in arenam se dare mallet.

Animaduertus, punitus, supplicio datus. vnde Iurisc. consultus ait, Corpora animaduertorum quibuslibet ad sepulturam petentibus danda esse. l. fin. ff. de cadauer. punito. vbi quod in rubr. dixit punitorum, in l. fin. vocauit animaduertorum. hodie tamen in Regno Franciæ non sic facile solent concedi corpora animaduertorū, vt poena vnus sit metus multorum, nisi sit causa, vt pro anatomia faciēda, aut alia iusta ex causa, vt alibi scripsi.

IDEM LIB. VI. AD LEG. XII. Tabul. Lex cccxxvij.

Plebs est ceteri ciues sine senatoribus.

Plebs nomine quid cõtineatur. Plebs scilicet. Populus Gallicus ex quibus constat.

Hæc lex quatuor partes habet, prout quatuor dicta continet. & primò dicit plebē esse omnes ciues extra senatores. inde plebs scilicet, plebs statutum. sciscere enim statuere est, teste Gellio lib. 5. cap. 17. Et sicut populus Romanus olim constabat senatu, equite, ac plebe, vt pulchre hic scribit Alciat. ita populus Gallic. triplici statu, videlicet statu ecclesiastico, nobilitate, & plebe. Et quando aliquid agendum tangens populum, cõuocantur tres status: & quod ibi disponitur, ratum ab omnibus habetur, vt supra etiam scripsi.

Plebs à populo quid differat.

Et plebs à populo differt, sicut genus à specie, d. §. plebs scilicet. vbi etiã hoc dixi vobis. videte Dec. cap. i. de præbend. & dignitatibus, decidentem an appellatione populi veniat clericus. Et quãuis multa effundat, regulam vobis constituite, Quod vniuersi ciues populi appellatione cõtinentur, d. §. plebs scilicet. siue sint clerici, siue laici, siue nobiles, siue ignobiles. Nota. per Barba. in rubr. de reb. ecclief. non alien. col. 19.

Populi nomine vniuersi ciues contineri. Populi nomine quando clerici cõtineantur, & quando non.

Primò non procedit quando proferretur ab eo qui non haberet potestatem super clericos, vt pote à laico. nam si iudex laicus vel princeps indiceret populo Parisiensi decem milia, non comprehenderetur clericus: quia laicus non potest regulariter indicare pecuniam clericis, vel in eos quicquam statuere, cap. ecclesia. de consir. vbi plene docto. si tamen illud statutum tendat in fauorem clericorum etiam clerici illo iuuari poterunt, cap. dilecti. de foro compe.

Secundò limitatur quando illa materia laici tantum conueniret, cap. grauem. de sentent. excomm. vel tantum clericis, cap. licet. 3. quæst. i. quia diuersi sunt laici à clericis, cap. duo sunt. 12. quæst. i. scilicet si materia concerneret tam laicos quam clericos, & statueretur ab eo qui clericos etiam ligare potest, cap. si quis viduam. 34. dist.

Tertiò non procedit quando esset maior ratio in vno quam in altero, cap. si sententia. de sentent. excommunicat. in 6. Barba. in proce. clem. §. quoniam. Oldra. consil. 32. quæstio. vbi sacerdos in vniuersitate continetur, licet sint priuilegiis præditi, tamen hoc non obest: quia senatores & alij illustres habent multa priuilegia, & tamen de vniuersi

strate vel de populo sunt. sed non ob hoc derogatur priuilegijs eorum.

Sic appellatione cleri non venit populus: quia species non continet totum genus. & ideo quando clericus exprimitur, & vult disponens comprehendere populum, necesse est postea populum exprimere, vt in cap. vt nullus. de clero vel populo. de præb. in 6. scilicet si primo expresserit populum, & sic genus: & ita intelligentur omnia per docto. super hoc iactata, quæ noteris, quia satis cõfuse alibi sunt tradita. & idem intelligatis de plebe, sicuti dixi de clero, vt plebis nomine non veniat populus, sed econtrario sic.

Cleri nomine non contineri populum.

Ciues hi dicuntur qui urbem & ciuitatem incolunt, à cocundo dicti, quod iure quodam societatis in vnum coeant cœtum. & Imperator sic ait, ciues quidem origo facit, manumissio, allectio vel adoptio: incolas verò domicilium, l. ciues. C. de incol. declarabitur in l. pupillus. infra eodem. videte Hieronym. Caignol. in l. 2. §. exactis. num. 285. & seq. ff. de orig. iur.

Ciues qui, & vnde.

Inde ciuilis, quod pertinet ad ciues. Vnde ius Romanum ciuile dictum fuit: ciuilis actio, à iure ciuili inducta, l. creditores. l. pecunia. 2. in fin. supra eod. l. bonorum appellatio aut ciuilis aut naturalis est. supra eodem.

Ciuilis. Ciuile ius. Ciuilis actio.

Ciuita munera, l. munus. i. sup. eo. vbi elucidauit, & dixi ciuilia munera & publica pro eodem capi, vt docet l. fin. §. penul. ff. de muner. dicam in interpretationibus, incis nouis.

Ciuita munera.

Ciuilitate, l. probum, & l. anniculus. supra eod. De ciuitate dixi in l. ciuitatis. supra eodem.

Ciuilitate.

Ciuiles annonæ dicuntur ad differentiam militarium, quæ omnis militiæ expertibus attributa erant: ciuiles verò ciuibus vel à ciuibus præstabantur, vt in l. i. C. de anno. ciuili. lib. 11. elucidat Lælius Taurer. in tract. de milit. ex casu. alia superius de his scripsi in l. frugem.

Annona ciuiles & militares.

§. Detestatum est cum testatione denuntiatum.

Sicut detestatio est denuntiatio cum testatione, id est testibus facta, l. detestatio. supra eod. ita detestatum est cum testatione, id est coram testibus denuntiatum. Aliquando detestatio abominari est. ca. detestanda. de concess. præb. in 6. vbi docto. notandum tamen est detestari multis modis capi: primò pro denuntiare, vt hic, & in l. detestatio, supra eod. alios modos scripsi in lege, verba contraxerunt. supra eodem.

Detestatio. Detestari pro abominari.

Detestari pro denuntiare.

§. Pignus appellatum est à pugno: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Vnde etiam videri potest verum esse quod quidam putant, pignus proprie rei mobilis constitui.

Pignus à pugno dicitur, quia manu traditur: sic proprie in mobilibus consistit. hypotheca verò in immobilibus. Et alibi Iurisc. ait proprie pignus esse quod ad creditorem, transit, hypothecam autem, cum non transit possessio ad creditorem, l. si rem alienam. §. i. ff. de pig. acti. alibi Iurisc. dicit hæc duo tantum sono nominis differre, l. res. in fin. ff. de pig. & cum hoc dicto consentit Valla lib. 6. ca. 57. quem sequitur Florid. in lib. de interpr. iur. ridens Alciatū & eius distinctionem, dum dicit Vlpiani sententiam veram ex proprietate sermonis, Martiani ex vfu. Quid est, inquit Florid. quod non possit in concordiam sic redigi? demum concludit, Vlpian. Tribon.

Pignus ab hypotheca qd differat.

nianique definitionem nullo pacto veram esse. Iacob. tamen Curri. in lib. coniectural. 2. cap. 19. aliter conciliare conatus est: sed parum ad rem facit. Vnde ut ista tandem quiescant, tres faciam casus, quibus visis nulla videbitur antinomia inter hosce Iurisc. sed dicam culpam esse his qui se immiscuerunt ad se non pertinenti, & quam non intelligant, l. culpa. ff. de regul. iuris.

Pignus pro priis de mobilibus. Pignus non nunquam ad immobilium referri. Primus est quod pignus est proprie in mobilibus, vt in iuribus supra allegatis visum extitit, & hic est text. expressus. Tamen accipi pignori etiam res immobilis dicitur, l. sciendum. §. creditor. ff. qui satulid. cogan. Et fundus dari, pignori, seu retineri, l. cum hi. §. idem est & si ager. ff. de transact. & l. si qui. §. i. de pign. l. si dominium. C. illo tit. & dicitur fundus pignoratius, l. quomuis. ff. de pignor. act. quando est obligatus. Ex quo infertur quod statutum loquens in pignore, habet etiam locum in hypotheca, quantum ad obligationem, vt restatur Fel. in c. cum aliquibus. de re iud. sed contrarium tenet Bar. in d. l. si rem. §. i. ff. de pignor. act. & de Ripa in rub. ff. de pign.

Sed ego puto inspicienda esse verba statuti aut dispositionis. nam si detur privilegium Iudæis vt pignora recepta retinere possint, intelligitur de mobilibus, quæ manu proprie recipiuntur. Nam si verba tantum adaptentur ad mobilia, de mobilibus statutum intelligitur: vt si dicatur Gallico sermone, *ay baillé gage*, intelligitur de mobilibus: si verò *de engager vt l'ay engagé mes biens*, intelligitur de mobilibus quam de immobilibus, teste Hostien. in cap. 1. de feud. & de Ripa in rub. de pig. col. 3.

Si autem verba legis aut dispositionis possunt conuenire tam rebus mobilibus quam immobilibus, & materia etiam conueniat tam pignori quam hypothecæ, si non sit alia ratio in vno quam in altero, intelligitur de vtroque, etiam si loqueretur tantum de pignore vel de hypotheca, per nota. in rub. de pign. per Hostien. in summa: vnde dicit Fel. se consuluisse vna cum excellenti doctore, quod privilegium concessum Iudæis, vt possint mutare super pignoribus, intelligitur etiam de immobilibus: & ideo poterunt mutare super domo, vel alia re immobili, per supradicta: nam quando mutatur pecunia super tali re, illa res dicitur obligata & pignoratia. Bar. in l. codicillis. §. instituto. ff. de lega. 2. & in l. fundus. de annuis legatis.

Judæi an possint sibi vt immobilium hypotheca in iure obligare. Secundus casus est, pignus & hypotheca nominis tantum sono differunt quoad actionem hypothecariam, d. l. res. in fin. nam de qua re inter debitorem conuenierit vt sit pro debito obligata, vtraque hac appellatione continetur: sed in aliis est differentia, §. item Seruiana. de actio. in Instit. hypothecaria enim actio datur creditor pro iure obligationis quod quis in re habet, vt creditor nudam possessionem auocet à detentore. Bar. concludendum alternatim contra possessorem arbitratur, vel vt debitum soluat, vel vt possessioni cedat, seu possessionem creditor restituat. in l. fin. C. si vnus ex pluribus hered. credito. vel debito. Scripsi in tract. in eo actio. & exceptio.

Pignus & hypotheca quando nominis tantum sono differant. Actio hypothecaria, quæ.

Praxis in actione hypothecaria exercenda. Sed in hoc Regno solemus concludere, quod domus seu hereditas declaretur affecta & obligata ad solutionem & continuationem debiti praetensi, cum scilicet dubitatur an res obligata sit: quod si vi instrumenti authentici liquidò cõstet rem talem esse obligatam, concludit creditor ad rei hypothecaræ venditionem, & vt licetur ad dicti debiti solutionem integram. sed si clementius agere velit secundum tex. in l. si fundus. §. in venditionem. ff. de pig. cõcludet vt possessorem soluat pro quo res est obligata, aut rem restituat, secundum Bart. sententiam.

Quomodo conueniendi Et quilibet possessor in solidum tenetur: & sic reprobata fuit consuetudo diuidens hypothecam, in

senatu anno 1385. die 8. Iunij. Et si agatur cõtrateritium detentoræ, in praxi solet interrogari si hereditatem detineat, *si est detentor de l'heritage, & propriétaire d'iceley*. Et si declaret se talem, concluditur cõtra eum actione personali ad praeteritos redditus quos suo tempore percepit, & hypothecairement pour le tout. Et tenetur declare: nec dabitur ei dilatio ad defendendum, donec declarauerit se detentorem, vel proprietarium: sed ad hoc bene concedetur ei dilatio. & sic vidi seruari in iudicio forensi.

Ex quo infertur, quod hac actione hypothecaria agam contra detentorem rei, siue mobilis, siue immobilis, vt declaretur ius hypothecæ in his rebus: quia tex. in d. l. res. vtitur verbo res, quod est generale & ad mobiles & immobilis. l. rei. 1. vbi scripsi, supra eodem, tex. expressus in l. in sciendo. §. i. ff. de fut. i. bi, nec refertur an in digito habeat anulum, an datus hypothecæ sit. Ecce hypothecam etiam in rebus mobilibus dici.

Nec refragatur, quod mobilium sit adiecta possessio, l. si rem mobilium. ff. de acq. possess. & sic si vendantur res mobiles, non potest is qui eas obligatas habet, illas sequi, & agere hypothecaria contra tertium detentorem, de consuetudine: qua dicitur *meuble n'a point de suite*. Et hæc generalem attestatur in Regno esse Boer. in §. 2. de consuet. hypothec. in consuetud. Biturig. Respondeo, licet hoc verum sit, tamen si remaneant res mobiles apud obligatum, possunt iure pignoris capi: quia consuetudo tantum sequam prohibet, sed non obligationem. Vide Masuer. in rub. de execut. in fin.

Et ideo quando simpliciter quis obligat omnia bona sua, si vendat mobilia, non poterit creditor post venditionem persequi: secus si bona mobilia expresse fuerint obligata: quia tunc actio hypothecaria est in rem: & ideo datur contra quemlibet rei possessorem, l. pignoris. & l. si tibi. C. de pig. l. si fundus. §. in vindicatione. & l. pignoris. illo titu. ff. alio qui is qui nõ haberet nisi bona mobilia, semper posset fraudare creditorem, vendendo res mobiles: quod non est permittendum, l. fin. C. de remiss. pign.

Item possunt persequi hæc mobilia contra tertium qui illa habet iure hereditario, vel successione, teste Boer. in §. 2. de consuet. hypothec. in consuetud. Biturig. quod etiam intelligerem in quocumque alio qui illam rem titulo lucratiuo haberet, ratione fraudis vitandæ, & vt malitiam hominum obuietur, l. in fundo. ff. de rei vindic. Alia scripsi in tract. de liter. oblig. art. 4. glo. 2. nu. 38. & seq. in l. to. commenta. in consuet. Regi. Gallic.

Tertius casus est, quod in aliis quam in actione hypothecaria differentia est inter pignus & hypothecam. nam pignoris appellatione eam rem proprie contineri dicimus quæ simul etiam creditor traditur, maxime si mobilis sit: sed eam quæ sine traditione nuda conventionione tenetur, proprie hypothecæ appellatione contineri dicimus. verba sunt Imperatoris in §. item Seruiana. Instit. de actione.

Ex quo infertur quod magna est differentia inter pignoratitiam actionem, & hypothecariam, imò etiam parum conueniunt: quia pignoratitia directa datur debitori soluto debito, vel alias integre satisfacto, ad pignus repetendum, l. si rem. 1. §. omnis. ff. de pign. actio. quod non est commune cum hypothecaria, quæ ad ius pignoris tendit, vt supra dixi. Contraria verò pignoratitia datur creditori cõtra debitorem, vt impensas necessarias in re pignoratia factas habeat, l. si seruus. ff. de pignora. actio. vel si deceptus fuerit in pignore dolo creditoris dando aurichalcum pro auro, l. 1. & l. tutor. §. 1. & d. l. si rem. ff. de pignora. actio.

Et sic cum hæc parum admodum conueniant, si obligatus fuerit quis idoneè cauere, debet dare pignora

possessor rerum hypothecæ tribu- lo subiectarum.

Hypotheca non est in mobiliis velatum.

Actio hypothecaria in rebus mobilibus à detentore venditis quomodo procedat.

Pro mobilibus retinere possessorem posse conueniunt.

Inter pignus & hypothecam quando cõstet iudæa differentia.

Pignoratitia actio quod differat à quasi Seruiana.

Idoneè quis cauere dicitur.

gnora vel fideiussores, nõ verò sufficit hypotheca, l. si mandato. §. fin. ff. manda. Dominic. in cap. fin. col. penult. princip. de vsur. in 6. allegat Ioan. Andr. in additi. ad Specul. in tit. de pign. in fin. in additione incipien. ad secundam. sed hoc est ex natura illorum verborum, idoneè cauere, non verò ratione hypothecæ. Et ideo non mercetur illa differentia assignari. & de hoc plura scripsi in tract. de sentent. executio. artic. 1. in 1. tom. comment. in consuet. Reg.

Imò alia differentia fere vacua remanebit, quas Bartolus assignat in §. tertij denique anni. in proemio ff. vbi in vita, natiuitate, & vilitate differre dicit inter se. at cum parum commune habeant, differentia non cum assignare & cũ aliò tendant actiones hypothecaria & pignoratitia, quibus valde insudens docto. præcipue De Rip. in rub. ff. de pign. & D. Caignol. in d. proemio ff. d. §. tertij.

Et sic ex prædictis ista distinguere oportet. Primo inter pignus & hypothecam nil interest quoad actionem hypothecariam: quia siue res mobilis siue immobilis sit obligata, agam hypothecaria, vt possessorem debitum soluat, vel vt rem obligatam restituat, l. si fundus. §. in venditione. ff. de pigno. vel vt supra dixi. tamen quoad alia est differentia: quia pignus in rebus mobilibus consistit, à pugno dictum, quia solet tradi, & hypotheca sola conventionione fit, d. §. item Seruiana. Etiam de actione hypothecaria & pignoratitia Iurisc. non loquuntur, quod non inter se differant, quia parum commune habent, vt supra dictum fuit. Igitur concludam hoc Iurisc. non inuicem dissidere: sed tantum in actione hypothecaria pignus & hypothecam nil differre, sed quoad alia sic & hoc est quod Laurent. Vallensem, & eius asseclas perturbauit: non distinguentes, vt decet. de his hæctenus. de hypothecæ tacita & expressa scripsi in 2. tomo consuet. Regia. in tract. de consuet. reddit. ibi etiam dixi in quibus casibus bona sint tacite obligata, post Negusant. in tract. de pignor. & hypothe. & de effectu hypothecæ.

Pignus & hypotheca quatenus idem sint, & differant.

Noxia, qd. Noxia, qd. Noxia, qd. Noxia caput sequitur.

Noxalis actio in quæ competat.

Noxia non vnde.

§. Noxiæ appellatione omne delictum continetur.

Noxiæ nomine omne delictum comprehenditur. Et est noxa vocabulum generalius quàm noxia, quia noxa accipitur tam pro delinquente quam pro ipso delicto, §. i. de noxal. in Instit. Et noxia, id est delictum, caput videlicet delinquentis, id est personam sequitur. §. omnis. de noxal. acti. in Instit. l. 1. §. si apud. ff. de pign. l. qui ex pluribus. & l. fin. de noxal. l. 1. in fin. de priua. deli. l. si seruus noxalis. §. 1. & l. quod dicitur. de furt. l. 2. si ex noxal. cau. aga. l. rem mihi. in fin. commod. l. 1. §. cum. si quadrup. paupe. fec. dica. l. sed & si vnus. §. qui enim. de iniur. ibi, quia & noxa caput sequitur. Nec in omnia seruus domino parere debet, etiam potest sic intelligi, vt hæc actio aduersus eum competat in cuius potestate seruus est, qui noxiam cõmisit. nempe aut sui iuris est is qui furtum fecit, & cum ipso actio est: aut alieni iuris esse cõcepit, & actio furti cũ eo est cuius potestati subiectus est: & hoc est quod dicitur, noxa caput sequitur. Vlpian. in l. si cum quis. §. quandiu. ff. de furt. videre quod dicitur in l. 2. §. 1. ff. de noxa. vbi noxa nõ sequitur caput, quando dominus præcepit seruo vt delinqueret, vel quando sciuit delictum ab eo cõmitti, & non prohibuit: tunc si seruus manumissus sit, noxa nõ sequitur caput, sed dominus tenet, vt l. 1. C. de noxal. ibi, noxa caput sequitur. Vnde à nocendo noxam dictam veteres existimant, quod committenti noceat. teste Alciat. lib. 4. de verbor. signifi. & sic seruus delinquens potest dici noxa, quasi nocens: & hic nocens noxa dedi potest, id est damno & poenæ, & pro eo quod

noceat dari. Et ita intelligitur d. §. primus, contra Vallam & alios iuris ignaros, non intelligentes vocabula diuersis modis capi posse. noc est pueriliter ab Imperatore erratum, vt quidam putant. & quãuis apud grammaticos non sic accipitur, tamen sufficit Iurisc. sic accipere. nempe qualibet scientia & ars suos habet terminos.

Imò in exemplaribus Græcis Theophili sic habetur, quæ volui diligentius videre, & vobis tractare, vt dignoscatis nullum errorem esse in d. §. 1. Noxia dicitur à τὸ νόσσημα ὀνομασία, ἀπὸ τῆς νόσση, ἢ ζῆλον, ἢ ἀσέβειαν, ἢ ἄβειαν. id est, Dicitur autem noxia ipsum corpus quod nocuit, quoniam ipse seruus nocuit: noxia verò ipsum maleficium vocatum est, veluti furtum, damnum, rapina, iniuria. Quæ admodum etiam opera quandoque dicitur persona quæ operatur, vt Cice. ad Quint. frat. lib. 2. ibi, deinde eius operæ repente à Græcostasi & Gradibus satis magnam clamorem sustulerunt. Et pro Quinto Flacco: disceptatorem populum Romanum non modo non recuso, sed etiam deposito. vis absit, seruum, ac lapides, operæ facestant, seruitia fileant. Et pro ipsa operatione capitur, dum dicitur esse officium diurnum, in l. 1. & per totum. ff. de oper. liber. & seruo. ff. & Cod. Sic igitur & noxa potest pro persona quæ nocet accipi, & pro delicto quo nocuit. vnde & noxius, nocens vocatur in l. 1. ff. de custo. reor. c. 1. de præsumpti. Et plautus in Amphitruo: scelestam personam scelus vocat. & Terentius in Andria vbi est scelus qui me perdidit? & alij oratores hoc schemate vtuntur. idem dixi in custodia in l. vinculo. supra eodem. nec igitur hoc in noxa absurdum erit. De qua noxa videte l. alij est fraus. in princ. & l. aliud est promittere, & l. hæc stipulatio, noxis solum. & l. potestatis. supra eod.

Opera pro persona qua operatur. Opera pro ipsa operatione.

Noxius, pro nocenti. Scelus pro scelesto.

Virus pro homine malo.

De noxali bus actionibus, & cur introducantur.

Praxis pro dicanicis in noxalibus actionibus.

Nunquid etiam communi vocabulo virus hominem malum & pestem quadoque nominamus? sic potuit Imperator non exortice, vt quidam putat, sed Latine adscribere. Veruntamen cum ista per hæc fatis sint facilia, ad alia pergamus. Notandum est quod de iure introductæ sunt pro delictis seruorum & animalium actiones in domino, l. 1. ff. de noxal. actio. & l. 1. si quadrup. paupe. fecif. dica. verum quia dominus interdum non potuit noxa resistere, quia nesciuit delictum aut damnum committi, ideo ius introduxit vt dominus conuentus de serui maleficio, aut damno reneatur tantum ad damni à seruo commissi estimationem: vel seruum pro noxa dare, vt toto tit. de noxal. actio. ff. & C. & dicit Iurisc. in l. prætor. §. hoc edictum. ff. de damno infe. cum enim animalia quæ noxam commiserunt nõ vltra nos solent onerare, quam vt ea noxa dedamus: multo magis ea quæ anima carent vltra nos non debent onerare.

Advertere tamen dicanici debent, vt à domino damni estimationem per equum vel aliud animal datum petant, non verò vt pro noxa animal detur: sed ex auctoritate legis permittitur domino serui aut quadrupedis dare eum pro noxa, id est se liberare à condemnatione, estimatione damni facta à iudice, l. 1. ff. de noxal. actio. & ad officium iudicis pertinet vt dans noxa absoluat, l. illud. in fin. de petit. hered. quod est verum quandiu animal esset viuum: secus si mortuum fuerit, l. 1. §. & cum. ff. si quadrup. paupe. fecif. dica. sicuti cum quis debet dare animal, viuum illud. tradere debet, teste Alber. Bruno in tract. de forma & solemnitate actus folio 7. col. 2. post Bartol. & alios in l. quod te. in fin. ff. si certum petat.

Hinc noxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, sed ex noxa, atque maleficio seruorum aduersus nos instituuntur: quarum actionum vis

Noxalis actionis vis atque potestas.

atque potestas hanc est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditioe ipsius corporis quod deliquerit, curare licet astimationem, l. 1. ff. de noxal. actio. & noxali iudicio inuitus nemo cogitur alium defendere, sed carere debet eo quem non defendit, si seruus est. Quod si liber est, qui in potestate sit, ipsi sui defensor danda est l. noxali. ff. de noxal. & in l. 2. ibidem: si aliquem seruus sciente domino occiderit, in solidum dominum obligat: dominus enim videtur occidisse. si autem insciente eo, noxalis est actio. Et in omnibus noxalibus actionibus vbi cūque scientia exigitur domini, sic accipienda est, si eum prohibere possit, & non prohibuit. aliud est enim auctorem esse seruū delinquenti, aliud pati delinquere. l. 3. ff. de noxal. actio. & in l. sequenti dicitur scientiam eius accipiendam qui prohibere potest. Vnde si dominus fecit depascere frumentum, non liberatur dando animal pro noxa: sed ad verā damni astimationē tenetur per prædicta iura.

Verum quando conuentus dominus, primò negaret animal esse suum, tunc animal pro noxa dare non poterit ratione mendacij, l. 1. §. in interdum. ff. si quadrup. paupe. fecit. dica. facit l. sed hoc ita. in fin. ff. de re iudic. Petrus Iacob. in pract. sua rub. de acti. leg. Aquil. noxa. quo loco non est etiam omittendum singulare Ludou. Roma. singul. 231. Tu peregrinaris. quod viator ponens animal in prato alterius non tenetur. text. singul. in §. vlt. de pace tenen. & eius viola quod intelligerem verum esse quando is non inueniret hospitium, vel aliquem qui ei venderet fœnum, paleas vel aliam rem equo conuenientem: alioqui teneretur, & ira vidi obseruari in forensi iudicio.

Præterea ista noxalis actio datur domino rei quæ damnium passa est: ita contra dominum serui vel animalis verum vel putatiuum, etiam cōtra bonæ fidei possessorem vel matæ fidei, l. si malafide. & l. non solum. ff. de noxal. actio.

Addendum est etiam quod ista actio est personalis, in rem tamē scripta: quia capita seruorum vel animalium respicit glo. in l. electio, in princip. de noxal. ff. l. 3. §. est autem. ad exhib. ad falsidū vsque.

Sciendum est præterea delictum, generale nomen esse comprehendens omne delicti & maleficii genus, l. 1. & per totū. C. si aduer. delicti. docet Archid. in cap. vnic. in fin. cleri. coniuga. in 6. siue proueniat ex animo, siue non. Et proprie in omittendo consistit, quasi derelictum. Peccatum verò in committendo. Archid. in cap. ita nos. 25. quæst. vlt. glo. in cap. si peccatum. de pœn. dist. 1. Crimen verò cōrinet ea quæ ex animo proueniunt, id est quæ dolose fiunt. glo. in anth. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oporteat. glo. in regul. peccatum & delictum. de regul. iur. in 6. cap. vnum orarium. 25. dist. Bart. in Margarita, in verbo delictum. quæst. 28. Et crimen à carendo dicitur, teste Luca de Penna in l. fin. C. de iure fil. lib. 10. large pro omni delicto, siue veniale sit siue mortale, vt nemo sine crimine viuat: vt idem Lucas fit mat in l. 2. col. 2. Cod. in quib. cau. colo. lib. 11. inde Iurisc. ait in l. aliud est fraus. in fin. criminis siue delicti superius. & declaratur in l. superius. supra eodem.

Sic maleficium proprie dicitur quod facto committitur, quasi male factum: & tunc non comprehendit male scriptum, vel male dictum. l. omne delicti. in princ. ff. de re milit. l. si qua pœna. infra cod. Alexand. conf. 62. in causā. in 3. vol. Aliquando accipitur pro sortilegio, vt in tit. de frigi. & malefic. & in rub. C. de frigi. & mathema. Large verò capiēdo omnia comprehendit crimina, siue re siue verbis fiat, siue scriptis. Lex maleficii. ff. de actio. & oblig. & in l. iust. de oblig. quæ ex delicto nasc. in princ. Bart. in l. iur. facta. in princ. ff. de pœn.

Noxa etiam capitur pro damno, l. qui ædes. ff. de incend. ibi, aut noxam facere iubetur. vbi glo. hoc exponit. sed ego dicerem facere noxam, id est dāni astimationem soluere, vt in l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrup. paupe. fecit. dica.

Dare noxæ, vel dedere noxæ, significat tradere seruum nocentem ob noxam, id est delictum, actori, vt litis euitet astimationem, l. 1. §. & cum. versic. plane. ff. si quadrup. paupe. fecit. dica. dixi in l. sæpe. supra eodem.

Noxam nocere est delictum committere, l. in delictis. in princ. iuncta l. is qui. ff. de noxal. actio.

Excessus verò dicitur omne delictum, vt maleficium, l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleri. vbi Bald. & in tit. de pace tenen. & eius viola. in princ. col. 3. Ioan. Lupus in rept. cap. per vestras. nota. 2. versic. sed est pulchra dubitatio. nu. 3. de donat. inter vir. & vxor. & omne maleficii excessus dici potest, teste Bald. in cap. si clerici. col. 3. de iudic. & generaliter omne facinus, erratum, ac omnis legis transgressio, vt asserit Bonif. Vita. in tract. de malefic. in rub. quid sit maleficium. sic capitur in rub. de excess. præl. & in rub. de priuileg. & excess. priuilegia. Et sic regulariter in iure, & de communi vsu loquendi excess accipitur, vt scripsi in interpret. l. vnic. no. 5. C. sentent. quæ pro eo quod interest. istis enim vocabulis promissæ vimur: nec has differentias feruamus exacte, vt etiam docet Archid. in cita nos. 25. q. vlt. Bald. & Iacob. in l. 1. C. si aduer. delictum.

Excessus pro superfluo exponit glo. in l. iam dubitari. ff. de hered. insti. Alcia. verò pro digressione, vel cum quis alius rem repetit, vel cum capta occasione obiter aliquid extra argumentum dicitur, in lib. 2. parergon. cap. 34.

Excedere etiam significat exire, egredi, l. & illud. ff. de offic. præsid. vnde relegatus vel deportatus non debet locis interdicitis excedere, l. relegati. de pœn. ff. licet glo. ibi exponat in verbo excesserit, id est accesserit, dum dicit rex. ibi, vt relegatus interdicitis locis non excedat. & ibi, in insulam deportato pœna capitis irrogatur: & hæc ita siue quis in exiliū non excesserit intra tempus intra quod debuit, & c. nempe ille rex. est intelligendus quod si quis sit deportatus ad talem locum, & factum ei sit præceptum vt excedere, id est exire habeat in exilium, & illuc proficisci intra mensem: si non proficiscatur intra mensem in exilium, sed domi remaneat, & non excedat, id est non exeat, & egrediatur, pœna ei capitis irrogatur. facit l. abesse. ex quib. cau. maio. & l. 2. ibi, excessisse oportet septuaginta annos. ff. de excu. tut. Et menti insigendum est, exulem non gaudere ecclesiæ immunitate: sed ab ea extrahendum, tam vt sententia iudicis laici seruetur, quam vt membrum putridum reiciatur. Alioqui nunquam exul egrederetur à loco exilij. Et ita censuit senatus Parisien. anno 1479. calend. Martij, præcipiens cap. Turonensi ne istos recipiat in ecclesia: alioqui à templo extrahi poterunt.

POMPON. LIBRO SINGVL. Enchiridij. Lex ccxxxix.

Pupillus est qui cum impubes est, desit in patris potestate esse morte, aut emancipatione.

Hæc lex decē complectitur partes, prout decem varia complectitur dicta. & prima pars decidit pupillum esse eum qui desit in patris potestate esse, dum est impubes. sic duo requiruntur hic: primò quod sit impubes, ibi, cum impubes est. nec refragatur l. videamus in tutelari causa quis iurare, & aduersus quem possit. & quidem ipse pupillus, si impubes

Noxa pro damno. Noxam facere.

Dare noxam. Dedere noxam.

Noxam nocere. Excessus pro omni delicto.

Excessus pro superfluo.

Excessus pro digressione.

Excedere.

Exul non gaudet ecclesiæ immunitate.

Pupillus ut quis dicatur, quoti requirantur.

impubes est, non potest. ff. de in lit. iuran. vbi glo. exponit si pro quia: ego exponerem si impubes est, id est quam diu est impubes. Nam id temporis affectionem habere iure probatum non potest, vt ibi dicit text. ergo pupillus pubes dici potest. negatur consequentia: quia non sequitur, nec valet argu. à cōtrario contra iura, & ad correctionem illorum, authent. ex testamento. C. de colla. & ibi lafon. & in l. 1. ff. de offic. eius.

Secundò requiritur quod non sit in patris potestate. nā is qui est in patris potestate vel aui, pupillus non dicitur, sed filius familiaris. l. pronuntiatio. §. 1. sup. eo. l. nā ciui. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. quod potest ad multa prodesse, vt inferius dicitur. Inde dicitur pupillaris, quod pupillo competit, seu ad pupillum pertinet. Vnde pecuniam pupillarem dicit Iurisc. in l. si reus paratus. in fin. ff. de procuratoribus, in adem sacram ad prædiorum comparationem deponendam. Et ab eo qui exequitur iudicatum capi solere, & in causam iudicari conueni. l. a diuo Pio. in fin. ff. de re iudic.

Pupillarem quidem obligationem circa domini voluntatem seruus nouare non potest, sed adici potius obligationem, quam pristinam nouet, l. seruus. ff. de nouation. quia seruus meliorem conditionem domini facere potest, obligationem autem rectè constitutam nouo pacto reformare non potest, l. seruus. C. de pact. Pupillarem atatem, in l. diu fratres. ff. de libera. cau. & l. 1. C. de fall. in one. durare per hunc text. dicemus vsque ad pubertatem.

Pupillaris substitutio dicitur non eo quod sit pupillo, sed impuberi, ad pupillum tamen pertinet: ob id Imperator de impuberum & alij substitutionibus dixit in rub. habendo rationem temporis quo fit substitutio à patre impuberi, l. 2. ff. de vulg. §. 1. de pupil. in Instit. sed Iurisc. habuerunt rationem temporis quo pupillo succeditur: ob id pupillarem dixerunt, vt in rub. de vulg. & pupil. ff. nam quando sortitur effectum dicitur pupillaris: quia pupillo succeditur. & sic ab effectu substitutionem Iurisc. pupillarem vocauerunt, teste Decio & aliis in rub. C. de impub. pro quibus facit gl. in rub. de bonor. possess. contra tabul. & in cap. 2. in verbo Icauius, de arb. in 6. Sed hoc non videtur verum: quia quandoque succeditur pupillo, quando est in pubertate, cap. si pater. de testam. lib. 6. & tunc non vocaretur pupillus, ideo ego dicerem non differre: quia pupillare & pupillare est quod ad pupillum spectat, vt dictum exitit. Igitur quando Iurisc. dixit de pupillari substitutione, de ea intellexit quæ conuenit pupillo. Et quia hunc pupillum oportet impuberem esse, ad hoc vt illi substitutio fieri possit, ideo dicitur substitutio impuberis. nam omnis pupillus impubes est, vt hic: sed non omnis impubes est pupillus, si in patris sit potestate.

Interdum tamen patre mortuo impubes adhuc vocatur in l. miles. §. quæ propter. ff. de adult. ibi, cum possit & illa adultera esse, & impubes defunctum patrem habuisse: vt in l. si mater. in princip. de excepti. rei iudic.

Vnde mirandū est cur docto. in his tēpus terant: quia idem est dicere rem pupilli, & impuberis: & frequentius vno pro altero Iurisc. etiam vtuntur, vt in rub. rem pupil. sal. fore. per totum probatur.

Imò pupillum eum etiam quandoque Iurisc. dicunt qui in potestate patris est si impubes existat, in l. qui iurasse. ibi, quibus pupillus non videatur peccare. ff. de iur. iur. vbi capitur pro impubere qui fieri possit, etiā si in patris sit potestate. & in l. quā Tuberonis. §. pupilla autē tam filiū quam seruū peculij habere posse Pedius scribit. de pecul. l. si. §. pupillus liber ex quo fieri coepit recte stipulari potest: tamē si in patris potestate est, nec auctore quidē patre obli-

gatur. de verb. oblig. l. si infanti. C. de iure delib. Inde pupillus à pupo deducitur: pupus enim paruulus significat. Et sic pupillus dicitur impubes paruulus, etiam si infans sit l. 2. ff. rem pupil. sal. fo. fic dicente, si pupillus absens sit, vel fieri non possit. l. seruus. & l. miles. §. quæ propter. ibidem.

Fortius est quod Iurisc. vocat pupillum eum qui patris potestate est, & habet tutore, dū super patria litigat potestare. rex. sing. in l. 3. §. itē si is. ff. de liber. exhib.

Vltimò dū tex. dicit morte aut emancipatione desit esse in patris potestate: idē si deponatione, aut si pater hereticus fiat, tūc filius desit esse in potestate, c. 2. in fin. de heret. quia non decet orthodoxum in hæretici esse potestate, ne eum trahat ad hæresim, vt ibi. & in casibus in quibus desit, vt in l. fin. C. de decuri. lib. 10. idem dici fere potest.

Et ista sunt vitia ad sequētia. Primò quod pupillus vel alius minor non tenetur litigare ante viginti annos super causa status: vt si agatur de iuris illegitimatione, quia spurius dicitur, vt in tit. C. de Carb. edi. declaratur per totū. hodie in Regno Fræcia: non tenetur de cōsuetudine super petitorio procedere ante viginti annos, nec eius tutor vel curator, vt fuit dictum in hoc parlamento pro magistro Vriolo E-broyas milite cōtra Abbatē S. Dionysij: imò si minor ageret super ppietate, pars potest excipere, nisi veniat ætatis impetrasset à principe, & alias pcessus essent, verū ego nō vidi hoc seruari, sed vidi agere & agi cōtra minores, dum modo curatores habent.

Nec tenetur minor reassumere processum inchoatū contra patrem suum, sed do micet interim, nec patietur eremodiciū, per l. propterandum. de iud. ideo sine literis Regiis minor illum potest processu, dum fuerit effectus maior. si tamē vocaretur eius tutor vel curator, vt reassumeret, non posset hoc recusare, vt sapius vidi in iudicijs seruari.

Itē quando pupillus potuit trahere, si fuerit cōdemnatus restituitur. l. si ex causa. §. nunc vice nūti. de minor. Rom. cōf. 398. Fræcisus C. remon. sing. 28. optimi. & Cepol. cautela. 6. Etiam pupilli priuilegia aliorū minorum habent, quia & ipsi minores sunt. Triginta minorum priuilegia scripti in ar. 2. glo. 4. tract. de restit. in 2. to. commentariorum in consilij. Regias. Præterea pupilli miserabilium personarum iuuantur fauore, vt in l. vnica. C. quando Imperat. inter pupillum. Iura hominū miserabilium scripti in artic. vlt. in fin. tract. de sentent. prouisional. in l. tom. commentariorum in consilij. Reg.

Secundò quāuis pupillus dicatur vt hic tamē aliquādo pro quolibet infante & puero ponitur, vt l. nō est pupillus. sup. eo. & sup. dictū fuit Gregi. §. panij. vocat: quāquā hoc vocabulo proprie notatur q sine patre & matre est. Pupillus etiam si matre habet, est tamē sine matre, vt ff. vbi pup. ad q. de beat. probatur.

Tertiò adolescens, vt Politiano placuit, vel adultus seu adolecēs dicitur pubes à 14. anno vsque ad 20. glo. & docto. in l. hereditarium. ff. ad leg. Falc. & in proemio 6. li. decret. l. 1. §. æque. ff. de minor. ab adoleo siue adolecō, quod crescere significat, q id temporis quædā & faciendi & loquendi luxur ies in eis adolecat & crecēa. l. si ibi. adoleuerit. ff. si quis cautio. & in tit. ff. rem pupil. sal. fo. pupillus dicitur vsque ad pubertatem, adolecēs postea, nisi materia repugnaret, vt in l. 3. §. fed & si quidem. ff. iudic. sol.

Impuberes quāuis necessitas penuria hominum cogat ad honores non esse admittendos declaratur in l. 2. ff. de iure iuramentum. quia nil scire intelliguntur, l. fin. ff. de iur. & fact. ignot. Nam quicquid vident ignorant. l. 1. C. de fall. in one. & hac alij adolecentes debent Dei timorem habere, parentibus honorem deferre, & senioribus castitatem tueri, non aspernari humilitatem, diligere clemētiam, ac verecundiam, vt enim in scriptis grauitas, in

De domino qui quadrup. pedem noxiam committentem suam esse negat.

Noxalis actio aduersus quem cōpetat.

Noxalis actio personalis cum sit, in rem tamen scripta.

Delictum quid.

Peccatum quid. Crimen quid.

Crimen à carendo dandi.

Maleficiū proprie qd.

Maleficiū pro sortilegio.

Maleficiū large sumptum quid si significat.

Pupilli nomen vnde.

Impubes quando dicitur non esse in patris potestate.

Quando minor non tenetur litigare ante viginti annos.

Præcis pro conueniēdo minoribus.

Minor an tenetur reassumere processum inchoatum à patre.

De minoribus quibusdam priuilegijs.

Opposuit.

Adolecēs quis dicatur.

Impuberes ad honores non admittendos.

Iuuenibus alacritas: ita in adolescentibus verecundia, velut quaedam dos naturae commendatur. haec Ambrosius in lib. de offic. 1. cap. 10.

§. Seruorū appellatio ex eo fluxit, quod Imperatores nostri iubent captiuos videri: ac per hoc seruare, nec occidere solent.

Serui nomē vnde. Serui a seruando dicuntur, quod capti in bello seruari, non occidi solebant, & deinde venundari, §. 1. & 2. de iure perso. in Inst. & ff. de statu hom. l. 4. hodie contrarium seruatur: nec ista materia seruorum visit nostra palatia: ob id illam missam facio, de qua Aristotel. scribit lib. 1. politi. Tamen famuli qui hodie seruiunt, possunt dici serui a seruando, arg. l. naturalis. in princ. de praescrip. verb. ff.

Captum in bello occidi non debere. Colligit ex hoc text. Alciar. ibi, seruare, quod etiam hodie captus & deductus intra praesidia non debet occidi. Ne hominem lectum occidere apud Romanos licebat, vt pulchre scribit Alex. in lib. genial. 4. cap. 7. circa fin. vbi describit quomodo fiebat illa deductio. vide Caelium lib. 17. antiq. lecti. c. 47. & seq.

Seruare p̄ custodire. Et sic seruare capitur hic pro custodire, cōseruare, tenere, ad seruare. idem in l. 2. ibi, si nil proprii in patria seruatur. ff. de excusa. muner. & in l. libertus. §. praescriptio. ff. ad municip. l. communi diuidido. ff. comm. in diuid. l. 4. §. 1. ad leg. Rhod. de iact. & l. nauis. ibid. l. quod seruus. in fin. de po. & l. si in Asia. §. 1. & l. hominem. m. in da. inde damnati seruari solent, l. qui vltimo. ff. de poen.

Vnde si testator inserit propter artis peritiam seruos ab hereditis seruandos vel domū seu aliam rem, non poterit illa domus alienari, l. 2. C. de vsuc. pro empr. docto. in l. filiusfamilias. §. diuid. ff. de lega. 1.

Seruari qua dicantur, & qua non. Inde dicimus res quae seruando seruari non possunt, quae facile corrumpuntur, nec in sua bonitate diu manere possunt: vt sunt fructus, qui vltra annū vix in sua bonitate in quibusdam locis conseruantur, saltem vltra triennium. glo. in l. 1. Cod. si aduer. vsucap. sic possumus dicere pecuniam ea vtendo & expendendo non conseruari: sicut eōtrario seruatur res immobiles, l. 1. ff. de vsuc. ear. rer. glo. in l. 1. §. fuit quæritum. vbi pulchre las. ff. ad Trebel.

Seruare pro inspicere, aut obseruare. Seruare pro inspicere exponit glo. in l. qui ventri. ff. de vent. inspic. ibi, vt qui ventri substitutus est, vel institutus, si ventrem seruare velit, audiendus est, id est inspicere. glo. ibi: sed magis proprie pro obseruare exponerem, per text. in l. 1. in fin. ibi, & obseruare ventrem & partum & infantem oportet. Gallicè prendre garde.

Seruabo pacto, in edicto praetoris quid. Seruabo, id est faciam seruari, l. iurisgentium. §. praetor ait, pacto seruabo. ff. de pact. vbi glo. sic elucidat. ego a tibi tradidi, seruabo, significare quantum ad me attinet curabo, vt seruatur & custodiantur ab aliis. & hoc praetor profiteretur.

Seruare p̄ exigere. Seruare pro exigere, consequi, l. si quis alicui. §. fin. ff. manda. ibi, sed si cum Titio egeris, ego quidem non liberabor, sed in id duntaxat tibi obligatus ero quod à Titio seruare non poteris. eadem verba sunt in l. si mandato. in fin. de fideiussio. & l. si fideiussores. ibidem. sic videtur exponere lex, decem. ff. de verbo. oblig. vbi dicitur exigi & consequi, & in l. diuortio. de negot. gest. l. 2. & l. 4. cum seq. ff. de dolo. vbi in vna dicitur seruari, in alia consequi. l. si quis putans. in fin. communi diuid. l. fin. si cert. petat. quia non mihi seruatur quod non possum consequi.

Seruare pro conseruare. Seruare pro conseruare, salua esse, l. 2. §. fin. & l. cum seruatis. in l. cum depressa. ad leg. Rho. de iact. vbi in vna l. dicitur. seruata, in altera conseruata. l. Labeo. & l. Imperator. ff. ad municip. ibi, ita

demum collegæ periculum adscribatur, si neq; ab ipso quis gessit, neque ab his qui pro eo interuenerunt, res seruari possit. & idem in l. quid ergo. ibid. & in l. penul. ff. de magistratib. conueniend. dicitur: si res salua sit. & sic si res saluari non possit, tenetur collega. nam quod non potest exigi, seruari non potest. l. Proculus. & l. cum alicui, in ff. de neg. gest. l. si in area. in fin. de condi. indeb. l. 2. de instito.

Seruile, quod est serui, vel pertinens ad seruum. inde seruile caput, l. 3. de capi. deminut. seruilis persona, lege, in personam seruilem. ff. de regul. iur. De multiplici genere seruorū scripti in tract. de famul. salar. artic. 1. glo. 2. in 2. tomo commenta. in consit. Reg. Gallie. Obseruare in l. cum bis sextus. supra eodem. quid significet scripti.

§. Incola est qui in aliquam regionem domicilium suum contulit: quem Graeci ωπιων appellat. Nec tantum hi qui in oppido morantur, incolae sunt, sed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum se quasi in aliquam sedem recipiant.

Incola igitur est qui in aliqua regione domicilium constituit: & non tantum qui in oppido moratur, sed in oppidi finibus. & dicitur incola, quasi incolens locum. incolere enim est habitare. & incolas domicilium facit, ciues vero origo, manumissio vel adoptio. l. ciues. C. incol. l. 10. vbi plus dicitur, cum ibi habere domicilium vbi quis larem rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, vbi Lucas exponit: scripti in l. in lege Cenforia. supra eod. istamen non dicitur incola qui in agro permanet, & praecipuis illius ciuitatis non vitur, l. scire. ff. ad municip. nisi illuc se recipiat tanquam in aliquam sedem, & ibi constituat domicilium. ita vult dicere rex. hic in fi. de quo scripti in d. l. in lege Cenforia. supra eodem. Vel non est incola vrbis qui in agro refidet.

Accola autē est qui iuxta habitat: incola qui intra ciuitatē, vel Regnum, vel territorium. Non autem sola domus possessio incolam facit, sed sedium suarum constitutio, l. libertus. §. sola. ff. ad munic. Bar. in l. de iure. ibidem: facit l. relocatorum. §. mentio. cum §. sequenti. ff. de interd. & releg. videre quae scribit Pyrrus in rub. C. de incolis. l. 10. & Alciar. in lib. paradox. 2. c. 7. quod est vtile ad sequentia.

Primo quia incola citari debet vbi habitat, nō in domicilio relicto. c. causa. de dolo. clem. causam. de electi. c. dilecti. & c. postulasti. de foro compe. heres absens. §. proinde. ff. de iud. & l. incola. 1. ad munic.

Secundo iudex incolatus, seu domicilij habebit iurisdictionē tam in ciuilibus quā in criminalibus, non iudex relicti domicilij, l. cum quaedam puella. ff. de iurisd. om. iud. c. postulasti. & c. cum cōtingat. de foro compe. Vnde Iurisc. ait: incola & his magistratibus parere debet apud quos incola est, & illis apud quos ciuis est, l. incola. ff. ad municip. Socin. abunde in cap. fin. in 7. princ. quæst. de foro compe. & consil. 129. in 1. vol.

Tertio munera subire debet in loco in quo habitat & incola est, l. 1. & totum. C. de incol. lib. 10. & Luc. de Penna in l. vna, col. 2. C. de muner. eodem li. l. rescripto. in fi. ff. de muner. quod est verū quoad personalia: sed munera patrimoniorū etiam hi qui neque municipales neque incolae sunt agnoscere coguntur pro modo patrimoniorum, l. si. §. patrimoniorū. 2. ff. de muner. & incola iam muneribus publicis destinatus, nisi per se fecerit munere, incolatus renuntiare non potest, l. incola. ff. ad municip. Bal. in additio. ad Spec. in tit. de cens. & Rom. cōs. 161. visis. Quarto

Seruile. Seuile caput. Seuilis persona.

Incola quis dicitur.

Accola q̄, & quid dicitur ab incola.

Incola citari debet vbi habitat.

Incolatus in dicitur iurisdictione.

Incola vbi subeat munera.

Incola priuilegiis ciuitatis in qua incola est, gaudere debet, nisi fuerint data ciuibus tantum, vt scripti in l. qui in continentibus, supra eod. per l. scire. ad municip. ibi, qui enim illius ciuitatis praecipuis non vitur.

Quinto si vniuersitas Parisiensis cōtraxerat aliqua debita, ad solutionem illorum non tenebitur is qui de nouo efficitur incola, l. prouidendum. vbi Bart. & alij. C. de decur. lib. 10. l. fi. C. de omni agro defer. lib. 11. l. 1. C. vt nullus ex vica. eod. lib.

Sexto pignorationes, quas repraesalias vocant Itali, seu marquis Galli, concessa contra Parisienses, non comprehendunt eum qui mutauit sedem, & incolam alterius loci se reddidit, quamuis esset Parisiis natus, l. ex facto. §. rerum. ff. de hered. instit. & rex. in cap. vno. de iniur. lib. 6. Plene. Bar. & alij scribunt in tract. de repraesal. & quando conceduntur contra aliquos non debent capi corpora, sed bona illorum, vt censuit Paris. senarus anno 1387. contra Petrum Harda. cui erant à senatu concessa contra Regem Aragoniae, vt legi in antiquis arestis curiae.

Septimo qui incola est in vna parocia, ibi, sumere debet sacramenta, & decimas personales persolueret. cap. fin. vbi docto. de paroc. cap. ad apostolica. de dicit. & confiteri. cap. omnis vtique sexus. de poenit. & remissi. clem. 1. de priuile. vbi glo. & sepeliri ibi, cap. 1. de sepult.

Octauo incola omnes ordines ab episcopo illius loci sine dimissiois accipere potest, etiam statim mutatione facta, & non ab episcopo domicilij relicti, seu originis. cap. cum nullus. de tempor. ordina. in 6. scripti in praxi benefic. in tit. de litteris dimissio. in prima parte.

Nono ratione praenotionis vtile est incola esse, cum iudex domicilij possit praenotare alios iudices qui possent cognoscere de illo negotio ratione contractus, delicti vel originis, l. si quis postea. ff. de iudic. cap. proposuisti. de foro compe. cap. cum plures. de offi. deleg. in 6. nec poterit pars in prauidicium iudicis praenotionis mutare domicilium, d. c. proposuisti. vbi docto. & Auster. in decisi. T hol. q. 163.

Decimo ratione sententiae quae poterit ferri in istum incolam, si qualitas causae patiat, Soc. in d. c. proposuisti. per l. penul. ff. de iurisd. omni iudic.

Vndecimo domicilium patris non adstringit filium incolam alterius loci, vt suscipere munera in domicilio patris teneatur, l. libertus. §. patris. ff. ad municip. An possessio patris quoad iurisdictionem filio proffit, docet Bartolus & Iason in l. sciendum. ff. qui satisd. cogant.

Duodecimo non sufficit sola contestatio dicentis se transfuisse domicilium aliud, vt munera cuitet, nisi re & facto transfulerit, l. domicilium. ff. ad municip. declarat Aret. consil. 136. clarissime.

Decimotertio incola ius pacendi animalia sua in territorio illo habet, vt pulchre cōsequit Bertran. consil. 75. quod dicitur in 2. vol. ex prima editio. vbi tria requirit, quae ibi videte, quia praecipuis illius loci vti debet, d. l. scire. ad municip.

Decimoquarto actio iniuriarum competit, si domus eius vni introita fuerit, per l. lex Cornelia. ff. de iniur.

Decimoquinto, si testator disposuerit quod si filia remaneat vidua, ei liceat redire domum testatis, vt ibi alatur, intelligi debet vt in domo in qua testator habitabat alatur, nec poterit sibi eligere habitationem, per legem, quae conditio. §. 1. ff. de condit. & demonstr. & poterit filia domum propria auctoritate redire, per legem, Titia cum testamento. §. 1. vbi glo. ff. de lega. 1. Bald. consil. 86. retractor. vol. 1.

Decimosexto incola tenentur ad refectionem murorum siue in illa ciuitate habitent, siue extra, per istum text. ibi, in oppidi finibus, & per text. in l.

Incola actio iniuriarum competit, si domus eius vni introita fuerit.

Incola ob refectionem murorum tenentur.

omnes. C. de oper. public. & Petr. Jacob. in practica sua in rub. de foila & maris. refert Guido Papae. q. 7. suarum decisionum, & singul. 379. & quod habitantis. quia tēpore belli vel alterius necessitatis iuuari poterit ciuitate. Alia scripti huic rei accommodata in tract. de domiciliij electi. in 3. tomo comment. in consit. Reg. Gall.

Vltimo habens domicilium non indicatur à larunculatore, quem praepositum Marechalum vocant, nisi in certis casibus in ordinati. Reg. contentis, vt est in tit. de iurisdictione praepositi des marefchans, in consit. Reg. Gall. vbi scripti, doctores notant in l. solemus. §. larunculator. ff. de iudic.

Quo quomodo probetur eum habere animum ibi habitandi, cum si hodie hic sit, cras poterit discedere: Respondeo, si res suas cum familia detulerit, vt probatur in rub. ff. de migran. & in l. in lege cenforia. supra eodem. Secundo si ibi remanserit decem annos, l. 2. C. de incol. lib. 10. Tertio si domus ibi emerit: nempe possessio immobilium cum habitatione facit aliquem incolam, l. 1. cum ibi nota. ff. ad municip. alia scribit glo. in l. est verum. C. de de incol. lib. 10. & Bart. in l. ad municip. vbi quilibet videre poterit. Et possessor rei immobilis in ciuitate, releuatur ab onere capitandi iudicio sibi, l. sciendum. §. 1. ff. qui satisd. cogant.

Regio hic pro patria plaga ponitur, à Rego, vt dicunt grammatici, quod priusquam prouinciae fierent, regiones sub Regibus erant, atque ab illis regerantur, l. 1. in fin. de offic. praefect. vrbis. ff. & l. 1. de diuer. & temporal. praescrip.

Regionibus diuidere, id est finibus & limitibus & partibus, l. item Labeo. §. 1. ibi, sed & regionibus diuisum fundum ff. famil. ercisc. l. Pomponius. de rei vind. l. si quis duas. §. si quis partem. commun. praed. l. insulam. de acq. rer. dom.

Regiones vrbis dicuntur quadrantes, seu vt ait Bud. quartarii vrbis. & quatuordecim olim erant in ciuitate Romana: sed postea septem cohortes constitutae sunt, vt vnaquaeque cohors binas regiones vrbis tueretur, l. 3. ff. de offi. praefe. vigil. & docet Fenestella, Pomponius Laetus, ac Plinius lib. 18. c. 3.

E regione, in conspectu, vis à vis, pardeuant, l. binas ades. ff. de seruit. vrbis. praed.

§. Munus publicum officium est priuati hominis, ex quo commodum ad singulos vniuersosque ciues, remque eorum imperio magistratus extra ordinem peruenit.

Quid sit munus publicum pulchre hic elucidat tex. videlicet esse officium priuati hominis, ex quo officio commodum peruenit ad omnes ciues & singulos, & ad rem eorum tam publicam quam priuatam imperio magistratus extra ordinem, id est iubente extra ordinem magistratu, vt ille officium subeat.

Et homo priuatus dicitur qui publico non fungitur officio, nec honore. si tamen magistratus excoesserit fines suae prouinciae, dicitur priuatus, & siue priuatus nihil statueri potest, l. 3. ff. de offi. praef. quia exercitium contentiois iurisdictionis extra prouinciam non habet, sed voluntaria sic. Et ideo manumitti coram eo potest, l. 2. de offi. proconf. & iubere & iudicare potest, & sic iurisdictionem mandare, l. fin. ff. de offi. praef. vrb. glo. cap. nouit. de offi. lega. & hi dicitur sunt priuati quasi ab officiis absoluti, teste Luca de Penna in l. prohibitum. col. vlt. de iure ff. lib. 10. C.

Et cura extruendi vel reficiendi operis in ciuitate munus publicum est, l. cura. ff. de muner. & ab hoc munere publico non excusantur senes, si locupletes

Habens domicilium non indicatur à larunculatore.

Incola quā do probetur animū habitandi habere.

Regio.

Regionibus diuidere.

Regiones vrbis.

Munus publicū quod.

Homo priuatus. Magistratus excoedēs fines suae prouinciae.

pletis sint, & nullo vnquā functi fuerint munere, l. semper. ff. de iure immunita.

Ex hoc text. inferitur, quod munus publicū conferri debet priuatis hominibus, & non habentibus aliud officium, vt hic, & l. fin. ff. de offi. eius. & cap. de multa. de præbend. sicut nec licet plura habere beneficia, ita nec plura offi. l. quisquis. C. de cohorta. lib. 12. quia aliud habens officium non dicitur priuatus homo, sed publicus. eo enim quod quis adeptus est munus publicum, definit priuatus esse in his quæ officium respiciunt & eius exercitium, glo. in verbo priuatae persone. §. 1. de interd. indifferenter non ponendis, in pragma.

Priuati homines qui dicantur. Priuati homines dicitur. quia priuati homines ad ea deliguntur: Principes verò ea subiri mandant, non autem ipsi hæc exequentur. hæc Alciat. & sic priuati homines dicuntur hic qui nullum habent officium publicum, nec magistratum, l. aut facta. §. in magistratu vel in priuatum. ff. de pœn. & priuatum, id est non illustrem exponit Imperat. in l. præcipimus. in fin. C. de appella.

Aliquando priuati vocantur omnes præter fisci, l. iustas. Cod. de iure fisci. l. de indict. lib. 10. l. 2. de cano. largi. titu. eo. lib. Et de venditio. rer. fisci. cum priuatis communium, eodem lib. & l. consensu. ff. de appell. & fere in materia loquente de fisco, l. apud Iulianum. ff. de iure fisci. & l. quod placuit. ibidem. l. si qui. C. de diuer. præd. l. 11. Lucas de Penna in rub. C. de venditio. rer. fisci. lib. 10.

Priuatum etiam dicitur quod soli cōpetit Principi vt in Principi. vnde priuata vestis magistris vocatur in l. penul. C. de murileg. lib. 11. & patrimonialia res Principis priuata vocatur in tit. C. de fundis rei priua. eod. lib. & in l. 1. & 2. de priuileg. dom. Augusti. vel rei priuata. ibidem.

Er cōmes priuatarum rerum in prouincia præficebatur. cuius munus erat bona vacantia fiscoque delata capere, & in fisco referre, quod vulgus incorporare dicit, teste Pyrrho in tract. de magistrat. lib. 2. per l. si quando. 2. de bon. vac. lib. 10. & l. 2. de petit. bono. subl. ibidem.

Priuata quandoque dicuntur quæ non sunt publica populi Romani, l. eum qui vectigal. supr. eod. vbi abunde scripti. facit lex, damus. C. de fal. l. omanes. de agrico. & censu. lib. 11.

Priuata etiam vocantur quæ non sunt publica ciuitatum, l. si qui. de diuer. præd. l. 11. inter sup. eod. Ius priuatum quod ad singulorum commodum spectat, l. 1. in fin. ff. de iust. & iure, & illo tit. in Instit. l. vinculo. supra eodem. l. priuatus contractus. l. 1. ff. de iure fisci.

Priuatum quod est singulorum, ad differentiam publici, §. fin. de iure natural. in Instit. l. 1. in fin. ff. de iust. & iure.

Vnde priuatae actiones, cap. licet. de procura. ibi etiam dicitur priuatum damnnum, priuatum negotium, l. in priuatis. ff. de iudic. & l. non vere dicitur reipublica causa abesse, qui sui priuati negotij causa in legatione est. ff. ex quib. cau. maio. l. si vnus. §. pacti. de pact. l. diui. ff. ad leg. Iuliam. pecul. l. inter. §. facram. de verb. oblig. sic etiã accipitur in l. 2. & per totum. ff. ne quid in loco publ. fiat. forte sic potest dici vis publica & priuata, vt alibi scripti.

Priuatum commodum, l. non cogendum. §. 1. ff. de procura. l. in priuatis. de iudic. Priuata l. pro conuentione priuatorum, in l. venditor. ff. comm. prædio.

Priuatus ergo dicitur qui non est magistratus, l. 2. in fin. ff. si quis cautio. l. 2. §. 1. ff. de iudic. l. aut facta. §. in magistratu de pœn. sic intelligitur in tit. de interd. nō leuiter ponent. in concord. & in prag. l. cum eo. ff. ad leg. Iul. pecul. Et quasi priuatus quando per iniuriam quicquam facit, l. nec magistratibus. de

iniur. ff. & quando cognoscit extra locum sui imperij, l. 3. de offic. præsid. l. 1. §. certe. de flumi.

Priuatum delictum, quando id quod nostra interest persequimur. Azo & alij in summa de priuatis delictis. ff. & sic intelligi debet illa rubr. videre legem & in priuatis. ff. ad Turpilian.

Priuata noxam & publicam declarauit in l. hæc stipulatio. supra eodem.

Publica iudicia sunt quæ ex legibus publicorum iudiciorum veniunt, vt Iulia maiestatis, adulterij, & alia quæ cōnumerantur in l. 1. de publ. iud. & in §. illo tit. in Inst. alia autē penè extra ista dicuntur priuata.

Publica vis quæ cum armis fit, cum quis homines liberos seruosve in armis habuerit, l. 3. & per totum. ff. ad leg. Iul. de vi. publ. Priuata autem vis dicitur quando sine armis fit, etiam hominibus congregatis. l. si quis. & per totum. ff. ad leg. Iuliam de vi priua. §. item lex Iulia de vi. de public. iudic. in Instit. Publica, armata dicitur, altera nō, vt ibi patet, & in tit. de vi & vi arma. ibi, de vi dicit non armata, & de vi armata.

Priuatum opus, vocat piscationem & venationem, ad quas milites mitti non debent. l. officium. §. 1. ff. de re milit.

Priuati iuris, l. seruitutes, magna. §. 1. ff. de seruit. ad differentiam publici, lege, testamenti factio non priuati, sed publici iuris est, l. 3. ff. de testa. & creditor priuati, qui fisci non est, l. res quæ. §. sed si ante. de iure fisci. ff.

Priuata viæ & publica quæ sint explicat tex. in l. 2. §. viarum. ff. ne quid in loco publ. fiat. scripti in l. paries. alias incipit, quantum. supra eodem.

Priuatus, qui non est miles, l. 3. §. ceteri autem priuati, quauis militis cognati sint. ff. de munerib.

Priuata alibi dicuntur illa quæ sunt ecclesiastica, cap. vno de restit. spol. in 6. Priuata ad differentiam publicorum, l. si legatus. §. si autem. ff. de oper. publ. l. fin. ibidem.

Lex publica est, quæ a sanctis patribus scriptis est confirmata, vt est lex canonum, quæ quidem propter transgressiones est tradita: lex priuata, quæ in sanctu sancti spiritus in corde scribitur, cap. fin. 19. quæst. 2. vbi sic dicit: nulla ratio exigit vt l. publica constringatur, qui l. priuata ducitur. Dignior enim est lex priuata quam publica. Spiritus quidem dei lex est: & qui spiritu dei aguntur, l. dei ducitur. Sed quando lex priuata dicitur conuentione priuatorum, vt dictum fuit superius, lex publica dicitur dignior & nobilior hac priuata: quia ex nobiliori oritur, vt scripti in proemio constit. Regi. in 1. tomo. commenta. Et hæc ad sequentia vtilia sunt.

Primò opus nouum priuato etiam sine principis auctoritate facere licet, præterquam si ad alterius æmulationem ciuitatis pertineat, vel materiam seditionis præbeat, vel circum theatrum vel amphitheatrum sit, l. opus. ff. de oper. pub.

Secundò priuatis causa delegari à iudicibus possunt, l. fin. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdic. tio.

Tertiò priuatorum consensus iudicem non facit eum qui nulli præest iudicio, nec quod is statuit rei iudicatae continet auctoritatem, l. priuatorum. C. de iurisd. omni. iudic.

Quartò ius publicum pactis priuatorum mutari non potest, l. ius publicum. ff. de pact. vide l. inter. ibidem. l. 3. de transact. l. neque pignus. §. priuatorum. de regul. iur. cap. si diligenti. de foro compet. l. nec ex pratorio. ff. de regul.

Quintò sumptu publico non licet priuato noui opus facere sine principis auctoritate, l. opus. ff. de oper. publ.

Sextò solemnitate iuris publici, vel formam, priuatorum consensus tollere vel mutare non potest, l. nec ex pratorio. ff. de regul. iur. & ideo episcopus vel

Priuatum delictum.

Publica iudicia.

Publica vis.

Priuata vis.

Priuatum opus.

Priuati iuris esse, & publici.

Priuata via.

Priuata, ecclesiastica.

Publica lex Priuata lex.

Opus nouum priuato licet facere.

Priuatis causa delegari possunt.

Priuatorum consensus iudicem non facit.

Priuatorum pactis ius publicum non mutatur.

Priuatio non licet noui opus facere sumptu publico.

Priuatorum consensus tollere vel mutare non potest.

Episcopus vel

Figus in re priuati vitæ, cuius in re priuati succedit. Priuatus domo. Priuatis publici desinitio. Indicare, manus publici Tutela manus publici

pus vel collator insinuationem nominationum non potest tollere, nec remittere, vt conclusi in §. præfatiue graduari. in fin. de colla. in concordia.

Septimò cū fiscus in priuati ius succedit, priuati in re vitur, l. 1. ff. de iure fisci.

Priuatum, id est non publicum, sed seorsum, & vt dicunt, particulariter, l. si. §. Titius. ff. de condi. indeb. Priuatus domo, id est spoliatus, cui domus adempta est. Et Iurif. consulti frequentem dicunt amittat, vt in l. ff. de mundi. summi autem Pōrifices & Imperatores dicunt priuatum sit vel priuatur, cap. quif. quis. cum multis similibus. de elect. cap. clericis. ne cler. vel mona. cap. licet canon. de electione, lib. 6. Alibi plenius scribam: hæc nunc sufficiant.

Vltimò hic munus publicum definitur: sed alibi vocatur manus publicum, quod in administranda repub. cum sumptu sine titulo dignitatis subimus, l. honor. §. 1. ff. de mun. Et indicare, dicitur munus publicum, & legationis, l. quippe. & l. quid enim. de iudic. Tutela quoque munus dicitur publicum, vt scripti, personale tamen, & non patrimoniale, conciliando iura quæ de his loquuntur, in meis nou. interpreta.

Ex quo commodum ad singulos. Colligitur ex hoc text. quod habens officium publicum, commodum afferre debet singulis degentibus in loco vbi præest: quia signus est præpositus, & singulorū pater, rubr. rationi ope. pub. & de patrib. ciuiri. Vnde condemnando debitorem Titij, assert Titio commodum, & idē in aliis. & sic singulis prodesse dicitur bonus magistratus sua potestate & imperio, vt hic. Et de his Pythagoras dicere solebat, principem ac magistratum non ideo creatū esse, vt laederet, sed vt iuaret. & ex Sosipatri episto. habetur: est enim ridiculū de nominibus contendētem, rerum quibus impōnantur nullam rationem habere, & falsò appellati honoris studiosum apparere: seipsum quidē parui admodum facere, subditis verò magni mali quandoque auctorem esse. & postea ait magistratibus: scias igitur te singulis subditorum præstare communi pro omnibus cura, & sollicita gubernatione pro vniuersa republica. Et magistratus vocatur princeps ciuitatis in l. spadonem. §. si ciuitatis princeps, id est magistratus. ff. de excusa. tut. ideo vtilitatem publicam curare debet, non solius principis, sicut quidam ex nostris faciunt, quorum habitatio nisi respiciant in inferno sita videtur.

Vniuersis ciues. Et sic habens publicum officium commodum debet afferre tum singulis, vt prædictum fuit, tum vniuersis. inde ius publicum in his magistratibus constitit, l. 1. §. publicum. ff. de iust. & iure. Vnde potest quilibet de populo, cum sua interfit, se opponere receptioni magistratus, vt ab ea administratione eidem data remoueat, vel vt ad administrationem non recipiatur. Panormitanus & alij per illum textum in capitulo, ex parte. de test. vbi etiam concludit, quod quilibet subditus Regni potest opponere & excipere, & defendere ne dux in Regno habeat administrationem. Scribit Ioannes de terra rubea in tract. contra rebelles Reg. artic. 2. tractat. 2. in fin. Quod intelligerem verum quando sua interest priuatum: alias propter publicū damnium non reciperetur: sed tantum procurator Regius in hoc Regno. & hodie multi sunt nostri Regnicole, nec forte audirentur, considerata nostri temporis maiestas.

Ex hoc etiam inferitur, quod magistratus potest stipulari & acquirere suis subditis, in his quæ suam concernunt officium, l. 3. vbi Bartol. ff. rem pupilli saluam for. l. stipulatio ista. §. alteri. de verb. obligat. Bart. in l. 1. §. plane. de magistrat. conueni. & quantumque stipulatio generaliter his quorum interest, solum ius subditis quorum sua interest sti-

Ex quo commodum ad singulos.

Colligitur ex hoc text.

quod habens officium publicum,

commodum debet afferre tum singulis,

vt prædictum fuit,

tum vniuersis.

inde ius publicum in his magistratibus constitit,

l. 1. §. publicum. ff. de iust. & iure.

publici conferret. Bald. in l. 1. §. huius studij. de iustit. & iure. Quantum enim ad non subditos, non est publica persona, l. si. ff. de iurisdic. omnium iudicum. d. l. 3. de offi. præsid. & Panorm. in proem. decreta. Quod etiam probatur hic, cum commodum suis ciuibus rebusque eorum afferre debeat: ergo non alienis, quibus non est præfatus.

Hodie verò quidam ex nostris magistratibus non lupis depellendis vacant, sed ouibus depilandis: quinimo velleribus euellendis. Vtor verbis Luca de Penna in l. per Illyricum. in fin. C. de cohortalib. lib. 12. Alia etiam dicit in l. 1. col. 1. C. qui ata. excus. lib. 10.

Item ciues licet vocentur hi qui in ciuitate nati sunt, C. de municip. & orig. l. ciues: tamen possunt hic accipi pro vniuersis subditis & incolis, vt prodesse debeat magistratus.

Item potest publica persona stipulari restitui vsuras, de vsur. in 6. cap. quanquam.

Etiã propter culpam publicæ personæ & non priuata potest locus in hoc Francia Regno subici interdicto, in tit. l. de interd. iudic. non ponend. in pragma. & concord. vbi glo. declarat quæ dicitur priuata persona.

Publica conuentio & priuata, l. conuentionum. ff. de pact. Publica latio, l. iurisdic. §. si pacificat. ff. de pact. alia in l. inter publica. supra eod.

Remque eorum. Magistratus igitur commodum afferit non solum personis ciuium quibus præpositus est, verum etiã rebus eorū: ita quod rem publicam illorum & priuata pro virilitate augereque debet. quod facit etiã pro episcopis vt hoc debeant facere in episcopatu in quo præpositi sunt, quia munus habet publicum. Quæ bene seruate egregij principes ac præfules, nec transuersum vnquam ab his discedite, si cum Christo deo opt. max. partem habere velitis: quod deus favit.

Vnde quidam dicunt officiales dictos ab officio officis per antiphrasim, quod nemini officiant, sed omnibus profint, vt hic patet, & docet Auges de Penna in l. prohibitum. col. vi. C. de iure fisci. lib. 10. & licet in condemnatione vnus non sit vtile illi, quod eodem nati: tamen vniuersis est vtile, quod ius redditur vnicuique.

Notandum est quod vtilitas publica quatuor consideratur modis per doct. primo quādo in vniuerso & priuatum afferit vtilitatē: & hæc in sacris & magistratibus: nempe sicut templum vnus orandi gratia audiendiq; verbum dei ingredi potest, ita quilibet & sicut vnus à magistratu defenditur, ita & quilibet cōseruari debet. rex. l. 1. ff. de iust. & iur. & in ista vtilitate publica quilibet priuatus auditur, sed hodie in Francia solus procurator Regius ista prosequitur, vt dixi, nisi priuati singulariter interfit.

Secundò cōsideratur vtilitas publica, quæ afferit vtilitatem vniuersis, non singulis vt singulis, qui communis est vtilitas, l. vtilitas. C. de primipi. l. 12. Itaque vtilitas fisci eo dicitur publica, quia vniuersi defenduntur ob pecuniā eius ab hostibus, & ab aliis malis. & vbi plenum est gratiū nullus grauat col. lecta. l. 1. §. quibus. ff. quod quilibet vniuersi. nomi. sed vbi exhaustum est ararium, omnes subuenire tenentur, vt hodie cuiuslibet satis notum est. & hanc etiam promouet procurator Regius.

Tertia est vtilitas publica secundariò, principaliter tamen dicitur priuata: vt dum dicitur reipub. interesse dotes mulieribus conferari, vt liberis hominibus ciuitas repletur. l. 1. ff. solut. matrim. hoc tamen principaliter mulierum interesse videmus, secundariò etiam fisci. & istam non promouet fiscus, nisi pars conquatur: sed bene te adiungit procurator Regius pro reip. interesse. Vnde publica nuptiarum vtilitas dicitur in l. in bello. §. medio. ff. de

Ciues qui.

Persona publica stipulari potest vsuras restitui.

Publica conuentio & priuata.

Publica latio.

Officiales vnde dicti.

Publica vtilitas quomodo consideratur.

Vtilitas nuptiarum publica.

ff. de capri. declarat l. 2. in fin. ff. ad municip. ibi, rei publicae autem nihil quod ad rem pecuniariam attingit interest pupillis tutores dari: quia nulla pecunia accedit fisco propterea.

Quarta est publica utilitas, quae principaliter dicitur priuata, secundario dicitur publica: quia suam affert utilitatem respectu vniuersi, sed in particulari suam affert utilitatem cuiuslibet separatim per se: vt cum dicimus, interest reipub. ne quis re sua male vtatur, §. penult. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. feruū. §. publice. ff. de procura. §. cogitatio. in auth. vt iudic. sine quoquo suffra. colla. 2. plene docto. in d. l. 2. ff. de solut. matr.

Ego super hoc censerem utilitatem publicam trifariam considerandam: nempe quadam respicit utilitatem vniuersorum, vt in arario supra in secundo casu diximus: secunda priuatorum, seu singulorum, vt in dote, & nuptiis, vt in quarto casu supra. & publica vtile est absentes a quibuscunque defendi, l. feruum. §. publice. ff. de procura. tertia respicit utilitatem vniuersorum, & singulorum vt in sacris, & magistratibus, de quibus in hoc text. quae diuisio omnes potest comprehendere casus. Et prima utilitas semper praefertur secunda & tertia, & tertia aliis, vt proficendo illa l. 1. ff. solu. matr. aliquando docui.

Imperio magistratus. Vult dicere text. secundum Alciat. vt compelli municipes extra ordinem possint ad subeunda munera, non iure actionis, sed officio iudicis, id est remedio extraordinario. hęc ille, post Accur. Probat l. manus proprie. supra eodem, sic dicens: munus proprie est quod necessario subimus, l. more, imperio v. eius qui iubendi habet potestatem.

Ita tamen sententia non videtur conuenire huic text. dicenti munus publicum esse officium priuati hominis, ex quo commodum peruenit ad vniuersos & singulos, & ad res eorum imperio magistratus extra ordinem, vel ex iudicio. & sic commodum peruenit ad singulos imperio magistratus extra ordinem. & non agitur hic quod magistratus extra ordinem appellatur, vel municipes ad subeundum munus, ideo ego intelligerem huic text. acquiri singulis imperio magistratus extra ordinem, id est praeter ordinem & regulas iuris. nempe non est ius constitutum nec ordinatum, quo cautum sit magistratus debere acquirere suis subditis, & quo ordine: ideo quod ipsi auctoritate magistratus vel iussu subditis commodum inferunt, hoc est praeter ordinem aliquem & ius commune. & vt id intelligatur notate sequent. glo.

Sequitur in text. extra ordinem. Verbum in iure frequentissimum, sed non minus difficile, quod amplam & obscuram in se materiam continet. ad cuius intellectum, quia bonum in ordine consistit, teste August. in lib. de natura boni, & ordo dar rei perfectionem. cap. nil. 7. quæst. 1. l. 2. §. 1. ff. ad Velleia. ibi, recte atq; ordine: incipimus igitur ab ordine, quo facilius demum ad extra ordinem elucidandum perueniamus. Primum sciendum est ordinem multis capi modis: primum pro statu & conditione accipitur, l. diuus. §. cum autē ex literis tuis cognouerimus eum tali loco atque ordine esse, vt a suis, vel etiam in propria villa custodiat. ff. de offic. praef. vbi sic exponit Budæ. & Zas. in l. 2. de origi. iur. sic dicens: est enim ordo discretio status conditioni accommodatus, vt vulgo solemus dicere, *est at & qualitas de persone*: atque ita eo in loco mihi videtur sumi.

Tres siquidem erant praecipui ordines Romae: primus senatorius, alter equestris, vltimus plebeius: quorum loco nostrates Galli tres habent, quos status vocant patriæ, videlicet ecclesiasticorum, nobilium, & plebis. Tamen Iustin. in §. plebis.

de iure natur. gen. & ciuil. in Institutionib. plebis nomine omnes ciues contineri ait, exceptis senatoribus & patriciis. Quare equites plebis nomine continerentur, & equester ordo, si statum bifariam diuidatur.

Secundo ordo pro decuriis classibusque, numero, collegio, & quasi gradibus dignitatū, professionisq; artificum, & ciuitatum, decurionum, ciuiliū magistratuum & militarium. Et inter milites multi sunt ordines, vt ordo peditum, & ordo equitum, centuria, manipuli, cohortes, legiones, prima, secunda, tertia, & quæ deinceps. Centuria manipulis constabant, cohortes centuriis, legio cohortibus decem, vt Vegetius docet, & lib. de re militari, qui Ciceronis esse dicitur, & Cic. lib. 3. de legib.

Ordines ducere pro copiis militū praefesse, Gallice dicimus *conduire des bandes*. l. qui cum vno. §. ad tempus. ibi, & in ordinem redire potest. & §. exautoritus. ff. de re milita.

Vnde qui indignus est inferiore ordine, indignior est superiore, l. 4. ff. de senat. & Modesti. dato iudice a magistratibus populi Roman. ciuiscūque ordinis, in l. si quis a quo appellat. & Papin. inquit, l. ordine decurionum ad tempus motus, & in ordinem regressus, ad honores exemplo relegati tanto tempore non admittitur, quanto dignitate caruit. ff. ad municip. Et alibi senator ordine mortis ad originalem patriam, nisi specialiter hoc impetrauerit, non restituitur. Sic ordine motum seu remotum, priuatum officio dicimus, l. pen. de vari. & extraor. cognit.

Inde Callistra. ait, quod semel ordo decreuit, non oportere rescindi, diuus Adria. Nicomedensibus rescripsit, nisi ex causa, id est si ad publicam utilitatem respiciat rescissio prioris decreti, l. quod semel. ff. de decr. ab ordin. faciend. & Vlpian. l. municipali cauetur vt ordo non aliter habeatur, quam duabus partibus adhibitis. ibidem. id est collegium habeatur decurionum. Et ordini patriæ suæ legatus probare causam debet, lege, 2. ff. de legatio. l. 1. de vi priua. erogare ordini, l. si mulier. 1. de donat. inter vir. & vxorem.

Tertio ordo est plurium, dispariumque rerum, sua cuique loca tribuens dispositio, teste August. lib. 19. de ciuit. Dei cap. 13. vel est compositio rerum in aptis & accommodatis locis, vt docet Cicero 1. offic. refert Lucas de Penna in l. his quidem. col. 1. & sequen. C. qui milita. non possunt, l. 12. qui ordo maximum memoriae laudē affert, vt docet Cice. de orat. sicque frequentius accipitur pro serie, collocatione & dispositione, vt in tit. ff. quis ordo in bon. possess. seruetur. hic siquidem in bonorum possessione intestati ordo est, vt primò sui, deinde legitimi, demum cognati admittantur, postremò vir & vxor, l. 1. ibidem. & Martianus ait his verbis, ordine vnusquisque munere legationis fungi cogitur: & non alias compellendus est munere legationis fungi quam si priores qui in curia electi sunt, functi sunt, l. sciendum. §. ordine. ff. de lega. l. filius. & l. vicarius. ibidem. & Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, appellationes quæ rectò ad principē factæ sunt omisissis his ad quos debuissent fieri, ex imo ordinem ad praesides remitti, l. Imperatores. de appella. ff. alij legunt remittendas appellationes interpositas ab imo, id est in summo ordine, videlicet a praeposito ad praesidem prouinciæ. text. verò antiqui habent, ex vno ordine. quæ lectiones quidem sustineri possunt: prior tamen magis ad veritatem accedere videtur. facit l. quid ergo. ibi, talis ordo dabitur. ff. ad municip. l. 1. ibi, quia propria causam ordinis errore ductus persecutus videtur. de distracti. pig. l. si liberis. de pactis dota. ibi, conuentio secundum ordinem rei gestæ moribus improbata est. Sicque intelligitur

Ordo pro numero & collegio. Ordines militum.

Ordines du cere.

Ordo pro dispositione

Ordo quot modis sumatur. Ordo pro statu vel conditione.

Ordines tres Romae, qui.

intelligitur tit. C. vt dignita. ordo serue. lib. 22. maxime in l. 2. ibid.

Ordo iudiciorum.

Et quidem ordo seruatur in institutis iudiciis, vt primò reus debeat in ius vocari. iudicium enim à citatione incipit, §. fin. de poena teme. litigan. & demum libellus offerri, auth. offeratur. C. de litif. contestata. & postea lib. contestari, vt ibi. Aliaque ordine debent interuenire, quæ docet rex. in c. quoniam contra. de proba. & glo. in l. prolatam. C. de senten. & interloc. omnium iudicum.

Ordo executionum.

Alius quoque dicitur ordo in executionibus, secundum §. in venditione. & sequentem, l. à diuo Pio. ff. de re iudica. vt primò mobilia capiantur, deinde immobilia, postremò nomina. qui tamē ordo non seruatur in Francia, sed paulo magis libera datur exequendi facultas, per Regiā legem sita in tit. de litera. obligati. quā late inter cōmentaria mea tractatā inuenietis articu. 11. in 1. tomo eorundem cōmentariorum in constitutio. Regias Gallic. Inde vocatur extraordinaria executio, in l. 3. ff. ne vis fiat ei. in qua scilicet non seruatur ordo praedictus.

Ordo in cōtractibus.

Adhuc alius ordo seruatur in contractibus, vt emptor verbi gratia antequam rem empra habere possit cogatur offerre pretiū conuentū, l. Iulianus §. offerri. ff. de acti. empti. & in stipulationib. prior esse debet interrogatio quā respōsi. l. 1. ff. de verb. obli. & §. 1. Insti. illo tit. sic adoptans prius interrogari quā adoptatus, l. 2. ff. de adop. ac spōsias prius quam sponsā. glo. ibi. in testamētis quoq; prius debet sibi quis heredē facere quam substituere, l. 2. §. prius autē. ff. de vulga. & in libertatibus ordo scripturæ seruatur, l. generaliter. §. quid ergo. ff. de fideicommissa. liber.

Ordo pro solemnitate, ex Accur.

Interdum & quartò pro solemnitate & formula ordo exponitur ab Accur. in §. si. Inst. de interd. vbi sic scribitur: de ordine & veteri exitu interdictorū superuacuum est hodie dicere. nam quoties extra ordinem ius dicitur, qualia sunt omnia iudicia, non est necesse reddi interdictum, sed perinde iudicatur sine interdictis, ac si vtilis actio ex causa interdicti reddita fuisset.

Ordo & solemnitas quid differant.

Ego puto inter ordinē & solemnitatē interesse. Ordo enim est cū quid prius vel posterius sit: & si praecedat quæ praecedere debet, & sequatur quæ sequi debet, dicitur ordo rectus: si contra, nō rectus, seu peruersus. solēne vero dicitur celebratū, celebre quiddā statutumq; & quasi quadā ceremonia seruatur & vsitatur. vnde solēnis ordo dici poterit, & solēnitatis ordinis, quasi cerimonia quadā, & velut religiosa obseruatio ordinis: & ita passim in iure accipi solet. Certo enim apud veteres ordine quibusdāq; formularum publica iudicia quā priuata tractabatur, quæ deinde in vsu esse desierūt, l. ordo. de publi. iudi. vnde coeperunt iudicia omnia extra ordinē reddi. §. si. Inst. de interd. teste Alciat. in l. cū filius. ff. si cer. pet. formulis scilicet illis antiqs vsu ablati vsu extraordinarius magis inualuit, l. 1. & per totū, C. de formu. addit Iuriscō. in l. actio. ff. de nego. gest. plane in extraordinariis iudiciis vbi cōceptio formularum non obseruatur hæc subtilitas superuacua est, maxime cum vtraq; actio cuiusdem potestatis sit, eundemque habeat effectum.

Ordinare. Ordinare testamentū

Inde ordinare est disponere, recte atque ordinatē constituere, quemadmodū dicimus ordinare testamentum, l. inter cætera quæ ad ordinatā testamēta desiderantur. ff. de liber. & posthu. l. Caius. de pig. nora. actio. ibi, cum suprema sua ordinatā sit. Ordinare est etiam ad honores promouere, vt docet Bud. in Annota. alias huius verbi significationes scripsi in §. 1. de nomina. Regia in concordat. & in prooem. consti. Regia. in glo. 3. in 1. tomo cōment.

Ordinare pro ad honores promouere. Ordinarium

Hinc etiā ordinarium dicimus, in quo ordo ser

uatur, & ex ordine proceditur. vnde Vlpia. ait, ordinariū esse ante de iudiciis testantium, sic deinde de successione ab intestato loqui. l. 1. in prin. ff. si tab. testa. nulla extra. l. 1. de pecul. ibi, ordinariū praetor arbitratus est prius eos contractus exponere eorū qui aliena potestati subiecti sunt, qui in solidū tribuunt actionē, sic deinde ad hoc peruenire, vbi de peculio datur actio. & l. 1. de posses. heredi. petitiō. vbi in vna l. dicitur ordinarium, in altera ex ordine.

Ordinariū quoq; ius frequenter apud Iurisc. vocatur ius cōmune, regulare, assuetum, certū, & ad hoc expresse statutum, & ius secundum ordinē & regulas compositum, l. in causa. 2. ff. de mino.

Cōtrario modo vocatur extraordinariū, vt inferius patebit, videlicet praeter regulas & solitū ordinē conuincatum, l. creditores. & l. pecunia, 2. §. persecutionis. supra cod. l. 3. de crimi. expil. heredi. ibi, diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt, electionē esse vtrū quis velit crimē expilatæ hereditatis extra ordinē apud praefectū vrbis, vel apud praesides agere, an hereditatē a possessoribus iure ordinario vindicare. Ecce text. ibi declaratē posse agi extra ordinē pro crimine expilatæ hereditatis: siquidē omnia crimina extra ordinē exercētur, l. ordo. ff. de publi. iud. vel si hereditatē velit omniflo crimine vindicare a possessore, iure ordinario agere poterit, videlicet petitione hereditatis, quæ est ordinaria & communis.

Ordinarius homo dicitur plebeius ac vulgaris, non eximius, quod in aliorū multorum ordine fit. In ordinē enim dicimus redigere eum cuius dignitatē volumus imminuere, & in ordinē plebeiorū communem reducere. Budæ. in l. diuus. ff. de offi. praef. tamen inter seruos praestantiores sunt ordinarij vicarij. §. si quis ancillas. Inst. de lega. de quibus docui in l. vrbana familia. supra eo.

Ordinarius vero iudex est qui iure suo vel principis beneficio vniuersaliter iurisdictionē exercere potest. Spec. in tit. de offic. ordi. in prin. & interpretes in tit. de offic. ordi. allegantes l. more maiorū. de iurisd. omni. iudi. ego verò dicerem per l. 1. ff. de offic. eius cui manda. est iurisd. eum dici ordinarium iudicē qui iure magistratus habet iurisdictionem in omnes, nisi eos qui iure quodā speciali vel privilegio excepti sunt. Et dicitur ordinarius, id est cōmunis iudex, quod vniciq; eum adire liceat in dicij accipiendi causa, & omnibus pateat. & in Gallia quidā sunt Regij, quidā dominorū locorum: cuiusmodi sunt apud nos praepositi, qui modo iurisdictionē maiore & ampliore, modo minore, prout eis tribuitur, ex consuetudine regionū, & potestate, vel concessione dominorū habent. Lex autem est Regia prohibens iis iudicibus primæ instantiæ cognoscere de interdicto vti possidetis, factina, spoliatione, & generaliter de casibus Regiis: quippe talia statim ad praesidē prouinciæ deferenda sunt, vt patet in constitutionibus Regiis titul. *des seneschaux*, quos cōferre quis forte posset cum quibusdam ciuitatū defensoribus, vt in tit. de defenso. ciuita. C. qui vero dicatur ordinarij collatores scripsi in tit. de collat. in cōcord. §. praefatiq; ordinarij.

Ordinata lis, l. qui status. ff. de re milit. l. ordinata liberali causa. ff. de libera. cau. vbi gloss. exponit pro contestata. alibi dixi.

Vocabant igitur Iuriscō. Ordine, ius recte ordinatum, certiq; finibus & regulis cōclusum tam in ciuilibus quam in criminalibus. probat l. 2. §. 1. ff. ad senatūcon. Velleia. legumq; ordinem vocat Iuriscō. in l. bona fides. ff. depo. illud quod in sex iuris partibus statutū erat, §. lex. cum seq. Inst. de iure natu. quod verò extra illud in dies pro varietate negotiorū constituebatur, extra ordinē statui dicebatur, quasi iam extra illum ordinē antiquitus

Ordinariū ius.

Extraordinariū ius.

Ordinariū homo. In ordinem redigere.

Ordinariū iudex.

Iudicium Gallia genera.

Ordinata lis.

Ordo legitimus quō sit.

Extra ordinem statui olim quō dicebatur.

præstitur, vt etiam quæ postea Prætores, Senatores, Iurici, vel suis constitutionibus ipsi Principes sanxerunt, extra ordinem fecisse dicantur. in l. 2. ff. ex quib. cau. maio. aut si statuebatur quidpiã extra in ris solentia. §. si. Inst. de interd. siue extra iuris regulas, vt dicit tex. in l. si quis sepulchrũ. §. non tamen. ff. de religio. vbi non est civilis actio ex bono & æquo, cum extra ordinem subuenitur. Et ad clariorem huius rei interpretationem non pigebit aliquot exempla de penetrabilibus Iurisconsultorum subnectere.

Primo feræ à iure rectè ordinemq; cõstitutæ sunt vt singulis indicerentur annis, tẽpore meis iũ & vindemiarũ, l. 1. & per totum, ff. de feriis. istæ igitur ex ordine iuris sunt: verũ quia aliquãdo ex inopinato statu de sunt, vt pote ob res à principe prospere gestas, tũc illæ extra ordinem, prout res expositulat, indi centur, l. sed & si. §. si feræ. ff. ex quib. cau. maio.

Sic etiam à prætoribus fuerunt inducæ bonorum possessiõnes, quæ vocatæ fuerunt ordinariæ, l. 3. §. si. ff. de Carbon. edi. sed quia suadente æquitate alia postmodum fuit iuenta extra ordinem iamdiu præstitutum, hæc vocata fuit extraordinaria. §. se prima. Instit. de bono. possessio.

Ad hæc quia dum antiquitus quidpiã statuebatur, recta via ex illis verbis cõpetebat actio quæ vocatur directa, l. si quis. ff. de iur. iudic. emn. iud. vt si quadrupes fecerit pauperiẽ, id est damnum dederit Titio, illi datur actio directa ex verbis legis. ff. si quadrupes. Cum verò bipes dånium dedisset, nil su per hoc antiqua lex statuerat: ideoq; vtilitatis gratia legislatores extra ordinem statuerũt dandã actio nem, nõ quidem directã, (nec enim recta via & ordi nem id cõprehendebatur) sed extra ordinem, quæ sei licet dicitur vtilis actio, siue remedium. l. si lögus. in fin. ff. de re iudica. iuncta l. cum filiusfamilias. si cert. per. vbi in vna lege dicitur vtile remediũ, in al tera extraordinarium. Verum enimvero quia dubi tatum fuit an hæc vtilis actio extra ordinem indu cta prosit, hoc declarauit Iuriscõ. Paul. in l. actio. ff. de neg. gest. sic dicitur, nec refert directa quis an vtili actiõne agat vel conueniatur. plane in extra ordinariis iudiciis vbi cõceptio formulatum non obseruatur, hæc subtilitas superuacua est: maximè cum vtraq; actio eiusdem potestatis sit, eandem que habeat effectum.

At dicit aliquis, quorsum ista fuerunt introdu cta extra ordinem? Resp. Pompo. in l. quia. ff. de præ scrip. ver. quia actiõnum non plenus numerus est, ideoque plerunq; actiõnes in factũ desiderantur, sed & eas actiõnes quæ legibus proditæ sunt, si lex ius ta ac necessaria sit, supplet prætor in eo quod legi deest. quod facit in l. Aquil. reddendo actiõnes in factum accommodatas legi Aquilia: idque vtilitas eius legis exegit. idem fere Vlp. in l. quoties. eo. sic dicens: quoties deficit actio, vel exceptio, vtilis actio vel exceptio danda est. Et l. si quis. ex quib. cau. maio. ibi, officii prætoris est introducere vtilem actiõnem. Igitur vbi quæque lex prætorum anti quum illum ordinem suppleri debere prouidet, extra ordinem dicitur prouidere, vocaturq; vtile remedium, quasi ex bono & æquo, & vtilitatis gra tia introductũ. facit l. in iis quæ extra testamẽtum incurrerent possunt res ex bono & æquo interpreta tionem capere: ea vero quæ ex ipso testamento oriuntur, necesse est secundum scriptam iuris ratiõnem expediri. ff. de condit. & demon. quod ad huc ex sequentibus confirmari potest.

Minoris quidem à iure ordinario non concedi tur rerum suarum administratio, l. 1. & per totum. ff. de mino. 25. annis: tamen extra ordinem & perra rō ex bono & æquo eis conceditur, l. 3. ff. eo. vt im petrando veniam ætatis, l. 2. & per totum. C. de iis qui veni. atat. impetra.

Ita filiusfamilias omnia acquirit patri, vt nec quidem per se agere possit, l. placet. ff. de acquir. heredi. l. si. §. necessitate. C. de bonor. quæ lib. tamen ne fame moriatur quandoque in studio degens, si inuitate rit viaticum suam extra ordinem vtili actiõne ei agere permittitur, l. si longius. in fi. ff. de iud. l. cum filiusfamilias. si cer. peta.

Sic quoq; mandatũ gratuitum est, alias nullum erit, l. 1. ff. manda. l. si tibi rem vendẽdam. ff. de præ scrip. verb. si tamẽ procurator salarium desideret, extra ordinem peti & concedi debet, l. salarium. ff. manda. nam licet gratis concedi & recipi debeat mandatum, non tamen exerceri, & si exerceatur sa larium debetur, sicuti tutori, & alij administratori.

Breuius vbi non est prodita actio, sed à princi pe impetrari potest, tunc extra ordinem peti dicitur, l. si quis. §. 1. ff. de relig. & impetrat. extra ordi nem, in l. ij. qui. ff. de vaca. mune.

Inquilino volenti migrare soluta pensioe, si prohibeatur extra ordinem subueniri solet, l. 1. de migran.

Alias sumi forte potest extra ordinem, id est ex tra cognitionem, l. vlt. in fin. ff. quod mer. cau. ibi, quod si debitor fatiscit simplici iustione, & non cognitiõne habita, quamuis non extra ordinem exactiõnem fieri, sed civiliter oportuit, igitur parat ibi extra ordinem sumi, pro extra omnem cogni tionem, quæ debet in executione interuenire rei iudicari, l. à diuo Pio. ff. de re iud. vel melius for tasse eo in loco quis interpretabitur extra ordinem, id est ordine non seruato executionis & exactiõ nis, quia non secundum ius civile fuit facta exactio, sed propria auctoritate.

Plerunq; etiam dicitur extra ordinem, cum arbi trio iudicis absq; iure scripto quidpiam moderan dum relinquatur, vt ipse ex bono & æquo iudicet: sicut plurimum contingit in pœnalis. olim si quidem exercitorum iudiciorum ordo erat quidam præstitutus, qui pro temporum varietate fuit aboletus in l. ordo. ff. de publi. iud. & §. 1. de suc celsi. subla. quæ sunt per bono. vendi. in Inst. cõperuntque iudices extra ordinem cognoscere, l. 1. ff. de pœn. vbi qui extra ordinem cognoscunt, pœ nam extraordinariam imponere debent, §. si. ibid. & l. 1. de legat. ac l. 1. §. qui aduersus. ff. de postul. Ita que hodie licet ei qui extra ordinem cognoscit quam vult sententiam ferre, vel grauiorem vel leuiorem, dum modo non rationem excedat, l. hodie. ibidem, facit l. 4. §. 1. ff. ad leg. Iul. pecu. ibi, vt sa crilegi extra ordinem digna pœna puniatur. Et in priuatis delictis & in extraordinariis criminibus calumniosus extra ordinem pro qualitate admisi puniuntur, l. 3. ff. ad Turpil.

Extra ordinem coercetur, l. non est matrimo nium. ff. de rit. nupt. extra ordinem damnandum, l. si quis rerum. ff. de custo. reo. extra ordinem vi dicari, l. in ordinariis. ff. de pœn. extra ordinem ple tendus, l. ossa. §. si in locum. ff. de religio. sic igitur extra ordinem puniri est pœna non à iure ordi nata vel statuta affici: nimis si dicatur arbitra ria & extraordinaria, d. l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad leg. Iul. repetun. l. 1. de vi. priua.

Hinc dicitur extraordinaria pœna, quæ extra re gulas iuris imponitur arbitrio iudicis, ordinem à veteribus introductum omittendo: & sic intelli gitur. ff. de extraordina. crimin. vbi in publicis crimi nibus & delictis ordinariis regulariter pœna certa à iure præstituta est: secus in criminibus extraordi nariis. ideoque extra ordinem in illis cognoscitur, ac reus plectitur arbitrio iudicis, vt superius dixi: quod arbitrium cum facti & admisi qualitas regat, nulla certa pœna ordinari potuit. ideo extra ordinem dicitur, id est extra certas regulas, quæ con stitui

stitui non possunt, sed pro modo admisi decernẽ dum est, d. l. 1. & toto tit. de extra ord. cogniti. Et ordi nem hic pro regula certa intelligo.

Mandatũ est & cũ sa larium ac cipitur.

Actio ex tra ordinem peti quãdo dicitur.

Extra ordi nem exalti onem fieri.

Extra ordi nẽ, absq; iure scripto.

Extraordi nẽ coerce ri, damna ri, vndica ri, plecti.

Extraordi naria pœ na.

stitui non possunt, sed pro modo admisi decernẽ dum est, d. l. 1. & toto tit. de extra ord. cogniti. Et ordi nem hic pro regula certa intelligo.

Sic etiã qui iniuriarum actiõne per calumniam infuit extra ordinem damnatur, vt exilium aut re legationem, aut ordinis, status, vel officij, seu hono ris amotionem patiatur. ff. de iniur. ibi extra ordinem intelligite extra iuris ordinariũ processum. nam ordo exercendorũ publicorum iudiciorũ capita lium in vfu esse desit, l. ordo. ff. de pub. iud. Et hoc maximè iudicium in curijs Franciæ contra delin quentes exerceri solet. hodie delinquentes in lege Iulia repetundarum extra ordinem puniuntur, id est pœna arbitraria, l. lex Iulia. in fi. ff. ad leg. Iul. repetun. cum antiquitus lex duodecim tabularum pœnam irrogare capitale, vt docet Gellius lib. 2. c. 1. Hoc igitur modo extra ordinem puniri di cuntur, quando pœna non est à iure statuta, vel cõ stituta. interdum lex adicit pœnam, & tunc ordi naria pœna, id est pœna à lege statuta punitur reus l. vna. ff. de ambi. vbi certa statutur pœna.

Quandoq; lex dicit, pro modo delicti coerceatur, vt in lege finali, de plagia. & tunc extra ordinem punitur, l. vlt. in fi. de termi. amo. Alias dicit extra ordinem pro modo admisi, l. in dardanios. ff. de pœn. Sic igitur capiendum putat ordinariam pœ nam esse quæ à iure statuta est: extraordinariam verò, à iure non constitutam, nec certam, sed arbi trariã, l. pen. vbi glo. ff. de præuaticis. Idemq; est ex tra ordinem puniatur, aut pœna extraordinaria: pro bat l. i. iuncta l. 2. ff. eod. vbi cum in l. i. dicitur ex tra ordinem solet puniri, dicitur in l. 2. pœnã in iun gi extra ordinariã. facit l. 1. & seq. ff. de crimi. stello. vbi sic habetur: Actio stellionatus neq; publicis iu diciis neq; priuatis actiõibus continetur. Stellio natus iudicium famosum quidem est, sed coercitiõnem extraordinariam habet.

Fures diurni ad ius ordinariũ sunt remittendi, vt secundum leges iis furibus statutas puniantur, vt in authen. nouo iure. C. de fur. sed fures nocturni extra ordinem audiendi sunt, & causã cognita puniendi, id est extra has leges de furibus diurnis præstitutas: quippe leges furum diurnorum in iis locum non habent.

Ad hæc si quis reum criminis, de quo sanctedit, non exhiberit, pœna pecuniaria plectitur: puto tamẽ si dolo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandũ, id est pœna arbitraria & criminali. §. pœna. Inst. de iniur. l. si quis. ff. de custo. reo. Et si quis actiõne quæ ex maleficiis oritur velit exequi, si quidẽ pecuniariẽ agere velit, ad ius ordinariũ remittendus erit, nec cogendus in crimen subscri bere. enimvero si extra ordinem pœnam eius rei exercere velit, tunc subscribere eum in crimen o porterebit. l. si. ff. de priua. deli. Et Vlpia. scribit, impu nitum seruum esse non oportere, sed extra ordinem officio iudicis corrigendum, l. 1. §. cum seruus. ff. de his qui deiecerunt.

Extraordinariũ vero iudicium dicitur non cõ mune, in quo non agitur secundum ordinem præscri ptum, sed quadã actiõne seu remedio extraordina rio, non solito, l. actio. ff. de nego. gest. magis autẽ specialiter extraordinariũ dicitur, quod officio iudicis implostrato constituitur. Alcia. in l. cum fi liusfamilias. ff. si cer. peta. per l. si cui legatum. ff. de condit. & demonst. l. 1. de variis & extra ord. & genea liter quoties alicui succurrendum est ex æquitate, quia deest remedium ordinariũ, id est cõmune, l. in causã. 2. ff. de mino. Bar. in l. si maritus. §. si extraneis. deadulte.

Aliquando tamẽ extraordinaria cõpetit actio quãuis ad sit ordinariã, cum videlicet illa supplet aliquid vel addit ordinariã, l. 3. §. 1. vbi miratur. ff.

nau. caupo. & l. 1. §. 1. de migran. quæ admodũ licet alias detur actio, tamẽ agitur de dolo, & cõpelli tur quis extra ordinem, l. at si quis. §. si cui. ff. de reli gi. vbi dicitur, si cui funeris sui curam testator mã dauerit, & ille accepta pecunia funus non duxerit, de dolo actiõne in eum dandã Mela scribit. Cre do tamẽ & extra ordinem cum à prætoribus cõpellen dum funus ducere. l. si quis reum. ff. de custo. reo.

Nullo modo seruicium domitis suis consistere possunt, cum nec quidem iure omnino ciuili neq; extra ordinem cõputentur, l. nullo modo. ff. de fal. facit l. quod artinet. ff. de regul. iur.

Extraordinariũ aliud dicimus in muneribus & oneribus præstãdis: nepe extraordinaria vocamus onera quæ præter morẽ & inopinato inducuntur: quemadmodũ econtrario dicuntur ordinaria, id est solita & cõsuetæ: verbi gratia, fundus quinquaginta tantundẽ præstare debet domino vel principi, vt Cælius docet in lib. antiquarũ lectiõnũ. §. c. 32. facit l. cui. ibi, cetera omnia quæ ad tẽpus extra ordinem exiguntur. ff. de mune. & hono. l. ij. qui muneris pu blici vacationẽ habent, ad ea quæ extra ordinem im perantur cõpelli non solent. de vaca. mune. extra ordinariũq; lapsu tẽporis propter continuatiõ nem euadit ordinariũ, vt patet in indiõtionib. de no no inuẽtis, l. 1. C. de in dictione. lib. 10. Bar. in d. l. si ma ritus. §. si autem extraneus. ff. de adul. quæ tamen Deo propitio extinguuntur cum suo inuente.

Hic examinare breuius quam hætenus per do cto. an remediũ ordinariũ cum extraordinario cõcurrere possit: de quo Bar. & alij in l. 3. ff. de no ui ope. nuntia. & Zasius in suis nou. intellect. sed quia prolixior in hoc tex. exponendo fui quã pu tarã, & timeo offendere dignitates vestras ad cu riam Regiam breui proficisci cupientes, ideo quã do opera preteritum fuerit, reliqua vobis explanabo: ista boni interim si lubet consultiote.

§. Aduena est, quem Græci ἀδωνος ap pellant.

Aduena est viator, hospes & peregrinus, qui nondum sibi constituit domiciliũ: incola secus. Et aduena ab aduenio, quasi aliunde veniens. vnde Ro mulus cum vebis populũ in duos ordines diuisisset, patricijs ingenus artes reliquit, videlicet mili tia & magistratus gerere, sacra facere, ius dare, pu blica vrbanaq; negotia administrare: plebeijs autẽ militia & agrorum curã, pecoriq; depascendire: reli quas verò ingenuas artes demandauit. aduenis ve rō, & qui recentes venerant, mercatũ, sordidas pendendãq; artes, & quæ manuales sunt ad vsum moralitatis delegauit. at Romanos seruiti mini sterium & laboriosã negotia exercere noluisse, qui bus omnẽ quãstũ sordidum interdixit. nam quæ stus omnis indecorus patribus vtilis est. Alexan. ab Alex. lib. genial. §. c. 18.

Quæ aduene elucidatio infinitis in iure decisio nibus pernecessaria est: veluti cum dicimus quod si quis contraxerit cum aduena, non potest cõueni re illum in loco contractus, sed domiciliũ debet sequi eius. l. heres absens. §. proinde. ff. de iudi.

Item in authen. omnes peregrini. C. cõmunia de successi. sic dicitur, omnes peregrini & aduena libere hospitiũ vbi voluerint, & de rebus suis ordi nandis liberam habeat facultatem: quorum ordi natio inconcussa seruetur.

Tertiõ hospes qui signa habet hospitij, etiã inui tns aduenas recipere cogitur. nam quali cõtractus videtur inter eos & hospitem in ius, signa hospitij ponendo: & videtur promississe omnibus velle in seruire, & omes passim recipere, l. 1. §. 1. vbi Bar. ff. fur. aduersus nau. excusatus tamen hospes ex causã censetur, scilicet propter multitudinẽ hospitiũ,

conseruati cũ ordina ria.

Extraordi naria mu nera.

Aduena q;

Aduenam conueniens domiciliũ eius sequi debet.

Aduenarũ hospitium & liberare res suas admistrãdi po testas.

Hospites quomodo cõ gantur ad uenas hospi tio excipe re.

vt ibi dicit Bar. alias cōpelli potest officio iudicis, ad requisitōnē tamē aduenē, instar notarij de quo cōsultur Federic. consil. 113. Titius constituit.

Aduertitia vana.

Sed nec illud hac parte omittendū, aduentanti Principi aut amico cōnā apparari solitā: ea inde dicebatur aduentitia, cuius incōparabilem luxū quis non iure miretur? duo milia lectissimorū piscium, septē anuum apposita interdū literis proditum est. huius cōnā meminit in Symposiaci Plutar. quē refert Celsus lect. antiq. lib. 13. c. 3. dicens aduentoriam epistolā vocari, quā aduentanti amico obuia mittitur: aduentores, eos qui soliti sunt in cauponam cuiuspiam diuertere, vt sepies in Italia, & patria Lemouicensi ac Petragoricensi fit.

Aduertoria epistola. Aduentores.

§. Decuriones quidam dictos aiunt ex eo quod in initio coloniarum cum deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, consilij publici gratia conscribi solita sit.

Decuriones qui, & vnde dicti. Curia quid. Decuria. Decuria prima senatus. Decurionis praesesse.

Decuriones ergo dicti sunt eo quod cum coloniarum a Romanis deducerentur, decimus consilij publici gratia conscribi solitus erat. & generaliter decurio dicitur, qui curiae vel decuriae praesit. Curia est locus publicus quē domum seu cameram vrbis vocamus, l. 2. vbi doct. ff. de orig. iur. Decuria dicitur classis & ordo iudicū Romae. sic primā decuriā senatus magnam cameram vocare possumus, & principes decuriae praesides ipsi dicuntur. & decuria praesesse dicimus quādo in quocunque ordine gubernādo aliquis praesit, vt scribarū decuriae, peditum & aliorum. De curia & decuria vide Lazium lib. 6. c. 2. pag. 745. & 751. & 757. Hodie loco decurionum sunt cōsules, & scabini ciuitatum, vt scribit patrum meus Iacobus Rebuff. de decurio. lib. 10. in rub. quod intelligit de magis vrbibus, non de vicis, vt ibi per eum: & quidā dicebant recte vocari decuriones hosce scabinos, capitularios, iuratos & cōsules, quia supra decē in curiis furātur: & ideo ambiunt illos honores. quod an sit verū, illis relinquo. Et an priuatus decurionatu, ad suum ordinem reuertatur decidit tex. in l. 2. ff. de decu. Augustinus in lib. de emenda. iuris hos senatores municipales appellari posse ait in tit. de tuto. & cura. da. c. 21. Inde decuriae, decurias diuidere, vt post festum sancti Martini classes solent constitui in parlamenti.

Decuriae.

Honore vno interdū, an aliu possit petere.

Adhuc potest poena iudici alicui iniungi ne honores adipiscatur: quae tamen res non efficit vt decurio esse desinat, cum fieri possit vt quis decurio quidē sit, ad honores autē non admittatur. nā & senator quis esse potest, & tamen honores non debet petere. l. relegatorū. §. pen. & vlt. ff. de interd. & releg. Potest etiā (vt ibi dicitur) alicui & vno honore interdici: tamen vt si cui honore vno interdici sit, non tantū eum honore petere nō possit, verum nec eos quoque qui eo honore maiores sunt. est enim per quā ridiculum eum qui minoribus prohibitus sit, ad maiores aspirare. maioribus tamen prohibitus, in inores petere non prohibetur, d. l. relegatorum. §. vlt. & l. qui indignus. de sena. ff.

Coloniam modo deducuntur.

Coloniam deducuntur. Ciuitates a maioribus ciuitatibus velut populorū examini bus condita, coloniam appellatur, teste Augu. in lib. 10. de ciuita. Deum enim patria a Romanis acquisita esset, vel prouincia, & in vrbe Romana cum ex veteribus nouisq; incolis adeo paupertate premissis multi essent qui censui soluendo pares non essent, tunc triumuirū in senatu creabatur, qui locis primū consideratis, in quibus reipublice expediret propugnaculum constitui noua dicta proponebant, danda essent ab illis nomina qui in nouā coloniam deduci vellent. sic vrbs pauperibus exonerabatur, & rei

familiaris pondere grauari ad nouas quibus indigebant diuitias gratis daras cum familia accedebant, accipiebantq; duo, quatuor, sex aut septē iugera, & quandoque plus pro meritis capientis, & numero familiae, & priuilegio. aliis etiā modis fiebant coloniae, vt per historiographos est videre. Et colonia est ciuitas a matrice ciuitate deducta, id est metropoli: quomodo Ionicae ciuitates deductae erant, & propagatae. vnde est sciendū quasdam esse colonias iuris Italici, vt l. 1. & ff. de censu. De colonia autē vide Lazium lib. 12. c. 2. pag. 1051. & legē de coloniis deductis vide in Catalogo leg. antiq.

Colonia capitur pro oppido, quo quis iure coloni vritur, l. eius. 2. §. 1. ff. ad municipal. vbi Buda. contra Accur.

Colonia etiam dicitur locus qui colitur, l. si in lege. §. colonus. ff. loca. ibi, nam & qui expulsus a conditione in aliam fe coloniam contulit, nō sufficitur duabus, &c.

Item dicitur domiciliū, siue habitatio coloni siue agricolae. l. quero. §. ff. loca. ibi. Seruus qui est manus coloniae adscriptus est, ad periculum coloniae pertinebit. vulgō dicimus vne ferme, ou metairie.

Colonia a colendo, id est habitando, vel terras arando: & sic qui colit agrum, colonus vocatur, d. l. si in lege. §. colonus. & per totū. ff. locati. inquilinus, qui ad eas conducitur. l. res pignoris. ff. de acqui. poss. Colonia etiā dicebantur ciues Romani ad aliquam vrbē colendam & habitandā missi, qui non propriis, sed legibus populi Romani vivebant. Et duplex est colonus: vnus, qui agri curā omnē sub certa annua pensione in se suscipit, colit, & fructus integros percipit, de quo Iurifcon. in l. si apes. ff. de furtis. Alter vocatur colonus partiarus, qui partē fructuū domino rei praestat, vt in l. si merces. §. vis maior. ff. locati. ibi, alioquū partiarus colonus quasi societatis iure & dānum & lucrum cum domino fundi partiarur. Et colonus non debet vltra tertiam pensionis partē in refectionem domus cōuertere, l. 3. C. de diuers. praediis, lib. 11. nec quidem illam sine domini consensu relinquere, doctores in cap. propter. de loca. sed poterit expelli si non soluat pensionem, vel alibi cōuentam non seruet, l. ade. C. loca. lege, obfistere. C. de anno. lib. 10. dicitq; Bar. colonos potius debere vendere fructus domino aequali pretio quam extraneo, in l. 1. C. de meta. lib. 11. hocque iustum & aequum videtur: est tamen liberum cuique vendere. Octo colonorum genera cōscribit gl. & doct. in rub. C. de agric. & censu. lib. 11. & an teneatur colonus soluere tributa & collectas, scribit tex. & doct. in l. 1. & 2. C. de anno. & tribu. lib. 10. & in l. ij. penes. de agric. lib. 11.

Colonia pro oppido.

Colonia pro loco qui colitur.

Colonia coloni habitatio.

Colonus qs. Inquilinus.

Colonus duogenera.

Colonus partiarus.

Colonaria conditio.

Colonarij homines.

Colonariū vestigal.

Colonarius contractus.

Conscripti patres.

Concilium publicū & priuatum.

Advocati cōpelli possunt ad consiliū iudicis amicum in causis priuatorum.

Concilium publicū & priuatum.

Advocati cōpelli possunt ad consiliū iudicis amicum in causis priuatorum.

Concilium publicū & priuatum.

Advocati cōpelli possunt ad consiliū iudicis amicum in causis priuatorum.

Concilium publicū & priuatum.

Advocati cōpelli possunt ad consiliū iudicis amicum in causis priuatorum.

Concilium publicū & priuatum.

Advocati cōpelli possunt ad consiliū iudicis amicum in causis priuatorum.

Concilium publicū & priuatum.

Advocati cōpelli possunt ad consiliū iudicis amicum in causis priuatorum.

Concilium publicū & priuatum.

Advocati cōpelli possunt ad consiliū iudicis amicum in causis priuatorum.

Concilium publicū & priuatum.

Advocati cōpelli possunt ad consiliū iudicis amicum in causis priuatorum.

Concilium publicū & priuatum.

Advocati cōpelli possunt ad consiliū iudicis amicum in causis priuatorum.

Concilium publicū & priuatum.

Latus in tracta. de magistratibus Roman. cap. 1. & doct. in l. 2. ff. de origine iuris.

Prescribere legem.

Prescribere legem, statuere formam, & cōventionem dare, & ponere antea, scribere, praescribere, praefinire, not. in tit. ff. de diuer. & tempo. praescrip. iubere & mandare, vt docet Franc. Connan. in lib. 3. c. 11. quid vlticatio.

Prescribere pro scribere.

Prescribere, contra veritatem scribere, vel in prauidicium veritatis, lege, qui sub cōditione. vbi glo. ff. de condi. & demouit. l. cū ea. C. de tranfact. ego ibi exponerem prescribere pro scribere.

Prescribere pro conseruare.

Prescribere, pro cōstituere, vel praecipere, l. maritus. in fin. C. de procur. Paul. Parisi. in rub. de except. col. 4. & sequenti, nu. 3. in decret.

Prescribere pro praefinire.

Prescribere, praedicere, praefinire. inde praescripta verba, praedicta, praescripta, conuenta: & sic capitur in rub. ff. de praescri. verbis. non intelligitur quod verba scripta esse debeant, sed verba conuenta, & inter partes praescripta, & praedicta. & ex illis verbis praescriptis dabitur actio praescriptis verbis, licet gloss. aliter declarer in d. rub. ff. de praescrip. verb. facit l. naturalis. §. at cum do. ibi. cōdici ei potest, vel praescriptis verbis agi: quod is quae diximus, conuenit.

Actio praescriptis verbis.

Prescribere pro exceptere.

Prescribere, excipere, inde praescriptio exceptio, vt in rub. ff. de except. seu praescrip. dixi in tractu de excepti. in princip. & in tit. de praescri. vbi plenius locui.

Concilium publicū & priuatum.

Rescribere quomodo capiat dicitur in tract. de rescript. & lire. Reg. in 2. tom. comment. in consti. Regias Gal.

Advocati cōpelli possunt ad consiliū iudicis amicum in causis priuatorum.

Consilij publici, quod sic dicitur quando ad vtilitatem publicam: sicut priuatum, quod ad singulorum emolumentū datur, l. 1. §. penul. ff. de iusti. & iure. & §. si. illi titu. in Insti. videte quae scripsi in §. in ius publicum supra eod. & notate quod aliqui possunt eligi ad consilium ciuitati dandū, imo & cogi possunt. Sic index potest compellere aduocatos, vt eidem consulant in causis singulorū, non iudicis, vt scribit glo. & ibi Rebuff. in l. 2. C. de proxi. sacro. serinio. & sequitur Bald. in marga. in verbo consil. in 6. quaest. videte Panor. in cap. cum in veteri. col. 5. nu. 13. de elect. & si aduocatus recuset, potest index ei interdiceret foro, vel aduocationibus, l. moris. §. 1. ff. de penis.

Advocati cōpelli possunt ad consiliū iudicis amicum in causis priuatorum.

§. Vrbs ab vrbo appellata est. Vrbs est aratro definire. & Varus ait vrbum appellari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi solet. Iurifcon. elucida hic vrbum, vnde dicta sit, & quāuis aliqui dicere velint vrbum ab orbe, id est rotunditate dictā, quia veteres in orbē ciuitatē faciebant: tamen hic videmus dici ab vrbo, curuatura aratri. nam vrbs seu vrbae est aratro definita, & quia antiqui solebant locum in quo ciuitatē cōdere volebant, aratro sulco circuire, ob id vrbs dicta est: quia sit sulco definita, & statuta, teste Luca de Penna in l. si quis. col. 1. C. de fabricent. lib. 11. Et quemadmodū de iure Romanorū vrbs appellatio in Italia venit Roma, sic in Francia per anonomasiam vrbs vel ciuitatis appellatio venit Lutetia, quae hodie omnium ciuitatū mundi Regi na vocari potest. de vrbe plura scripsi in lege secunda, supra eodem. Cum tamen quaeliber prouincia peculiarem suam habeat vrbum, dum homines illius prouinciae loquuntur de vrbe, intelligitur de eorum vrbe praecipua: vt cum Pessulani homines, de eorum castro Montepessulano, Tholosates de sua vrbe, videlicet Tholosa. Ciuitatis decus custoditur & conseruatur, cum magistratus colitur, cui reuerentia & honor debet integre seruari, vt dicit

Vrbs nomē vnde.

Vrbs nomē vnde.

Vrbs nomē vnde.

Vrbs nomē vnde.

Vrbs nomē vnde.

Vrbs nomē vnde.

Vrbs nomē vnde.

Euseb. reliqua supplebitis ex iis quae scripsi in l. 2. supra eodem.

§. Oppidum ab ope dicitur, quod eius rei causa moenia sunt constituta.

Oppidum dicitur ab ope arbitratu hic Iurifcon. Nepe moenia ibi constituntur, vt opē ferant oppidanis. Quicumq; ergo locus muris cinctus est, in quo non est episcopus, in eo tamen plures sunt qui inhabitant, dicitur oppidum. vulgō vill. muree, l. 1. §. si autem. vbi doct. ff. de noui ope. namia. §. incola. & l. vrba praedia. supra eod. & §. statimus. 2. de col. la. in concordia. Etia si faciat burgus vel pagus, restet Alciato hic. Sed arbitror oppidū ad habitantes pertinere, quorum causa moenia constituta sunt: ciuitatem ad leges, quia lex facit ciuitatem ratione episcopi. Vrbs vero pertinet ad vtrunque, vt docet Lucas de Penna in l. si quis. C. de fabricētib. lib. 11. Videte multa quae scribit Bar. in extrauagan. qui sint rebelles. in glo. Lon bardia. Ego tradidi in interpretatione legis, diuus. ff. de senatus con. Silania no. & facit textus in l. 3. §. nō perpetua. ff. de sepul. viol. vbi phibetur ne corpora detineantur aut prohibeantur per territoria oppidorū transferri, & §. sequenti. ibi, per vicos aut oppida transexerint. Et qui ob inimicitias vel praedae causa incenderint in tra oppidum capite puniuntur, & plerunque viui exurantur. l. capitalium. §. in cēditiar. ff. de penis. l. plenum autem vsum. §. iubentius etiam. de vfu & habitatione.

Oppidi nomen vnde.

Oppidum, vrbs & ciuitas quid differant.

Pagus, qd.

Burgus, qd.

Vicus pro via.

Vicinus qs.

Vicinalis via.

Vicus pro domorum congerie.

Vicarius.

Vicarius.

Paganus, in pago natus.

Pagus seu pagi dicuntur villae, seu congeries domorum iuxta fontes sita, vulgō village. Vel vt Festo placet, & παρ τὸν ὄψον id est a fontibus, aut lingua Dorica παρὰ τὸν ὄψον vel ἀπο τὸν ὄψον nō enim Graece locus seopulis plenus, & moestus dicitur, in quo solent rustici frequenter habitare. Et differēt a burgo, quod burgus habeat domos continuas, & ad modum viae facta: vnde Gallice bourgade: Pagus vero non habet domos continentes, sed tunc inde dispartit, ad vnum replum & fontem accedentes, lege, forma. ibi, in quo pago sit. ff. de cētib. De pagis Germaniae scribit Caesar in lib. 1. de bello Gal. & Lucas in l. 3. C. de suscepro. lib. 10. & in lege eum qui curiae. C. de fund. rei priua. lib. 11. dixi in l. 2. supr. eod. vnde Arist. lib. 1. politic. c. 1. sic scribit: Quae ex pluribus domibus constituitur societas prima, vltra tis gratia non quotidianae, pagus est: maxime verō secundam naturā videtur pagus propagatio quaedam esse domus eorum, quos dicimus coalitos, & natos esse natorum.

Vicus capitur pro via. inde vicinus, qui habitat in eadē via iuxta nos. l. si vicinis. C. de nupr. & hoc edictum non tantum ad ciuitates & vicos, sed ad vias per quas vulgō iter fit pertinet. l. hoc edictū. ff. de his qui deiecit. vel effude. & vicini facta vicinorū scire praesumuntur, c. quosdam. de praesump. & quando valeat ratio. Scio quia sum vicinus, tradit Bar. & alij in l. 1. ff. si cert. peta.

Vicinalis via, l. 2. §. vicinales viae sunt quae in vicis sunt, vel quae in vicos ducunt, ff. ne quid in loco pub. fiat. Guido Papae in decif. Delphi. q. 444. vtrum possint.

Vicus etiā dicitur ruri domorū congeries, inter quas fit via: vnde vocatur vicus, & prope accedit ad burgum, & dicitur vulgō village. dum non sunt moenia facit l. 2. in fin. ff. de excusa. muner. vnde in illo vico habitates vocantur vicanei in l. vnica. C. vt nullus ex vica. lib. 11. facit lex, qui ex vico. ff. ad municipal. Vicarim, per vicos, par rues ou par villages.

Inde paganus, in hoc pago natus, siue de gens, de quo est tex. in l. pen. §. filius familiaris. de castren. pecul. vbi glo. paganus veteranum militem com morantem in pagis vocat. facit l. parter. 2. de castre.

pecul.&l.pater.3.§.fin. ibid. l. libertus. §. i. in fin. ibi, qui antea militasset. ad municip.

Paganus p eo qui milita cupiens erat.

Item paganus etiam vocatur qui militie cupiens erat, & illi cingi, seu adscribi volebat. eo enim interuallo quo id querebat, & ad militiam aspirare tentabat, paganus, mox militiam adeptus miles dicebatur. hac Adrian. Card. de sermo. Larino, per l. quaedam delicta pagano aut nullam aut leuiorem poenam irrogant: militi vero grauiore. ff. de poen. leg. filius. de lib. & posthu. l. deniq. & l. tractabatur. de milita. testa. l. miles. ad leg. Fal. & hic ea strense peculium habere potest, & de illo testari, quamuis filius. sit: de quo loquitur Iuriscō. in d. l. penul. §. filius. paganus de castrensi peculio fecit testamentū, & c. ff. de castren. pecul. l. 2. ff. ad Macedo. vbi in castrensis loco patrisfam. habetur. sed si militie cingi volebat, & erat proximus, nunquid pro cincto haberi debebat? per legem penul. ff. de milit. testa. & sic nunquid gaudere debebat priuilegiū militum, quae illis iura denegant: nō videbatur ergo paganus restringendus ad illū tantum qui cingi militie cupit.

Paganus in genere quis

At generalius Iuris periti vocant paganos eos qui milites non sunt, vt docet Accur. & alij interpretes in §. i. de testa. mili. in Insti. & in l. cetero. ff. de vulga. probat. l. si quis ignorans. ff. loca. & l. ius nostrum non patitur in paganis eundē & testato & intestato decessisse, ff. de reg. iur. Quia apud veteres duo erant potissimū hominū per Italiam genera, aut qui rem rusticam procurabāt, aut qui arma sequebantur: factum est vt qui quis arma non sequeretur, siue is ciuitatē siue vicum incoleret, pagani nomine veniret, vt docet Ioan. Ferra. in d. l. ius nostrū. Ego dicerē vbi agitur de pagano & milite, paganorum nomine venire non milites: sicut quādo dicimus clericos & laicos, laicos vocamus qui sacris non sunt initiati, & qui clerici non sunt, & sic alibi pagani vocati sunt qui Christiani non essent, sed idolōrum cultores, vt in rub. C. de pagan. & templis eor. contra quos non pauca scripserunt Augustinus, Ambrosius & alij sancti viri.

Paganus, p ethnicis.

Paganica, ad paganos, id est non milites spectantia: vt bona paganica & castrensis: paganica vocat non castrensis, l. si. C. de inoff. testa. l. i. de testa. mi. l. i. Paganica festa, dicuntur rusticorū, de pagana lege meminit Plin. lib. 28. c. 2. in fi. Pagatim imposta est pecunia, per singulos pagos, sicut oppidatim, per singula oppida, vicatim per vicos, l. 3. §. eos milites. ff. de inuer. ibi, eos milites, quibus superueniunt quibus hospitium praebere in ciuitate oportet, pagatim ab omnibus quos id munus contingit suscipi oportet. Et illa habentur in libr. antiq. in nouis autem est scriptum per vicos.

Paganica. Bona paganica.

§ Territorium est vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis, quod ab eo dictum quidam aiunt, quod magistratus eius loci intra eos fines terrēdi, id est submouendi ius habent.

Territorium quid, & vnde.

Hic duo elucidantur: primò quid sit territorium: secundò vnde dicatur, ibi, quod ab eo, vbi potest esse secūda pars. est enim territorium quaedā congeries & vniuersitas agrorū intra fines cuiusque ciuitatis existēs. ciuitas hic capitur generaliter pro quolibet loco, vt patet in tex. ibi, eius loci. nā quod dixerat ciuitatē, postea vocat locū. vnde Parisiēse territorium le terrour Galli vocat: inde le terrier vocat librū domini in quo ponuntur oēs censuales recognoscētes praedia ad domino. & dicit Bal. in rub. quae sunt Regalia, quod territorium non est aliud quā terra spatiosa manū & armati iurisdictione. & Iulius Frō. et ait territorium esse quicquid hostis terrēdi causa constitutū est, in rub. de controuer. limitū. plus scri

bens, Quicquid ad colonie municipiue privilegium pertinet, territorij iuris appellant.

Et dicitur territorium quod illius loci magistratus intra fines suos terrēdi, id est submouēdi ius habet vel à terrēdis hostibus existant. Iul. Frōti. submouere enim arcere est. Et ideo magistratus territorij debet arcere delicta loci tā pantiēdo, quā etiā expellēdo malos. Nepe cōgruit bono viro praesidi prouincia curare, vt pacata atque quieta sit prouincia quā regit, l. congruit. ff. de offi. praes. de quo verbo scripti in l. creditor. sup. quod prodest ad sequētia.

Primò edictō diui Seueri continetur, ne corpora mortuorū vexentur, aut prohibeantur per territoria oppidorum transferri, l. 3. §. non perpetua. ff. de sepul. viol. l. ne corpora, ff. de relig.

Secundò interdici solet quibusdam ne intra patrie territorij morentur, nec excedāt patriam, vel in vicis quibusdam morentur, lege, relegatorum. §. solet. ff. de interd. & relega.

Tertiò quaedā ciuitates habent prerogatiuā, vt hi qui in territorio earū possident certum quid frumenti pro mensura agri per singulos annos praebent, l. si. §. praeterea. ff. de munerib. & hi frumentū extrahere ante solutionē non possunt, vt docet Alber. in tract. statu. in 2. parte q. 137. ex praedictis.

Quartò agri tributū in ea ciuitate lenari debet in cuius territorio possidentur. lege, forma. §. si vero. ff. de censib. Vnde hodie collectae (quas Italia apud veteres duo erant potissimū hominū per Italiam genera, aut qui rem rusticam procurabāt, aut qui arma sequebantur: factum est vt qui quis arma non sequeretur, siue is ciuitatē siue vicum incoleret, pagani nomine veniret, vt docet Ioan. Ferra. in d. l. ius nostrū. Ego dicerē vbi agitur de pagano & milite, paganorum nomine venire non milites: sicut quādo dicimus clericos & laicos, laicos vocamus qui sacris non sunt initiati, & qui clerici non sunt, & sic alibi pagani vocati sunt qui Christiani non essent, sed idolōrum cultores, vt in rub. C. de pagan. & templis eor. contra quos non pauca scripserunt Augustinus, Ambrosius & alij sancti viri.) solui debent in territorio, in quo praedia sita sunt: sed sterilia cum fertilibus compensari debent, l. omne territorij. C. de censu. & censu. lib. 11.

Quintò propter suspiciōē fugae potest interdici bonis debitoris, & alienationi rerū immobilium, & fieri sequestratio rerū mobilium quae in territorio sunt. textus singul. in l. de pollic. in fi. ff. de pollic. Bal. in l. per diuersas. C. manda. & Roma. consi. 241. spectabilis. nu. 9. & lafon in l. si fideiussor. in fi. ff. qui satisd. cogant.

Sextò extra territorium ius dicēti non paretur impune, lege finali. ff. de iurisdictione omni. iudic. ff. de const. in text. nam praefectus vrbis cum terminos vrbis exierit potestatem nō habet extra vrbem, l. si. ff. de offic. praef. vrb.

Septimò iudex territorij habet iurisdictionē nō solū in homines in suo territorio cōmorantes, verum etiā de rebus eorū cognoscit, l. i. de offi. praef. vrb. lege vna. C. vbi de possessi. & l. fin. vbi in rem actio. etiam in criminalibus iudex loci in quo est perpetratum delictum cognoscit, autem, qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet.

Octauò executio sententiae super re faciēda est à iudice loci territorij. cap. postulasti. de foro com. pe. l. à diuo Pio. ff. de re iudi. scripti in 1. tomo commentar. in tract. de liter. obliga. & in tract. de sentē. execu. in constitu. Regi.

Nonò dixi in §. munus. supra, indicē territorij prodesse debere omnibus & singulis hominibus sui territorij, & rebus eorum. ibi. alia videre licet.

Et differentiam inter territorium, & districtum, dioecesium, iurisdictionem & alia plura vocabula tradit Felin. in cap. Rodolphus. de rescrip. scripti in l. 2. supra eo. & quomodo proberur iurisdictione vel districtus docet las. in consi. 166. punctus. vol. 4. & Dec. conf. 483. Car. Rui. conf. 22. visis. nu. 4. & 5. in 1. vol. De verbo districte iuris. in l. sed hęc. ff. de proc.

Vniuersitas agrorum est finidorum congeries. de vniuersitate studiorum generalium scripti in §. monemus. in verbo vniuersitatis. de colla. in concordia. & de vniuersitate ciuitatis, vel villae, seu castri loquitur c. statutum. r. de rescrip. in 6.

Intra fines. Et sic magistratus habet iurisdictionē intra territorium, non verò extra. dicitur enim tā iudici ecclesiastico quam seculari, extra territorij ius dicenti non paretur impune, c. fin. de consti. l. si. de iurisd. omni. iud. Et

Tributum vbi colligi debet.

Propter suspiciōē fugae debitoris bonis in interdici potest.

Ius dicenti extra territorium non paretur.

Territory iudicis iurisdictione.

Executio super re à iudice loci territorij fit.

Differentia inter territorium districtum, dioecesium, iurisdictionem.

Magistratus quousq; iurisdictione habet.

Archiepiscopi seu episcopi territorium.

Et tota ciuitas siue episcopatus est territorium archiepiscopi vel episcopi, c. cum cōtingat. de foro com. pet. c. si episcopus. de offi. ordi. in 6. adeo quod omnes ecclesiae in dioecesi constitutae sunt sub ipsius cura & potestate. c. omnes basilice. 16. q. 7. licet hodie Regales dicat episcopum non habere territorium, ob id non posse sine licentia extra septa & circuitū suae domus episcopalis prehendere delinquentes clericos. Aufic. in repet. clem. vt clericorum. de offi. ordi.

Item non sequestrat nec faisit bona immobilia quae territorium respiciunt. & ita vsurparunt itegij iudices Francia, vt scripti in gloss. concord. in titul. de no. Regia. §. 1. in verbo manibus.

Item multi habent iurisdictionem, qui non habent territorium, vt lauranculator, qui vulgò praepositus matelchallus vocatur, vt asserit Boer. in decisio. Bardegalen. q. 227. in venditio. col. 2.

Item si quis praescripserit iurisdictionem contra certas personas, non videtur praescripisse imperium. docto. in l. iurisdictionem. de iurisdic. om. iud. l. vires. C. de diuer. offi. lib. 12. quia tantum praescriptum quātum possessum, l. si quis hoc interdico. ff. de itin. acti. priuat. Boer. d. q. 227.

Sic notarius creatus in vna prouincia nō potest instrumenta conficere in alia: quia in alia non est notarius, sed priuatus, in stat. magistratus, l. 3. ff. de offi. praes. ibi, & hoc dum in prouincia est. nam si exceiserit, priuatus est. Lucas in l. dum iur. C. de decur. lib. 10. scripti in tract. de liter. oblig. artic. 2. in primo tomo comment. in consil. Reg. Gall.

Fines in plurali dicuntur termini & limites, vt hic, & §. incola. & l. locus. in fi. sup. eod. & l. inter. ff. de arbi. l. 2. de termini. amo. Et quidam sunt fines publici, vt ciuitatum & dioecesium termini, quos à priuatis derineri non oportet, l. si legatum. §. si autem. ff. de oper. pub. & hi praescribi non possunt, c. super eo. de paroc.

Alii sunt priuati, vt fines agri, l. ne quid. ff. de incendi. ibi, nam & diuus Adrianus edicto praecipit vt hi qui iuxta littora maris possident, seruet quando nauis in fixa vel fracta intra fines agri fuerit. & cum captiui ad fines suos redissent, l. postliminio. §. 1. ff. de capt. & postli. reuer. & muneribus patriae obtemperare coguntur, quāuis in aliena ciuitatis finibus consistat, l. libertus. §. postliminio. ff. ad muni.

Inde finalis questio, in qua de limitibus agitur, l. in finalibus. ff. fini. regund.

Finium regundorum actio datur vt fines regantur, id est stantur & decernantur. sic intelligitur rit. ff. fini. regund. licet quidam legant in illa rub. de fini. rigore, vt Iuli. Fronti. in tract. de contro. limitum, sententia videtur, per l. si. ibi. vbi de rigore controuerfia est, quoties inter duos pluresve terminos ordinatos siue quae alia signa, secundum legē Manilianam intra quinque pedes agitur. alibi dicam.

Item fines etiam dicuntur termini praedicatoriarum partes verbaque, quae proposito connectuntur, l. haec verba. vbi Alcia. supra eodem.

Finem praescribere, id est statuere finem & modum, l. in commodato. §. sicut. ff. commod. ibi, est autem voluntatis & officij magis quam necessitatis commodare. ita modum commodati finemque eius est praescribere qui beneficium tribuit, & c.

Finem adhibere, id est finire, l. qui mutuū. in fin. ibi, negotio finem adhibere. ff. mand.

Finis canonica dicitur, causam audiat, & sine canonico vel debito terminetis, c. ex cōquestione. in fi. vbi glo. vt. de restit. spol. & alibi saepe.

Finis etiam dicitur extremitas rei, l. 2. §. ait prator. ibi, vix aures publicae solum publicae est, relictuū ad directam certis finibus latitudinis ab eo qui ius publicū habuerit, vt ea publice iretur, commea-

Notarius in vna prouincia, non potest instrumenta conficere in alia.

Fines pro terminis & limitibus. Fines publici.

Finis priuati.

Finalis questio.

Finium regundorum actio.

Finium regundorum.

Finis pro terminis.

Finem praescribere.

Finis adhibere.

Finis canonica.

retur. ff. ne quid in loco publ.

Expugnatur nauis cum spoliatur, aut mergitur, aut dissoluitur, aut pertunditur, aut fines eius perfringuntur, l. expugnatur. ff. de incendi. sed in libris nouis est fines, & melius cōuenit. l. edicto. in fi. ibi, vsq; ad finem litis. de iure fil. l. forma. §. quae postea. de cēsi. & mulier familiae suae caput & finis est, lege pronuntiatio. in fin. supra eod. vbi declarauit.

Finem dandi facit litis cōtestatio, id est cessat facultas dandi post contestationem, l. si Titius. ff. de verb. oblig. vbi Zasius in fi. dicit esse pulchrā phrasim Iuriscō. per quā dicere possunt notarij, Talis & c. fecit finem, id est pactū de non petendo. Fines non recipiendi declaro in tract. meo except. & distēntiam inter peremptorias exceptiones, & ad fines non recipiendi, quibus vntur dicanici Francia.

Inde finire vitam tadio, id est mori praetadio, l. fin. de bon. eor. qui sibi mort. consci. ff.

Finitam causam, perfectam, l. libertus. §. in quaestio. In finibus nominatos capitalium criminum ad nouos honores ante causam finitam admitti non oportet. ff. ad municip.

Certa l. finita, definita, l. cōtrouerfia. ff. de transactio. l. transacta. cum seq. sup. eod.

Finire opus, perficere. & vrbis appellatio muris finitur, l. 2. sup. eod. de finire, in l. carbonū. sup. eod. In finitam, non finitā, non praescribam, non certam, l. haec adiectio, plurifere, non in finitam pecuniam continet, sed modicam duntaxat. sup. eo.

Terrēdi. Et sic terrere idē est quod submouere, id est arcere. potest enim magistratus arcere & coercere delinquentes in sua prouincia, l. congruit. ff. de offic. praesid.

Terrere est etiam terrorem & metum inferre. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconsul. ibi, comminari etiam & terrere filiū à patre oblatum, qui non vt oportet conuersari dicatur, poterit de plano proconsul.

§ Verbum s v m ambiguum est, vtrum de toto an de parte significet: & ideo qui iurat suum non esse, adicere debet neque sibi communem esse.

Dictum continet cum illatione, ibi, & ideo. Et hoc dicit, Verbum suū significat totum & partem: & ideo qui iurat non esse suum fundum, vel suam domum, debet vt clarē loquatur, adicere neque esse communem cum altero: quia verbū suum denotat etiam id quod est cōmune, vt hic, & l. si quis feruos. ff. de leg. 3. l. si quis feruum. §. i. ibi, nemo suum recipit. de seruo corrupt. & notate hic pulchrum docendi Iuriscō. modum, vt in princ. dictum & regulam ponat, postea ex ea inferat: & hoc est valde vtile, vt quis facile materiam intelligat & ex ea lucrum afferat, vt alibi plene docui.

Idē in verbo meū & tuū, vt etiā in parte locum habere possint: vnde si quis legauerit sic: seruū Titium, si meus erit cum moriat, do, lego: si cōmunis erit, illa pars legatario debebitur, l. serui electione. §. 1. & fi. ff. de leg. 1. quia rei appellatione etiam pars continetur, l. rei appellatione. supra eo. vbi docui.

Etiā in parte minus dimidia dicitur res tua, vel mea, aut sua. & sic res tua dici poterit, licet minimum partem quis in ea habeat, d. l. rei.

Limitant quidā quando res esset indiuisibilis, & quis non posset suā partē sine altera habere, arg. l. si communē. ff. quaed. serui. amitt. tamen dixi in l. re. de dicimus. sup. eod. quā posse vocari iudicē talis loci, licet in eo non habeat iurisdictionem totam.

Secundò non procedit si diceretur res Titij, vt dixi in l. Iritus. l. §. praedia. sup. e. Et per hoc concludunt doct. in l. i. in fin. maxime Frānc. Curt. ff. si cert.

Nauis expugnari quando dicitur.

Finem dandi facit litis contestatio.

Finire vitam.

Finita causa.

Finita ceru. m lege.

Finire opus. Infinitum.

Terrere & submouere.

Terrere & metum inferre.

Suum pro meo quid denotet.

Meum & tuum etiā in parte locum habet.

Res tua, mea, aut sua, etiam de parte dimidia dicitur.

Testes non concludit. quod est necessarium, antequam probent.

Indefinita non equipollet vniuersali.

De intentioe testium si non appareat, quid obseruandum

Suum pro- uocem quomodo ambi- guum.

Suis expen- sis.

Phrases ali- quot de pro- uocem su- a.

peta. testes non probare si dicant fundum esse Titij, vel suum, cum verbu suum sit ambiguum. Ergo testes non concludunt, quod est necessarium, antequam probent. l. neq; natales. C. de proba. cap. in praesentia. illo tit. Et in materia probationu indefinita non equipollet vniuersali. allegat Innocen. in c. auditis. de praescript. vbi Feli. pulchre hoc notat, & Alex. consil. 202. super casu. col. 2. versic. non obstat etiam quoddam instrumentum. in 2. vol. & Bal. in lab hostibus. §. sed quod simpliciter. col. 2. ff. ex quib. cau. maio.

Respondet tamen idem Curtius, illos errare quia istam orationem indefinita dicitur, ut puta fundum esse tuum vel tui: quia fundus est res particularis, & oratio particularis non dicitur indefinita, ut dicunt dialectici, & Bart. in l. si pluribus. ff. de legat. 2. sed ista solutio non diluit contrarium: quia facit ut sit particularis oratio, si per eam deponat testis, & res dubia sit, non concludit eius dictum per praedicta.

Ideo ego dicerem in testibus, cum eorum depositio ad articulos referatur, si in articulis dicebatur quod ille vsus fuit toto illo fundo: & testes interrogati dixerint, vidisse eum vsus fuisse tali fundo, intelligitur de toto: quia responsio debet referri ad interrogationem. l. si defensor. §. 1. ff. de interroga. actio. c. inter. in fi. de fide instr. vel si in articulis est quod tota domus est sua, & testes deponunt simpliciter suam esse.

Si vero non appareat de intentione testium per articulos, quia articuli vnius partis dicunt se possedisse domum, articuli rei se possedisse dimidiam, & testes simul audiuntur, & pro actore & pro reo, qui deponunt actorem possedisse fundum vel domum: an sufficiat & tunc dicerem non sufficere: imo quia ambigua est probatio, reaudiendi erunt testes. c. per tuas. de testi. & sic debet intelligi glo. dicens non esse necessariam illam text. adiectionem, ut puta, nec sibi commune, quando apparebat clare de mente: alias contra, ut dixi. si tamen testes actoris dicerent actorem possedisse fundum, & testes rei deponerent dimidiam possedisse, eo casu ad iudicanda esset dimidia pars vni, & altera alteri. & sic testes concordandi essent, ut in c. cum tu. de testi. plene per interpretes: scripti in tract. de reproba. & excus. testium, in verbo concordia testium.

Item potest esse ambiguum hoc verbum suum: nempe referri potest & ad loquentem & ad eum cum quo loquimur: vt debitor sub pignore herede creditorem instituit, eumque rogauit restituere hereditatem filiae suae, id est testatoris, vt exponit Iurisc. in l. debitor. ff. ad Trebel. & sic exponitur in dubio de loquente. facit l. si. ff. de obseq. sic dicens, liberta ingratam non est quod arte sua contra voluntate patronae vitetur. sua, id est libertate. facit l. si seruo. ibi, contubernali sua, id est testatoris. ff. de statulib. l. filius. ibi, seruo communi Titij & sui. ff. de fal.

Adhaec facit. quod si lex vel ordinatio dicat suis expensis, a se despons, debet intelligi expensis rogantis & requirentis. per text. in d. glo. in l. ex facto. in princ. ibi, quicquid ex hereditate sua cōsecutus est. in verbo sua, id est rogantis. ff. ad Trebel.

Præterea si doctor insinuat aduocatum heredem, & roget eum vt det libros suos ecclesiae, debet intelligi de libris rogantis testatoris, per illum tex. in d. l. ex facto. & l. debitor. & ita probat Bar. in l. cum in testamento. ff. de auro & argen. lega. & lafon in l. si pecuniam in fin. si cert. peta.

Insuper si maritus reliquerit habitationem domus vxori, donec in viduitate permanferit, & post mortem vxoris velit eam domum peruenire ad heredes suos, debet intelligi de heredibus loquentis & disponentis, & non de heredibus vxoris, vt consiluit Alex. consil. 23. consideratis. col. 1. in 2. volu. &

Hippol. sing. 21. alias interrogatus per praedicta iura. Conuenit si testator disposuerit quod mortuo primo filio bona in sua familia permancant, intelligitur de familia testatoris, arg. l. cum acutissimi. C. de fideicom. Bar. in l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. & in d. l. cum in testamento.

Bellissime facit si quis moriens velit bona ad suos consanguineos peruenire, intelligitur de suis, scilicet testatoris, per d. l. debitor: teste Bar. in l. cognatis. ff. de reb. dub. Socin. consil. 249. materia. col. 7. & seq. versic. prima difficultas. in 2. vol. & cōsil. 252. visis instrumentis. col. 10. versic. 3. confirmatur ibid. facit l. Saluius. ibi, patrem suum. ff. de leg. pregt. glo. & docto. in §. aequ. in verbo aitius, de actio. in Instit.

Primo non procedit quando de mente contraria appareret, vel alias legatum valere non possit: vt si testator diceret, volo bona mea peruenire ad Titium, & suos proximiores, intelligitur de proximioribus Titij. Bar. in d. §. fratre. & d. l. si cognatis. Soci. in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. Bal. consil. 27. iste. in 4. vol. & laf. consil. 139. in praesentia. in 4. volum.

Item perdit officium praedicta decisio ex communi loquendi vsu notiorum: nempe solent referre suos ad eos de quibus loquuntur: vt talis instituit Caium & suos, intelligunt suos Caij. sic consiluit Bertrand. consil. 138. pro facillori. in 3. vol. secundum nouam editionem: oporteret tamen probare illum communem vsuum, qui melius probari poterit ex verbis praecedentibus & sequentibus, iuxta l. plurimum. ff. de leg. 1.

Inde suum mandatum dicitur mandantis, l. Papinianus. ff. ma. da. & si iurisc. loquatur de aliquo & postea dicat ex sua persona, debet intelligi de persona, de qua locutus est, l. si negotia. ff. ma. da.

Iraque suum varie in iure capitur, & multae sunt illius apud Iurisc. phrasae, quas inferius subiiciemus. Primo suum dicitur etiam si commune sit, vt hic.

Actionem suam, id est sibi competentem vocat Iurisc. in l. si quis legatum. in fi. ff. de fal. ibi, aut creditori actio sua denegari debet.

Negotium suum dicitur, id est ad suam tendens vtilitate, l. si pupilli. §. sed si quis. Negotia mea gestit non mei contemplatione, sed sui lucri causa: Laebo scribit suum negotium potius quam meum gessisse. ff. de nego. gest. & sequen. & l. si pro patre. §. si. de in rem verso. ff. l. bona fide. ad Velle.

Sua aetatis, id est legitima aetatis, videlicet viginquinque annorum. l. ex duobus. ff. de nego. gest. ibi, duobus fratribus vno quidem suae aetatis, alio vero minore annis.

Suum pecuniam, id est propriam, l. si ego. ff. de nego. gest. ibi, pecuniam suam facere, id est acquirere, iuncto verbo proprietatis fieret creditoris, & c. l. si vero. §. si. ma. da. l. si vir. ad exhib. & in tit. ne quis in sua caus. iudicet. & l. §. in propria. ff. quando appell. fit. l. de popul. acti. l. quamuis. ad leg. Aquil.

Suo pudori parcere, notum est in l. Quintus. ff. ma. da. ibi, ceterum in posteriore casu non oportet esse noxia: fideiussores, si ipse pudori suo pepercit.

Suae mentis non esse, id est compos mentis, l. sed & si. §. igitur. ff. ad leg. Aquil. ibi, quae enim in furioso culpa sit, cum sua mentis non sit. l. cum furiosus. de iudi.

Sua sponte, id est sua voluntate, videlicet non coactus, l. si ex plagis. §. in anno. ff. ad leg. Aquil. vbi prius dicit sua sponte, postea sua voluntate. Et hac clausula solent vt notarij sic: talis sua sponte, de sua proprie voluntate, non contrainit à ce faire, nō vi, non clam, non precario, l. qui ratiario. de pignora. actio.

Suum, id est sibi debitum exponit glo. in l. quod placuit Iurisc. non poenam petendam, nisi creditores suum

In sua familia.

Ad suos consanguineos.

Titium & sui.

Caius & sui.

Suum mandatum.

Suum, a, tum in iure vt sumatur.

Abilio sua.

Negotium suum.

Sua aetatis.

Sua pecunia.

Suo pudori parcere.

Suae mentis non esse.

Sua sponte.

Suum, pro sibi debitum.

Sua fideiusso.

Sua culpa.

Sui serui.

Sui heredes.

Sui cliētes.

Sui amici. Suum etiam ad protecti vniuersi relationem.

Suorum nomine qui veniant.

Suo voto in re cedere.

Sua pars. Suis iudex. Sua ciuitas.

Suo nomine agere.

Suum mortuum inferre.

Suo ordine. Sua die.

Suis numeris.

suum recuperauerint. ff. de iure fisc. & l. eij possessor. de censib. ibi, tamen si fiscus pecuniam suam recuperauerit. & l. nihil dolo creditor facit qui suum recipit. infra tit. proxi. l. 1. de eo quod cer. loco. docto. in l. repetitio. ff. de condict. indeb.

Suum fideiussorem, l. si remunerandi. §. pen. ff. ma. da. ibi, Marius Paulus quidam fideiusserrat pro Daphnide mercedem pactus ob suam fideiussorem, id est eo quod fideiusserrat.

Sua culpa, l. si ma. dauero. 2. in fi. ff. ma. da. ibi, idq; sua, non alterius culpa fecerit. vbi hoc declaratur.

Suos seruos vel ancillas eos accipimus qui sunt pleno iure testantis, inter quos fructuarij non continentur, l. seruus autem. ff. de leg. 3.

Sui heredes dicuntur qui in potestate tempore mortis fuerint primum obtinentes locum, §. sui. de hered. quali. & differen. in Instit. & §. intestatoru. de heredi. que ab intest. defer. & superius fufius docui.

Suis cliētib; id est suis vassallis, alibi declarauit: facit l. si vero. §. 1. ff. de his qui deiec. vel effud. & oēs dicitur sui qui nobis in aliquo actu sunt necessarij.

Inde sui amici, l. si vero. ff. de his qui deiec. c. ex parte. de appel. Lucas de Penna in l. omnes. 1. C. de decurio. lib. 10. plus dicens, suum dici etiam quoad protectionem. l. 2. C. de quadrien. praescript. l. 2. in quib. cau. colo. inde Princeps dicit subditorum res suas: quia & subditos & res eorū protegere debet, vt docet Bar. in extra. ad reprimē. in verbo totius orbis. Dixi in §. munus. supra eod. l. vix suum dicit quis id in quo ius habet. & ibi gloss. ff. de orig. iur. docto. in l. si me. si cert. peta.

Suorum nomine veniunt omnes qui in eadem domo habitant. l. penul. in fin. ibi, habitator suam suorumque culpa praestare debet. ff. de his qui deiec. vel effud. l. inter. §. non omnia. ff. ma. da. scripti in l. liberorum. supra eod. plenius.

Suo toto iure cedere notū est. l. prator. in princ. ff. de noxal. ibi, si vero rei iudicate tempore adhuc in suspensio sit statuta libertas, Sabinius & Calsius liberari herede putant tradendo seruum: quia toto iure cederet, quod & verum est.

Suum ad differentiam alieni dicitur in l. si noxale. ff. de noxal. ibi, qui alienum seruum suum esse in iure responderit. l. 1. §. quod autē. de seruo corrupt. ibi, vel in suo agro, vel in alieno loco edificiove. l. at si quis. §. sed pone. de religio.

Et suam partem air Iurisc. in l. 1. famil. ercisc. inde suus index, sua curia, in l. omnes. 1. vbi Lucas. C. de decurio. lib. 10.

Sua ciuitas dicitur, in qua quis moratur, in l. ha operę. §. si. ff. de oper. lib. ibi, quod si diuersarū ciuitatū patroni sint, & in sua vniuersūq; moretur, & c.

Suo nomine agere dicitur ad differentiam procuratoris & tutoris, qui nomine alieno agūt. l. 3. ff. famil. ercisc. ibi, partim suo, partim procuratorio nomine agatur. l. de eo. in fi. ad exhib. l. certū. & l. certū. si cert. peta. l. indebitam. de condict. indeb. l. 1. in fi. de consti. pec. scripti in l. nominis. supra eod.

Suum mortuum intulerit, l. 2. §. item is qui pignori. ff. de religio. vbi suum vocat nō pignori datum, nec alienum, & ad se non attinentem.

Suo ordine notum est, l. si quis sepulchrum. §. funus. ff. de religio. Sua die, id est statuta die, l. 3. ff. de in litem iur. ibi, nisi forte quis iuret quod sua interfuit nummos sibi sua die redditos esse. Et l. si accessarias. §. si annua. de pign. act. l. hominē. ma. da.

Ex sic ex praedictis patet, quod res dicitur sua vel quoad dominium, vel quoad possessionem, l. 2. ff. de orig. iur. vel quādo aliquod ius in re quis habet, vel sua interest, aut aliis modis, vt ex sequentibus etiam apparebit.

Primo suos numeros dicit Iurisc. in l. quoniam. ff. de condict. furti. l. si ma. dauero. §. si ma. dauero.

manda. l. qui se dicit. de iudi. Suis rebus, l. in rebus suis. ff. cōmod. l. qui. §. rem. depo. & l. bona fides. §. penul. & l. quod Nerua. depo. Suum dominium, l. si. ff. de condict. indeb. Sua causa, l. si vi certo. §. interdum. ff. cōmod. ibi, vel si sua duntaxat causa cōmodauit. Vel sua causa seu res propria, in l. 1. §. in propria. cum seq. ff. quando appell. fit. Suum creditorē. l. petenti. ff. de pignora. actio. l. si remunerandi. §. apud. ff. ma. da. Suum debitorem, l. inter. §. abesse. ff. ma. da. Sua rei iudicem iniquū est quem fieri, l. lulia. ff. de iudi. l. legis verbis. supra eod. Sua interese, l. nummos. ff. de in lit. iur. Sua auctoritate, l. qui ratiario. ff. de pignora. acti. ibi, ratem in flumine sua auctoritate decinuit, id est sua voluntate, sine iudicis vel alterius ministerio. Suum peculium, l. cui. & l. summa. §. 1. ff. de pecul. in fin. & l. pronuntiatio. supra eod.

Sui iuris sunt qui non sunt alieni, rubr. de his qui sunt sui vel alic. iur. l. 1. ff. & in Instit. per totum, & l. 1. quādo actio de peculio est annal. l. cognoscere. in fin. & l. pronuntiatio. supra eod. Suo periculo, id est suo damno, l. si in Asia. §. 1. ff. depo. l. si remunerandi. §. apud. & §. si. ma. da. & l. si mandauero. 2. §. interdum. ibid. Suis expensis, non alienis, l. si in Asia. §. 1. ff. depo. l. si quis mihi. ma. da. Sua natura res intercederit, notum est, l. si plures in fi. ff. depo. Sua mala mente, l. quid ergo. §. pen. de leg. 1. Suum procuratorem, l. si remunerandi. §. apud. ma. da. & l. idemq;. §. si quis ea. ibid. Sua domo, in l. pronuntiatum. §. fin. supra eodem, fuit declaratum. Suas possessiones, in l. interdum. supra eod. Sua rei, l. verbis legis. supra. Suo vsu, in l. in lege Cenforia. supra eod. Suos fines habet fundus, in l. locus. in fi. supra eod. Suo corpore, l. fere. supra eod. Videre Bart. in l. Quintus. ff. de auro & argen. lega. & doct. in l. fetui. de lega. 1. ac Alcid. in lib. 5. parergon. c. 19. & seq. alias phrasae, quia faciles sunt, missas nunc faciam.

Suis rebus, l. in rebus suis. ff. cōmod. l. qui. §. rem. depo. & l. bona fides. §. penul. & l. quod Nerua. depo. Suum dominium, l. si. ff. de condict. indeb. Sua causa, l. si vi certo. §. interdum. ff. cōmod. ibi, vel si sua duntaxat causa cōmodauit. Vel sua causa seu res propria, in l. 1. §. in propria. cum seq. ff. quando appell. fit. Suum creditorē. l. petenti. ff. de pignora. actio. l. si remunerandi. §. apud. ff. ma. da. Suum debitorem, l. inter. §. abesse. ff. ma. da. Sua rei iudicem iniquū est quem fieri, l. lulia. ff. de iudi. l. legis verbis. supra eod. Sua interese, l. nummos. ff. de in lit. iur. Sua auctoritate, l. qui ratiario. ff. de pignora. acti. ibi, ratem in flumine sua auctoritate decinuit, id est sua voluntate, sine iudicis vel alterius ministerio. Suum peculium, l. cui. & l. summa. §. 1. ff. de pecul. in fin. & l. pronuntiatio. supra eod.

Sui iuris sunt qui non sunt alieni, rubr. de his qui sunt sui vel alic. iur. l. 1. ff. & in Instit. per totum, & l. 1. quādo actio de peculio est annal. l. cognoscere. in fin. & l. pronuntiatio. supra eod. Suo periculo, id est suo damno, l. si in Asia. §. 1. ff. depo. l. si remunerandi. §. apud. & §. si. ma. da. & l. si mandauero. 2. §. interdum. ibid. Suis expensis, non alienis, l. si in Asia. §. 1. ff. depo. l. si quis mihi. ma. da. Sua natura res intercederit, notum est, l. si plures in fi. ff. depo. Sua mala mente, l. quid ergo. §. pen. de leg. 1. Suum procuratorem, l. si remunerandi. §. apud. ma. da. & l. idemq;. §. si quis ea. ibid. Sua domo, in l. pronuntiatum. §. fin. supra eodem, fuit declaratum. Suas possessiones, in l. interdum. supra eod. Sua rei, l. verbis legis. supra. Suo vsu, in l. in lege Cenforia. supra eod. Suos fines habet fundus, in l. locus. in fi. supra eod. Suo corpore, l. fere. supra eod. Videre Bart. in l. Quintus. ff. de auro & argen. lega. & doct. in l. fetui. de lega. 1. ac Alcid. in lib. 5. parergon. c. 19. & seq. alias phrasae, quia faciles sunt, missas nunc faciam.

PAVLVS LIB. VII. SENTENT. IN cognit. prolat. Lex cccxl.

Cum quærebatur an verbum, SOLVTO MATRIMONIO DOTE REDDI, non tantum diuortiu, sed & mortem contineret, hoc est an de hoc quoq; casu contrahentes sentiant: & multi putabant de hoc sensisse, & quibusdam aliis contra videbatur: secundum hoc motus Imperator pronunciauit id actum eo pacto, vt nullo casu remaneret dos apud maritum.

Quatuor particulas hæc lex habet. in prima ponitur quæstio. in secunda ibi, hoc est. elucidat. tertia ibi, & multi putabant, refert opiniones super hoc diuersas. quarta ibi, secundum hoc, docet pronuntiationem Imperatoris. Et hoc continet: Maritus promittens reddere dotē soluto matrimonio, tenetur eam reddere, siue solutum fuerit morte, siue diuortio facto, & alio quolibet casu: & ita pronuntiauit Imperator, vt nullo casu apud maritū remanear dos, sed vxori restituarur. Idem dicendum est, si dos reddi promissa sit, si Titiana nupta esse desierit: si dos reddi promissa sit, si Titiana nupta esse desierit: intelligitur etiam si vxor capta fuerit ab hostibus, siue ancilla facta, vel deportata, l. si quis stipuletur. ff. sola. mari. Reperitur etiā dos si matrimonium non fuerit secutum, quasi causa non secuta, l. si extraneus. ff. de condict. cau. da. glo. hic & doct. Deci. consil. 35. praesertissime. col. 4. Quia ista verba, soluto matrimonio, intelliguntur cum solutum fuerit, sed soluitur iure isto tam morte quam diuortio, per totam titul. ff. de diuortis. ergo in illis casibus habebit

Suis rebus. Suum dominium. Sua causa.

Suis creditor. Suis debitor. Sua rei iudicem fieri. Sua interese.

Sua auctoritate. Suum peculium. Sui iuris esse. Suo periculo.

Suis expensis. Sua natura. Sua mala mente. Suis procurator.

Sua domus. Sua possessio. Sua res. Suo vsu. Sui fines. Suo corpore.

Ad tit. soluto matrimonio.

habebit locum. Quo loco aduertendum est quod plus agitur de rerum significatione, quam verborum, & quod partes videantur sensisse quando promittuntur dote reddi soluto matrimonio. Et an iusticiat ciuiliiter enenire scribit Petr. de bella pertic. q. 422. cum queritur. & doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. Et sic regula est, quod dos reddi debet soluto matrimonio, per totum tit. ff. sola. mati. quia cessat causa, ob quam dos datur, quando matrimoniu est solutu: ergo & effectus, l. pro oneribus. C. de iur. dot. l. quod dicitur. ff. de pact. L. imitatur ex consuetudine Tholosana, qua cautum est, quod maritus vxore sua praeognita per eum carnaliter, vel transfusa mortua lucratur dote: & econuerso vxor viro suo mortuo lucratur donationem propter nuptias, seu dotarium, vt est videre in consuetu. Tholosa. rub. de dotib.

Dos reddi debet soluto matrimonio.

Dos ex consuetudine Tholos. a marito non redditur.

Homines natura faciles ad dissentendum.

In diuersis sententis quid obseruandum.

Colligitur ibi, & quibusdam alijs contra, quod homines non semper conueniunt ad decisionem vnius dabilij, imò natura sunt faciles ad dissentendum. l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbi. facit c. innotuit. illo tit. quia diuersitatem corporum diuersitas sequitur animi, c. quia. de concessi. praeben. & quor sunt capita tot sunt sententia, c. sicut in sacramentis. de consecra. distinct. 4. Vnde quando sunt duae diuersae sententiae, quae à pluribus approbata est illa teneri debet, l. in tres. ff. de arbitr. sed si pares sint, causa fauorabilis inspicitur, l. Pomponius. & l. inter pares. ff. de re iudi. sed si sint tres sententiae diuersae, humaniorem in publicis iudicijs dicite inspicendam esse. Alci. in lib. 9. parergon. c. 14. in hoc tamen Regno lex est Regia, qua cauetur quod vbi in iudicandis processibus tres aduerint opiniones, minor debet ad sententiam vniam vel alteram ex alijs inclinare: & tunc illa fiet maior pars. Et ita est statutum in cōsti. Regi. arti. 34. tit. de la cour de palemeit, quae licet loquatur in parlamentis: tamen habebit locum etiam in alijs curijs, cum sit eadem ratio, vt ibi, si operapreium fuerit dicam.

Secundo colligitur, quod cōsultores consilere solent per verbum videtur, ibi, alijs contra videbatur. & sic fōit aduocati in hac patria consilia proferre, semel, & c. de quo alibi dixi.

Tertio nota quod ad iuriscōf. pertinet declarare voluntatem contrahentium de quo senserint, & illam voluntatem ex facto declarant, scilicet ex praecedentibus & sequentibus, & alijs conscriptis in l. si seruus plurium. in l. si. de leg. 1. superius abundantius hoc tractaui.

Quarto ibi, motu Imperator pronuntiant, colligi potest quod sententia Imperatoris & pronuntiatu facit ius inter omnes. Et haec sententia potest ad decisionem causarum allegari, vt hic: quod est verum quando cum cause cognitione lata est, & cum consilio procerum. l. 3. & l. humanum. C. de legi. dixi in consuetu. Regi. & in proce. cōcord. in verbo summas curias. & superius: ideoq; nō est opus hic repetere.

Imperatoris sententia ius facit inter omnes.

Mortui nomine an de portate: o cōsineatur.

Mortem An mortis appellatio contineat mortem ciuilem, videlicet de portationem, cum de portatus loco mortui habeatur, tractatur in l. 1. in fin. ff. de bono. posses. contra tab. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. vbi concluditur, quod sic, quando est eadem ratio, & in casibus à iure expressis, gloss. in c. si scripta. de rescrip. in 6. ego contrarium scripsi in meis nou. interpretat.

Sentire.

Sentiant. Sentire est sensu corporis aliquid accipere, percipere, seu gustare. inde sensus corporis, cum aliquid sentimus, hoc est capimus & intelligimus: ideo pro intelligere hic capitur. l. dicere. ibi, & ait de ea sententia Sabinum non sensisse. ff. de arbitr. & l. quod tamē. §. arbiter. ibid. & l. 2. §. 1. de reli.

Sentire lucrum.

Sentire lucrum, pro habere, subire, cōsequi, l. si cum exceptione. ff. quod met. cau. l. sed si lege cum

missoria vendidit idem erit dicendū, lucrum quod sensit. l. cōmissoria praestaturum. ff. de petit. heredi. l. si quis puras. §. 1. cōm. diuid. l. vnde. in fi. cōm. l. deniq; §. sed & si pecuniam. manda. Sentire com modam, idem. l. 3. ff. de calumnia. ibi, & generaliter idem erit si quid omnino compendij sentit. Sentire emolumentum, idem. l. deniq; §. sed & si pecuniam. ibi, ne de alieno lucrum sentiat. ff. manda.

Sentire cōmodum.

Sentire emolumentum.

Sentire damnum est pati datum, l. si quid. ibi, damnum vicinus sensisset. ff. de seruit. vrb. praedio. & l. 1. ibi, plus petendo aliquid damni sentiat. de interroga. actio. iuncta Lex mandato. ff. manda. vbi dicitur pati datum. Sentire onus, idem, pati videlicet & subire. regu. qui sentit onus, sentire debet & commodū. de reg. iur. in 6. iuncta regula, secundum naturam. illo tit. ff. vbi vitur verbo sequi, & l. quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire. ibidem. Sentire as alienum, idem in l. ideoque etiam dos sentire hoc as alienum debet. ff. de religio.

Sentire damnum.

Sentire onus.

Sentire as alienum.

Sentire, sapere, respicere, sensu saniore esse dicit text. in l. diuus. versic. si verò. ff. de offic. praesid. ibi, si verò (vt plerumque assolet) interualis quibusdam saniore sensu, non forte eo momento scelus admiserit, nec morbo eius danda est vena, diligenter explorabis. & si quid tale compereris, contules nos, vt asserimus an per immanitatem facinoris, si cum possit videri sentire, commiserit, supplicio afficiendus sit.

Sentire pro sapere, & respicere.

Sentire interdum pro iudicare id quod quis sentit, l. si ibi, quod de temporali actione in qua intercessit minor sensisti, puto verius esse. ff. de minoribus. inde sententia, id est iudicatu, in rub. de venten. & re iudic. quod quis proferat id quod sentit. vel interdum dicitur iudicium, l. si in tres, & l. qualem. cum l. sequen. ff. de arbitr.

Sentire pro sapere, & respicere.

Seruire pro iudicare.

Sententia constitutionis est id quod constitutio sentit, non quidem verbis expressis proferat, sed ex mente, l. si quis id quod. versic. sepe. ibi, editi quidem verba cessabant: Pomponius autē ait, sententiam porrigēdam. ff. de iurisd. omn. iudic. l. verum. §. quid si minor. ibi, & magis est vt sententiam constitutionis diui Marci ad Aufidij Victorinū hunc minorem non complectatur. ff. de mino. Sentire est sensu olfactus maxime percipere. Inde sensus corporis sunt appellati, quibus sentimus. Et sunt quinque, visus nobilior, auditus postea, gustus, tactus, odoratus. glo. in l. quod meo. ff. de aeq. postes. & per vnum ex istis sensibus saltem testes reddere rationem sui restimonij debent, l. testium. C. de testibus. & visus generalior est, vt dixi in tract. de reprobata. testium, in verbo sensus.

Sentire pro sapere, & respicere.

Sententia constitutionis.

Sentire, sensu olfactus percipere.

Sensus corporis.

Consentire, id est concurrere, l. 2. in fin. ff. quib. mod. vsufr. amitt. ibi, cum singulis vsufructus alternis annis legatur, si consentiant in eundem annum, impediuntur, quod non id actum videtur vt concurrerent, & c.

Consentire pro concurrere.

Consentio pro acquiesco, consentir vulgo dicitur. l. si in tres. ibi, licet duo consentiant. ff. de arbi. l. arbiter iudicij. in fin. & l. diem proferre. §. si plures. ac l. rem si vnus. §. idē Pomponius. ibidem. l. si tibi. §. vnus. de optio. lega. & alibi cōmunis. inde consentus, cōmunis assensus, l. si in tres fuerit cōmissum sufficere quidem duorum consentium. ff. de arbi. & l. sequen.

Consentire pro acquiescere.

Consensus.

Consentire est in vna sententia conuenire, l. 1. §. conuentionis verbum generale est ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi transgendi que causa consentiant. ff. de pact. ibi, nam sicuti conuenire dicuntur qui ex diuersis locis in vnu colliguntur, & veniunt: ita qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt, id est in vnam sententiam decurrunt. De consentu docui in l. 1. §. si supra.

Consentire pro in vna sententia conuenire.

In rutis & caesis ea sunt quae terra non tenentur, quaeque opere structili tectorio-venon continentur.

Illae dicuntur ruta & caesa, quae terra non tenentur, à ruendo non à rumpēdo dictae: & illae quae non tenentur opere structili tectorio. & quia de rutis & caesis mentio saepius habetur in iure, ob id Iurifcon. hic enucleat quae illae dicantur.

Ruta & caesa qua.

Vnde dicit Iurifcon. in l. sandi. §. si ruta. ff. de actio. empt. his verbis, si ruta & caesa non excipiuntur in venditione, ea placuit esse ruta, quae cruta sunt, vt arena, creta, & similia: caesa fae, vt arbores caesas & carbones, & his similia. Gallus autem Aquil. cuius Mela refert opinionem, recte ait frustra in lege venditionis de rutis & caesis contineri: quia si non specialiter venierint, ad exhibendum de his agi possit. neque enim magis de materia caesa, aut de caementis, aut de arena cauendum est venditori, quam de ceteris quae sunt pretiosiora. & Iulia. scribit emptorem qui ruta caesa non restituit, ad exhibendum teneri in quātam in litem iurauerit, l. Celsus. §. idem Iulia. ff. ad exhib. & alibi ait Pompon. ruta caesaque adium fundi non esse, nisi id scriptū sit. l. in vendendo. in fin. ff. de cōtrah. empti. & sic qui donauit vel veadidit fundum, aut aliam rem, non censetur ruta neque caesa veadidisse, nec donasse, etiam si illa non exceperit: quia non continentur, neque fundi neque adium sunt, d. §. fin. l. in vendendo. eo quod terra non tenentur, vt hic. Vnde adagio dicitur, Ne in rutis quidem & caesis, id est nulla in parte, quādo quis vult omnia cōplexa esse, & nihil reliquū remanisse, vt explicat Erasmus in chilian. & Cic. in partit. orat. & in topic. de his rutis & caesis habēs mentionē.

Rutrum.

Inde dicitur rutrum, instrumentum quo creta vel alia res eruitur, sicut aratrum, instrumentum quo aratur, teste Festo: & Cato de re rustica. sic ait, cap. 11. oportet habere villicum palas sex, rutra quattuor, rastro quadridentes duos, & c. Rutrum etiam dicitur bacillus, quo in dimetiēdo tritico modij aequantur, quod rutellū aliquādo vocatur ab erūdō, non à radēdo, vt testatur Petr. Crinitus in l. 23. de honesta disciplina, c. 13. Et rutabellū, instrumentū rusticis proprium in prouēdo igne panis coquēdi gratia.

Rutellum.

Rutabellū.

Ruta, quam Graeci *ωρωρα* vocant, est contra venena herba, dicta à ruendo, id est erūdō, quod vna ex omnibus herbis propter eius multiplices vsus maxime eruat: de qua Plinius li. 20. c. 13. & etiam per Ruellium & Aristotel. in problem.

Ruta herba.

De verbo tenetur scripti plene in l. qui neq; §. 1. supra eod.

Opere structili. Illa itaq; in rutis & caesis sunt, quae nō cōtinētur opere structili: sed quae opere structili sunt, extra ruta caesa sunt, at quae illa sint videamus.

Structile opus.

Seruere.

Structura.

Structores.

Structile opus est, quod ex lapide quadrato aut laterculis calceq; constructum est. Alciat. Struere autem ordinare est & in ordinē redigere. Inde structura est ipsa ordinatio siue compositio, l. malum. §. penult. infra eod. Et structores sunt qui aliquid struunt & aedificant, l. 1. C. de excusat. artific. lib. 10. vel interdum qui instruendae mensae vel ciborum curam habent & cullello in frusta scindunt, vulgo, *esuyers trenchans*. Matris lib. 10. Epigram.

Et qui non egeant ferro structoris Ostia.

Et structilis & structile, quod bene structum est, & structura constas, & lapide quadrato, licet text. in l. & si forte. §. modus. ff. si semit. vind. & debent intelligere lapidem quadratū sectum & expositum, non quadrum, sed quod operi quadrer & conueniat. hinc quadrare, conuenire dicimus.

Structilis & structile. Quadratus lapsus.

Dissentire.

Casus pro facti specie.

Casus pro euentu, & fortuna.

Casus delinquere.

Casum pro stare.

Casus pro casura.

Casus pro negligentia.

Et quando quis dicitur alteri consentire, docet Lucas de Penna in l. si quos. col. 2. C. de decurio. lib. 10. Et consentire non videtur, l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud. l. 2. de iudi.

Dissentire contrarium verbo consentire, quasi sentire diuersum. nam dissentit qui non consentit, l. item si vnus. §. si in duos fuerit compromissum, vt si dissentirent tertium assumerent. ff. de arbit. & ibi, nam in assumendo possunt dissentire. & §. fin. ibidem. est tamen quoddam medium inter dissentire & consentire, videlicet tacere, c. qui tacet. cum sequenti, de reg. iur. in 6.

Sequitur in tex. *nullo casu remaneret dos apud maritū*. Casus pro facti specie, siue hypothesi, seu thesi frequentius accipitur, vt l. fundum. in fi. ff. de euctio. l. si quis solutioni. in fi. ff. de vsur. l. si maritus. de fun do dota. l. cū dos. in fin. de pactis dotalibus. l. si mulier. 2. de iure dot. l. si cum dote. solut. mari. & C. in quibus casib. tutorem habent. tutore dari potest. l. si duo. depof. & futuro casus euctiois post contractam emptionem ad venditorem pertinere, ait Iurifcon. in l. Lucius. ff. de euctio.

Casus pro euentu improuiso, fato, seu fortuna, infortunio, calamitate, l. si ex plagis. in fi. ad legem Aquil. ff. ibi, cum casu magis quam culpa videretur factum. l. 1. §. diuus. de fca. ibi, casu magis quam voluntate homicidium admittit. l. cōmunis. 2. cōm. diuid. l. generali. in fi. ibi, patris casus non facit vxorem. de ritu nupti. l. si quis. de iurisd. omn. iudi. l. 1. §. initium. de postul. l. si cui. ex quib. cau. maio. l. si negotia. de neg. gest. l. posthumus. §. si quis primo. de in offi. testa. l. arboribus. de vsufr. Interdum tamen ad maiorem expressionē Iurifcon. exprimit casus fortuitos, vt in l. videamus. §. 1. ibi, etiam si casus fortuitus admittit incendium. & l. qui in sulam. in fi. ff. loca. l. 1. §. sepe. depof. l. 1. in fi. de pollicita. Et casum maiorem, pro vi maiore vocant Iurifcon. cui infirmitas humana resistere non potest: veluti est incendium, ruina & naufragium. Paul. in l. veluti. de eden. ff. & in l. 1. §. is quoque. l. ff. de actio. & oblig. iuncta. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. vbi in vna lege vocatur casus maior, in altera vis maior. l. in rebus. cōmod. declarat Iustinia. in §. itē is cui. quib. mod. re contra. oblig. in Instit. lex condūcto. §. 1. loca. Alibi Iurifcon. vocat chasma in l. verū. §. si loca. plet. ff. de min. Inde casum incedij dicit Iurifcon. in l. ex conducto. ff. loca. §. cum quidam. ibi, propter casum incendij repetitum non immeritō subueniendum tibi est.

Casus delinquent homines, cum in venādo telomisso in feram hominem interficiunt, l. respiciendum. in fi. ff. de pœn. sicut euenit Lamech, vt est in Geneleos. cap. 4.

Casum praestare, est sarcire damnum casu datum, l. si quis domū. §. Imperator. ibi, iudicio locati casum praestare non cogis. ff. loca. docui in l. late culpa. supra eod. in quibus casibus quis teneatur casum praestare. & damnum fatale vocat Iurifcon. damnum casu datum, in l. si vt certo. §. nunc vident dum. versic. quod vero. ff. cōmod. Et casus & fortuna aut differant, & quomodo, docet Aristote. in lib. 2. physcorum. Et de casu fortuito & improuiso gl. & doct. in l. 1. C. de fcar. & Iason in §. sed ista. nu. 50. de actio. in Instit.

Casus pro casura, seu actu cadendi. in Lex maleficiis. §. is quoque. 2. versic. ideo. ff. de actio. & oblig. ibi, cuius casus periculosus est. l. si verò. §. praetor ait. ff. de his qui deiecer. vel effude. ibi, cuius casus alicui nocere possit.

Casum pro negligentia exponit Gaius Iurifcon. in l. qui ades. ff. de inced. & quia ea quae ceciderunt ruta & caesa dicuntur, ideo videte. l. sequentem. In rutis, & c.

Structura
quatuor ge-
nera.

Et quatuor structura genera scribit Plin. libr. 36. c. 22. & Bud. in annota. in Pandec. in d. l. sicut. Et de opere structili est tex. ibidem in §. competit, & l. f. §. 1. ff. de riuis. Et plene Adria. de sermo Latin.

Bases stru-
ctiles.

Bases structiles ponit text. in l. penul. infra cod. vbi dicitur.

Tectorium
opus.

Tectoriove. Tectorium ategedo deditur: & est quedam incrustatio & regumetum quod fit calce vel gypso, quo operiuntur parietes: & fit interdum vt parietis claudantur foramina, vel vt illum a plu- uia defendat, seu vt in eo picturae apponantur. Hinc tectorium opus: & continet arenatum, quod fit ex calce & arena: & marmoratum, quod fit calce & marmore tulo triplici varietate communi, prout trium coriorum vsus exigebat. etiam continet tol- lificationem, quae ex gypso fit ad illiniendum parie- tem, l. quidam. ff. de scruitu. vrb. praed. lex damni. de damno infec. & murus etiam in summitate quan- doque tegitur: & vocatur tectoriu muri, l. 3. §. si vi- cinus. ff. vti possid.

Tectorius,
a. um.

Tectorium adiectiuum dicitur id quod pertinet ad tegedum: vt arena tectoria, vel calx: per transla- tionem dicitur de foemina aenata, Gallice *fardee*. luuenalis ait: Tandem aperit vultum & tectoria prima reponit. Et tector, qui opus tectorium facit: & tegula quae domos regit. scripsit in l. tugurii. supr. Archi- tectus, qui scientiam aedificandi habet, *maistre masson*.

Albarium.
Albario.

Albarium sine albario est quae fit ex calce sola sine gypso ad parietem dealbandum.

Ruta casa
qua.

Ruta casa huius text. est quod ea quae enulsa sunt, & non tenentur ruta dicantur & casa. illaigi- tur quae continentur in opere iam structo vel tecto- rio non veniunt in rutis & caesis, nec dici possunt ruta aut casa: ideo dicitur quidam ruta casa esse quae sine vlla demolatione domus auferri possunt, vt la- pides, ligna, subsellia, lecticae, capsa, ferramenta, pi- cturae in tabulis, & alia a domo separata: vsus tamen Franciae Gallicus vix vitur ista voce.

IABOLEN. LIB. II. EX POSTERIO-
ribus Labeonis. Lex ccxlij.

Malum nauis esse partem, artemonem autem non esse Labeo ait. & verius est: quia plerunque naues sine malo inutiles essent: ideoque pars nauis habetur: artemon au- tem magis additamentum, quam pars nauis est.

Artemon
quid.

Haec lex quinque habet partes, prout quinque diuersa continet dicta. Et quidam dicunt esse ma- lam, id est difficilem, & certe habet fortes & diffi- ciles §§. & hoc dicit principium: Malus dicitur nauis pars, sine quo multa naues inutiles essent. Ar- temon non est nauis pars, sed additamentum. Ar- temon secundum glo. hic est additamentum quod retro ponitur ad nauem gubernandam, quod non videtur verum. nempe iste text. dicit non esse par- tem nauis: & tamen si esset nauis gubernaculu, sine quo totum consistere nequiret, pars nauis esset, & potissima. vnde Iurifcon. in l. scapha. ff. de euictio. sic dicit: Omnia quae coniuncta nauis essent, veluti gubernacula, malus, antennae, velum, quae mem- bra nauis esse. Et sic artemon non est gubernacu- lum: alioqui pars nauis diceretur.

Eriam malum dicit hic Iurifcon. nauis partem: quia plerumque naues sine malo inutiles essent. sed plerumque sine carum gubernaculo nonne inutiles essent? ergo artemon non est nauis gubernaculum, ideo Valla in Raudesem ait, quod artemon est ve- lum nauis breuae: quia melius leuari potest, in sum- mo periculo exteditur. Alij dicunt artemonem tro- chleae genus tractorium esse, quod Graeci *ἐνέκρω*

vocant: sed Plutarcho dicitur *ἐνέκρω*, quo sine du- ctorio per orbiculos traiecto & acto in gyrum fa- cili ductu importantur onera vel exportantur: vul- gus Italicus organu appellat. Alex. ab Alex. in lib. 1. genial. c. 25. Alij arbitrantur, quibus subscribo, quod artemon est arbor addititia, velum continens par- tum: vt in actibus Apostolorum dicitur, leuato ar- temone secundum auram flatum tendebat ad litum, c. 27. in fi. & dicitur esse medium quendam malum transuersum in puppi collocatu ac prominentem, qui & oneribus subleuandis, & etiam velis quae in puppi sunt retinendis, ac sursum erigendis seruit, vt in libr. de re nauali per Baysum est videre: & quia interdum deponitur, & interdum pro necessitate erigitur, ideo text. dicit hic non esse partem nauis, sed additamentum: quia solet addi pro nauis neces- sitate, vt vidi in quibusdam magnis nauibus. & vul- gus vocat *l'artimon*: nam Graeci *ἀρτίμων* pro appendo, seu arto dicit. Et inde *ἀρτίμων* animi pendo, & spem meam in aliquo collocaram habeo. & de hoc artemone est tex. in l. pradius. §. qui domum, ff. de leg. 3. Ideoque iste text. dicit, quod plerumque naues essent inutiles sine malo, non tamen omnes: quia tempo- re procelloso malus deponitur & antennae, ac om- nia prominentia in naue: & tunc naues non sunt inutiles. sic in portu malus nihil facit in nauis. ob id in text. quidam legunt plerunque, non vero plerum- que naues: sed plerunq; id est saepius: de quo verbo scripsi in l. interdum. supr. cod. sed vt unq; conue- nire potest. Trochlea vero significat tota illam ar- borem & machina, quae continet rotulam & asi- culam per rotulam traiectam, circa quam rotula versatur: & praeterea ductorium fanem, qui circa orbiculum aeneum currit. Et Gallice vocamus *one grue*. Haec arbor fit regulariter ad subleuanda onera in aedificiis quae de nouo construuntur, de qua Iurifcon. meminit in l. sed addes. §. illud. ff. loca. ibi, & trochleas, quibus releuatur praelum. & quia ro- tula, quam Graeci *τροχλειά* dicunt, solet trochleae ad- di, ideo trochleam poliā vocauerunt: Catellia. Cor- ta declarat in 2. parte memorialium, in verbo ar- temon. formam huius trochleae describit Virruu. in lib. 10. de architec.

Sensus igitur legis est quod malus dicitur nauis pars. ob id data vel vendita naue, & malus datus & venditus censetur: artemon est arbor illa addititia, quae aliquando solet erigi, aliquando deprimi, & hoc pro necessitate nauis: ergo non dicitur nauis pars, & ideo non venit vendita naue: sicut nec vtensilia vendita domo, l. Iulianus. §. si. cu. l. seq. ff. de act. emp.

Malus itaq; masculini generis est arbor nauis, vt hic, a Graecis *ἄλυσ* vocatur, quod mali instar sit in summitate: vel quod cingatur quasi quibusdam ma- lis, quorum volubilitate leuatur facilius vela: & in- terdum vocant Iurifcon. arborem nauis in l. 2. & 5. ff. ad leg. Rhod. de iact. De classibus & rebus nau- ticis & praefect. vide per Laz. lib. 6. c. 5. & 6.

Malus foemini generis est arbor ferēs mala & poma, Graecis *ἄλυσ*, seu *ῥαδία* dicitur, vulgo *potier*. & quedam est malus praecox quae poma cito affert, vulgus dicit *potier hastif*: altera serotina praedictae contraria: alia est malus agrestis *sauuage*: alia insita, *entee*: alia bifera, quod bis in vno anno fructum ferat, quod rarum est, nisi sit ex duobus praedijs insita: & alia est malus serica, seu *serica*, vulgus *quindolier* vocat: malus aurentia, *orengier*: malus armeniaca, *abricotier*.

Malum neutri generis est pomu, ex hac arbore malo descendens: & huius multa sunt genera, de quibus Dioscorides scribit lib. 1. ca. 128. & Ruellius in suo libro: & ex adiuncto declaratur, vt malum persicum, *pesche*: malu granatu, *granado*, & similia. Malum neutri etiam herba est, cuius quatuor ge- nera

Aprum.

Trochlea.

Regula.

Malus na-
uis.

Malus ar-
bor.
Huius spe-
cies.

Malus scri-
ca.
Malus au-
rentia.
Malus ar-
meniaca.
Malu fru-
ctus.

Malu her-
ba.

Malus
adiectiuu.

nera scribit Plinius lib. 25. cap. 8. circa fin. Malus adiectiuum contrarium bono: regula, se- mel malus. de regul. iur. in 6. & in rubr. de dolo ma- lo, ac in l. cum autē. §. malus seruus. de adil. edict. Multiplicem mali significationē tradit Gratianus in c. qua habetis. 14. q. 5. & ibi Archidia. & alij post eum I. aut facta. §. non enim. ff. de poen. l. qui vene- rum. infra eodem. inde venit malitia, quam Graeci *μαλιος* vocant.

Mala pro
maxilla.

Item malam pro maxilla accipit Iurifcon. in l. non solum. in princ. ff. de iniur. I. aut facta. §. non enim. ff. de poen. in libris nouis: in antiquis autem est pupilla. & Imperator in §. pen. de iniur. in Instit.

Nauis dona-
ta malus co-
tinetur.

Ex hoc inferitur quod si aliquis pirata vel alius donauerit nauem vel naues, debetur malus, per istum text. quia totius nomine venit pars, l. si quis cum totum. de except. rei iudi.

Aprum.

Quod verbum intelligerem quādo malus esset intra nauem: alioqui si esset galera vel scapha, in quibus regulariter non solet esse malus, diuersum esset, vt in l. scapha. ff. de euict. ibi, omnia quae con- iuncta essent nauis quasi membra nauis esse. ergo si non sunt coniuncta, non erunt nauis membra: & sic nauis appellatione non venient.

Nauigia.

Item etiam nauigia capiuntur pro omni nauis genere, l. 2. §. vim fluminis. ibi, nauigiū non fiet. ff. si quis cauit. auth. nauigia. C. de furt. Quod Graeci *πλοια* vocat. Probat lex prima, §. ait praetor. ff. de flum. in vbi fit scribitur: ait praetor, iterq; nauigij deterius fiat. hoc pro nauigatione positum est, imo nauigium solemus dicere etiā ipsam nauē. iter ergo nauigio potest & sic accipitur nauis deterius fiat. Nauigij appellatione etiā rates continentur: quia plerunque rarium vsus necessarius est. Item iter nauigij deterius fieri videtur, si vsus eius corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor, aut rarior, aut si in totum auferatur. ibidem.

Nautia.

Nautiam accipere debemus eum qui nauē exer- cet: quamuis nauae appellatione omnes qui nauis nauiganda causa in nauis sunt, l. 1. §. nautiam. ff. nau- tiae, caup. stabular. l. si de colleg. illic. & nullam vim nauis fieri debere testatur Iurifcon. in l. 1. ff. de vi pri- uat. & nautiam vel nautiam quis retineat quo an- nona carior fiat, l. 2. ff. ad leg. Iul. de annona.

Mesonau-
ta.

Mesonautam vocat Iurifcon. seruū qui villa na- uis tractat negotia, sicut domi mediastrinum: quod in media domo vel nauis ad omniū imperia nautif- que excubare solet, vt d. l. 1. nautae, caupo. & ibi scri- bit Budae. & Iurifcon. in l. quae admodum. §. si nauis. ff. ad legē Aquil. & de mediastrino habet men- tionem text. in litem apud. §. cenim. ff. de iniur.

Nauigatio

Nauigatio est actus nauigandi, in l. 2. §. quod dicitur. ibi, tepestatē intelligere debemus talē quae im- pedimento itineri vel nauigationi sit. ff. si quis cau-

Nauigare.
Nautium.

Nauigare est pretiū quod pro vectura nauis sol- uitur, l. sed addes. §. si quis mulierē. ff. loca. l. huius enim. qui potio. in pign. hab. c. si vere. de sent. exc.

Nautica
ars.

Nautica ars, quae sorti in anno aequantur. l. 1. & per totū. C. de nauti. foeno. & in tit. de nauti. vsur. col. 9. & nauticus, qui nauem gubernat: vel nauti- cus adiectiuū, quod ad naues pertinet: vt nauticus panis, qui biscotū, Gallice *biscuit* vocatur. Nautica pecunia, l. 1. §. penul. ff. nautae, caupo. stab.

Nautica
pecunia.

Nauarchus, dux classis dicitur, in l. vnic. ff. de bo- no. posses. ex testa. milit. l. cum monachorū. C. de nautic. lib. 1. vulgus patronum nauis vocat.

Nauar-
chus.

Nauclerus, qui nauem gubernat, & nautis im- perat quaecunq; ad faciendam nauigationem per- tinent. etiam dicitur nauicularius, tit. de nautic. & in tit. de praedi. nauicular. lib. 1. C. Iurifcon. in l. 1. quod cuiusq; vniuersi. n. omi. & l. semper. §. negotiatores. ff. de iure inuun. & his qui annona vrbis feruiunt

datur immunitas à muneribus publicis, propter pericula, sed non liberis corū. l. nauicularij. de mun. & honor. & possunt domini nauis meritorias nau- es habentes, quos nauis patronos vocamus, nauicularij seu naucleri dici: & hi qui nauis praesunt, teste Budae in annot. in Pand. in l. 1. nauae, caupo. stabul. ff. & hi decur. creati non possunt, l. feuerius. in fi. ff. de decuri. addit Budae. Proretā eum esse qui in illa parte nauis quae prora vocatur, praefectus est: quemadmodum gubernatorē, qui puppi.

Proreta.

quemadmodum gubernatorē, qui puppi. De quibus loquitur Iurifcon. in l. corē ferro. §. dominus. ff. de publica. Graecē dicitur *πρωτοβύς*. Magistrum nauis vocat Vlpia. eum cui totius nauis cura manda- data est, l. 1. §. magistrum. ff. de exercit. actio. magi- stri autē imponuntur vel locandis nauibus vel mer- cibus vel vectoribus conducendis, armamentisve emendis. magistrum etiam accipimus non solum quem exercitor preposuit, sed & eum quem magi- ster. ibidem. & exercitorem dicitur eum ad quem obuentiones & reditus nauis omnes perueniunt. §. exercitorem. ibidem.

Magistr
nauis.

Naufragium, nauis fractio. vnde dicit Impera- tor, quod si quando nauis nauis expulsa fuerit ad littus, ad dominos earū pertineat, & fiscus meus non se interponat. quod enim ius fiscus habet in aliena calamitate? l. 1. C. de nauif. lib. 1. & d. authen. nauigia, & in tit. ff. de incend. ruin. nauif. licet hodie fiscus capiat, & male ex vsurpatione bona nauifra- gorum, id est eorum qui nauis fracta bona in mari amiserunt vt restatur Bened. in repeti. c. Raynur. in verbo, & vxorem, nu. 932. de testa. quāuis miserri- ma sit nauifragorum fortuna, vt docet text. in l. 3. in fin. ff. de incend. & ideo consuetudo ista non valet, per d. authen. nauigia, & hoc nauifragium inter for- titos casus connumeratur, l. in rebus. in princ. ff. commod. dixi supra in l. lata culpa. & l. proxima.

Exercitor
nauis.

Nauifra-
gium.

Nauis nau-
fragio ex-
pulsā ad lit-
tus ad quō
pertinet.

Nauifra-
gus.

Nauifragus, qui nauis fracta periclitatur, vel bona amisit, l. 3. §. item alio senatusconsulto cauetur, eos quorum fraude aut consilio nauifragi suppresis per- vim fuissent, & c. ff. de incend.

Nautium
genera.

Naves in multiplici sunt differentia: quaedā ma- rinae, alię fluuiales, l. 3. ff. de excusa. mune. Et nauem accipere debemus, siue marinā, siue in aliquo sta- gno nauiget, siue schedia sit, l. 1. §. nauē. ff. de exerci- actio. Marina, quae in mari ducitur, l. semper. §. diuus Adrianus. ff. de iure inuun. Rursus marina- rum quaedā sunt longae, l. 2. ff. de capt. aliae vero sunt naues onerariae, d. l. 2. quae ad onera vehenda para- tae sunt. & quaedam sunt naues lignariae, ad ligna de- ferenda: aliae scaenariae, ad scaenum aptae deferendum; aliae frumentariae, vinariae, l. vulgaris. §. sed & si de nauit. ff. de furt. aliae carbonariae, & id genus: aliae pi- scatoriae naues sunt, quae piscium capiendorū cau- sa paratae sunt, quas nauicellas Iurifcon. vocat in l. itē piscioris. §. 1. ff. de fundo instruet. has nauis species videtis frequenter in portu huius ciuitatis.

Nauicella.

Actuaria, d. l. 2. quae remis aguntur, & citō agi possunt. Plura Bayf. in tract. de re nauali: ad eum re- currite, & ad Carol. Stepha. qui in breuē summam redigit, & pleraque vocabula Latina in linguam Gallicam vertit.

Actuaria
nauis.

Naualis, quod ad naues pertinet. Iurifcon. in l. f. §. hi quoque. ff. de mun. ait curatores praefici ad ex- tructenda vel reficienda aedificia publica, siue palatia, siue naualia.

Naualis.

Inutiles, i. sine vtilitate. ita capitur hic, & in l. 1. §. qui praefens. ff. de verb. oblig. l. an inutilis. de accep- Inutiliter, idem. in l. sicut. ff. de fideiussu.

Inutilis.

Interdum inutile, id est contra vtilitatem expo- nit gloss. in l. 1. §. 1. in fi. ff. de pos. ibi, est enim inutile in causis huiusmodi fidem frangere.

Inutiliter.

Additamentum fructuū non recipiant, in l. de- ducta. §. si. ff. ad Trebel. l. inter. §. cum inter. de pact.

Addi-
mentum.

dotal. l. prae diis. §. qui domum. de leg. 3. § Inter proiectum & immissum hoc interesse Labeo ait, quod proiectum esset id quod ita prouehetur, vt nusquam con- quiesceret: qualia meniana & subgrunda essent: immissum autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requiesceret: veluti tigna, trabes, quae immitterentur.

Proiectum & immissum quiddiffereant. Projicere.

Iuriscon. hic differentiam scribit inter proiectum & immissum. Proiectum enim dicitur quod vltra parietem extenditur, & in nullo alio loco requiescit, vt meniana & subgrunda: immissum vero, quod in alio loco requiescit. Projicere enim est porro iacere. & ideo proiectum testum, id est extenditur, protrahitur. l. de pupillo. §. meminisse. ibi, immittit vel proiecit. ff. de noui oper. nuntia. vbi volenti aliquid immittit, proiecit, seu aedificare in meo, si- cet opus noui nuntiare. & Proiectum, vulgo *suppen- dues, galleries, balets*. Inde protecta & proiecta idem sunt, & partes domus prominentes: qualia sunt meniana, & podia pensilia, vnde aspectus nobis est in vicis & plateas. Bud. in annot. in Pandect. in tit. ff. de his qui deiecer. vel effuder.

Proiectum quid. Protectum quid. Protegere.

Protecta autem a protegendo dicta sunt. Protegere enim testum proiecit est, vt ibi, & procul te- gere. hinc protecta vocatur tecta extra muros prom- nentia, vt stillicidium longe a parietibus cadat, quod in Montepessulano est per familiare in singu- lis domibus: & interdum vocatur protectio, vt in rub. ff. de dam. infect. & subgrud. & protectio, sed in li- bris correctis est protectus, sed protectio scribitur in l. 3. §. item videamus. & §. Labeo. ff. vt possid. & per hoc etiam elucidatur text. in l. si plures. circa fi. ibi, sicuti tignu aut protectu immissum habere. ff. arbor. fur. casarum. & si protectu meu quod supra domum tuam nullo iure habebam, recidisses, posse me tecum damni iniuria agere. Debuisti enim me- cum ius mihi non esse protectum ita habere agere: nec aequum esse damnu me pati, recidissis a te meis tignis. l. quemadmodum. §. i. ff. ad leg. Aquil.

Meniana, quae.

Meniana proiecta sunt, a Menio quoda Romano ciue sic dicta, qui id genus edificij inuenit: nempe cum domu in foro positam vendidisset, retinuit sibi vnam columnam ex qua proiecit tigna, vt ludos ibi conficeret: vulgo *podiolis* dicuntur, l. meniana. C. de aedifi. priua. non a moenibus, vt Accurs. arbitrat. & de hoc Menio scribit Horatius in l. epist.

Menius ut rebus maternis atque paternis Fortiter absumptis urbanis cepit haberi. De hoc meniano est text. in l. 2. §. cum quidam. ff. ne quid in loco pub. fiat. ibi, cum quidam velum in meniano immissum haberet, quod vicini luminibus officiebat, vtile interdum competit, ne quid in loco publico immittas, qua ex re luminibus Gaij seij officias. & de his scribit Cepol. in tract. de seruitu. vrb. praedio. cap. 61. de menianis.

Subgrunda, orum. Subgrunda, a.

Subgrunda, subgrundior, siue subgrunda subgrunda, est illa tecti pars quae vltra parietem exten- ditur: quod fit vt stillicidia a parietibus arceantur, rubr. ff. de damno infect. & de subgrund. l. si vero. §. prator. de his qui deiecer. & alibi saepius de his subgrundiis.

Immissum.

Immissum. Immissum est quod in alio loco requiescit, quasi in alium locum missum, vt tigna & trabes, quae non possunt teneri, nisi vtroque capite sustineantur. Vnde seruitus tigni immittendi deducitur, de qua in §. aequae. de actio. Insti. & ius cloacae immittenda seruitus est, in l. ius. ff. de seruitur.

Immittere est etiam in alio facere, vt docet Iurif.

in l. quemadmodum. §. i. ff. ad leg. Aquil. vt placet Bar. Alex. & aliis in l. 1. §. nuntiatio. ff. de noui oper. nuntia. de bella Petri. q. 3. & q. 403. Barba. consil. 28. col. 5. in 4. volu. & Deci. consil. 22. nu. 5. Sed in d. l. quemadmodum. no puto sic immittit accipi, vt in hoc text. sed pro contra mittere, vt probat tex. in §. si nauis. ibi, parui refert nauem immittedo, aut verriculū ad nauem ducendo, aut tua manu damnu dederis. Vbi verriculum pro reti piscatorio accipitur.

Verriculū. Immittere se in proximam tabernam.

Immittere se in proximam tabernam, id est intro- mittere, ingredi, l. 2. ff. si quadru. pauper. fecif. dica. ibi, si quis aliquem euitans magistrarū forte, in ta- bernam proximam se immisit, l. Sylua. §. integra autem terra est in quam nondū dominus pasceudi gratia pecus immisit. supra eodem.

Inde potest quis nuntiare nouum opus, si quis aliquid in suum immittat solum, l. de pupillo. §. sed si in aedes nostras quis immittat, aequū est nos noui operis nuntiatione ius nostrum nobis conseruare. ff. de no. oper. nun. Et idē in §. seq. & §. meminisse. ibidē sic scribitur: Meminisse autē oportebit quor- ties quis in nostro aedificare, vel in nostrū immi- tere, vel proiecit vult: melius esse per praeorem, vel per manū, id est lapilli iactum prohibere, quam per operis noui nuntiationem.

Immittere in locum suum.

Item si ex fonte aqua quis in fundum vicini im- mittat, non teneri eum aquae pluuiarū arcenda scri- bit Vlpia. in l. 3. ff. de aqua plu. arcend. Nisi aqua in corruptat, vel spurcam immittat. nam tunc posse impediri pleriq; placuit, vt ibi scribitur. & prator ait, in loco sacro facere, in eum ve immittit quid veto, in l. 1. ne quid in loco sacro. & prator ait, ne quid in loco publico facias, in eum ve immittas, in l. 2. ff. ne qui in loco publ. & quis non potest immit- tere in fundum alienū vel viam publicam pontem, sine illius cōsensu, vel Regis, l. supra iter. ff. de aqua plu. arcen. Cepol. in tract. seruit. rub. de ponte in r. parte, & c. 70. Nec potest per illum text. quis facere pontem super flumen, & immittit in alienū terri- torium, sine voluntate eius qui iurisdictionē in illo habet territorio: quamuis Francif. Marc. dubitet in decis. Delphin. q. 119. in r. parte.

Immittere aquam in fundum vicini. Immittere in locum sa- crum.

Item si fumum inferior in superiora aedificia im- mittit non potest, sicut superior aqua in inferiora aedificia iure non immittit: quia in suo haecenus fa- cere licet, quatenus in alienū nil immittat, l. sicuti. §. Aristo. ff. si serui. vindi. imō si inferiorū domus aedium superioris vicini fumigandi causa fumum faceret: aut si superior vicinus in inferiores aedes quid aut proiecerit aut effuderit, iniuriarū agi pos- se, si iniuriarū faciendae causa immittitur, vt scribit Iurifcon. in l. penul. ff. de iniur.

Immittere fumum.

Item nobilis qui ob vindictam vel alias immittit armigeros in villā, si damnu datum per immisos fuerit, officio iudicis puniendus erit, l. 2. ff. de vari. cognitio. vbi Bar. pulchre loquitur quando exerci- tus trāsit per vnū locum, vt alij auxiliū illi praestare debeant. Quod sequitur Bened. in repeti. c. Raynū- tius. in verbo testamentum. r. nu. 35. de testa. Et de hoc fuerūt factae ordinationes super armigeris hoc anno 1545. die 4. Ianuarij quae optime prouidēt su- per his. faxit deus vt obseruetur. Et si indicantur pe- cunia: pro expensis soluendū horū armigerorum de consensu ciuium, & vnus appellet ad parlamen- tum, hoc casu recipiendam appellationem, censuit curia Parisiens. secus si de raliis generalibus aga- tur: anno 1533. die 7. Augusti pronuntiatum.

Immittere in villā ali- cuius.

Arestum.

Intermittere, in l. palam. §. non solum. ff. de ritu nupt. & dixi de verbo mittere & remittere, in l. mu- nus. l. supra eodem.

Arestum.

Requiesceret in aliquo loco, id est acquiesceret conuiesceret: se reposcit.

Intermitte- re.

Acquiescere sentit in quomodo di- catur ap- pellans.

Acquiescere sentit in quomodo di- catur ap- pellans.

lacioni renuntiat prosequenda: quod fit duobus modis, ex presse & tacite, l. etiam. §. i. ff. de minor. & l. sepe. ff. de re iud. l. 3. §. 1. & l. a sententia. cum l. seq. de appella. ff. l. vna. nil noua. Alex. consil. 130. in cau- sa vol. 2. Feli. in c. Cum inter. col. 1. de re iud. Decius in c. personar. not. 1. de appel. scripsi abūde in tract. de liter. im petr. ad renutiandū prouoca. & in trac. de appell. arti. 35. in 3. tomo cōment. in cōstit. Regi. Gallic. De renutiacione beneficiorum tradidi in 3. parte praxi. benefic.

§. Plumbum autē quod pro tegulis po- neretur, aedificij esset ait Labeo: sed id quod in ripa hypathrij tegendi causa po- neretur, contra esse.

Expositio textus.

Hic §. obsecratus est, ac duobus legitur modis a doctōribus: ego alio modo, de quo inferius. Et pri- mō secundum communē intellectum docet plumbum ad cooperiendā domum loco regularū aedi- ficij esse: si vero hypathrij tegendi causa ponatur, diuersum esse. & ideo hoc plumbū quo loco regu- larum vtimur domo vedita venit: illud verō quod esset in ripa tegendi causa non venit, & dicitur esse in ripa, non in ripa fluminis, vt quidā intelligebāt. est enim ripa id quod flumen continet, naturalem curius sui rigorem tenens, l. 1. §. ripa. ff. de flumini. sed hoc plumbum erat parietis inhaerēs, erectūq; ita subsistebat, ne humi iaceret penitus & ita dicitur esse in ripa. Vnde tamen si tabulae plumbeae quae in tecto sitae erant aedificij pars forent, illae tamen quae sepositae muro adhaerēt, vt paulo post appo- nerentur, aedificij partē non esse, licet ad eum vsum destinatae, vt pro tegulis tecto inseruient. Vnde le- gato vel vendito edificio, illud plumbum erectum & destinatum ad cooperiendum domum non veni- et in venditione domus, vel legato. haec Alex. in libro genial. 1. cap. 25. in fin. & tunc non est in text. hypathrij, sed id quod in ripa tegendi causa pone- retur, contra esse.

Alciati & Budai opi- niones vtrūq; bato.

Secundō Budae. & Alciatus hic legunt in text. hypathrij tegendi causa poneretur. & omittunt verbum ripa, dicentes sic legendū & intelligendum textum. Nempē apud veteres mos fuit media spatia quae in- ter porticus sunt adornare, ambulationesq; eas pul- cherrimis pauimentis sternere: & hypathria, quod sub aperto aere sint, appellare. Igitur huiusmodi tem- pore ne propter gelu vel niues ea pauimenta cor- rumperentur, plumbo forte vel alia materia tege- bantur, quae astate demum tollebantur. Merito id non esse aedificij constat, cum ad structuram non pertineat, & perpetui vsus causa non apponeretur. itaque astate in hypathriis solis ardores expansis vel is defendebant. Et ea vela Casius in l. quaesiti. §. de velis. ff. de fundo instr. supellētili adscribit. Sic tamen hunc textum in vtroque intellectu acci- piunt vt aliquud ex eo dematur: nec tamen melior intellectus resultat, quinimo contra iura, vt in infe- rius patebit. quāobrem alius quergendus est, in quo omnia text. verba adsint, soluanturque contraria.

Hypathria & Hypa- thrium.

Itaque aduertendum est, quod *inādipta* sunt deam- bulationes subdiales. *inādipta* est spatium, siue locus sub dio expositus, ab *inā* & *dipta*, quasi sub arthere. inde *inādipta* sub dio moror, vel serenum reddo. nam sub dio esse, est sub libero caelo esse, vt asserit Iurifcon. in l. pen. §. construant. ff. de via publ. ibi, quae sub dio sunt caelo libero. Igitur sensus huius text. erit, quod plumbū quod ponitur pro tegulis, id est loco regularum, aedificij est, si impositum tecto sit, vel ex tempore quo imponitur. illud verō quod non est tecto impositū, nec imponitur, non est aedificij, quāuis in ripa hypathrij esse: causa te- gendi domum, siue hypathrium domus. Pro hoc

facit l. granaria. in si. ff. de acti. empt. ibi, tegulae quae nondū aedificijs impositae sunt, quāuis regendi gra- tia allatae sint, in ruitis & caelis habentur. & sic potest intelligi hic tex. Vnde domo vendita id plumbum debetur quo iam domus cooperta est, vel quando cooperitur, quia aedificij est, & totum aedificium est venditum, & sic illud plumbū. Sed si plumbū post- tum fuerit in ripa hypathrij causa tegedi domū vel hypathriū, nondū tamen erat impositū, nec im- ponebatur, nō esse aedificij Labeo ait: quia quod est in ripa hypathrij, nō cohaeret nec affixū est aedificio: ideo aedificij nō est, licet sit ad aedificiū destinatum.

Et quamuis ripa dicatur extremitas terra aquae vicina: tamen potest etiā aliquādo extremitas loci ripa vocari, vt hic. proinde sicut domus via circun- data insula vocatur, vt superius dixi: ita & ripa extre- mitas domus vel loci. nam in ripa hypathrij plum- bum ponebatur, ne deambulationes in hypethrio impedirentur, & hypathria inutilia essent. & ideo dicitur in ripa: quia sicut in extremitate porticus so- lemna ligna vel alia locare: ita & in hypathriis hoc plumbum locabatur, vt ibi custodirentur, donec domus vel hypathrium cooperiretur.

Nec placet sententia Alciati, videlicet quod hy- pathria tegebantur hyeme, & astate discooperie- bantur. nā & fac esse: tamen illud plumbū sic factū ad cooperiendū hypethria singulis annis veniret aedi- ficij nomine, habita scilicet ratione hyemis, licet astate tolleretur, & edū esset. §. si. infra eod. vbi sic dicitur, Structurā loci alicuius ex tabulis factā quae astate tollerentur, & hyeme poneretur aedij esse ait Labeo: quoniam perpetuo vsui parata essent: ne- que ad rem pertinere quod interim tollerentur.

Ecce igitur quod plumbum ad hypethriū tege- dum in hyeme aedij esset, quia perpetui vsus gra- tia positum esset: quod tamen negabat intellectus Alciati ad istū textū & licet §. si. infra eod. exprimat solum structurā, tamen idē vult in plumbo & aliis per rationem, quia perpetuo vsui parata sunt. & si velles dicere plumbum plus esse quam tabulas: dico tabulas eburneas vel cupressi, plus esse: & ta- men etiā venient, si ad vsum perpetui domus pa- rata essent. & hoc probat d. l. granaria. in si. ff. de acti. empt. ibi, aliud iuris est in his quae deaeratae sunt, vt reponerentur: aedibus enim accedunt. Quāobrem abiecto intellectu Alcia. & Budai, hērendū paratē huic postremo. Quemadmodū videmus decium in putealibus, id est cooperatoriis putei, vt aedificij sint: & idem de cooperatorio hypethrij a fortiiori di- cendum erit, l. lulia. §. si. ff. de acti. empt. l. fundi. §. item. vbi sic dicitur: itē quod insula causa paratum est, si nondum perfectū est, quāuis positum in aedi- ficio sit, non tamen videtur aedij esse. ergo si per- fectum esset plumbum etiā ad hypethrium tege- dum, & tectum semel fuerit hypethriū, aedij esset & sic veniret domo vedita, vel legata. & hoc etiam probat ibidem §. Labeo, dicens ea quae perpetui vsus causa in aedificijs sunt, aedificij esse: quae verō ad praesens, non esse aedificij.

Ex his ergo patet hunc tex. sic intelligendum, vt plumbum quod nunc ponitur pro tegulis, vel iam est impositum, aedij sit, id est pars aedificij: & venit vendita vel donata domo. idē in plumbo quo iam cooperatum sit hypethriū, vt singulis annis in hye- me reponeretur. si tamen illud plumbū est in ripa hypethrij, & non est aedificij: & sic non veniet domus no- mine, nec per donationem domus erit illud plum- bum donatum, quod non fuit aedificij, nec affi- xum aedificio, nec perfectum.

Idem dico siue illud plumbum esset appositum in alia parte domus causa tegendi domum, vel hy- pethrium, vt non sit aedij, antequam apponatur,

& edificio cohereat. & ob id dicitur in hyperthrio fuisse positum causa frequentioris usus. Quia frequentius contingit ea qua afferuntur ad construendam domum locari in porticibus & hypethris, quam in alio loco: quia hypethria solent esse vacua: alia autem partes domus plerumque occupare. Ceterum habebit locum rex. vbi cumque fuerit appositum plumbum, per auct. cassi. C. de sacrosanct. eccle. gloss. in clem. 1. de referis. & idem si fuerint lapides, postes, fustes, vel lateres, vt adificij sint, si appositi sint adificio: alioqui non, per istum tex. & iura superius adducta. quod est vtile, vt dictum fuit.

Plumbum.

Plumbum est genus metalli nobilissimum, de quo scribit Plin. lib. 34. c. 16. cuius duo sunt genera, vt ibi per eum.

Tegulae.

Tegulae. Tegulae sunt quibus domus teguntur, a regendo dictae, Galice vocamus *tuiles*. Vnde Iurisc. ait: si ex aedibus promissoris vento tegulae deiectione damnum vicinis deiderint, ita cum teneri si adificij vitio id acciderit, non si violentia ventorum, & c. l. fluminum. §. Seruius, & l. d. in insectis. §. ff. de dano in fec. de regulis loquitar lex, rerum mixtura. §. Labeo. de vscap. & l. si alius. in fin. & l. nam si ramos. quod vlt. etiam. & l. 5. ibidem. l. 1. de tigno iniuncto. l. feruitates. §. si ante. de feruit. vrba. predio. & videte que dixi in l. rugurii. & in l. proxima, in verbo rectorio, sup. eo. & has tegulas primus inuenit Cinyra Agriopae filius, vt est nobis restis Plin. lib. 7. c. 56.

Pro tegulis

Pro tegulis, id est loco regulari. & de hac dictione multa scripsi in interpret. l. vnic. C. de sent. quae pro eo quod interest, in gloss. 2. & supra.

§. Viduam non solum eam quae aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem quae virum non habuisset, appellari ait Labeo: quia vidua sic dicta est quasi vacors, vafanus, qui sine corde aut sanitate esset: similiter viduam esse dictam sine duitate.

Iurisc. hic tria dicit: primo vidua dici eam quae quandoque virum habuit, & nunc non habet: & eam quae nunquam virum habuit. Secundo probat quod vidua dicta sit quasi vacors & vafanus. Nempe vacors dicitur qui sine corde est: vafanus qui sine sanitate est, quauis eam nunquam habuerit. Tertio etiam viduam dici quasi sine duitate, quod non sit dualis.

Vidua quae dicitur.

Ex praemissis constat viduam appellari viduam cuius maritus mortuus est. 34. dist. c. vidua. sed etiam viduam dici quae nunquam virum habuit, & dicta est quasi vacors, quod sine duitate sit. Duitas ergo dicitur quando sunt mas & foemina, vt in matrimonio est, teste Angel. Politia. in annotat. in Pandect. cap. 52. quod in hoc text. probatur.

Vidua nomen unde ducatur. Iduare.

Vidua etiam dicitur secundum quosdam quasi valde idua, id est valde diuisa: vel vidua, id est viro diuisa. Iduare enim Hetrusca lingua diuidere est: inde idus diuisio, vt scripsi in l. cum bisextus. sup. eo. ista est sententia Hugo. posita in glo. d. c. vidua. 34. dist. c. & Macrobius quae refert Catellia. Cotta in 2. parte memorialium in verbo diuitias.

Dualitas. Dualis nomen in apud quos in usu.

Inde dualitatem philosophi nostri dixerunt, & Graeci *dyada* vocant, & dualem numerum habent, cum de duobus tantum loqui volunt: pluralem autem cum de pluribus in omnibus fere nominibus. sed Hebraei nisi in rebus quae natura geminae sunt, vt sunt oculi, manus, brachia, pedes, nares, & alia pauca, habent dualem: sed singulari & plurali contenti sunt instar Latinorum.

Feria viduae in nuptiis

Vnde veteres nuptiis copulandis calendas, nonas, & idus religiosas, id est deuitandas censuerunt.

hi enim dies praeter nonas feriati sunt. feriis autem cuiquam vim fieri placulare erat. Ideo tunc vitantur nuptiae, in quibus fieri vis virginibus videtur. sed Verrium Flaccum iuris Pontificij peritissimum dicere solitum refert Varro: quia feris tergere fossas liceret, nonas facere ius non esset. Ideo magis viduis quam virginibus idoneas esse ferias ad nubendum tradit Macrobius in lib. saturnali. l. c. 15. & alia pulchra ibi scribit.

Alciati opinio improbat.

Alciatus praefatam Labeonis sententiam vix scit quantum approbet, dicens eam esse elegantiore & subtiliorem quam veriore: quasi Iurisc. dicta dependere ab eius approbatione, nec sufficeret Iustiniani Imperatoris approbatio in ti. C. de veter. iure enucle. ait enim: quomodo vidua a va & duitate dictam credamus, cum haec dicitio in r. syllaba corripiatur, quae, si Labeonis sententia vera esset, produci deberet? Vercors enim vefanusque producit.

At contra ipsum retorquere possum, quod alias idem ipse Alci. praefertens auctoritatem Iurisc. dicit c. 4. lib. 9. parergon, his verbis: id argumentum hand tam efficax est, vt grauisimorum Iurisc. auctoritas magis me non moueat. sic quoque illa ipsa grauisissimi Iurisc. Labeonis me magis mouet quam Alciar. argumentum, quod equidem grammaticorum trivialis schola solueret.

Nempe quod vacors vafanusque a va composita producantur. esto sane: nempe multa vocabula simplicia breuiatur: exempli gratia, iugum adducamus. Virgil. in Georg.

Dum iuga montis aper. fluuios dum piscis amabit. & tamen in compositione prima producitur, vt iugerum. Iuuenalis:

Iugibus paucis lumbos donare clientis. & Tibullus:

Vt multo innumeram iugere pascat ouem.

Maxime hoc procedit, quando vocalis in aliam vocalem mutatur, vt hic. Dicimus enim vidua, & non vadaam. tunc enim propter diphthogum produceretur vadaa: sed diphthogum mutatur in i, breue, & dicimus viduam. hoc etiam probari potest. nam prima syllaba dictionis huius homo corripitur: Horatius saty. septima: aut insanit homo, & c. tamen humanus producitur, licet ab homo dictione deducatur. secundum quosdam etiam prima in verbo arco longa est. Virgil. in Aeneid.

Ac voluit immixti diuisis partibus ignes

Arentem in siluam. & tamen prima in dictione arista breuis est, quamuis ab arco deducatur: Virgil. primo lib. georgicon:

-Ne grandis procumbat culmus arista. & in prima ecloga:

Post aliquot mea Regna videns mirabor aristas.

Prima in luceo producitur. Ouid. de meridia ait:

Qualia sublucent fugiente crepuscula Phabo,

Aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies.

Sed prima in voce lucerna corripitur, licet a luceo deducatur. Iuuenal.

Disposita pinguem nebulam vomuere lucerna.

Alia innumera adduci possent: sed haec ratiis sufficere, alia nunc omittam. Sic argumentatus est Alci. in l. inter illa. §. pueri. & l. prauaricatores. sup. cod. Nec mirum igitur est, quauis hoc nomen vidua a va deducatur, vel iduare, si in quantitate mutetur naturam simplicis. quae latius grammaticis discutienda relinquo.

Minus obstat quod Iurisc. hic similitudinem faciat de vidua ad dictiones vecors & vafanus. Ergo eodem modo produci debet vidua, sicut vacors & vafanus. Respondeo hic Iurisc. facere similitudinem, vt sicut vacors a va & corde deducitur: ita & vidua a va & duitate, & sufficiat simile esse quoad quid, licet non quoad omnia, l. 1. ff. de arbit. glo. in c. non potest. de praeben. in 6. Panor. & Dec.

in

in c. cum venerabilis. in glo. 1. de except. nec Iurisc. conf. respexit ad quantitatem syllabarum: de qua disparent grammatici: ideo quoque haec Alciati sententia subtilior est quam vtilior.

Alia Alciati opinio impugnata

Item rursus Alci. ait: quomodo item ab etymologia vocabuli affirmatiue argumentabimur, vt quia sine duitate puella sit vidua dicatur, cum huiusmodi argumentum non consistere frequentius receptum sit: Respondeo, ab etymologia argumentabimur negatiue, vt non sit de meo tuum, ergo non est mutuum: non est testatio metis, ergo non est testamētum: non est cum duitate, ergo non est vidua: vel est sine duitate, ergo est vidua. quippe illa dicitio sine negationis vim habet. text. in l. 1. iuncta gloss. C. de confort. eiusd. lit. l. non est sine liberis. l. plebs. sup. cod. l. 1. in princ. ff. de publi. l. libertate. de statulib. l. puberes. de verb. oblig. l. in concubinatu. de concub. pulchre text. in c. 1. vt lire non contest. l. pen. ibi, sine permissu principis. ff. de decurio. l. in fideicommissariis. de fideic. liber. lraque licet affirmatiue concepta videatur, tamen argumentatio negatiue & priuationem sapit, vt est text. pulchre in l. inter stipulatam. in princ. ff. de verb. oblig. vbi l. 1. in 3. nota. inquit, Oratio dicitur negatiua quae sensum habet negatiui vel priuatiui, patet quae cumque verba concipiatur, & plura pro hoc adducit. Cum igitur dicimus, est sine duitate, ergo est vidua: & negatiue arguimus: sicut si dicatur, est sine meo, ergo non fit tuum: est sine testatione mentis, ergo non est testamētum: ac si negatiue argueremus verbis. Et hoc est omnibus parens, vt scripsi in l. ager. supra cod.

Negatiua ratio dicitur quae vt si per se non negat, sed solum tamen habet negatiuum

Argumentum affirmatiue arguens, valet etiam ab etymologia

Conclatio §. item lex iulia. in fin. de publ. iud. cu hac lege.

Item et si affirmatiue argueremus, tamen etiam argumentum valet ab etymologia, quando auctoritas vel definitio non repugnat, vt Bar. & alij scribunt in d. l. 2. §. appellata. sicut in hoc casu dicere possumus. Feli. in proemio decreta. Gregor. orig. Est potius quaedam allusio quam etymologia. prima tamen videretur melior.

Adhaec non parum mouet Alci. leg. Iuliae exemplum, quae viduam a virgine separat, §. ite lex Iulia de adult. in fin. de publi. iud. vbi iustitiam committi dicit, siue quis virginem sine vi, vel viduam honeste viuente stuprauerit. respondeo, Imperator hoc fecit causa facioris doctrina, vt demonstraret quibus casibus stuprum committatur: & tam in virgine quam in vidua expressit: quia licet virgo dici possit vidua, tamen non omnis vidua virgo est. at illa quae nupsit, virgo dici non potest. ob id necesse fuit ad declarandum quomodo stuprum committatur, exprimeretam in virgine quam in vidua committi, videlicet quae aliquando nupta fuit, & nunc virum non habet. & ibi separat nomine, sed non iuris decisione: quia in vtraque punitur stuprum. Et licet dicitio quis & alia contingant foemininum, tamen interdum vtraque exprimitur, vt abunde probaui in l. 1. sup. eodem.

Et sic vidua dicitur tam quae non habuit virum, quam quae habuit, & nunc non habet. & hoc ex vocabuli proprietate: quia Iurisc. si improprae hic locutus fuisset, hoc dixisset: ideo proprie hoc dicimus. quauis ex lata significatione sustineri Iurisc. hic dicit Alci. & quidam docto. in c. ex tenore. de foro cope. sed repugnat huic textui dicenti appellari, quod proprietate notat, l. heres. ff. de vscap. l. quaesitum. de re iudi. l. prauaricatores. & in l. collegarum. supra cod.

Vidua appellatione quid veniat.

Regula igitur est quod viduae appellatione veniat mulier quae non habet virum, siue nunquam habuerit, siue habuerit, vt hic.

Vidua appellatione quando virgines non censentur.

Primo limitatur ex communi usu loquendi: nempe communis usus loquendi viduam dicit illam cuius maritus mortuus est. c. vidua. 34. dist. c. significanti. bus. de offi. deleg. c. ex tenore, & c. ex parte. de foro cope. vbi expresse hoc tradit Panor. sequitur Feli.

in proemio decret. col. 2. dicens quod etiam in correctoriis & exorbitantibus verba debent capi secundum communem usum loquendi. allegatur Mathesilla no. 96. & Bar. in l. 1. in prin. ff. de suis & legi. alic. afferens quod licet de proprietate vocabuli appellatione bestiarum veniat ferax, vt leones, & vrsi, l. l. §. bestias. ff. de postul. tamen communis usus loquendi, per quem animalia etiam domestica dicuntur bestiae, preualet. & sic possumus dicere quod quantum secundum proprietatem vocabuli viduae appellatione veniat mulier omnis generaliter quae non habet virum: tamen usus obtinuit vt illa tantum viduae appellatione contineatur cuius maritus mortuus est, c. quanquam. 2. q. 7.

Ex quo inferitur quod priuilegia quae competunt viduis de quibus in tit. C. quando Imper. inter pupill. & vidu. non competunt virginibus quae nunquam habuerunt maritum: quae numero quindecim priuilegia scripsi in tract. de sentent. prouisio. artic. vltimo in 1. tomo coment. in consil. Regi. Gallic. vbi inter miserabiles personas continetur. & inde dicitur viduitas, quae in virginibus imperari non debet. Inde non valet conditio, si talis non nubat: nam in virgine debebitur legatum etiam si nubat: sicut in vidua, l. 2. & athen. ibi posita. C. de indict. vidui. tollit. facit l. heres meus. in fi. & l. hoc modo. ff. de conditio. & demonstr. Felix quidem est & beatum vtrique contrahenti primum matrimonium, in §. sola. in auth. de nupt. colla. 4. Benedic. in repet. c. Raynutius. in verbo cuidam Petro. de testa.

Priuilegiis viduarum quae praeter ea gaudent.

Item licet ex communi usu loquendi illa quae inutilem habet maritum, forte deportatum vel alio modo inutilem, non vocetur vidua: tamen gaudente priuilegiis viduarum debet, per glo. in l. si plagij. C. ad leg. Fab. de plagi. & quae ibi addidi. ideo in arbitrio iudicis versabitur, quando haec debeat gaudente priuilegiis aliam viduam, & quibus & si iudex videat in illa eandem esse rationem, priuilegia eidem competere declarabit.

Ab hac dictione vidua tractu est verbum viduo, quod significat priuare. Virgil. §. Aeneid.

Viduo, are.

-tam multis viduasset cinibus urbem. Et vidua is pecudibus ager, id est priuatus. & in l. si qui orthodoxa. in fi. C. de heret. ibi, & omni cultu vacare, & omnibus sacris & solitis viduari mysteriorum, omni splendore priuari, & c.

Vidua, are.

Praeterea vidua mortuo marito retinet dignitatem quaerit ratiis mariti, l. foemina. ff. de senat. & illius priuilegia. l. quoties. C. de priuil. schol. li. 12. vbi Rebuff. & domicilium. in l. fin. §. 1. ff. ad municip. & viri sepulturam. c. is qui. de sepult. in 6. nisi impudice viueret, l. his solis. C. de reuocan. donati. §. fin. in auth. de resti. & ea quae parit in vndecimo mense, colla. 4. athen. eiusdem. C. de secund. nupt. Tres limit. tradit Feli. in d. c. ex parte. quas habuit a Corser. in tract. de potesta. Reg. q. 29. sed parum frequentantur, ob id eas missas facio. Vidua non potest tamen deferre arma sui mariti, qui maieftatis crimine vel haeresis est condemnatus: vt vidi in quadam comitissa, cuius maritus fugerat ad Turcam.

Vidua mortuo marito quid retinet.

Adhaec qui desponsat viduam, ad debita ipsius persolueda de consuetudine huius patriae tenetur. nam vulgo dicitur. qui desponsat la femme, epouse les debtes, argum. illius qui aliquem adoptauit, vt ad onera adoptati teneatur, l. Lucius. §. idem respon. ff. ad municip. & ideo Imperator ait, viduas in coniuges non esse eligendas, in rub. de non eligendo secund. nub. colla. 1. multa de his viduis scribit Benedic. in repet. c. Raynutius. in verbo qui cum alia. addi. no. de testa. ad eum nunc vos reuocet.

Vidua quae desponsat. ad eius debita tenetur.

§. Structuram loci alicuius ex tabulis factam, quae aetate tollerentur, & hyeme

ponerentur, ædium esse ait Labeo: quoniam perpetui vsus causa parata essent: neque ad rem pertinere, quod interim tollerentur.

Tria dicit: primò quod structura de tabulis facta, quæ æstate tollitur; & in hyeme reponitur, est ædium. in secunda parte ibi, quoniam perpetui. assignat rationem, quia illa sunt parata ad perpetuum domus vsum. tertia tollit obiectionem, eo quod amouerentur, non videbantur esse ædiu: quia non ad rem pertinet. Nihil enim facit, licet tollantur interim, quia ob hoc non desinunt esse ædium, postquam erant ad perpetuum illarum vsum parata. vnde si quis vendiderit domum, vel donauerit, ista, postquam sunt ædium, emproi & donatario debentur. Et quamuis hæc lex loquatur de structura ex tabulis facta, idem tamen putarem si ex plumbum vel ex alia materia, vt superius scripsi de hypæthrio in §. plumbum. proximo.

Struere. Structura. Struere ordinare est. Structura, ædificiũ & compositio, seu ordinatio alicuius rei, vt hic. scripsi in l. in iuris. supra eod.

Ex quo inferit hic Alcia. quod telaria, vel vitraria (quibus in fenestris vitimur, & Gallicè vocantur *chassis*, licet nos soliti simus papyro, aut vitro conficere: & vocare poterimus fenestras papyraceas, aut vitreas) debeantur vendita domo, licet in hyeme eis tantum vitamur, & in æstate soleant amoueri, per istum text. & in l. fundi. in ff. de actio. empr. vbi ea quoque quæ ex ædificio detracta sunt vt reponantur, ædificij sunt: at quæ solum parata sunt vt imponantur, ædificij non sunt, nisi in perpetuum vsum parata sint. idem in aliis iuris & cæsis, vt in l. in iuris. supra eod.

Idem putarem si in æstate apponantur, & in hyeme amouantur: vt vidi interdum in æstate telaria, seu vela ad cooperiendum porticus apponi, ne caloris intemperies noceat domum habitantibus: & ante fenestras vidi etiam tabulas apponi, vt sol repellatur: ea omnia postquam perpetui vsus causa facta sunt, ædium sunt. ideo vendita domo debentur, etiam quæ alteri ædificio non facile conuenirent, nec vsui magno esse possent, vt scripsi in l. in iuris. supra eod. idem docet Alcia. in specularibus.

Intellige quod si naui in totum destruat, & ex tabulis alia conficiatur, alia erit naui. idem in domo dicemus, quando vsque ad aream deposita est, & funditus destructa, tunc noua erit domus, si refecta sit: secus si pars remaneret, text. in l. inter. §. sacram. in fin. ff. de verb. oblig. quicquid dicant tibi docto. & in l. granaria. de actio. empr. l. domum de contrah. empti.

Tollerentur, id est amouerentur, auferrentur. sic capitur in l. derogatur. & l. hæc verba, ille aut ille. supra eo. l. 3. §. item. de aliena. iudic. ibi, tuis impensis id opus tollere debes. I. quamuis. de arbit. ibi, non enim differendarum litium causa, sed tollendarum ad arbitros iur. Tollere impensas. l. viles. in fin. ff. de peti. hered. Est enim vsusfructus in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est. l. 2. ff. de vsufr. Viridia tollat. l. quotiens. 1. de seruit. Sterquilinum tollere. l. si quando. in fin. ff. si seruit. vind. Aquam tollere per rorã ex flumine. l. 2. cõm. præd.

Interdum pro diruere, demolire, destruere, detrachere, vt in l. iurigenium. §. adco. ff. de pact. ibi, nam si potest tora res tolli, cur non & reformari? l. si arborem. §. per contrariũ. ibi, interdum dici potest eum quoque qui tollit ædificium vel deprimit luminibus officere. de seruit. vrb. præd. Tollere ædificium. l. si autem. §. penult. & l. Iulia. 2. de rei vindica. vsu tolluntur, id est consumuntur, l. 1. iun-

ta rubr. ff. de vsufr. carũ rer. quæ vsu consumuntur. Tollere interdum pro eleuare. Inde seruus alius tollendi. l. 1. & l. si domus. ff. de seruit. vrb. præd. & in §. sed ista. de actio. in Instit. l. in tradendis. com. mun. præd.

Perpetuo vsu. Perpetuum quot modis accipiatur glo. docet in l. ff. pro foc. vbi etiam addidi.

SCAEVOLA LIB. XVIII. DIGEST.

Lex ccxliij.

Scæuola respondit: semper receptum est, vt libertorum appellatione etiam hi contineri intelligantur, qui eodem testamento vel posteriore loco manumitterentur: nisi manifeste is à quo peterecetur, contra defuncti voluntatem doceret peti.

Primò ponitur dictu: secundo limitatio. Secunda ibi, nisi manifeste. Et hoc vult dicere hic text. videlicet quod libertorũ appellatione continentur non solum illi qui erant in eodẽ testamento liberti, sed etiam si postea facti fuerint, vnde si pater assignauerit vni ex filiis suos libertos in prima parte testamenti, & postea duos vel tres libertos fecit, illos etiam filio assignasse videtur, siue eis dederit libertatem in eodem testamento, siue in codicillis, per istum text. vt eadem verbo. semper receptum vel acceptum est. & verbo posteriore loco, non dicit testamento: quæ omnia postunt referri etiam ad codicillos. Et ita sentit Alcia. hic. & de hac assignatione est titulus. ff. de assign. libe. de quo plene scripsi in l. assignare. supra eod.

Limitatur si de cõtraria testatoris mente appareat, per istum text. ibi, nisi manifeste, & c. ergo si testator assignauerit libertos primogenito, & postea manumiserit duos quos voluit esse de familia secundo geniti: tunc hi duo in prima assignatione non comprehenduntur: quia manifeste appareat de mente disponentis. quam mentem debet probare is qui allegat, vt patet in fi. huius text. ibi, contra defuncti voluntatem doceret: cum verbis adhaerendum sit, l. non aliter. ff. de leg. 3. nisi appareat de contraria mente, de qua docui in l. nominis. 1. §. 1. supr. eod. facit lex, libertorum. supra eod.

Ita autem mens probari poterit ex altera dispositione, vel ex præcedentibus & sequentibus, & aliis coniecturis descriptis in l. si seruus plurium. §. fin. in glo. ff. de lega. 1.

Item ponderanda est dictio manifeste, vt is qui probat voluntatem defuncti manifeste illam probare debeat, non semiplene: alias succumbet, & absoluetur reus, actorem probante, l. qui accusare. C. de eden.

Nec refragatur, quod probari possit per coniecturas. respondeo, id etiam manifeste apparere quando ex coniecturis manifestis probatur, l. doli. iuncta. C. de dolo. l. licet. ibi, euident voluntas. vbi las. de legat. 1. superius dixi de manifesto dolo in l. latæ culpa.

Manumittitur. Collige quod manumissio ad seruos pertinet, non ad filios: emancipatio vero ad solos filios, l. 1. §. alienatio. ff. quando actio de pecul. est annal. ibi, alienatio autẽ & manumissio ad seruos pertinet, non ad filios: mors autem tam ad seruos quam ad filios refertur: emancipatio vero ad solum filium.

Interdum tamen verbũ manumittere ad filios quoque & nepotes refertur: & quidẽ proprie, quia ira manumittitur, id est manu mittitur filius, sicut & seruus, per text. in l. liberum. & l. emancipati. ff. de adopti. licet glo. ibi dicat improprie: tamen text. non vitur verbis impropriis.

Tollere pro eleuare.

Perpetuo vsu.

Mens testatoris quomodo probetur.

Absoluitur reus alore non manifeste probante.

Manumissio & emancipatio quod differant.

Verum

Verum communius refertur ad seruos, vt patet in tit. de manumiss. ff. & C. & in rub. de manumiss. testa. & vindic. & in rub. de manu. quæ seruis ad vniuersi. pertinet. imponun.

Doceret pro ostenderet, probaret hic accipitur. docere etiam est erudire, instruere, l. liberorum. supra eod. inde doctrina, eruditio, l. impense. §. viles. supra eodem.

Docere pro probare. & erudire.

LABEO LIB. IIII. PAVLO Epitomat. Lex ccxliij.

Si qua pœna est, multa est: si qua multa est, pœna est. Paulus: vtrumque eorum falsum est. nam que harum rerum dissimilitudo ex hoc quoque apparet, quod de pœna prouocatio non est: simul atque enim victus quis est, eius maleficii cuius pœna est statuta, statim ea debetur: at multæ prouocatio est, nec ante debetur, quam aut non est prouocatum, aut prouocator victus est: nec aliter quam si is dixit, cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apparere poterit, quia pœnæ certæ singulorum peccatorum sunt, multæ contra: quia eius iudicis potestas est quantam dicat: nisi cum lege est constitutum quantam dicat.

Primò hic reprobat id quod quidã affirmabant, pœnã esse multã, & multã esse pœnã. nam hoc falsum esse asserit Paul. quod probat ex dissimilitudinib. & differentiis sequentibus. Etia quæ nomine differunt & re differre debent, à nullo. C. de feriis. sed pœna & multa nomine differunt: ergo & re. alias frustra essent duo nomina inuenta, l. si iidem codicilli. C. de codicil. & hoc probatur vt sequitur.

Namque harum rerum dissimilitudo. Prima dissimilitudo seu differentia inter pœnam & multã est, quod à pœna non prouocatur. Ratio est, quia à lege imponitur, vel ordinatione, à qua nõ potest appellari, quando ab eo est edita à quo appellare nõ licet: vt pote à principe superiore non recognoscẽt. l. si res. vbi Bar. col. 2. ff. de appella. recipi. text. & ibi doct. in c. quia nos. de appella. Decius in c. confuluit. 3. illo tit. facit text. in l. 2. §. ex actis deinde Regibus. ff. de origi. iur. ibi, neque prouocatio ab eis sicut à reliquis magistratibus fieret, vbi à decemviris, quibus summũus erat datũ ad corrigendum & interpretandum leges, prouocatio sublata erat. Scripsi in rub. de constit. in cõcorda. nam grauiorem legis non est grauiorẽ, Bal. in c. ad nostram. col. 2. de appella. quia legi omnes obedire debent, text. in §. arripit. in authen. vt oēs obediat iudicibus prouinciarũ. colla 7. & ab omnibus debet leges custodiri. l. leges. C. de leg. & sic ab eis appellare nõ licet.

Simul enim atque victus quis est. Item in pœna proprio est, vt simul atque quis est victus alicuius maleficii, statim pœna debetur: vt si quis sit falsi conuictus & condẽnatus, statim pœna falsi debetur, & sic bonorũ publicatio est, sicut lex. Cornelia. Instit. de publi. iudi. & verbũ victus importat sententiã.

Vnde si dånatus intra decem dies ad appellandum moriatur, pœna ad heredem transit, cũ statim debeat, vt hic, & in l. ex iudiciorũ. ff. de accusa. sed eius in condẽnato ad multã: qui si decederet intra decẽ dies, multa non transibit ad heredẽ: quia

Pœna à multa quod differat. & pœna nõ est prouocatio.

Grauiorem legis non est grauiorem.

Vbi quis maleficii alicuius victus est, statim pœna debetur.

Dånatus si intra decẽ dies ad appellandum moriatur.

non debetur statim, vt dicit iste text. & Bar. sic elucidiat hic, sed Bal. in l. vna. C. ex delict. sciencia. c. 13. contrarium tenet, vt in vtroque facta cõdemnatione heres teneatur, per d. l. ex iudiciorum, sed appellationẽ prosequi heres potest, in qua si dicatur male appellatũ. & bene iudicatum, ipse soluet dictam multã: si autẽ dicatur male iudicatum, nil præstabit. & ista sententia Bal. seruat in forenũ iudicio, vt plene etiam explicat Boer. in decet. Burdega. 64. sed quid si condẽmnatus.

Limitatur iste text. in declaratione pœnæ, à qua pars appellare potest: quia non est sententia legis, sed hominis, à qua prohibitũ nõ est appellare. glo. singul. in c. cupientes. §. quod si per viginti. in verbo priuatos. de elect. in 6. secundũ Roma. singul. 213. à pœna. glo. & doct. in c. quia nos. de appella. Curtius senior c. n. 20. sapenũmero. nu. 57. Perus. in c. fa. pe. no. 3. de appella. Fel. in c. Rodulphus. col. penul. de rescrip. & in c. cum non ab homine. col. vlt. de indi. vbi dicit allegando Bal. in l. vna. C. ex delict. defunct. quod pars non debet dicere Appello ab ista pœna, sed sic, Appello, quia non cõmisi illud delictum, vel quia non est probatũ me incidisse in pœnam.

Secundò non procedit de consuetudine Franciæ, per quã omnis cõdemnatus appellat, nec causam exprimit in appellatione instrumento: quia est sententia diffinitiuã, in qua sufficit dicere, Appello, l. 2. ff. de appella. c. 1. illo tit. in 6. sed in processu & grauioribus dicit perperã se condẽmnatum. & iudex appellationis hoc iudicabit, vt scripsi in l. aliud est fraus. §. 1. supra eodem. ideo istum text. intelligere possumus quod à pœna à lege imposta non est prouocatio: vt si fur vellet appellare à pœna fustigationis imposta à iure contra furem: vel si falsarius iudicialis vellet appellare ab impositione pœnæ mortis facta à configuratione Regi contra falsarium, non audiretur, sed si condẽmnatur ad mortem tanquam falsarius, prouocare poterit: quia forte non est fur, aut falsarius: & perperã fuit, & per falsos testes aut per fõrdes iudicatus talis.

Terriò iudex hanc pœnã declarare non poterit, nisi parte citata & audita. glo. singul. in clem. present. in verbo constitit. de pœn. quã ibi no. & Felinus plene in c. Rodulphus. col. 26. nu. 41. de rescrip. verũ citatur etia pars. docto. in c. cum lectum leges. de hæret. in 6. quia vbi quis hæc potest citandus est, l. de vno. ff. de re iudica. si tamen pars citata non compareret, posset pœna contra contumacem declarari, per c. certum. 11. q. 3. & c. 1. de iudi. sic expresse docet Barba. in c. n. 18. clem. titi. col. 18. in vol. 1. alioqui daretur materia calumniandi & non comparendi, & sic impunita essent maleficia, contra iura lita vulneratus. ff. ad legem. Aquil. c. vt famæ. de senen. excommu.

Sic quoque à fortuna, seu à iudicio fortis non appellatur: quia non habet in mundo superiorem. Bal. in l. fi. C. commu. de successi. §. penul. & in authen. vt omnes obediant iudi. prouincia. colla. 2.

Quod facit ad diuisiones bonorum, quæ inter fratres fiunt per sortem, vt non possint postea per appellationem retractari, nec haberi reuertus ad superiorem, nisi esset enormis laesio: tunc enim possit officium iudicis implorari, & peti in melius reformari, arg. l. maioribus. C. commu. vtriusque iudi. vbi Bal. refert Philip. Frauc. in rub. de appella. col. 3. nu. 6. facit glo. in clem. 1. de iure patto. in verbo oneramus. quã ibi ad hoc norant singulatẽ. vt ibi scripsi. imò etia diuisione facta iudicio fortis, per text. in l. veri. §. sciendũ. & §. si locupletati. ff. de minor. quia ibi ait Iurisconsul. quod factõ contingit cuius patriam. quamuis diligentissimo posset coniungere, &

moriatur, quomodo esset heres conuenienter.

Appellans quatenus audiendus.

Pœna non potest declarari nisi parte citata & audita.

A fortuna seu à iudicio fortis nõ appellatur.

Diuisio bonorũ inter heredes facta, per appellationem retractari non potest. Mors non restituitur contra factõ.

quia euentus damni restitutione non indulget, sed in consulta facilitas, neque utique qui minor est statim & circumscriptum se docuit, l. nam postea, §. si minor, ff. de iureiur. & non videtur esse circumscriptus minor qui vsus sit iure communi, l. fin. de ia integr. resti. C.

Arestum.

De euictione adimicte tenentur coheredes post diuisionem.

Minorem restitui diuisione bonorum facta, si in eligendo laesus sit.

A multa appellare.

Multam exigi possit pendite appellatione.

Multa ut exigitur, que requiritur.

Et sic fuit reiectus per senatum magister Petrus Quathelines Bituricensis ab heredibus magistri Dionysij Amorati, licet diceret se deceptum fuisse in duabus mille libris, & im petraffer literas Regias restitutionis ad hoc, sed eodē aresto fuit dictū, quod alij omnes heredes tenerentur de euictione, si aliquid euincatur a parte alterius coheredis, etiam si fuerit in diuisione dictum *sans garenter*, hoc probatur in l. qui Romā, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. Restringitur quando minor eligeret vnam partem in qua esset laesus sine iudicio sortis, quia tunc restituitur, per l. ait prator, §. sed & si hereditatem, ff. de minorib. quod Perus. vbi supra, dicit esse valde notandum. Et hoc est frequentissimum in ista patria, vbi solet per probos viros fieri partium bonorum coequatio, & postea sortis iudicio quilibet partem assumit, vt non debeat dari restitutio nisi probetur dolum interuenisse, quare ipsa aliquando ostenditur, si enormis laesio sit.

Hodie vidi obseruari in praxi, vt laesus in non modica re, etiam iudicio sortis, im petret literas Regias, quibus conceditur, non obstante diuisione dolo facta, si appareat magna laesio, vt alia diuisio fiat, vt scripsi in tract. de rescis. contract. in 2. tomo com. in const. Reg. Gall.

At multa prouocatio est. A multa prouocare & appellare pars cui est imposita potest: quia cum veniat arbitrio iudicis, illud arbitrari male potuit: ob id iudicium est appellare, & an appellatione pendente exigi possit, sequitur in tex. sequenti.

Neo ante debetur quam aut non est prouocatum. Et sic pendente appellatione multa non potest exigi, donec prima sententia fuerit confirmata, vel transierit in rem iudica. Et ideo questores olim ante quatuor menses in publicas tabulas minime eas referrebant, cum medio tempore contradicere liceret, de eoque consules statuerent, vt docet Alciatus.

Sed hodie in hoc Regno per ordinationem Regiam, quae est in tit. de ienten. execut. arti. 13. statutum fuit, vt multa imposita a iudicibus Regis & magistratibus, a quibus immediatē ad curiam superiorem appellatur, exigi possit, non obstantibus appellationibus, & sine illarū prauiudicio, siue illa multa parti applicari debeat, siue fisco: dummodo tamen pars de ea restituenda cautionē praestet, & illa multa non excedat 25. libras, vt abunde scripsi in 1. tomo comment. in dictas cōsti. Reg. Gallic. art. 15. tit. de senten. execut. poterit tamen post exactiōnem ab eo factā prosequi appellationē in parlamēto, si multā perperā sibi impositā probare possit.

Nec aliter quam si se dixerit cui dicere licet. Vult dicere iste tex. quod non debetur aliter multa quam si iudex imponat qui eam dicere potest: si verō is qui eam dicere non potest, imposuerit, nulla est impositio, ideo non debetur, nec est prouocatio, quia ab eo quod est nullū, non debet quis appellare, c. dilecto, de appella. in hoc tamen Regno appellatione opus esset, vt est in art. 4. tit. de sentē. in consi. Regi. vbi scripsi. Et sic haberi hic requiritur.

Primum quod multa sit imposita: secundum quod non sit prouocatum: tertium quod si prouocati fuerit, prouocator adhuc victus in causa appellationis fuerit: quartū quod multa sit imposita ab eo qui eam dicere poterat. Alias non exigitur, nisi vt supra dixi: videte quae scripsi in d. arti. 15. tit. de senten. execu. in consi. Regi. Galli.

Colligite tamē ex hoc tex. vim huius clausulae,

non aliter, vel nec alias, vt quicquid factū est in cōtrariū nullum sit, tanquā deficiente cōditione, glo. & ibi Bal. in l. siquidem. C. de excepri. vnde si restator prohibuerit alienationē bonorum suorum fieri, nisi in casu necessitatis, & non aliter, nec alias, non valebit alienatio in alio casu: vt etiam consilium Soc. consi. 251. quoniam in praesenti. col. 4. vers. Postremo, in 2. vol. quia paria sunt non fieri, vel sub conditione, l. pecuniam. Si cert. peca.

Item si emphyteuta alienet emphyteusim sine domini consensu, cum clam, saluo domini consensu, & non aliter, non priuabitur re alienata, etiam si dominus non consentiat, sed alienatio erit nulla: quia nil videtur actū: vt concludit la. in l. fin. q. 24. C. de iure emphyteu. Idem in vasallo qui vendidit castrū, vel feudum aliud saluo iure principis & domini, & nō aliter, vt non priuatur feudo: quia actus est nullus, & non intendit vasallus alienare, nisi de iure possit, hoc expressim decidit. Bal. in §. denique. in fin. quae fuit prima causa benefic. amirten. & de Ripa in lib. 1. de legi. respon. 2. nu. 22. arg. l. si quis locuples, ff. de manu mil. testa.

Item resignatio facta in fauorē Titij, & non aliter, alias, nec alio modo, non potest admitti, etiā a Papa simpliciter, & si fuerit admittā non valet: vt plene consilium la. consi. 86. in causa, in fin. vol. 3. nec censetur resignans amittere beneficium: nec alteri acquiritur, l. si me, ff. de acq. possess. glo. in verbo traditā. c. olim. i. de restit. spoli. nisi fraus appareat, vt dixi in §. 1. in glo. etiā in fin. de Regia nomi. nisi papa cōferret ei de quo resignās tenferit, vt scripsi in praxi benefi. in 3. parte, tit. de resign. cōdir.

Idem in clausula, non alias, vt dixi ibid. idem in clausula, non alio modo. Curt. senior consi. 8. viso instrumento. col. 2. sed hodie in instrumentis solet istae clausulae iungi: videlicet non aliter, nec alias, nec alio modo. Et tunc maiorem expriment voluntatem, vt verba geminata. l. ballista. ff. ad Trib.

Ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apparere poterit. Est & alia differentia inter pœnā & multam: videlicet quod pœnā sunt statuta pro singulis peccatis & maleficiis: ideo certae sunt, vt in rub. ff. ad leg. lul. maiesta. de adulteris, de ficiariis, & similibus, & per totum tit. de publ. iud. in Instit. secus in multa, vt sequitur.

Quia eius iudicis potestas est quantam dicat. Et sic in arbitrio iudicis est imponere quantā multā vult: quia haec multa iudicis ac alius magistratus cōtēptum fere respicit, l. vna. ff. si quis ius dicenti nō obtempera. Vnde quia iudex male potest arbitrari, appellare ab eo licet alioqui vnus iudex possit suū tantū aestimare contemptum, vt pars solucere iudicatum par non esset: vt forte si ad decem mille aureos condemnaret partem. Et hoc facit ad intellectum ordinationis Regiae in tit. de literis obliga. arti. 10. vbi qui male exequitur contra heredem, cōdemnari debet ad expensas, damna & interesse, & ad multam, non adiungit, quam ideo iudicem arbitrio relinquit, vt ibidem scripsi in 1. tomo commentar. in ordina. Regi.

Primū ista sunt intelligenda, vt iudex habeat potestatem imponēdi quantam multam vult, dummodo iuste imponat, & ex fide bona agat, vt docet Inrifcon. in l. creditor. §. Lucius. ff. māda. & ibi Bar. c. 1. in glo. vultis. i. distinct. Bal. in c. cum in iure. nu. 9. de offic. deleg. Alex. & la. in l. si sic. ff. de lega. 1. vnde non potest collator beneficij in mensibus graduatorum graduatum inhabilem gratificare, vt tradidi in §. statumimus. i. de collatio. in concord.

Nisi cum lege constitutum est quantum dicat. Secundū iudex non imponit quantum vult multā, quando est a lege vel cōstitutione taxata, vt hic, & l. eos. C. de modo multa. Bal. in l. vna, col. 3. C. ex delict. defuncto.

Non aliter, nec alias, quomodo in iure vjupetur.

Prohibita alienatione bonorum a restatore nō aliter quā casu necessitatis, quid obseruandū Alienatio emphyteu. si sine consensu domini, quomodo valet.

Resignatio facta in fauorē Titij & non alias quomodo valet.

Non alio modo.

Multam imponere in arbitrio iudicis esse.

Iudex multā imponere quomodo debet.

defuncto, nisi ratione paupertatis remitteretur, vel diminueretur, l. illicitas, §. fin. ff. de offic. praesid. & aliis de causis supra expressis in l. aliud est fraus. Bal. in l. cum certa. in fin. quando prouoca. non est neces. Et sic cum frivolo appellans ad senatum per cōstitutiones Regias cōdēnatur ad sexaginta libras, aric. de appel. illa multa non poterit augeri neq; minui, nisi a senatu, vt est in d. tit. de appella. arti. 11. & ibi plene scripsi in 3. tomo cōment. in cōstit. Reg. & nisi hoc esset permissum a cōstitutione, ve etiā taxata multa augeatur, vel minuatur, vt in opponēte se dolo praconis, vt in tract. de pracon. arti. 5. vbi abunde scripsi in 2. tomo cōment. in cōstit. Reg. & licet illa cōstitutio liberū relinquat iudicibus arbitriū cōdemnare ad maiorē summā, & non exprimat quod minuire eam possint: tamē dicerem iudices hoc posse, si culpa leuior inueniatur, vel pendē nulla: tum quod contrariorū est eadē disciplina, l. i. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. tum quod augmentū & diminutio sunt correlatiua: & quod in vno statuitur correlatiuorū, in reliquo locum habet, l. penul. C. de indict. vidui. tollen. & ibi permittitur iudici vtriusque possit pro malitia & calūnia partis: sic poterit diminaere pro simplicitate partis. Alioqui ius eidē non redderetur, quod est ars boni & aequi. l. i. ff. de iusti. & iur. & in d. arti. decem requisita notauit, quae ibi licet videre.

Contrario ius eadem est disciplina.

Multa a pena differrentia.

Ex praedictis colligemus & aliis, differentias inter pœnā & multam: prima est quod pœna est generale nomen: est enim omnium delictorum coercitio: multa vero specialis delicti, vt supra fuit declaratum in l. aliud, §. inter. in 1. differentia.

Secunda est, quod multa est pecuniaria: pœna non tantum pecuniaria, sed & corporalis, vt supra in d. §. inter. scripsi.

Tertia, multa arbitrio iudicis imponitur: pœna a lege, ordinatione, vel alio iure specialiter est imposita, vers. & multa quidem. d. §. inter.

Quarta, multa imponitur, vbi specialis pœna non imposita: pœna verō vbi certa est statut., d. §. inter. vbi abunde enucleauit.

Quinta est, quod pœna a quibusvis iudicibus imponi potest quibus illius delicti executio competit: multa autē is dicere potest cui adiudicatio data est, d. l. aliud. vers. item multa.

Sexta, a pœna prouocatio non est, a multa sic, vt hic in princ. huius legis dictum fuit.

Septima, pœna esset fere pro singulis statutis maleficiis, nisi quadā quae iudicis arbitrio relinquunt l. i. ff. de effraet. Multa verō non, vt hic probatur.

Octaua, applicatur regulariter multa fisco, l. penul. & si. C. de modo multa: pœna quandoque parti, vt in furto, & similib. §. 1. vi bono. rapt. in Inst.

Nona, pœna infamiam irrogat, multa non, l. 1. C. de modo multa. l. aliud. supra eodē. vbi docui quomodo intelligi debeat.

Decima, multa ultra modum taxatum imposita ipso iure est nulla, l. eos. C. de mod. mult. Secus in pœna. l. certa forma. C. de iure fis. lib. 10. & l. certa. vbi glo. quando prouo. non est neces. Hosli. in tit. de multa. §. 1. Ioan. de platea. col. 2. in l. 1. de fiscal. v. sic. lib. 10. C. in vtraque tamen opus est in Francia appellatione.

Vndecima, ter in anno potest tantum multa imponi, d. l. eos. C. de mo. multa. Secus in pœna quae quoties delinquitur imponi potest, l. quando cunque. C. de ser. fugi. fufius tractauit in l. aliud. §. inter. in fi. supra.

Duodecima, pœna ante legē 12. tabu. inuēta est: Multa autē a lege ipsa 12. tab. vt d. §. inter. diximus. Decimatercia, multā moderare potest iudex, & quandoq; ex causa remittere, l. illicitas, §. fin. ff. de offi. praesid. pœnā verō non, quia per illius impossi-

tionē functus est officio suo, l. iudex. ff. de re iudi. l. commissum. C. ad leg. lul. de adult. nisi meretrix cōdēnata ad mortē requireret, tunc iudex remittit pœnā, & fauore matrimonij cōtrahendi eam caillum liberat. Et hoc de consuetudine Franciae, teste Masuer. in practi. sua, rub. de pœn. §. item in aliquibus. per c. inter opera charitatis. de sponsal. & quia est augere pœnā potius quā minuire. Nam pœnā momentaneā in perpetuū, & cruciatum perennem mutat, vt declarat Chaffa. in consuetud. Burgund. in rub. des iustices. in §. quinto, in gloss. *si il n'a grace.* nu. 96. hoc tamen non vidi seruari. Alioqui tantam potestatem haberet iudex sicut princeps in liberando istum cōdēnatum: & diues nunquam sic suspēderetur, quia haberet meretricis quae eum requireret, sed ista forte possent ex iustis causis a senatu exerceri, inspecta qualitate personae, delicti atrocitate, & causa iusta.

Meretrix cōdēnata ad mortē an possit requirere.

Pœna ab usura quomodo differat.

Quae autem sit differentia inter pœnā & usuram tradit lafon. in l. lecta. in 2. nota. ff. si cert. peca. post Bar. in l. qui sine. ff. de negot. gest. & l. cum stipulati. ff. de verb. oblig. Alex. in l. quidā. si cert. peca. & in l. 5. in §. vlt. in fi. ff. de verbo. oblig. Reliqua scripta comperieris hanc materiam tangentia in l. aliud est fraus. §. inter. supra eod. vbi abundantius scripsi, quae hic transcribere nolui.

POMPONIUS LIBRO X. Epistoliarum. Lex ccxlv.

Statuē affixae basibus structilibus, aut tabulae religatae catenis, aut erga parietē affixae, aut similiter quae cohaerent tignis, non sunt aedium Ornatus enim causa parantur, non quod aedes perficiantur.

Duae hic colliguntur regulae: quarum prima est, quod illa quae in domo ornatus causa ponuntur, aedium non sunt, ideo vendita vel alienata domo, haec non debentur.

Ornatus causa quae in domo ponuntur, aedium non sunt.

Vnde statuē aedibus affixae aedium non sunt, nec tabulae catenis religatae, tignis seu lignis cohaerentes: quia ornatus magis gratia ponuntur quam perficiendi domum, itaq; cum tabulae affixae separari valeant, non censentur venditae.

Secunda regula est, illa quae intra parietes includuntur aedium sunt, quia ad perficiendū domū regulariter adhiberi solent, vt hic, & l. fundi. §. quae pite tabulae pro rectorio includuntur, itē crulle marmoreae aedium sunt: reticuli circa colinas, platei circa parietes, itē cilicia vela aedium non sunt, ff. de actio. emp. l. fundo. ff. de rei vindi. Vnde Fulcinius refert statuas in publico positas bonis distractis eius cuius in honorē posita sunt, non esse emptoris bonorum eius, sed aut publicas, si ornandi municipij causa posita sint, aut eius cuius in honorē posita sunt, & nullo modo eas detrahi posse l. Fulcinius. ff. de priuile. credi. licet in lib. non sit in tit. de reb. autho. iudi. possid. itaque inferunt fundi nihil esse nisi, quod terra se tenet: quod autem multa esse quae aedibus affixae non sunt, quae ignorari nō oportet: vt pariteras, clauces, claustra, multa etiā defossa esse, neq; tamē fundi aut villeg habentur: vt puta vasa vitinaria, torcularia, quoniam haec instrumenti magis sunt, etiā si edificio cohaerent, sed & vini & fructus perceptos villeg non esse constat, l. fundi. ff. de actio. emp.

Quinta parietes includuntur ad perficiendū domū, aedium sunt.

Nec obstat tex. in l. praedius, §. qui domū. ff. de lega. 3. vbi vendita domo continetur hortus domini cohaerens. Respondet hoc in immobilibus procedere, in mobilibus contra, vt hic, nisi illa mobilia affixae essent de substantia domus, per glo. hic, quam singul.

lingul.no.Barba.ad hoc in c.Raynuntius.col.7.nu. 6.de testa.per quam glo.datur tertia regula, vt mo- bilia affixa quæ de substantia domus sunt, censentur ædium, & sic emptori debeantur, vt est prothyrum, de quo inferius dicitur.

Nec restatur l.in argento. vbi potiorij appella- tione venit etiam præparatum ad bibendum. ff. de aur. & arg. leg. R. respondeo, quia ibi præparatum des- tit esse in specie auri, & transit in potorium. Ideo venit: scus si mutatum non fuisset, vt in l. malū §. plumbum. supra eodem. vbi plumbum destina- tum ad cooperiendum ædificium, ædium non est: si tamen esset iam præparatum ad ædificiū, & per- fectum, putarem ædificiū esse, per d. l. in argento. & l. fundi. ff. de actio. emp. ibi, item quod insula cau- sa paratum est, si nondum perfectum est, quamuis in ædificio positum sit, non tamen videtur ædium esse. & sic datur tertia regula quod paratum causa domus, ædium non est, nisi fuerit mutatum, vt in d. l. in argento. vel perfectum, vt in l. malū §. plum- bum. diximus.

Paratum causa do- mium ædium non est.

In domo quæ sunt po- sita, vt ex- ceptio præca- tur, ædium sunt.

Ædium sunt quæ p- ropter aedem sunt.

Ædificiū sunt quæ perpetui vsus causa in eis sunt.

Voluptatis aut vitia in hominibus in fundis aut ædibus parata, fun- dorum vel ædium non sunt.

Quæ desti- nata sunt ædificio, an requi- sita sint imposta, nō sunt ædifi- cii.

Quæ domui affixa sunt perpetui vsus gratia ædiū sunt.

Quarta regula ex hoc tex. colligitur, quod ea quæ posita sunt in domo gratia perficiendi cam, ædium sunt, per istum tex. Et ideo donata vel ven- dita domo, illa accedent. Videte in l. rei. i. in fi. su- pra eodem.

Quinta, ædibus distractis, vel legatis, ea esse ædium solemus dicere quæ quasi pars ædiū, vel pro- pter aedem habentur: vt puta puteal, id est quo pu- tecum cooperitur, fustes & labra, salientes, fistulæ quoque quæ salientibus iunguntur, quamuis longe excurrant extra ædificiū, ædium sunt, item ca- nales, l. iulia. in fi. cum l. sequen. ff. de actio. emp.

Sexta regula, quæ perpetui vsus causa in ædificiis sunt, ædificiū sunt: quæ verò ad præfens tempus ponū- tur, nō sunt ædificiū, vt dictū fuit in l. malū §. plum- bum. supra eod. Iurifcon. in l. fundi §. Labeo. ff. de actio. emp. l. quæ sitū. §. Papin. 2. de fundo instr.

Septima regula, quæ principaliter gratia volu- ptatis aut vititatis hominum in ædibus vel fundis apponuntur, si non coherent, non sunt ædificiū, vel fundi, vt rapetal. Titius. cum l. seq. ff. de actio. emp. vnde piscines qui in piscina sunt, nō sunt ædium. nec fundi, non magis quam pulii, capones, aut cætera animalia, quæ in fundo sunt, l. fustes. cum l. seq. ff. de actio. emp. l. quæ sitū. §. si domus. de fundo instr.

Nonā, ea quæ ædificio semel imposta sunt, & demum detracta, vt reponantur, ædificiū sunt, tan- quam imposita causa perpetui vsus, l. malum. §. struēturam. supra eod. vbi fustus tractati, & l. fun- di. in fin. cum l. seq. ff. de actio. emp.

Decima, quæ destinata sunt ædificio, & parata, vt imponantur, antequam sint imposita, non sunt ædificiū, d. l. malum. §. plumbum. nisi essent perfe- cta, vel mutata, vt potiorij, de quo supra diximus. Alia poteritis colligere ex his quæ scripsi in l. mobi- lium. supra eod. & multa docet Traquet. in tract. de vtroque retract. in §. i. glo. 7. in 1. parte.

Vndecima, ea quæ domui affixa sunt gratia per- petui vsus, vel quæ mēbro domus adherent, ædiū sunt. Sic intelligitur l. librorum. §. penul. ff. de lega. 3. vt in armario docui affixo. Et sic statua affixa do- mui, quæ non possunt facile separari sine deterio- ratione ipsarum, velut domus portiones, ædium sunt. sic intelligi debet l. quæ sitū. §. Papinianus. ff. de fundo instr. & §. sequenti; vel quando affixa sunt de substantia domus, vt supra. alias non sunt ædium, si clauis teneantur, & facile separantur: quia vt facile amoueantur affixa sunt, vt hic.

Nec tamen omittendum est in hoc tex. varios esse intellectus. Alij enim legūt lignis, alij tignis: vt affixa tignis, vel lignis non dicantur ædium esse. sed Iurifcon. ligni dictione vti non solent pro ma-

teria ex qua aedes fiunt, verū pro his quæ apta & pa- rata sunt ad comburendum, l. Carbonum. supra eod. & l. tigni. ff. de legat. 3. Quare inepta videtur in- terpretatio si hic legerem, lignis, quasi de his quæ affixa sunt lignis Iurifcon. hic loqueretur, cum ta- men agat de his quæ domibus affixa sunt & non de lignis quæ fundi nō sunt, l. fundi. §. i. ff. de actio. emp.

Itaq; existimare in hoc tex. legendū tignis, cum ex his aedes constet. Quorū enim ædium essent quæ lignis affixa sunt? sine dubitatione id esset, cū ipsa ligna ædium non sunt. Sed tignum domui iun- ctum ædium est, & portio illarū, l. i. ff. de tigno in- iuncto. Igitur videbatur idem de his quæ illis tignis affixa sunt. Sed cōtrarium Iurifcon. visum est, quia facile separari possunt, ideo ædium nō sunt, vt hic, & per iura & rationes prædictas.

Catellia, verò Corta in 2. parte memorialium in verbo lychnus, in hoc tex. lychnis putat legendum, ait enim apud Græcos lychnos omne quod licet interpretari. Et hinc Lucerna apud nos nomē ac- cepit, de qua meminit Iurifcon. in l. Mevia. ff. de manumit. testa. veteres enim laqueariis lychnos appendebant, sicut & hodie nos candelabra auri- chalca, & hæc possunt rectè pensilia appellari. hæc ille. sed & istud non potest ad Iurifcon. sententiam ac- cedere, qui nec agit hic de his quæ affixa sunt lych- nis & lucernis, seu candelabris quemadmodū de tignis diximus, sed de his quæ domui coherent, an ædium dicantur. Quomodo enim ædium essent quæ candelabris affixa sunt? sentus enim iste Iurif- con. sine dubitatione esset. siue in tex. legatur lych- nis, siue lychni, vt Augustin. in lib. de emendat. iur. putat legendum.

Lychnus quid. Lucerna.

Sequuntur examinanda verba tex. Primū ergo statua à statuo verbo dici videtur, quod statuerentur olim aliquibus virtutis gratia, l. fin. de statu. & imagi. C. hodie tamen nemini licet sibi erigere statuam, sine imperiali beneficio, vel regali. l. si. ibid. & iudex qui extra imperiale beneficium acceperit sibi statuas, in quadru plum emolumentorum quæ accepit in administratione positus cū infamia puniatur, l. i. ibid. ad quas statuas olim confugiebant plurimi ferui, tanquam ad asylum, & loco asyli eis erant, l. vna. C. de his qui ad statum. cōfugi. & hodie seruantur in aliquibus ciuitatibus Germaniæ, teste Spiegel. sed in Gallia abrogati sunt. Nec solent hodie erigi statuae alicui nisi principi, & hoc in suo pala- tio, sicut videre est liberū in palatio Parisiensi, vbi statuae omnium regum Franciæ appositæ sunt.

Statua quid. & vnde. Statuae quibus erigi de- beant.

Statuarius, qui statuas facit: vt si adiectiuum no- men sit, pro eo sumitur quod ad statuarium perti- neat: vt ars statuaria, vt C. de statu. & imagi. in rub. per docto.

Statuarius. Statuaria ars. Bases statu- ariles.

Bases struētiles, sunt sedes & pedamenta cuiusq; rei sustinēdæ, veluti sedimēta columnarū non foli- do lapide cæsa, sed opere cæmentitio, lateritiove coagmentata, quibus columnæ nituntur, ipse qui- dem solido lapide constantes: vnde & hæc bases quæ doq; ex folido lapide fiebant, quandoq; opere stru- ctilli, in est laterculis calcæque, vt docet Alciatus.

Basis etiam dicitur fundamentum, & sedes ali- cuius rei & operis, cap. fundamenta. de elect. in 6.

Basis pro fundamentis. Bases pro orbiculis su- per mēsam collocatis, ne vino mē- sa polluat

Basis etiam accipitur pro orbiculis qui super mensam collocantur, ne vino mēsa polluat, l. heres. §. cui Corinthia vasa. ff. de leg. 3. ibi, cui Corinthia vasa legata essent, & bases hinc quoque eorum vasorum collocandorum causa paratas debent, Trebarius respondit. & in religioni- bus ista videmus, ac in cauponis.

Affixa, id est apposita, clauis scilicet, aut alio modo cōpacta ad pacietem. alias de affixis loquitur Papinianus in l. quæ sitū. §. Papinianus. ff. de fundo instr.

Affixus.

Contratio

Refixus. Contraria modo refixa dicuntur, cuius, vel la- be: data. l. in virē fixeris, & ego refixero. ff. quod vi aut clam. l. inter. ibi, tabulæ refixa sunt, de verbo. oblig. l. qui tabulam aream refixerat. ad leg. Iul. pe- cul. inde dicit Horatius, legos fixit atque refixit.

Religare. Religata catenis, ligata, aut fortiter ligata, seu ite- rū ligata: quia primo oportuit tabulā catenis liga- re, & postea eam religare in alio loco, & affigere, vt amoueri possit & hæc tabulæ non dicuntur ædium sed magis suppellectilis nomine cōtinentur, l. qua ratione. §. sed ex diuerso. ff. de acquir. rer. domi. vel religare interdum est soluere quod ligatum est.

Catena. Catenis. Catena dicta est quod se capiēdo teneat: in ea enim anulus anulum capit. facit l. fallaciter. C. de abol.

Coherere. De hoc verbo est tex. in l. etiā. §. i. t. ibi, Modestinus respondit, si species in qua pupilla in imēgrū restitui desiderat, cæteris speciebus nō co- hereat, nil proponi cur à tota sententia recedi. & cor- postulans audiendus sit. ff. de minor. & in l. in rem §. item quecunq;. ff. de rei vindica. l. arbor. ff. com- muni diuidi. l. fundi. §. i. ff. de actio. emp. ædificia coherent, l. quia. ff. quod vi aut clā. & alibi sæpius. Sed ista iura nunc sufficiēt. Et quæ coherent dicā- tur docet Bal. in tract. de alluui. in vesti. adiecerit. Et in coherentibus idē est iudicium. Et ita iudicari debet coherentia, sicut illa quibus coherent, l. in rē. §. item quecunq; adiuncta, & iura prædicta, & l. si ergo. §. item ait. de publica. Bar. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de piguora. acti. & diuersum inter- vniōnē & incorporationē scribit Angel. conf. 247. vnitorū. De adherentibus loquitur l. quæ religio- sis. ff. de rei vindic. & tradunt do. de roia. decif. 225. adherentes. in nota. Panor. & alij in c. 1. de postula. & Fel. in rub. de treuga & pace in §. declaratione, ac Ioannes de Platea in l. 2. C. de discepto. lib. 10. & abunde Iacob. de sancto Georgio in tract. de feud. in verbo adherentibus. alibi tractauit.

Coherere quæ dicantur. In coherentibus idem iudicium est. Vnio & incorporationis quid differant.

De adharētib. τὸ ἀδάρει τῖβ. τὸ ἀδάρει τῖβ. quid.

De adharētib. τὸ ἀδάρει τῖβ. τὸ ἀδάρει τῖβ. quid.

Hypothyra. Vestibulum

Propylæū.

Hinc quoque vestibulum dici videtur, vnde precamur Quam famur Vestam, qua loca prima tenet.

IDEM LIBRO XVI. EPISTO- larum. Lex cccxlvj.

Apud Labeonē libris τὸ ἐξήρων ita scri- ptum est: Exhibet qui præstat eius de quo agitur præsentiam: nam etiam qui sistit præstat eius de quo agitur præsentiam. Nec tamen exhibet qui mutum aut furio-

sum aut infantem exhibet. non enim po- test videri eius præstare præsentiam, cum nemo ex eo genere præfens satis apre ap- pellari potest.

Duo hic tex. docet, & sic duas habet partes: in prima verbum exhibere elucidat, in secunda ver- bum restituere, ibi, restituit.

Exhibere ergo dicitur ille quæ præbet illius de quo agitur præsentiam, quod est intelligendum quando is qui est præfens intelligit: alioqui is qui muti, fu- riosi, dementis, aut infantis præstat præsentiam, exhibere non videtur. hoc vult iste tex. De hoc ver- bo apud scripsi in l. penes. supra eod.

Exhibere quid.

Nota quod ait, τὸ ἀδάρει: nempe Antifistius Labeo (vt fertur) quadraginta librorū volumina, vel (vt alij dicunt) quadringenta reliquit: inter quos libros octo τὸ ἀδάρει scripsit, id est libros verisimilium, per- suasivolum & credibilium, teste Ange. Polit. lib. 5. Epist. & Ayma. Rinal. in histo. iuris ciuil. lib. 5. in vi- ta Labeonis. τὸ ἀδάρει enim obediēs, persuaderi aptus, docilis, & verisimilis dicitur. Quo verbo usus est Theophilus in §. idemq; iuris. quibus ex causis manum, licet in infli. inde τὸ ἀδάρει λέγει sermo nem- verisimilem, & persuasivum Græci vocant: & τὸ ἀδάρει persuado. Inde τὸ ἀδάρει dea persuasionis. Hinc apud Græcos iactū est proverbium ἐν ἐστὶ τὸ ἀδάρει ἰσθῆρ ἄλλο, τὸ ἀδάρει λέγει, eo fere sentiu, præter orationē non esse persuasionis facellum aliud. Apud Sicyonios fuit τὸ ἀδάρει facellum, de quo Celsus lib. antiq. lect. 2. c. 48. & Pytho erat ciuitas in Phocidæ, & in Creta fuit Py- thium, teste eodem Cælio lib. 9. c. 19. sed alio sentiu. Eadem est Labeonis præfatio in l. fin. ff. loca.

Πεδάριον libri.

τὸ ἀδάρει.

τὸ ἀδάρει λέγει. τὸ ἀδάρει. τὸ ἀδάρει.

Pytho, ciui- tas.

Pythium. Exhibere quid.

Nam etiam. Probat hic Iurif. quod is qui cor- poris præsentiam præbet, non videtur interdū ex- hibere: vt si in iudicio quis sistat, id est præstat fu- riosum, licet illius præsentiam faciat, tamē exhibe- re non videtur, vt in tex. sequitur. & sic patet quod sistere significat præsentare, exhibere, & compara- re: & non tantū comparere, sed etiā manere. quod facit ad intellectū tituli. ff. qui satū. l. cogan. & seq. ac si quis caution. & alibi sæpius in iure de hoc ver- bo habetur mentio. Probat l. 2. & 4. maxime ff. qui satū. l. cogan. vbi Iurifcon. vtrius verbi in iudicio sistendi causa, vel iudicio sisti, & in l. 4. scribitur: iu- dicio sistendi causa: & postea, exhibere. sic & hic. Et

Sistere iu- dicio.

Cautio iu- dicio sisti. Præxis.

Quod ostendit, ait, sisto plerūq; significat stare facio Itaque cum promittimus aut nos aut alios in iudi- cio permanens, dicitur vna appellatione, cautio iudicio sisti: ego autem in praxi vidi seruari, vt si de aliquo reo capto diffidatur, qui interim data cau- tione sit a carcere extrahendus, si cuius for promit- tit illum reum totiens quotiens fuerit requisitus à iudice sistere in iudicio, & exhibere etiam penam stipulabitur: & de hoc facta est constitutio per Iu- stiniam in l. sancimus. C. de fideiuss.

Nec tamen hic adicitur imitatio ad primū di- ctum, vt quāuis exhibere is illum dicatur, qui præ- sentiam eius præbet: hoc tamen non procedit, quā- do ille qui exhibetur, non intelligit quid agatur, quæ admodum mutus, furiosus, & infans, qui æqui- parantur quoad hoc, etiam quoad stipulationem & alia quæ isti conficere non possunt, l. i. ff. de ver- bor. oblig. licet in aliquibus differant, vt in l. in ne- goriis. ff. de regul. iur.

Si tamen fuerit mutus ex accidenti, omnes con- tractus vbi verba ex substantia non sunt necessaria, facere poterit: scus si à natura, l. muti. am. & ibi do- cto. ff. de acq. hered. l. dīferētis. vbi Iason. C. qui tes- ta. face. post. Decius & alij in l. in negotiis. infra ti- tul. prox. glo. & docto. in c. tua. de sponsal.

Præsentiam.

Præsentia est corporis & mentis.

Præsentiam. Præsentia nō solum est corporis, sed & mentis, l. corā. supra eo. ubi docui, & in l. absen-

Ad tit. ad exhib. quid.

Exhibere est facere in publico potestatem, vt ei qui agit experiundū sit copia, l. 2. ff. ad exhib. vel est materia ipsius apprehendendæ copiæ facere, l. 3. §. hoc interdictū. ff. de rebus. exhib. vel est in publicū productum videndi tangendiq; hominis facultatē præbere, proprie autē exhibere est extra secretum habere, l. 3. §. exhibere. ff. de lib. homi. exhi. & quāvis rector non reneatur exhibere seu edere regulariter actori ad fundandū intentionē, l. 1. l. qui accu-

Arestum.

sare. & l. si. C. de eden. tamen fuit arresto dictū contra viduam Admiralli, quod ipsa exhiberet instrumenta venditionum domino de Culam, quæ instrumenta tradiderant tutores vendendo rem domini de Culam, dum ipse ageret ad rescissionem illius venditionis. Non enim super illis fundabatur intentio agentis, vt patet anno 1314. in mense Martio. & de hoc verbo exhibere abūde scripsi in l. plus est in restitutione. supra, vbi alia videri possunt.

Aptē. Aptus, aptus, aptus.

Aptē, oppositè, comode, conuenienter, vulgo proprie, & contrarium est ineptē. Et aptū, comodiū, conueniens, l. verbum illud pertinere latissime patet. nam & eis rebus perēdis aptum est, supra eod. l. plenū. §. sed si bonum. ibi, & c. ad quæ boves apti sunt. de vsu & habita. Apta valetudini, l. si quis mihi. ff. manda.

Aptari.

Aptari, conuenienter adiungi, l. 1. §. illud sciendū est ad fideicommissā etiā aptari cam debere. ff. vlt. quemad. caue. Item iuriscon. ait, aptāda est nobis singulis verbis senatuscon. congrua interpretatio, litem veniunt. §. aptanda. ff. de peti. heredi. Postquam iuriscon. statuit singulis verbis aptandā esse interpretationem, nō omnem interpretationem, sed congruam & conuenientem, ob id quantum pro virili assequi potui, feci. alia bone lector sup- plere poteris.

Restituere quid, prope.

Restituere quis dicitur non solum qui restituit corpus, videlicet serui, vel equi, aut aliam rem animatam: sed etiam qui omnem rem, & quamlibet conditionem & ius & qualitatem restituit reddita causa, id est accessione & augmento. Et tota restitutio, videlicet cū causā & cōditione, est iuris interpretatio: id est sic ius interpretatur. vnde si quis restituat equū sonipedem, quem Galli vocant haque- nec, à gradu primæuo omnino deuuium, non videtur restituere. Nec enim conditionem equi restituit, licet corpus restituat. Et idem si piētā domum precario cōcessam habuerit, & is dealbatam calce vel gypso reddiderit, non censetur restituere, nec conditionem rei reddere. & idem si reddat equam, & pullum non restituat: vel vineam, & fructus retineat. non igitur restituit, qui rem & eius qualitatem cum sua causa, accessione & augmento non

restituit: & ista tota restitutio sic facienda est ex iuris interpretatione.

Proditor restitutus per literas gratiæ, pristino honore restituitur.

Ita proditor vel homicida qui sui criminis veniam obtinuit à principe, pleneq; per literas Regias, quas gratiæ vocamus, restitutus fuit, omnino pristino honore restitutus esse intelligitur. Vnde si quis talem proditorē vel homicidam vocet, teneatur iniuriarum, vt asserit Barba. consi. 3. clementissimi. col. 2. in 2. volu. per l. imperialis. §. similis. ibi, omnem maculam penitus aboleri oportet. C. de nupt. quia rufus de libro bannitorum non est bannitus, sic nec proditor, qui iam restitutus est, arg. e. nomen. 2. q. 1. facit quod dicit Bal. consi. 146. tit. col. 3. in 1. vol. vix tamē in Francia audiretur agens iniuriarum, nisi esset insignis persona, quia aliis dene- gatur audientia super iniuria verbali: nisi fuerint magistratus, vel aliæ graues personæ, vt aresto cau- tum fuit, quod scripsi in interpretatione authent. habita. C. ne filius pro pat. in schol. priuileg.

Arestum.


Colligunt quidam ex hoc text. ibi, tota restitutio iuris interpretatio est, quod ad iuris peritos pertinet interpretari totam vim & vtilitatē vocabuli. nam si grammaticus interrogetur vel rhetor quid sit re- stituere, dicet reddere: sed nō sufficit reddere equū nunc deterioratum, si bonum acceperit, per l. 3. §. 1. ff. cōmod. sed oportet & rem & ius rei ac condi- tionem & qualitatem cum causā & augmento redde- re. Totum hoc restituere est: hæcque interpretatio iuris est non grammatici, qui nō ita interpretatur, sed vt simpliciter reddatur res: Iuriscon. autem vt nedum res, verum deterioratio, qualitas, causa, ac- cessio, & augmentum. Restituere enim ait iuriscon. is intelligitur, qui simul & causam actori reddit, quam is habiturus esset. si statim iudicij accepti tē- poreres ei reddita fuisset, id est vsucapionis cau- sam & fructum, l. restituere. i. supra eod. & verbo restitutionis omnis vtilitas actoris continetur, l. cum prætor. supra eo. in quibus iuribus & in l. plus est. supra eod. alia docuimus: ista nunc sufficiant.

Peroratio operis.

Placuit etiam mihi quā ex ætatisimè, simul quā apertissimè potuerim cuncta distinguere, & huius materiam tituli, quam rerum nobis am- plitudo ostendit, atque verborum, tradendo angu- stius ad inopiam non redigere: cum non solum ad oratorē, philosophum, medicum, sed ad eos omnes qui iuris prudentiæ nauare operam velint, ali- cuique scientiæ præfici cupiunt, pertineat. in quo vtilitatem potius quam verborum fucos perqui- suimus, adiunximusque verborum elucidationi- bus phrasas, vtilitatēque, quas vndique quantum potuimus excerptimus. Ista addidimus aliis qui ante nos scripserunt, qui partim verborum expla- nationibus, partim eis omisis in effectibus insiste- bant. Nos verò quātum valuimus assequi, vtrum- que persequi volumus: in quibus si Socrates in- secuti fuisset, ista non scripsisset. Socrates enim rogatus cur nil scriptum ederet: respondit, quia video chartam multo pretiosiorē quā scri- benda forent. Et Theocritus quoq; querenti qua- re non scriberet, dixit quoniam vt liber non pos- sum: vt verò possum non lubet. at vos mihi hæc di- ctanda vobis præcepistis: quæ spero lectorem bene- uolum boni consulturum. nos verò Deo opt. maximo, qui nos ista docuit, virginique Mariæ, & omnibus coelicolis immensas agimus, & perpetuo agemus gratiam. Amen.

Ελπίς ἐμὴ δὲ Χριστοῦ.

Spes mea Christus



INDEX RERVM ET MATE- RIARVM QVAE IN HIS D. PETRI

REBUFFI IN TIT. DE VERBORVM

significatione Commenta- riis continentur.

Præter paginarum numerum, notarum, quas addidimus, hæc significatio est, vt a, priorem: b, posteriorem columnam denotet.



Abducens pecus vi bonorum raptorum tenetur.

Abducere.

Abesse: quot modis quis dicatur.

Abesse pro differre.

Abesse res quando dicatur.

Abesse & ad esse differunt, & quot modis, & phrasas.

Abesse cur non dicatur ab hostibus captus, sed qui à latronibus detinetur.

Abesse an res videatur, si sciens quis eam ement.

Abgei proprie qui sunt.

Abicere quid.

Abiecta persona.

Abimelech dictio Hebraica quid denote.

Abire quid, & eius phrasas.

Ablatiu absoluti important conditionem.

Abuere quid.

Abolitio propter rem prospere gestam, concedi solet.

Abolitio quid fieri quando dicatur non posse.

Abolitio concessa à Rege ob iuicium suum ada ntum, ad mulierem quæ occidit partum non baptisatum, an extendatur.

Abortum facere.

Abraham erat diues in auro & argento.

Abrogare & arguere quid differant.

Abrogare pro adimere.

Abrogare legem quid.

Abrens esse quot modis qui dicatur.

Abrens esse quot modis qui dicatur.

Abrens esse quot modis qui dicatur.

Abrens esse quot modis qui dicatur.

Abrens esse quot modis qui dicatur.

Abrens esse quot modis qui dicatur.

Abrens esse quot modis qui dicatur.

Abrens esse quot modis qui dicatur.

Abrens esse quot modis qui dicatur.

Abrens esse quot modis qui dicatur.

Abrens esse quot modis qui dicatur.

Abrens esse quot modis qui dicatur.

Abrens esse quot modis qui dicatur.

Abrens esse quot modis qui dicatur.

Absens quo ad stipulationem quis dicatur.

Absens reus causas absentia per procuratorem reddere potest.

Absentes vt descendant vtilitas magna veniatur.

Absentes defendi publice interest.

Absentes in criminalibus non damnantur.

Absenti quomodo succurratur.

Absenti ex necessitate est subueniendum.

Absistere, quid.

Absistere ab hereditate, quid & qui dicantur.

Abui, quid.

Abusus.

Abusus in bonum interdum accipitur.

Abusio quomodo exponatur.

Accedere quid, & quot modis vsurpatur.

Accessio quid.

Accessione facere.

Accessio pro fideiusso.

Accessor pro fideiusso.

Accessorium, quid.

Accessorium etiam in bonis notis est.

Acceptans beneficium sibi non debitum, an aliud acceptare possit.

Acceptare.

Acceptum seu accepto ferre.

Acceptum ferre debitum, & facere.

Acceptum ferre, quid.

Acceptum rogare.

Acceptilatio, quid.

Acceptilatio formula.

Acceptilatio dicitur à iure imaginaria venditio.

Acceptilatio fieri potest saluo res- duo.

Acceptio personarum improbara.

Acceptio personarum apud deum &

Acceptio personarum apud deum &

Acceptio personarum apud deum &

Acceptio personarum apud deum &

Acceptio personarum apud deum &

Acceptio personarum apud deum &

Acceptio personarum apud deum &

Acceptio personarum apud deum &

Acceptio personarum apud deum &

Acceptio personarum apud deum &

Acceptio personarum apud deum &

Acceptio personarum apud deum &

Papam non est.

Accepta stipulationem facere.

Acceptam ferre.

Accidere simpliciter prolatum.

Accipere quid, quot modis sumatur, & eius phrasas.

Accipere & capere quid differant.

Accipere & recipere quid differant.

Accipere est verum directum con- tra Actum.

Accipere etiam ab eo dicitur qui dominus non est.

Accipere & sumere differunt.

Accipientis facere.

Accola quis & quid differat ab incol- la.

de Accrescendi iure aliquot conclu- siones.

Accusatio iusta.

Accusatio legitima.

Accusatio capitalis.

Accusatio non debet differri.

Accusator idoneus.

Accusator iustus.

ve accusatu. det pecunias pro pro- cessu, damnanda praxis.

Accutum facere.

Acquiescere sententiæ quomodo di- catur appellans.

Acquirere quid, & quot modis vsur- petur.

Acquirere qui reneatur.

Acquirere quibus sit suau.

Acquid quæ.

Acta & gesta quæ sunt, & quomodo differant, cōtra Vallā.

Acta an nomine instrumentorū con- tineantur.

apud Acta, quid.

Actio quid, & quot modis capiat.

Actio quid, & quot modis capiat.

Actio quid, & quot modis capiat.

Actio quid, & quot modis capiat.

Actio quid, & quot modis capiat.

Actio quid, & quot modis capiat.

Actio quid, & quot modis capiat.

Actio quid, & quot modis capiat.

Actio quid, & quot modis capiat.

Actio quid, & quot modis capiat.

Actio quid, & quot modis capiat.

Actio quid, & quot modis capiat.

Actio quid, & quot modis capiat.

Actio quid, & quot modis capiat.

Index Petri Rebuffi.

Actio nomen, quid comprehendat 588 a
Actio nomen generaliter & specialiter sumptū quid denotet 589 a
Actio nomen, petitionis & perfectionis quid differat 197 a & 588 b
Actio ubi datur, & perfectio 198 b
Actio nec obligatio sine causa datur 275 a
Actio ei competit cuius pecuniariter in interest 283 b
Actio ubi tollitur, & perfectio etiā extraordinaria 198 a
Actio nasci quando dicitur 275 b
Actio & pena specialis 374 a
Actio nis verbo exceptio quando veniat 62 b
Actio nis nomine accusatio continetur, ibid.
Actio ne priuatus non censetur exceptione exclusus 62 b
Actio nem concipere quid sit 344 a
Actio nem exercere 678 b
Actio nem temporalem facere 631 b
Actio nes loco non circumscribuntur 42 b
Actio nes an meae dici possint, ibid. b
Actio ne sublata officium iudicis sublatum videtur 198 b
Actio ne cessante perfectio datur ex bono & aequo 200 b
Actio non datur ante conditionis euentum 281 b
Actio ne reservata ei ad quem res pertinet, etiam successor singularis continetur 326 b
in Actio ne peculio melior est conditio occupantis 26 b
Actio nem ex improbitate sua nemo habet 445 b
Actio nem de quo quis habet, id apud se habere videtur 522 a
Actio nem ad rem immobilem habens satisfat 522 b
Actio nem inferre 719 a
Actio nes quando inter mobilia vel immobilia computantur 404 b
Actio nes an transeat in donatarium omnium honorum 52 a
Actio nes iusta 637 b
Actio nes defuncti personam locum te com eo interueniunt 145 b
Actio nes sunt filiarum obligationū 135 b
Actio nes quae non sunt praetoriae, sunt ciuiles 70 a
Actio nes tam actiuae quam passivae in heredem transeunt 325 b
Actio nes directae haerent tanquam character, nec auelli possunt 7 b
Actio nes quae tempore pereunt lite contestata salua permanent 107 a
Actio nes apud me esse non posse, quid ibid. b
Actio nes qui suas cedit, utraque cedere videntur 588 b
Actio extraordinaria quando sublata censentur, circa Alciatum 198 b
Actio extinguī & tolli quomodo dicitur 275 b
Actio sua 764 b
Actio ciuilis 747 b
Actio dativa & nativa quae 275 a
Actio directa & vilis, quid 56 b &

718 a
Actio directa duplex 377 b
Actio de dolo quando datur, vel ex stipulatu 340 b
Actio de dolo in procuratorem datur 43 b
Actio de dolo contra municipes cur non datur 482 a
Actio de igno iniuncto est in duplum 315 b
Actio furti concepti quae sit, cui competat & aduersus quem datur 344 b
Actio ex edicto, ne vis fiat ei, & c. competit intra annum 507 b
Actio extraordinaria quando conuertitur in ordinaria 719 a
Actio finium regūdo 299 b & 623 b
Actio fiscalis ad quos extendatur 454 a
Actio nes honorariae post annum non dantur 507 b
Actio hypothecaria quae 748 a
Actio legis quae sit 123 a
Actio de calumniatoribus etiā in heredem competit, & quomodo 348 a
Actio utilis est quae ex mente legis datur 376 377 a
Actio quae exceptione repellitur nulla est 70 a
Actio quam inopia debitoris excludit est inanis 195 a
Actio vna & sortem & vsuras persequitur 589 b
Actio ex maleficio 758 b
Actio in personam 588 b
Actio negotiorum gestorum cui datur, & quotuplex 131 b
Actio noxalis, vide Noxalis actio 38 a
Actio pecuniaria 423 a
Actio personalis 423 a
Actio pignoratitia quid differat a qua si seruiana 748 b
Actio plena 472 b
Actio popularis quid 78 b
Actio nes possessoriae, quae 364 b
Actio praescriptis verbis, Vide Praescriptis verbis actio.
Actio nes privatae 754 a
Actio de Actio, quanto minoris 195 b
Actio quāto minoris anno durat 622 a
Actio realis a principe tolli non potest 69 a
Actio receptitia quae 654 a
Actio redhibitoria 407 b
Actio redhibitoria intra sex menses inrentari debet 622 b
Actio simplici 337 a
Actio in rem specialis 588 b
Actio nes temporales 62 a
Actio turpis quae 230 a
Actio vniuersalis & particularis 147 b
Actio utilis cur inducta 377 a & 718 a
Actio utilis ex praescriptione datur ibid. b
Actio in re & actio in personam 202 a
Actio non debet licere quod non licet reo 64 a
Actio rationes reddere debet 391 b
Actio & reus eundem procuratorem habere non possunt 321 b
Actio vna actione debet esse contentus 314 a
Actio quis 124 a
Actio quare datur, ibid. b

Actor pro syndico, ibid. a
Actor pro eo qui negotia agit, ibid. a
Actor in municipium an possit temerarie dicatam recusare 78 b
